¶ Quod simile est ac si diceret gen⁹ a specie unã differentiã plus habere. Congruũt nãq3 genera speciebus: qđ utrãq3 in eo qđ qđ sit pdicant. ut dictũ est. Cogruũt ĩ genus ⁊ spẽs qđ utraq3 ad res plurimas pdicant. Congruit ĩ genus ad spẽs. qđ utrũq3 ad res numero differẽtes pdicant. Nã ⁊ singuli homines ita a se diuisi sunt: quantũ ad numerũ: ut hõ ab equo vel boue vel a coruo: vel a quibuslibet aliis animãtib⁹. Sic vero distat a specie genus: qđ genus de pluribus reb⁹ specie differentib⁹ pdicat. qđ spẽs nõ habet. Nihil aũt differre arbitror: verũ ita dicat aliã rez ad aliã predicari: an aliã de alia pdicari. Utroq3 .n. idẽ intellectus est. Nã si aial pdicat ad hominẽ: idẽ etiã aial de hoie pdicat. Nã cum interrogauero qđ est hõ: respõdebis de hoie interrogatione hominem esse animal. Sed nunc oportet nos ea que sequuntur aspicere. Quid ergo sequitur?

A proprio aũt genus differt: qđ propriũ in p̃ta unaquãq3 speciẽ propriũ appellat: cui propriũ est: ⁊ iuxta ea q̃ sub specie sunt: scilicet individua. Nãq3 risibile hominis solũ est: et singulorũ utiq3 hominũ. Genus autẽ non ad unam speciem: sed ad plures specie differentes semper aptatur.

¶ Ergo videt dicere qđ cũ propriũ si fuerit speciei uni⁹ tũc vere est propriũ. Nam si unius speciei nõ fuerit: sed duarũ vel plurim tũc duabus vel pluribus nõ propriũ sed erit in substantie rõne cõe. Cõstat ergo propriũ cui est propriũ soli speciei singulariter adherere. Unde q: hominis spẽs sola est que ridet: risibile hoi propriũ ⁊ singulariter aptat. Ad unã semp ĩ aũt speciẽ propriũ ratio adhibetur. Distat ĩ aĩl propriũ a genere qđ genus semper ad plurimas spẽs appellat. propriũ vero de una tm̃ specie cui est propriũ. Nã si risibile dicat: ad unã tm̃ speciẽ hois appellat. Congruit aũt gen⁹ cũ proprio in hoc qđ genus ⁊ propriũ de pluribus appellat. Nãq3 genus ad plures species appellat. Appellat etiã genus de his q̃ sub specie sunt individuis. Nã si hõ ⁊ equus aial est: erit etiã3 cicero aial. ⁊ quilibet equus singulariter aial nominatur. Similiter ⁊ propriũ ad plurima dr̃. Dicit eñ ad unã

quãq3 speciẽ: ⁊ ad ea individua q̃ sũt sub specie pdicat. Nã si hõ risibilis est risibilis est etiã cicero ⁊ virgilius ⁊ quicunq3 singulariter nominantur risibiles sunt. Congruit etiã qm̃ utraq3 in eo qđ qđ sit predicant. Nã genus de specie in eo qđ qđ sit predicat. Nã si dicas qđ est hõ merito risibile pdicabis. Congruũt aũt qđ genus ⁊ propriũ ad plurimas res numero differẽtes pdicantur. Nã ita a se differũt singula aialia .i. hõ equus ⁊ coruus ⁊ ceteri singuli hoies quantũ ad numez. Distat autez a genere: qđ genus ad plurimas spẽs predicat. Propriũ vero ad unã solã cui est propriũ nominat. Sed nõ est inter gen⁹ ⁊ propriũ eadẽ differẽtia q̃ ẽ inter speciẽ ⁊ gen⁹ Nã spẽs de nulla oĩno specie predicat. Proprium vero licet non ad plures ad unã tamen solam speciẽ cui proprium semper aptabitur. Post hec igitur de differentiis accidentibusq3 a genere distantibus differit dicens.

A differentia vero ⁊ ab accidentibus differt genus: qm̃ ⁊ si etiã ista de pluribus specie differẽtibus predicant. Differentie scilicet ⁊ accidẽtia que cõiter accidunt: nõ tñ in eo qđ quid sit pdicant: cũ interrogantibus nobis sit secundũ ea responsio: magis enim quale quid sit ostenditur.

¶ Differentiã vero ⁊ accidens idcirco posterius reseruauit: qđ eoz unam differentiã esse dubitãtq3 dicturus. Differentia eniz ⁊ accidẽs: qualitatẽ cuiuscũq3 speciei demonstrãt. Illa substãtie qualitatẽ .i. differẽtia. Illud .i. accidens nõ substãtie. Ergo qm̃ genus sup speciem est: ⁊ spẽs supposita generi: genus speciez: spẽs individuũ qđ sit ostendit. Porro aũt sole possunt spẽs differentie disgregari: q̃ qualitatib⁹ suis substantialib⁹ idem substantias declarantib⁹ seiungũt atq3 discernunt. Naz cũ aial genus sit: hõ vero vel equus spẽs: quales utrasq3 spẽs differẽtie segregatio: ut dicam⁹ speciẽ esse hominis rõnalẽ. speciẽ vero equi irrationalẽ. Si enĩ qs interroget qđ est hõ: aial dr̃. Si aũt quis dicat qualis est hõ: rõnalis respondet. Ita semp differentia nõ in eo qđ qđ sit: sed in eo qđ quale sit appellat. De accidenti vero non dubiũ est: cũ ipsa qualitas in accidentis partibus cõponat. Nanq3 in pdicamentis inter alias nouẽ partes accidentis: etiã qualitas nominat. Nã ⁊ si qs interroget qualis coruus spẽs sit: nigra cõtinuo respondet. Congruũt ergo genera differẽtiis ⁊ accidentib⁹ qđ de speciebus pluribus pdicant. Nã sicut gen⁹ spẽs sub se plures habet ita differentia. Nã rõnalẽ dicimus deũ ⁊ hominẽ. Rursus etiã accidens de pluribus speciebus pdicat. Naz nigrũ dicimus ⁊ hominẽ ⁊ equũ ⁊ coruũ ⁊ hebenũ ⁊ plurimas alias spẽs. Rursus congruit genus differentie quod sicut genus sic differentia equaliter ad individuũ predicat. Nã si cicero animal ẽ: quod est genus: ⁊ rõnale aial est qđ est differentia. Congruit etiã qđ de numero differentibus pdicant: qđ superius de aliis demonstratũ est. Distat aũt qm̃ sicut dictũ est genus in eo qđ qđ sit appellat. differentia vero vel accidentia in eo qđ quale sit predicatur. Nã si dicas qđ est hõ: appellabis genus: ⁊ dices aial esse hominem. Si vero qualis sit ad differentias interrogauero: rõnale respondebis. vel accidens nigrũ vel album: vel qualis quisq3 sit de quo interrogat. His igitur distributis distantias ipsas a primordio rursus ordinitur dicens.

Unde hoc quod de pluribus predicat genus distat ab his que de singulis predicantur: hoc est ab individuis. Illo qđ de specie differẽtibus predicat: distat a speciebus et a proprio. Illo etiã in quo quid sit appellat: secernitur a differentiis ⁊ a cõmuniter accidentibus: qđ hec duo quale qđ sit declarãt

¶ Hoc dicit distare genus ab individuis: quod genus de pluribus (ut dictum est) predicatur. Colligit autem et in unum redigit proprii speciei differentias. Nam quoniam species de pluribus non specie sed numero differentibus predicatur: proprium vero de una tantum specie: et de his que sub eadem specie sunt individuis predicatur. Quoniam enim de una specie predicetur: tunc equa est illi cum specie a genere differentia de pluribus specie differentibus non predicari. Nam neque species omnino de aliquibus poterit predicari: neque proprium: quoniam proprium non de pluribus speciebus sed de una tantum cuius est specie predicatur. Quod si ita est: una differentia a genere species et propria seiunguntur. Accidens vero et differentia eadem quoque una a genere differentia separantur: quod genus in eo quod quid sit dicitur. Differentia vero vel accidentia: in eo quod quale appellantur. Has porphyrius ad construendam generis rationem differentias quam parcissime potuit colligit: et ipsas differentias multis modis posterius probaturus: nunc non quantum satis est dicit: se abundantem generis constituisse rationem. hoc dicens.

Hoc si ita est: nullo modo minus aut plus effecta est generis distinctio.

¶ Perfectam plenamque se generis diffinitionem fecisse dicit: quoniam neque plus neque minus facta sit diffusio: sed equaliter ad genus pariterque composita. Quod quale sit hoc modo monstrandum est. Notum quod quedam res que ad alia predicantur his de quibus predicantur abundant: ut genera et species. Nam animal quod genus est: de homine quod est species hoc abundat quod nomen generis etiam in equum atque bovem atque in alia valet aptari. Ergo si quis ad qualibet rem abundantem fecerit: maioremque definitionem: quam ipsa res fuerit: quam definit: non erit integra propriaque definitio sed etiam alias quascunque res quibus ipsius definitionis terminus abundabit. Maiorum igitur predicamentorum maior erit definitio. Minorum non minor erit etiam definitio. Animal ergo quod maius est: ita definiunt. Animal est substantia animata sensibilis. Hominem vero quod ab animali minus est: ita definiunt. Homo est animal rationale mortale: risus et discipline perceptibile. Quoniam maius est animal ab homine: maior erit animalis definitio ab hominis definitione. Plus enim dicere substantia animata sensibilis: quam animal rationale et mortale. Nam substantia animata sensibilis sicut ipsum animal non solum hominem complectitur sed et equum vel bovem atque alias huiusmodi species. Si quis ergo ad hominem maiorem diffinitionem aptaverit: que est animalis: ut ita definiat hominem, homo est substantia animata sensibilis. non est plena diffinitionis ratio cum equus atque bos substantia animata atque sensibilis esse possint: que species hominis non sunt. Si quis non maiori rei minorem definitionem aptaverit: curtam et diminutam quodammodo faciet rationem. Nam si quis animal definire volens dicat. Animal est res rationalis risus et discipline perceptibilis: non erit integra definitio: quoniam sunt quedam animalia que illius diffinitionis rationem subterfugere atque evadere possunt. Est enim animal bos quod neque rationale sit neque risus perceptibile. Sola igitur relinquitur bene definiri: que cunque equalibus definitionibus concluduntur. ubi autem equalis definitio sit hoc modo possumus reperire. Predicamenta quecunque fuerint: si maius predicamentum de minore aliquo predicatur: converti non potest: ut minor de maiore predicetur. Semper enim maiora de minoribus: nunquam minora de maioribus predicantur. Nam si quis dicat hominem esse animal: non poterit convertere animal esse hominem. Nam homo nihil aliud quantum ad genus: nisi animal est. Animal quantum ad species potest esse etiam non homo. Paria vero predicamenta semet ipsa invicem convertuntur. Nam quoniam risibile solius est hominis: et risibile ad hominem predicatur: et converti potest: ut homo ad risibile predicetur. Dicitur enim quicquid est homo risibile. Quicquid est risibile: homo. Ergo quascunque definitiones convertere potes: ille vere atque pares sunt: quascunque convertere non potes: aut maiores aut minores sunt: pares inveniri non possunt. Nam si dicas hominem substantiam esse animatam atque sensibilem: verum est. Itemque si convertas et dicas substantiam animatam atque sensibilem esse hominem: non omnino verum dixeris. Potest enim et substantia animata esse atque sensibilis et homo non esse. Item si dixeris rem rationalem mortalem et discipline capacem esse animal: verum dixeris. Si autem dicas atque convertas animal esse rem rationalem mortalem et discipline perceptibilem non omnino verum vera dixeris. Potest enim esse animal: et non esse rationale et risus capax. Ergo quotiens est maior definitio quam id quod definitur si prius dicatur id quod definitur: et maior definitio adhibeatur. vera esse poterit definitio. Si enim prius dixeris hominem rem minorem et ipsius postea adiunxeris definitionem maiorem: ut prius dicas homo est: et post subiungas substantia animata sensibilis: verum est. Homo enim necessario est substantia animata sensibilis. Si vero prius dixeris definitionem: et postea dixeris id quod diffinitur vera esse non omnino potest. Nam si definitionem maiorem prius dixeris dicens substantia animata sensibilis: et postea rem minorem intuleris ut dicas homo est: ut substantia animata sensibilis homo est: non omnino verum est. Potest enim et substantia animata sensibilis esse: et homo non esse. At vero si minor fuerit definitio quam illa res que definitur. si prius dicatur definitio: vera est: posterius falsa. Nam si dixeris definitionem que est minor: res rationalis mortalis risus et discipline capax animal est: vera est. Omnis enim res que rationalis et mortalis risus et discipline capax: necessario animal est. At vero si converteris et rem maiorem prius dixeris: post vero minorem definitionem adhibueris: vera omnino esse non potest. Nam si dicas prius animal est: postea autem iunxeris res rationalis mortalis risus et discipline perceptibilis: non omnino verum est. Potest enim esse animal: et rationale vel mortale non esse. Itaque si maior est definitio quam res fuerit: si prius esse dixeris: postea definitionem intuleris vera est. Si vero prius definitionem dixeris et post rem intuleris falsa est: vel in minoribus vero definitionibus et maioribus rebus contra est. Nam si definitionem prius dixeris: postea rem subiacens: vera est. si vero esse prius dixeris: postea definitionem subieceris: vera omnino esse non potest. At vero in equalibus definitionibus converti equaliter potest. Nam quoniam solius hominis hec est definitio animal rationale mortale equalis est hec ad hominem definitio quoniam non est cui alii possit aptari. Itaque vel si prius definitionem dixeris postea rem subieceris vera erit: ut est homo animal rationale mortale risus et discipline perceptibile. Sin vero vel converteris et prius definitionem postea rem dixeris: ut si dicas animal quod sit rationale mortale risus et discipline perceptibile homo est hec quoque vera est. ita si semper ut definitiones vere sint: neque plus neque minus in definitionibus oportet aptari sed equaliter definitiones convenienterque disponi. Quod porphyrius scilicet non ignorans ait se neque plus neque minus effecisse generis definitionem.

De specie.

¶ Fabius. Sequitur inquit de specie disputare. Dic inquam quid sequitur. Et Fabius. hic (ut opinor) ordo est.

Species quoque multis dicitur modis. Nam et uniuscuiusque hominis forma species appellatur. Rursus dicitur et pulchritudo vultus: unde pulcherrimos quosque speciosos dicimus. Dicitur species et ea que supposita est generi: unde et hominem animalis speciem appellamus: cum animal ipsius genus sit: et album coloris speciem.

¶ Tunc ego speciei quoque nomen sicut generis equivocum puta. Nam et hoc quoque multifariam appellari designat. Dicitur enim inquit species a figura corporis: et fortasse alia plura. De quibus quoniam nullus tractatus habebatur: iure pretermissa sunt. Hic tamen a victorino videtur erratum: quod cum idem sit cuiuscunque hominis species

& vultus: quasi in alia appellatione speciei vultus iterũ pulchritudinẽ dixit. Quasi nõ perinde pulchritudo sit vultus ac tota species fuerit. Nam si quis prius pulcher fuerit toto corpore: etiam vultu. Sed pretermissis his ad illam speciem que sub genere ponitur: atq̃ genus efficit veniamus. Namq̃ ut dictum est: substantie ipse nullo speciei nomine generisue censentur: nisi quadã ad se inuicem collatione sine comparatione q̃ composite. Nã qđ animal est: nõ idcirco genus est: quod animal est: sed idcirco quoniam hominis sub se atq̃ equi & ceterorũ animãtium species habet. Atq̃ idcirco ait. Unde & hominem animalis speciem appellamus: cum animal ipsius genus sit: neq̃ eni᷑ homo species diceretur: si super ipsũ animalis appellatio non predicaretur. Sed ut monstraret non in unis solis substantijs genera speciesq̃ versari sed etiam in omnium predicamentorum nuncupationibus esse cõmune: non solius substantie dedit exemplu᷑ sed etiam eius quod reliquum remanserat: accidentis. Quid enim ait. Et album coloris speciem: que sunt in accidentis diuisione qualitatis. Sed quoniam inter se quedam connexio est: & talis comparatio atq̃ relatio: ut preter ad se inuicem habitudinem: genera & species esse non possint: nihil eni᷑ in eorum definitionibus concludi potest: nisi alterutrum nominata sint. nam si substantia generis speciei supposita: speciei vero generi supposita & ad ipsam predicato perficiatur: non est dubium quoniam definire necesse sit inuicem speciem cum genere: & cu᷑ speciem inuicem nobis genus p̃dicare necesse sit. Hec igitur etiã in generis subscriptione seruatur descriptio: cu᷑ generis definitio habita est. Hoc enim dictum est tunc esse gen᷒ quod ad differentes specie diceretur. Nunc uero dicendũ est id esse speciẽ que sub genere ponitur. Sed multiplex eius diffinitio haberi potest. Potest enim rursus dici id esse speciẽ: ad quã genus in eo quod quid sit p̃dicatur. Que res utreq̃ id significant speciem poni sub genere. Nam prima quidem definitio: id aperte designat. Secunda non talis est: quoniam semper minora maiorib᷒ supponuntur. Genus ab eo aliquid in eo q̃ quid sit p̃dicatur: magis esse non dubium est. Quod si ita est: nullus est obscuritatis error: quin species que minor ẽ maiori sibi generi supponatur. Nihil igitur hec secũda definitionis significatio a priore differt. Si enim species sub genere nõ poneret: gen᷒ ad speciẽ in eo qđ qd sit nõ predicaretur. Tertia vero definitio speciei interiore rõne collecta ẽ & eius speciei uim naturamq̃ demõstrat. Dicit eni᷑ speciẽ esse: que ad plurima numero differẽtia in eo quod quid sit predicat. Que diffinitio etia᷑ ex superiore genere debuit esse plenissima. Sed ego nũc quantũ castigata permittit breuitas explicabo. sed prius de ipsis generibus speciebusq̃ pauca dicenda sunt. cum sint quedã genera que spẽs habeant: atq̃ ipsa aliis generibus species esse possint: nõ est dubiũ ea gemina comparationis habitudine fungi: ut ad alia species: ad alia genera nominentur. Sed si in uno filo atq̃ ordine speculemur: & quodcunq̃ genus a summis rei repertũ est. ei᷒ rursus gen᷒ aliud requiram᷒. & rursus aliud atq̃ aliud: etsi nihil sit quod intellectus rõne cõsistat: inexplicabilis interminabilisq̃ tractabitur. Sed quoniã multa sunt in hac scientie fundamenta: que nulla rõne omnium in infinitũ procedentia concluduntur: dicendũ necessarium est posse nos ascendentes usq̃ ad tale aliquid peruenire: cuius cum solum ceteris genus sit: aliud genus inuenire non possumus. quod gen᷒ primũ & magis genus & generalissimũ nuncupatur. Sed si hoc in genere contingat ut ascendentes alicubi consistamus: non est dubiũ quin descendentes iterũ per species ad aliquem quodammodo talem offenso termino consistamus. Itẽ cũ descendẽtes per speciẽ usq̃ ad illã speciẽ uenerim᷒ q̃ sub se spẽs nullas habet. illã speciẽ ultimã speciẽ & magis speciẽ & specialissimã nuncupamus. Sed quia species aliquorũ est continens: si aliquorũ specie differentiũ cõtinens esset: nõ magis species sed genus merito vocaret. Sed quoniã cõtinet: & nõ specie differẽtes res continet. illas necesse est sibi cõtineat pluralitates: sed si cõtineat pluralitatẽ: & maius semper est id quod cõtinet: q̃ id quod continetur: de pluralitate illa species predicabit. Appellabit igit species de pluribus reb᷒ numero differentibus in eo quod quid sit. Species eni᷑ cũ appellat de subterioribus. superiorẽ speciem substantiamq̃ declarat. Nam cũ dicimus quid est cicero: homo cõtinuo respõdet. Cũ ergo tribus modis speciei facta sit diffinitio superiores due nõ tantũ sunt speciei: sed etiã subalterne speciei. Est eni᷑ species que & ipsa genus sit. generalissimum enim genus substantia. & sub ea corpus. sub corpore animatum corpus. sub animato corpore animal. & sub animali homo. sub homine indiuidua. Sed hanc diuisionem plenius posterius exequemur. Nunc autem hoc nobis tantum sufficit. Substantia igitur magis genus est. homo magis species. Ita ut neq̃ substantia species aliquando esse possit nec homo genus. Corpus uero animatu᷑ vel animal ad superiora: species ad subteriora genera nominantur. Si quis ergo corpus animatum vel animal vel homine᷑ velit exprimere: & dicat species est quod ponitur sub genere: & ad quã gen᷒ in eo qđ quid sit predicatur hec definitio & magis speciẽ .i. hominẽ & subalternã speciẽ cõtinet .i. corp᷒ animatum vel animal. Nã corp᷒ animatũ & aĩal & homo: sub genere sunt posita: & ad eas oẽs in eo quod quid sit appellat ut dictũ est. Si quis uero illam speciẽ definitione monstrare velit: q̃ vere spẽs ẽ .i. specialissimã speciẽ que tm̃ species: & nũq̃ gen᷒ sit: hoc modo definiet speciem esse: que ad plurimas res numero differẽtes in eo qđ quid sit predicetur. Sed hec definitio subalternis speciebus nũq̃ cõueniet. Ille eni᷑ que subalterne sunt species: possunt etiã pro generib᷒ accipi: si ad subiecta predicentur. Quod si possunt pro generib᷒ accipi: cũ pro generib᷒ accepta fuerint: non tm̃ ad plurimas res numero differẽtes predicabuntur: sed etiã ad plurimas res specie differẽtes quippe cũ sint genera. Sed q̃ hoc in magis speciebus nõ euenit: ut aliquando de specie differentibus predicẽtur: hec definitio posterior: solius magis speciei definitio est. & eam cetere subalterne species excludunt: atq̃ reiiciunt. Quod porphyrius demõstrat. Sed hec definitio eius speciei est: que magis species dicitur. Alie uero definitiones erũt etiã illarũ: q̃ nõ sunt magis spẽs. horũ ergo ipsa᷑ subscriptionẽ demonstrationẽq̃ clarius seipsum dicere promittit: cum dicit.

Manifestius autem hoc fiet quod dicimus hoc modo: in nominibus predicamentis sunt quedam magis generũ & magis specierum: & magis genera sunt: supra que nullu᷑ aliud genus poterit inueniri. Magis species rursus: sub qua nulla species reperitur: & horum interualla que possident: & genera & species sunt: singula superioribus inferioribusq̃ collata: ut alteri genus: alteri species appellentur.

Huiusmodi sunt inquid quedam quorum genera inueniri nõ possunt: que ipsa merito magis genera nominantur quoniam maius ipsis aliquid inueniri non põt. Nã si illa sunt genera: genus aũt oib᷒ sub se positis maius est: at quorũ genus nullũ est: nihil eorum maius poterit inueniri. Ut quorum genus nihil poterit inueniri: merito ipsa magis genera vocantur. Sunt aũt quedã alia: que magis species appellantur: sub quib᷒ non alie species locate sunt. Nam plus videtur esse spe-

dici. Ea integrior: et vere species est: que genus nunquam est: quam ea que aliquando genus esse potest. Quod si vero species est: que sola species nunquam genus est: merito magis species appellata est. Igitur inter magis speciem magis genus quod est intervallum: subalterna genera et subalterne species impleverunt. Nam subalterna vocantur: quecunque ad superiora species: ad inferiora pro generibus accipiuntur. Idcirco quoniam si omnes res ad inferiora comparentur genera sunt. Si ad superiora species. Et si ad superiora et inferiora eadem ducantur: genera et species inveniuntur. Atque ideo subalterna genera et species nominata sunt: quod filo quodam atque ordine ad inferiora composita genera: et ad superiora species agnoscantur. Sed ita genera speciesque esse [illegible] non ut an genus est: eadem iterum velut species [illegible]. Nam si (ut prius ostensum est) species sit magis genus est: non est dubium quin maior res sub minori poni non possit. Atque ideo aut ut alteri genus: alteri species appellentur: quod nequaquam ad eandem rem et genus esse et species conveniret. Dat igitur huius rei exemplum: quo quod dicit facilius possit agnosci. Faciat igitur hanc divisionem. Ponit substantiam magis genus: supponitur substantie corpus et incorporeum. Corporis animatum corpus: et inanimatum. Animato corpori animal sensibile: et animal insensibile: ut sunt ostrea vel conchilia: vel herbe: vel arbores: et alia huiuscemodi: que vivendi animam habent: non etiam sentiendi. Sub animali: animal rationale et irrationale. Sub rationali: mortale et immortale. Sub mortali hominem. Sub homine singulos homines: hoc est corpora individua: ciceronem virgilium scilicet: et eos qui iam in partes sunt singuli. Substantia ergo que prior est: magis generis loco accipitur. Genus enim solum non etiam species est: quod nunquam ei genus superius invenitur. Homo vero solum species est. Nullas enim alias species sub se coercet. Singuli enim homines non specie sed numero differunt. Corpus vero quod pridem sub genere posuimus, id est substantia: ad substantiam quidem species: ad animatum corpus genus accipitur. Animatum autem corpus ad corpus species est: ad animal genus. Rationale item animal mortalis genus est: species animalis. Mortale autem genus hominis est, species rationalis animalis. Homo autem quod super individua est: nihil de generis natura sortitus est: sed tantum sola species appellatur. Sed hanc divisionem si cui in aliis rebus transferri et aptari placet ita considerandum est: ut quicquid fuerit: cuius genus inveniri non potest: magis id genus appelletur. Et quicquid cuius nulla species fuerit, id est ut super individua collocetur illam magis speciem esse. Oportet enim si quod genus sit: super differentes specie res poni. Quod autem magis species, non super specie res differentes ponitur: nunquam digne genus poterit appellari. Ergo quoniam quemadmodum quod supremum genus super se genus non habet. magis genus dicitur [illegible] magis species appellatur. Illa autem que in medio posita sunt: non eiusdem sunt habitudinis. Nam quia species esse possunt: non sunt magis genera: et quoniam genera esse possunt: idcirco nunquam magis species predicantur. Nam illis que superiora sunt species sunt: illis vero que subiunt loco generis preponuntur. Cum igitur due forme sint omnium rerum: aut ut genera preponantur: aut ut species supponantur [illegible] generalissimum genus: et specialissima species [illegible] continent habitudines. Illud ut tantum genus: nunquam species videatur: illud ut sola species: nunquam etiam genus appelletur. Subalterna vero que media sunt duas formas habent, id est utrasque. Namque (ut frequentius inculcatum est) et generis quodammodo parentelam: et speciei derivationem sortita sunt. Nec hoc fortasse nos turbet: quod species specialissima habet aliquid sub se. Namque homo cum sit magis species: habet sub se singulos homines. [illegible] nunquam formam specialitatis immutat. Cum enim sub se individua habeat: que contineat et que sub specie vera sint, et nulla substantie proprietate discrepent: species eorum vocatur que continet. Ita homo et animalis species dicitur: quia continetur et hominum singulorum species est: quia eos continet: qui nulla unquam specie discrepabunt. Diffinitio igitur magis generis: magisque specierum talis est. Magis genus esse dicitur: quod genus semper sit nunquam species et quorum superius nullum genus sit. Rursus magis species est: quod species semper sit: nunquam genus. Ex iterum que nunquam dividitur in species: et que ad plurima numero differentia in eo quod quid sit predicatur. Illa vero alia (ut sepe dictum est) et genera et species esse possunt: superioribus scilicet inferioribusque collata. Hoc autem attentissime respiciendum est: quod in diversis longe nationibus in eo genere: ubi ex sanguine aliqua cognatio deducitur: diversarum cognationum genus ad unum caput generis deduci potest. Namque romani a romulo sunt: romulus autem a marte: mars a iove: poterit genus romanorum ad iovem duci. Item quoniam athenienses a minerva: minerva a iove: potest atheniensium genus ad eundem iovem velut ad originem deduci. Item quoniam perse a sole: sol autem a iove: possunt perse quoque ad eundem iovem velut ad originem propriam deduci. Ita diversissime gentes ad unius cognationem erigi possunt: Quod idem speciebus generibusque non fit. Nunquam enim diversa genera sub uno genere poterunt accommodari. Aristoteles enim primorum generum predicamenta decem constituit: que velut aliquis fons: ita subterioribus omnibus ortum quodammodo nationemque profuderint. Hec igitur decem predicamenta: quoniam generalissima sunt: et supra eos nullum aliud inveniri genus potest: ad unum genus reduci non poterunt. Quod si decem genera prima ad unum genus reduci non poterunt: nec illa que sunt sub eisdem generibus: id est species subalternaque genera: ad unum genus aliquando poterunt applicari. Nam si prima eorum genera ad unum superius duci non possunt: non est dubium: quin ea ipsa que sub ipsis sunt: ab uno genere coerceri continerique non patiantur. Nam si substantia: qualitas: et quantitas: et cetera sub alio communi genere poni non possunt: quod ipsa magis sunt genera: nec quicquid substantia fuerit, id est sub eodem genere animal vel homo: vel item sub qualitate vel quantitate: ad aliquod genus commune se poterunt applicare. Nunquam enim inveniri genus poterit: quod hec decem genera solitario et proprio intellectu intra se possit velut species continere. At dicat quis. Hec omnia decem genera: si vere sunt: subsistentia quodam modo vel entia dici posse. Flexus enim hic sermo est ab eo quod est esse: et in participii abusione tractum est propter angustiationem latine lingue compressionemque. Hec igitur (ut dictum est) entia posset appellari. Et eas hoc ipsum, id est esse genus eorum fortasse dici videbitur. sed falso. Namque omnia que inter se equivoce nominantur: nunquam eiusdem continentiam generis sortiuntur. Quippe quorum substantia discrepat: non est dubium: quin generis quoque ipsius definitio discrepabit. hec autem ut entia nominentur: non univoce sed equivoce predicantur. Nam quoniam substantia ens est: et item qualitas ens: si quis rationem definitionemque substantie et qualitatis dixerit: eadem natura utrisque non poterit convenire. Non est dubium quin substantia et qualitas non univoce sed equivoce predicentur. Quod si equivoce predicantur: sub eiusdem generis sorte poni non poterunt. Non est igitur in generibus speciebusque aliquod genus solum: quod possit diversa rerum genera coercere. Tunc sibius. Abundanter hec inquit omnia: et de his ipsis rebus frequentius inculcatum est. Sed perge ad sequentia. faciam inquam. Hec enim ut arbitror sequuntur

Ergo decem genera constituit aristoteles in predicamentis: que magis genera sunt. At vero ille que magis species sunt: semper in plurimo quidem numero sunt: non tamen in infinito. At vero individua que sub magis specie sunt: infinita sunt semper.

¶ Hoc enim dicere vult qd multo plures species sunt quā genera. habet enim genus sub se plurimas species: et quoniā decē genera omniū rerum prima sunt: species specialissime nō solū decē sunt: sed plures: non tamen infinite. Individua nō que sub magis specialibus sunt: infinita sunt: et eorum intelligentia nulla vnq̄ capi potest. Que enim infinita sunt: nullo scientie termino concluduntur. Igitur omnis nobis divisio omnisq̄ scientia: a magis generibus per subalterna genera vsq̄ ad magis species deducatur. Ita eniz consulētes integrā superiorū scientiā capere possum⁹ et retinere. Si quis aut individua velit scientia disciplinaq̄ comprehēdere: frustra laborabit. Sed ita iubemur a magis generib⁹ vsq̄ ad magis species per intervalla media discurrere: vt specificis differentijs dividentes subalterna genera vsq̄ ad magis species descendamus. Specifice autē differentie sunt que speciē quāmq̄ declarant. Declarantur autem species differentijs hoc modo. Siquis enim dicat substantiam: vt ponat sub substantia corpus. sub corpore animatū corp⁹: sub animato corpore animal: sub animali rationale animal. Sub animali rationali mortale. omnes has species que sunt substantie: cū pro differētijs posuerit: hominis scilicet species informabitur. Nam corpus animatū ab inanimato corpore differentia est. Porro autem animal ab insensibilibus: et rationale ab irrationale: et mortale ab immortalibus differentie sunt: hec igitur omnia cū iunxeris: vnā speciez declarabis. i. hominē. Nā cū dicas corpus animatū: animal rationale et mortale: que scilicet differētie in subalterno ordine sibi supposite sunt hominē demonstrasti. Sunt quedā alie differentie: que tales sunt: ac si dicas animal rhetoricū: quod solus homo rhetor possit esse. Sed hec differentia non perspicax differentia est i substantiā hominis: naturāq̄ nō perficit sed tantū artem quandam scientiāq̄ esse cōmēdat. Ille igitur in divisionibus differentie speciesq̄ prosunt: ex quibus illa que dicit magis species informantur: et hec vocatur specifica differentia. que magis speciē possit efficere. Ergo cū per hec descensū fuerit ad magis species: relinquēda sunt sub magis speciebus individua: nec eorū est aliqua scientia requirenda. Nā illa nō solum infinita sunt: sed etiā quecūq̄ in sese cōvenerint infinita sunt: rhetorica eniz species ē. Sed cū venerit in singulos hoīes: tunc per singulos et infinitos divisa etiā singula fiet et infinita. Si eni oēs quicūq̄ sunt vel fuere numerētur rhetores. null⁹ vnq̄ huiusce numerationis finis erit: cū presertim etiam per infinita tēpora in futurū singuli homines rhetores esse possunt. Hic sabinus. Hoc igitur inquit erat: quod ait.

Porro autē vel artium vel disciplinarum cum individua per singulos homines esse ceperint: rationem ad percipiendū capere vel habere omnino non possunt.

¶ Et ego. Hoc inquā est qd cū artes vel discipline: q̄ in sua specie vna cū collecta fuerint: in individua venerint .i. p singulos hoīes. in infinitā multitudinē innumerabilesq̄ sese dispertiunt. hoc aūt idcirco evenit qd hec eadē ratio est: quā porphiri⁹ ipse dirigere nō negleit. Genus eniz cū vnū sit: plurimarū specierū progenitivū est. Namq̄ sub vno genere plures species inveniunt. Id circo quoniā species gen⁹ illud vnde profluunt: in plurima segregāt atq̄ dispertiunt. Gen⁹ autez plurimas colligit res: sicut ipsū a plurimis item specieb⁹ dividit. Nam et homo corvus et equ⁹: que sunt species: quātuz ad animal: equaliter animalia sunt. Ita eniz nomē animalis omnes suas species intra se cōtinet. Quod si et in homine animalis nomen est: et in corvo: et in equo: non est dubiū quoniā illud genus qd sub se ipsū eas cōtinet species diversitate intereisse dividant multiplicentq̄. Colligit igitur genus species in se: species vero genus ipsū

suapte natura dispertiunt. Est igitur genus collectivū specierū suarū: et quodāmodo adunativū. Species vero divisive generis quodāmodo multiplicative. Igitur quicunq̄ ad magis genera attendit: omnez specierū multitudinē per genera colligit adunatq̄. Cū vero a magis generib⁹ vsq̄ ad magis species decurritur: omnis vnitas generum superiorū in multifidas ramosasq̄ species segregabitur. Quod autē ait multitudo capienda pendet est ac si diceret: multitudo sectionē est. nam cū dividis genus in species. eadē species multas esse accipis: q̄s tu iā feasti. Species quoq̄ ob hec generis adunatiōe ac quodāmodo collectione nō discrepat. Nāq̄ et ipse infinitatē individuorū ad vnā revocāt formā. Singulorū eniz hominū species que est homo: collectiva est: hoc modo. Ad hominis eni speciē cuncti singuli homines vn⁹ homo sunt. i. prima species: que nos cōtinet ceterosq̄. Porro autem ipsa species in nos multo scissa dividit. Omne eniz quod singulū est atq̄ individuum: illud vnde nascitur dividit. Omne quod nō est singulū atq̄ nō individuū: sed dividi potest: non p se ipsum magis dividit subteriora quā colligit. His igit expeditis. constat genus plurimarū specierū esse genus: et speciē plurima sub se individua continere. Naz si que sunt subteriora illa que sunt superiora dispertiunt: et in multitudinem distiguunt dividuntq̄. Quare non est dubiū quin superiora semper inferioribus pauciora sint. Predicamēta vero aliud de alio: vel ad se invicē que torquentur: hoc modo sunt. omnes enim res aut maior erit: aut minor: aut equa. omne quod est maius: de minore poterit predicari. Minus non de maiore non dicitur. Nam qm animal est et homo et equus: ad animal hominē si predicare volueris: tantū hec cōvenit predicatio: quātuz continuit animal esse hominē. Age eniz: converte et dic hoc esse animal: quod hominē. Quantū igitur pars est animalis: que hominis speciez continet: tantū animal homo est. In illis autez alijs partib⁹ animalis que aliud continent quā est species hominis: appellatio non convenit. Nam si dicas animal homo est: quod homo in illa parte in qua equus est animal et corvus: ista talis predicatio non aptatur. Atq̄ ideo vniversaliter non cōvertūtur. Nam si dicis omnis homo animal verū est. Si sēper omne animal homo: falsū est. Quod si maiora de minoribus predicantur: quia omne minus in se continent: et minora de maioribus idcirco non predicantur quia maiora minoris diffinitionē superuadunt: et quodāmodo exuperant: non est dubiū: quin illa que sunt equalia sibi: possint ipsa cōverti. Equalia autē sunt illa que neq̄ minora neq̄ maiora sunt. i. vt si in quamlibet specierū ponantur. et omnium illi speciei adsint et nulli alij. nam omnis homo risibile est: et nulla alia species risibili potest proprio nuncupari. Atq̄ ideo quoniā equalia sunt: convertūtur. Dicis eni qcqd ē homo. Risibile. Quicquid est risibile. homo. et itē. Quicquid est hinnibile: equus. Quicquid est equus: hinnibile. Quod si semper maiora de minoribus predicantur: superiora necesse est genera esse: et oia subalterna minora fiunt. Qd si subalterna oia minora sunt: nō ē dubiū: qn si qs p subdivisionē descēdat ad vltimā speciez: quodcūq̄ gen⁹ de vicinis sibi pdicabit etiā de subalternis. nāq̄ substātia habet sibi vicinū ad subteriora gen⁹. Ad se vero speciē: qd est corpus. De hoc igitur substantia predicatur. Siquis eniz interroget: quid est corpus: dicitur substantia. sub corpore vero est animatū corpus. et sub eo animal. Ergo quoniā substantia idcirco predicatur de corpore quia illa est superior: necesse est quibus corpus superius fuerit: eisdē etiā sit substantia superior. Nam si corpus predicatur de animato corpore et de animali: predicabitur etiaz substātia de animato corpore: et de animali. Sic igitur quecūq̄ superiora fuerit de subterioribus non soluz sibi vicinis sed etiam de subterioribus predicantur. Nā

si maiora sunt hiis que sibi vicine sunt speciebus: multo maiora erunt etiam illis quibus vicine species fuerint am plures. atque quecunque de quibuscunque speciebus predicantur de ipsis predicabitur. et idcirco species generis. Nam si species aliquibus maior est: multo genus speciei ipsius illarum quarum species maior est amplius erit. Atque ita ad id predicabitur quemadmodum ipsa species antea predicata est. Quod si ita est non est dubium quod genus quoque generis illius quod ad illud ad quod species predicabatur: poterat predicari etiam id quoque de eo quod species et genus speciei predicabatur predicari posse. Nam si quis dicat ciceronem esse hominem: et animal hominis genus sit nichil erit absurdum ciceronem animal predicari. et cum animalis ipsius substantia genus sit non erit inconveniens ciceronem substantiam predicari: quoniam que superiora sunt de subterioribus predicantur et que subteriora sunt si que alia sibi subteriora habeant illud primum genus habebunt etiam illa subteriora: et de hiis convenienter predicabitur. Igitur species de individuo predicatur ut maius. magis genus vero de omnibus subalternis: et de ipsa specie predicatur. quo enim modo dicitur et corpus substantia. et animatum corpus substantia. et sensibile corpus substantia: et rationale animal substantia: et mortale substantia. et homo substantia et de ipso etiam magis genus individuis predicatur. ut dicitur. et potest enim cicero dici substantia. Species vero sola de nullis aliis nisi de individuis predicatur. ut predictum est. Individua autem ipsa de nullo alio predicantur nisi de ipso. i. singulis. Natura autem individuorum hec est quod proprietates individuorum i solis singulis individuis constant et nullis aliis transferuntur atque ideo de nullis aliis predicantur. Ciceronis enim proprietas cuiuslibet modi fuerit. neque in catonem neque in brutum neque in catullum aliquando conveniet. At vero proprietates hominis que sunt: id quod rationale: mortale: risibile: pluribus et omnibus individuis possunt et singulis convenire. Omnis enim homo et singillatim individuus et rationalis est: et mortalis: et sensibilis et risibilis. Atque ideo illa quorum proprietates possunt aliis convenire: possunt de aliis predicari. Horum autem quorum proprietas in alios non convenit: nisi ipsis tantum individuis singulariter. de aliquibus aliis preter se singulariter predicari non possunt. Repetendum est igitur quod omne individuum species continet. Species vero ipsa continetur a genere et unum quod omnium corporum maximum genus est et nunquam est pars. individuum vero pars semper est nunquam est totum. Species autem et pars et totum merito non capitur. nam ad genus pars est ad individua totum. dividitur enim genus (ut dictum est) et individua colligit. Sed species pars est alterius. i. generis. Totum vero non est partis sed partium. Nanque genus et unum est et plures species unius. i. unius generis species pars est. Et quoniam individua plura sunt in unum sub una specie quam illa individua colligit. Species alia non est unius totum id est non est partis totum. sed plurimorum id est partium. plures enim partes sub ea individuorum sunt: quarum totum species. i. homo appellatur. Sed de genere et specie sufficienter dictum est. Et quoniam matutine salutationes vocant in futuras noctis vigilias quod est reliquum transferamus.

Explicit editionis prime liber primus. Incipit Secundus de Differentia.

Multa nobis a parente natura excellentius quam ceteris animantibus gratiae illustrioris concessa sunt. Que nos ita quasi queda benigna artifex humanitatis creavit ut primum nobis reputandi considerandique animam rationemque concederet. Post vero rationem reperta prologuendi accideret usum. Sed que natura nos non corporis sensibus a beluis sed mentis dignitate distare constituit: iussitque adniteremur et a sue vivacitate nature non deficeremus sicut ipsa est eterni generis ita quoque famam in posteros verbisque glorie immortalibus temporibus exequi. Dum vero se pravis libidinibus corporis obnixi perdentibus corrumpendaque permiserint naturam corporis sequitur. Nam nihil eius vivacitatis post corpora remanet. cui omnis labor et studium de rebus corporis atque in corpus impensum est. Quare advertendum est ut nos meliorem naturam eius reddamus. non ea re qua pecudibus nihil distare possimus. Sed quo celestium virtutum similitudine eternitatis gloriam factis egregiis dictisque mereamur. Sed de hiis alias nunc ad propositum revertar. Cum iam alte rius noctis conticinia lucubrationis vigilieque venissent credo hesterne retionis subtilitate captus ut qua ipse est cupiditate discendi audiendique studio vigilantius. quam nunque surrexerat fabius ad me pervenit. Qui postquam salutatus. loquenti a me operis promissam continuationem reposceret. Iam inquam non invitus: quippe cum nec mihi sit in vita quicquam melius agere et tu hanc mihi lucubrationes studio tuo mereris quod mihi per quam gratissimum est. Placuit igitur ut quoniam hesterna disputatio speciem explicuerat: alterius expositionis principia de sequenti differentia sumeretur. Hic fabius. Uberrime inquit a te hesternis vigiliis de generibus et speciebus expositum est. Sed cur dia studio fabius: differentiis terminorum tractandum est. non inquam immerito. Nam varie accepte differentie varias habebunt etiam potestates. Erunt namque alias generalis alias speciales. alias vero differentie. Sed hoc postea demonstrabitur. Nunc vero ita (ut arbitror) textus est.

Omnis differentia et communiter et proprie et magis proprie dicitur.

Differentiam quoque multis appellari modis designat. Dicit autem tribus hiis modis fieri differentiam. aut enim communes sunt aut proprie aut magis proprie. Communes sunt quibus omnes aut ab aliis differimus. aut a nobisipsis. nam sedere vel ambulare vel stare differentia est. nam si tu ambules. ego vero sedeam in actu ipso atque ambulatione differimus. Et cum ego cum nunc sedeo: postea vero si ambulem communi a meipso differentia discrepabo. Proprie vero sunt que unumquodque individua forma aliqua naturali proprietate distinguunt. ut si quis sit cesius oculis: vel crispo capillo. Et tamen proprie vnicuique singuli dote sunt quoquo modo illa nascuntur. Magis proprie sunt que in substantia ipsa permanent et totam speciem differentie descriptione permutant: ut est rationalis vel mortalis hominis differentia. Horum autem communes et proprie differentie sub eadem specie singulos a se faciunt discrepare illa proprius differentiis: idem communibus. Magis proprie vero totam naturam cuiuslibet speciei substantiamque permutant et ab aliis speciebus segregant atque dispergunt. Harum ergo communes et proprie differentie quoniam speciem non permutant. sed formam quodammodo et habitudinem solam faciunt discrepare alteratum facere dicuntur. i. non integram alterius facere. i. non omnino permutare. Sed quodammodo discrepantiam distantiamque faciunt atque ideo non vocantur alterum facientes. i. permutantes. Sed magis alteratum. i. non integrum alterum facientes. Illa vero tertia. i. magis propria quoniam substantialis est. et ipsius speciei alteram naturam alterum facit. Nam quoniam homo atque equus quantum ad id quod

nialis erunt: vna illis erat substātia: veniens rationale disgregauit omnino speciē: ⁊ funditus alterā fecit. Ergo cōmunes ⁊ proprie differentie alteratū facientes vocātur. Magis proprie aūt alterū facientes. Cōstat igitur differētiarū alias facere alterū alias alteratū. ille q̄ faciūt alterū: substantiales sunt: ⁊ omnes naturā specieq̄ꝫ permutant: ⁊ specificales predicantur. valet enī quālibet speciem cōstituere: ⁊ ab alijs omnibus segregare: ⁊ eius formā naturāq̄ꝫ cōponere. Nāꝫ si duas mortale ⁊ rationale differentias. ⁊ eas animali supponas: non est dubium quin cum hominis speciē facias: speciei huiꝰ sint perfectrices. atq̄ꝫ ideo specifice nominantur: quod ⁊ permutant naturā: ⁊ ipsāꝫ substantiā cuiuslibet illius speciei cōstituunt. Ille vero alie nihil aliud efficiunt nisi alteratū: quippe cū aut proprietate quadā forme alius differt ab alio: aut aliqua habitudine ⁊ dispositione aliquid faciendi. Illa igitur magis propria differentia: quāꝫ specificam nominamus: sola poterit in generis diuisione congruere. Cetere enī cetere nihil ad substantiā: sed ad quādā quodāmodo eiusdē similitudinis discrepantiā distantiāq̄ꝫ ponuntur. Nihil enī in illis preter alteritatē solā reperire queas. quippe que non cōstituunt species. sed constitutas etiam ⁊ effectas magis proprijs suis qualitatibus ipse discriminant. Quod autē dicit.

Repetenti nunc a superioribus dicendū est. Differentiarum alias esse separabiles: alias esse inseparabiles.

Hoc est quod hic nunc diuisio alia rursus assumit. Nā cum prius differentiā in tribus partibꝰ separet ⁊ postea tres illas in duarū tantū numerū quasi iterū colligeret: vt alias alterum facientes esse diceret: alias alterantes: ipsarum rursus triū tertia sumitur facienda diuisio. Dicit enī alias esse separabiles: alias inseparabiles: ⁊ sicut in priori diuisione alteratū facientes due fuerunt cōmunes ⁊ proprie: sola vō magis propria remanserat que alterū faciebat eodē nunc etiā modo in separabilibꝰ ⁊ in inseparabilibus cōmunis tantū separabilis. Alie vero differētie vtreq̄ꝫ vt cesitas oculorū: vel statura celsior: vel corporis proprietas: que sunt proprie differentie: vel certe rationabilitas vel mortalitas: que sūt magis proprie differentie: possunt nunq̄ꝫ ab hominis specie segregari. Sedere vero vel currere que cōmunes sunt separantē a singulis: ⁊ itē rursus adduntur. Earū vero que sunt inseparabiles: alie per se veniunt: alie vero per accidens. Et ille vero que per se veniunt: a magis proprijs manant. Ille que per accidēs: a solis proprijs effunduntur. Et inseparabile accidens est: quicquid per inseparabilē propriā differentiā vnicuiq̄ꝫ speciei contigerit. Sed quāquā proprie ⁊ magis proprie inseparabiles differentie sint. neutre tamen illam superiorē formā naturāq̄ꝫ cōmutant. Nam magis propria semper alterū propria vero solum semper efficit alteratum. Hinc accidit quod inseparabiles proprie possunt alicui plus minusue contingere. Inseparabiles magis proprie nec cumulatis intentionis augentur: nec iminutione decrescunt. Potest enim alius procerior: alius fuscior: oculis alius capillis alius flauioribus esse: que sunt inseparabiles proprie differentie. At vero magis propria ⁊ rationale neq̄ꝫ plus neq̄ꝫ minus admittit. Omnes enī homines in eo q̄ꝺ homines sunt equaliter sunt rationales atq̄ꝫ mortales. Nā si genꝰ plꝰ minusue est posset genus: possunt esse differentie vel intentione crescere: vel remissione decrescere. Nam quoniā animal non est plus homini quā equo: neq̄ꝫ equo plus q̄ꝫ ceteris: equaliter subiectis omnibꝰ genꝰ est. Sic specierū differentie quas specificas appellamus magis minusue non capiunt. Nā si animal rōnale mortale huiꝰ hominis diffinitio est: ⁊ hominū nihilominus singulorū: non est dubiū qn hec diffinitio ad oēs hoies singulos equaliter semꝑ aptetꝰ: ⁊ nulli neq̄ꝫ plus neq̄ꝫ minꝰ cōueniat. Quod si ita est. partes quoq̄ꝫ totiꝰ diffinitionis q̄ sunt differētie tales erunt: vt nulli neq̄ꝫ plus neq̄ꝫ minꝰ sed equaliter semꝑ ⁊ cōuenienter aptetꝰ. Partes aūt huiꝰ definitiōis sunt ratiōale ⁊ mortale. Rationale igitur ⁊ mortale: que sunt magis proprie differentie plus minusue non capiunt. Ab hac igitur ⁊ separabiliū inseparabiliūq̄ꝫ differentiarū diuisione tribus modis differentias speculamur. Nam aut separabiles sunt: aut inseparabiles. Inseparabiliū vō aut per se veniunt: aut per accidēs. Que per se veniunt: alie sunt que genus diuidunt: alie que speciem informant atq̄ꝫ constituūt. Sed de superioribꝰ prius dictum est. Nunc autem de his que genus diuidunt ⁊ speciē constituūt disseramus. Omnis quecūq̄ꝫ fit generum diuisio in species: si earū specierum alia subdiuisio fiat: ⁊ a magis generibus per subalterna genera vsq̄ꝫ ad magis species decurratur: gemina in his erit complexaq̄ꝫ diuisio. Nāq̄ꝫ si contrarias specierū differentias respicias: generū est diuisio. Si subalternorū generū: fit specierū cōstitutio. Si enim genus diuidamus. i. substantiam: vt iā superius dispositiōe diuisa est: ⁊ fit substātia: post substantiā animatū corpꝰ ⁊ inanimatū. Sub animato corpore sensibile ⁊ insensibile. Sub sēsibili. i. animali rationale ⁊ irrationale. Sub rationali mortale ⁊ immortale. He igitur differentie eedē species sunt: si cōtra seipsas in diuisione respiciantur: diuidunt genus hoc modo. Nam quoniam sub substantia animatum corpꝰ ⁊ inanimatū posuimus: si animatum corpus contra inanimatū respicias: substantiā diuidisti. Si vō subalterna genera in ipsis differentijs aspicias: speciem constituisti. Nam si animatum corpus ⁊ quod sub ipso est sensibile corpus aspexeris: animal respexisti. Item si rationalem differentiam cōtra irrationalem differentiā acceperis: genus quod est vtrorūq̄ꝫ. i. animal diuisisti. Si vō sub eodē ordine rationalē differentiam ⁊ mortalem accipias: hominis sine dubio speciem demonstrasti. Itē he differentie alio mō accepte fiūt generis diuisibiles. i. genera diuidentes. Alio vero mō fiūt constitutiue specierum: idest que species declarent atq̄ꝫ constituant. Nāꝫ si contrarias differentias respexeris: diuides genꝰ. Si vero subalternas: speciem constitues. Differentiarum igitur vis ⁊ separabilium ⁊ inseparabiliū ceteras tres res. i. genꝰ speciēꝫ accidensq̄ꝫ sic retinet: vt permutata operatione per hec eadem ipsa etiam permutentur. Nam rationale ⁊ mortale differentias si contra irrationale ⁊ immortale respexeris: diuisibiles sunt generis differentie. Si vero idem ipsum rationale ⁊ mortale ad superiora cōparaueris: species erunt eius quod eas continet animalis: Si vero rationale idem ipsum ⁊ mortale ad superiora comparaueris: species erunt eius quod eas continet aīal. Si vō rationale atq̄ꝫ mortale ad subiectū hominē consideres: genera eius cōstitutiuasq̄ꝫ differētias contemplabere. At vero de illis alijs inseparabilibꝰ. i. proprijs cadunt differentie inseparabilis accidēs. Inseparabile namq̄ꝫ est accidens: cesitas oculorū: ⁊ nasi curuitas: ⁊ alia huiusmodi. Et idem sic de separabilibus accidentibus: id est de communibus. Separabile nāq̄ꝫ est accidens: vigilare: dormire: ⁊ currere: vel sedere. Quod aūt dicit sic igitur cōposita sit sup omnia substātia: ⁊ sine eius differentie diuisibiles animatū ⁊ inanimatū. Cōstitutiuas differentias in species monstrat. Quod autē dicit hec differentia animata atq̄ꝫ sensibilis sociata substātie perficit animal. Constitutiuas specierum differentias mōstrat. Sic igitur varijs modis accepte varias varietates formasq̄ꝫ sortite sunt. Sed ⁊ diuisibiles ⁊ constitutiue vtreq̄ꝫ specifice nominantur: ⁊ in diuisionibꝰ generū diffinitiōibusq̄ꝫ sole sunt vtiles. Cetere vero inseparabiles per accidēs inutiles: ⁊ multo magis ille sūt

animales: quę separabili differentia discretioneque formatę sunt. Has autem specificas differentias: qui de differentiarum diffinitione tractauerunt: tales esse declarant quibus species a genere abundant. Quid autem sit: breuiter explanandum est. Controuersia est vtrum genus differentias specierum suarum in se habeat: an minime: vt puta. Animal sub se habet species rationale et irrationale. i. hominem: verbi gratia et equum. Rationabilitatem igitur et irrationabilitatem. i. hominis vel equi differentias quibus a se species sub animali positę differunt: verum habeat vtrasque animal an non. Nam si animal quod genus est neque rationale est neque irrationale: species quę sub ipso sunt positę istas differentias non habebunt. Nam si genus istas differentias non habebit: vnde erunt speciebus differentię: quibus a seipsis differunt. Sed si quis dicat esse in genere istas differentias (non tantum haberent differentias species: nisi prius genus habuisset) aliud maius continet incommodum. Nam quoniam ęquę sunt species quę sub aliquo genere supponuntur: et ęqualiter homo atque equus sub animali genere ponuntur: neque homo prius est: neque equus: sed vterque ęqualiter animalis species nominantur. Igitur si rationale atque irrationale ęqualiter sub eodem genere sunt: erunt etiam vno tempore. Quod si vno tempore et genus istas differentias habet: vt genus suapte natura. i. animal rationale sit et irrationale: non est dubium quod eadem res vno tempore duas contrarietates in sese substantialiter retineat, quod fieri nequit. Quid igitur. Dicendum est quoniam genus actu quidem ipso, quod greci energiam vocant, illas differentias non habet. At vero potestate ab his ipsis differentiis: quas in suas species fundit non vacat. Quid autem sit actus et potestas: castigatius explicandum est. Tantum interest actus a potestate: quantum homo ridens ab eo qui ridere possit non tamen rideat. Ille enim agit ipsam rem: ille tantum potest: non etiam agit. Sic igitur et animal. Namque homo actu ipso rationalis est. Semper enim homo rationalis: et nihil aliud est: et equus semper irrationalis: et eius irrationabilitas in actu posita est. At vero ipsum animal rationale vel irrationale non ipsa agit: neque est in eorum actu positum: sed in potestate. Potest enim ex se rationale atque irrationale profundere. Quare quoniam species actu differentias continent: genus vero potestate: species a genere merito differentiis abundare dicuntur. Quoniam quod genus potest. i. differentias facere: species non solum possunt: sed etiam agunt. In ipsis enim speciebus positę informatęque sunt. Est autem alia differentię diffinitio talis: quę dicat differentiam esse quę ad plurimas species in eo quod quale sit prędicatur. Differentia ad res plurimas dici potest: vt rationale dicitur ad hominem, homo enim est rationalis: dicitur ad deum. Deus enim rationalis dicitur: sed non in eo quod quid sit: sed in eo quod quale sit. Nam si qualis homo sit interroges: rationalis competenter respondetur. Qualis deus sit si interroges: rationale non absurde dixeris. Eodem modo etiam irrationabilitas. Dicitur enim et ad equum: et ad bouem et ad piscem: et ad auem: quę omnium si qualia sint interrogaueris: irrationabilia prędicantur. Bona igitur et recta hec est diffinitio. i. differentia est quod plurimas res specie distantes in eo quod quale prędicatur. Et de mortali vero et de aliis differentiis: eadem est ratio. Sequitur locus perdifficilis: sed transferentis obscuritate victorini magis quam porphirii proponentis: qui huiusmodi est. Dicit enim omnem rem quęcunque est corporea ex materia vel forma constare. Namque si statuam dicas: constat statua ex ęre: verbi gratia: et figura illa quam ei sculptor imposuit: et est materia: ex quo facta est ęris. Figura vero id est forma: qua ęs ipsum formatum est. Nam si hominem formabis ex ęre: erit hominis forma: ęs vero materia. Eodem modo etiam genus. Namque genus in modo materię accipitur. Differentia vero in modo formę. Et enim quemadmodum quęcunque illa res ex materia et forma constitit: sic etiam omnis species ex genere et differentiis. Namque genus ita est hominis: vt est statuę ęs. Differentia vero sic est hominis: vt est forma illa ex qua ęs effictum est. Namque sicut ex aliqua figura: quę ex ęris materia efficta est. cuiuscunque illius species statuę fit: sic etiam cum in genus. i. in animal venerit differentia. i. rationale: hominis species fingitur. Illa igitur sibi proportionaliter sunt. Proportio autem est cuiuscunque illius rei similis ad aliquam rem cognatam comparatio: vt puta si duo comparentur ad quattuor: dupla proportio est. Si vero. xx. ad. xl. eadem dupla. Sub eadem ergo proportione sunt. iiii. ad duo: sub quali. xl. ad. xx. quod vtraque duplex est numerorum comparatio. Sic igitur qualis proportio est: id est comparatio materię et figurę: talis est proportio generis et differentię: et ista quattuor sibi proportionaliter sunt. Eodem enim modo ex materia et figura species vniuscuiusque illius animatis inanimatisue formatur: quod victorinus scilicet intellexisse minus videtur. Nam quod porphyrius analogon dixit. i. proportionaliter: ille sic accepit quasi analogon diceret. i. irrationale. Atque ideo in loco vbi habet scriptum hoc modo: omnes namque res ex forma et materia consistunt: ipsa autem forma irrationabilis est: tollendum est irrationabilis. Et subterius paululum vbi habetur: iam omne genus simile materię est: et consistit irrationabile: tollendum est irrationale: et ponendum est proportionabile: vt sit et consistat proportionabiliter. Nam quę proportio est figurę ad materiam in efficienda cuiuslibet corporis animati atque inanimati. Sequitur item alia diffinitio: quę est huiusmodi. Dicunt enim esse differentiam: quod possit separare quicquid sub eodem genere est: et recte dicunt. Nam dum sub eodem genere sit homo atque equus: quia vterque est animal: cum venerit rationale vel irrationale equum atque hominem quę sub eodem genere erant: diuidunt atque dirimunt. Sunt igitur illę differentię quę possunt res sub eodem genere separare. Est autem alia diffinitio. Differentię sunt quibus quidque ab alio distat. Nam homo atque equus rationali atque irrationali differentia discrepant: cum vnum sint quantum ad genus: et hoc est quod dicit.

Differentia est qua differunt singula: quia per seipsum genus est: et illa quę rationabilia sunt nos scilicet: et illa quę irrationabilia sunt. Namque et homo et equus et auis: hec omnia genus vnum sunt idest animal. Namque animal horum omnium genus est.

Sed si de hoc loco in quo positum est quia per seipsum genus est: mutes et facias: quia per seipsa animalia sunt planior sensus erit. Generis enim hic nomine pro animalis abusus est: et erit huiusmodi ordo. Differentia est est qua differunt singula: quę per seipsa animalia sunt: et illa quę rationabilia sunt animalia nos scilicet: et illa quę irrationabilia sunt. Quod si sic esset: nullus esset error omnino. Nunc vero genus quod ait: pro animalis nomine intelligendum est. Item dii atque homines cum vtrique rationales sint: mortalis tamen nomine adiecto differunt discrepantque. Sic igitur differentia est qua singula differunt: sed non simpliciter: sed illas tantum differentias huiusmodi esse putandum est: quę substantiam perficiunt: et quę ad id quod est quęcunque species possit esse aliqua pars quod huiusmodi est. Si equus atque homo quorum vtrorumque vnum genus est animal: a se differunt rationali atque irrationali qualitate: attamen ista rationabilitas et irrationabilitas in substantia ipsarum specierum est hoc modo. Nam neque equus potest esse sine irrationabilitate: neque homo sine ra

tionabilitate. Atq; ideo iste differentie prosunt ad ali-
quid esse speciei accommodate: & substãtie ipsius partes
sunt. Nam cum homo ex his differentijs cõstet. i. ratio
nali & mortali: rationale & mortale solũ positũ pars est
substantie hominis. Nam si vtraq; simul vnum homi
nẽ faciunt: non est dubiũ quin ad substantiã hominis
efficiendã vnaqueq; earum rei pars esse videatur. Que
vero ille differẽtie que cũq; nõ prosunt ad esse. neq; partes sub
stantie cuiuslibet speciei sũt specifice dici non habent: quã
uis sola hoc vna species habeat. Nam si homo nauigat
potest dici animal nauigabile. Sed nauigare in substã-
tia hominis non vertitur. Neq; enim homo inde subsi
stit: quia nauigat: quãuis hoc nullum aliud animal ha-
bere possit. i. nullum possit animal nauigare. Eodẽ mo
do & esse rhetorem vel grammaticum. Has igitur diffe
rentias que ad esse non prosunt sed tantum artẽ aliquã
scientiamq; cõmemorant: non ponimus specificas esse:
quamuis vna queslibet animalis id species habeat. Er
go considerandum est: vt quotiens dicimus diffinitio-
nem differentie illam differentiam esse. qua differant sin
gula: illam significari differentiam intelligamus: que ad
aliquid esse prodest: & que est alicui⁹ pars substantie spe
ciei. Illas vero que ad esse non prosunt in hoc genere dif
ferentiarũ quãuis singulis cuiusq; sint nõ ponam⁹. Sz
quoniã de differentia dictum est: de proprio explicem⁹.
Tunc sibius. vt arbitror consequẽs est.

De proprio.

p Roprium quatuor dicitur modis.
Dicitur nãq; propriũ quod vni spe
ciei accidit: etiã si non omnibus.

¶ Et ergo. Quatuor ergo modis propria diuiduntur.
Est enim propriũ quod vni accidit: & si non omnibus:
vt est rhetor: vel geometer: vel grãmaticus. Hec vero om-
nia vni soli speciei: id est homini accidunt: non tamen
omnibus. Neq; enim omnes homines grãmatici vel
rhetores vel geometre sunt: atq; ideo vocabitur hoc pro
priũ quod vni sit: & si non omnibus. Est item alia pro
prietas que est omnibus etiam si non soli. Nam bipes
omni homini accidit. Omnis eniz hõ bipes est: non so
li hominũ speciei accidit: sed etiam auibus. Est itẽ ter-
tium proprium quod omni & soli & aliquo tempore acci
dit: id est in pubertate pubescere: & in senectute canescere
Nanq; & omnibus hominibus euenit: & nulli alij spe
ciei nisi soli hominum: & aliquo tempore. Constitutum
enim tempus est: vel adolescẽtibus pubescendi: vel se
nescentibus canescendi. Neq; enim a. vi. anno vel septi
mo aliquis pubescit: aut a vicesimo canescat: nisi forte ali
quid accidit noui. Quartum propriuz est: quod vni spe
ciei accidit: & omnibus sub eadẽ specie indiuiduis: & om
ni tempore. Nam risibilem esse hominem: & vni speciei
solum: id est homini contingit: & omnibus sub eadẽ spe
cie indiuiduis. Omnes enim singuli homines ridere:
& omni tempore. Nunq̃ enim tẽpus sint: vt quicũq;
ridere non possit. Sed risibile dico potestate: non actu.
Nanq; & si non rideat homo tamen quia ridere potest: ri
sibilis appellatur. Et sunt integre & vere propria ista
que & vni & omnibus & omni tempore insunt. Nanq;
hec speciebus suis conuerti possunt. Si enim dicas que
quid est homo. Risibile. Si quid est risibile interroges
homo predicabis. Illa vero alia bipes: vel grãmaticus
propria quidem sunt: sed conuerti non possunt. Nam
grammaticus semper homo: homo vero non semper grã
maticus. Et econtrario homo semper bipes est: non con
tra bipes semper homo est. Et hinnibile similiter magis
proprium equi est. Nam eodem modo hec proprietas
ad suam speciem conuerti potest. Nam si dicas: quid est
equus: hinnibile respondebis. Si quid est hinnibile
equus predicabitur. Sed quũ de proprijs dictum est.
de accidentibus sequens tractatus habeat.

De accidenti.

Diffinit porphyrius accidens sic.

a Accidens est qđ inserit & aufertur si
ne eius in quo est interitu.

¶ Hoc autez dicere videtur: illud esse accidens sine quo
potest cõsistere illud cui accidit: vt puta si forte casu aliquo
cuiquam facies intrabuerit abscedente rubore illius faci
es permanebit: sicut eueniente nõ lesa est. Diuidit ergo
accidẽs in separabile & in inseparabile. Nãq; separabi
le accidẽs est: vt puta si quis sedeat vel ambulet: insepara
bile est: vt si dicis coruũ nigrũ cignũ albũ. Atque hec ac
cidẽtia separari nõ possũt. Nascitur aũt huiusmodi du
bietas: vtruz superior diffinitio vera sit & omniũ accidẽ
tiũ nomen includat. Nam quoniam sunt quedã (vt ipse
ait) accidentia inseparabilia: in his talis definitio vide
tur conuenire non posse. Nam si separari non possunt:
nõ in illis est vera diffinitio: que dicit accidens esse: qđ
inseri & auferri potest sine eius in quo est interitu. Naz
cum inseparabilia sunt: auferri nõ possunt. Sed hec tã
vehemẽs questio soluitur sic: quod hec ipsa diffinitio de
accidentibus facta est potestate non actu: & intelligentia
non veritate. Non quia ethiops & coruus colorem ami
tunt: sed sine illo colore ad intelligentiam nostram pos-
sunt subsistere. Naz verũ est: quoniam ethiopem aut cor
uum color niger nunquam deserit. Sed si quis intelli-
gat colorem illum ethiopẽ vel coruum posse amittere:
plumarum tantum color in coruo mutabitur: & erit auis
alba specie & forma corui: si quis hoc intelligat. At vero
hominis id est ethiopis amisso nigro colore erit eius spe-
cies candida: sicut etiam aliorum hominum. Ergo hoc
non ideo quia fiat dicit sed ideo quia si posset fieri huiu⁹
accidentis susceptrix substantia non periret. Quod ipse
hoc modo demonstrat. Potest autem subintelligi & cor-
uus albus: & ethiops colorem suum perditurus sine
interitu suo quo color sunt. Nihil ad speciem impedit si
ethiops vel coruus amisso colore in proprie substan-
tie natura permaneat. Est autẽ alia diffinitio que ẽ hu
iusmodi. Accidens est quod contingit alicui & inesse & nõ
inesse. Nam quod in substantiam non vertitur: id acci
dens esse dicimus: id est non in substantiã insitum: sed
extrinsecus veniẽs. Ergo ea que contingit & esse & nõ esse
ideo accidẽtia vocata sunt: quoniã in substantie ratione
non accipiunt. Si enim in substantie ratione ponerent
tur: nunq̃ non essent: nunquã non esse possent. Nam
quoniam verbi gratia ratio in substantia hominis est:
nunquam homo esse poterit irrationabilis: quoniam ir
rationabilitas in substantia hominis nõ est. Ex hoc er
go venit etiam alia diffinitio: accidens esse illud: quod
neq; genus sit. neq; species. neq; differentia: neq; pro-
prium. Nam quoniam genus: species: differẽtia: & pro
prium: in substantia sunt: & cuiuscunq; illius rei substã
tiam monstrant: idcirco quicquid horum aliquid nõ fuerit
id accidens merito predicabitur. Explicatis igitur atq;
expeditis his que proposuit: id est genere: specie: proprijs
differẽtijs: accidẽtibusq; tractare: nunc exequit illa que
inter hec cõmunia omnia vel que differentie sunt.

De cõmunibus generis: differentie: speciei: proprij:
accidentisq;.

c Primo dicuz simul inter se cõmuniones expli-
cat. Post etiã singulorum proprietates. Et dicit
omnium esse commune de pluribus predicari.

Nanq; genus predicatur de speciebus & de indiuiduis
eodem modo predicatur & differentia de speciebus & de

individuis. Etiam proprium et de specie et de individuis predicatur. At vero species de solis tantum individuis appellatur. Genus enim animal predicatur de equis hominibus: bobus: et canibus: id est speciebus. Predicatur item et de his que sub ipsis speciebus individua continentur. Nam sicut ipse species canis vel equi vel hominis animalia sunt: sic et unusquisque equus vel homo animalia predicantur. Differentie vero predicantur de speciebus et de individuis hoc modo. Nanque homo et equus species sunt. Sed rationalis dicatur ad speciem hominis differentia. Predicatur eodem modo et ad ciceronem. Nam cum hominis specie individuum sit: et ipse rationalis appellatur. Proprium autem de specie predicatur: ut dicatur species quod est homo risibilis: et cum dicatur cicero risibilis quod est individuum monstratur proprium de individuis predicari. Species vero de suis tantum solis individuis predicatur. Interrogatur quid est cicero. Et homo respondetur. Accidens vero ante predicatur de individuis et postea de speciebus. Nam si quis dicat homo sedet quod est accidens separabile: cum quemcunque singulum hominem id est individuum sedere viderit. [illegible] et de specie predicatur: ut dicat quoniam cicero sedet: cicero autem homo est: homo sedet. Eodem modo inseparabile de speciebus et de individuis predicatur. Expeditus ergo omnium communibus generis et differentie primum communiones differentiasque declarat.

De communibus generis et differentie.

Et primum dicat generi cum differentia esse commune: quod ab utrisque species continentur. Nam genus quod est animal: continet speciem hominis atque equi. Porro autem rationale quod est differentia: continet hominem et deum. Et irrationale quod est differentia: continet equum: bovem: atque avem. Sed ita continet: ut genus semper plures species contineat: quam contineat differentia. Nanque genus et ipsas differentias continet. Genus enim id est animal rationale atque irrationale: continet illas species que sunt sub rationali: etiam eas que sunt sub irrationali continet genus: id est animal. At vero differentia, i. rationale irrationale non continet: sed rationale tantum hominem atque deum. Plures [illegible] genus continet quam differentia. Est autem alia communio. Sed quod enim ad quodlibet genus ita predicatur: ut eius genus sit: et de illis speciebus que sunt sub illo genere ad quod predicatur: illud genus appellatur: et de individuis que sub illis speciebus sunt. Nanque animal genus est hominis et de animali predicatur ut genus substantia. Genus enim substantia animalis est. [illegible] substantia que ad hominis genus id est animal ita predicatur ut genus predicatur etiam et ad ipsum hominem. Dicitur enim homo substantia. Predicatur item illud generis genus etiam de his que sunt sub specie individuis. Dicitur enim cicero: quod est sub hominis specie individuum substantia. Differentia eodem modo. Nam si qua differentia dicta fuerit de alia differentia: ut differentia intelligatur: predicabitur et ad speciem que sub illa differentia est ad quam predicatur: et de illis individuis que sub eadem specie sunt. Nam ratione uti ad rationalem differentiam vel uti cognata differentia predicatur. Rationabile autem predicatur ad hominem. Idem etiam ratione uti predicatur ad ciceronem: quod est individuum sub illa specie: ad quam speciem illa differentia, id est rationalis predicatur: de qua predicabitur ut cognata illa differentia: id est ratione uti. Igitur est illa generis differentieque communitas: quod ea que de genere speciei predicantur ut generis: et de sub eodem genere specie predicantur: et de individuis et illa que de differentia predicantur ut differentie: et de sub eadem differentia specie et de individuis. Est autem alia communio: quod quemadmodum interempto genere species intereunt: et sic interempta differentia species sub eadem differentia intereunt. Nam si interierit animal: homo atque equus continuo periturus est. Sin vero differentia: id est rationale: dii atque homines interibunt: et nihil eorum erit quod uti ratione possit

De propriis generis et differentie.

Post demonstrationem igitur communionum proprietates eorum differentiasque designat: et dicit differentiam primam eam: quia genus non solum a differentiis: sed etiam speciebus vel propriis vel accidentibus differat. Nanque dicat genus multo de pluribus predicari: quam predicatur differentia vel species vel accidens vel proprium. Nanque genus dicitur: id est animal de quadrupede: de bipede: reptili. id est de serpente: vel natatili: id est de pisce. Quadrupes autem quod est differentia: de solis illis dicitur que quattuor pedes habent: id est equus vel bos. De ceteris autem aliis id est bipede vel reptili vel natatili: unde genus equaliter predicari appellari non potest. Plus autem genus a speciebus predicatur: quod cum hominis species sit et de solis individuis predicetur: idem tamen homo de equo vel bove vel cane non predicatur. At vero animal quod est genus: de pluribus speciebus predicatur: id est de homine: et de equo: et cane: et bove: et de omnibus que sunt sub ipsis posita individuis. Genus autem a proprio predicationibus abundat: quod proprium unius speciei semper est de et sub eadem individuis. Genus vero de multis speciebus et propriis predicatur: et de sub eisdem individuis. Ab accidentibus vero genus magis de pluribus predicatur: quod cum unius cigni inseparabile fortasse accidens sit album: animal non solum de cigno predicatur sed etiam de albis omnibus et non albis animalibus. At vero accidens de solis tantum illis quibus inseparabiliter continetur: vel quibus separabiliter. Nam principaliter de individuis dicitur. Quare constat multo de pluribus predicari genus quam accidentia predicantur: quod accidentia principaliter de individuis. Genera vero de individuis et de speciebus et de differentiis predicantur. Sed nunc illas differentias accipiamus quibus genus dividitur: non quibus species informantur. Hoc autem est. Quoniam duas diximus differentiarum formas: ut alie sint divisibiles: alie constitutive. Constitutivas illas diximus: que sub eodem sillo posite et subalternis generibus descendentes speciem quandam reformant atque efficiunt: ut est rationale vel mortale que hominis speciem constituunt. Alias vero divisibiles: que genus dividunt non species informant: id est rationale et irrationale: mortale et immortale. Nunc de illis differentiis iste tractatus habetur: que genus dividunt: non que speciem constituunt. Nam ille que genus dividunt in differentiarum integro loco [illegible]. Nanque rationale mortalis genus est. Porro mortale hominis genus est: et ille constituunt speciem. At vero rationale irrationalis species non est: neque genus. Nec mortale immortalis neque genus neque species est. Atque ideo quoniam propriam vim differentiarum iste retinent: que neque genera neque species sibi invicem esse possunt. Ipsas nunc differentias accipiamus: in quibus nulla quantum ad genus est speciemque communitas. Est autem generis differentia. Nanque genus a propriis differentiis prius est. Nanque si abstuleris genus: omnes simul differentias abstulisti. Nam si abstuleris animal rationale atque irrationale non remanent. Porro autem si

rationale abstuleris: remanet animal. Sed si vtrasq; interimeris differentias .i. rationale vel irrationale: potest tamen quoddã intelligi: quod sit substantia animata sensibilis .i. animal. Ita genus sublatum omnes secũ auferet differentias. Sublatę differentię genus secũ non interimunt: quod intelligentia genus remanet id est quoniã potest animal intelligi preter differentias vt eius tantũ diffinitionem animo capias: ⁊ esse dicas substantiam animatam atq; sensibilem. Quę autez talia sunt: vt ipsa interempta interimant: non simul alijs interemptis ipsa interimant: priora sunt illis quę possunt interimere. Est etiam alia differentia: quod genus semper in eo quod quid sit predicatur vt dictum est. Differentia vero in eo quod quale sit. Sed hoc frequentius inculcatum est: atq; ideo id a nobis pretermittendum est. Est autem alia differentia: quod ad omnẽ speciem vnũ semper genus aptatur. Homo enim vnũ tantum genus habet: vt animal appellatur. In vnam autẽ speciem plurimę differentię poterunt cõmodari. Nãq; homo ⁊ rationale est: quę differentia est: ⁊ mortale: quę eadem differẽtia est: ⁊ sensibile quibus scilicet omnib9 ab alijs differt. Differt enim his omnibus quod sensibilis est ab insensibilibus: quod rationalis: ab irrationabilibus: quod mortalis ab imortalibus. Est etiaz alia differẽtia quę superius dicta est. Nã gen9 speciei ita est ut materies: differentia võ vt figura. Naz sicut in eris materiẽ veniens figura statuã efficit: ita animali id est generi veniens differentia id est rationale vel irrationale facit hominis vel pecudis speciez. Quę autem cõmunitates vel proprietates generis fuerũt: hactenus dixe ⁊ fortasse erũt etiã alię: quę propter breuitatem supersedendę atq; omittendę sunt.

De cõmunibus generis ⁊ speciei.

Nunc autem de generis vel speciei cõmunitatibus proprietatibusq; tractatur: ⁊ dicit genus ⁊ species cõmune habere de plurib9 predicari: sicut dictũ est. Nam genus ⁊ de speciebus pluribus predicatur: ⁊ earũ indiuiduis. Et itẽ species de suo se plurimis indiuiduis appellat: ⁊ hic quoq; illę species accipiuntur quę genera non sunt. Nam si subalternę accipiunt non magis species quã genera videbuntur. Nam quę subalternę species sunt: etiã genera sunt: ⁊ erit absurdũ ⁊ huic propositioni incõueniens de generum inter se differentijs cõmunibusq; tractare. Accipiuntur igitur illę tantum species: quę verę species ⁊ magis species appellantur. Est etiam alia eorum communio: quod sicut genus a specie prius est: sic species ab indiuiduis priores sunt. Nam si genus auferas: species abstulisti. Si species abstuleris: genera non peribunt. Porro si species abstuleris indiuidua moriuntur. Si indiuidua interierint species manent. Est etiã his alia cõmunio: quod quẽadmodũ genus quid sit tantuz declarat: sic etiam species. Nam totum quod est rationale atq; irrationale a genere declaratum est. Dicitur enĩz quicquid fuerit rationale vel irrationale: id esse animal. Sic igitur totum quid sit a genere declaratũ. Porro autẽ quid sit tota hominũ diuersitas id est indiuiduorum: a sola specie declaratur: cum dicitur homo. Nam ⁊ scyta ⁊ indus ⁊ totum quicquid indiuiduis est: vno solo hominis id est speciei nomine continetur.

De proprijs generis ⁊ speciei.

Missis igitur generis speciciq; cõmunionib9 ad proprietates eorum vel differentias transitum facit dicens: differre inter se genus ⁊ species quod genera species continent: nunquam rursus genera ab speciebus proprijs continentur. Oportet autem (vt dictũ est) in hoc tractatu nõ subalternas sed magis species considerari. Genus enim plurimarũ specierũz est continens: ⁊ vnũ omniũ: ⁊ totum omnibus ⁊ singulis. Quod sicut est: ⁊ gen9 a suis specieb9 singulis maius est atq; ideo eas dicitur continere: non est dubium quin ea ipsa genera quę continet species: ab his ipsis contineri non possint. Insuper omnia genera preiacent: hoc videtur dicere: quod oĩa genera pri9 sint ab his specieb9: quę sub ipsis positę continentur. Nam sicut materies prima est ab illa re: quę veniens in materiã formam constituerit atq; figurauerit: sic etiam prius est genus ab illa specie: quã veniens differentia formabit atq; constituet. Nisi enim in generibus differentia venerit: species nunq; constituentur. Quare preiacent id est presunt: ⁊ antiquiora sunt genera speciebus suis. Atq; ideo si genera interimantur: species quoq; peribunt. Naz si animal sustuleris: hominem pecudẽq; sustulisti. Si vero species interimantur: non continuo genus interibit. Nam si homo interierit: animal continuo non interemptũ est: alia enim remanebit species de qua ipsum animal id est genus predicatur. Atq; ideo genera ab speciebus suis priora dicuntur: ⁊ quod omnia genera vniuoce de speciebus predicantur: species ipsę de generibus nunq;. Hoc (ut arbitror) in hesterna lucubratione iã dictũ est. Nã genera semp de specieb9 vniuoce pdicant. Homo enim ⁊ homo est ⁊ animal. Porro autẽ animal genus est hominis: ⁊ pdicatur animal de homie. Quoniam ergo animal de homine predicatur: ⁊ dicitur homo animal: ⁊ aĩal ⁊ homo: vno animalis nomine nuncupantur. Sed his ipsis diffinitio vna conuenict. Est enim animal substantia animata sensibilis: quod non absurdũ est in homine dici. Nam si homo animal dicatur: non erit absurdũ dici de homine substantia animata sensibilis. Igitur genus de speciebus suis vniuoce predicatur: quod eodem nomine: ⁊ eadem diffinitione conuenict. At vero species non modo vniuoce non predicantur de generibus suis: sed nec omnino predicantur. Nulla enim res minor de maiore potest predicari. Atq; ideo quoniam species minores sunt suis generibus: neq; vniuoce neq; aliquo modo poterunt appellari.

Amplius omnia genera abundant complexione sub se positarum specierum: ipsę species abundant generum suorũ proprijs differentijs.

¶ Quod dicit perinde est: ac si diceret. Omne quod genus est plures sub se species cõtinet: multas sub se species habet. Omnis quidem species plures in se differentias habet. Genus enim id est animal in hoc homine specie superabundat ⁊ superest: quod homo solũ homo est. Animal vero non solum homo: sed etiam bos vel auis vel alia huiusmodi. Species vero in eo superant genera sua: quod eas differentias quas species in actu habent: eas genera nõ habẽt. Nã sicut superi9 dictũ est: genera differentias illas quas habent sub se species positę: potestate cõtinent. Non etiam re. Atq; id. o species quę est homo: vel alia species: sicut est equus: a genere suo animali in hoc abundant ⁊ superfluunt: quod animal ipsum pro se neq; rationale: neq; irrationale est. At vero homo vel equus hoc rationale. Illud vero rationis expers. Illud etiã quod species nunq; magis ge-

mus fiet: rursus & genus nunquam magis species fit: & ut sciremus hic non de subalternis speciebus: sed de illis magis speciebus specialissimisque tractari. Quid sit. Quod ea que sunt genera magis species fieri nunquam possunt neque magis species aliquando fieri magis genus. Nam species nunquam genus est. Quicquid enim fuerit species genus non erit: neque quicquid fuerit genus species erit. Quare constat in his eum tractatibus de speciebus solis, non etiam de subalternis disserere. Subalterne enim possunt esse etiam & genera. Magis species non (ut ipse ait) nunquam genera esse possunt. Sed postquam de generum specierumque communitatibus differentiisque tractatus est habitus: ad genera propriaque transgressus est sermo.

De communibus generis & proprii.

Generis & proprii commune hoc est adherere speciebus & amplectari.

Dicit genera & propria in hoc sibi esse consimilia: quod omne genus a suis speciebus nunquam recedit. Eodem modo & propria. Nam si dixeris homo: cum ipso homine continuo animal nominasti, quod ipsius hominis: id est speciei genus est. At vero etiam si hominem dixeris: eius etiam proprium continuo cum homine nominasti. Omnis enim homo risibilis est. Ita semper genus & propria suis speciebus inserta: & quodammodo conglutinata sunt. Similiter & genus predicatur de speciebus: & proprium de his que sui participantia sunt: & equaliter utrique omnes species eidem generi supponuntur: & eadem genus illud appellatur. Sic propria ad ea predicantur: que sui participari possunt. Namque equaliter genus de homine dicitur: & equo: & bove: & ceteris animantibus: quemadmodum & risibile. i. proprium de homine dicitur: & ciceroni: & de singulis individuis que sub eadem specie continentur ad quam speciem proprium i. risibile poterit predicari. Namque genus de suis speciebus (ut dictum est) univoce predicatur. Ita & proprium de ea specie cuius est proprium univoce predicatur. Namque & homo est & risibile. Porro autem si quis dicat hominem esse animal rationale & mortale: & dicat risibile esse animal rationale & mortale: non errabit. Equaliter igitur & genus de speciebus suis: & propria de ea specie cuius sunt propria univoce predicantur.

De propriis generis & proprii.

Differt autem utrumque quod genus primum & secundum est proprium. Genus enim si ab specie primum est: proprium autem unum tantum speciei adheret: & eadem equale est: non est dubium quin genus quod specie maius sit: in proprio etiam speciei maius sit. Namque ut sit risibile: animal prius est. Namque ut aliqua species informetur propriis & differentiis: primo erit genus: ubi illa conveniant: sicut frequentius inculcatum est. Accedit etiam quod genus de pluribus speciebus predicatur. Namque genus id est animal de pluribus: at vero proprium. i. risibile de sola tantum hominis specie predicatur. Unde fit ut semper propria de speciebus suis conversim predicari possint: species autem de genere nunquam. Neque enim quod animal est homo est: neque omne quod animal est risibile est. Potest enim esse & equus & hinnibile: id quod animal nominatur. Porro autem omne quod est homo: id risibile est: & omne quod risibile est: id homo est. Possunt autem propria & species sibi ipsis converti: & conversim ad se invicem predicari. Preterea omni speciei quicquid fuerit proprium: & omni & soli est. Namque risibile & omnibus hominibus est: & solius hominis speciei evenit. At vero animal quod genus est: & si uni speciei inest: non tamen soli. Namque animal omni homini inest: non soli tamen homini: quia inest etiam pecudi: & ceteris animantibus.

Oportet autem hic illa propria intelligere: que magis propria sunt: id est que integre propria nominantur: que sunt huiusmodi: ut & uni speciei & omnibus insunt. Differunt ergo in hoc quoque genera & propria: quod propria & uni speciei & omnibus individuis in eadem specie sunt. Genera vero omnibus quidem individuis in eadem specie sunt sub eodem genere. Non tamen uni soli speciei: quoniam genus semper de pluribus predicatur. Unde fit: ut sublata propria non auferant genus. Sublatis vero generibus ipsa quoque propria auferantur. Nam si sustuleris risibile proprium: remanet hinnibile: remanet natatile. Si vero genus sustuleris: simul quoque species sustulisti. Si species sustuleris: propria etiam que sunt speciebus simul interibunt. Itaque si sublatis generibus propria sustuleris: sublatis propriis: simul genera non auferantur.

De communibus generis & accidentis.

Tractatis igitur generum propriorumque differentiis: ad generis accidentisque communitates vel proprietates transitum facit: & unam eorum predicat communitatem que est: quod de pluribus predicantur. Namque sicut genus de pluribus speciebus predicatur: ita etiam accidens separabile vel inseparabile de pluribus speciebus predicatur. Dicitur enim & de corvo & de homine ethiope nigrum: & de equo & homine moveri: quod illud est inseparabile accidens: illud vero separabile. Et quoniam longius a se distant: idcirco unam eorum solam communionem dixit: & alias si que forte essent: querere supersedit.

Quid inter genus & accidens sit.

Differt autem genus ab accidenti: quod genus ante species est. Accidentia vero speciebus inferiora sunt.

Semper genera super species: & his precurrere & esse maiora superius demonstratum est. Namque prius est animal ab homine: atque ideo consumptum animal: species quoque consumit. Consumpte species: non intereunt genera. At vero accidens postea necesse est ut sit: quam sunt ipse species. Erit enim prius aliquid: cui possit accidere. Omne enim accidens preter illud cui accidit esse non potest. Atque ideo prius erit aliqua res ubi accidat: quam est ipsum accidens. Necesse est igitur ut omne accidens post species inveniatur: & magis post individua quibus principaliter possit accidere. Hinc accedit quod generis participantia equaliter participant: sicut omne genus speciebus suis equaliter genus est: ut sepius dictum est: & species omnes equaliter suo genere participant. Namque equus & homo equaliter animalia sunt: neque equus homine plus: neque homo plus equo. At vero accidentia non equaliter participant. Nam cum separabile accidens sit moveri: possunt autem inter se species eidem accidenti eodem modo. Est enim ut aliquis nigrioribus oculis sit & alius qui aliis nigris tamen purpureis: atque ideo & intentionem & remissionem recipit accidens. Nam & candidus quod dicitur: & magis & minus dicitur & alia huiusmodi. Quare distant hec duo: quod genere que participant: equaliter participant: accidentia fortasse non equaliter. Hinc accidit quod genera non modo ante individua: sed ante species sunt. Accidentia vero non modo post species: sed etiam post individua sunt. Ipsis enim principaliter accidunt: ut dictum est. Est etiam differentia: que iam superius dicta est. nam genus in eo quod quid sit predicatur. Accidens vero in eo quod quale sit: aut quomodo se habeat. nam si quid sit socratem interroges: homo atque animal respondet. si vero qualis sit: fortasse calvus: aut simus: que accidens

cia sunt inseparabilia. Sin vero quomõ se habeat: aut tacet respondetur aut sedet aut quid aliud faciens conti git. Ergo quoniam ad speciem generis ⁊ differentiaz ad proprium ⁊ accidens diuisa substantia est. Nunc vero posteriora persequitur. Sunt autem omnes differentie viginti. Nam cum quinqz res sint: ⁊ vnaqueqz ipsarum ab alijs quatuor distet: ⁊ item quatuor differentias habeat: quinquies quaterni viginti differentie efficiuntur. nã si genus differt ab specie: proprio: differentia: accidenti: quatuor differentie sũt. Sin vero species differt a genere: proprio: differentia: accidenti: item alie quatuor. Que iuncte cũ superioribus. viij. fiunt. Et si differentia distat ab specie proprio: genere: accidenti: alie quatuor supercrescunt. Que iuncte cum viij. prioribus. xij. faciunt. At vero si propriũ differt a genere: specie: differentia: ⁊ accidenti: alijs quatuor differentijs super duodecim positis omnes. xvi. differentie fiunt. Quod si accidentis quoqz differentias ad quatuor reliqua diceris: quatuor super. xvi crescentibus: xx. omnes differentie perficiunt. Quarũ ita. xx. sint vt ad sufficientẽ doctrine cumulũ. x. tantũ differẽtie numerantur. nam quod dictũ est genus differre a differentia specie: proprio: ⁊ accidenti: quatuor fuere differẽtie. Si autez differentiã dicamus: differentia: specie: proprio: ⁊ accidenti: superuacuũ est differentie cũ genere differentiam commemorare: cũ iam prius cõmemorauerim⁹ quãdo generis ad differentiã differẽtiã dixim⁹. hisdez enĩz (vt opinor) differt differentia a genere: quibus differebat gen⁹ a differentia. Ita relinquenda est hec differẽtia: qua distat differentia a genere: quoniã superius iaz dicta est cũz diceretur quod genus distaret a differẽtia. Remanent igitur tres differentie: quibus ipsa differẽtia ab specie: proprio: accidenti distat: ⁊ cum superiores generis ad alia quatuor differentie fuerint: nunc vero differẽtie ad alia tres distantie videãtur: septẽ he distantie fiunt. At vero species quid a genere distet iam tunc dictũ est: cum dicebatur qd genus distet a specie. Quid autẽ differentia discreparet: tunc demonstratũ est: cũ diceremus in quo differentia a specie discerneretur. Remanent igitur due differentie speciei. i. a proprio ⁊ accidenti differentie: que iuncte cũ superioribus. vij. viij differentias efficiunt. Restat igitur vna proprij ⁊ accidentis differentia: que dicatur. nã qd a genere distet dictum est: cum quid genus distaret a proprio diceretur. Porro quid a specie distaret dudũ dicebatur: cũ qd species a proprio differret enumerabatur. Porro autẽ qd a differentia: etiã id dictũ est cũ a proprio differẽtia separaretur. Sed nunc quẽadmodũ differentia a specie: proprio accidentiqz discernatur: videamus.

De cõmunib⁹ differentie ⁊ speciei.

Est communis differentie ⁊ speciei qd equaliter species sub se indiuidua esse pmittat: ⁊ equaliter indiuidua speciei ipsi participãt. nãqz omnes homines equaliter homines sunt: ⁊ hominis participatione eque participant: eodẽ modo etiã differentia namqz oẽs homines equaliter rationales sunt ⁊ rationabilitatem que est differentia: omnes qui ratione participant eque participant. Est etiã alia communitas: qd quemadmodum species nunqz decedit eis quorũ species est ⁊ quibus superest: sic ⁊ differẽtia nunqz ea deserit que distare ab alijs facit. namqz socrates quoniã sub specie hominis est: nunqz ab hoĩs specie deserit. Semper enim socrates homo est. At vero differẽtia socratem: qm̃ socrates rationalis est: nunqz deserit. Semper enĩz socrates rationale animal est.

De proprijs differentie ⁊ speciei.

Differunt autem inter se species ⁊ differentia: quod differentia semper in eo quod quale sit predicatur. Nam quale animal sit: vt rationale respondeatur. Nam dicitur quid sit socrates: vt homo respondeatur. Namqz hominis qualitas rationale est: sz nõ simpliciter. Ista enĩz qualitas pro differentia accipitur: que veniens in genere speciem constituit: ⁊ de qualitate substantiali facta est substantialis ⁊ specifica differentia. Ista igitur talis qualitas differentia nominatur: ⁊ ea in eo quod quale sit ad hominẽ predicatur. hoc etiam est in eorũ differentijs. Namqz differentia in plurib⁹ speciebus cõsideratur. Differentia enim quadrupes in bouis ⁊ in equi. ⁊ in canis specie est. ⁊ differentia rationalis hominis ⁊ dei. Species vero nunqz alijs nisi solis sub se positis indiuiduis preest. Nunqz enim alia res homo est: nisi quod est indiuiduũ: vt socrates: ⁊ plato: ⁊ cicero. Unde fit vt sublata differẽtia: species quoqz tollatur. Nam si sustuleris rationale: hominẽ sustuleris. Sin vero sustuleris speciẽ: differentia manet. Nã si sustuleris hominez: rationalis dei differentia remanebit. Est vero etiã hec differẽtia quod differentia cũ alia differentia iungi potest: vt aliqua ex his species informet. Nãqz rationalis differentiã ⁊ mortalis differẽtia hominis iuncte vnius speciẽ reddiderint. Iuncte vero species: nunqz aliquã ex se speciẽ constituent. Si enĩz iungas hominẽ boui: nulla ex his spẽs informabit. Sed fortasse dicat aliquis asini atqz equi cõiunctione mul⁹ nascitur. sed nõ ita est. Namqz indiuidui coniunctiõe natũ est aliqd indiuiduũ. Si autẽ sic simpliciter speciez ipsam asini atqz equi coniungas: nulla ex his vnqz species cõstituitur. Neqz enim sic se possunt indiuidua cõmiscere: idcirco et species indiuiduorũ in alterutrã substantiã transeunt: atqz ideo constat iuncto species vnaz speciẽ non posse cõponere: cũ differentie iuncte vni⁹ speciei constitutiue sint: hisqz translatis ad differentie ⁊ proprij cõmunia cõponamus.

De cõibus differentie ⁊ proprij.

Differentia ⁊ propriũ cõmune habent: quod quibus differentia est ⁊ a quibus ipsa differentia participatur: equaliter participatur. nam rationalis differentia quoniã inest hominibus: ⁊ omnes homines rationabili differẽtia participant: non est dubiũ quia omnes homines equaliter sint rationales: atqz eq̃liter rationabilitate participent. At vero propriũ quod risibile ẽ equaliter omnibus hominibus est: omnes enim homines equaliter risibiles sunt. Est etiam hec eorũz cõmunitas: quod sicut potestate risibile dicitur: etiã si non rideat: ita etiam potestate bipes dicitur: etiam si quis vno pede minuatur: nõ enĩ quod est dicitur: sed quod esse possit. nam quoniam ille ridere potest risibilis nominatur: quod ille duos pedes habere possit bipes. Atqz ideo nunqz ab illis in quib⁹ fuerint propriũ differẽtiaqz discedit. Semper enim homo risibilis est. etiã si nõ rideat. Semper bipes. etiã si vno pede minuatur. In his enim differentijs ⁊ proprijs (vt dictum est) quod potestate esse possit: non qd vere sit consideratur.

De proprijs eorũdem.

Differunt autẽ inter se quod differentia de pluribus speciebus predicatur: ppriũ vero de vna. Namqz differentia que est mortalis predicatur de homine: ⁊ de boue: ⁊ equo: ⁊ ceteris animãtibus. ⁊ rationale pdicatur ⁊ de deo: ⁊ de homine. At vero risibile de sola tãtũ specie hominis predicatur. Unde euenit: vt omnis differentia quoniam plurimarum continens est specierum: a suis speciebus maior sit. Atqz ideo ipsa de speciebus predicari potest. Porro autem de ipsa species predicari non possunt: neqz conuersim dici potest. Nam quoniam homo dicitur rationalis non contradicitur qd rõnale est: id hõ est. Põt enim esse etiam non homo sed deus. At vero propriũ: quoniam equaliter ⁊ ad vnã speciẽ semp apeatur. equaliter atqz ꝯ pei

latione cõtineatur. Quib⁹ pertractis ad differentiam & accidens transgressa disputatio est.

De cõmunibus differentie & accidentis.

Differentia & accidens cõmune habent de pluribus predicari. Nãq₃ differentia dr̃ & de homine & de deo: quoniã vtrĩq₃ rationales sunt. Et accidens dr̃ de homine & de equo: ut homo ethiops niger: & equ⁹ niger. Est etiã alia cõmunio qđ inseparabile accidẽs cuicũq₃ spẽi fuerit inseparabiliter & oib⁹ inest ut differentia. Nanq₃ inseparabile est accidẽs quod est nigrum: coruo inseparabiliter accidit: & omnibus coruis. Eodẽ modo etiam differentia. Nam quoniã accidit homini ut bipes sit: semper & omnibus hominib⁹ est esse bipes.

De proprijs eorundem.

Differunt autẽ inter se: quod omnis differentia species cõtinet. Non contra ipsa a speciebus continetur. Nam si differentia plures sub se species habet: ut dictũ est: maior erit sub se positis speciebus. Si maior erit: nũq₃ eam quelibet species cõtinet. Maior enim a minori nunq₃ continetur. Nam quod est rationale: continet hominẽ & deũ. Homo vero rationale non cõtinet. Accidentia vero aliquotiens continent: aliquotiens continentur. Nãq₃ continent: quoniã frequẽter vnũ accidens duas sub se species habet: ut nigrũ habet ethiopẽ: habet coruũ. Continentur vero quoniã species vna habet duo vel tria vel quãlibet plurima accidentia. Si quis enim glaucus vel crispus vel candid⁹ vel procerus: hec omnia accidentia ille vnus cui accesserunt complectitur & cõtinet. Atq₃ ideo species illa que illud indiuiduũ continet: qđ indiuiduũ plura in se accidentia suscepit: accidentis illius complexiuum est. Dehinc differentia nũq₃ intenditur: neq₃ relaxatur. Quod dicit hoc est rationale in vnaquaq₃ specie: neq₃ pl⁹ neq₃ minus est. Nullus enim homo: alio homine ad substãtiã plus rationalis est neq₃ minus. At vero accidens & intẽditur & relaxatur. Dr̃ enim quicũq₃ procerior: dicitur quicũq₃ velocior: dicit quicũq₃ crispior: que omnia accidentia esse non dubiuz est. Preterea inmixte semper sunt contrarie differentie. Inmixte ait .i. inmiscibiles: q̃ misceri non possunt. Neq₃ enim rationale cũ irrationali misceri potest: neq₃ in vna specie cõuenire. At vero contraria accidentia manifestũ est in vna specie posse cõgruere. Potest enim quicũq₃ homo cum ipse sit candidus: nigros tamẽ capillos habere. Ergo quemadmodũ species differat a genere vel differentia: dictũ est: cũ de generis ad speciẽ vel differẽtie ad speciẽ distantia tractarem⁹.

De cõmunibus speciei & proprij.

Nunc dicemus id quod reliquũ est de speciei proprijq₃ cõmunibus. Et est vna eorũ cõmunio: quod de sepsis inuicẽ predicantur. Nam quoniã equa sibi sunt: neq₃ species hominis alij proprio cõuenit: nisi risibili: neq₃ risibile alij cõuenit speciei nisi homini atq₃ ideo dicitur quid ẽ homo? quod risibile? Quid risibile? Quod homo? Cõmune est etiaz illud: qđ etiam propriũ equaliter ad sub se positis predicatur. Nanq₃ oẽs homines equaliter risibiles sunt: & species equaliter ad sub se posita predicatur. Nanq₃ oẽs homines indiuidui equaliter vno nomine homines nũcupantur.

De proprijs eorundẽ.

Differunt a se: quoniã species potest etiaz genus alteri esse: propriũ esse nõ potest. Sed hic illaz speciẽ intelligamus: que subalterna est: nõ illã que magis species est: & genus esse nunq₃ potest. Atq₃ ideo nos illã modo solã: que subalterna species est intelligamus: que scilicet potest esse & genus. Nãq₃ mortale rõnalis generis species est: hominis gen⁹ est. At vero risibile de nulla vnq₃ specie alia potest predicari: neq₃ enim alia esse propriũ: sicut est hominis: Illa enim semper (ut dictum est) propria sunt que nulli alij nisi ad vnam speciem semper aptantur. Deinde species precedit: & sic propriũ sequitur. Quod dicit tale est omnis spẽs ut habeat propriũ primo eam esse & constare necesse est. Oportet enim prius hominẽ esse ut sit risibilis: nõ prius esse risibile ut sit homo. Naz quoniã propriũ dr̃: per se propriũ nõ constat: nisi alicui⁹ speciei sit. Atq₃ ideo prius esse necesse est illud cui⁹ est propriũ quã sit propriũ. Huc accedit quod species semper in opere intelligitur cuiuscũq₃ subiecti. Species enĩ semper in actu est: non solũ propria potestate. Homo eniz re vera & opere & actu homo est .i. nunq₃ potest esse non homo. At vero risibile quod est proprium potestate tantu dicitur etiã si actu non sit. Potest enim quilibet ille non ridere: tamẽ quia ridere potest risibile nominatur. Distant igitur in hoc: quod semper spẽs in actu est & in opere: propriuz vero aliquotiens potestate. Deinde, quorũ diffinitiones differunt: necessario etiã ipsa quoq₃ diuersa sunt. Nã diffinitio substantiã diffinit. Ergo si qua eiusdem substantie fuerint: eadem etiam diffinitione monstrantur. Si qua eiusdẽ diffinitionis fuerint: eadem substantia predicantur. At vero si qua diffinitionibus differant: differunt etiam substantijs. Que substantijs differũt longe a sepsis alia sunt. Nunc igitur quoniã diffinitiones proprij & speciei differunt: spẽs ipsa quoq₃ & propriũ a se differunt. Est autem speciei diffinitio sub genere esse & ad plurima numero differẽtia in eo quod quid sit predicari. At vero propriũ vni tantũ inesse speciei: & sub ipsa de omnibus indiuiduis predicari. Sed quoniã & diffinitiones differunt: ipsa quoq₃ spẽs a proprio distabit.

De cõmunibus speciei & accidentis.

Post hec ad cõmunitates speciei & accidentis disputationẽ trãstulit: & dicit eoz raras esse alias cõmunitates: nisi hac solas quod de pluribus predicantur. Longe eniz a se distare videntur: in substãtia sui & in potestate patiendi atq₃ faciendi id quod alicui rei accidit & id cui accidit. Nãq₃ illud cui accidit quodãmodo accidentis fundamentũ est. Illud vero quod accidit preter id cui accidit: esse in sui substantia nõ potest.

De proprijs eorum.

Propria vero singulorũ sunt hec: quod species in eo quod quid sit predicatur: accidẽs vero in eo qđ quale sit & quodãmodo se habens. Nã si quis dicat: quid socrates est: homo dr̃. Si quis dicat qualis sit: caluus, vel simus appellatur. Si quis vero quõ se habens sedens aut iacens appellabitur. Item in hoc differunt quod vnaqueq₃ substantia vnam speciẽ habet. Nanq₃ hominis substãtia vnã solam hominis speciẽ habet. Substantia vero equi vnam solius equi speciez habet. At vero vna substantia plura frequenter accidẽtia continebit. Nam et in eodem equo quedam pars frequẽter nigra: quedam alba est. Et est in eo proceritas: est altitudo: & equinũ caput: & alia huiusmodi. Habet etiã non solum inseparabile accidens eadez substantia: sed etiam separabile. Nam fortasse quidam velox est: & idem etiã corpore validus est: idem etiam sagittator et cetera. Huc accedit quod species prenoscuntur .i. prius intelligũt: hoc est ante eẽ pnoscunt quã accidẽtia. Et pri⁹ erit aliq̃ res vbi accidat quã illa q̃ accidat: ideoq₃ ante species intelligitur esse quã accidens. Accidentia vero postea sunt a foris venientia & extranea: & qualibet illa substantia etiam si inseparabilia sunt. Hec quoq₃ est eoruz separatio: quod semper omnia que participant speciẽ: equaliter participant. Equaliter enim & socrates & cicero & plato homines sunt. At vero illa que participant accidenti: etiam si inseparabile accidens sit: tamen non equaliter participant. Nam quãuis inseparabile sit accidens ethiopes nigros esse: tamen est aliquis inter ipsos nigrior. Non omnes illa nigredine equaliter participant.

De Cõmunibus ꝓprij ⁊ accidentis.

r Elinquit igitur de cõmunibus ꝓprij accidentisq; tractare. Nam propriũ quid distaret vel a specie vel a genere vel a differentia: superi⁹ demonstratũ est. Propriũ aũt ⁊ inseparabile accidens cõmune habent: quod sine his nũq; consistunt: ea quę eorum participant: ⁊ in quib⁹ ipsa cõsiderantur. Naz neq; hõ sine risibile esse: nec ethiops: aut coruus nigrũ. Atq; ideo sine his ipsis .i. ꝓprijs ⁊ accidentibus: quę eorum participant: cõstare nõ possunt. Ne forte cõtra superiorẽ diffinitionẽ accidentis venire videatur ista cõmunio Est eniz ita diffinitũ. Accidens est quod infertur ⁊ aufertur sine ei⁹ in quo est interitu. Quod nũc dicit videẽ sine his constare nõ posse: cũ superius sine eorum interitu posse diceretur auferri. Sed hoc modo dicitur: nõ quod si auferatur hoc accidens inseparabile: intereat illud cui accidit: sed quoniã separari nõ potest: idcirco sine his cõstare non posse. Est etiã inseparabilis accidentis ⁊ proprij alia cõmunio: quod sicut ⁊ omni ⁊ semper inest proprium: cui inest .i. homini (semper eniz ⁊ omnis homo risibilis est) Sic etiaz quodlibet accidens inseparabile: ⁊ semper ⁊ omni est accidẽs inseparabile. Nãq; ⁊ omnis coruus: ⁊ semper niger est. Sola autem inseparabilibus accidentibus illa communio est: quod quemadmodũ de multis indiuiduis propriũ predicatur: ita etiam accidens de multis indiuiduis potest predicari. Plures etiã currunt: plures etiã ambulant: quę scilicet accidẽtia separabilia sunt: quẽadmodũ plures possunt esse risibiles.

De Proprijs eorum.

d Ifferunt autẽ ista: quod propriuz semper vni speciei inest: accidens võ ⁊ pluribus. Nã accidens pluribus speciebus ⁊ animatis ⁊ inanimatis euenit: ut est ebeno nigrũ: coruo nigrum. homini ethiopi nigrũ. Risibile võ nulli: nisi soli homini. Atq; ideo conuersim ꝓpriũ predicatur: quia vnius speciẽ cõtinens est: ⁊ illi speciei soli equalis est. At võ accidẽs cõuersim predicari non potest: quia plures sub se spẽs habet. Nõ eni potest dicere id esse nigrũ qd ebenũ: ut diceas hoc eẽ ebenũ qd nigrũ. Potest eniz eẽ nigrũ ⁊ nõ eẽ ebenũ. Deinde oẽ ꝓpriuz equaliter se his reb⁹ quę sub se fuerit dat: ⁊ ab his equaliter participatur. Socrates eni ⁊ cicero ⁊ virgilius equaliter ⁊ risibili participant: ⁊ equaliter risibiles sunt. At võ accidens nõ semp equaliter est accidens. Potest enim quicũq; esse procerior: ⁊ alius esse velocior. Quod scilicet illud separabile est accidens: illud inseparabile. Et fortasse alię eorum quędã proprietates vel cõmuniones esse videãtur. Sed nũc quãtũ introductioni sat est: ista sufficiant. Sed iam tibi mi Fabi omnia quęcũq; ad introductionẽ porphyrii pertinent: plenius vberiusq; tractata sunt. Post võ siquid vnquã me egueris: studiis presertim tuis: quę nulla vnquã honestate caruerunt: libẽs animo hortatorq; ad easdẽ cupiditates parebo. Hic fabi⁹. Tu inquit paterno hęc mihi animo polliceris. verũ ego nunq; deficiaz ab hijs studijs ⁊ presertim docente: a quo totã fortasse logicę aristotelis: si vita suppetit capiam disciplinam. Et ego faciã inquã libentissime. Sed quoniã iam matutinus (vt ait petronius) sol tectis arrisit: surgamus ⁊ siqd est: illud diligẽtiore postea cõsideratione tractabiẽ

Finis.

Anicij Manlij Seuerini Boecij viri clarissimi traductio Isagogarū Porphyrij Phenicis: ꝛ in traductionē cōmētariū.

Ecundus hic arreptę expositionis labor nostrę seriem translationis expediet: in qua quidē vereor: ne subierim fidi interpretis culpam: cum verbum verbo expressum comparatūq; reddiderim. Cuius incepti ratio est: ꝙ in his scriptis in quibus rerū cognitio queritur: non luculentę orationis lepos: sed incorrupta veritas exprimenda est. Quo circa multum profecisse videor: si philosophię libris latina oratione compositis per integerrimę translationis syncaeritatem nihil in grecorum litteris amplius desideretur. Et quoniā humanis animis excellētissimū bonū philosophię comparatū est: vt vie ex suo quodam procedat ratio: ex animę ipsius efficiētijs ordiendum est. ¶ Triplex animę omnino vis in vegetandis corporibus deprehēditur. Quarū vna quidem vitam corpori solū subministrat: vt nascendo crescat: alendoq; subsistat. Alia vero sentiendi iudiciū prębet. Tertia vi mentis ꝛ ratione subnixa est. Quarū quidem primę id officiū est: vt creandis nutriendisq; corporibus presto sit. Nullū vero rationis prębet sensus ve iudicium. hec autē est herbarum atq; arborū: ꝛ quicquid terrę radicitus affixum tenetur. Secūda vero composita atq; coniuncta est: ꝛ primam sibi sumens ꝛ in parte cōstituens variū: de quibus capere potest: ac multiforme iudiciū capit. Omne enī animal quod viget sensu: nutritur idē ꝛ nascitur ꝛ alitur. Sensus vero diuersi sunt: ꝛ vsq; ad quariū numerū tendunt. Ita quicquid alitur tātū non etiam sentit: quod vero sentire potest: ei prima quoq; animę vis nascēdi. s. atq; nutriendi probatur esse subiecta. Quib' vero aīalibus sentire adest nō tm̄ eas rerū capiūt formas: quib' sensibili corpore feriūtur pręsente: sed absente quoq; sensibilibusq; sensu sepositis auꝭ cognitas sensus formarū imagines tenēt: memoriāq; cōficiunt: ꝛ prout quodq; aīal valet: lōgius breuiusq; custodit. Sed has imaginationes cōfusas atq; inevidētes sumunt: sic ut nihil ex earū cōiunctiōe ac cōpositiōe efficere possint. Atq; idcirco meminisse quidē possunt nec ęque omnia. Amissam vero obliuione memoriam recolligere ac reuocare nō possunt. Futuri vero his nulla cognitio est. Sed animę vis tertia quę secum vires alendi ac sentiendi trahit: hisq; velut famulis atq; obedientibus vtitur: eadem tota in ratione est constituta: eaq; vel in rerum presentiū firmissima contemplatiōe vel in absentiū intelligentia: vel in ignotarum inquisitione atq; inuentione versatur: hęc tm̄ humano generi presto est: ꝙ nō solum sensus imaginesq; perfectas ꝛ nō inconditas capit: sed ꝛ pleno actu intelligentię qđ imaginatio suggessit: explicat atq; confirmat. Itaq; vt dictum est: huic diuinę naturę nō ea tantū in cognitione sufficiunt: que subiecta sensibus comprehendit: verūetiam imaginatione concepta: ꝛ in sensibilibus ꝛ absentibus rebus nomina indere potest: ꝛ quod intelligētię ratione comprehendit: vocabulorū quoq; positionibus aperit. illud quoq; ei naturę proprium est. ut per ea quę sibi nota sunt ignota vestiget: ꝛ non solū vnūquodq; an sit: sed quid sit etiā: ꝛ quale sit: necnon cur sit oportet agnoscere. Quā triplicis animę vim sola hominū (vt dictū est) natura sortita est. Cui' animę vis intelligentię motibus non caret: quia in his quattuor proprię vim rationis exercet. Aut enī aliquid an sit inquirit: aut si esse cōstiterit: quid sit id dubitat. Qđ si etiā vtriusq; scientiā ratione possidet: quale sit vnūquodq; vestigat: atq; in eo cetera accidentiū momenta perquirit: quibus cognitis cur ita sit queritur: ꝛ rōne nihilominꝰ vestigat. Cū3 igit hic act' sit humani animi vt semp aut in presentiū rerum comprehensione: aut in absentiū intelligentia: aut in ignotarū inquisitione atq; inuentione versetur. Duo sunt in quibus omnē operam vis animę ratiocinantis impendit. Vnū quidem vt rerū naturas certa inquisitionis ratione cognoscat. Alterū vero ut ad scientiā prius veniat ꝙ post grauitas moralis exerceat: quibus inquirendis permulta esse necesse est: quę vestigantem animū a recti itineris non minimū progressione deducant: ut in multis euenit epicuro qui ex atomis mundū constare putabat: ꝛ honestum corporis voluptate metiebatur. Hęc autem idcirco huic atq; alijs accidisse manifestum est: quoniā per imperitiā disputandi quicquid ratiocinatione comprehenderant: hęc in res quoq; ipsas euenire arbitrabantur: hic vero magnus error est: neq; enim sese res ut ī numeris ita etiam in ratiocinationibus habet. In numeris enī quicquid in digitis recte computantis euenerit: id sine dubio in res quoq; ipsas necesse est euenire: ut si ex calculo centum esse contigerit: centū quoq; res illi numero subiectas esse necesse est: hoc vero nō ęque in disputatione seruatur: neq; enim quicquid sermonū decursio inuenerit: id in natura quoq; fixum tenetur. Quare necesse erat eos falli: qui abiecta scientia disputandi de rerū natura perquirerēt. Nisi enī prius ad scientiā venerit: quę ratiocinatio veram teneat disputandi semitam: quę verisimilem ꝛ agnouerit quę fida: quę possit esse suspecta: rerum incorrupta veritas ex ratiocinatione nō potest inueniri. Cū igitur veteres sępe multis lapsi erroribus falsa quędam ꝛ sibi contraria in disputatione colligerent: atq; id fieri impossibile videret: ut de eadem re contraria conclusione facta vtraq; essent vera: quę sibi dissentiens ratiocinatio cōclusisset: cuius ratiocinatione credi oporteret esset ambiguū: visum est prius disputationis ipsius veram atq; integrā considerari naturam: qua cognita illud quoq; per disputationē inuenitur: ꝛ an vere comprehensum esset: posset intelligi. Hinc igitur perfecta est logicę peritia disciplinę: quę disputādi modos atq; ipsas ratiocinationes internoscēdi vias parat: ut ꝙ ratiocinatio nūc quidē falsa nūc autē vera sit: ꝙ vero semp falsa: ꝙ nunq; falsa possit agnosci. Huiꝰ aūt vis duplex esse perpendit. vna quidē in inueniēdo: altera in iudicādo: qđ Marcus Tullius in eo libro cui topica titulꝰ est: euidēter expressit dicēs. Cū oīs ratio diligēs disserēdi duas habeat ptes: vnā inueniendi: alterā iudicādi: vtriusq; princeps (ut mihi videtur quidē) Aristoteles fuit. Stoici autē in altera elaborauerunt. Iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt eam scientiā quā dialecticen appellāt: inueniendi vero artē quę topice dicitur: quęq; ad vsū potior erat: ꝛ ordine naturę certe prior: totam reliquerunt. ¶ Nos autem quoniā in vtraq; summa vtilitas est: et vtrāq; si erit ociū persequi cogitamus: ab ea quę prior est: ordiemur. Cū igitur tātus huiꝰ cōsiderationis fructus sit: dandā est huic tam solertissimę disciplinę tota mentis intentio: ut primis firmatis in disputādi veritate vestigijs: facile ad rerum ipsarum certā comprehensionem venire possimus. Et quoniam quid sit ortus logicę disciplinę pędiximus: esse reliquū videtur adiungere: an omnino pars quędā sit philosophię: an (vt quibusdam placet) suppellex atq; instrumentū: per quod philosophia cognitionē rerum naturāq; deprehendat. Cuius quidē rei has e contrario video esse sententias. ¶ Hi enim qui partē philosophię putant logicam considerationē: his fere argumentis vtuntur dicētes: philosophiam indubitanter habere partes: speculatiuam: atq; actiuam. De hac tertia rationali. i. logica queritur an sit in parte ponenda: sed eam quoq; partem esse philosophię nō potest dubitari. ¶ Nam sicut de naturalibus ceterisq; sub speculatiua positis solus

philosophie vestigatio est: itemque de moralibus ac de reliquis que sub actiuam partem cadunt sola philosophia perpendit: ita quoque de hac parte tractat. i. de his que logice subiecta sunt sola philosophia iudicat. Quod si speculatiua atque actiua idcirco philosophie partes sunt quia de his philosophia sola pertractat: propter eandem causam erit logica philosophie pars: quoniam philosophie soli hec disputandi materia subiecta est. ¶ Ita vero inquiunt cum in his tribus philosophia versetur. Cumque actiuam et speculatiuam considerationem subiecta discernant: quod illa de rerum naturis: hec de moribus querit: dubium non est quin logica disciplina a naturali atque morali sue materie proprietate distincta sit. Etenim logice tractatus est de propositionibus atque syllogismis et ceteris huiusmodi: quod neque ea que non de ratione sed de rebus speculatur. Neque actiua pars que de moribus inuigilat: eque prestare potest. Quod si in his tribus idest speculatiua actiua atque rationali philosophia consistit: que propria triplicique a se fine distincta sunt. Cumque speculatiua et actiua philosophie partes esse videntur: non dubium est quin rationalis quoque philosophie pars esse conuincatur. Qui vero non partem sed philosophie instrumentum putant: hec fere afferunt argumenta. ¶ Non esse inquiunt similem logice finem speculatiue atque actiue partis. Utraque enim earum ad suum proprium terminum spectat: ut speculatiua quidem rerum cognitionem. Actiua vero mores atque instituta perficiat. Neque altera refert ad alteram. Logice vero finis non potest esse absolutus: sed quodammodo cum reliquis duabus partibus colligatus atque constrictus est. Quid enim est in logica disciplina: quod suo merito debeat optari nisi quod propter inuestigationem rerum huius efficacia artis inuenta est. Scire enim quemadmodum argumentatio concludatur vel que vera sit que verisimilis: ad hec scilicet tendit: ut vel ad cognitionem rerum referatur hec rationum scientia: vel ad inueniendum ea que in exercitium moralitatis adducta beatitudinem pariunt. Atque ideo quoniam speculatiue atque actiue suus certusque finis est. Logice autem ad duas reliquas partes refertur extremum: manifestum est non eam esse philosophie partem sed potius instrumentum. Sunt vero plura que ex alterutra parte dicantur: quorum nos ea que dicta sunt strictim notasse sufficiat. Hanc litem vero tali ratione dirimimus. Nihil quippe prohibemus impedire ut eadem logica partis vice simul instrumentique fungatur officio. Quoniam enim ipsa suum retinet finem: isque finis a sola philosophia consideratur. Pars quidem philosophie esse ponenda est: quoniam vero finis ille logice quem sola speculatur philosophia: ad alias eius partes suam operam pollicetur: instrumentum esse philosophie non negamus. Est autem finis logice inuentio iudiciumque rationum. quod quidem scilicet non esse mirum videbitur: quod eadem pars: et eadem quoddam ponitur instrumentum. Si ad partes corporis animum reducamus quibus et fit aliquid: ut his quasi quibusdam instrumentis vtamur: et in toto tamen corpore partium optinent locum. Manus enim ad tractandum: oculi ad videndum: ceterique corporis partes proprium quoddam videntur habere officium. Quod tamen si ad totius utilitatem corporis referant: instrumenta quedam corporis esse deprehenduntur: que etiam partes esse nullus abnuerit. Itaque logica disciplina pars quedam philosophie est: quoniam eius philosophia sola magistra est. Supellex vero est: quod per eam inquisita philosophie veritas vestigatur. Sed quoniam quantum mihi quidem breuitas sinceritatis largita est: ortum logice et quid ipsa logica esset expleuimus. Nunc de eo libro nobis pauca dicenda sunt: quem in presens sumpsimus exponendum. Titulo enim proponit Porphirius introductionem se in Aristotelis predicamenta conscribere. Quid vero valeat hec introductio vel ad quid lectoris animum

paret breuiter explicabo. Aristoteles enim qui de decem predicamentis librum conscripsit: hoc ea intentione composuit ut infinitas rerum diuersitates que sub scientiam cadere non possunt paucitate generum comprehenderet: atque id quod per incomprehensibilem multitudinem sub disciplinam venire non poterat: per genera (ut dictum est) paucitatem animo fieret scientieque subiectum. Decem igitur genera rerum esse omnium considerauit Aristoteles. i. unam substantiam et accidentia nouem: que sunt qualitas: quantitas: relatio: vbi: quando: facere. et pati. situs: habere. quorum que genera est ut suprema et quibus nullum aliud superponi possit genus. Omne necesse est multitudinem rerum per horum decem generum species inueniri. Que quidem genera omnibus a se differentiis distributa sunt. Nec quicquam videntur habere commune: nisi tantum nomen: quoniam omnia esse predicantur. Quippe substantia est: qualitas est. quantitas est. et de aliis omnibus est: verbum communiter predicatur: sed non est eorum communis vna substantia vel natura: sed tantum nomen. Itaque decem genera ab Aristotele reperta omnibus a se differentiis distributa sunt. Sed que aliquibus differentiis distinguuntur necesse est ut habeatur proprium quoddam: quod ea singulare solitariaque vindicat forma. Non est autem idem proprium quod accidens. Accidentia enim et venire et abesse possunt: propria vero ita sunt insita: ut ab his quorum propria sunt esse non possunt que cum ita sint: cumque Aristoteles decem rerum genera reperisset: quod vel intelligendo mens caperet: vel loquendo disputatio efficeret quicquid enim intellectu capimus id ad alterum sermone vulgamus. Euenit ut ad horum decem predicamentorum intelligentiam quinque harum rerum tractatus incurreret. scilicet generis: speciei: differentie: proprii: accidentis. Generis quidem quoniam oportet ante prediscere quod sit genus: ut decem illa que Aristoteles ceteris preposuit rebus: genera esse possemus agnoscere. Speciei vero cognitio plurimum valet: ut quid cuiusque generis sit species possit agnosci. Si enim quid sit species ignoramus: nihil impedit errore turbari: fieri enim potest ut pro specie in scientiam sepe quantitatis species in relatione ponamus et cuiuslibet primum generis species alteri cuilibet generi subdamus: atque ita fiet permixta rerum atque indiscreta confusio. quod ne accidat que sit natura speciei ante noscendum est. Nec vero in hoc tantum prodest speciei cognoscenda natura: ne predictorum generum species inuicem permisceamus. Verum etiam ut in eodem quolibet genere proximas species generum nouerimus eligere: ut ne substantie mox animal dicamus esse speciem potius quam corpus: aut corporis hominem potius quam animatum corpus. At vero differentiarum scientia in his maximum retinet locum. Quomodo enim omnino qualitatem a substantia vel cetera a se genera dividere cognoscimus nisi eorum differentias viderimus. Quomodo autem discernere eorum differentiam possumus: si quid ipsa sit differentia nesciamus. Nec hunc solum nobis in scientia differentie effundit errorem verum etiam specierum quicquid tollit omne iudicium. Nam omnes species differentie informant. Ignorata differentia species quoque necesse est ignorari. Quomodo vero fieri potest: ut qualibet differentiam possimus agnoscere si omnino quid sit nominis huius significatio nesciamus. Iam vero proprii tantus usus est: ut Aristoteles quoque singulorum predicamentorum propria perquisierit: que propria esse quis deprehenderit ante quam quod omnino sit proprium discat. Nec in his tantum hec cognitio proprii valet que singulis nominibus efferuntur: ut in hominis risibile: verum etiam in his que adhibentur in locum diffinitionis. Omnia enim propria que adhibentur ad diffinitionem substantialem: rem subiectam quodam termino descriptionis includunt. quod suo quoque loco opportunius commemorabo. Accidentis quoque cognitio quantum afferat: quis dubitare queat: cum videat inter decem predicamenta nouem accidentis naturas

Que quomodo accidentia esse putabimus: si omnino quid sit accidens ignoramus. Cum presertim nec diffe rentiarum nec proprij scientia cognita sit: nisi acciden tis naturam firmissima consideratione teneamus. fieri enim potest vt differentie loco vel proprij per inscien tiam accidens apponatur: quod esse vitiosum etiaz dif finitiones probant: que cum ipse ex differentiis colliget. Et fiant vniuscuiusqz proprie: accidens tamen non vi dentur admittere. cum igitur Aristoteles rerum gene ra collegisset que numerum diuersarum sub se specierum con tinerent: que species nunquam diuerse forent: nisi differen tijs segregarentur. Cumqz omnia in substantiam atqz accidens: accidens vero in alia predicamenta soluisset. Cumqz aliquorum predicamentorum sit propria per secutus: de his ipsis quidem predicamentis docuit. Quid vero esset genus: et quid species: quid differentia quid illud accidens: de quo nunc dicendum est: vel quid proprium velut nota preterijt. Ne igitur ad predica menta Aristotelis venientes: quid significaret vnumquodqz eorum: que superius dicta sunt: ignorarent hunc librum Porphyrius de earum quinqz rerum cognitione per scripsit: quo perspecto et considerato quid vnumquodqz eorum que supra posuit: designaret: facilius intellectus ea que ab Aristotele proponentur addisceret. Hec qui dem intentio est huius libri quem Porphyrius ad introdu ctionem predicamentorum se conscripsisse ipsius (vt dictum est) tituli inscriptione significat. Sed licet ad hoc vnum huius li bri referatur intentio: non tamen simplex est eius intentio: sed multi plex: et in maxima quoqz diffusa est: quam idem Por phirius in principio huius libri commorat dicens.

Cum sit necessarium chrysaorie et ad eam que est apud Aristotelem predicamentorum doctrinam: nosse quid sit genus: quid differentia: quid species: quid proprium: et quid accidens: et ad diffinitionum assignationem: et omnino ad ea que in diuisione vel in demonstratio ne sunt: vtili istarum rerum speculatione com pendiosam tibi traditionem faciens tenta bo breuiter: velut introductionis modo: ea que ab antiquis dicta sunt aggredi: altiori bus quidem questionibus abstinens: simpli ciores vero mediocriter coniectans.

Vtilitas huius libri quadrifariam spargitur. nanqz ad illud etiam ad quod eius libri dirigitur intentio: magno vsui legentibus est: et ad cetera que cum extra intentionem sint non tamen minor ex his legentibus vtilitas compara tur. Est enim per hoc opusculum et predicamentorum facilis cognitio: et diffinitionum integra assignatio: et diuisionum recta perspectio: et demonstrationum verissima conclusio. Que res quanto difficiles atqz arduae sunt: tanto perspi catiorem studiosioremqz animum lectoris expectant. Dicendum vero est quod in omnibus libris euenit. Nam primum si que sit intentio cognoscatur: consequenter quoqz vtilitas inde p[...] tamen possit expediri. et licet extra multa (vt sit) huius modi librum sequantur: tamen illam permaxime vtilitatem videtur habere: ad quid eius refertur intentio vt in hoc ipso libro quem sumpsimus exponendum cum eius inten tio sit ad predicamenta intellectum facile comparandi: non dubium est quin hec eius principalis probetur vtilitas licet non minores sint contra diffinitio diuisio ac de monstratio. Quorum nobis principia suggeruntur quodam: sensus vero totius huiusmodi est: cum sit inquit vtilis generis speciei differentie proprij accidentisqz cognitio ad predicamenta Aristotelis: eiusqz doctrinam ad diffinitionum etiam assignationem: et ad demonstra tionem: et ad diuisionem: quia sit earum rerum vtilis vber rimaqz cognitio: compendiosam inquit traditionem faciens ea que ab antiquis large ac diffuse dicta sunt: tenta bo breuiter aperire. Neqz enim esset compendiosa: nisi totum opus breuitate constringeret. Et quoniam intro ductionem scribebat: altiores inquit questiones spon te refugiam: simpliciores vero mediocriter coniectabo. i. simpliciorum questionum obscuritatem habita in eis qua dam coniectura ratiocinatione tractabo. Tota quidem sen tentia huiusmodi prohemij talis est: que et vtilitate vberrima et facilitate incipientis animo blandiatur. Sed dicendum videtur quid nam deciet amplius altitudo sermonum necessarium in latino sermone sicut in greco ἀναγκαῖον plura significat. Diuersa enim significatione Marcus Tullius dicit necessarium suum esse aliquem atqz nostrum. Item necessarium dicimus vt cum necessarium esse nobis dicimus ad forum descendere: qua in voce quedam vtili tas significatur. Alia quoqz significatio est qua dicimus solem necessarium esse moueri. i. necesse esse. et illa quidem prima significatio pretermittenda est. Omnino enim ab eo necessario: quod hic Porphyrius ponit aliena est. He vero due huiusmodi sunt: vt inter se certare videan tur: que huius loci obtineat significationem: in quo di cit Porphyrius. Cum sit necessarium chrysaorie: nanqz (vt dictum est) necessarium et vtilitatem significat et neces sitatem. Videntur autem huic loco vtraqz congruere. Nam et summe vtile est ad ea que superius dicta sunt: de gene re et specie et ceteris disputare: et summa est necessitas: quia nisi sint hec ante precognita: illa ad que ista preparan tur: non possunt cognosci que predicamenta dicuntur. Nam neqz preter cognitionem generis et speciei predi camenta discuntur. Nec diffinitio genus relinquit et differentiam. et in ceteris quam sit vtilis ille tractatus cum de diuisione et demonstratione disputabitur apparebit. Sed quoniam necesse erit hec quinqz de quibus hic disputandum est prius ad cognitionem venire: quam ea quibus illa prepa rantur non tamen ea significatione hic a Porphirio po situm est: qua necessitatem significare vellet: ac non po tius vtilitatem. ipsa enim oratio contextusqz sermonum id clarissima intelligentie ratione significant. Neqz enim quisquam ita vtimur ratione: vt aliquam necessitatem referri dicat ad aliud. Necessitas enim per se quidem est vtilitas vero semper ad id quod vtile est: refertur: vt hic quoqz. Ait enim cum sit necessarium chrysaorie et ad eam que est apud Aristotelem predicamentorum doctrinam. Si hic igitur necessarium vtile intelligamus et id no mine ipso vertamus dicentes: cum sit vtile chrysaorie et ad eam que est apud Aristotelem: predicamentorum doctri nam: nosse quid sit genus et cetera recte intelligentie ser monum ordo conuenit. Si in vero id ad necesse permu tetur: vt dicamus: cum sit necessarium chrysaorie et cete ra recte intelligentie sermonum ordo non conuenit. Quo circa hic dubius immorandum non est. Quamqz enim sit summa necessitas hec ignorantes non posse ad ea ad que hic tracta tus intendit peruenire non tamen de necessitate hoc dictum est necessarium sed potius de vtilitate. Nos vero licet idem superius dictum sit tamen breuiter que ad predicamenta generis speciei differentie proprij atqz accidentis prosit cognitio disputemus. Aristoteles enim in predicamentis decem ge nera constituit rerum: que de cunctis alijs predicarent vt quicquid ad significationem venire posset: id si inte gram significationem teneret cuilibet eorum subiceret generi. De quibus aristoteles tractat in eo libro: qui de decem predicamentis inscribitur. hoc ipsum vero refer ri ad aliquid velut ad genus: tale est: quale est si quis speciem supponat generi. Hoc vero neqz preter cogni tionem generis et speciei vllo modo fieri potest: nec vero ipse species quid sint: vel cuius magis sint possumus agnoscere. Nisi earum differentie cognoscantur. Sed dif ferentiarum natura incognita: que vniuscuiusqz speciei sint differentie: modis omnibus ignorabitur. Quare sciendum est quoniam si de generibus Aristoteles tra ctat in predicamentis generum natura cognoscenda est

cuius cognitionem speciei quoque committatur agnitio. Sed hoc cognito: quid sit differentia: non potest ignorari: atque eodem libro plura sunt: ad que nisi maximam peritiam ⁊ generis ⁊ speciei ⁊ differentie lector attulerit: nullus omnino intellectus patebit: ut atque ipse Aristoteles dicat. Diuersorum generum ⁊ non subalternatim positorum diuerse: sunt specie differentie quod his ignoratis intelligi impossibile est: sed idem Aristo. proprium uniuscuiusque predicamenta diligentissime in questione vestigat: ut cum substantie proprium post multa dicit esse: quod idem numero contrariorum susceptibile sit: vel rursus quantitatis: quod in ea sola equum atque inequale dicatur: qualitatis etiam: quod per eam simile atque dissimile aliud alii esse proponimus: ⁊ in ceteris eodem modo: ut que sit contrarii proprietas: que secundum relationes oppositiones ⁊ que priuationis ⁊ habitus que affirmationis ⁊ negationis: in quibus ita tractat tamquam principiis sientibusque: que sit proprietatis natura: quam si quis ignorat [illegible] ea que de his disputantur agnoscitur. Jam vero illud manifestum est: quod accidens maximam predicamentorum obtineat locum: quod proprio nomine nouem predicamenta circumdat: ⁊ ad predicamenta quidem quanta sit huius libri intentio: ex his manifestum est. Quid vero ait: ⁊ ad assignationem diffinitionum facile cognosci potest: si primo substantie rationum diuisio fiat. substantie ratio alia quidem in descriptione ponitur. Alia vero in diffinitione. sed ea que est in descriptione: proprietatem quandam colligit eius rei: cuius substantie rationem prodit: ac non modo proprietate id quod demonstrat: informat: verum etiam ipsa sit proprium: quod in diffinitionem quoque venire necesse est. Si quis enim quantitatis rationem reddere velit: ut dicat licebit: quantitas est secundum quam equale atque inequale dicitur. ¶ Sicut igitur proprietatem quidem quantitatis in ratione posuit quantitatis: ⁊ ipsa tota ratio ipsius quantitatis propria est [illegible] descriptio ⁊ proprietates colligit ⁊ ipsa propria sit descriptio. Diffinitio vero ipsa quidem proprium non colligit: sed ipsa quidem sit propria diffinitio. Nam que substantiam monstrat: genus differentiis iungit: ⁊ ea que per se sunt communia atque multorum in unum redigens uni speciei quam diffinit reddit equalia. Ita igitur ad descriptionem utilis est proprii cognitio: quoniam proprietas sola in descriptione colligitur: ⁊ ipsa se propria facit diffinitio quoque ad diffinitionem vero genus [illegible] ⁊ species ad quam cum [illegible] genere ⁊ differentie [illegible] generis spe[illegible] hec posterior qua expositionis modus expostulat: videbuntur: hanc enim fere convenit nos (ut in prima editione dictum est) hanc expositionem nostro reseruasse iudicio: ut ad intelligentiam simpliciorem [illegible] prima sufficiat. Ad interiorem vero speculationem confirmatis penetrantium sententia per in singulis vocabulis rerum herentibus: hec posterior editio collocatur. ¶ Ad diuisionem vero faciendam tam hic liber Isagogarum utilis est: ut preter earum scientiam rerum de quibus in hoc libro fere disputatur casu fieri potius quam ratione partitio. Hoc autem manifestum erit: si diuisionem ipsam viderimus: id est si nomen ipsum diuisionis in ea que significat partiamur. Est namque diuisio generis in species: ut cum dicimus: colorum aliud est album: aliud nigrum: aliud vero medium. Rursus diuisio est quotiens vox plura significans aperitur: ⁊ quod multa sunt que ab ea voce signantur ostenditur: ut si quis dicat nomen canis plura significat: ⁊ hunc latrabilem quadrupedemque: ⁊ celeste sydus: ⁊ marinam beluam: que omnia a se diffinitione distincta sunt. Diuisio autem dicitur: quotiens totum in partes proprias seperatur: ut cum dicimus domus aliud sunt fundamenta aliud parietes: aliud tectum. Et hec quidem triplex diuisio secundum se partitio nuncupatur. Est autem alia que secundum accidens dicitur: ea quoque fit tripliciter: aut enim accidens in subiecta diuidimus: ut cum dico: bonorum alia sunt in animo: alia in corpore: alia extrinsecus: vel rursus subiectum in accidentia: ut corporum alia sunt alba: alia sunt nigra: alia medii coloris. Et rursus cum accidentia seperamus: ut cum dicimus: liquentia alia alba: alia nigra: alia medii coloris. Et rursus alborum alia sunt dura: alia liquentia: quedam mollia. cum igitur tam omnis fiat diuisio: aut secundum se: aut per accidens: utraque vero partitio tripliciter fiat: cuique in superiore secundum se triplici partitione sit una diuisionis forma: genus in species seperare. Id neque preter generis scientiam fieri ullo modo potest. Neque vero preter scientiam differentiarum quas necesse est in specierum diuisione sumi. Manifestum est igitur quanta utilitas huius libri ad hanc diuisionem sit: qui primo aditu genus ac species ⁊ differentias tractat. Secunda vero ea diuisio que est secundum vocis significationes: nec hec quidem ab huius libri utilitate disiuncta est. Uno enim modo cognosci poterit: utrum vox cuius diuisionem facere quærimus: equiuoca esse videatur an genus: si ea que significat diffiniantur: ⁊ si ea que sub communione sunt: una diffinitione claudantur: species esse necesse est ⁊ illud commune earum genus. Quod si illa que proposita vox designat: non possunt una diffinitione concludi: nemo dubitat: quin illa vox sit equiuoca: neque etiam ita sit communis hiis de quibus predicatur ut genus: quandoquidem ea que sub se posita significat: secundum commune nomen non possunt una diffinitione comprehendi. Si igitur ex diffinitione manifestum sit quod genus sit: quid vero nomen equiuocum: diffinitio vero per genera differentiasque discurrit: quisque ne dubitare potest eque in hac diuisionis forma plurimum huius libri auctoritatem valere. Illa vero secunda se diuisio que est totius in partes quemadmodum discernitur: ac non potius generis in species diuisio esse putabitur: nisi sint genus ⁊ species ⁊ differentie earum: quoniam ante ratione disciplinę tractata. Cur enim non quisque dicat domus species potius esse quam partes fundamentum parietem ⁊ tectum. Sed cum occurrerit generis nomen in unaquaque specie totum posse congruere: totius vero in unaquaque parte sua nomen conuenire non posse: manifestum sit aliam diuisionem esse generis in species: aliam totius in partes. Conuenire autem nomen generis singulis speciebus ostenditur per id quod homo ⁊ equus singula animalia nuncupantur. Neque tectum vero neque parietes aut fundamenta singulatim domus nomine appellari solent: Sed cum fuerint iuncte partes: tunc recte totius nomen accipiunt. De ea vero diuisione que secundum accidens fit nullus ignorat: quia incognito accidenti incognitaque ut genere ac differentia non facile euenire possit ut accidens ita in subiecto soluatur quasi genera in species: ⁊ postremo omnem hunc ordinem partitionis sedulissime permiscebit in scientia. Et quantum quod ad diuisionem hic liber prosit ostendimus: nunc de demonstratione dicemus: ne per ardua atque difficilia hereat: qui in tanta disciplina vigilantissimo intentus diligentissimo labore sudauerit. Fit enim demonstratio: idest alicuius questionis rata ratione collectio ex ante cognitis naturaliter ⁊ ex conuenientibus et primis et causis ex necessariis ⁊ per se inherentibus. Sed genera speciebus propria propriis priora sunt naturaliter. Ex generibus enim species fluunt. Item species sub se positis vel speciebus vel indiuiduis priores naturaliter esse manifestum est. Que vero priora sunt ea quos prenoscuntur ⁊ notiora sunt subsequentibus naturaliter. Duobus enim modis primum aliquod ⁊ notum dicitur secundum nos scilicet ⁊ secundum naturam. nobis enim illa magis cognita sunt: que proxima ⁊ indiuidua sunt: dehinc species: postremo genera. At vero natura conuerso modo ea sunt magis cognita que nobis minus proxima sunt. Atque ideo quantumlibet se longius a nobis genera protulerint: tanto magis sunt ⁊ lucida naturaliter nota

Differentie vero substātiales ille sunt quas per se his rebus inesse que demonstrantur agnoscimus. Precedere autem debet generum ac differentiarum cognitio: vt in vnaquaqꝫ disciplina que sunt causa rei que demōstratur conuenientia principia possit intelligi. Necessaria vero esse ea ipsa: que genera ⁊ differentias dicimus nullus dubitat: qui speciem sine genere ⁊ differentie intelligat esse non posse. Genera vero ⁊ differentie sunt cause specierum. Idcirco enim species sunt: quia genera earum ⁊ differētie sunt: que in sillogismis posita demōstrantibus illis non rei solū verum conclusionis etiam cāe sunt: que posterioris resolutoriis locupletius dicemus. Cū igitur perutile sit ⁊ diffinitione quodlibꝫ illud circūscribere: ⁊ diuisione dissoluere: ⁊ demonstrantibus comprobare: hec autem preter earum rerum scientiam: de quibus in hoc libro disputabitur: neqꝫ itelligi neque exerceri valent. quis vnquam poterit dubitare quin hic liber maximū totius logice adiumentū sit: preter quē cetera que in ea magnā vim tenent: nullum doctrine aditum prebent. Sed meminit Porphyri⁹ introductionē sese conscribere: neqꝫ vltra quā institutionis modus est: formā tractatus egredi. Ait enim se altiorum questionū modis abstinere: simpliciores vero mediocri coniectura perstringere. Que vero sint altiores questiones quas se differre pmittit: ita proponit.

Mox de generibus ⁊ speciebus illud quidem siue subsistant: siue in solis nudis intellectibus posita sint: siue subsistentia corporalia sint an incorporalia: ⁊ vtrū separata a sensibilibus: an in sensibilibus posita: et circa ea cōsistentia dicere recusabo. Altissimū enim negociūꝫ est huiusmodi: ⁊ maioris egens inquisitionis.

Altiores inquit questiones preteribo: ne eis intempestiue lectoris animo ingestis initia eius primitiasqꝫ perturbem. Sed ne omnino faceret negligentem: ut nihil preter id qꝫ ipse dixisset: lector amplius putaret occultū id ipsum cuius excusationē sese differre promisit: addidit: ne de his minime obscure penitusqꝫ tractando lectori quicquaꝫ obscuritatis effunderet: ⁊ tamen scientia roboratus quid queri iure posset: agnosceret. Sunt autem tres questiones: quas sese reticere promittit: ⁊ perutiles ⁊ secrete ⁊ temptate quidem a doctis viris: nec a pluribus dissolute. Quarum prima est huiusmodi. Omne quod intelligit animus: aut id qđ est in natura rerum constitutū: intellectu concipit: ⁊ sibimet rōne describit: aut id qđ nō est: vacua sibi imaginatiōe depingit. Ergo intellectus generis ⁊ ceterorū huiusmodi sit queritur vtrū ne ita intelligamus species ⁊ genera ut ea q̄ sunt: ⁊ ex quib⁹ verum capimus intellectum: an nosmetipsos ludimus: cū ea que non sunt animi cassa imaginatione formamus. Quod si esse cōstiterit: ⁊ ab his que sunt intellectus concipi dixerimus. Tunc alia maior ac difficilior questio dubitationē parit: cū discernendi atqꝫ intelligendi generis ipsius naturā summa difficultas ostēdatur. Nam omne qđ est: aut corporeū aut incorporeū esse necesse est: genus igitur ⁊ species in aliquo horum esse oportebit. Quale erit igitur id quod genus dicitur vtrū ne corporeū an vero incorporeū. neqꝫ enī quid sit diligenter intendiꝰ: nisi in quo horꝫ poni debeat agnoscatur. Sed neqꝫ cum hec soluta fuerit questio: omne excludiꝰ ambiguū. subest enim aliquid qđ si incorporalia esse genus ac species dicantur: obsideat intelligētiaꝫ atqꝫ detineat exolui postulans: vtrū circa corpora ipsa subsistant: an etiā preter corpora subsistentia incorporalia esse videantur. Due quippe incorporeorum forme sunt: ut alia preter corpora esse possint. ⁊ separata a corporibus in sua incorporalitate perdurent: vt de⁹ mens anima. Alia vero cū sint incorporea tñ preter corpora esse non possint: ut linea: vel superficies: vel numer⁹: vel singule qualitates: quas tum etsi incorporeas esse pronunciemus: qꝫ tribus spatijs minime distendantur: tamen ita in corporibus sunt: ut ab his diuelli nequeāt aut separari: aut si a corporibus separata sint: nullo modo permaneant. Quas licet questiones arduū sit ipso Porphyrio renuente dissoluere. Tamen aggrediar: ut nec anxiū lectoris animū relinquā: nec ipse in his que preter muneris suscepti seriē sunt: tempus operamqꝫ consumam. Primū quidē pauca sub questionis ambiguitate proponā: Post vero eundem dubitationis nodum exoluere atqꝫ explicare temptabo. Genera ⁊ species aut sunt ⁊ subsistunt: aut itellectu ⁊ sola cogitatione formantur: Sed genera ⁊ species esse nō possunt: Hoc autem ex his intelligitur. Omne enim qđ cōmune est vno tempore pluribus: id in se vnum esse non poterit. Multorum enim est quod cōmune est: presertim cum vna atqꝫ eadem res in multis vno tēpore tota sit. quātecunqꝫ enim sunt species: in omnibus genus vnū est non qꝫ de eo singule species quasi partes aliquas carpāt sed singule vno tempore totum genus habeant. quo fit ut totum genus in pluribus singulis vno tempore positum vnum esse non possit. neqꝫ enim fieri potest vt cū in pluribus totū vno sit tempore: in semetipso sit vnū numero. Quod si ita est: vnū quoddā gen⁹ esse non poterit: quo fit vt omnino nihil sit. Omne enim quod est idcirco est quia vnum est. ⁊ de specie idem conuenit dici Quod si est quidē genus ac species sed multiplex. neqꝫ vnū numero: non erit vltimū genus: sed habebit aliud superpositum genus: quod illam multiplicitatē vnius sui nominis vocabulo concludat: vt enim plura animalia quoniā habēt quoddā simile: eadēꝫ tamen non sunt. Idcirco eorum genera perquirunt: ita quoqꝫ quoniā genus quod in plurib⁹ est: atqꝫ ideo multiplex: habet sui similitudinem quod genus est: nō est vero vnū: quoniā in plurib⁹ est: eius quoqꝫ generis gen⁹ aliud querēdūꝫ est: cumqꝫ fuerit inuentum: eadem ratione que superi⁹ dicta est: rursus genus tertium vestigatur. itaqꝫ in infinitum ratio procedat: necesse est: cum nullus discipline terminus occurrat. Quod si vnum quoddam numero genus est commune multorūꝫ esse non poterit. vna .n. res si communis est: aut partibus communis est: ⁊ non tam tota cōmunis: sed partes ei⁹ proprie singulorum sunt: aut in vsu habentium etiam per tempora transit vt sit commune: vt puteus ⁊ fons: vt seruus cōmunis vel equus: aut vno tempore omnib⁹ commune fit: nō tamen ut eorū quibus commune est: substantiam constituat: vt est theatrum: vel spectaculum aliquid quod spectantibus omnibus commune est. Genus vero secundum nullum horum modum commune esse speciebus potest: nam ita commune esse debet: vt ⁊ vnū totum in singulis ⁊ vno tempore sit: ⁊ eorum quorum cōmune ē constituere valeat ⁊ conformare substantiam. Quocirca si neqꝫ vnū est: quoniam commune est: neqꝫ multiplex quoniam eius quoqꝫ multitudinis genus aliud inquirendum est: videbitur genus omnino non esse: idemqꝫ de ceteris intelligendum est. Quod si tantum intellectibus genera ⁊ species ceteraqꝫ capiuntur cum omnis intellectus aut ex re fiat subiecta: vt sese res habet: aut ut res sese nō habet (nam ex nullo subiecto fieri itellectus non pōt) Si generis ⁊ speciei ceterorūqꝫ itellect⁹ ex re subiecta veniat: ita vt sese res ipsa habꝫ que itelligit: iā nō tantū in itellectu posita sunt: sed in rerū etiā veritate cōsistunt. Et rursus querendum est que sit eorum natura quod superior questio vestigabat. qꝫ si ex re quidem generis ceterorūqꝫ sumitur itellectus: neqꝫ ita vt sese res habet que intellectui subiecta est: vanum necesse est esse intellectum: qui ex re quidem sumitur: non ita vt sese res habet. idem est enim falsum quod aliter atqꝫ res est intelligitur. Si igitur quoniā genus ⁊ species nec sūt

hec cum intelligimus: verus est eorum intellectus non est ambiguũ: quin omnis hec sit deponenda de his que; propositis disputandi causa: quandoquidem neq; de ea re: que sit: neq; de ea: de qua verum aliquid intelligi preferrive possit inquiritur. hec quidem est ad presens de propositis questio: quam nos Alexandro consentiente hac ratiocinatione soluemus. Non enim necesse esse dicimus omnem intellectum qui ex subiecto quidem fit: non tamen vt sese ipsum subiectum habet: falsum et vacuum videri. In his enim solis falsa opinio ac non potius intelligentia est que per coniunctionem fiunt. Si enim quis componat atq; coniungat intellectu id quod natura iungi non patitur: illud falsũ esse nullus ignorat: vt si quis equum atq; hominem iungat imaginatione: atq; effiget centaurum. Quod si hoc per diuisionem et abstractionem fiat: non quod ita res sese habet: vt intellectus est. Intellectus tamen ille falsus est minime. sunt enim plura que in alijs suum esse habent: ex quibus aut omnino seperari non possunt: aut si seperata fuerint: nulla ratione subsistunt. Atque vt hoc nobis in peruulgato exemplo manifestum sit: linea in corpore est aliquid: et id quod est: corpori debet: hoc est esse suum per corpus retinet: quod docetur ita. si enim seperata a corpore sit nõ subsistit. quis enim vnq; sensu vllo seperatam lineam a corpore cepit. Sed animus cum confusas res permixtasq; in se a sensibus cepit: in propria vi et cogitatione distinguit. Omnes res huiusmodi incorporeas in corpore suũ esse habentes sensus cũ ipsis nobis corporibus tradit: at vero animus: cui potestas est et disiuncta componere: vel cõposita et coniuncta dissoluere: ea que a sensibus cõfusa et corporibus coniuncta traduntur: ita distinguit: ut incorpoream naturam per se ac sine corporibus in quibus est concreta: et speculetur et videat. Diuerse enim proprietates sunt incorporeorũ corporibus permixtorũ: etiam si seperentur a corpore. Genera ergo et species ceteraq; vel in incorporeis rebus: vel in his que sunt corporea: reperiuntur: et si ea in rebus incorporeis inuenit animus: habet illico incorporeũ generis intellectũ. Si vero corporaliũ rerũ genera speciesq; prospexerit: aufert (vt solet) a corporibus incorporeorum naturam: et solam puramq; vt in se ipsa forma est contuet. Ita hec cũ accipit anim⁹ permixta corporibus incorporalia: ea diuidens speculat atq; cõsiderat. Nemo ergo dicant falsam nos cogitare lineã: quũ ita eã mẽte capim⁹ quasi preter corpora sit: cũ preter corpa esse nõ possit. Nõ enĩ omnis qui ex subiectis rebus capitur intellect⁹: aliter q̃ sese ipse res habent: falsus esse putandus est: sed (vt superius dictum est) ille quidem qui hoc in compositione facit falsus est: vt cum hominẽ atq; equũ iungens putat esse centaurũ. Qui vero id in diuisionib⁹ et abstractionib⁹ atq; assumptionib⁹ ab his rebus in quib⁹ sunt: efficit: nõ solũmodo falsus non est: verum etiam solus intellectus id quod in proprietate verum est: inuenire potest. Sunt igitur huiusmodi res in corporalibus atq; in sensibilibus rebus. Intelliguntur autem preter sensibilia: vt eorum natura perspici et proprietas valeat cõprehendi. Quocirca cũ genera et species cogitantur: tunc ex singulis ex quibus sunt eorum similitudo colligitur: vt ex singulis hominibus inter se dissimilibus humanitatis similitudo colligitur: cogitata animo veraciterq; perspecta fit species: quarũ specierũ rursus diuersarũ cõsiderata similitudo: que nisi in ipsis speciebus aut in earũ indiuiduis esse nõ potest: efficit gen⁹. itaq; hec sunt quidẽ in singularibus. Cogitantur vero vniuersalia: nihilq; aliud species esse putanda est nisi cogitatio collecta ex indiuiduorum dissimiliũ numero substantiali similitudine: genus vero collecta cogitatio ex specierũ similitudine. Sed hec similitudo cum in singularibus est: fit sensibilis: cũ in vniuersalibus fit intelligibilis: eodẽq; modo cũ sensibilis est: in singularibus permanet: cum intelligitur fit vniuersalis. Subsistunt ergo circa sensibilia: intelligunt aũt preter corpora neq; enĩ interclusum est: ut due res eodẽ in subiecto nõ sint: que ratione diuerse sint: ut linea curua atq; caua est: que res cũ diuersis terminationibus terminentur: diuersusq; earũ intellectus sit: semp tamen in eodẽ subiecto reperiuntur: eadem caua linea eademq; curua est. Ita quoq; generib⁹ et speciebus idest singularitati et vniuersalitati vnum quidẽ subiectum est: sed alio modo vniuersale est cũ cogitatur: alio singulare cum sentitur in rebus his in quibus esse suũ habet. His igitur terminatis omnis (ut arbitror) questio dissoluta est. ipsa enim genera et species subsistunt quidẽ alio modo: intelligunt vero alio: et sunt incorporalia: sed sensibilib⁹ iuncta subsistunt in sensibilib⁹. Intelligunt vero preter corpora: ut per se subsistentia ac nõ in alio esse suũ habentia. Sed Plato genera et species ceteraq; nõ modo intelligi vniuersalia: verũetiã esse atq; preter corpora subsistere putat. Aristoteles vero intelligi quidẽ incorporalia atq; vniuersalia: sed subsistere in ipsis sensibilibus putat: quorũ diiudicare sententias aptũ esse non duxi. Altioris enĩ est philosophie. idcirco vero non studiosius Aristotelis sententiã executi sumus: nõ quod eam nõ maxime probaremus: sed quod hic liber ad predicamenta cõscript⁹ est: quorũ Aristoteles auctor est.

Illud vero quemadmodũ de his: ac de propositis probabiliter antiqui tractauerunt: et horũ maxime peripatetici: tibi nunc tentabo monstrare.

Pretermissis his questionibus: quas altiores esse dicit: excepta mediocri introductorij operis tractatu: sed ne hec ipsa harum questionum omnino vacua daret: apposuit quemadmodũ de propositis tractaturus est: et quorũq; hoc opus auctoritate subnixus aggrediat: ante denũciat. Cũ mediocritatẽ quidẽ tracturus promittit detracta obscuritatis difficultate: animũ lectoris inuitat: vt vero acquiescat ac sileat ad id quod dicturus est: peripateticorũ auctoritate confirmat. Atq; ideo ait de his id est de generibus et speciebus: de quib⁹ superiores intulerat questiones: ac de propositis. i. de differentijs: proprijs accidentibus sese probabiliter disputaturũ. Probabiliter aũt ait. i. verisimiliter: quod greci λογικῶς vel ἐνδόξως dicunt. Sepe enim et apud Aristotelem λογικῶς verisimiliter ac probabiliter dictum inuenimus: et apud Boetiũ et apud Alexandrũ. Porphyrius quoq; ipse in multis hac significatiõe hoc vbo vsus est. quod non sine intentione quod ait λογικώτερον ita interpretari: ut rõnabiliter diceremus omisimus. Contra enĩ melior ac verior significatio ea visa est: ut probabiliter sese dicere promitteret. i. nõ preter opinionẽ ingredientis atq; lectoris: quod introductionis est propriũ. Nã cum ab imperitorũ hominũ mentibus doctrine secretum altioris abhorreat: talis esse introductio debet ut nõ preter opinionẽ ingredientiũ sit. Ergo melius probabiliter q̃ rõnabiliter interpretati sumus. Antiquos autẽ ait de eisdẽ disputasse rebus: sed eorũ illũ maxime tractatũ insequi: quẽ peripatetici Aristotele duce reliquerũt: ut tota disputatio ad predicamenta cõueniat.

Videtur autẽ neq; genus neq; species simpliciter dici.

Queri in expositionũ principijs solet: cur vnumquodq; ceteris in dispositionis ordine preponat: velut nũc in generi dubitari solet cur genus speciei ceterisq; proprio: accidentiq; pretulerit: de eo enĩ primitus pertractat. Respõdebimus itaq; iure factũ videri: omne enim quod vniuersale est: intra semetipsum cetera concludit: ipsum vero nõ magnitudine claudit. Maioris itaq; meriti est ac principalis nature: illud quod ita cetera coheret:

ne ipsum nature magnitudine nequeat ab aliis contineri. Genus igitur species intra se positas habet: ⁊ earum differentias: propriaque: nihilominus etiam accidentia. atque ideo de genere inchoandum fuit: quod cetera nature sue magnitudine coercet ⁊ continet. Preterea illa semper priora sunt que si auferat quis continua cetera perimuntur: illa posteriora quibus positis ea que ceterorum substantiam perficiunt: consequuntur: ut in genere ⁊ ceteris. Nam si animal auferas: quod est hominis genus: homo quoque qui est species: ⁊ rationale: quod differentia: ⁊ risibile: quod proprium: ⁊ grammaticum: quod accidens est: non manebit: ⁊ interemptum genus cuncta consumit. Si vero hominem esse constituas: vel grammaticum vel rationale vel risibile: animal quidem esse necesse est. Siue enim homo est: animal est: siue rationale: siue risibile: siue grammaticum: ab animali substantia non recedit. Sublato ergo genere ⁊ cetera consumuntur: positis vero ceteris sequitur genus. prior est igitur natura generis posterioribus ceterorum. Iure est igitur in disputatione prepositum genus sed quoniam generis nomen multa significat (hoc est enim quod ait: videtur autem neque genus neque species simpliciter dici. Ubi enim non est simplex dictio: illic multiplex significatio est) prius huius nominis significationes discernit: ac separat: ut de qua significatione generis tractaturus est: sub oculis ponat. Sed cum neque genus: neque species: neque differentia: nec proprium: nec accidens significatione simplicia sint. Cur de his tantum duobus genere inquam ac specie dixit non simpliciter dici cum proprium differentia atque accidens ipsa quoque sint significationis multiplici. Dicendum est quoniam longitudinem vitans tantum speciem nominavit: eaque ideirco ne solum eam esse significationis multiplicis putaretur. Enumerat autem primam generis significationem hoc modo.

Genus enim dicitur ⁊ aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquid: ⁊ ad se inuicem collectio: secundum quam significationem romanorum dicitur genus ab unius scilicet habitudine. Dico autem romuli ⁊ multitudinis habentium aliquo modo ad inuicem eam: que ab illo est: cognationem secundum diuisionem ab aliis generibus dictum.

Una inquit generis significatio est: que in multitudinem venit a quolibet uno principium trahens: ad quod scilicet ita illa multitudo coniuncta est: ut ad se inuicem per eiusdem unius principium copulata sit: ut cum romanorum genus dicitur multitudo enim romanorum ab uno romulo vocabulum trahens ⁊ ipsi romulo: ⁊ ad se inuicem quasi quadam nominis hereditate coniuncta est. Eadem enim que a romulo societas descendit romanos inter se omnes uno generis nomine deuincit ⁊ colligat. Videtur autem secuisse hanc generis significationem in duas partes: cum copulatiuam coniunctionem admiscuit dicens. Genus dicitur aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquod ⁊ ad se inuicem collectio: tanquam ⁊ illud genus dicatur ad unum aliquo modo se habere: ⁊ hoc rursus genus dicatur: quod ad inuicem unius generis significatione coniuncti sunt. hoc vero minime est. eadem enim a quolibet uno propagata societas: ⁊ ad illum qui princeps est generis: totam multitudinem perfert ⁊ ipsam inter se multitudinem uno generis nomine connectit ⁊ continet. Quocirca non est putandus diuisionem fecisse: sed omne quicquid in hac generis significatione intelligendum fuit [illegible]. Ordo autem verborum ita se se habet qui est hyperbaton intelligendus. Genus enim dicitur ⁊ aliquorum ad unum se aliquo modo habentium collectio: ⁊ ad se inuicem aliquo modo habentium: rursus collectio subaudienda est. est enim ⁊ zeugma. cuius significationis adiecit exemplum. secundum quam significationem romanorum dicitur genus ab unius scilicet habitudine. Dico autem Romuli: ⁊ multitudinis rursus habitudine: habentium aliquo modo ad inuicem cognationem: eam scilicet que ab illo est idest Romulo. secundum diuisionem ab aliis generibus dictum. scilicet multitudinis. hec enim multitudo aliquo modo ad unum ⁊ ad se inuicem habens cognationem genus dicta est: ut ab aliis discerneretur: ut Romanorum genus ab atheniensium genere ceterorumque separaretur: ut sit integer verborum ordo. genus enim dicitur ⁊ collectio aliquorum ad unum se quodammodo habentium: ⁊ ad se inuicem: secundum quam significationem Romanorum dicitur genus ab unius scilicet habitudine. dico autem Romuli. ⁊ multitudinis secundum diuisionem ab aliis generibus dictum: habentium scilicet hominum aliquo modo ad inuicem eam que ab illo est Romulo cognationem. atque hec hactenus: nunc de secunda generis significatione dicendum est.

Dicitur autem ⁊ aliter rursus genus quod est uniuscuiusque generationis principium: vel ab eo qui genuit: vel ab eo loco: in quo quis genitus est. Sic enim Orestem quidem dicimus a tantalo genus habere. Hyllum autem ab Hercule. Et rursus Pindarum thebanum esse genere. Platonem vero atheniensem. etenim patria principium est uniuscuiusque generationis. quemadmodum ⁊ pater: hec autem videtur promptissima esse significatio generis. romani enim dicuntur qui ex genere descendunt romuli: ⁊ Cecropide: qui ex genere descendunt Cecropis: ⁊ eorum propinqui.

Quattuor omnino sunt principia: que unumquodque principaliter efficiunt. est enim una causa que effectiua dicitur: velut pater filii. ⁊ alia est materialis: velut lapides domus. Tertia forma: velut hominis rationabilitas. Quarta quam ob rem: velut pugne victoria. due vero sunt que per accidens uniuscuiusque dicuntur esse principia: locus scilicet ac tempus. omne enim quod inicitur. in loco ac tempore est: ⁊ quicquid loco vel tempore natum factumue fuerit: eum locum vel id tempus accidentaliter dicitur habere principium. Horum omnium in hac secunda generis significatione duo quedam ex alterutris assumit que ad significationem generis videbantur accomodata. Ex his quidem causis que principalia sunt effectiuum. Ex his vero que accidentia: locum. ait enim genus dicitur: a quo quis genitus est que est effectiua principaliumque causa. ⁊ in quo quis loco est procreatus: que est accidens causa principii. Itaque hec secunda significatio duo continet: eum a quo quis procreatus est ⁊ locum in quo quis editus est: ut exempla quoque ipsa demonstrant. Orestem enim dicimus a Tantalo genus ducere. Tantalus quippe Pelopem. Pelops Atreum. Atreus Agamemnonem: Agamemnon genuit Orestem. Itaque a procreatione genus hoc dictum est. at vero Pindarum dicimus esse thebanum. scilicet quoniam Thebeis editus est: tale generis nomen accepit. sed quoniam diuersum est illud a quo quisque procreatus est: ⁊ locus in quo quisque editus est: videtur diuersa esse generis significatio procreantis: ⁊ loci: quam in secunda parte enumerans unam fecit: sed ne videretur duplex: per similitudinem coniunxit dicens etenim patria principium uniuscuiusque generationis: quemadmodum pater. Sed quoniam in significationibus euenit sepe: ut aliquid sit quod intellectui significante rei propinquius esse videatur: ⁊ quoniam duas generis apposuit significationes: multitudinis scilicet ⁊ procreantis: cui generi nomen conuenientius aptetur: iudicat atque discernit dicens: hanc esse promptissimam generis significationem que a procreante deducta sit. hi enim maxime cecropide sunt: qui a cecrope descendunt: hi romani: qui a Romulo: que cum ita sint: confundi rursus generis significationes videntur. Si enim sunt hi maxime romani: qui a Romulo originem trahunt: ⁊ hec significatio illa est que a procreante deducitur ubi est reliqua quam primam quoque enumerauit: que est multitudinis ad

vnū ⁊ ad se inuicem quodammodo se habentium collectio. Sed acutius intuētibus plurime admodum differentie sunt. Aliud enim est a quolibet primo procreante genus deducere: aliud vnū genus esse plurimorū. Illud enim ex recta sanguinis linea fieri potest ⁊ nō in multa diffundi: vt si per vnicos familia descēdat. huic enim aptatur secunda illa generis significatio: que a procreantē deducatur. prima vero non nisi multitudine constituit. illud quoqꝫ est quod prima procreationis principium nō querit: sed (vt ipse ait) sufficit aliquo modo se habere ad id: vnde huiusmōi generis principiū sumitur. Secunda vero significatio nullā vis nisi a procreāte sortitur. Item in illa prima significationis multitudine: huius secunde particularitas cōtinetur: vt in romanoꝝ genere Scipiadaꝝ genus. nā cū sunt romani scipiades sunt. Qui enim ad romulū: ⁊ ad ceteros romanos scōm Romuli habitudinē iuncti romani sunt. Scipiade vero dicūtur ad scōam generis significatiōeꝫ qa eoꝝ familie Scipio: ⁊ sanguinis principiū fuit.

Et quidē prius appellatū est genus vniuscuiusqꝫ generandis principium: deinde etiā ⁊ multitudo eoꝝ qui sunt ab vno principio vt a romulo: quā diuidētes ⁊ ab aliis seperantes: dicebamus oēm illam collectionem esse romanorum genus.

Sensus vero facilis ⁊ expeditus est: si tamen vna ambiguitas soluatur. cū .n. pri⁹ multitudinis significationeꝫ retulerit ad generis nomen: post autem ad procreationis initium: nunc contrario modo illā posterius a se dinumeratā significationē dicere videtur priorē: que ē procreationis: illā vero posteriorē: que est multitudinis: quod contrariū videri potest: si quis ad ordinem superius digeste disputationis aspexerit. sed hic non de se loquitur: sed de humani cōsuetudine sermonis in quo prius eā significationē generis fuisse dicit: que a procreāte sit dicta. Accedente vero etate loquendi vsu nomen generis etiā ad multitudinē habentē se quodāmō ad aliquē fuisse translatū. hoc vero iccirco dicit: quoniā superius dixerat. hec enim videtur proprissima significatio: vt nō hac idest secunda: quā proptissimā significationem dixit: illa quoqꝫ anticipata videretur: que est multitudinis. prius enim genus inter homines appellatū est: quod quis a generante deduceret. post autē factū est vt per loquendi vsum etiā multitudinis ad aliquā quodāmodo se habentis genus diceret propter diuisionē. s. gētiū: vt esset inter eas nominis societatisqꝫ discretio. Igitur his expletis venit ad tertiū genus qđ inter phōs tractatur: cuiusqꝫ ad dialecticā facultatē multus vsus est. hoc quippe generum historia magis vel poesis tractat exordium. Tertium vero genus apud phōs consideratur: de quo hoc modo loquitur.

Aliter aūt rursus dr̄ genus: cui supponitur spēs: ad hoꝝ fortasse similitudinē dictum. Etenī principiū quoddaꝫ est huiusmodi genus earum que sub ipso sunt specieꝝ. videtur autem ⁊ multitudinē continere oīuꝫ que sub eo sunt specieꝝ.

Duplicem significationē generis supra proposuit nūc tertiā monstrare contendit. Hāc aūt ad superiorū similitudinē dictā esse adstruit. Superius due dicte significationes sunt: vna qdē: cū generis nomen quadā principij iam sorte ad se inuicē multitudinē contineret. Alia vero: cū genus ab vnoquoqꝫ procreante duceretur: qđ eorū que procreantur principium est. Cū igitur sint superius due generis significatiōes proposite. Tertiū nūc addit de quo inter phōs sermo est: illud. s. cui supponitur species. quod iccirco genus vocatum esse sub opinionis fide credit. ambiguo quoniā habet aliquā similitudinē superiorū. nā sicut illud genus quod ad multitudinē dicatur: vno solo nomine multitudinē claudit: ita quoqꝫ genus plurimas species coercet ⁊ cōtinet. Item vt genus illud quod scōm procreationē dicatur: principiū quoddā est eorū que ab ipso procreantur: ita genus speciebus suis est principiū. Ergo qm̄ vtrisqꝫ est simile: iccirco nomen quoqꝫ generis ⁊ in hac significatione a superibus mutuatum esse verisimile est.

Tripliciter igitꝰ cū genus dicatꝰ: de tertio apud philosophos sermo ē: qđ etiā describētes assignauerūt dicētes: genus est qđ de pluribus ⁊ differētibus specie in eo quod quid sit predicatur: vt animal.

Iure tertiū genus philosophi ad disputationē sumūt hoc enim solum est: quod substantiam monstrat. Cetera vero aut vnū quidē ostendunt: aut quēadmodum a ceteris hoib⁹ in vna quasi forma populi diuidatꝰ ondūt. nā illud qđ multitudinē cōtinet gen⁹: illi⁹ multitudinis quā cōtinet: substā nō demonstrat: sed tm̄ vno noīe collectionē facit ppli: vt ab alteri⁹ generis pplo segregetꝰ. Itē illud qđ scōm procreationē dictū est non rei procreate substā mōstrat: sed tm̄ qđ ei⁹ fuerit procreationis initiū. At vero gen⁹ id cui supponitꝰ spēs ad differētiā accōmodatū speciei substā informat: ⁊ qz inter phōs hec maxima est q̄stio qđ vnūqđqꝫ sit. tunc .n. vnūqđqꝫ scire videmur: qm̄ qđ sit: agnoscimus. Iccirco relictis ceteris de hoc genere q̄ꝫ maxime apud phōs sermo est: qđ etiā describētes assignauerūt ea descriptiōe: quā subter inseruit. Diligēter vero ait describētes nō definiētes. definitio .n. fit ex genere. gen⁹ aūt aliud: q̄liter fit diffinitio: gen⁹ habere nō poterit: idqꝫ obscuri⁹ est q̄ꝫ vt primo aditu dictū pateat. fieri aūt pōt: vt res q̄ alij genus sit: alij generi supponatꝰ: sed cū supponitꝰ nō q̄m gen⁹: sed tanq̄ꝫ spēs sub alio collocatꝰ. vnde nō in eo q̄ genus est: supponi alicui pōt. sed cum supponitꝰ illud q̄ ē s sit q̄ cum ita sint: ondūtur genus ipsū in eo qđ est genus: genus habere nō posse. si igitꝰ voluisset gen⁹ diffinitiōe cōcludere nullo modo potuisset. Gen⁹ enī aliud qđ ei posset pponi nō habet: atqꝫ iccirco descriptionem ait esse factam nō diffinitionē. descriptio vero est (vt in priori volumine dictū est) ex ꝓprietatib⁹ informatio q̄dā rei ⁊ tanq̄ꝫ coloribus quibusdā depictio. Cū enī in vnū plura cōuenerint: ita vt oīa simul rei cui applicātur equentur: nisi ex genere vel differentijs hec collectio fiat: descriptio nūcupatur. Est igitur descriptio hec generis: gen⁹ est qđ de plurib⁹ ⁊ differētib⁹ specie in eo qđ qđ sit pdicatꝰ. Tria hec requirūtur in genere: vt de plurib⁹ pdicetur: vt de specie differentib⁹: vt in eo q̄ qđ sit. De q̄ re qm̄ ipse posterius lati⁹ disputat: nos breuiter huius rei intelligētiā significem⁹ hoc modo. Sit enī nobis in forma generis aīal: id de aliqb⁹ sine dubio pdicatur hoīe. s. equo: boue ⁊ ceteris: sed hec plura sunt. aīal igitꝰ de plurib⁹ pdicatꝰ hōie: equis: atqꝫ bos talia sunt: vt de se discrepēt: nec q̄libet mediocri re: sed tota specie. i. tota forma sue subē: de quib⁹ dr̄ aīal. hō .n. ⁊ equus: ⁊ bos aīalia nūcupantꝰ pdicatur ergo aīal de plurib⁹ spē differentibus. sed qm̄ modo fit hec pdicatio. nō .n. qđ qđ interrogaueris mox aīal rńdetur. nō .n. si quātꝰ sit hō interrogaueris: aīal rńdebitꝰ. hec .n. ad quātitatē ptinet nō ad substantiā. Item si qualis est hō interrogēs: ne huic qdē responsio cōuenit aīalis: ceterisqꝫ omnib⁹ interrogationib⁹ hanc aīalis responsionē ineptā atqꝫ inutilē semp esse reperies: nisi ei tm̄ apta est: que qđ sit interroget. interrogātib⁹ enim nobis quid sit homo: quid sit equus: quid bos: aīal rńdebitꝰ. ita nomē animalis ad interrogationē qđ sit de homine equo atqꝫ boue ac de ceteris pdicabitꝰ. vñ fit vt animal

predicat de pluribus differentibus specie in eo quod quid sit. Et quoniam generis hec diffinitio est: animal hominis equi bouis genus esse necesse est. omne autem genus aliud est: quod in semetipso atque in re intelligitur: aliud quod ad alterius predicationem refertur. Sunt enim proprietas ipsius esse constituunt. ad alterum relatio genus facit ut ipsum animal. Si enim substantiam queras: dicam substantiam esse animatam atque sensibilem: hec igitur diffinitio rem demonstrat per se sicuti est: non tanquam referatur ad aliud. At vero cum dicimus animal genus esse: non (ut arbitror) tunc de re ipsa hoc nomen dicimus: sed de ea relatione qua potest animal ad ceterorum que sibi subiecta sunt predicationem referri. Itaque character quidam est ac forma generis in eo quod referri predicatione ad eas res potest: que cum sint plures et specie differentes: de earum tamen substantia predicatur. Huius autem diffinitionis rationem per exempla subiecit dicens.

Eorum enim que predicantur: alia quidem de uno dicuntur solo sicut indiuidua. sicut socrates: et hic et hoc. alia vero de pluribus: quemadmodum genera et species: et differentie: et propria: et accidentia communiter sed non proprie alicui. Est autem genus: ut animal. species vero: ut homo. differentia: ut rationale. proprium ut risibile. accidens: ut album: nigrum: sedere.

Omnium que predicantur quolibet modo facit Porphyrius diuisionem: ideirco ut a reliquis omnibus predicationem generis secernat ac separet hoc modo. Omnium inquit que predicantur: alia de singularitate dicuntur: alia de pluralitate de singularitate vero inquit predicantur: quecunque unum quodlibet habent subiectum: de quo dici possint: ut ea quibus singula subiecta sunt indiuidua: ut socrates: et plato: ut hoc album quod in hac niue posita est: ut hoc scamnum in quo nunc sedemus: non omne scamnum (hoc enim uniuersale est) sed hoc quod nunc suppositum est: nec album quod in niue est (uniuersale enim est album) sed hoc album quod in hac niue nunc esse conspicitur. hoc enim non potest de quolibet alio albo predicari: quod in hac niue est: quia ad singularitatem deductum est: atque ad indiuiduam formam constrictum est indiuidui participatione Alia vero sunt que de pluribus predicantur: ut genera species differentie et propria et accidentia communiter sed non proprie alicui et genera quidem de pluribus predicantur speciebus suis. species vero de pluribus predicantur indiuiduis. homo enim quod est animalis species plures sub se homines habet de quibus appellari possit. Item equus qui subest animali loco speciei: plurimos habet indiuiduos equos de quibus predicatur differentia vero ipsa quoque de pluribus speciebus dici potest: ut rationale de homine ac de deo corporibusque celestibus: que (sicut Platoni placet) animata sunt et ratione vigentia. proprium item et si de una specie predicatur: de multis tamen indiuiduis dicitur: que sub ipsa specie collocantur ut risibile de platone socrate et ceteris indiuiduis dicitur que homini supponuntur. accidens etiam de multis dicitur. album enim et nigrum de multis omnino dici potest: que a se genere speciesque seiuncta sunt. sedere etiam de multis dicitur homo enim sedet: simia sedet: aues quoque quarum species longe diuerse sunt: accidens autem quoniam communiter accidens esse potest et proprie alicui: ideirco determinauit dicens accidentia communiter sed non proprie. que enim proprie alicui accidunt indiuidua fiunt: et de uno tamen valentia predicari: et ea que communiter accipiuntur: de pluribus dici queunt: ut enim de niue dictum est. illud album quod in hac niue subiectum est: non est communiter accidens sed proprie huic niui que oculis ostensionique subiecta est. ita quoque ex eo quod communiter predicari poterat (de multis enim album dici potest: ut albus equus albus nix) factum est. ut de una tamen niue predicari illud album possit: cuius participatione ipsum quale quid factum est singulare. Omnino autem omnia genera vel species vel differentias vel propria: vel accidentia: si per semetipsa speculemur in eo quod genera vel species vel differentie vel propria vel accidentia sunt: manifestum est quoniam de pluribus predicantur. at si ea speculemur in quibus sunt. ut secundum subiectum eorum formam et substantiam metiamur: eueniet ut ex pluralitate predicationis ad singularitatem videantur adduci. animal enim quod genus est: de pluribus predicatur: sed cum hoc animal in socrate consideramus: ex pluralitate predicationis adductum ad singularitatem. socrates enim animal est: et ipsum fit indiuiduum quoniam socrates est indiuiduum ac singularis. Item homo de pluribus quidem hominibus predicatur. sed si illam humanitatem que in socrate est indiuiduo consideremus: indiuidua est: quoniam socrates ipse indiuiduus est atque singularis. item differentia ut rationale de pluribus dici potest: sed in socrate indiuidua est: risibile etiam cum de pluribus hominibus predicatur: fit unicum. communiter quoque accidens: ut album: cum de pluribus dici possit in unoquoque singulari perspectum indiuiduum est. Fieri autem potuit commodior diuisio hoc modo: ut eorum que predicantur: alia quidem ad singularitatem dicuntur: alia ad pluralitatem eorum que de pluribus predicantur: alia secundum substantiam predicantur: alia secundum accidens: eorum que secundum substantiam predicantur: alia in eo quod quid sit dicuntur: alia in eo quod quale sit. in eo quod quid sit quidem genus et species: in eo quod quale sit differentia. item eorum que in eo quod quid sit predicantur: alia de speciebus predicantur pluribus: alia minime: de speciebus quidem pluribus predicantur: ut genera de multis vero speciebus eorum autem que secundum accidens predicantur alia quidem sunt: que de pluribus predicantur ut accidentia alia que de uno tamen: ut propria. Potest autem fieri etiam huiusmodi diuisio eorum que predicantur alia de singulis predicantur alia de pluribus. eorum que de pluribus alia in eo quod quid sit alia in eo quod quale quid sit predicantur ea que in eo quod quid sit alia de differentibus speciebus dicuntur: ut genera. alia minime: ut species. eorum autem que in eo quod quale sit: de pluribus predicantur: alia quidem de differentibus specie predicantur: ut differentie et accidentia communiter. alia de uno tamen specie ut propria eorum vero que de pluribus differentibus specie in eo quod quale sit predicantur. alia in substantia predicantur: ut differentie. alia in communiter euenientibus: ut accidentia. Ex per hanc diuisionem quoque harum rerum diffinitiones colligi possunt hoc modo. Genus est quod de pluribus in eo quod quid sit specie differentibus predicatur. Species quod de pluribus minime specie differentibus in eo quod quid sit: predicatur. Differentia est quod de pluribus specie differentibus in eo quod quale sit in substantia predicatur. Proprium est quod de una tantum specie in eo quod quale sit non in substantia predicatur. Accidens est quod de pluribus et specie differentibus in eo quod quale sit non in substantia predicatur. Et nos quidem has diuisiones fecimus ut omnia a semetipsis separemus. Porphyrio vero alia intentio fuit. Non enim omnia a semetipsis nunc disiungere festinabat: sed tamen ut cetera a generis forma et proprietate separaret. Ideirco diuisit omnia que predicantur. aut in ea que de singulis predicantur: aut in ea que de pluribus: ea vero que de pluribus predicantur: aut genera esse dixit: aut species: aut cetera. horum quoque exempla subiacentia adiungit.

Ab his ergo que de uno solo predicantur: differunt genera: eo quod hec de pluribus dicuntur Ab his autem que de pluribus: a speciebus quidem primum: quoniam species et si de pluribus predicantur: non tamen de differentibus specie: sed numero. homo enim cum sit species. de socrate: et de platone predicatur: qui non specie a se inuicem differunt sed numero. Animal vero cum sit genus: de homine equo et boue predicatur: qui differunt a se inuicem specie: non numero solum. A proprio vero differt genus: quoniam proprium de una sola specie cuius est proprium predicatur: et de his que sub una specie sunt indiuiduis: quemadmodum risibile

de homie solo: ⁊ de particularibus hoibus
genus autē nō de vna solū̄ specie pdicatur
sed de pluribus ⁊ differētibus. A differen
tia vero ⁊ ab his q̄ coiter sunt accidētia: dif
fert genus: qm̄ ⁊ si de pluribus ⁊ differenti
bus specie pdicetur differentię: ⁊ coiter acci
dētia: non tn̄ in eo qd̄ qd sit dicimus pdica
ri: sed potius in eo ꝙ quale est. Interrogan
tibus eni qd est illud de quo pdicat hęc ge
nus respōdebimus: differētias autē ⁊ acci-
dētia nō respōdebimus. Non eni in eo ꝙ
qd est pdicant de subiecto: sed magis in eo
ꝙ quale sit. Interrogantibus enim qualis
est hō dicimusq rationalis: ⁊ qualis est cor
uus: dicimus ꝙ niger. Est autē rōnale dif-
ferentia: nigrū vero accidēs: qn̄ autē qd est
homo interrogamur: aial respōdemus: est
autē genus hominis animal.

¶ Hunc genus a ceteris oibus: q̄ quolibet modo pdi
cant: separe cōtendit hoc modo. Cū eni genus de plu
ribus pdicat: iterum differt ab his quidē: q̄ de vno tm̄
pdicant: ⁊ q̄ vnūquodlibet habēt indiuiduū: ut singu-
lare subiectū: sed hęc differētia generis ab his q̄ de vno
solo pdicant: coīs est ei cū ceteris. i. specie: differentia: p
prio atq accidēti. Ideirco qm̄ ipsa quoq de plurib⁹ pdi
cant. hoꝝ igit singuloꝝ differētias a genere colligit: ut
solū intelligēdū gen⁹: quale sit: sub animi deducat aspe
ctū dicens. Ab his autē q̄ de pluribus. i. ab his q̄ de
plurib⁹ pdicant: differt genus: a speciebꝰ quidē primū:
qm̄ species ⁊ si de plurib⁹ pdicant: nō tn̄ de differētib⁹
specie: sed numero. Spēs eni sub se plurimas spēs ha
bere nō poterit: aliogn gen⁹ nō spēs appellaret. Si. n.
genus est qd̄ de pluribus specie differentibus ⁊ in eo
ꝙ qd sit predicatur: cum species de pluribus predicatur
⁊ in eo ꝙ qd sit: huic si addatur: vt de specie differentib⁹
predicetur: forma speciei transit in generis. id quoq ex
emplo intellig faē est. homo enim cū sit species. predi-
dicatur de socrate platone ⁊ ceteris quę a se nō specie dif
ferunt sunt: sicut homo atq equ⁹ vel boe: sed numero.
quę quidem habent dubitationē qd sit hoc ꝙ numero
dicitur differre. Numero enim differre aliqd videbitur
quotiēs numer⁹ a numero differt: vt grex boū: qui for-
tasse continet triginta boues: differt numero ab alio boū
grege si centū continet in se boues. in eo. enim ꝙ grex
est: nō differūt: neq in eo ꝙ boues: nisi numero quidē
differunt: ꝙ illi plures illi vero sunt pauciores. Quō
ergo socrates ⁊ plato specie nō differunt sed numero: cū
⁊ socrates vnus sit ⁊ plato vnus: ⁊ vnitas numero ab
vnitate nō differat: sed ita intelligēdū est qd̄ dictum est
numero differentib⁹. i. in numerādo differētib⁹: hoc ē
dū numerātur differētib⁹. cū eni dicim⁹ hic plato ē. hic
socrates: duas facim⁹ vnitates: ac si digito tāgam⁹ dicē-
tes: hic vn⁹ est de socrate: rursus de platone: hic vn⁹ est:
nō eadē vnitas in socrate numerata est quę in platone.
aliogn possēt fieri: ut secūdo tacto socrate plato etiā de-
monstraret: qd̄ nō fit. nisi eni tetigeris socratē vel mē
te vel digito: itēq nisi tetigeris platonē: nō facies duos
dū numerant. ergo differūt q̄ sunt numero differentia.
Aial vero cū genus sit: de hoie ⁊ boue ⁊ equo pdicatur
qui differunt a se inuicē specie quoq non numero solo.
Cū igitur species de numero differentibus nō specie pre
dicetur genus de plurib⁹ ⁊ differētibus specie dicit: vt
de boue ⁊ equo: ⁊ de ceteris quę a se specie inuicē differūt
non numero solo. Tribus eni modis vnūquodq vel
differre ab aliquo dicit: vel alicui idē esse. i. genere spe-
cie numero. quęcūq igitur genere eadē sunt: nō necesse
est esse eadē specie: vt si eadē sint genere differāt specie. si
vero eadē sunt specie: genere quoq eadē esse necesse est:
vt cū homo atq equus idē sunt genere (vterq eni aial
nūcupat) differūt specie: qm̄ alia ē hoīs spēs: alia equi
Socrates vero atq plato cū idē sint specie: idē quoq
sunt genere: vterq. n. sub aialis pdicatiōe ponit. si qd
vero vel genere vel specie idē sit: nō necesse est idē esse
numero. quod si idē sit numero: idē ⁊ specie ⁊ genere esse
necesse est vt socrates ⁊ plato cū ⁊ genere aialis ⁊ specie
hominis idē sint: numero tn̄ reperiunt esse disiūcti. gla
dius vero atq ensis idē sunt numero: nihil. n. diuo ali
ud est ensis quā gladi⁹: s; nec specie diuerse sunt. vtrūq
eni gladius est: nec genere: vtrūq enim instrumentū ē:
quod est gladij genus: qm̄ igit homo bos atq equus
de quib⁹ animal pdicatur specie differūt numero ergo
etiā eos differre necesse est. ideirco hoc plus habet genus
qd̄ a specie differētib⁹ pdicat. nā si integrā generis diffi
nitionē demus: dabimus hoc mō. Gen⁹ est qd̄ de plu
rib⁹ differentib⁹ specie ⁊ numero in eo ꝙ qd sit pdicatur
At vo sit speciel. Spēs est ꝙ nō solū de pluribus ⁊ dif
ferētibus numero in eo ꝙ qd sit pdicat. a pprio vo dif
fert genus qm̄ pprium de vna sola specie cui⁹ est ppriū
pdicat: ⁊ de his q̄ sub vna specie sunt indiuiduis: quē
admodū risibile de hoie solo: ⁊ de particularib⁹ hoibus
ppriū sp speciei vni adesse pōt: neq eā relinqt: nec trā-
sit ad aliā. atq ideirco ppriū nuncupatū est: ut risibile
hoīs est. itaq ⁊ de ea specie cui⁹ est pprium pdicat: ⁊ de
his indiuiduis: q̄ sub illa sunt specie: ut risibile de hoie
dicat ⁊ de socrate ⁊ de platone ⁊ ceteris: q̄ sub hoīs noīe
ptinētur. gen⁹ vo nō de vna tm̄ specie: ut dictū ē: sed de
plurib⁹ ⁊ differētib⁹ specie. differt igit gen⁹ a pprio eo
ꝙ de plurib⁹ speciebꝰ pdicat: cū ppriū de vna tm̄ de q̄
dicat appellet: ⁊ his quę sub illa sunt indiuiduis. Dif
ferētię atq accidētis discrepātia a genere vna separatiōe
cōcludit. Diuo. n. quia hęc in eo qd̄ qd sit minime pdi
cant: eo ipso segregant a genere. nā in ceteris ppinqua
sunt generi. nā ⁊ de plurib⁹ pdicant: ⁊ de specie differē
tib⁹: sed nō in eo ꝙ qd sit. Siqs. n. interroget qualis ē
hō: ridetur rōnalis: q̄ est differētia. Siqs interroget
qualis est coruus: dicit niger: qd̄ est accidens. Si autē
interroges qd est hō: aialis ridebitur: quod est genus.
Nō vo aīt. nec in eo ꝙ qd sit pdicari dicimus: sed ma-
gis in eo ꝙ quale sit: hoc magis q̄stiōni occurrit huiōi.
Arist. n. differētias in suba putat oportere pdicari: qd̄
aūt in suba pdicat: hāc rem de qua pdicat: nō quale sit:
sed qd sit: ondit. vnde nō videt differētia in eo ꝙ quale
sit pdicari: sed poti⁹ in eo ꝙ qd sit. sed soluit hoc modo.
differētia. n. ita subam demōstrare solet: ut circa subā
q̄litatē determinet. i. subā q̄litatē pferat: qd̄ ergo di-
ctū ē ma-ior: tale ē rō q̄ si diceret. videt qdē subā signi
ficare: atq in eo ꝙ qd sit pdicari. S; magis illud ē ve-
ri⁹. q: tā ⁊ si substantiā mōstret: tn̄ in eo ꝙ q̄le sit pdicat

Quare de pluribus pdicari: diuidit genus
ab his q̄ de vno solo dicuntur: sicut indiui
dua. de differētibus vero specie separat ge
nus ab his q̄ sicut spēs pdicant: vel sicut p
pria: in eo qd sit pdicari diuidit a differētijs
⁊ coiter accidētibus: q̄ nō ī eo ꝙ qd pdicat
sed magis in eo ꝙ q̄le est vel quō se habēt

¶ Tria hęc esse diximus quę significatiōnē hanc tertiā
generis informarent: idest de plurib⁹ predicari: de spe-
cie differentibus: ⁊ in eo ꝙ quid sit. quę singule partes
genus a ceteris quę quomodolibet predicantur distri-
buunt ac determināt. quod ipse breuiter colligēs dicit. id
enim quod de pluribus predicatur genus ab his diui-
dit quę de vno tm̄ predicantur indiuiduo. Indiuiduū
autem pluribus modis dicitur. dicitur indiuiduū qd̄
omnino secari non potest: vt vnitas vel mens. dicitur
indiuiduum: quod ob soliditatē diuidi nequeat: vt ada

mas. dicitur autem individuū cuius predicatio in reli-
qua similia non conuenit: vt socrates. nam cū illi sint ce
teri homines similes: non conuenit proprietas ⁊ pre-
dicatio socratis in ceteris. ergo ab his que de vno tm̄ p
predicant̄: genus differt, eo q de pluribus predicatur.
Restant igitur quattuor: species ⁊ propriū ⁊ differentiā
⁊ accidens: quorū a genere differentias colligamus. sin-
gulis igitur differentiis ab his rebus segregabitur ge-
nus. ea qdem differentia qua de specie differentib⁹ predi
cari genus dicitur: separatur ab his que sicut species p
dicantur vel sicut propria species: species enim omnino
de nulla alia specie dicitur: propriū vero de vna tm̄ spe
cie predicatur: atq ideo non de specie differentib⁹. Itē
genus a differētia ⁊ accidente differt: quod in eo q quid
sit predicatur: illa vero in eo quod quale sit appellantur
ut dictum est. itaq genus quidē ab his que de vno pre
dicantur: differt in quātitate predicationis. a speciebus
vero ⁊ proprio in subiectorū natura: qm̄ genus de spe-
cie differentibus dicit̄: propriū vero ⁊ species minime.
Item genus in qualitate predicationis a differentia ac-
cidentiq diuiditur. Qualitas enī predicationis quedā
est: vel in eo quod quid sit, vel in eo qd̄ quale sit p̄dicari

Nihil igitur neq superfluū: neq minus
cōtinet generis dicta descriptio notionis.

¶ Omnis enī descriptio vel diffinitio debet ei quod
diffinitur equari si enim diffinitio non sit equalis; ⁊ si
quidē maior sit: etiam quedam alia cōtinebit: nō necesse
est vt sp̄ diffiniti substātiā mōstret: si minor sit: ad oēm
diffinitionem substantie non peruenit. omnia enī que
maiora sunt de minoribus predicant̄: vt animal de ho-
mine: minora vero de maioribus minime. nemo enī
vere dicere potest. omne animal homo est. atq iccirco si
sibi predicatio conuertenda est equalis oportet vt sit. id
autem fieri potest: si neq superfluū quicq habet. neq
diminutū: vt in ea ipsa generis descriptione. dictū est
enim genus esse quod de pluribus differentib⁹ specie
in eo q quid sit predicatur. que descriptio cū genere con-
uerti pōt: vt dicamus: q de plurib⁹ specie differētibus
in eo q quid sit predicetur: id gen⁹ esse. quod si conuerti
potest (vt ait) nec plus nec min⁹ generis cōtinet facta
descriptio.

Uperior disputatio de genere videt̄ for-
sitā omnē etiā speciei cōsumpsisse tractatū
nam cum gen⁹ ad aliquid predicetur: idest
ad speciem cognosci natura generis nō po
test: si speciei que sit intelligētia nesciatur
Sed qm̄ diuersa est in suis naturis eorum cōsideratio
atq discretio diuersa in principiis: iccirco sicut singula in
prohemio proposuit: ita cūcta diuidere persequit̄. ac primū
post generis disputationē de specie tractat: de qua qdē
dubitari potest. si enim hec fuit ratio preponēdi generis
reliquis omnibus q nature sue magnitudine cetera cō
tineret: non equū erat speciē differentie in ordine tracta
tus anteponere: q differentia speciem cōtineret: cū pre-
sertim differentie ipsas species informēt. prius autem
est q informat: q̄ id quod eius informatione perficitur
Posterior igitur species a differentia est: prius igitur
de differentia tractandum fuit: ⁊ in prohemio etiam cō
sentiret: in quo eū ordinem collocauit: quem naturalis
ordo suggessit: dicens utile esse nosse qd genus sit: ⁊ qd
differentia. huic respondendū est questioni: qm̄ omnia
quecūq ad aliqd predicātur: substantiā semp ex oppo
sitis sumūt. vt igitur non potest esse pater nisi filius sit
nec filius nisi precedat pater: alteriusq nomē pendet ex
altero: ita etiā in genere ac specie videre licet. species qp
pe nisi generis non est: cur sic genus esse non potest
nisi referatur ad speciem. nec vero substantie quedā aut
res absolute esse putande sunt genus ac species: vt su-
peri⁹ quoq dictū est. sed quicquid illud est quod in na-
ture proprietate consistat: id nūc genus sit ac species cū
vel ad inferiora vel ad superiora referuntur. Quorum
ergo relatio est ad alterutrum utrorum continēs factus ē
iure tractatus. de specie igitur inchoans ait hoc modo.

Species autē dicit̄ quidē ⁊ de vni
uscuiusq forma: scd̄m qd̄ dictū est
Primū quidē species digna ē im-
perio: dicit̄ autē spēs ⁊ ea q̄ est sub assigna-
to genere: scd̄m qd̄ solemus dicere: hoīem
quidē speciem aīalis: cū sit genus animal:
album autē coloris speciē: triangulū vero
figure speciem.

¶ Dicit̄ generis supra distinctā significationē conti
nuens: ita quidē in specie facit dicens nō esse speciei sim
plicem significationem. ⁊ ponit quidē duas. longe aūt
plures eē manifestū est: quas iccirco preterijt ne lectoris
animū prolixitate confunderet. dicit autē primū quidē
speciem vniuscuiusq figurā vocari: que ex accidentiū
congregatione pficitur. cautissime autē dictū est vniuscu-
iusq: hec enī scd̄m accidēs dicitur. que enī vnicuiq
forma individuo est: ea nō ex substantiali quadā forma
speciei: sed ex accidētibus venit. alia est enim substan-
tialis forme species: que humanitas nuncupatur: eaq
nō est quasi supposita aīali: sed tanq ipsa qualitas sub-
stantiā monstrans. hec enī ⁊ ab hac diuersa est: que vni
uscuiusq corpori accidentaliter infixa est: ⁊ ab ea que ge
nus deducit in partes. postremū vero plura sunt: que
cum eadem sint: diuersis tm̄ modis ad aliud atq aliud
relata intelliguntur: vt hanc ipsam humanitatem in eo
q ipsa est si perspexeris spēs est ea q̄ substātialē determi-
nat qualitatē: si sub animali eā intelligendo locaueris
deducit animalis in se participationem separatiq a
ceteris animalibus: ac sic species generis: q si vniuscu-
iusq proprietatem consideres: idest quā viridis vul
tus: quā firmus incessus: ceteraq quibus individua cō
formant̄: ⁊ quodāmodo depingunt̄: hec est accidēs spe
cies: scd̄m quam dicimus quēlibet imperio esse aptū
propter forme eximiā dignitatē. huic aliā adiungit spe-
ciei significationē idest eam quā supponimus generi.
Illos vero triplicem speciei significationem esse subiici-
mus: vnam quidē substantie qualitatē aliā cuiuslibet
propriā formā indiuiduis terciā de qua nunc loquitur
que sub genere collocatur. Credendū vero est propter
obscuritatē eius quam nos adicimus: quia animū ad
horum atq eruditorē quereret intellectum eam tacite
preteriisse. ceteras aūt adduxit. Atque quidē speciei hec exē
pla subiecit ⁊ hominē quidem esse aīalis speciē: albū aūt
coloris: triangulū vero figure. hec enī omnia species nū
cupantur: eorūq sunt genera: animal quidē hominis:
color autē albi: figura trianguli.

Quod si etiā genus assignātes speciei me
minimus dicētes quod de pluribus ⁊ dif-
ferentibus specie in eo quod quid predica
tur ⁊ speciem dicimus id quod sub assigna
to genere est.

¶ Dudum autem cū generis descriptionē assignaret
in generis diffinitione speciei nomen iniecit dicens:
id esse genus quod de pluribus specie differētibus in
eo q quid sit predicaretur: vt scilicet per speciei nomen
diffiniret genus. nunc vero cum speciem diffinire con-
tendat generis vtitur nuncupatione dicens: speciem
esse que sub genere ponatur: cui quidem dicto illa que
stio iure videtur opponi. omnis enim diffinitio rem de
clarare debet: quam diffinitione concludit: eamq aper
tiorem reddere: quam suo nomine monstrabatur. Ex
notioribus igitur fieri oportet diffinitionem quā res il
la sit: que diffinitur. cum. n. per speciei nomen describe-

ret: vel diffiniret genus: abusus est vocabulo speciei velut notiore quam generis: atque ita ex notioribus descripsit genus: nunc vero cum speciem vellet termino descriptionis includere: generis vtitur nomine: rerum conuertit notionem. vt in generis quidem descriptione sit notius speciei vocabulum: in speciei autem descriptione sit notius generis: quod fieri nequit. si enim generis vocabulum notius est quam speciei: in diffinitione generis speciei nomine vti non debuit. Quod si speciei nomen facilius intelligitur quam generis: in diffinitione speciei nomen generis non fuit apponendum: cui questioni occurrit dicens.

Nosse oportet quod quoniam genus et alicuius est genus: et species alicuius est species: idcirco necesse est et in vtrorumque rationibus vtrisque vti.

Omnia que cumque ad aliquid predicantur: ex his de quibus predicantur: substantiam sortiuntur. quod si diffinitio vniuscuiusque substantie proprietatem debet ostendere: iure ex alterutro fit descriptio in his que ad se inuicem referuntur. ergo quoniam genus speciei genus est: et substantiam suam et vocabulum genus a specie sumit: in diffinitionem generis speciei nomen fuit aduocandum. Quoniam vero species id quod est sumit ex genere: nomen generis in descriptione speciei non fuit relinquendum. quoniam vero diuerse sunt specierum qualitates. alie enim sunt species: que et genera esse possunt: alie que in sola speciei proprietate permanent: neque in naturam generis transeunt: idcirco multiplicem speciei diffinitionem dedit dicens.


Assignant ergo et sic speciem. Species est que sub genere ponitur: et de qua genus in eo quod quid sit predicatur. Amplius autem sic quoque species est: que de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit predicatur. sed hec quidem assignatio specialissime est: et que solum species est: alie vero et non specialissimarum.

Tribus speciem diffinitionibus informauit: quarum quidem due omni speciei conueniunt: omnesque que quolibet modo species appellantur: sua conclusione determinant: tertia vero non ita: cum enim due sint specierum forme: vna quidem est cum species alicuius aliquando etiam alterius genus esse potest: altera cum tantum species est neque in formam generis transit. Priores due: vna scilicet in qua quidem dictum est id esse speciem quod sub genere ponitur: et rursus in qua dictum est id esse speciem: de qua genus in eo quod quid sit predicatur: omni speciei conueniunt. Id enim tantum he diffinitiones monstrant: quod sub genere ponitur nam vnum significat speciem: qua refertur ad genus et ei que dicit id esse speciem: de quo genus in eo quod quid sit predicatur: tantum rursus significat speciei formam quam retinet ex generis predicatione. idem est autem et supponi generi: et de eo predicari genus: sicut idem est supponi generi: et ei genus preponi. Quod si omnes species collocantur sub genere: manifestum est omnem speciem hoc ambitu descriptionis includi. Sed tertia diffinitio de ea tantum specie loquitur: que nunquam genus est: et que solum species restat. hec autem species est ea: que de differentibus specie minime predicatur. nam si id habet genus plus a specie: quod de differentibus specie predicatur: siqua species quidem predicetur de subiectis: sed non de specie differentibus: ea solum erit species superioris generis: subiectorum vero non erit genus: igitur predicatio ea quam species habet ad subiecta si talis sit: vt de differentibus specie non predicetur: distinguit eam ab his speciebus: que genera esse possunt: et monstrat eam solum speciem esse: nec generis predicationem tenere dicitur. Illa igitur tertia descriptio speciei que magis species ac specialissima diffinitur hoc modo. Species est quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit predicatur. vt homo predicatur enim de cicerone ac demosthene et ceteris qui a se (vt dictum est) non specie sed numero discrepant. Ex tribus igitur diffinitionibus duabus quidem et specialissimas et non specialissimas species claudit: hec vero tertia solum vltimam speciem tangit. Et autem apertius id liqueat paulo: altius rem ordiatur. eamque congruis illustrat exemplis.

Planum autem erit quod dicitur hoc modo: in vnoquoque predicamento sunt quedam generalissima: et rursus alia specialissima: et inter generalissima et specialissima sunt alia. Est autem generalissimum quidem: supra quod non est aliud superueniens genus. Specialissimum autem post quod non est alia inferior species. Inter generalissimum autem et specialissimum alia genera et species sunt eadem: ad aliud tamen et ad aliud sumpta. Sit autem manifestum in vno predicamento quod dicitur. substantia est quidem et ipsa genus: sub hac autem est corpus: et sub corpore animatum corpus: sub quo animal: sub animali vero rationale animal: sub quo homo sub homine vero socrates et plato: et qui sunt particulares homines. Sed horum substantia quidem generalissimum est et genus solum. homo vero specialissimum et solum species. corpus vero species est substantie: genus vero corporis animati: et animatum corpus species quidem est corporis: genus vero animalis: animal vero species quidem est corporis animati: genus vero animalis rationalis: sed rationale animal species quidem est animalis: genus autem hominis. homo vero species est rationalis animalis: non autem genus particularium hominum: sed solum species: et omne quod ante indiuidua proximum est: species erit solum: non etiam genus.

Predicimus ab Aristotele decem predicamenta esse disposita: que idcirco predicamenta vocauerunt: quoniam de ceteris omnibus predicantur. si quid vero de alio predicatur si non potuerit predicatio conuerti: maior est res illa que predicatur: ab ea de qua predicatur. Itaque hec predicamenta maxima omnium rerum: quoniam de omnibus predicantur: constituta sunt. In vno quoque igitur horum predicamentorum quedam generalissima sunt genera: et est longa series specierum: atque a maximo decursus ad minima. Et illa quidem que de ceteris predicantur vt genera: neque vllis aliis supponuntur vt species: generalissima genera nuncupantur. Idcirco quia his nullum aliud supponitur genus. Infima vero que de nullis speciebus dicuntur: specialissime species appellantur idcirco quoniam integrum cuiuslibet rei vocabulum illa suscipiunt: que pura vnitate atque in ea de quibus queritur proprietate sunt constituta. ac quoniam species id quod species est ex eo habet nomen: quia supponitur generi: ipsa erit simplex species: si ita generi supponatur vt nullis aliis differentiis preponatur vt genus. Species enim que sic supponuntur generi aliis vt aliis preponantur: non est simplex species: sed habet quandam generis mixtionem illa vero species que ita supponitur generi vt minime speciebus aliis preponatur: illa solum species simplex est species: atque idcirco et maxime est species: et specialissima nuncupatur. inter genera igitur que sunt generalissima et species que sunt specialissime: in medio sunt quedam que superioribus quidem collate sunt species: inferioribus vero genera: hec subalterna genera nuncupantur: quod ita

sunt genera vt alterū sub altero collocentur. Quod igit genus solum est: id dicit generalissimū genus: quę vero sunt genera ita esse species possint: vel ita species vt sint genera nōnunq̄ subalterna genera vel species appellantur. Quod vero ita est species vt alij genus esse non possit: specialissima species dicit. His ergo positis sumamus p̄dicamenti vnius exemplum: vt ab eo in ceteris quoq̄ p̄dicamentis atq̄ in ceteris generibus vt speciebus filo atq̄ ordine qđ eueniat possit agnosci. substantia ergo generalissimū genus est. hoc enim de cunctis alijs p̄dicat: ac primū huius species due sunt. corporeū et incorporeū. nam et quod corporeū est substantia dicit: et item quod incorporeū est substantia p̄dicat. sub corporeo vero animatū atq̄ inanimatū corpus ponitur. Sub animato corpore animal ponit. nam si sensibile adijcias animato corpori animal facis. reliqua vero pars id est species continet inanimatū et insensibile corpus. Sub animali aūt rōnale atq̄ irrationale. Sub rōnali deus et homo. nam si rōnali mortale subieceris hominē constitues: si imortale deum. deum vero dico corporeū. hunc enim mundū veteres deum vocabant: et Jouis eum appellatione dignati sunt: deūq̄ solem ceteraq̄ celestia corpora: quę animata esse cum Plato: tum plurimus doctorꝫ chorus arbitratus est. sub hoīe vero indiuidui singularesq̄ hoīes sunt ut Plato: Cato: Cicero: quorꝫ numerū pluralitas infinita non recipit: cuius rei subiecta descriptio ponit exemplū.



¶ Superius disposita descriptio ordinem a generalissimo vsq̄ ad indiuidua prędicationis ostendit. in qua quidem substantia generalissimū dicitur genus: quoniam pręposita est oībus: nulli vero ipsa supponit: et solum genus propter eandē scilicet dicit causam. homo autē species solum: quoniā Plato Cato Cicero quibꝰ est ipsa prępositā: non differūt specie: sed numero tantū. Corporeum vero quod secūdo a substantia collocatur: et species esse probatur et genus: substantię species genus animati. at vero animatum genus est animal corporei species. est autē animatū genus sensibilis: animatum vero sensibile animal est. igitur ipsum animatū p̄pter propriā differentiā quę est sensibile: recte genus dicitur esse animalis. animal vero rationalis genus est: et rationale mortalis. cumq̄ rationale et mortale nihil aliud sit q̄ homo: rationale sit animalis species: hominis vero genus: homo vero ipse species catonis platonis ciceronis non erit (vt dictū est) genꝰ sed solū spēs. nec solum differentię rationalis species est homo. verūetiā catonis et platonis cicerorꝫq̄ species appellat: p̄pter diuersam scilicet causam. nam rationalis cicero est species: quia rationale per mortale atq̄ imortale diuiditur. cū sit et homo mortale. idem vero homo species est platonis atq̄ ceterorum: in forma enī eorum omniū homo erit substantialis atq̄ vltima similitudo. Est aūt cōmunis omniū regula: esse eas species specialissimas quę supra sola indiuidua collocātur: vt homo equꝰ coruus: sed nō auis. auiū nanq̄ multę sunt species: sed hę tantū species dicuntur esse: quorū subiecta ita sibi sunt cōsimilia: vt substantialem differentiā habere nō possint. In omni aūt hac dispositione priora genera cum inferioribus cōiunguntur: vt posteriores efficiant species. nam vt sit corpus substantia cū corporalitate coniungitur: et est substantia corporea corpus. Item vt fit animatū corporeū atq̄ substantia animato copulatur: et est animatū substantia corporea habens animā. Item vt fit sensibile: eidem tria superiora illa iunguntur. Nam quod est sensibile: tantū est quantū substantia corporea animata retinens sensum: quod tantū animal est. Item superiora omnia rationali iuncta rationale efficiunt: postremo hominē superiora omnia nihilominꝰ terminānt: id est substantiā hominis: addito tamen rationali et mortali. est enim homo substantia corporea animata sensibilis rationalis mortalis. Nos vero diffinitionem hominis reddimus dicentes: animal rationale mortale. in animali scilicet includentes et substantiā et corporeū et animatum atq̄ sensibile. et in ceteris quidem speciebus atq̄ generibus ad hunc modum vel diuidūtur genera: vel species describuntur.

Quemadmodum igitur substantia cum suprema sit eo qđ nihil supra eam sit genus: est generalissimum: sic et homo cum sit species: postq̄ non est alia species: neq̄ aliud eorꝫ quę possunt diuidi in species: sed solū indiuidua (indiuiduū enī est socrates et plato) species erit solū: et vltima species: (vt dictum est) specialissima: quę vero sunt in medio: eorꝫ quidē quę supra ipsa sunt species erunt: eorum vero quę post ipsa genera sunt. quare hęc quidem duas habent habitudines: illam quę est ad superiora: secundum quam species dicuntur esse ipsorum et eam quę est ad posteriora: secundū quā genera ipsorꝫ esse dicuntur. Extrema vero habent vnam habitudinē: nā et generalissimū ad ea quę posteriora sunt: habet habitudinē: cum genus sit omnium id quod est suppremū: eam vero quę est ad superiora nō habet cū sit suppremū et principiū primū et (vt diximus) supra quod nō est aliud superueniens genus. Specialissimū autem vnam habet habitudinē: eam quę est ad superiora: quorum est species: eam vero quę est ad posteriora non diuersam habet: sed et indiuiduorum species dicitur. Sed species quidem dicitur indiuiduorꝫ velut ea continēs. species vero superiorꝫ velut ea quę ab illis continetur.

Ex proportione speciei nomen etiā generis ostenditur nam vt genus: quoniā non habet genus supra se generalissimā genus dicitur. vt substantia: ita species: quā non habet sub se speciē sed indiuidua: specialissima species dicitur: vt homo. qđ aūt est species non habere sub se. i. his pręesse: quę neq̄ in dissimilia diuidi possunt: ut genera diuidūtur: neq̄ in similia secātur ut species.

Que vero inter genera generalissima: speciesq; specialissimas cõstituta sunt: ille vero species ꝛ genera nũcupãtur: que ꝛ ipsa alijs supponũtur: ꝛ his alia subijciũtur. Quorũ in diffinitiõibus vel in similia possunt esse partiones. Cũq; due habitudines ꝛ quasi comparationes sint opposite que in omnibus generib⁹ speciebusq; versantur: vna quidẽ que ad superiora respiciat: vt specierũ que suis generibus supponũtur: alia vero q̃ ad inferiora: vt generũ cũ speciebus proprijs preponũtur: generalissima quidẽ genera vnam tñ retinẽt habitudinẽ eam. s. que inferiora amplectitur: illã vero que ad ꝑposita cõparatur nõ habet. Generalissimũ enĩ genus nulli supponitur. Item species specialissima vnã possidet habitudinẽ per quã. s. ad sola genera cõparatur. Illam vo que ad inferiora cõmittitur: nõ habet: nullis enim speciebus ipsa preponitur. at vero que subalterna sũt genera vtraq; habitudine funguntur: naz ꝛ illã possidẽt que ad superiora respicit: qm̃ que subalterna sunt habent superpositũ genus: ꝛ illam que de inferiorib⁹ predicatur. habent enĩ subalterna genera supposita species vt corporeũ ad substãtiam quidẽ eam retinet habitudinem: qua potest poni sub genere: ad aĩatum vero eam qua potest de specie predicari. Specialissime vero species licet ipse indiuiduis preponantur: tamẽ suppositi habitudinẽ nõ habent: idcirco qm̃ illa que speciei vltie supponũtur: talia sunt: vt quãtum ad substãtiaz vnuz qddam sint nõ habentia substantialem differentiã sed accidentalem. efficitur ergo vt numero saltẽ distare videantur: vt pene dici possint ꝛ pluribus preesse species: ꝛ quodãmodo nulli omnino esse ꝑpositę. nam cũ species substantiam monstrat: vna est omniũ indiuiduoꝝ sub specie positoꝝ substãtia: quodãmodo nulli preposita ẽ: si ad substãtiã quis velit aspicere: at si accidẽtia quis cõsideraret: plures de quibus ꝑdicatur species sunt non substãtię diuersitate sed accidẽtiũ multitudine. itaq; fit vt genus quidẽ semper plurimas sub se habeat spẽs. de differentibus enim specie ꝑdicatur. differentia vero nisi pluralitati nõ cõuenit. at vo species et vni alicui indiuiduo ꝑesse potest. si enim vnus (vt perhibetur) est phenix: phenicis species de vno tñ indiuiduo ꝑdicatur. Solis etiã species vnũ solem intelligitur habere subiectũ. ita nullam multitudinẽ species per se cõtinẽt: cum etiã si vnũ sit tñ indiuiduũ: speciei tamẽ non perit intellectus: quibusdaz enĩ suis quasi similibus partibus preest. vt si eris virgulaz in partes suas vel etiaz particulas diuidas scdm id quod eas dicis ꝛ partes esse intelligitur ꝛ totũ. Idcirco dictã speciem licet: ꝛ si sit indiuiduis preposita vnã tñ habitudinẽ possidere: illam vnam. s. qua species est. quãdo enim ꝑpositis subditur: species nũcupatur: ꝛ est superioꝝ species tanq̃ subiecta: inferioꝝ quoq; species: idcirco qm̃ eorũ substãtiam demonstrat. Nec ita est species substantia indiuiduoꝝ: quemadmoduz speciei genus. illud enim pars substãtie vt animal hominis. Reliquę enĩ partes rationale atq; mortale adduntur animali ad diffiniẽdam substãtiaz hominis. homo vo Socratis atq; Ciceronis tota substãtia est: nulla enim additur differentia substãtialis ad hominẽ: vt Socrates fiat aut Cicero: sicut additur animali rationale atq; mortale: vt homo integra diffinitione claudatur. Idcirco igitur spẽs specialissima tñ est species: atq; hanc solã possidet habitudinẽ: ad superiora quidẽ qm̃ ab his cõtinetur: ad inferiora: vero qm̃ substãtiam eorũ format ꝛ cõtinet.

Determinant ergo generalissimum ita q̃d cum genus sit non est species: ꝛ rursus supra quod nõ est aliud superueniens genus: specialissimum vero quod cum sit species non est genus: ꝛ quod cum sit species: nunq̃ diuiditur in species: ꝛ quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit predicatur. Ea vero que sunt in medio extremorum: subalterna vocantur genera et species: ꝛ vnumquodq; eorum species esse potest ꝛ genus: ad aliud quidem ꝛ ad aliud sumpta. Ea vero que sunt ante specialissima vsq; ad generalissimũ ascendentia: ꝛ genera dicuntur ꝛ species: ꝛ subalterna genera: vt agamenon: atrides: pelopides: tãtalides: ꝛ vltimũ iouis. Sz in familijs quidem plerũq; reducuntur ad vnũ principiũ verbi gratia ad iouem.

Postquam naturam generũ ac specierum diuersitatẽq; monstrauit: eorum ordinem diffinitiõis descriptiõisq; cõmemorat: ac ꝑmũ qdẽ generalissimi generis terminũ esse indicat dicens generalissimũ genus esse q̃d cũ ipsũ sit gen⁹ nõ habet suppositũ genus hoc est speciẽ nõ esse. ꝛ rursus supra q̃d non erit aliud genus superueniens. Si enim habet aliud genus: minime ipsum generalissimum vocaretur. specialissima vero species hoc modo describitur quod cum sit species non est genus. ex opposito diffinitur: quoniam opposita ex oppositis describũtur interdum. nam quoniã prepositio opposita est suppositioni: genus autem preponitur: species vero supponitur: si idcirco erit primum genus: quia ita supponitur vt minime supponatur: idcirco erit vltima species: quia ita supponitur: vt preponi non possit: igitur recte oppositorum ex oppositis facta est diffinitio: ꝛ alia rursus descriptio speciei quod cum sit species: nunquaz diuiditur in species: id est genus esse non potest. Et rursus alia diffinitio quod de pluribus differentibus numero in eo q̃d quid sit ꝑdicatur: de qua diffinitione sępe est superius demonstratũ: nũc illud attendendum ẽ (sicut paulo superius dictũ est) speciei vnũ indiuiduũ potest subiectum esse: vt phenix atomũ suuz: vt soli corpus hoc lucidũ: vt mũdo vel lunę: quoꝝ spẽs singulis indiuiduis suis superponuntur: quod si ita est vt spẽs de vno quolibet indiuiduo predicatur. vt de phenice. quomodo conuenit dicere speciem esse que de pluribus numero differentibus in eo q̃ qd sit ꝑdicat. Sunt n. quędam que de numero differẽtibus minime dicunt: vt phenix: sol: luna. sed de his illa ratio est: de qua etiaz superius pauca reddidim⁹ que paululũ implicata commodius nodum questionis absoluet. Omnia eniz que sub specialissimis speciebus sunt: siue infinita sint: siue finito numero cõstituta siue ad singularitatẽ deducant dum est aliquod indiuiduũ semper species ꝑmanebit. neq; indiuiduoꝝ diminutiõe si quodlibet vnũ maneat species cõsumit: vt dictũ est. tñ si plura sint indiuidua substantiales differentias non habebũt. id ergo in genere dici non cõuenit: quia his preest: q̃ substãtiali a se genere differentia disgregata sunt. preest enim speciebꝰ que diuersis differentijs informantur. Si igitur vnitatiz pereat: ꝛ ad vnitatem speciei redacta fuerit ratio: genus esse nõ poterit: quia de differentibus specie predicatur: non ita in speciebus. Nã si omniũ indiuiduorũ natura cõsumpta sit: etiã si ad vnius singularitatẽ indiuidui suppositę speciei predicatio venerit: est tamẽ species ac permanet. Talia enĩ sunt illa que pereunt ac desunt: quale est id quod permãsit ꝛ subiacet. Quod vero dicimus de pluribus numero differentibus speciẽ predicari: duobus id recte excusatur modis. Vno quidem quia multo plures sunt species que de numerosis indiuiduis predicantur: q̃ quibus vnũ tñ indiuiduũ videtur esse suppositũ. deinde hoc modo. quia multa scdz potestatẽ dicunt cũ actu non semp ita sint vt risibilis homo dicitur etiam si minime rideat: qm̃ ridere potest.

Ita igitur species de numero differētibus p̄dicatur: nihil enī minus p̄henix de pluribus p̄henicibus p̄dicaretur si plures essent q̄ nūc: quā vnus esse p̄hibetur. Item solis species de hoc vno solo sole quē nouimus: nunc dicitur: ⁊ si in animo plures soles ⁊ in cogitatiōe fingantur: nihilominus de pluribꝰ solibꝰ indiuiduis nomen solis q̄ de hoc vno predicabitur. Idcirco igitur species de pluribus numero differentibus dicitur predicari cum sint aliq̄ que de singulis indiuiduis appellentur. illa vero que subalterna vocantur ita diffiniri queunt. Subalternū genus est q̄ esse genus ⁊ species poterit ad eū modū q̄ est in familijs que procreant ⁊ p̄creantur: vt etiā subiectū mōstrat exemplū: vt Agamēnon Atrides ⁊ Pelopides ⁊ Tantalides ⁊ vltimū Iouis. Atreus enim Pelopis filius tanq̄ eiusdē species quasi Agamēnonis genus est. Item Agamemnō Atrides ⁊ Pelopides ⁊ Tantalides et Pelops ad Tantalum comparatur. Tantalusq̄ ad Iouē quasi species Itemq̄ Tantalus ad Pelopem. Pelops ad Atridē quasi genera esse videantur cum Iuppiter velut sit horum generalissimū genus. Sed in familijs quidē plerumq̄ reducitur ad vnum principiū verbi gratia ad Iouem.

In generibus autem ⁊ speciebus nō sic se habet. neq̄ enī vnū cōmune genus omniū est ens: nec omnia eiusdem generis sunt secundū vnū supremū genus: quēadmodū dicit Aristoteles/ sed (vt posita quēadmodū dictū est in predicamētis) prima decē genera quasi decē prima p̄ncipia. Et si oīa quis entia vocet equiuoce inquit nuncupabit non vniuoce. si enim vnum esset cōmune omniū ens: vniuoce omnia entia dicerentur. cū vero sint decē principia prima cōmune ens omnium secundum nomen est solum: non etiā secundū rationem que secundū nomen est.

Quoniā de subalternis generibus diceret familie cuiusdam posuit exemplū. Que ab Agamēnone puenit ad Iouē quem quidē pro numinis reuerētia. vltimū posuit. Quantū enim ad veteres theologos refertur Iuppiter ad saturnum: saturnus ad celum: celus vero ad antiquissimum ophionē ducitur. cuius ophyonis nullum principium est. Ne igitur qd̄ in familijs est: id rebꝰ quoq̄ esse credat: vt res omnes possint ad vnū sui nominis redire principiū. Idcirco determinat hoc in generibus ac speciebus esse non posse: neq̄ sicut familie cuiuslibet ita etiam omnium rerū vnū esse principium potest. Fuerūt enim qui in hac opinione tenerētur. vt rerum omnium que sūt vnū putarent esse genꝰ quod ens nuncupatur tractum ab eo quod dicimus est omnia eniz sūt ⁊ de omnibus esse predicatur: itaq̄ substantia est: ⁊ qualitas est: item quātitas est: ceteraq̄ esse dicuntur. Nec de his aliquid tractaretur: nisi hec que p̄dicamenta dicuntur esse constaret. Que cum ita sint vltimum omnium genus ens posuerūt. scilicet q̄ de omnibus predicaretur: ab eo enim quod dicimus est participium inflectentes: greco quidem sermone ὄν latine ens appellauerunt. Sed Aristoteles sapientissimus principiorū cognitor: reclamat huic sententie: nec ad vnū res omnes putat duci posse primordiū. sed decem genera esse in rebus: Que cū a semetipsis diuersa sunt: tamē ad nullū cōmune principiū reducuntur. hec autē decē genera statuit: substantiam: qualitatem: quantitatem: ad aliquid: vbi: quādo situm habere: facere: pati. quod vero occurrebat: quoniam de omnibus his esse predicaretur (Omnia enī que superius dicta sunt genera esse dicūtur ita discussit) ac repulit dicēs nō omne cōmune nomen cōmunē etiā formare substantiā: nec ex eo debere genus esse cōmune arbitrari: q̄ de aliquibus cōmune nomē predicaretur. Quibus enim diffinitio cōmunis nominis conuenit: illa cōmunis nominis iure species iudicabuntur: ⁊ cōmuni illi vocabulo vniuoce predicantur: quibus vero non conuenit: vox his communis tm̄ est: nulla vero substantia. Id autē manifestius declaratur hoc modo exemplis: animal hominis atq̄ equi genꝰ esse predicamus: demus igit̄ animalis diffinitionem que est substantia animata sensibilis. hanc si ad hominem reducamus: erit homo substantia animata sensibilis: nec vlla falsitate diffinitio maculatur. Rursus si ad equū: erit equus substantia animata sensibilis. Id quoq̄ verū est: conuenit igitur diffinitio ⁊ animali quod cōmune est homini atq̄ equo: ⁊ ei eidē equo atq̄ homini que species ponūtur aīalis: ex quo fit: vt hō atq̄ equus vt atq̄ animal id vniuoce species predicent̄. at si quis hominē pictum hominēq̄ verū cōmuni animalis noīe nūcupauerit diffiniat (si libet) animal hoc modo substantiā animatā esse atq̄ sensibilē. Sed hec quidē diffinitio ei hoī qui viuus est conuenit: ei quidē qui pictus est minime. neq̄ eniz est animata substātia igitur homini viuo atq̄ picto quibꝰ cōmunis diffinitō idest animalis nō potest conuenire. Non est animal cōmune genꝰ sed tm̄ cōe vocabulū dicit̄: q̄ hoc nomē aīalis in viuo hoīe atq̄ picto nō genꝰ est: sz vox plura significās: vox aūt plura significās que equiuoca nūcupat̄. Sic ea vox que genꝰ ostēdit vniuoca dicit̄. Itaq̄ id qd̄ dicitur ens ⁊ si de omnibus dicitur predicamētis: quā tamen nulla eius diffinitio inueniri potest: que omnibus predicamentis possit aptari. Idcirco non dicitur vniuoce de predicamentis idest vt genus: sed equiuoce idest vt vox plura significans. Cōuincitur hoc quoq̄ ratione id quod dicimus ens predicamentorum genus esse non posse. vnius enim rei duo genera esse non possunt: nisi alterum alteri subiciatur vt hominis genus est animal atq̄ animatū: atq̄ animal animato velut species supponat̄. At si duo sint similiter ita equalia: vt nūquam alteri alterū supponatur: hec vtraq̄ eiusdem speciei genera esse non possunt. Ens igitur atq̄ vnum neutrū alteri supponitur: neq̄ vnius dicere possumus genus ens: nec eius quod dicimꝰ ens vnum. Nam qd̄ dicimus ens vnum est: ⁊ quod vnū dicitur ens est: genus autem ⁊ species sibi minime conuertuntur. Si igitur predicatur ens de omnibus predicamentis: predicatur ⁊ vnum. Nam substantia vnum est: qualitas vnum est: quantitas vnum est: ceteraq̄ ad hunc modum. Si igitur quoniaz esse de omnibus his predicatur omniū genus erit ens: ⁊ vnum: quoniam de omnibus predicatur erit omniū genus. sed vnum atq̄ ens (vt demōstratū est) minime alterum alteri preponitur. duo igit̄ equalia singulorum predicamentorum genera sunt: qd̄ fieri nequit. cū hec igitur sit: id Porphyriꝰ determinauit dicēs nō ita in rebus: vt in familijs omnia ad vnū principium posse deduci: nec omnium rerum cōmune esse genꝰ posse: vt Aristoteli placet: sed sunt preposita inquit quēadmodū in predicamentis dictuz est prima decem genera quasi decem prima principia. s. vt nulla interim ratio perquiratur: sed Aristotelis auctoritati concedentes hec decem genera nulli alij generi esse credamus subiecta. que si quis entia nuncupat: equiuoce nuncupabit non vniuoce. neq̄ enim vna eorum omnium secundum commune nomen diffinitio poterit adhiberi. que res facit: vt non vniuoce de his aliquid predicetur. Si enim vniuoce predicaretur: genus esset eorum commune nomē q̄ de omnibus predicaret̄. at si genus esset: diffinitio generis conueniret in species. quod q̄ non fit: commune his id quod dicimus ens vocabulum est vocis significatione: non ratione substantie.

Decem quidez igitur generalissima sunt specialissima vero in numero quidez quodam sunt: non tamen infinito. Indiuidua autem quę sunt post specialissima infinita sunt: quapropter vsq; ad specialissima a generalissimis descendentes iubebat plato quiescere. Descẽdere aũt per media diuidentes specificis differentijs. infinita vero inquit relinquenda sunt: neq; enim eorũ posse fieri disciplinam.

Quoniam specierum nosse naturam ad sectionem generis pertinet: quoniam scientia infinita esse nõ potest (nullus enim intellectus infinita circũdat) idcirco de multitudine generum specierum atq; indiuiduorum rectissima ratione persequitur dicens. Supremorum generum numerum notum. decem enim predicamẽta Aristotelis esse reperta quę rebus omnibus generis loco preferẽda sunt. Species vero multo plures esse q̃ genera. nam cum suprema sint rerum genera. cũq; vni generi non vna sed multę species supponãtur. proximeq; species supremis generibus subalterna sint genera vsq; dum ad vltimas species descendant. nimirũ vnius generis multas species necesse est esse diffusas. Specialissima vero multo plura esse q̃ subalterna: quoniam per multitudinem generum subalternorum vsq; ad specialissima descendit̃. species quidem multo plures esse q̃ genera subalterna hoc maxime ostenditur q inferiores sunt: ⁊ semp subalterna genera in plura subiecta diuidunt̃. Decẽ vero generũ species multo plures q̃ vnius existere manifestum est. verũtamen ⁊ si plures sunt certo tamen numero cõtinentur. quẽ facile si quis discutiat oĩumq; generum species prosequatur possit agnoscere. Indiuidua vero quę sub vnaquaq; specie sunt: infinita sunt: vel eo q tam multa sunt diuersisq; locis posita: vt scientia in vnum conduci comprehendiq; non possint: vel q in generatione ⁊ corruptione posita nunc quidẽ incipiunt esse: nunc desinunt atq; idcirco suprema quidẽ genera ⁊ subalterna ⁊ spẽs eas quę specialissimę nuncupantur: quoniã finito sunt numero: potẽ terminus scientie includere: indiuidua vero nullo modo. Idcirco igitur Plato magis a generib⁹ q̃ a speciebus specialissimis precipiebat facere sectionem: per ea enĩ quę finita essent numero iubebat descẽdere diuidẽtẽ: vbi aũt ad indiuidua veniretur: standũ esse suadebat: nec quod natura non ferret: infinita colligere. ita vero genera in species diuidi comprobat: vt in specificis differentijs soluerẽtur. De specificis vero differentijs melius in eo titulo vbi de differentia disputatur ac largius disseremus. hic enĩ hoc tñ dixisse sufficiat eas esse specificas differentias: quibus species informantur vt rationale mortale hominis. Cũ igitur diuidimus animal rationale: mortale imortaleq; separamus: ceteraq; genera talibus differentijs: quę subiectas species informent: Plato consuluit esse diuidẽda vsq; dum ad specialissimã veniretur. ibiq; consistere nec infinita sequi: quoniã indiuiduorũ nunq̃ esset nec disciplina nec numerus.

Descẽdentibus igitur ad specialissima necesse est diuidentes per multitudinem ire. Ascendentibus vero ad generalissima necesse est colligere multitudinez in vnũ: collectiuũ enim multorũ in vnam naturã species est: ⁊ magis id qđ ẽ genus. Particularia vero ⁊ singularia ecõtrario in multitudinem semper diuidunt id quod vnũ est: participatione enim speciei plures homines sũt vnus homo: i particularibus aũt ⁊ singularibus vnus ⁊ cõis plures. diuisiuũ enĩ est semp quod singulare est. collectiuũ autem ⁊ adunatiuũ quod cõmune est.

Diuidere enĩ est in multitudinem quod vnum fuerat ante dissoluere. Omnisq; collectio econtrario compõnẽ coniunctionẽq; meditatur. Quod enim cum sit vnum dispertiendo diuiditur: idipsum ex pluribus rursus partibus adunando cõponitur. Ut igit̃ superi⁹ dictũ est: indiuiduorum quidẽ similitudinẽ species colligit: Specierum vero genus. similitudo enim nihil est aliud nisi quędam vnitas qualitatis. Ergo substantialẽ similitudinẽ indiuiduorũ species colligere manifestuz est. Substantialẽ vero genera similitudinẽ specierum contrahũt: ⁊ ad seipsa reducũt. Rursus generis adunationẽ differentię distribuũt in species: speciesq; adunationẽ in singulares indiuiduasq; personas accidentia partiuntur. Cũ igitur hoc ita sit: necesse est semper cum a genere descenditur ad speciẽ diuidendo semper facere multitudinẽ. Cũ vero a speciebus ascenditur ad genera componendo: colligere plures in speciez differentijs quę diuersę fuerant similitudinũ qualitates ⁊ adunare in speciebus etiã idem considerari potest: vt enim ipsa indiuidua quę sunt infinita: vnã similitudinẽ substantialem colligunt: ita speciẽ propriã infinite distribuũt. Omnia enim indiuidua disgregatiua sunt ⁊ diuisiua. Species vero ⁊ genera collectiua: species quidẽ indiuiduorũ collectiua atq; adunatiua. Speciez vero genera ut ita dicendũ sit: genus quidẽ spẽs distribuit: ⁊ spẽs ab indiuiduis multitudine deducuntur. rursus aũt genus quidẽ multas species colligit. Species aũt singularẽ particularẽq; multitudinẽ ad singularitatis perducit vnitatẽ: igitur plus genus adunatiuũ est q̃ species. Species nanq; sola indiuidua colligit. Genus vero tã species q̃ ipsarũ quoq; specierũ indiuidua cõtrahit singularesq; personas: sed in hoc cõueniẽti vtitur exemplo dicens: participatione speciei. i. hominis Cato: Plato Cicero pluresq; reliqui homines vnus. i. nihil hominũ in eo q sunt homines: vnus homo est. At vero vnus homo: qui specialis est: si ad hominũ multitudinem qui sub ipso sunt consideretur: plures sunt: ita ⁊ plures homines in speciali homine vnus est. Et specialis vnus est in pluribus infinitus. Sic igitur q singulare quidẽ est diuisiuũ est: quod cõmune vero quoniã multorum vnũ est: vt genus ac species: collectiuũ est atq; adunatiuũ.

Assignato aũt genere ⁊ specie qd sit vtrũq; ⁊ genere quidez vno existente: speciebus vero pluribus (semp enĩ diuisio generis i species plures est) genus quidem semper de speciebus pdicatur: ⁊ oĩa superiora de inferioribus: species aũt neq; de proximo sibi genere: neq; de superioribus: neq; enĩ cõuertitur. Oportet enĩ aut ęqua de ęquis predicari: ut hinnibile de ęquo: aut maiora de minoribus: ut aĩal de hoĩe: minora vero de maioribus minime: nec enim aĩal dicis esse hoĩez: quẽadmodũ dicis hominem aĩal: de quibus aũt species predicat̃: de his necessario ⁊ speciei genus predicatur: ⁊ generis genus vsq; ad generalissimũ. Si enĩ verũ est dicere Socratem hoĩem: hoĩem aũt animal: aĩal vero substantiam. verũ est socratem ⁊ aĩal dicere atq; substantiam. semp igitur cũ superiora de inferioribus predicentur: species quidem de indiuiduis predicabitur: genus aũt ⁊ de specie

⁊ de individuo: generalissimũ aũt ⁊ de genere ⁊ de generibus: si plura sunt media ⁊ subalterna: ⁊ de speciē ⁊ de individuo. Dicit eñi generalissimũ quidē de omnibus sub se positis generibus ⁊ speciebus ⁊ individuis. Genus aũt q̄d ante specialissimũ est. de omnibus specialissimis ⁊ de individuis. solum aũt species de omnibus individuis. Individuũ autē predicatur de vno solo particulari.

Breviter quecũq; superius dicta sunt: commemorat hoc mõ. Cũ igit ante assignaverim⁹ qd sit gen⁹. ⁊ qd sit spẽs eãq; suis etiã et diffinitionibus comprehenderimus docuerimusq; vnũ gen⁹ semper in plurimas species solere dividi: nunc adiungimus. quoniam omnia superiora de inferioribus predicantur. Inferiora vero de superioribus minime. Et ea que sunt utilia de predicationis modo nunc pertractat. Ostendit autē vnũ genus in plurimas species semper solui assignata generis diffinitione. Quod enim de pluribus specie differentibus in eo q̄ quid sit predicaretur: idez esse diffiniuit genus. Nihil autē sunt plurime res specie differentes nisi plurime species: de quib⁹ autē predicatur genus: in eas ipsū dividuntur. Ostensuz est igitur ex diffinitionis assignatione. vnius generis semper esse species plures: que cũ ita sint: genus quidē de specie predicatur: species vero de individuis: omniaq; superiora de inferioribus: inferiora de superiorib⁹ nullo modo. Id quare adueniat: paucis absoluã. Que superiora sunt substantialiter ea generã esse predicamus que vero genera sunt ampliora sunt: q̄z vnaqueq; species. Neq; enĩ in plurima divideretur genus. nisi ab vna quaq; specie maius existeret. Id cũ ita sit: nomē generis toti conuenit speciei. Nõ. n. coequatur solũ speciei generis magnitudo: verum etiaz speciē ipsaz supervadit. Itaq; igit omnis hõ animal ē: quia intra animalis vocabulu. vt ⁊ hõ ⁊ cetera animalia continet. At vero nulli⁹ quoniã animal hõ est. nõ enim peruenit ad totũ animal hominis nomē: q̄z cũ sit minus: nullo modo generis vocabulo coequatur. Itaq; que maiora sunt de minoribus p̄dicantur: que vero minora sunt nõ conuertuntur vt de maioribus predicētur. At vero si qua sint equalia ea sc̃dm nature pluralitatē cõuerti necesse est: vt hinnibile atq; equus. quoniam ita sibimet coequatur: vt neq; equus non sit nisi hinnibile: neq; quod sit hinnibile nõ sit nisi equus. Fit ergo ut omne hinnibile equus sit: ⁊ omnis equus hinnibilis sit. que cũ ita sint: ea que superiora sunt nõ modo de sibi proximis inferioribus: verumetiã de inferiorũ inferioribus predicantur. nã si illud teneatur vt ea que superiora sunt de inferioribus predicētur: inferiora inferiorũ superioribus multo magis inferiora sunt: velut substantia predicatur de animali qd est inferius: sz animali inferius ē homo: predicabitur igitur etiã substantia de hoie. Rursus socrates inferius ē homine predicabitur igitur substantia ⁊ de Socrate. Itaq; species quidē de individuis predicantur: genera vero ⁊ de speciebus ⁊ de individuis: qd cõuerti nõ potest. Nam neq; individua de speciebus aut de generibus predicantur: nec species quidē de generibus. Itaq; fit: vt genus quod dicitur generalissimũ de oib⁹ subalternis generib⁹ p̄dicari ⁊ de spẽb⁹ ⁊ de individuis possit: de ipso vero nihil. Vltimũ vero gen⁹ id quod ante specialissimas species collocatur sine medio ⁊ de solis speciebus specialissimis dici potest ⁊ de eaz individuis. Spẽs vero de individuis vt dictũ ē: individua. n. de singulis p̄dicãt vt Socrates ⁊ plato: eaq; maxime sunt individua: que sub ostensione indicationeq; digiti cadunt: vt hoc scamnum: ⁊ hoc veniens: atq; ex aliqua proprietate accidentium designantur nota: vt si quis Socratez velit significatione ostendere: non dicat

Socratem: ne sit alius qui forte hoc nomine nuncupetur: sed dicat Sophronisci filius: si vnicus Sophronisci fuerit. individua enim maxime ostendi queũt: siue sub nuncupato nomine: siue sub ipso oculorũ digito: tactuue monstrentur: vel ex aliquo proprio accidente significentur: vel nomine: si solus illud adeptus est nomen. vel ex parentibus: si illorũ est vnicus filius: vel si ex quolibet alio accidenti singularitas demonstratur: eo q̄ accidentis ad se vnam predicationē habeat: cuiusq; vel predicatio vel dictio non transeat ad alterũ: sicut generis quod ad species: specierũ vero ad individua.

Individuum aũt dicitur Socrates: ⁊ hoc album: ⁊ hic veniens sophronisci filius: si solus sit ei Socrates filius. Individua aũt dicuntur huiusmodi: quoniã ex proprietatibus cõsistit vnumquodq; eorũ: quaz collectio nunq̄ in alio quolibet eadē erit. Socratis enim proprietates nunq̄ in aliquo quolibet erunt particularũ eadē. Hee vero que sunt hominis proprietates: dico autē eius qui est communis: erunt eedem in pluribus: magis autē in omnibus particularibus hominibus in eo q̄ homines sunt.

Quoniã superius individuũ appellavit: huius nominis rationez conatur ostendere. ea nanq; sola dividuntur: que pluribus cõmunia sunt. ab his eniz vnũquodq; dividitur: quorũ est cõmune: quorũq; naturã et similationem continet. Illa vero in quibus cõmune dividitur communi natura participant: proprietatisq; cõmunis est his quibus cõmunis est communis. At vero individuorũ proprietas nulli cõmunis est. Socratis enĩ proprietas si fuit calvus simus: propenso alvo: ceterisq; corporis liniamentis: aut morũ institutione: aut forma vocis: nõ conveniebat in alterũ: he enim proprietates: que ex accidentib⁹ ei obvenerant: ⁊ eius formam figuramq; continuerant: in nullo alio conveniebãt: cuiusq; proprietates nulli poterant esse communes. Cuius vero proprietates in nullum alium conveniunt: proprietates eius nulli poterunt esse communes. Cui⁹ proprietas nulli communis est: nihil est quod eius proprietate participet. Quod vero tale est ut proprietate eius nullus participet: dividi in ea quibus non participat: non potest. Recte igitur hec quorũ proprietates in aliud nõ conveniũt: individua nuncupãtur. At vero hominis proprietas. i. specialis convenit in Socratē in Platonē ⁊ in ceteros: quorũ proprietates ex accidētib⁹ venientes in quēlibet aliũ singularē nulla ratiõe cõvenirẽt.

Continetur igitur individuũ quidem sub specie: species autem sub genere. totum enĩ quiddam est genus. Individuũ autē pars: species vero totũ ⁊ pars: sed pars quidez alterius: totũ vero nõ alterius: sed in aliis. In partibus enĩ totum est. De genere quidem ⁊ specie ⁊ quid sit generalissimum ⁊ quid specialissimum: ⁊ que genera eadem ⁊ species sunt: ⁊ que individua. ⁊ quot modis genus ⁊ species dicitur: sufficiēter dictum est.

Hic retractat omnia breviter que supra latius absolvit dicens. Individuũ a specie contineri: species vero ipsas a genere. huiusq; causam reddens ait. Omne genus totum est: individuũ vero pars. Genus enim in eo q̄ genus est continet tñ: ⁊ si species esse potest. Totum enim non ut genus est species: sed ut ea que supponit generi. Genus igitur in eo q̄ genus est totum est speciebus. semper enim continet eas. At vero individuũ semp̃ et est pars: nũq̃z eniz proprietate cõcludit

proprietate concludit. Species vero ⁊ totū est ⁊ pars: pars quidē generis: totū vō individuis. Et cū pars ē ad singularitatē refert: cū totū ad pluralitatē. Qm̄ enī vnuz genus pluribus speciebus superest: vna quelibet spēs pars est generis. i. vnius. Quoniam autē species pluribus individuis preest: nō est vni individuorū totum; sed plurimis. Iccirco enim totū dicitur: quia plura cōtinet ⁊ coercet. Nam ut pars sit aliquid: vnū ipsum vnius pars esse poterit: ut vero totum sit: vnū ipsum vnius totū esse non poterit. Iccirco alterius quidem pars est species: aliis vero totum. Et de genere quidē ⁊ specie dictum est: quid sit generalissimū genus: quoniam id cui nullū aliud supponitur genus: ⁊ quid specialissima species: quoniā et cui species nulla supponitur: ⁊ quorū genera eadem sunt: eedemque species. s. subalterna quibus aliquid superponitur: aliquid vero supponitur: que etiam individua: ea quorū. s. proprietates alteri nequeunt convenire. ⁊ quot modis genus ⁊ species dicitur. Genus quidem aut in multitudine: aut in procreatione aut in participatione substantie consistit. species autē ex figura: aut ex generis superpositione dicta est sufficienter. Quibus absolutis modū voluminis terminabo: ut quarti area libri differentie reservetur.

De differentia disputanti non eque illud debet occurrere: quod in generis speciei̇que tractatu de collationis ordine querebatur. Illic enī meminimus inquisitū: cur esset omnibus prepositū genus: ut id primū ad disputationem veniret: Cur post genus species esset iniecta. Nūc vero supervacuū ē dicere: cur post speciem differentia sumpta sit: cū illud iam fuerit inquisitū: cur nō ante speciem collocata sit. Quod si mirum videbatur speciem differentie in disputationis loco fuisse prepositā: eo quod differentia cōiunctior: ac magis amplior esset specie: quid est quod possit quisque mirari: si eandē differentiā ante propriū atque accidēs collocaverit. Cū propriū vnius semper sit speciei: vt posterius demonstrabitur: accidens vero exteriorē quandā ostendat naturā nec omnino in substantia predicetur. Differentia vero vtrūque continet: ⁊ de pluribus speciebus ⁊ in substantia pdicetur: sed hec hactenus. Nūc ad ipsa verba Porphyrii redeamus.

Differentia vero cōmuniter: ⁊ proprie ⁊ magis proprie dicitur. communiter quidē differre alterum ab altero dicitur: quoniā alteritate quadā differt quocūque modo: vel a seipso vel ab alio. differt enī socrates a platone alteritate quadam: ⁊ ipse a se vel iam puero: vel iaz viro: vel iam faciente aliquid: vel quiescente: ⁊ ⁊ semper in aliquo modo habendi se alteritatibus spectatur. Proprie autē differre alterum ab altero dicitur: quādo inseparabili accidente alteruz ab altero differt. Inseparabile vero accidens est: vt nasi curuitas cecitas oculorū: ⁊ cicatrix: cuz ex vulnere occaluerit. Magis autē proprie alterū differre ab altero dicitur: quādo specifica differētia differt: quēadmodū homo ab equo specifica differētia differt rationali qualitate.

Tribus modis aliud ab alio distare prediximus: genere specie: numero: i quibus omnibus aut secundū substātiales quasdam differentias alia res distat ab alia: aut secundū accidens. Nam que genere vel specie distant: substantialibus quibusdā differentiis disgregata sunt. Iccirco quā omnia genera ⁊ species quibusdā differentiis substantialibus informantur. Nam cuz homo ab arbore genere: differt animalis sensibilis qualitas in eo differētiā facit. Addita enī sensibilis qualitas animato animal facit. Eadem quidē detracta facit animatū atque insensibile que sunt virgulata. igitur homo atque arbor que genere differunt (vtraque enim sub animalis genere poni non possunt) differentia sensibili secundū genus discrepant que vnius extremi tantūmodo generis idest hominis informat: vt dictū est. Illa vero que specie distant manifestum est: quod ipsa quoque differentiis substantialibus discrepant: vt rationalitate atque irrationalitate homo atque equus differētiis substātialibus distāt. Ea vero que individua sunt ⁊ solo numero discrepant solis accidentibus distant. hec autem sunt vel separabilia vel inseparabilia. Separabilia quidē: vt moveri dormire. distat enim aliquis ab alio quod ipse somno premitur: hic vigilet. Distat item inseparabilibus accidentibus: quod hic statur̨e sit longius: hic minime. Que cū ita sint: in ternarium numerū has differentiaruz diversitates Porphyrius colligit: hisque ipse nomina quibus post vtatur apponit dicens. Omnis differentia vel cōmuniter vel propria: vel magis propria nuncupatur. Cōmuniter quidem eaz differentiā sumens: que quodlibet accidens monstraret: que in quadā alteritate consistat: vt si Plato a Socrate differat quod ille sedeat hic ambulet: vel quod ille senex: hic vero sit iuvenis. a seipso etiaz sepe aliquis differre potest. vt si nunc quidem faciat aliquid cū ante quieverit: vel si nūc adolescēs iam factus sit: cum prius tenera viruisset infantia. Communes autez differentie nūcupate sunt: quā nullius proprie eē possunt differētie: que separabilia accidentia sola significāt. Nā ⁊ stare ⁊ sedere ⁊ facere aliquid ac non facere aliquid multorum: atque ideo omniū sunt: ⁊ separabilia esse accidentia manifestuz est. Quibus si qua differunt cōmunibus differentiis distare dicuntur. Preterea puerū esse: atque adolescentem vel senem ea separabilia sunt accidentia. Nam ex puericia ad adolescentiā: atque hinc ad senectutē ab hac denique ad decrepitam vsque etatem nature ipsius necessitate [illegible]. [illegible] dubitabile de vniuscuiusque forma corporis an vllo modo separari [illegible] [illegible] ea quoque est separabilis forma. nullus enim diuturna ac stabili forma perdurat. Iccirco nec peregrinus pater relictum domi puerum ⁊ si adolescentē rediens viderit posset agnoscere. forma enim semper que ante fuerat: permutatur atque ipsa alteritas qua distamus ab altero semper diversa est. Constat igitur hanc cōmunē differentiā separabilibus maxime accidentibus applicari. propria vero est que inseparabilia significat accidentia. Ea huiusmodi sunt: vt si quis cesiis nascatur oculis: si quis incurvo naso. dum enim adest nasus atque oculi: ille cesius: ille semper erit incurvus: atque hoc per naturaz Sunt vero alia que per accidens corporibus fiunt: vt si cui vulnus inflictum cicatrice fuerit obductuz hoc si occaluerit propriam differentiam facit. distabit enī alter ab altero quod hic cicatricem habeat. ille vero minime. postremoque in his omnibus vel separabilibus accidentibus vel inseparabilibus: alia sunt naturaliter accidentia: alia extrinsecus. Naturaliter quidem vt puericia vel iuventus ⁊ totius cōfirmatio corporis: Sic quoque cesitas oculorum ⁊ curuitas nasi. Quorum superiora quidem exēpla separabilis accidentis per naturam sunt. posteriora vero inseparabilis accidentis. Item extrinsecus vel ambulare vel currere. id enim non natura sed sola affert voluntas. Natura vero posse tantū dat. non etiam facere: atque hec sunt separabilis accidentis extrinsecus venientis exempla. Illa vero inseparabilis accidentis extrinsecus vt si cui cicatrix obducta vulneri occaluerit. Magis proprie aūt differentie perdicātur: que non accidēs sed substantiam formant: vt hominis rationabilitas. differt enim homo a ceteris quod rationalis est: vel quod

mortalia. Hę sunt igitur magis proprię que monstrant informantque substantiam. Nam si illę quidem idcirco communes dicuntur: quia separabiles atque omnium sunt: ilę autem proprię quoniam separari non possunt. quoniam sint in accidentium numero: illę magis iure proprię predicantur: atque vt planius liqueat: Quę non modo a subiecto separari non possunt: verum etiam subiectis ipsis speciem substantiamque perficiunt. Ex his igitur tribus differentiarum diuersitatibus idest communibus propriis: et magis propriis. sunt secundum genus vel speciem vel numerum discrepantię. Nam ex communibus et propriis secundum numerum distantię nascunt. Ex magis propriis vero secundum genus ac speciem.

Uniuersaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet adueniens: sed ea quę est communiter et proprię alteratum facit: illa autem quę est magis proprię aliud. Differentiarum enim alię quidem alteratum faciunt: alię vero aliud. Ille quidem quę faciunt aliud specifice vocantur: ille vero quę alteratum: simpliciter differentię. animali enim rationalis differentia adueniens aliud facit animal: et speciem animalis facit. Illa vero quę est mouendi: alteratum facit solum a quiescente. Quare hęc quidem aliud: illa vero alteratum solum facit.

Omnis differentia alterius ab altero distantiam facit. Sed hec vel est communis et continens vel circa quandam propria et magis propria differentiarum modo. quare quicquid qualibet ratione ab alio diuersum est alteratum esse dicitur. Qui vero accidenti illi diuersitatem: vt etiam specifica quadam differentia sit diuersum: non alteratum solum: verum etiam aliud esse predicatur. Alteratio igitur continens est: aliud vero intra alterationis spacium continetur. igitur omne quod aliud est: alteratum est: sed non omne quod alteratum est aliud dici potest. Itaque si accidentibus aliquibus fuerit facta diuersitas: alteratum quidem effectum est: Quoniam quidem quolibet modo vel ex quibuslibet differentiis considerata diuersitas alterationem facit intelligi. aliud vero non fit: nisi substantiali differentia alterum ab altero fuerit disiunctum. Itaque communes et proprię differentię quoniam accidentium (vt dictum est) sunt quę solum efficiunt alteratum. Aliud vero minime. magis autem proprię quoniam substantiam tenent et in subiecti forma predicant non modo alteratum quod est commune vel substantiali vel accidentali differentię: sed etiam aliud faciunt. Quod ea sola retinet differentia quę substantiam continet formamque subiecti. Atque hę quidem differentię quę faciunt aliud specifice nuncupantur. Idcirco quod efficiunt species: quę cum substantialibus differentiis informauerint. faciunt ab aliis ita esse diuersum: vt non alterum solum sit: verum etiam toto aliud esse predicetur. Itaque fit huiusmodi diuisio. Differentiarum alię alteratum faciunt: alię vero aliud et illę quidem quę faciunt alteratum: simpliciter puroque nomine differentię nuncupantur: illę vero quę aliud: specifice differentię predicantur. Atque vt planius liqueat quid sit alteratum. quid aliud. tali describuntur termino vel declarantur exemplo. Aliud est quod tota speciei ratione diuersum est: vt equus ab homine: quem rationalis differentia animali adueniens hominem fecit: aliudque eum quam equum esse constituit. Item si vnus homo sedeat: alter assistat: non efficitur homo diuersus ab homine: sed eos alteratio sola disiungit: vt eum qui assistit ab eo qui sedet alteratum faciat. Itemque si ille sit nigris oculis: ille cesiis: nihil quantum ad formam humanitatis attinet permutatum est. Item secundum has differentias alteratio sola consistit. at si equus quidem iaceat: homo vero ambulet: et aliud est equus ab homine et alteratum. dupliciter quidem alteratum: semel vero aliud. Alteratum enim est quod omnino specie diuersum est et est aliud. Omne enim aliud vt dictum est etiam alteratum est: vel quod accidentibus distat: quod ille iacet: hic ambulet. Semel vero est aliud: quod rationabili atque irrationabili differentiis disgregant: quę specifice sunt et substantiales dicuntur. Est igitur alteratum: quod ab altero qualibet ratione diuersum est.

Secundum igitur aliud facientes differentias diuisiones fiunt a generibus in species et diffinitiones assignantur: quę sunt ex genere et huiusmodi differentiis. secundum autem eas quę solum alteratum faciunt: alterationes solum consistunt: et aliquo modo se habentis permutationes.

Quoniam in principio operis generis speciei ac differentię proprii et accidentis noticiam ad diuisionem atque diffinitionem vtilem esse predixit. Idcirco nunc differentiarum ipsarum facta diuisione eas departitur et segregat: quę nam differentię diuisionibus ac diffinitionibus accomodentur: quę vero minime. Quoniam igitur diuisio generis ita in species facienda est: vt ille a se species omni substantię ratione diuersę sint. Idcirco non probat esse assumendas eas ad diuisionem differentias: quę vel separabilis vel inseparabilis accidentis significationem tenent: vel eas differentias quę faciunt alterata. Idcirco quoniam (vt dictum est) solum faciunt alteratum: aliud vero efficere et informare non possunt. Inutiles igitur sunt ad diuisionem hę differentię quę faciunt alteratum. Segregatę igitur sunt communes et proprię a generis diuisione: illę assumendę tantum quę sunt magis proprię. Nam illę faciunt aliud. quod generis diuisio videtur exposcere. Ad diffinitionem quoque eadem magis proprię plurimum valeret. Communes namque et proprię velut inutiles segregantur. nam communes et proprię quoniam accidens diuersi generis ferunt: nihil substantię ratione conformant. Diffinitio vero omnis substantiam conatur ostendere. Specifice vero differentię illę sunt: quę vt superius dictum est: speciem informant substantiamque perficiunt. Hę sunt magis proprię eadem igitur sicut in diuisionem generis: ita etiam in diffinitionem speciei sumuntur: nam diuisio ad partitionem generis accomodantur. Ita enim cum diuisę sint genere generis aliud constituunt quam erat. In substantię vero diffinitione speciei informationem faciunt. ...[illegible] proprię et aliud faciant et specifice sint eo quod aliud faciunt diuisionibus aptę sunt: hę vero quę speciem informant diffinitionibus accomodatę sunt. Communes autem et proprię quoniam neque aliud faciunt: sed alteratum: neque omnino substantiam monstrant: et a diuisione et a diffinitione disiunctę sunt.

A superioribus rursus inchoantibus dicendum est. differentiarum alias quidem esse separabiles: alias vero inseparabiles. Moueri enim et quiescere: et sanum esse: et egrum: et quecumque his proxima sunt separabilia sunt. At vero aquilum esse vel simum: vel rationale: vel irrationale: inseparabilia sunt. Inseparabilium autem alię quidem sunt per se: alię vero per accidens. nam rationale per se inest homini: et mortale: et disciplinę esse susceptibile. At vero aquilum esse vel simum per accidens: et non per se.

Superius differentias triplici diuisione partitus est dicens: aut communes esse: aut proprias: aut magis proprias: dehinc eas alia diuisione in duas secuit partes dicens: has quidem aliud facere: alias vero alteratum. Nunc tertiam eas iudem facit diuisionem dicens: alias esse separabiles: alias inseparabiles. post autem de vnaquaque earum ...[illegible]

differentię: plurimas fieri diuisiones: ut ex ipsa differētiarū natura manifestū est. Nā si ōis diuisio differētiis distribuitur: quoniam multę sunt differētię: multas diuisiones esse necesse est. Fit aūt ut alias quidē diuidat hoc modo. Animaliū alia quidē sunt rōnalia alia irrationalia. Item alia mortalia alia imortalia. Itē alia pedes habētia alia minime. Rursus alia herbis vescētia alia carnib⁹: alia seminib⁹. Ita nihil mirū videri debet si multiplex differētię est partitio facta. Ac p̄rimāq̄dē cū in tertiarum differentię membra secuisset: cōmunes ꝓprias ⁊ magis ꝓprias nuncupauit. Secūda vero diuisio cōmunes ⁊ ꝓprias intra nomen alteratū facientis inclusit. Magis proprias vero intra aliud facientis. Nec vero tertia diuisio qua ait differentiarū alias esse seperabiles alias inseperabiles intra vocabulum inseperabilis. unam quidem ex facientibus alteratum inseperabilibus differentiis ponit: cętera vero inter seperabilis differentię vocabulū claudit: vna enim ex alteratū facientibus .i. ꝓpria differentia. ⁊ reliqua quę aliud facere demonstrata est: id est magis propria: inseperabiles differentię esse dicuntur. Quarum quidē subdiuisio fit inseperabiliū differentiarū: alię sunt per se: alię per accidens: quę per se quidem magis ꝓprię: secundū accidens vero proprię: per se aūt aliquid inesse dicitur: qđ alicui⁹ substantiā informat. Si enim idcirco quęlibet species est: quoniā substantiali differentia constituitur. Illa differentia p se adest subiecto: neq; per accidens: aut quodlibet aliud mediū: sed sui presentia speciem quā tuetur informat: ut hominē rationalitas. homini enim huiusmodi differentia per se inest. Idcirco homo est: quia rationabilitas adest. Quę si discesserit: species hominis nō manebit: ⁊ has quidem quę substantiales sunt: inseperabiles esse nullus ignorat. Seperari enim a subiecto nō poterunt: nisi interempta sit natura subiecti. Secūdum accidens vero inseperabiles differentię sunt. hę ꝓprię nuncupantur: vt aquilū esse: vel simū. quę idcirco per accidens nuncupantur quoniā iam constitutę speciei extrinsecus accidunt: nihil subiecto substantię commodantes.

Illę igitur quę per se sunt: in ratione substātię accipiuntur: ⁊ faciunt aliud: illę vero quę scđm accidens: nec in substantię ratione accipiuntur: nec faciunt aliud: sed alteratum: ⁊ illę quidem quę per se sunt: non suscipiunt magis ⁊ minus: illę vero quę per accidens ⁊ si inseperabiles sunt: intentionem accipiunt ⁊ remissionē. nam neq; genus magis ⁊ minus predicatur de eo cuius est genus: neq; generis differentię: scđm quas diuiditur. ipsę enim sunt: quę vniuscuiusq; rationem complent: esse autem vnicuiq; vnū ⁊ idem: nec intensionem nec remissionem suscipiens est. aquilū autem vel simū esse vel coloratum aliquo modo ⁊ intenditur ⁊ remittitur.

Differentiis rite partitis earum inter se distantiā mōstrat Porphyrius. Atq; vnā quidē reperit quā superi⁹ dixit. Cū .n. tres ee diuisisset .s. differētias cōes: ꝓprias: magis proprias: alteratū facere dixit proprias sicut etiam cōmunes: aliud vero minime: sed h̄ solis magis ꝓpriis reseruauit. nūc igit idē repetit dicēs. Quę inseperabiles differentię quę substantiā monstrant. Id est quę per se subiectis speciebus insunt. easq; perficiūt aliud faciunt. Illę vero quę sunt proprię id est secundū accidens inseparabiles differētię: neq; in substātia sūt neq; aliud faciunt: sed tantum (vt superius dictū est) alteratum. Item alia distantia est earum differentiarū quę secundum substantiam sunt ab his quę secundum accidēs. Quoniā quę substantiā monstrant intēdi aut remitti non possunt. Quę vero scđm accidens ⁊ intentione crescūt ⁊ remissione decrescunt. id autē probatur hoc modo. vnicuiq; aūt rei esse suum neq; crescere neq; diminui potest. nā qui homo est: humanitatis suę nec crementa potest nec decremēta suscipere. Nā neq; ipse a se plus aut minus hodie vel quolibet alio tēpore homo esse potest: nec homo rursus ab alio homine pl⁹ homo potest esse vel animal. Utriq; enim ęqualiter aīalia ęqualiter homines esse dicuntur. Quod si vnicuiq; esse suum nec cremento ampliari potest nec imminutione vel diminutione decrescere: quod per id facile mōstrari pōt quoniā quę genera sunt vel species: nulla itentione vł remissione variantantur. Non est dubium: quin differētię quoq; q̄ vniuscuiusq; spēi cui⁹ substātiā īformāt: nec remissionis detrimenta suscipiant: nec intentionis augmenta. Itaq; substantiales differentię neq; intentionē neq; remissionem suscipiunt. huius causa hęc est. Quoniā esse vnicuiq; vnū ⁊ idem est ⁊ itentionē remissionemq; non suscipit. huius exemplū sit. Genus enī dici nō potest pl⁹ minusue cuilibet esse gen⁹. Omnib⁹ enim gen⁹ ęqualiter semper ponitur. Differētię quoq; quę diuidunt genus ⁊ informant speciem: quoniā speciei essentiā copulant vel cōplent: nec intentionem recipiunt nec remissionem. Quę vero scđm accidens differentię sunt inseperabiles. vt simū esse vel aquilum. vel coloratum aliquo modo. ⁊ intentionē suscipiūt ⁊ remissionem. Fieri enim potest vt hic paulo sit nigrior hic vero amplius simus sit: ille minus aquilinus. At vero quia omnes homines ęqualiter rationales mortalesq; sunt: nec specierū. nec differentiarū naturę videtur amittere.

Cū igitē tres spēs differētię cōsiderent: ⁊ cū hę quidē sint seperabiles: ⁊ illę vero inseperabiles: ⁊ rursus inseperabiliū hę quidem sint per se illę vero per accidens: rursus earū quę per se sunt differentiarū: alię quidē sunt scđm quas diuidimus genera in species: alię vero scđm quas ea quę diuisa sunt specificantur: vt cum per se differentię omnes huiusmodi animalis sint: animati ⁊ sensibilis: rationalis ⁊ irrationalis: mortalis ⁊ imortalis ea quidē quę est animati ⁊ sensibilis differentia: constitutiua est animalis substantię. est enī animal substantia animata sensibilis ea vero quę est mortalis ⁊ imortalis differentia: ⁊ rationalis: ⁊ irrationalis: diuisiuę sunt animalis differentię. per eas enim genera in species diuidimus.

Fit nunc differentiarum plena ⁊ suprema diuisio: quę est huiusmodi differentiarū alię seperabiles: alię inseperabiles. inseperabiliū: alię sunt scđm accidens: alię substantiales. Substantialiū: alię sunt diuisibiles generis: alię constitutiuę specierum. Quod vero ait. Cum igitur tres species differentię cōsiderētur: ad hoc retulit quod in prima differentiarum diuisione partim eas cōmunes esse: partim proprias partim magis proprias dixit quas rursus tres differētias: alias seperabiles eē mōstrauit: alias iseparabiles. Seperabiles quidē cōmunes: inseperabiles vero proprias ac magis proprias. Inseperabilium vero fecit diuisionem dicens: alias nō esse secundum se: alias scđm substantiam considerari ⁊ alias esse scđm accidens q̄ ꝓpę nūcupātur. Magis ꝓprias vero secundum substantiam considerari. Earum vero quę secundum substantiam sunt: subdiuisionē fa-

cie: ꝙ alię earum genus diuidunt: alię speciẽ informãt. Ad cuius rei faciliorem cognitionẽ illa tertij libri specierum generumqꝫ dispositio vel descriptio transcribatur. Sitqꝫ primum substantia: sub hac corporeum atqꝫ incorporeum: sub corpore animatum atqꝫ inanimatũ: sub animato sensibile atqꝫ insensibile: sub quo animal: sub animali rationale: sub rationali atqꝫ irrationali mortale atqꝫ immortale. Et sub mortali species hominis: quę solis deinceps indiuiduis pręponatur. In hac igitur diuisione oẽs hę differentię specię nũcupãtur. Generum enim specierumqꝫ differentię sunt: sed generum quidẽ diuisiuę: specierum aũt constitutiuę. id autẽ probatur hoc modo. Substantiam quidem corporei atqꝫ incorporei differentię partiuntur. Corporeũ vero aĩati atqꝫ inanimati: animatum enim sensibilis atqꝫ insensibilis partiuntur. Ita igitur genera substantiales differentię partiuntur: & dicantur generũ diuisiuę. At vero si eędem differentię a genere descendentes quę genus diuidunt colligantur: & vnum ad quod possit iungi copulentur species informantur: vt quidẽ animal substantię sit species. Omnia enim superiora de inferioribus prędicantur & quicquid inferius fuerit species erit etiam superioris. Animatũ tamẽ atqꝫ sensibile quę sunt eiusdem differẽtię: si referantur ad genera: diuisiuę sunt. Constitutiuę vero sunt animalis: eiusqꝫ substantiam formant atqꝫ constituunt: diffinitionẽqꝫ conformant: ut sit substantia animata sensibilis. Substantia quidem est genus: animatũ vero atqꝫ sensibile constitutiuę eiusdẽ differentię. Itẽ animal rationali atqꝫ irrationali: mortali atqꝫ imortali diuiditur. sed iuncta rationalitas atqꝫ mortalitas: quę animalis diuisiuę fuerant: fiunt hoĩs constitutiuę atqꝫ pficiunt speciẽ: atqꝫ omnẽ eius rationẽ diffinitionis informãt atqꝫ pficiũt. At si irrationalitas cũ mortalitate iũgatur: fiet equus atqꝫ quodlibet animal: qđ ratione non vtitur. Rationabilitas vero atqꝫ imortalitas copulatę substantiam dei informant. Ita igitur eędem cũ referuntur ad genera diuisiuę generum fiunt. Si vero ad inferiores species considerentur: informant species: earumqꝫ substantiã cõuenienti copulatione cõstituunt. In hoc quęsitum est. quemadmodũ dicerent esse hę differentię specierum cõstitutiuę: cũ irrationabilis differentia atqꝫ imortalis nullã speciem videntur efficere. Respondemus quidem primũ placere Aristo. celestia corpora animata nõ esse. Quod vero animatũ nõ sit: animal esse non posse. quod vero non sit animal: nec rationale esse conceditur: sed eadẽ corpora propter simplicitatem et perpetuitatẽ motus ęterna esse cõfirmat. Est igitur aliquid ꝙ ex duabus his differentijs conficiatur irrationabili scilicet atqꝫ imortali. Quod si magis concedendũ Platoni est: & celestia corpora aĩata esse credendũ nullum est quod his differentijs potest esse subiectum. Quicquid enim irratiõabile est: corruptioni subiacens & generationi immortale esse non poterit. sed tñ hę differentię: quoniã substantialium differẽtiarũ in numero sunt: si iungi vllo modo potuissent. earũ naturam & speciem quoqꝫ possent efficere. atqꝫ vt intelligatur quę sit hęc potentia efficiendę substantię specieiqꝫ formandę. Respiciamus ad proprias atqꝫ cõmunes: quę tametsi iungantur: speciẽ substantiãqꝫ nulla ratione cõstituũt. Si quis enim loquatur ambulans: quę sunt duę cões differẽtię: vel si longus vel albus: nũ idcirco ab eisdẽ eius substantia constituitur? minime. Cur? qr eiusdem sunt generis: quę alicuius possunt constituere & cõformare substantiam. ita igitur hę idest irrationale atqꝫ immortale: etiam si subiectũ aliquid substantię habere nõ possunt: possent tamen substantiã efficere si vllo modo iungi copularique potuissent. Preterea irrationale iũctũ cũ mortali substãtia pecudem facit. Est igit cõstitutiua irrationalis differẽtia. Item imortale atqꝫ rationale cõiuncta efficiunt deum. Est igitur immortale qđ speciẽ format. Quod si inter se iungi nequeunt: non idcirco ꝙ in natura eorum est: abrogatur.

Sed hę quidem quę diuisiuę sũt differẽtię generũ: cõpletiuę sũt: & cõstitutiuę specierũ. diuiditur enĩ aĩal rationali & irrationali differentia: & rursus mortali & imortali differẽtia. sed ea quę sũt rationalis differẽtię & mortalis: cõstitutiuę sũt hoĩs: rationalis vero & immortalis dei: illę vero quę sũt irrationalis & mortalis: irrationabiliũ animaliũ. Sic & suprema substantia cũ diuisiua sit animati & inaĩati differentia: sensibili & insensibili: animata & sensibilis congregatę ad substantiã animal perfecerunt: animata vero & insensibilis perfecerunt plantam.

Geminum differentiarum vsum esse demõstrat: vnũ quidem quo genera diuiduntur: aliũ quo species informantur. neqꝫ enim hoc solum differentię faciunt: vt genera partiantur: verum etiam dũ genera diuidũt: species in quas genera deducuntur efficiũt. Itaqꝫ quę diuisiuę sunt generũ sunt constitutiuę specierũ: huiusqꝫ illud exemplũ est: quod ipse subiecit. Animalis quippe differentię sunt diuisiuę: rationale atqꝫ irrationale. Omne enim qđ animal est: aut rationale aut irrationale: aut mortale aut imortale est. Sed istę differẽtię quę diuidunt genus quod est animal: speciei substantiam formãqꝫ constituunt. Nam cũ sit homo aĩal: efficitur rationali mortaliqꝫ differentijs: quę dudũ animal partiebantur. Itẽ cum sit equus animal: irõnali mortaliqꝫ differentijs constituitur: quę dudũ animal diuidebãt. Deus autẽ cum sit aĩal: vt de sole dicimus: rationali imortaliqꝫ efficitur differentijs: quas diuidere genus cõuenienter habita portio paulo ante monstrauit. Sed hic (vt diximus) deum corporeũ intelligi oportet: vt solẽ & celũ cęteraqꝫ huiusmodi: quę cũ animata & rationabilia Plato esse confirmat: tũ etiã deorũ vocabulo antiquitatis veneratione probant esse subiecta: de primo quoqꝫ genere. i. substãtia demõstrãt venire. Nã cũ eius diuisiuę sint differentię animatũ atqꝫ inanimatũ: sensibile atqꝫ insensibile: iunctę differẽtię sensibile atqꝫ animatũ efficiunt substantiã animatã atqꝫ sensibilẽ: quod est animal. Iure igitur dictũ est quę diuisiuę sunt differentię generum: easdem esse constitutiuas & completiuas specierum.

Quoniam ergo eędẽ aliquo modo acceptę fiunt constitutiuę: aliquo modo aũt diuisiuę: omnes specificę dicũtur: & his maxime opus est ad diuisiones generum & diffinitiones specierũ: sed non his quę scđm accidens inseparabiles nec magis his quę sũt separabiles.

Omnes a genere differẽtias pcedentes genus ipsũ a quo procedunt: nullus diuidere ignorat. Ipsę aũt quę diuidunt genus si ad posteriores species applicentur: informant substãtias earũ easqꝫ perficiunt. Eędẽ igitur sunt cõstitutiuę specierũ. eędẽ sunt diuisibiles generũ tamẽ alio modo atqꝫ alio cõsideratę: vt si ad genus relatę quidẽ in contrariã diuisionẽ spectentur: diuisibiles generũ inueniunt. Si vero iunctę aliquid efficere possunt: specierũ constitutiuę sunt. Quę cũ ita sint: hę differentię quę genus diuidunt: rectissime diuisiuę nominantur. Quę enĩ cõstituunt speciẽ: eędem specificę nuncupantur: sed constituunt speciẽ hę differentię: q̄ sunt generis diuisiuę: igitur quę sunt generũ diuisiuę & constitutiuę specificę nuncupantur. his igitur in diuisione generis & in diffinitione specierũ accipi oportere ma

manifestuz est: quę enim diuisiuę sunt: p eas diuidi oportet genus: quoniā aūt cōstitutiuę per eas spēs diffiniri: quibus enim vnūquodqz cōstituitur: eisdem etiam diffinitur. Constituuntur aūt species p differentias generis diuisiuas: quę sunt specificę. Iure igitur hę specificę sole & in generis diuisione & in specierū diffinitiōe ponuntur: & de specificis quidem hęc ratio est. De his autē quę vel seperabilia vel inseperabilia cōtinent accidentia: nihil in generū diuisione vel diffinitione specierū poterit assumi: idcirco quoniā quę diuisibiles sunt substantiā generis diuidunt: & quę constitutiuę sunt: substantiā speciei constituūt. Quę vero sunt inseperabilia accidentia: nullius speciei substantiam informāt vnde fit vt multo minus seperabilia accidentia ad diuisionē generū vel specierū diffinitiones accomodentur. Omnino enim dissimiles sunt substātialibus differētijs. Nam inseperabilia accidentia hoc fortasse habeāt cōe cum specificis: hoc est cū substantialibus differentijs: q̄ eque subiectū nō derelinquūt: sicut nec specificę differentię. Seperabilia aūt accidētia: nec hoc quidem separari enim possunt: nec tñ potestate & mētis rōne: sed actu etiā presentia: & omnino veniendi vel discedendi varietatibus permutantur.

Quas etiā determinātes dicunt. Differētia est qua abundat spēs a genere. hō enim ab animali plus habet rationale & mortale. aīal enī ipsuz nihil hoz est. nā vnde habērent species differentias: nec enī oēs oppositas habet. nāqz idem simul habebit oppositas sed quēadmoduz probant: potestate qdem habet oēs differentias sub se: actu vero nullam. Et sic nec ex his quę non sunt aliquid fit: nec in eodē simul opposita erunt.

¶ Specificas differentias diffinitiōe ꝯcludit dicens: substantiales differentias a quibusdaz tali descriptōis rōne diffiniri. Differentia specifica est qua abūdat species a genere. sit enim genus animal: spēs homo. habet igitur homo differentias in se: quę constituūt vt rōnale atqz mortale. oīs enim species constitutiuas formę suę differentias in se retinet: nec preter illas esse potest: quarū ꝯgregatione perfecta est. Si igitur animal solū genus est: homo vero animal rationale mortale: plus habet homo ab animali id quod rationale est atqz mortale. Nō igitur abūdat species a genere: id quod superat genus & quod plus habet a genere: hoc est specifica differentia. Sed huic diffinitioni quędā questio videtur occurrere: habens principiū ex duabus per se ꝓpositionibus notis: vna quidē q̄m duo contraria in eodē esse nō possunt: alia vo quoniā ex nihilo nihil fit. Nā neqz contraria pati sese possunt in vno: vt in eodē simul sint nec aliquid ex nihilo fieri potest. Omne enī qđ fit: habet aliquid vnde fieri possit atqz formari. Hę ꝓpositiones talē faciunt questionē: dictū est differentiaz esse id qua plus abūdet spēs a genere. Nō igitur dicēdū ne est: genus eas differentias quas habent species nō habere: & vnde habebit spēs differentias: quas genus non habet: nisi enim sit vnde veniant differentię in speciem venire non possunt: quod si genus quidē has differētias non habet spēs autem habet videt ex nihilo differentia in speciē cōuenisse: & factū eē aliquid ex nihilo: q̄ fieri nō posse superius dicta ꝓpositio monstrauit: q̄ si differentias omnes genus continet. Differentię aūt in cōtraria dissoluūtur: fiet vt rationalitatē atqz irrationalitatē mortalitatē atqz imortalitatē simul habeat quod qđ est genus: & erūt in eodē bina ꝯtraria. qđ fieri nō pot. Neqz enī sicut in corpe solet esse alia pars alba: alia nigra: ita fieri in genere pōt. genus enī per se cōsideratū ꝑtes nō hʒ nisi ad spēs referat: quicqđ igitur habet genus: non partibus sed tota sui magnitudine retinebit. Nec illud dubium est quin partibus genus habeat cōtrarietates: vt animal in hoīe habet rationabilitatē: in boue vero contrarium. Sed nunc non de speciebus q̄rimus: de quibus genus constat: sed an ipsū per se genus eas differētias: quas habet species habere possit atqz intra suę substantię ambitum cōtinere possit. hanc igitur questionē tali rōne dissoluimus. Potest quilibet id qđ est nō esse sed alio modo esse: alio vero nō esse: vt Socrates vo cū stat: & sedet & nō sedet sed & quidē potestate: actu vero nō sedet. Cū enī stat: manifestuz est eum non agere sessionē: sed potius standi imobilitatē. Sed rursus cū stat: sedet: non q̄r iam sedet: sed q̄r sedere pōt: ita actu quidē non sedet: potestate vo sedet: & ouū aīal est: & non est aīal: nō est quidē aīal actu: adhuc nanqz ouū est: nec aīalis quidem ꝑcessit viuificatio: sed idē est tñ aīal potestate: q̄r pōt esse animal: cū formā ac speciē viuificationis acceperit. Ita igiť genus habet has differentias & nō habet: nō habet quidē actu: sed habet potestate. Si enī ipsuz per se aīal consideretur: differentias non habet. Si aūt ad species reducať: habere potest sed distribute. atqz vt eius speciebus separatim nihil potest euenire contrariū. Ita ipsuz genus si p se cōsidereť: differentijs caret. Nō si ad spēs referať: p distributas species in partibus suis cōtraria retinebit: atqz ita nec ex nihilo venerunt differētię: quas genus retinet potestate: nec vtraqz contraria in eodē sunt: cū ꝯtrarias differentias in eo q̄ dicit genus: actu nō habet. impossibilitas enim eius ꝓpositionis q̄ dicit cōtraria in eodē esse nō posse: in eo cōsistit q̄ cōtraria actu in eodē esse nō possunt. Nam potestate & actu duo ꝯtraria in eodē esse nihil impedit. Quę vo nos cōtraria diximus: Porphyrius opposita nuncupauit. Est enī genus ꝯtrarij oppositum: omnia enim cōtraria sibimetipsis cōsiderantur opposita.

Definiunt autē & hoc modo. Differentia est quę de pluribus & differentibus specie in eo q̄ quale sit predicatur. rationale enim & mortale de homine predicatuz in eo q̄ quale est hō dicitur: sed nō in eo q̄ qđ est. quid quidē enī est homo interrogatis nobis conueniens est dicere aīal. quale autez inquisiti: quoniā rationale & mortale: cōuenienter assignabimus.

¶ Tres sunt interrogationes ad quas genus: species: differentia: proprium: atqz accidēs respondetur. hę autem sunt. Quid sit: quale sit: quomodo se habet. Nā si quis interroget quid est Socrates: responderi per genus ac speciem poterit conuenienter: vt animal: aut homo. Si quis quomodo se habeat Socrates interroget iure accidens respondetur. i. aut sedet: aut legit &c. Si quis vero qualis sit Socrates interroget: aut differentia aut propriū: aut accidēs videtur. i. rōnalis: vel risibilis vel caluus. Sed in proprio quidē illa est obseruatio q̄ illud proprium dicatur quod de vna sola specie dici pōt accidens vero tale est quod qualitatē designat quę non substantiam ostendat. Differentia vero: illa est quę substantiam demonstrat. Interroganti igitur qualis vnaquęqz res sit: si volumus reddere substantię qualitatē: differentiā ꝑdicamus. Quę differentia nunqz de vna tantum specie pdicatur: vt mortale vel rationale: sed de pluribus. Quod igitur de pluribus speciebus inter se differentibus pdicatur ad eam interrogationē: quę q̄le sit id de quo queriť interrogat: ea est differentia. cuius talem posuit diffinitionē. Differētia est quod de pluribus specie differentibus in eo q̄ quale sit pdicatur. Cuius diffinitionis causam rationēqz ꝑtractans ait.

Rebus enim ex materia & forma cōstantibus: vel ad similitudinez proportionemqz

materię ꝛ formę cõstitutionẽ habentibus: quẽadmodũ statua ex materia quidẽ ẽ ęris forma aũt figurę: sic ꝛ hõ cõmunis ꝛ specialis. ex materia quidẽ similiter proportionabiliterqꝫ cõsista ex genere: ex forma aũt differentia. totũ aũt hoc .s. aial rationale mortale homo est: quẽadmodũ illic statua.

¶ Dixit superius differentias esse quę in qualitate speciei predicarentur: nunc autem causas exequitur: cuius speciei qualitas differentia sit. Omnes inquit res vel ex materia formaqꝫ consistunt: vel ad similitudinẽ materię atqꝫ formę substantiã sortiuntur. Ex materia formaqꝫ subsistunt omnia quęcũqꝫ sunt corporalia. Nisi enim sit subiectum corpus quod suscipiat formã: nihil omnino esse potest. Si eniꝫ lapides non fuissent: muri parietesqꝫ nõ essent. Si lignũ non fuisset omnino: nec mensa quidẽ q̃ ex ligni materia esse potuisset. Igitur supposita materia ac preiacente cum in ipsa figura superuenerit: fit quęlibꝫ ipsa res corporea ex materia formaqꝫ subsistens. vt Achillis statua ex ęris materia: ꝛ ex illiꝰ achillis figura perficitur. Atqꝫ ea quidẽ quę corporea sunt manifestũ est ex materia formaqꝫ subsistere. Ea vero quę sunt incorporalia: ad similitudinẽ materię atqꝫ formę habent superpositas priores antiquioresqꝫ naturas: super quas differentię venientes efficiunt aliquid: quod eodẽ modo sicut corpꝰ: tñ q̃ ex forma ac figura consistere videatẽ: vt ĩ genere ac specie additis generi differẽtijs species effecta est. Ut igitur est in Achillis statua ęs qđ materia est: forma vero Achillis qualitas: ꝛ quędam figura: ex quibꝰ efficitur achillis statua: quę subiecta visibus capitur: ita etiã in specie quę est homo: materia qđ genus est: quod est animal: cui superueniens qualitas rationalis: animal rationale. i. speciẽ fecit. Igitur speciei materia q̃dã est genꝰ: forma vero: q̃si qualitas differẽtia. Qđ est igitur in statua ęs: hoc est in specie genus: quod in statua est figura conformans: id in specie differentia. Quod est igitur in statua ipsa statua: quę ex ęre figuraqꝫ conformatur: id in specie ipsa species quę ex genere differentiaqꝫ cõiungitur. Quod si materia quidẽ speciei genus est forma autem differentia: omnis vero forma qualis est: iure omnis differẽtia qualitas appellatur. Quę aũt ita sunt: iure in eo q̃ quale sit interrogatioꝰ responderur.

Describunt autẽ huiusmodi differẽtias: et hoc modo. Differentia est qđ est aptuꝫ natum diuidere ea quę sub eodẽ genere sunt: rationale enĩ ꝛ irrationale: hominẽ ꝛ equũ quę sub eodẽ genere aiali sunt: diuidunt.

Hęc quidẽ diffinitio cũ sit vsitata ꝛ ante oculos disposita: cum tñ exempli insuper lucẽ referauit. Omnes enĩ differẽtię idcirco differentię nuncupentur: q̃ speciei ex se differentię faciunt: quas vnũ genus includit: vt homo atqꝫ equus proprijs discrepant differentijs. Sed sicut homo animal est: ita etiam equus. ergo secundum genus nullo modo distant. Quę igitur secundũ genus nullo modo discrepãt: ea differentijs distribuũtur. Additũ eniꝫ rationale quidẽ homini irrõnale vero equo: equus atqꝫ homo quę sub eodẽ fuerãt genere: distribuũtur ꝛ discrepant: additis .s. differentijs.

Assignant etiaꝫ hoc modo. differentia est: qua differunt a se singula. nãqꝫ hõ ꝛ equus scđm genus nõ differunt. Sumus enĩ animalia nos ꝛ irrationabilia: sed additum rationale disiunxit nos ab illis. ꝛ rationales sumus ꝛ nos ꝛ dij: sed mortale appositum disiunxit nos ab illis.

¶ Uiciosa ratione ꝛ non sana q̃ vult explicat diffinitio quorundam. Id enim dicunt esse differentiaꝫ: qua vnaquęqꝫ res ab alia distat. in qua diffinitione nihil interest q̃ quod ita dixit: an ita concludat. Differentia est id quod est differentia. etenim differentię nomine in eiusdem differentię ꝛ vsus diffinitione dicens. Differentia est qua differunt a se singula. Quod si adhuc differentia non scitur: nisi diffinitione dare sciat: differentia quoqꝫ quid sit: qui poterit agnoscere: ita nihil amplius attulit ad agnitionem: qui differẽtię nomine in eiusdẽ vsus est diffinitione. Est autem cõmunis ꝛ vaga nec includens substantiales differẽtias sed quaslibet etiã accidẽtes hoc modo. Differentia est qua a se differũt singula. Quę enĩ genere sũt eadẽ: eadẽ differẽtia discrepãt vt cum homo atqꝫ equꝰ idem sunt in animalis genere vtraqꝫ sunt animalia. differunt tamen differentia rationali: vt cũ dij atqꝫ homines sub rationalitate sunt positi: differunt tamẽ mortalitate. Rationabile igitur ad equũ hominis differẽtia est: mortale hominis ad deũ atqꝫ hoc quidẽ modo substantiales differentię colliguntur. Quod si socrates sedeat: plato vero ambulet: erit differentia sessio vel ambulatio: quę substãtialis non est. Nãqꝫ illam quoqꝫ differentiam diffinitio videtur includere: cum dicat. differentia est qua differũt a se singula. Cũqꝫ enim socrates a platone distiterit: nullo autẽ modo distare ab alio nisi accidentibus potest: id erit differentia secũdũ superioris terminũ diffinitionis. Quã rem .s. viderunt etiam hi qui diffinitionis huius vagum cõmunemqꝫ finẽ reprehendentes certe conclusionis terminum subiecerunt.

Interius autẽ perscrutãtes differentiã: dicunt nõ quodlibet eoꝝ quę sub eodẽ sunt genere diuidentiũ esse differentiã: sed qđ ad esse cõducit: ꝛ quod est pars eius: qđ est esse rei. Neqꝫ enĩ quod aptum natuꝫ est nauigare: erit hominis differẽtia: ꝛ si propriũ sit hominis. Dicimus enĩ aialiũ hęc quidẽ apta nata esse ad nauigandũ: illa vero minime: diuidẽtes hoiem ab alijs: sed natum esse ꝛ aptũ ad nauigandũ: nõ erat cõpletiuũ substantię: nec eius pars: sed aptitudo quędã solũ. Icirco nõ est talis: quales sũt differentię: quę specificę dicũtur. Erunt ergo specificę differentię: quęcũqꝫ alteram faciunt speciem: ꝛ quęcũqꝫ in eo q̃ quale ẽ accipiuntur ꝛ de differentijs quidem ista sufficiunt.

¶ Sensus ppositionis huiusmodi est. Quoniã superius dixit determinasse quosdã differentiam esse: qua a se singula discreparent. Ait alios diligentius differentiam pscrutantes non fuisse arbitratos recte esse superiꝰ propositaꝫ diffinitionem. Neqꝫ enĩ omnia quęcũqꝫ sub eodẽ posita sunt genere quę faciũt differre differẽtię: his de quibꝰ nũc tractatẽ. i. specificę nominari queũt. Plures enĩ sũt quę ita diuidunt species sub vno genere positas: vt tamen eoꝝ substantiã minime conformẽt. Quia nõ videntẽ eẽ differẽtię specificę: nisi ille tñ q̃ ad id q̃ ẽ esse pficiunt idest hę quę in diffinitionibus aliarꝰ partes ponuntur. Ea autẽ sunt: vt rationale hominis. Nã substantiam hominis cõformat: ꝛ ad esse hominis proficit: ꝛ diffinitionis eius hominis pars est. Nisi ergo ad id quod est esse conducit: ꝛ eius rei quod est esse pars est specifica differentia nullo modo poterit nuncupari.

¶ Quid est autẽ esse rei: nihil aliud nisi diffinitio. Unicuiqꝫ enim rei interrogate quid est. Si quis quod ẽ esse monstrare voluerit: diffinitionẽ dicit. Ergo si quid diffinitionis pars fuerit: eiꝰ erit pars quod vniuscuiusqꝫ rei quid sit esse designet. Diffinitio est quidẽ quę quid

unaqueque res sit ostendit ac profert: demonstraturque quod unaquaque res sit esse per diffinitionis assignationem. Que vero differentie que non ad substantiam conducunt: sed quoddam quasi extrinsecus accidens afferunt: specifice non dicuntur licet sub eodem genere positas species faciant discrepare. Ut si quis hominis atque equi hanc differentiam facit aptum esse ad navigandum, homo autem aptus est ad navigandum: equus vero minime. et cum sit equus atque homo sub eodem genere animalis addita differentia aptum esse ad navigandum equum distinxit ab homine. Sed aptum esse ad navigandum non est huiusmodi qualitas illud per quod possit hominis formare substantiam sicut rationale que est substantialis qualitas: sed tantum quandam quodammodo aptitudinem monstrat: et ad faciendum aliquid vel non faciendum opportunitatem. Idcirco specifica differentia esse non dicitur. quo fit ut non omnis differentia que positas sub se species distribuit: specifica esse possit: sed ea tantum que ad substantiam speciei proficit et que in parte diffinitionis accipitur. Concludit ergo eas esse specificas differentias que alteras a se species faciunt per distantiam substantialem. nam si unumquodque id est esse quodcunque substantialiter fuerit: queque differentie substantialiter diverse sunt: illas species quibus adsunt omni substantia faciunt alias ac discrepantes, atque he in diffinitionis parte sumuntur. nam si diffinitio substantiam monstrat: et substantiales differentie species efficiunt. substantiales differentie partes sunt diffinitionum.

Proprium vero quadrifariam dividunt. Nam et id quod soli alicui speciei accidit et si non omni proprium est: ut homini esse medicum vel geometram. Et quod omni accidit et si non soli: quemadmodum homini esse bipedem. Et quod soli et omni et aliquando: ut homini in senectute canescere. Et quod soli et omni et semper: quemadmodum homini esse risibile. nam et si non rideat semper: tamen risibilis dicitur: non quod iam rideat: sed quod aptus natus sit ad ridendum. hoc autem ei semper naturale est: ut equo hinnibile. Hec autem nominantur vere propria: quoniam convertuntur. quicquid enim est equus: hinnibile est: et quicquid est hinnibile est equus.

Superius dictum est omnia propria ex accidentium genere descendere. Quicquid enim de de aliquo predicatur aut substantiam informat: aut secundum accidens inest. Nihil vero est quod rei substantiam monstret nisi genus species et differentia. Genus quidem et differentia monstrant substantiam speciei. Species vero individuorum. Quicquid ergo reliquum est in accidentium numero ponitur. Sed quoniam ipsa accidentia habent inter se aliquam differentiam: idcirco alia quidem propria: alia priora atque antiquiore nomine accidentia nuncupantur et de accidentibus paulo post. Nunc de propriis que quadrifariam dividuntur: non ut tanquam aliquod proprium in quatuor dividi secarique possit: sed hoc quod ait dividunt ita intelligendum tanquam si diceret nuncupant. id est proprium quadrifariam dicunt: cuius quadrifarie appellationis significationes enumerat: ut que sit congrua et conveniens nuncupatio proprietatis ostendat. Dicit ergo quod proprium primo est accidens quod ita uni speciei adest: ut tamen nullo modo coequetur ei: sed infra subsistat ac maneat: ut hominis dicitur proprium medicum esse: idcirco quod nulli alii inesse animalium potest. Nec illud attendimus an hoc de omni homine dici potest medicum esse. Et hec quidem significatio proprii dicitur esse soli etiam si non omni. Soli enim speciei etiam si non omni coequatur: ut homini medicum esse: soli quidem inest homini sed non omnibus hominibus ad sufficientia adesse potest. Aliud proprium est quod huic contrario dicitur omni etiam si non soli. Quod huiusmodi est: ut omnem quidem speciem contineat eamque transcendat. Et quoniam quidem nihil est ex subiectis speciei quod illo proprio non utatur dicimus omni. Quoniam vero transcendit ad alias: dicimus non soli. hoc huiusmodi est quale homini esse bipedem. Proprium enim hominis est esse bipedem. Omnis enim homo bipes est etiam si non solus. aves enim bipedes sunt. Utrumque igitur significationes proprii que superius dicte sunt: habent aliquid minus: prima quidem quod non omni: secunda vero quod non soli: quas si iunxerimus facimus omni et soli. Sed est minus aliquid secundum tempus si ei adiciatur aliquando: ut sit hec tertia proprii nuncupatio: ut omni et soli sed aliquando: ut est in senectute canescere vel in iuventute pubescere. omni enim homini adest in iuventute pubescere et in senectute canescere et soli. Pubescere enim solius est hominis sed aliquando. neque enim in omni tempore: sed in sola tantum iuventute. Hec igitur determinatio proprii in eo quidem quod omni et soli est absoluta est: sed et ex eo inminuit aliquid et contrahit cum dicimus aliquando: quod si auferamus: fit proprii integra et simplex significatio hoc modo. Proprium est quod omni et soli et semper adest omni autem et soli speciei et semper intelligendum est: ut homini risibile: equo hinnibile. Omnis enim homo et solus risibilis est semper. neque illud non ulla dubitatione perturbet quod semper homo non rideat. Non enim ridere est proprium hominis sed risibile quod non est actu sed in potestate consistit. ergo etiam si non rideat quia ridere tantum possit: soli et omni homini adesse dicitur et convenienter proprium nuncupatur. Nam si actu separet a specie potestate nulla ratione distinguitur. Quattuor igitur significationes proprii dixit. Nam primam quidem quam accidens ita subiecte speciei adest: ut soli ei adsit etiam si non omni: ut homini esse medicum. Secundam autem cum omni et non soli accidit: ut homini esse bipedem. Tertiam vero cum omni et soli sed aliquando: ut homini in iuventute pubescere. Quartam cum omni et soli et semper adest: ut est risibile. Atque ideo cetera converti non possunt. Neque enim coequatur: quod non soli sed non omni speciei adest. Neque coequatur: quod soli sed omni speciei adest. Species quidem de ipso dici potest: ipsum vero de specie minime. Quod enim medicus est potest dici homo. Homo vero qui est: medicus esse non dicitur. Rursum quod ita est alii proprium ut omni adsit etiam si non soli ipsum quidem de specie predicari potest. Species vero de eo minime. Nam bipes predicari de homine potest: homo vero de bipede nullo modo. Rursus quod ita adest quod omni et soli sed aliquando adsit: quoniam de tempore habet aliquid diminutum: reciprocari non poterit. Possumus enim dicere omnis qui pubescit homo est non tamen dicimus omnis qui est homo pubescit. potest enim minime ad iuventutem venire atque ideo non pubescere: nisi forte non sit pubescere hominis proprium sed in iuventute pubescere solummodo. Aut etiam quod nondum est in iuventute: aut etiam preteriit adsit ei proprium non tale: quale tunc est: cum preter iuventutem est. Sed quale tunc fieri posset eo in iuventute consistit. atque ideo quod non in omne tempus tendit etiam si tale est quod omni speciei adsit: quod tamen in aliquo tempore differat: integrum atque absolutum proprium esse non dicitur. Quartum est quod ita adest quod solam teneat speciem et omni adsit et absolutum sit a temporis conditione: ut risibile quod a superiori plurimum distat. nam quod risibile est semper ridere potest. Rursus qui potest in iuventute pubescere cum ipsa iuventus non sit semper non ei est semper ut in iuventute pubescat. hec autem proprii significatio quam nulla temporis diffinitio contingit absoluta est. Atque ideo etiam convertuntur et invicem de se proprium atque species predicantur: homo enim risibilis est et risibilis homo.

Accidens est quod adest & abest preter subiecti corruptionem. Dividitur autem in duo in separabile & in inseparabile. Separabile enim accidens est dormire: nigrum vero esse inseparabiliter corvo & ethiopi accidit. potest autem subintelligi et corvus albus: & ethiops nitens candore preter subiecti corruptionem. Diffinitur autem sic quoque. Accidens est quod contingit eidem inesse vel non inesse: & quod neque genus est neque species neque differentia neque proprium: semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus igitur determinatis que proposita sunt: dico autem genere: specie: differentia: proprio: accidente. dicendum est que eis communia sunt & que propria.

Quoniam ut superius dictum est omnia que de aliquo predicantur vel substantialiter vel accidentaliter dicuntur. Cumque ea que substantialiter predicantur: eius de quo dicuntur substantiam diffinitione contineant: & sint ea antiquiora atque maiora: quod est ex substantialibus predicatis efficitur: cumque ea que substantialiter dicuntur perierint: necesse est ut simul etiam ea interimantur quorum naturam substantiamque formabant: que cum ita sint necesse est ut que accidentaliter dicuntur: quoniam substantiam minime informant: adesse & abesse possint preter subiecti corruptionem. Ea enim tantum cum absunt subiectum corrumpere possunt: que efficiunt atque conformant que sunt substantialia. Que vero non efficiunt substantiam ut accidentia: etiam adsunt vel absunt: nec informant substantiam nec corrumpunt. Est igitur accidens quod adest & abest preter subiecti corruptionem. Id autem dividitur in partes duas. Accidens enim aliud est separabile: aliud inseparabile. Separabile quidem dormire sedere. Inseparabile vero ethiopi atque corvo color niger. In qua re talis oritur dubitatio. ita enim est deffinitum. Accidens est quod adest & abest preter subiecti corruptionem. Idem tamen accidens inseparabile dicitur: quod si inseparabile est. abesse non poterit. Frustra igitur positum est accidens esse quod adesse & abesse possit: cum sint quedam accidentia: que a subiecto non valeant separari. Sed fit sepe ut que actu disiungi non valeant: mente & cogitatione separentur. Sed si animi ratione disiuncte sunt qualitates a subiectis: non ea perimunt sed in sua substantia permanent atque perdurant: accidentes esse intelliguntur. Age igitur quoniam ethiopi color niger auferri non potest: animo eum & cognitione separemus erit igitur color albus ethiopi. Num idcirco species consumpte sunt: minime. ita etiam corvus si ab eo colorem nigrum imaginatione separemus: permanet tamen avis nec interiit species: ergo quod dictum est adesse & abesse: non re sed animo intelligendum est. alioquin & substantialia que omnino separari non possunt: sepe animo & cogitatione disiungimus: ut si ab homine rationalitatem auferamus: quam licet actu separare non possumus: tamen si animi imaginatione disiungimus: statim perit hominis species quod idem in accidentibus non fit. Dubitato enim accidenti cogitatione: species manet. Est alia accidentis diffinitio ceterorum omnium privatione: ut id dicatur esse accidens quod neque genus sit neque species neque differentia neque proprium quod diffinitio plurimum vaga est valdeque communis. Sic etiam genus diffiniri poterit quod neque species: neque differentia neque proprium sit nec accidens. Eodem quoque modo species ac differentia atque proprium. Cum autem eadem similitudine definitionis plurima diffiniri queant: non est terminans & circumclusa descriptio: presertim cum longe sit ab definitionis integritate seiuncta: quod cuiuslibet rei formam aliarum rerum negatione demonstrat. Quibus omnibus expeditis genere quidem specie differentia proprio atque accidenti: descriptisque eorum terminis quantum postulabat institutionis brevitas: ea ipsa communiter pertractanda persequitur: ut quas inter se habeant differentias hec quinque de quibus superius disputatum est: quas ve communitates mediocri consideratione demonstret: ut non solum que ipsa sint: verum etiam quemadmodum ipsa inter se comparentur appareat.

Expeditis per se omnibus que per se proposuit: & quantum in uniuscuiusque consideratione poterat ad scientie terminum breviter adductis: nunc iam non de singulorum natura id est vel generis vel differentie vel speciei vel proprii vel accidentis: sed de adinvicem relatione pertractat. Nam qui communiones ac differentias rerum colligit: non ut sunt per se res ille considerat: sed ut aliis comparentur. Id autem duplici fit modo vel similitudine dum communitates tractantur: vel dissimilitudine dum differentie. que cum ita sint: nos quoque (ut adhuc fecimus) propter planiorem intellectum philosophi vestigia persequentes: ordiemur de his communitatibus que adsunt generi speciei differentie vel proprio vel accidenti.

Commune quidem omnibus est de pluribus predicari. Sed genus quidem de omnibus sub se speciebus & de individuis: & de differentiis similiter predicatur. Species quidem de his que sub ipsa sunt individuis. At vero proprium & de specie cuius est proprium: & de his que sub specie sunt individuis. Accidens autem et de speciebus & de individuis. namque animal et de equis & de bobus predicatur: que sunt species: & de hoc equo & de hoc bove: que sunt individua. Irrationale vero de equis & bobus: & de his qui sunt particulares: predicatur. Species autem ut homo: de inferioribus & de his qui sunt particulares predicatur. Proprium autem quod est risibile: de homine & de his qui sunt particulares predicatur. Nigrum autem de specie corvorum: & de his qui sunt particulares: quod est accidens inseparabile: & moveri de homine & equo: quod est accidens separabile: sed principaliter quidem de individuis: secundario vero & de his que continent individua.

Antequam singulorum ad unumquodque habitudinem tractet: illam prius respiciat: quam omnes ad se invicem habere videantur: hec autem est una communio: que posterum quoque rerum numerum pluralitate predicationis includit. Omnia enim de pluribus predicantur. in hoc ergo sibi cuncta communicant. nam & genus de pluribus predicatur: itemque species ac differentia: & proprium & accidens: que cum ita sint: est eorum una atque indiscreta communio de pluribus predicari. Designat autem Porphyrius ipsam de pluribus predicationem: quemadmodum in singulis fiat: quod unumquodque propositorum de quibus pluribus predicetur ostendit. Ait enim genus quidem de pluribus predicari. i. speciebus ac individuis: ut animal predicatur de homine & equo: ac de his individuis que sub homine sunt atque equo. Item genus predicatur de differen-

tijs specierum atq; id iure. quoniam enim species diffe-rentie informant: cum genus de speciebus predicatur. consequens est vt etiam de his dicatur que specierum sub-stantiam formamq; efficiunt: quo fit vt etiam de differen-tijs predicetur: ac non de vna: sed de pluribus. dicitur enim qd rationale est esse animal: ⁊ rursus quidem qd ir-rationale est esse animal. Ita genus de speciebus ac dif-ferentijs predicatur: ⁊ de his que sub ipsis sunt indiui-duis. differentia vero dicitur de pluribus speciebus ac de earum indiuiduis: vt irrationale de equo predicatur ac boue: que sunt plures species: ⁊ de his que sub ipsis sunt indiuiduis eodem modo dicitur. nam quod de vni-uersali predicatur: predicatur ⁊ de indiuiduo. Quod si dif-ferentia de speciebus dicitur: predicabitur etiam de eius-dem speciei subiectis. Species vero de suis tantum indi-uiduis predicatur: neq; enim fieri potest vt que species est vltima: que vere species ac magis species nuncupa-tur. Necesse deducatur in species. qd si ita est: sola post speciem indiuidua restant iure igitur species de suis tan-tum indiuiduis predicatur: vt homo de socrate platone ⁊ ci-cerone ⁊ ceteris. Proprium item de specie predicatur cu-ius est proprium. neq; enim esset proprium alicuius: nisi de aliquo predicaretur de quo enim vnaqueq; res ⁊ so-li ⁊ omni dicitur ⁊ semper eiusdem proprium esse mostra-tur. que cum ita sint proprium de specie dicitur: vt risibi-le de homine. Omnis enim homo risibilis est. Dicitur etiam de indiuiduis speciei de qua predicatur. Est enim plato ⁊ socrates risibilis. accidens vero de speciebus plu-ribus dicitur: ⁊ de diuersarum specierum indiuiduis. Di-cuntur enim coruus atq; ethiops nigri. ⁊ hic ethiops atq; coruus qui sunt indiuidui: nigri scilicet nigredinis qualitatem vocantur: atq; hoc est quidem accidens insepa-rabile. Sed multo magis separabilia accidentia pluri-bus inherescunt: vt moueri homini ⁊ boui: vtrumq; enim mouetur. Et rursus ea que sunt sub homine atq; boue indiuidua moueri semper predicantur. Sed aduerten-dum est auctore Porphyrio: qd ea que accidentia sunt principaliter quidem de his dicuntur: in quibus indiui-duis sunt. Secundo vero loco ad vniuersalia indiui-duorum referuntur: atq; ita predicatio superioribus red-ditur: vt quoniam nigredo singulis coruis adest: dicitur adesse coruo. Nam quia omnis particularis qualitas ista ac-cidentis nigredinis inficit: iccirco eam de specie quoq; predicamus dicentes coruum ipsam speciem nigrum esse. In quibus omnibus mirum videri potest: cur genus de proprio predicari non dixerit: nec vero speciem de eo-dem proprio: nec differentiam de proprio: sed tantum ge-nus quidem de speciebus ⁊ de indiuiduis. Differen-tiam vero de speciebus atq; indiuiduis. Speciem de indiuiduis. Proprium de specie atq; indiuiduis. Acci-dens de speciebus atq; indiuiduis. Fieri enim potest vt que maioris predicationis sint: ea de cunctis minori-bus predicentur ⁊ que equalia sunt sibimet conuertantur. Eoq; fit vt genus de differentijs ⁊ de speciebus ⁊ de pro-prijs ⁊ de accidentibus predicetur. vt cum dicimus qd ra-tionale est animal genus de differentia quod homo est ani-mal genus de specie. Rursus qd risibile est: animal est genus de proprio. Quod niger est si forte coruum vel ethio-pem demonstremus: animal est. genus de accidenti pre-dicamus. Rursus qd homo rationale differentiam de specie. Quod risibile est rationale: differentiam de pro-prio. Quod nigrum est rationale si ethiopem demonstre-mus: differentiam de accidente. Item quod risibile est homo est species de proprio. Quod nigrum est homo si ethiopem designemus: est species de accidenti. Qua in re quod nigrum est etiam risibile est in ethiopis demon-stratione. vt proprium etiam predicetur. conuerti autem ad totum accidens potest: vt quoniam indiuiduis sin-gulorum esse preponitur: iccirco de superioribus etiam predicatur: vt quoniam socrates animal est: rationale est: risibile est: ⁊ homo est. Cumq; in socrate sit caluitium pre-dicatur idem accidens de animali: de rationali: de risibi-li: de homine: vt accidens de quattuor reliquis predice-tur. Sed horum profundior questio est: nec ad soluendum est satis temporis. hoc tantum ingredientium intelli-gentia expectet: qd alia quidem recto ordine predicantur: alia vero obliquo. Quoniam moueri hominem rectum est: id quod mouetur hominem esse conuersa locutione pro-ponitur. Quocirca rectam Porphyrius in omnibus proportionem sumpsit. Quod si vim quis predicatio-nis solutionisq; attenderit in singulis comparans pre-dicationibus: eas quidem prolationes que recte sunt: inueniet a Porphyrio esse numeratas: eas vero que con-uerso ordine predicantur: fuisse seposítas.

Commune est autem generi ⁊ dif-ferentie continentia specierum: continet enim ⁊ differentia spe-cies ⁊ si non omnes quot gene-ra. rationale enim ⁊ si non continet irratio-nabilia quemadmodum animal: sed continet hominem ⁊ deum: que sunt species. Et que-cunq; predicantur de genere vt genus: ⁊ de his que sub ipso sunt: speciebus predican-tur: ⁊ quecunq; de differentia predicantur vt differentia: ⁊ de his que ex ipsa sunt spe-ciebus predicabuntur. Nam cum genus sit animal: non solum de eo predicabitur sub-stantia ⁊ animatum ⁊ sensibile: sed etiam de his que sub animali sunt. speciebus omni-bus predicantur hec vsq; ad indiuidua. Cumq; sit differentia rationale: predicatur de ea vt differentia id qd est ratione vti. non solum autem de eo quod est rationale: sed etiam de his que sub rationali sunt speciebus predi-cabitur ratione vti. Commune autem est et perempto genere vel differentia simul pe-rimi que sunt sub ipsis: quemadmodum enim si non sit animal: non est equus neq; homo Sic si non sit rationale: nullum erit animal quod vtatur ratione.

Post eam que cunctis visa est communitatem singu-lorum similitudines ac dissimilitudines querit. Et quoniam inter quinq; proposita genus ⁊ differentia vniuersalio-ris predicationis sunt. Siquidem genus species continet ⁊ differentias: differentie vero species continent ⁊ neq; ab his vllo modo continentur. Primum generis ac diffe-rentiarum similitudines colligit. ac primam quidem ponit hanc. Dicit enim commune esse generi ac differentie: vt spe-cies claudant. nam sicut genus sub se habet species ita etiam differentie: tamen non tantas quantas habet ge-nus. Etenim quoniam genus differentiam etiam claudit ⁊ non vnam tantum differentiam cohercet ac retinet: plures necesse est vt habeat sub se species: quam quelibet vna earum quam claudit differentiarum: vt animal predicatur de ra-tionabili ⁊ irrationabili. Quod si ita est: predicabitur ⁊ de his que sub rationali sunt posite speciebus ⁊ que sub irrationali. Est ergo commune animali ⁊ rationali id est ge-neri ⁊ differentie qd sicut genus de deo ⁊ homine predi-catur. ita etiam rationale quidem differentia de deo ⁊ de ho-

mine dicitur. Sed non in tantũ eius predicatio fundit quantũ animalis idest generis. Animal enĩ non de deo solum atq3 homine dicitur: sed de equo ꝛ boue predicatur ad que rationalis differentia non peruenit. Sed quãdocũq3 deum supponimus animali secundũ eam opinionem facimus: qua solem stellasq3 atq3 cunctũ hunc mundũ animatũ esse ↄfirmant: quos etiã deoꝝ nomine (vt sepe dictũ est) appellauerũt. ¶ Secunda item cõmunio est generis ac differentie: quoniã que predicantur de genere vt genera: eadẽ de his que sub ipsis sunt speciebus predicantur ad hãc similitudinem: ꝛ queciũq3 predicantur de differentia vt differentia: eadem quoq3 ꝛ de his que sub differentia sunt vt differentie predicãtur. Cuius sententia talis est. Sunt plura que de generibus predicantur: vt de animali dicitur animatum et substantia atq3 hec vt genera. Hec igitur predicantur ꝛ de his que sub animali sunt: vt rursus genera. nã hominis ꝛ animatũ ꝛ substantia genus est: sicut ante fuerat animalis. Item in ipsis differentijs quedam differentie inueniuntur: que ipsis de differentijs predicantur: vt de rationali due differentie dicuntur. Qđ enim rationale est vtitur ratione: vel habet rationem. Aliud est autẽ vti ratione: aliud est habere rationẽ: vt aliud est est habere sensuz aliud vti sensu. Habet quippe sensuz ꝛ dormiens: sed nõ vtitur. Ita quoq3 dormiens habet rationem sed minime vtitur. Sed ipsius rationabilitatis quedam differentia est ratione vti: sed sub rationabilitate homo positus esse predicatur. Predicatur igitur de homine ratione vti: vt quedam differentia. Differt enim a ceteris animalibus homo quia ratione vtitur. Demonstratum est igitur ꝙ sicut ea que de genere predicantur: dicuntur de subiectis generi: ita etiam ea que de differentia predicãtur dicũtur de his quoq3 que differentijs supponũtur. Tertiũ vero cõmune est: qđ sicut abruptis generibus species interimũtur: ita cõsumptis differentijs species: de quibus differentie predicantur intereunt. Cõmune enim est hoc vniuersalium in substantia pereuntium perire subiecta. Sed prima cõmunio demonstrauit genera de speciebꝰ predicari: sicut etiã differentias. Propter hanc igitur similitudinẽ si auferantur genera species pereunt. Sicut etiam species perire necesse est que sub differentijs sunt: si vniuersales earum differẽtie consumãtur. Cuius exemplũ est. Si enim auferas animal: hominez atq3 equum sustuleris: que sunt sub rationali differentia collecta. Et de cõmunitatibus quidem hactenus. nunc de generis ꝛ differentie dissimilitudine perpendit.

Roprium autẽ generis est de pluribus predicari ꝙ differentia ꝛ species: ꝛ proprium ꝛ accidẽs. animal enim de homine ꝛ equo ꝛ aue ꝛ serpente predicatur. quadrupes vero de solis quatuor pedes habentibus. homo vero de solis indiuiduis ꝛ particularibus. ꝛ hinnibile de solo equo ꝛ de his qui sunt particulares ꝛ accidẽs similiter de paucioribus. Oportet autem differentias accipere: quibus diuiditur genus: non eas que complent substantiam generis. Amplius genus cõtinet differentiam potestate. animalis enim hoc quidem rationale est: illud vero irrationale. differentie vero non continent genera. Amplius genera quidẽ priora sũt his que sub se sunt posite differentijs. propter hoc quidẽ simul quod eas auferunt: non autẽ simul auferuntur ab eis. sublato enim animali aufertur rationale ꝛ irrationale. differentie vero nõ auferunt genus. nam si oẽs interimantur: tum substantia animata sensibilis subintelligi potest que ẽ animal. Amplius quidem genus in eo ꝙ quid est: differentia vero in eo ꝙ quale quid est predicatur: quemadmodũ dictum est. Amplius genus vnum quidem est scđm vnãquãq3 speciem: vt est hominis genus id quod est animal: differentie vero plurime: vt rationale mortale mentis ꝛ discipline perceptibile: quibus ab alijs differt. ꝛ genus quidẽ consimile est materie: ꝛ forme quidez differentia. cum autem sint ꝛ alia cõmunia ꝛ propria generis ꝛ differẽtie: nunc ista sufficiãt.

¶ Proprium vero quid sit cõuenienti atq3 integro vocabulo diffinitum est. Sed per abusionem illa etiã propria quorũlibet dicũtur: que in vnaquaq3 re ab alijs cõtinent differentiam licet cum alijs sint ea ipsa cõmunia. Per se quippe ꝓprium est homini quod ei omni ꝛ soli ꝛ sẽp adest: vt risibilitas. Per vsurpatã vero locutionẽ etiam propriũ hominis rationalitas dicitur non per se proprium quippe quod ei cũ ceterũ est natura cõmune sed hominis rationabilitas ꝓpriũ dicit ad discretionez pecudis quod rationale nõ est. Id vero ꝓpter hanc causam quoniam id propriũ vniuscuiusq3 dicitur quod habet suum. Quo igitur quis ab alio differt: propriũ eiꝰ non absurda vsurpatione predicatur. Sed nunc quod dicit ꝓpriũ generis esse de pluribus predicari ꝙ cetera quatuor: id ipsius generis tale propriũ est quale per se proprium dici solet: idest quod semper soli ꝛ omni adsit generi. Generi enim soli adest vt differentia specie proprio ꝛ accidente vberius atq3 fluentius predicetur. Sed de his speciebus differentijs proprijs atq3 accidẽtibus id dici potest: que sub quolibet genere sunt. id est differentie quidez que quodlibet diuidunt genꝰ. Species vero que diuisibilis est: generis differentijs informatur. Proprium autem illi speciei que sub illo genere est: quod differentijs est diuisum. Accidẽtia his herent indiuiduis que sub ea specie sunt: quam designatũ genus includit. Hoc facilius exempla declarant. Sit enĩ genꝰ aĩal: quadrupes ac bipes differentie sub aĩali posite continentia: Homo autez atq3 equus species sub eadem genere constitute. Risibile atq3 hinnibile ꝓpria earum specierum. Velox vero vel bellator due sunt accidentia. que his indiuiduis accidunt: que sub speciebus hominis atq3 equi continentur. Animal igitur quod est genus predicatur de quadrupede ꝛ bipede que sunt differentie. Quadrupes vero non dicitur de bipede: sed tantum de his animalibus que quattuor pedes habent. Plus igitur predicatur genus ꝙ differentia. Rursus homo de platone ꝛ socrate predicatur ꝛ de ceteris. Animal vero non modo de hominis indiuiduis: verũ etiã de ceteris irrationabilibus indiuiduis dicitur. plus. n. genus ꝙ species predicatur. Sed cum sit ꝓpriũ equũ speciei. Cumq3 genus ꝙ species vberius predicetur: predicatio quoq3 generis proprij supgreditur ꝑdicationem. Accidens quoq3 ꝛ si pluribus inesse potest: tamẽ sepe genere contractus inuenitur: vt bellator non nisi homo dicitur: ꝛ velocitas in paucis animalibus inuenitur. quo fit vt genus ꝛ differentia ꝛ specie ꝛ proprio ꝛ accidente amplius ꝑdicetur. Atq3 hec est vna ꝓprietas generis que genus ab omnibus alijs disiungat ac separet. Oportet autem inquit nunc eas differẽtias in

telligere: quibus diuiditur genus: non quibus informatur genus: ille enim a quibus informatur genus: plus q̄ ipsum genus sine dubio p̄dicantur vt animatum ⁊ corporeum vltra animal tendunt: cum sint differentie animalis ⁊ nō diuidūt: sed potius constituunt. Oīa enim superiora de inferioribus predicantur. Que vero de inferioribus predicatur: nec conuerti possunt: hec ab eis que inferiora sunt amplius predicantur.

¶ Post hoc aliud ꝓpriū generis ostendit quo ab his differentijs que sub eodē sunt segregat. Omne enī gen⁹ continet differētias potestate. Differētia vero gen⁹ nō pōt cōtinere. Aīal enī rōnale atq̄ irrationale ɔtinet potestate. Neq̄ enī irrationabilitas neq̄ rationabilitas animal poterit cōtinere. Potestate aūt cōtinere animal dicit̄ entias ꝓprias: quia (vt superius dictū est) gen⁹ omnes habet sub se differentias potestate. Actu vero minime. Ex quo fit vt alia ꝓprietas oriatur. Sublato enī genere: perit differētia: velut sublato animali interimit̄ rationalitas: qđ ē differētia. Actū rationale interimas irrōnale aīal manet. ¶ Sȝ obici pōt ꝙ si vtrasq̄ differentias simul abstulero: nō poterit remanere genus. Dicimus potest. Unūquodq̄ enim nō ex his de quib⁹ predicatur: sed ex his ex quib⁹ efficit̄ substantiā sumit. Itaq̄ fit vt genus sublatis differentijs diuisiuis permanere possit. Dum tamē maneāt ille que ipsius generis formā substantiāq̄ cōstituūt. Quoniā enī animal animati atq̄ sensibilis differentie cōstituūt: he si manerent atq̄ iungantur: perire animal non potest: licet ea pereāt de quibus animal predicatur: rationale scilicet atq̄ irrationale. vnūquodq̄ enī (vt dictum est) ex his substātie proprietatem sumit ex quib⁹ efficitur: nō ab his de quibus predicatur. ¶ Amplius si vtrasq̄ differentias genus potestate cōtinet: ipsum per se neutrā earum infra se positam collocat atq̄ concludit. ꝙ si actu quidē eas non continet sed potestate: actu etiam ab his poterit separari: hoc ipsum enī eas potestate cōtinere id erat actu non continere. Genus vero quod quaslibet differentias actu non continet: actu ab eisdem etiam separatur. Rursus aliud est generis proprium quod ex proprietate predicationis agnoscitur. Omne enim genus ad interrogationem quod est vnūquodq̄ respondere conuenit: vt animal in eo ꝙ quid est de homine p̄dicatur. differentia vero minime: sed in eo ꝙ quale sit. Omnis enim differentia in qualitate consistit. Sed hoc proprium tale est quale superius diximus non per se: sed secūdum alicuius differentiam dictum. Alioquin cōmune est hoc generi cū specie: vt in eo ꝙ quid sit predicatur: sed quia hac re genus a differētia discrepat: quoniam differentia quidē in eo quod quale est: genus vero ī eo ꝙ quid est predicatur: generis proprium dicitur non per se sed differentie cōparatione: ⁊ in omnibus reliquis eandem rationem conueniet speculari. Alia rursus generis ⁊ differentie separatio est: quod gen⁹ quidē speciei vni semp adest. s. proximum: plura enim possunt esse superiora: velut hominis animal atq̄ substantia. Sed proximū eiusdem hoīs animal tm̄. Differentie vero plures vni speciei adesse poterūt: vt rationale atq̄ mortale. Itaq̄ fit diffinitio ex vno quidem genere sed pluribus differentijs: vt hominis aīal rationale atq̄ mortale. Rursus alia discretio est: ꝙ genus velut subiecti velut locū differentia vero forme: itaq̄ illud fit materia quedam: que figuram suscipiat. Hec vero fit forma: que superueniens speciei substantiam rationemq̄ perficiat. Itaq̄ cū pluribus differentijs a genere differentiam segregauit quia hec maxime generis quandam similitudinem cōtinet: quia est vniuersalis: ⁊ preter genus inter cetera maxima: sed cū alia plura cōmunia pluraq̄ ꝓpria generis inter se ac differentie valeant inueniri. sufficiunt inquit ista. Satis enī ad discretionē quaslibet differētias assumere: etiā si que oīa possunt oīa nō colligātur.

Genus autē ⁊ species cōmune quidem habent de pluribus predicari quemadmodū dictum est. Sumatur autem species vt species solum: non autem vt genus: si fuerit idē species et genus. Cōmune autem his est ⁊ priora his esse: de quibus predicantur: ⁊ totum quoddaȝ esse vtrumq̄.

¶ Generis quidem ⁊ speciei enumerat tria cōmunia: vnū quidem de pluribus predicari. genus enim ⁊ species de pluribus predicantur: sed genus de speciebus vt dictum est: species vero de indiuiduis. Sed nūc de illa specie loquitur inquantū species est: id est que non erit genus: vt vltima species. Qđ si talē speciem ponimus: que etiam genus esse potest: ac de ea dicimus ꝙ cōmune habet cum genere de pluribus predicari: nihil interest an ita dicamus ipsum genus id secum habere cōmune de pluribus p̄dicari. Talis est enim species: que non solum est species. sed etiam genus est. Est aūt cōmune his quoq̄ ꝙ vtraq̄ priora sunt his de quib⁹ predicantur. Omne enim quod de pluribus predicatur: si recto (vt superius dictum est) ordine dicatur. Prius est his de quibus predicatur: preterea est illis hoc etiam cōmune: ꝙ genus ac species totum sunt eorū que intra suum ambitum continent ⁊ coherent: oīum enim specierum totum est genus: ⁊ omniū indiuiduorum totum est species. Eque enim genus ⁊ species adunatiua est: ideo totum que ad vnam formam reducit: recte dicitur totum.

Differunt autem eo ꝙ genus quidem species continet: species vero continentur et non continent genera. In pluribus enī est genus q̄ species. Amplius genera quideȝ preiacere oportet. ⁊ informata differentijs specificis perficere species. vnde ⁊ priora sunt naturaliter genera: ⁊ simul interimētia sed que simul non interimantur: ⁊ species quod cum sit est ⁊ genus: genus vero cum sit: non omnino erit species. ⁊ genera quidem vniuoce de speciebus predicantur: species vero de generibus minime. Amplius genera quidem abundant earum que sub ipsis sunt specierum continentia. species vero de generibus abūdāt proprijs differētijs: amplius nec spēs fiet vnq̄ generalissimuȝ nec genus fiet vnq̄ specialissimuȝ.

Expeditis cōmunibus generis ⁊ speciei: nūc de eorū discretione pertractat. Differre enim dicit gen⁹ a specie: quoniam genus continet species: vt animal cōtinet hominē. species vero non continet genera. neq̄ enim homo de animali predicatur. Itaq̄ fit vt spēs contineantur a generibus: nunq̄ vero cōtineant genera. Omne enim quod amplius predicatur: illius est cōtinens: qđ minus dicitur continetur. ꝙ si genus amplius p̄dicatur q̄ species: necesse est vt species quidem contineatur a genere: genus vero speciei nullo ambitu predicationis includatur: huius autem ratio est quoniā genus semper

suscipiens differentiam speciem facit. hoc enim est genus quod habet latissimam predicationem. cetera vero differentia 7 contractum speciem facit. omnino enim generi iuncta differentia speciem reddit: 7 ex vniuersalitate 7 latissima predicatione in angustum speciei terminum contrahit. Animal enim cuius predicatio per se longe lateque diffusa est si arripiat rationalis differentia si 7 mortalis: diminuit atque contrahit in vnum hominis speciem. vnde fit vt minor sit semper species quam genus: atque ab eo contineatur sed non contineat: sublatoque genere auferatur 7 species. si enim totum auferas pars non erit. quod si species auferatur: genus manet: veluti cum animal sustuleris: interimitur etiam homo: si hominem auferas: animal restat. hec etiam causa est vt genus de specie vniuoce predicetur: 7 vt species suscipiat diffinitionem generis 7 nomen: sed non est conuersio. diffinitionem quippe speciei genus non suscipere videtur: substantiam enim priorum inferiora suscipiunt. Si enim diffinias animal: dicas substantiam esse animatam atque sensibilem: At si predices de homine animal verum dixeris: si etiam animalis diffinitionem de homine predicaueris: dicasque hominem esse substantiam animatam atque sensibilem nihil fuerit in propositione falsi. sed si hominis rationem reddas: animal rationale mortale: ea animali non conueniunt: sed si reddas animali rationale mortale non conueniunt. neque enim id quod animal est addici poterit animal rationale mortale. fit igitur vt sicut species generis nomen suscipit ita etiam capiat diffinitionem. 7 sicut genus nomen speciei non suscipit: ita nec eiusdem diffinitione monstratur: sed cuius nomen 7 diffinitio de aliquo predicatur: id vniuoce dicitur. Cum igitur generis nomen 7 diffinitio de specie predicatur: genus de specie vniuoce dicitur. Cum vero speciei de genere neque nomen neque diffinitio predicatur: non conuertitur vniuoca predicatio. Differunt genera speciebus hoc quoque quod genera superuadunt species suas ambitu continentie specierum. Species vero genera differentiarum pluralitate. animal enim quod est genus superuadit hominem quod est species quia non hominem solum continet: verumetiam bouem equum aliasque species: quas sue spatio predicationis includit. Species vero vt homo superuadit genus: vt animal multitudine differentiarum. Nam actu genus non habet rationale vel mortale: nullas quippe actu genus retinet differentias: easdem species sue substantie inherentes atque insitas tenet. Homo enim rationalis est atque mortalis quod genus minime est. Animal enim neque mortale est per se: neque per se rationale. Quod si genus quidem plus vna continet specie: at vero species multis differentijs informantur: superat quidem genus speciem continentia specierum. Species vero vincit genus differentiarum pluralitate. illa quoque est differentia quod genus quoniam omnium primum est: nunquam in tantum descendere poterit vt fiat vltimum: species vero que cunctis est inferior: nunquam in tantum ascendere poterit: vt suprema omnium fiat. nunquam igitur nec species generalissimum fiet: nec genus specialissimum. Sed ex his que dicte sunt differentijs: alie sunt que genus a specie proprie communiterque determinant. Alie vero que non solum genus a specie: verum etiam a ceteris deducunt ac distermin ant neque enim in his tantum differentijs que sunt dicte verum etiam in ceteris considerari oportet: si proprie nos illius differentie querimus cognoscere.

Eneris autem 7 proprij commune quidem est sequi species. nam si homo est: animal est: 7 si homo est: risibile est: 7 equaliter dicitur predicari genus de speciebus: et proprium de his que participant illo indiuiduis. equaliter enim 7 homo 7 bos animal est: et cicero 7 cato sunt risibiles: commune autem est his vniuoce predicari genus de proprijs speciebus 7 proprium de his: quorum est proprium.

¶ Tria interim generis ac proprij dicit esse communia: quorum primum illud est: quoniam ita genus sequitur species ut proprium: posita enim specie necesse est intelligamus 7 proprium. neutrum enim species proprias derelinquit: nam si homo est: animal est: si homo est: risibile est. ita quemadmodum genus: sic proprium ab ea specie cuius est proprium non recedit. illud quoque quod equalis est generis participatio sicut etiam proprij. Omne enim genus equaliter a suis speciebus participatur: proprium vero individuis omnibus equaliter adherescit. Manifestum est autem participatione esse generi equale proprium neque enim plus homo animal est quam equus atque bos: sed in eo quod sunt animalia: equaliter animalis .i. generis vocabulum trahunt. Cato etiam 7 Cicero equaliter risibiles sunt: etiam si equaliter non rideant: in eo enim quod apti ad ridendum sunt dici risibiles possunt: non quod iam rideant. Equaliter ergo ea que sub genere sunt suscipiunt genera sicut ea que sub proprijs: propria. Tertium illud quod sicut genus de proprijs speciebus vniuoce predicatur ita etiam proprium de sua specie vniuoce dicitur. Genus enim quoniam substantiam speciei continet non modo eius nomen de specie: verum etiam diffinitio predicatur. Proprium vero speciem non relinquit: quam semper sequitur: nec in aliam speciem transgreditur nec infra subsistit. Diffinitionem quoque propria speciebus tradunt: cuius enim nomen vni tantum conuenit speciei cui coequatur dubitari non potest: quin eius quoque diffinitio speciei conueniat. Quo fit vt sicut genus de speciebus: ita proprium de sua specie vniuoce predicetur.

Differunt autem genus 7 proprium: quoniam genus prius est: posterius vero proprium. oportet enim esse prius animal: dehinc diuidi differentijs 7 proprijs. 7 genus quidem de pluribus speciebus predicatur quarum est genus. proprium vero de vna sola specie cuius est proprium. 7 proprium quidem conuersim de eo cuius est proprium predicatur. genus vero de nullo conuersim predicatur. nam nec si animal est: homo est nec si animal est: risibile est. si vero risibile est: homo est: 7 econuerso. Amplius omni speciei inest proprium cuius est proprium et soli 7 semper: genus vero omni quidem speciei inest cuius fuerit genus: 7 semper non autem soli. Amplius autem species quidem interempte non simul interimunt genera quorum sunt species: propria vero interempta interimunt ea quorum sunt propria: 7 his interemptis ipsa simul interimuntur.

¶ Rursus tale proprium sumit quod ad alterius nuncupationem proprium nuncupetur. dicit enim proprium esse generis prius esse quam propria. Oportet enim prius esse genus: quod veluti materia differentijs supponatur: venientibusque differentijs fieri speciem cum quibus propria nascuntur. Dicitur prius est genus quam differentie: prius etiam differentie quam species: 7 speciebus propria coequantur non est dubium quin proprijs generibus posteriora sint: ac per hoc quod dictum est proprium esse generis prius esse quam propria. Commune est generi cum differentijs. Differentie enim species conformantes priores considerantur esse quam propria. Si quidem speciebus ipsis priores sunt: quas propria tamen determinant. sed vt dictum est hoc proprium ad differentiam proprij intelligendum est: non quale superius proprium per se constitutum est. Rursus differt genus a proprio

ꝙ genus quidē de pluribus predicatur speciebus: proprium vero minime. Nam neq; genus est nisi plures ex se species proferat: nec propriū si alteri cuilibet speciei possit esse cōmune. Fit igitur vt gen⁹ quidem plurimas species sub se habeat: vt animal hominē atq; equū: propriū vero vnā tm̄ sicut risibile hominē. Quo fit vt illa quoq; proprietas et differentia nascatur. genus enī predicatur quidē de speciebus: ipsum vero in nulla predicatione supponit̄. Propriū vero ⁊ species alterna predicatione mutantur. Fit enī predicatio aut a maioribus ad maiora: aut ab equalib⁹ ad equalia. Genus igitur quod maius est de speciebus predicatur omnibus: species quoniā minores sunt: de generibus non dicuntur: vt animal de homine dicit̄ homo vero de animali nullo modo predicatur. At vero propriū quoniā speciei equale est: eque predicatur. Atq; preponitur vt risibile de homine dicitur. omnis enī homo risibilis ē: eodēq; modo conuertitur. omne enī risibile homo est. Differt etiā proprium a genere ꝙ propriū vni speciei ⁊ omni ⁊ semper adest. Genus vero et hec quidē duo retinet in vno vero semp diuersū est. nā speciebus suis ⁊ semper adest ⁊ omnib⁹ non vero solis. hoc enim erat tm̄ proprijs esse: ꝙ singulas tm̄ species cōtinēt: hoc enim generibus ꝙ plures. igit̄ propria quidē singulas optinent species. genera vero nō singulas. adest igit̄ propriū vni soli speciei ⁊ semp ⁊ oī. Genus vero ⁊ oī quidē ⁊ semp ⁊ non soli: vt risibile homini soli: aīal vero eidē hoī: sed nō soli. Preest enim cūctis q̄ irrationabilia nūcupamus: preterea si auferamus genus: spēs interimūtur. nā si nō sit animal: nō erit hō. si auferamus spēs: non interimitur genus. nā si nō sit hō: animal nō peribit. Spēs vero ⁊ propria quoniā sunt equalia: alterna se vice cōsumūt. nā si nō sit risibile hō nō erit: si hō nō sit: risibile nō manebit. Consumūt igitur genera sub se positas spēs: nō vero ab his inuicē consumuntur. Species vero ⁊ propriū inuicem perimuntur ⁊ perimunt.

GEneri vero ⁊ accidenti cōmune est de pluribus (quēadmoduz dictuz est) predicari: siue separabile sit accidens siue inseparabile. etenī moueri de pluribus: ⁊ nigruz de coruis ⁊ de oībus ethiopibus: ⁊ aliquibus inanimatis predicatur.

¶ Nihil est quod in ceteris tā sit a generis ratione disiunctum sicut est accidens. nam cum genus cuiuslibet monstret substantiā: accidens vero a substantia longe disiunctū sit ⁊ extrinsecus veniens: nihil vero notius cōmune habere potest cū genere q̄ȝ de plurib⁹ predicari. Genus enim de pluribus predicat̄ speciebus. accidens vero de pluribus non modo speciebus: verum etiā generibus animatis atq; inanimatis: vt nigrū dicit̄ de rationali homine: ⁊ de irrationabili coruo: ⁊ d̄ inanimato hebeno. Albū etiā de cigno ⁊ marmore. moueri de homine de equo ⁊ de stellis: ac de sagittis: que sunt separabilis accidentis exempla.

Differt autē genus ab accidenti: quoniam genus ante species est: accidentia vero speciebus posteriora sunt. naȝ ⁊ si inseperabile accidens sumat̄: tamē prius est illud cui accidit q̄ȝ accidēs. ⁊ genera quidē que participant: equaliter participant: accidenti vero nō equaliter. Intensionē enī ⁊ remissionez suscipit accidentiū participatio: generū vero minime. Et accidentia quidē in indiuiduis principaliter cōsistūt: genera vero ⁊ species naturaliter priora sunt indiuiduis substantijs. Et genera quidē in eo ꝙ quid sit p̄dicantur de his que sub ipsis sunt: accidentia vero in eo ꝙ quale aliquid sit: vel quō se habet vnūquodq;: qualis ē enī ethiops interrogatus dicis niger: ⁊ quō socrates se habet dicis quoniā sedet vel ambulat.

¶ Differentiā generis ⁊ accidentis hanc primā proposuit. Quod genus quidē ante species sit quippe quod materie loco ē: ⁊ differētijs informatū species gignit. accidēs vero post spēs inuenit̄. Oportet. n. prius eē an aliqd accidat: post vero ipsum accidēs superueniat. Nā si subiectum non sit ꝙ suscipiat accidēs esse non poterit. Quō si gen⁹ quidē specieb⁹ subiectū est: nō possunt esse spēs nisi eis gen⁹ vel vt materia supponat̄. Accidētia vero esse nō possunt nisi eis species supponatur. nā manifestū est genus quidez esse ante spēs: accidentia vero post species. Rursus alia differentia: quoniā gen⁹ neq; intensionē neq; remissionem suscipere potest. Quo fit vt q̄ participabūt genere equaliter ei⁹ nomen diffinitionēq; suscipiant. Oēs enim homines equaliter animalia sunt: eodē modo equi. Nec nō inter se homo atq; equus ⁊ cetera animalia cōparata eque animalia predicātur. Accidentis vero participatio ⁊ intenditur et remittitur. Inuenies enī quēlibet paulo citius ambulantē: ⁊ paulo amplius nigrū. Si in ipsis ethiopibus consideribus: omnes non eque nigro colore esse obductos inuenies. Alia quoq; differentia est: quoniam omne accidēs in indiuiduis principaliter subsistit. Genera vero speciebus ⁊ indiuiduis priora sunt: nisi enīz singulariter corui nigredine infecti sint: corui species nigra esse nullo modo diceretur. Ita fit ut accidentia post indiuidua esse videantur. Nam si prius est id cui aliquid accidit q̄ȝ illud qd̄ accidit: non est dubium prius esse indiuidua: posterius vero accidēs. Genera vero ⁊ species supra indiuidua considerātur: hoc ideirco quia de omnibus his predicantur: eorūq; substantiam propria predicatione constituūt: sed dicta pōt genera quoq; ⁊ species posteriora indiuiduis inueniri. Nisi enim sint singuli homines singuliq; equi: hominis atq; equi spēs esse nō possunt. ⁊ nisi sint singule species: eorū gen⁹ animal esse non poterit. Sed meminisse debem⁹ superius dictū esse genus nō ex his sumere substantiā de quibus predicatur: sed de eo potius qd̄ differentijs cōstitutiuis eius substantiā formāq; perficiat. Itaq; si genus quidē diuisiuis differentijs interceptus nō perimitur: manet in que eius cōstitutiue sunt: que eius formā diffinitionēq; perficiūt. Cūq; differentie diuisiue generis speciebus sint priores (ipse enim species cōformant atq; cōstituūt) nō est dubiū quin genus etiā pereūtib⁹ speciebus possit in propria permanere substantia: idem de speciebus dictū sit. Species enim superioribus differētijs nō posterioribus indiuiduis informantur. Que cum ita sint species quoq; ante indiuidua subsistūt. Accidentia vero nisi sint quibus adsint: esse non possunt: nullis vero prius accidunt q̄ȝ indiuiduis. Hec enim generationi ⁊ corruptioni supposita varijs semper accidentibus permutantur. Illā quoq; annumerat differētiam que est superius dicta: ꝙ genus quia rem demonstrat ⁊ de substantia predicatur in eo ꝙ quid est dicitur. Accidens vero aut in eo ꝙ quale est aut in eo ꝙ quomodo habet sese. Nam si qualitatez interroges: accidens respondebit: vt si qualis est coruus: niger. Si quomodo se habet aliud rursus accidens aut sedet aut volat aut crocitat. Nam cum accidens in nouem predicamenta diuidatur: qualitatem: quantitatem: ad aliquid: vbi: situm habere: quando: facere: pati. Cetera quidem omnia in quomodo se habet interrogatione ponuntur. Qualitas vero in qualitatis suscitatione responderi solet. Nā si interrogemur qualis est ethiops: respondebimus accidens. i. niger. Si quomodo se habeat Socrates: tūc dicemus aut sedet: aut ambulat: aut superiorū aliqd̄ accidentium.

Genus vero quomodo ab alijs quatuor differat dictum est. Contingit autē etiam vnumquodq; aliorum differre ab alijs quatuor vt cū quinq; quidē sint: vnumquodq; autē ab alijs quatuor differat: quater quinq; xx. fiant omnes differentię: sed nō sic se habet sed semp posterioribus enumeratis: et secūdis quidē vna differentia superatis: propterea quia iam sumpta est. tertijs vero duabus: quartis vero tribus: quintis vero quatuor: sic decē fiunt omnes differentię: quatuor. tres. duę. vna. Genus etenī quo differt a differentia et a specie et proprio et accidēte dictum est. quatuor ergo sunt hę differentię. differētia vero quo differt a genere dictum est: quādo quo differt genus ab ea dicebatur. relinquitur ergo quo differat differentia a specie: et proprio et accidenti dicere et sunt tres. rursus species quo quidē differt a differentia dictum est: quādo quo differt a specie differētia dicebatur: et quo differat species a genere dictū est: quādo quo differat genus a specie dicebat. Reliquū est igitur in quo differat species a proprio et accidēti dicere: et sunt duę hę differentię: quo autē differt propriū ab accidenti relinquitur. Nam quo a genere et specie et differentia differat: predictum est in illorum ad ipsum differentijs. quatuor igitur sumptis generis differentijs ad alia: tribus vero differentię: duabus speciei. vna autē proprij ad accidens: decē erunt omnes: quarum quatuor quę erant generis ad reliqua superius demonstrauimus.

Quoniam differentias et cōmunitates generis ad differentiam ad speciem ad accidens et ad proprium persecutus est. Idem quoq; de cęteris facere cōtendens predicit: quot omnes differentię possint esse: quę inter se comparatis cōmunitatisq; rebus his quę supraposite sunt efficiantur. Sunt autem. xx. nam cum quinq; sint res: et vnaquęq; res earum si a quatuor alijs differat: quinquies quater. xx. differentię fiunt: quod appositarum litterarum manifestatur exemplo. Sint quinq; res veluti quinq; litterę. a. b. c. d. e. differat igitur. a. quidem ab alijs quatuor idest. b. c. d. e. fient quatuor differentię rursus. b. differat ab alijs quatuor idest. a. c. d. e. erunt rursus quatuor quę superioribus iunctę octo cōiungunt. c. vero tertia a reliquis differt quatuor. s. a. b. d. e. quę quatuor differentię superioribus octo copulatę. xij. reddunt. Quarta. d. si reliquis quatuor comparetur: differat eque ab eisdē. a. b. c. e. fient igitur rursus quatuor quę superioribus. xij. apposite. xvj. copulāt. Quod si vltima. e. ab alijs quatuor differat. s. a. b. c. d. fiet alię quatuor differentię: quę compositę prioribus. xx. perficiūt. et sic quidem huiusmodi descriptio.

```
    a          b          c          d          e
b c d e.   a c d e.   a b d e.   a b c e.   a b c d
```

Quę cū ita sint: in generibus quoq; et speciebus et cęteris idem considerabitur. Erunt ergo quatuor differentię quibus genus a differentia specie proprio accidentiq; disiungitur. Alię rursus quatuor: quibus differentia a genere specie proprio atq; accidēti discrepat. Rursus quatuor speciei ad genus ad differentiam proprium atq; accidens. Quatuor etiam proprij ad genus differentiam speciem atq; accidens. Quatuor insuper accidentis ad genus differentiam speciem atq; proprium. Quę coniunctę omnes. xx. explicant differentias. Sed hoc si ad numeri referas naturā cōparationisq; alternationē. Nā si ad ipsas differentiarum naturas vigilās lector aspiciat: easdē sępe sumptas differētias inueniet. Quo. n. genus differt a differentia: eodē differētia differt a genere. et quo differētia distat ad speciē: eodē spēs a differentia disgregat: et in cęteris eodē modo. In hac igit dispositione differētiarum quā supra disposui: easdē annumerauimus sępius. Itaq; si differētiarum similitudines subtrahamus decē fient oīno differētię: quas ad presentē tractatū velut diuersas atq; dissimiles oportet assumere. Age enī differat genus a differētia specie proprio atq; accidenti quatuor differētijs quas supra iā diximus. Itē sumamus differentiā distabit hęc a genere primū: deinde a specie: proprio: atq; accidenti. sed quo discrepet a genere iam superius explicatum est: cū diceremus quo genus a differentia discreparet. Detracta ergo hac cōparatione quoniam supra cōmemorata est relinquuntur tres differentię: quibus differentia proprio a specie accidentiq; disiūgitur: quę iunctę cū superioribus. iiij. vij. reddūt differentias. Post hanc species si sumatur quatuor quidem eius essent differentię secūdum numeri diuersitatē: cū ad genus differentiam propriū atq; accidēs cōparatur. Sed priores duę comparationes iam dictę sunt. Nam quo species differat a genere tunc dictum est cum quid genus differret a specie dicebamus. quid vero species a differētia distat cōmemoratum est: cū differentię ad speciem dissimilitudines redderemus. Quibus detractis duę supersunt integrę atq; intacte speciei ad proprium et accidens discrepantię. Quę iunctę cum. vij. ix. differentias copulant. proprij vero si ad numerum differentię considerentur: quatuor erunt. s. ad genus differentiam speciem atq; accidens comparati: quarum quidem tres superiores differentię iam dictę sunt. Nam quo a genere proprium distet tunc dictum est: cum quid genus a proprio distaret ostendimus. Rursus quid proprium a differentia discrepet: in colligēda distantia differētię proprijq; superius demonstratum est. quid vero propriū differt a specie: tunc expositū est: quando quid species distaret a proprio dicebatur. Restat igitur differentia vna proprij ad accidens quę superioribus iuncta. x. differētias claudit. Accidentis vero ad cętera possent quidem esse quatuor: nisi iā omnes probarentur esse consumptę. Nam quid differat vel genus vel differentia vel species vel proprium ab accidenti supra monstratum est: nec sunt plus differentię diuersę accidentis ad cętera: quam cęterorum ad accidens. Itaq; fit vt cū sit quinq; rerū numerus: si prima assumatur. iiij. fiant differentię. Si secunda: tres vincanturq; secunda res ad cęteras differentię a prima ad cęteras vna tantū distantia. Nam cū prima habuerit quatuor: secūda retinet. iij. tertia vero si assumatur: duas habebit differentias: quę vincūtur a primis. iiij. differentijs duabus. Quarta si sumatur vnam habebit differentiam: quę vincitur a primis quatuor differentijs tribus. Quinta vero quoniā nullā habebit oīno differentiā nouā totis. iiij. a prima differentijs superatur. atq; hoc numerorū gradu quidē vsq; ad denarium numerum tendit: quatuor: tres: duę: vna: vt generis quidem. iiij. differentię vero tres. Speciei. ij. proprij. j. accidentis nulla est. primę generis quidem cōparationes. iiij. nouas tenent differentias. secundę vero differentię comparationes tres nouas tenent. vna enim superius adnumerata est: vincitur autē a primis. iiij. nouis differētijs vna tantū. speciei vero tertia cōparatio duas tantū habet differentias nouas. duas quippe superius enumeratas cognoscimus. et vincitur a quatuor primis duabus tantum differentijs nouis. proprij vero

vnaz nisi retinet nouā: quoniā tres habet superius numeratas: vna cuiusq3 a prima nouis tribus differentijs quinti vero accidētis cōparationes q̄ nullā retinent nouā differētiā: totis q̄tuor a primis generis trāsfcēdunt. Atq3 ad hūc modū ex .x. differētijs idē numerū .x. sc̄dz dissimilitudinē contrahuntur: vt tamen has sc̄dm dissimilitudinem differentias nō in quinario tantum numero: verū in cęteris notas habere possimus: talis dabitur regula: quę plenam differentiarum dissimilitudinem in qualibet numeri pluralitate reperiat. Propositarum enim numero rerū si vnū dempseris: atq3 id q̄d dempto vno relinquitur: in totā summā numeri multiplicaueris: dimidium eius quod ex multiplicatione factum est coequabitur ei pluralitati quam propositarū rerum differentię continebant. Sūt ergo res quatuor a.b.c.d. his aufero vnum: et fiunt tres. has igitur quater multiplico: fiunt .xij. horū si dimidiū teneo: sex erūt. Tot enim igitur differentię inter se rebus quattuor cōparatis. a. quippe ad .b. et .c. et .d. tres retīet differētias. Rursus .b. ad .c. et .d. duas. c. vero ad .d. vnam. Quę simul senarium numerum complent. Atq3 hanc quidē regulam simpliciter ac sine demonstratione nunc dedisse sufficiat. In prędicamentorum vero expositione ratio quoq3 cur ita sit explicabitur.

C Ommune ergo est differētię et speciei ęqualiter participari. homine enim ęqualiter participant particulares homines: et rationali differentia. Cōmune vero est et semp̄ adesse his quę eorū participant. semper enim Socrates rationalis est: et semper homo est.

¶ Dictum est sępius ea quę substantiam formant nec remissione contrahi nec intensione produci. vtrumq3 id quod est vnum atq3 idem est. Qd̄ si differentia specierū substantiam monstrat: species vero indiuiduorū: ęqualiter vtraq3 ab intensione et remissiōe seiunctę sunt: quo fit vt ęqualiter participentur. Omnes enim indiuidui mortales atq3 rationales sunt homines. Nam si idem est esse homini quod est rationale esse: cū homines ęque sint homines: necesse est vt sint ęqualiter rationales. Aliud quoq3 cōmune habet differentia cum specie: quoniā ita differentię sui participantia non relinquunt vt species. Semper enim Socrates rationalis est (Socrates enī rationabilitate participat) semper homo est: quia scilicet humanitate participat. vt igitur differentię sui participantia nō relinquunt: ita species his quę ea participant: semper adiuncta est.

P Roprium autē est differentię quidē in eo q̄ quale sit p̄dicari: speciei vero in eo q̄ quid est. nam si homo velut qualitas accipiatur: nō erit tamen simpliciter qualitas: sed sc̄dm id q̄ generi aduenientes differētię eam cōstituerūt. Amplius differentia quidem sępe in pluribus speciebus consideratur: quemadmodū quadrupedes in pluribus animalibus specie differentibus: species vero in solis his quę sub vna specie sunt indiuiduis. Amplius differentia quidē prima est ab ea specie quę est sc̄dm ipsam. simul enim ablatum rationale interimit hominē: homo vero interēptus non aufert rationale: cū sit deus. Amplius differentia quidē componitur cum alia differentia. rationale enim et mortale compositū est in substantiā hominis: species vero speciei nō componitur: vt generat alterā speciem: quędā enim equa cuidā asino permiscetur ad muli generationem: equa enim simpliciter asino nunq̄ conueniens perficeret mulum.

¶ Expositis cōmunitatibus quantum ad institutionem pertinebat differentię et speciei: earundem nunc dissimilitudines colligit dicens: quoniam differunt q̄ species in eo q̄ quid sit prędicatur. Differentia autem in eo q̄ quale sit. Huic differentię poterat questio occurri. nam si humanitas ipsa quę species est: qualitas quędam est: cur dicatur species in eo q̄ quid sit prędicari: cū propter quādam suę naturę proprietatē quędam qualitas esse videatur. Hinc respondemus: quia differentia solum qualitas est: humanitas vero non solum est qualitas: sed tantū qualitate perficitur. Differentia enī superueniens generi speciem facit: ergo gen⁹ quadā differentia et qualitate formatum est vt procederet in species. species vero ipsa qualis quidē est secundū differentiā illius quę est pura ac simplex qualitas: qua scilicet perficitur et conformatur. Qualitas vero ipsa pura simplexq3 nullo modo est sed ex qualitatibus effecta substantia. itaq3 iure differentia quę pure ac simpliciter qualitas est in eo q̄ quale est sciscitantibus respondetur. species vero in eo q̄ quid sit iure respondetur licet ipsa quoq3 quędā qualitas sit non simplex: sed aliusqualitatis informata. Rursus quoq3 differentia ipsā est quia plures sub se species differentia continet. Species vero tantū indiuiduis p̄est. Rationalitas enim et hominem claudit et deum. quadrupes equū bouē et c̄. homo vero sola indiuidua: atq3 in alijs speciebus eadē ratio est. Idcirco enim diffinitiones quoq3 secutę sunt: vt differentia vocaretur quod de pluribus specie differentibus in eo q̄ quale sit prędicatur. Species vero q̄ de pluribus numero differentibus in eo q̄ quid sit prędicatur. Ideo etiā superioris naturę sunt differentię: q̄m continentes sunt specierū. nā si quis auferat differentiā speciem quoq3 sustulerit: vt si quis auferat rationabilitatem hominē deumq3 consumpserit: si quis vero hominem tollat: rationabilitas in speciebus reliquis constituta est: igitur differētię stant a specie: quod vna differētia plures species cōtinere sub se potest: species vero nullo modo. Alia rursus est differentia: quoniam ex pluribus differentijs vna species iūgitur: ex pluribus vero speciebus nulla species substantia copulatur. Iunctis enī differentijs mortali ac rationali factus est homo. Iunctis vero speciebus nulla vnquā species informatur. Quod si quis occurrat dicens: quoniā permixtus asino equus efficit mulū: non recte dixerit. Indiuidua enim indiuiduis iuncta: indiuidua rursus alia fortasse perficient. Ipse vero equus simpliciter .i. vniuersaliter et asinus vniuersaliter neq3 permisceri possunt aliquid si cogitatiōe misceantur: efficiunt. Constat igitur differentias quidem plurimas ad vnius speciei substantiā cōuenire. Species vero in alterius speciei naturam nullo modo posse congruere.

D Ifferentia vero et propriū cōmune quidem habent ęqualiter participari ab his quę eorū participant. ęqualiter enim rationalia rationalia sunt: et risibilia sunt risibilia: et semp̄ et omni adesse cōmune vtriq3 est. si enim curtetur qui bipes est nō substantia perit: sed ad id ad q̄d natum est: semper prędicatur. nā et risibile ad id quod natum est semper dicitur: sed non in eo q̄ semper rideat.

Nunc differentiā propriiq; cōia cōtinua rōne prosequitur. Cōmune enim dicit esse proprio ac differentie: q equaliter participantur: eque enim oēs hoies rōnales sunt: eque risibiles. Illud q: substātiā mōstrat: istud q: est equū proprie speciei & subiectā speciē nō relinquit. Aliud etiam in his cōe subiūgit equaliter .n. differentia semper subiectis adest: vt propriū. Sēper enī omnes homines rationales sūt: vt semper quoq; risibiles. Sz obici poterat non semper esse bipedem hominez: cum sit bipes differentia: si vnius pedis perfectione curtetur: quam tali modo soluimus questionē. Propria & differentie non in eo q semper habeātur: sed in eo q semper naturaliter haberi possunt: semper dicuntur adesse subiecto. Si enī qs curtetur pede: nihil attinet ad naturā sicut nihil ad detrahendū ppriū valet si hō non rideat. Hec enī nō in eo q adsint sed eo q p naturā adesse possunt: sp adesse dicuntur. Ipsum enim sp nō actu esse dicimus: sed natura. Nunq; enim fieri potest: vt per naturę ipsius proprietatē nō semper bipes sit etiā si fieri potest vt pede curtetur vel etiam si diminuto pede sit nat⁹ In his enim non speciei atq; substantię: sed nascenti indiuiduo derogatur.

Proprium autē differentię est: q hęc quidez de pluribus speciebus dicitur sepe: vt rationale de homine & de deo: propriū vero de vna sola specie cuius est proprium. et differentia illis est consequens: quorum est differentia: sed non conuertitur: propria vero conuersim predicatur de his quorum sunt propria propter id q conuertuntur.

¶ Distat a proprio differentia quod differentia plurimas species claudit ac de his omnibus predicatur: proprium vero vni tantum speciei coniungitur atq; equatur. Rationale enī de homine atq; de deo pdicat: quadrupes vero de equo & ceteris animalibus. Risibile vero vnam tantum speciez continet: idest hominē. vnde fit vt differentia semper speciez consequatur: species vero differentias minime. Propriū vero ac species alternis sese vicibus equa predicatione comitantur. Sequi vero dicitur aliquid quotiens quolibet re prius natura posterius reliquis conuenit nuncupari: vt si dicam omnis homo rationabilis est: prius homo est: posteri⁹ pro sui differentiam. Sequitur ergo differentia speciē. Ne si cōuertam nomina dicamq; omne rationabile homo ē propositio non tenet veritatem. Igitur species nulla ratione differentiam comitatur: proprium vero & species quia conuerti possunt mutuo se sequuntur. omnis homo risibilis est; & omne risibile homo est.

D Ifferentię autem & accidenti cōmune quidem est de pluribus dici. cōmune vero ad ea quę sunt insepera bilia accidentia semper & omnibus adesse. bipes enim semper adest omnibus coruis & nigrum similiter.

¶ Duo quidem differentię & accidentis cōmunia sunt quorum vnum inseperabilibus: seperabilibus accidētibus cum differentia commune est. Ab altero vero seperabile accidens segregatur. Tantum vero inseperabile secundo cōmuni clauditur. Est enī cōmune differentię cum omnibus accidentibus de plurib⁹ predicari. Nā; & seperabilia & inseperabilia accidētia sicut differentia de pluribus speciebus & indiuiduis predicatur: vt bipes de coruo atq; cigno muncupatur: & de his indiuiduis quę sub coruo sunt. Item de eodem coruo atq; cigno album & nigrum quę sunt inseperabilia accidentia predicātur. Ambulare enī vel stare dormire ac vigilare de hisdez dicimus: quę sunt seperabilia accidentia. Reliquis vero communitatis ea tātum accidentia videtur includere quę sunt inseperabilia. Nam sicut differentia semper subiectis speciebus adheresit: ita etiam inseperabilia accidentia nunq; videntur deserere subiectum: vt enim bipes quod est differentia nunq; speciem coruorum derelinquit: ita nec nigrum q accidens inseperabile est. Differentia vero ideirco non relinquit subiectum: quoniam eius substantiam cōplet ac perficit. Accidens vero huiusmodi est quoniam non potest separari. neq; enim posset esse accidens inseperabile si subiectuz aliquando relinqueret.

Differunt autem q differentia quidē continet & non continetur. continet enim rationalitas hominē & deū. accidentia vero quodāmodo continent. eo q in pluribus sunt quodāmodo cōtinētur. eo q nō vnius accidentis susceptibilia sunt subiecta: sed plurimorum: & differentia quidē ē intensibilis & irremissibilis. accidentia vero minus & magis recipiunt: & impermixte sunt quidez cōtrarie differentię. mixta vero contraria accidentia. huiusmodi quidem communiones & proprietates differentię & cęterorum sunt. Species vero quō quidez differat a genere & differentia: dictum est in eo q dicebamus quo genus differat a ceteris: & quō differentia differt a cęteris.

¶ Post differentię & accidentis redditas cōmunitates nunc de eorū differentijs tractat. Ac primum quidē tale proponit. differentia quidem omnis speciem continet: Rationabilitas enim continet hominez: quā pl⁹ rationabilitas q; species idest homo predicatur. supergressa enim substantiam hominis in deum vsq; diffunditur. Accidētia vero aliquando continent: aliquando continentur. Continent quidem quia quodlibet vnuz accidens speciebus adesse pluribus consueuit: vt album cigno & lapidi. ut nigrum coruo & ethiopi atq; hebeno. Continentur vero: quoniā plura accidētia vni accidūt speciei: vt videatur illa species plura accidentia continere. cum enim ethiopi accidit vt sit niger: accidit vt sit simus: vt crispus: quę cuncta accidentia sunt ethiopis: Species quodammodo intra se plurima accidentia videtur includere. huic occurri potest: quoniam differentię quoq; & quo modo continent aliquo modo continentur vt rationabilitas continet hominē: plus enī q; de hoie pdicatur. Continetur quoq; ab homine quā non solū hanc differentiam homo continet verum etiam mortale. Respōdebimus contra hoc. omnia quecūq; substantialiter de pluribus predicantur: ab his de quibus dicuntur nō poterunt contineri. quo fit vt differentię quidem non contineantur a specie: & si sint plures differentię quę speciem forment. Accidentia vero continentur: quoniam accidentia speciei substantiam nulla predicatione cōstituunt. nā nec proprię vniuersalia dicitur accidentia: cū de speciebus pluribus dicantur. Differentię vero maxime & proprię dicuntur vniuersalia. Quę enim quorlibet vniuersalia sunt: ea necesse est eorū quorū sunt vniuersalia: etiaz substantiam continere: quo fit quia differentię substantiam monstrant intensione ac remissione careant: vna enim quęq; substantia neq; contrahi neq; remitti potest. At vero accidentia quoniam nullā cōstitutionem substantię profitentur: intensione crescunt & remissione decrescunt. Illa quoq; eorū est differentia: q differentię contrarię permisceri vt ex se fiat aliquid non queunt. Accidentia vero contrarię: & quędam medietas ex alterutra contrarietate coniunguntur. Ex rationabili enim & irrationabili nihil vnum iungi potest. Ex albo

vero ⁊ nigro fit aliquis medius color. Expositis igitur distantiis differentię ad cetera restat de specie dicere cuius quidem differentias ad genus ante collegimus: cum generis ad species differentias diceremus. eiusdē quoque etiam speciei distantias ad differentiam ostendimus cū differentię ad speciem dissimilitudines mōstrabamus. Restat igitur speciem proprio ⁊ accidenti cum communione cōiūgere: tum differentijs segregare.

s

Peciei vero ⁊ proprij cōmune est quidē de se inuicem predicari: nam hō etiā risibile est: risibile homo est risibile vero quoniā secundū id quod natum est ridere accipitur: sępe iam dictū est: ęqualiter enim sunt species his quę eorum participant: ⁊ propria quorum sunt propria.

C Cōmune inquit habent proprium atque species ad sese ipsa predicationes habere cōuersas. Nam sicut species de proprio: ita proprium de specie predicatur: nā vt est homo risibilis: ita risibile homo est. Idque iā superius dictum esse cōmemorat: cuius communitatis rationem subdit eam. s. q̄ ęqualiter spēs indiuidua participant sicut eadē ppria. his quorum sunt ppria. q̄ ratio nō videt ad cōuersionē predicationis accomodata: sed potius ad illam aliam similitudinem. quia sicut species ęqualiter ab indiuiduis participantur: ita etiam propria. ęque enī Socrates ⁊ Plato homines sunt sicut etiam risibiles. Itaque tamē aliam cōmunionem debemus accipere illud quod est additum. ęqualiter enim sunt species his quę eorum participant: ⁊ propria quorum sunt propria. An magis est intelligendum hoc modo dictum tamē si diceret ęqualia sunt species ⁊ propria. nam quia species eorum sunt species quę speciebus ipsis participant: ⁊ propria eorum propria quę proprijs participant: proprium atque species ęqualiter vtrique sūt: ideoque neque species superuadit ea quę specie participāt: nec propria superuadūt ea quę proprijs participant. Cumque propria speciei sint propria. species et propria ęqualia est. necesse est atque inuicem predicari.

d

Iffert autē species a proprio: quoniam species quidem potest ⁊ alijs esse genus: proprium vero aliarum specierum esse impossibile est. ⁊ species quidem ante subsistit q̄ proprium: proprium vero post fit in specie. oportet enim ante hominē esse: vt sit risibile. Amplius spēs quidem semper actu adest subiecto: proprium vero aliquādo actu: potestate vero semp. homo enim semper actu est socrates: non vero semp ridet: quāuis sit natura semp risibilis. Amplius quorum termini differētes sunt ⁊ ipsa sunt differentia: est autem speciei esse: semp sub genere: ⁊ de pluribus differētibus numero in eo q̄ quid sit predicari: et cetera huiusmodi: proprij vero est soli et oī ⁊ semper adesse.

Primam proprij ⁊ speciei differentiam dicit: quoniam species potest aliquando in alias species deriuari: id est potest esse genus: vt animal cum sit species animati potest esse genus hominis. sed nunc nō de his speciebus loquitur quę sunt specialissimę: atque hunc confundere videt errorē: q̄ cū de his speciebus dicere ꝓposuerit quę essent vltimę: nunc de his quę sunt subalternę: ⁊ sępe locum generis obtineant disserit. ppria vero nullo modo genera esse possunt: quoniā specialissimis adęquantur. Quę quoniam genera esse nequeunt nec propria q̄ sunt sibi ęqualia esse permutuntur. Rursus species semper ante subsistit q̄ ꝓprium. nisi enim sit homo: risibile esse nō poterit: ⁊ cum ista simul sint: tamē substantię cogitatio precedit ꝓprij rationem. Omne enim ꝓprium in accidentis genere collocatur. Eo enī differt ab accidēti: quia circa omnē solam qualibet vnam speciem vim ꝓprię predicationis continet. Nō si priora sunt substantię q̄ accidentia: species vero substantia est. Propriū vero accidens: nō est dubiū quin prior sit species: ꝓprium vero posterius. Discernūtur etiā priores actu potestatisque natura. Species enī actu semp īdiuiduis adest. Propria vero aliquotiens actu: potestate autem semp. Socrates enim ⁊ plato actu sunt homines: non vero semper actu rident: sed risibiles esse dicuntur: tum etiā nō rideant: ridere tamen poterūt. Natura itaque species ⁊ proprium semp subiectis adest: sed actu species. Proprium vero non semp actu vt dictum est. Ait rursus quoniā diffinitio substantiam monstrat: eorum quorū diuersę sunt diffinitiones: diuersę sunt substantię. Est aūt speciei diffinitio sub genere esse: ⁊ de pluribus numero differentibus in eo q̄ quid sit p̄dicari: quā superius expositam frequenter nunc iterare opus non est. Propriū vero non ita diffinitur. Propriū est qđ vni ⁊ omni ⁊ semp speciei adest: quorū diffinitiones diuersę sunt: non est dubium speciem ac proprium secūdum naturę suę terminos discrepare.

s

Peciei vero ⁊ accidentis cōmune quidem est de pluribus predicari: rarę vero alię sunt cōmunitates propterea quoniā q̄ plurimum distant a se accidens: ⁊ id cui accidit.

C Speciei ⁊ accidentis similitudinem cōmunem dicit de pluribus predicari: de pluribus enim dicitur species sicut ⁊ accidens. Raras vero dicit alias esse eorum communiones. idcirco quoniam longe diuersum est id quod accidit: ⁊ cui accidit. Cui enim accidit subiectum est atque suppositum. Quod vero accidit suppositum atque aduenientis naturę. Item quod supponitur substantia est: quod vero velut accidens predicatur extrinsecus venit. Quę omnia multā eius quod est subiectū ⁊ eius quod est accidens differentiā faciunt. tamen inueniri etiam alię possunt speciei ⁊ accidentis inseparabilis cōmunitates: vt semper subiectis adesse: ęque enim homo singulis hōibus semper adest ⁊ inseparabilia accidentia singulis indiuiduis speciebus sunt: ⁊ q̄ species de his quę indiuidua continent: ęque de pluribus vt accidētia indiuiduis predicātur. Nā homo de Socrate Platone. Nigrum vero atque album de pluribus coruis ⁊ cignis quibus accidens est nuncupatur.

p

Ropria vero vtriusque sunt speciei qđ in eo quid est predicari de his quorum est species. accidentis autem in eo q̄ quale quiddā est vel quomodo se habens ⁊ proprium est vnamquāque substantiā: vna quidē specie participari: pluribus autē accidētibus et separabilibus ⁊ inseparabilibus Et species quidē ante subintelligi potest q̄ accidentia: vel si sint inseparabilia: oportet enī ante esse subiectū: vt illi aliud accidat. accidētia vero posterioris generis sūt ⁊ aduenticię naturę: ⁊ speciei qdē participatio ęqualiter est: accidentis vero vel si inseparabile sit nō ęqualiter. ethiops enī alio ethiope habebit colorē: vel intensum vel remissum secundū nigredinem. Restat igitur de proprio ⁊ accidenti dicere. quo enim proprium a specie ⁊ differentia ⁊ genere differt dictum est.

¶ Nõ nunc propriũ speciei ⁊ accidentis se exequi pollicetur: tale propriũ intelligendũ est: qꝫ ut superius dictum est ad comparationẽ dicitur differentię. Species vero in eo qꝫ quid est predicatur: accidens vero in eo qꝫ quale. quia differentia non ab accidentibus solum species discernuntur: verũ etiaꝫ a differentijs ⁊ proprijs: nec soluꝫ species ab eisdem verum etiam genus. Preterea qꝫ species in eo qꝫ quid est predicatur: accidens vero in eo qꝫ quõ se habeat: id quoqꝫ cõe est cũ genere. gen⁹ quoqꝫ ab accidẽti ĩ eo qꝫ qd est ⁊ quomõ se habeat p̃dicatione diuidit. Itẽ vnãquãqꝫ substantiã vna videt spẽs cõtinere: vt socratẽ homo. atqꝫ ideo Socrati vna tñ propinquã est spẽs hominis. Rursus indiuiduo equo vna spẽs equi est ꝓxima. Itẽqꝫ in ceteris: vnicuiqꝫ enĩ subiecto vna spẽs p̃est: at võ vnicuiqꝫ subiecto nõ vnũ accidẽs iũgit. vnicuiqꝫ enĩ subiecto plura sp accidẽtia supueniunt: vt socrati qꝫ caluus ⁊ qꝫ sim⁹. qꝫ glaucus: qꝫ ꝓpenso ventre: ⁊ in alijs quidẽ substantijs de numero accidentium idẽ conuenit dicere. Dehinc semper ante accidentia species intelliguntur: nisi enim sit homo cui accidit aliquid accidens esse non poterit: ⁊ nisi sit quęlibet substãtia cui accidens possit adiungi: accidens non erit. Omnis autem substantia propria specie cõtinetur. recte igit̃ prius species: accidẽtia vero posterius intelliguntur. Posterioris enim sunt (vt ait) generis ⁊ aduentitię nature. Nam quę substantiã non informant: recte aduentitię naturę esse dicuntur ⁊ posterioris generis. Illis enim substantijs sunt: quę ante differentijs informatę sunt. rursus quoniã species substantiam monstrat: substantia vero (vt dictuꝫ est) intẽsione ac remissione caret: speciei participatio intensionem remissionemqꝫ non suscipit. Accidens vero vel si inseparabile sit potest intensionis remissionisqꝫ incremento ⁊ decremẽto variari: vt ipsũ inseparabile accidens quod ethiopibus inest. s. nigredo. Potest enĩ quibusdam talis adesse vt sit fuscis proxima: alijs vero talis: vt sit nigerrima. Restat nunc proprij cõmuniones ac differentias persequi. Sed qꝫ proprium differat a genere vel specie vel differentia superi⁹ demonstratum est: cũ quid genus vel spẽs vel differentia a proprio distaret ostendimus. Nunc reliqua ad cõmunitatem vel differentiaꝫ cõsideratio est: quę propriũ accidentibus aut iungat aut segreget.

Commune autẽ proprij ⁊ accidẽtis inseparabilis est: qꝫ preter ea nũqꝫ consistant ea in quibus cõsiderant̃. quẽadmoduꝫ enĩ preter risibile nõ subsistit hõ: ita nec p̃ter nigredinẽ subsistit ethiops: ⁊ quẽadmoduꝫ semper ⁊ omni adest propriũ. sic inseparabile accidens.

Quoniã propriũ semper adest speciebus: nec eas vllo modo relinquit: quoniamqꝫ inseparabile accidẽs a subiecto non potest segregari: hoc illis inter se videtur esse cõmune: qꝫ ea in quibus insunt preter propria vel inseparabile accidentia esse non possunt. Inseparabilia vero accidentia comparat proprio: quoniã vt in specie dictum est rarissime sunt speciei atqꝫ accidentis similitudines. Quocirca multo magis proprij atqꝫ accidentis cõmunitates difficile reperiuntur. Accidens enĩ in contrariũ diuidi solet in inseparabile accidens atqꝫ separabile. quę vero sub genere in contrarium diuiduntur: ea nullo alio nisi tantũ generis predicatione participant. Nõ si proprium inseparabile quoddam accidẽs est: a separabili accidenti plurimũ differt: atqꝫ ideo nullas proprij ⁊ seperabilis accidentis similitudines querit. Sed quoniam ipsum certis quibusdaꝫ causis ab inseparabilibus accidentibus differt: horũ ⁊ cõmunitates inueniri possunt ⁊ inter se differentię: quarũ vna quideꝫ ea est quã superius exposuimus. secunda vero quã sicut proprium semper ⁊ omni speciei adest ita etiam inseparabile accidens. Nam sicut risibile omni homini ⁊ semper adest ita etiã nigredo oĩ coruo ⁊ semp adiuncta est.

Differt autẽ quoniã propriuꝫ vni soli speciei adest: quẽadmoduꝫ risibile homini: inseparabile vero accidens: vt nigruꝫ nõ solum ethiopi: sed etiã coruo adest ⁊ carboni ⁊ ebeno ⁊ quibusdã alijs: quare proprium cõuersim de eo cuius est propriuꝫ predicatur ⁊ equaliter: inseparabile vero accidens cõuersim nõ predicatur. ⁊ propriorũ quidẽ equalis est participatio: accidentium vero hec quideꝫ magis: illa vero minus. Sunt quidẽ ⁊ alie cõmunitates vel proprietates eorum quę dicta sunt. sed sufficiunt quideꝫ hec ad discretionẽ eorum quę dicta sunt: cõmunitatisqꝫ traditionem.

Proprij atqꝫ accidẽtis prima quidem differentia est: quoniã propriũ semper de vna tñ specie dicitur: accidens vero minime: sed eius predicatio in plurimas diuersi generis substantias speciesqꝫ diffunditur. risibile enim de nullo alio nisi de homine predicatur. Nigruꝫ vero quod est inseparabile quibusdã accidens: tã coruo qꝫ ethiopi quę diuersa sunt specie: coruo vero atqꝫ ebeno quę differũt generibus nõ tñ specie presto est. quo fit ut proprijs quidẽ conuersio equa seruetur. in accidẽtibus vero minime. Quoniã enim ꝓpria in singulis esse suũ habent: atqꝫ omnes continent species: conuerso ordine p̃dicantur. Nam quod risibile est homo est: ⁊ quod homo risibile. nigrũ vero non ita: sed ipsum quidem de his predicari potest quibus inest. Illa vero ad huius predicationẽ cõuerti retrahiqꝫ nõ possunt. nigrũ enim de carbone de ebeno homine coruo predicatur hęc vero de nigro minime. Nam quę plurima continẽt de his quę cõtinent predicari possunt: ea vero quę cõtinẽtur de sese continẽtibus nullo modo p̃dicãtur. Rursus propriũ quidẽ equaliter participatur: accidẽs remissionibus atqꝫ intẽsionibus permutat̃. omnis enĩ homo eque risibilis est. Ethiops võ nõ equaliter niger ẽ: sed (ut dictũ est) aliquis quidẽ paulominus niger. Ali⁹ vero teterrimus inuenitur. ⁊ de proprij quidẽ atqꝫ accidentis differentijs satis dictum est. Restabat vero accidentis ad cetera cõmunitates proprietatesqꝫ explicare: sed iam superius annumerate sunt cũ generis ⁊ differentię: speciei proprij: ⁊ accidentis similitudines ac differentias assignauimus. Fortasse autem his institutis animus sollertior factus alias preter eas: quas nunc diximus: cõmunitates vel differentias quinqꝫ rerum quę superius sunt positę reperiet. Sed ad discretioneꝫ atqꝫ eorũ similitudines comparandas ea fere quę sunt dicta sufficiũt. Nos etiam quã promissi operis portuꝫ tenemus: atqꝫ huius libri seriem primo quidẽ a rhetore victorino: post vero a nobis latina oratione conuersam gemina expositione patefecimus. hic terminũ longo statuimus operi continenti. v. rerum disputationẽ ⁊ ad predicamenta seruanti.

Finis.

Anicii Manlii Severini Boetii viri clarissimi editio prima in Categorias Aristo.

Expeditis his que ad predicamenta Aristotelis Porphyrii institutione digesta sunt: hec quoque commenta eos in predicamenta perscribens mediocris stili sermonem persecutus: nihil de altiorum questionum tractatione permiscui: sed dilucidandi moderatione servata nec angere lectorem brevitate volui: nec dilatatione confundere. Quare primo breviter huius operis aperienda videtur intentio: que est huiusmodi. Rebus preiacentibus: & in propria principaliter nature constitutione manentibus: humanum solum genus exstitit: quod rebus nomina posset imponere. Unde factum est: ut singulatim omnia prosecutus hominis animus singulis vocabula rebus aptaret. Et hoc quidem verbi gratia. corpus hominem vocavit: illud vero lapidem: aliud lignum: aliud vero colorem. Et rursus quicunque ex se alium genuisset: patris vocabulo nuncupavit. Mensuram quoque magnitudinis proprii forma nominis terminavit: ut diceret bipedale esse aut tripedale. & in aliis eodem modo. Ergo omnibus nominibus ordinatis ad ipsorum rursus vocabulorum proprietates figurasque reversus est: & huiusmodi vocabuli formam que inflecti casibus posset: nomen vocavit: que vero temporibus distribui verbum. Prima igitur illa fuit nominum positio: per quam vel intellectui subiecta vel sensibus designarent. Secunda consideratio: qua singulas nominum proprietates figurasque perspicerent: ita ut primum nomen sit ipsum rei vocabulum. Ut verbi gratia: cum quelibet res homo dicatur. Quod autem ipsum vocabulum id est homo nomen vocatur: non ad significationem nominis ipsius refertur sed ad figuram: idcirco quod possit casibus inflecti. Ergo prima positio nominis secundum significationem vocabuli facta est. Secunda vero secundum figuram. & est prima positio: ut nomina rebus imponerentur. Secunda vero ut aliis nominibus ipsa nomina designarentur. Nam cum homo vocabulum sit subiecte substantie: id quod dicitur homo: nomen est hominis. id est ipsius nominis appellatio est. Dicimus enim quale vocabulum est homo: & proprie respondetur nomen. In hoc igitur opere hec intentio est: de primis rerum nominibus: & de vocibus res significantibus disputare: non in eo quod secundum aliquam proprietatem figuramque formantur: sed in eo quod significantes sunt. Nam cum vel de substantia vel facere vel pati dicatur: non ita tractatur: quasi unum eorum casibus inflecti possit. Aliud temporibus permutari: sed quasi aut hominem aut equum: aut individuum aliquod: aut speciem genusve significet. Est igitur huius operis intentio de vocibus res significantibus in eo quod significantes sunt pertractare. Hec quidem est tempori introductionis & simplicis expositionis apta sententia: quam nos nunc Porphyrium sequentes: quod videbatur expeditior esse planiorque digessimus. Est vero in mente de tribus olim questionibus disputare: quarum una est quid predicamentorum velit intentio. Ibique numeratis diversorum sententiis docebimus cui nostrum quoque accedat arbitrium: quod nemo huic in presentiarum sententie repugnare miretur: cum videat quanto illa sit altior Porphyrii: cuius non nimium ingredientium mentes capaces esse potuissent: ad quos mediocriter imbuendos ista conscripsimus. Afficiendi ergo & quodammodo disponendi mediocri expositione sunt in ipsis quasi discipline huius foribus quos ad hanc paramus scientiam admittere. Hanc igitur cum mutate sententie utriusque operis lector agnoscat. quod illic ad scientiam pythagoricam perfectamque doctrinam: hic ad simplices introducendorum motus expositionis sit accommodata sententia. Sed nunc ad propositum revertamur sitque in presenti opere predicamentorum intentio. que superius est comprehensa. id est de primis vocibus significantibus prima rerum genera in eo quod significantes sunt disputare. & quoniam res infinite sunt: infinitas quoque voces que significent eas esse necesse est. Sed infinitorum nulla cognitio est infinita. namque animo comprehendi nequeunt. Quod autem ratione mentis circumdari non potest: nullius scientie fine concluditur. quare infinitorum scientia nulla est. Sed hic Aristoteles non de infinitis rerum significationibus tractat: sed decem predicamenta constituens ad que ipsa infinita multitudo significantium vocum referri debeat: terminavit. Verbi gratia: cum dico homo lignum lapis equus animal plumbum lignum argentum aurum hec & alia huiusmodi que numerum infinita sunt: hec omnia ad unum substantie vocabulum reducuntur. Hec namque & si qua sunt alia que certe sunt infinita vocabula: unum substantie nomen includit. Rursus cum dico bipedale tripedale sex quattuor decem: lineam superficiem soliditatemque: & quecunque alia ex eodem sunt genere infinita: uno quantitatis nomine continentur: ut hec omnia sub quantitate ponantur. Rursus cum dico album: vel scientiam: vel bonum: vel malum: vel alia huiusmodi: que quoque in hoc genere quoque infinita sunt: unum tamen nomen concludens omnia qualitatis occurrit: & de aliis quoque similiter. Rerum ergo diversarum indeterminatam infinitamque multitudinem: decem predicamentorum paucissima numerositate conclusit: ut que infinita sub scientiam cadere non poterant: decem generibus propriis diffinita scientie comprehensione claudantur. Ergo decem predicamenta que dicimus: infinitarum in vocibus significationum genera sunt. Sed quoniam omnis vocum significatio de rebus est: que voce significantur: in eo quod significantes sunt: genera rerum necessario significabunt. Ut igitur concludenda sit intentio: dicendum est in hoc libro de primis vocibus prima rerum genera significantibus in eo quod significantes sunt: dispositum esse tractatum. ¶ Sed quoniam de intentione dictum est: breviter huius operis utilitas explananda est. Nam cum res infinite infinitis quoque vocibus significarentur: & (ut dictum est) sub scientiam venire non possent: hac diffinitione: qua decem predicamentorum divisio facta est cunctarum rerum & vocum significantium acquirimus disciplinam. Hinc est quod ad logicam tendentibus primus hic legendus liber occurrit. Idcirco quod cum omnis logica syllogismorum ratione sit constituta: syllogismi vero propositionibus coniungantur: propositiones vero sermonibus constent. Prima est utilitas: quid quisque sermo significet propria scientie diffinitione cognoscere. Hec quoque nobis de decem predicamentis inspectio: & in physica Aristotelis doctrina & in morali philosophie cognitione perutilis est quod per singula currentibus magis liquebit.

¶ Quocirca de ordine quoque huius libri eadem ratio est. Nam quoniam res simplices compositis natura priores sunt: que enim composita sunt ex simplicibus componuntur. Hic quoniam de simplicibus vocibus res significantibus disputat: secundum ipsius simplicitatis principalem naturam primus hic Aristotelis inchoantibus liber addiscitur. Nec illud fere dubium est: ad quam partem philosophie huius libri ducatur intentio. Idcirco quoniam quidem qui de significantibus vocibus tradit: de rebus quoque est aliquatenus tractaturus. Res etenim & rerum significatio iuncta est: sed principaliter erit illa disputatio: que de sermonibus est. Secundo vero loco illa que de rerum ratione formatur. Quare quoniam omnis ars logica de oratione est: & in hoc opere de vocibus principaliter pertractatur. Quamquam enim sit huius libri relatio ad ceteras quoque philosophie partes: principaliter tamen refertur ad logicam: de cuius quodammodo simplicibus elementis. id est de sermonibus in eo principaliter disputatur. ¶ Aristotelis vero neque ullius alterius liber est idcirco quod in omni philosophia sibi ipse de huius operis disputatione constituit: & brevitas ipsa atque subtili-

tas ab Aristotele non discrepat. Alioquin interruptum imperfectumque opus eius videretur: qui de syllogismis scriberet si aut de propositionibus praetermisisset aut de primis vocibus et terminis quibus ipse propositiones continentur omitteret. Quamquam etiam alter Aristotelis liber de eisdem disputans eadem fere continens: cum sit oratione diversus. Sed hic proprietatis liber titulum cepit. Archytas autem duos composuit libros, quos καθόλου λόγους inscripsit: quorum in primo hec decem predicamenta disposuit. Unde posteriores quidam non esse Aristotelem huius divisionis inventorem suspicati sunt quod Pythagoricus vir eadem conscripsisset. In qua sententia Iamblicus philosophus est non ignobilis: cui non consentit Themistius neque concedit eum fuisse Archytam qui pythagoricus tarentinusque esset: quique cum Platone aliquantulum vixisset: sed peripateticum aliquem Archytam: qui novo operi auctoritatem vetustate nominis conciliaret sed de his alias. ¶ Varia inscriptio que varia fuit. Inscripsere namque alii de rebus: alii de generibus rerum: quos eadem similisque culpa confudit. Namque (ut docuimus) non de rerum generibus: neque de rebus: sed de sermonibus rerum genera significantibus in hoc opere tractatus habetur. hoc vero Aristoteles ipse declarat cum dicit. Eorum que secundum nullam complexionem dicuntur: singulum aut substantiam significat: aut quantitatem. Quod si de rebus divisionem faceret: non dixisset significat. res enim significatur: non ipsa significat. Illud quoque maximo argumento est Aristotelem non de rebus: sed de sermonibus res significantibus speculari: quod ait. singulum igitur eorum que dicta sunt: ipsum quidem secundum se in nulla affirmatione dicatur. horum autem ad se invicem complexione affirmatio fit. Res enim si iungantur: affirmationem nullo modo perficiunt. affirmatio namque in oratione est. ¶ Quocirca si predicamenta iuncta faciunt affirmationem: affirmatio vero non nisi in oratione est: que autem iunguntur ut affirmatio fiat hec sunt rerum significantes voces predicamentorum tractatus non de rebus sed de vocibus est. male igitur vel de rebus vel de rerum generibus inscripserunt. Annotant alii hunc librum legendum ante topica: quod nimis absurdum est. Cur enim non magis ante physicam: quasi vero minor huius sit libri usus in physicis. cum primi resolutorii ante topica praelegantur: et ante primos resolutorios Periermenias liber ad cognitionem veniat inchoantis. cur non magis hunc librum vel ante periermenias: vel ante resolutorios inscripserunt. Quare repudianda est inscriptionis illius quoque illa sententia. Dicendumque est: quoniam rerum prima decem genera sunt: necesse fuit decem quoque esse simplices voces: que de subiectis rebus dicerentur. Omne enim quod significat de illa re dicitur quam significat inscribendus liber est de decem predicamentis. ¶ Sed forte quis dicat: si de significantibus rerum vocibus ipsa disputatio est: cur de ipsis disputat rebus. Cui dicendum est: quoniam res semper cum propria significatione coniuncte sunt: et quicquid in res venit: hoc idem in rerum vocabulis invenitur: quare recte de vocabulis disputans proprietatem significantium vocum de his que significabantur: id est de rebus assumpsit. ¶ Erit alia quoque fortasse questio: cur cum hic orationem in decem predicamenta sit partitus in periermenias libro in duas tantum partes divisionem fecit. in verbum videlicet et in nomine. Sed hoc interest quod illic figuras vocabulorum dividit: in hoc de significationibus tractat: quare non est sibi ipsi contrarius. In periermenias enim libro de nomine et verbo considerat: que secundum figuram quandam vocabuli sunt: quod illud inflecti casibus potest: illud variari per tempora: hic vero non secundum has figuras: sed in eo quod voces significantes sunt disputatur: quare diversam in diversis rebus atque tractatibus faciendo divisionem nulla contrarie-tate notabitur. neque nunc orationem dividit: sed ad multitudinem generum nomina ipsa dispartit. nam quoniam decem rerum genera sunt: non secundum orationem: sed secundum rerum significationem in decem predicamenta voces dividit: deque his tractat. Atque ideo necesse fuit quodammodo disputationem de rebus quoque misceri. ita (ut dictum est) ut non aliter nisi ex rebus proprietates in sermonibus apparerent. atque ita non de rebus proprie sed de predicamentis: id est de ipsis rerum significativis vocibus in eo quod significantes sunt series disputationis orditur. Cur autem si de predicamentis disputat de equivocis vel univocis vel de denominativis primus illi tractatus est. Id facit nimirum quod quedam semper a disputantibus premittuntur: quibus positis facilior de sequentibus possit esse doctrina: ut in geometria prius termini preponuntur: post theorematum ordo contexitur. Ita quoque hic quicquid ad predicamentorum disputationes esse possit utile: prius quam ad ipsa predicamenta veniret: exposuit: quare que quoniam predicenda erant explicavi. Nunc ad ipsius disputationis seriem textumque veniamus.

(e) Equivoca dicuntur quorum solum nomen commune est: secundum nomen vero substantie ratio diversa: ut animal homo et quod pingitur. Horum enim solum nomen commune est: secundum nomen vero substantie ratio diversa. Si quis enim assignet quid sit utrumque eorum quo sint animalia: propriam assignabit utriusque rationem.

¶ Quid autem equivoca vel univoca vel denominativa utilitatis habeat secundum ipsas singulorum rationes diffinitionesque tractabit. ¶ Omnis res aut nomine aut diffinitione monstratur. namque subiectam rem aut proprio nomine vocamus: aut diffinitione quid sit ostendimus. Ut verbi gratia: quandam substantiam vocamus hominis nomine: et eiusdem diffinitionem damus dicentes: hominem esse animal rationale mortale: ergo quoniam omnis res aut diffinitione aut nomine declaratur: ex his duobus nomine scilicet et diffinitione diversitates quattuor creantur. ¶ Omnes namque res aut eodem nomine et eadem diffinitione iunguntur ut homo et animal. utraque enim animalia dici possunt et utraque una diffinitione iunguntur. Est namque animal substantia animata sensibilis: et homo rursus substantia animata sensibilis: et hec vocantur univoca. ¶ Alia vero que neque nominibus neque diffinitionibus coniunguntur: ut ignis lapis vel color: vel que proprie substantie natura disiuncta sunt: hec autem vocantur diversivoca. ¶ Alia vero que diversis nominibus nuncupantur et uni diffinitioni designationique subduntur: ut gladius ensis. hec enim multa sunt nomina: sed id quod significant: una diffinitione declaratur. et hoc vocatur multivocum. ¶ Alia vero que nomine quidem congruunt diffinitionibus discrepant: ut est homo verus: homo pictus. nam utrique vel animalia vel homines nuncupantur. Si vero quis velit picturam hominemque diffinire: diversas utrisque diffinitiones contribuet. et hec vocantur equivoca. Quare quid sint equivoca dictum est. Singulas aristotelice diffinitionis sententias persequamur. ¶ Equivoca inquit dicuntur. Res per se ipse equivoce non sunt: nisi uno nomine predicentur. Quare quoniam ut equivoca sint: ex communi vocabulo trahunt: recte ait: equivoca dicuntur. Non enim sunt equivoca: sed dicuntur. Fit autem non solum in nominibus: sed etiam in verbis equivocatio: ut cum dico complector te: et complector a te. In quibus significationibus cum unum nomen sit complector: alia tamen faciendi ratio est: alia patiendi: atque ideo id quoque equivocatio est. unum enim

nomen quod est complectar: diuersis faciendi et patiendi diffinitionibus terminatur. In prepositionibus quoque et in coniunctionibus frequenter equiuocatio reperitur. Atque ideo quod ait, quorum nomen solum commune est, nomen accipiendum est omnis rerum per vocem significatio id est omne vocabulum: non proprium solum neque appellatiuum: quod ad illud tantum nomen pertinet: quod casibus inflecti potest: sed ad omnem rerum significationem: qua rebus imposita vocabula predicamus. Solum autem duobus modis dicitur: semel cum aliquid vnum esse dicimus: vt si dicamus solus est in domo id est vnus. Alio vero modo cum dicimus ad quandam ab altero diuisionem: vt si dicat quis solam me habere tunicam: id est non etiam togam: ad diuisionem videlicet toge. Hic ergo Aristoteles posuit dicens, solum nomen commune. quasi hoc voluisset intelligi non etiam diffinitio. equiuoca enim iunguntur nomine: sed diffinitione dissentiunt. ¶ Commune quoque multis dicitur modis. Dicitur commune quod in partes diuiditur: et non iam totum commune est: sed partes eius proprie singulorum: vt domus. ¶ Dicitur commune quod in partes non diuiditur: sed vicissim in vsus habentium transit: vt seruus communis vel equus. ¶ Dicitur etiam commune quod vtendo cuiusque fit proprium post vsum vero in commune remittitur: vt est theatrum nam cum eo vtor meum est: cum inde discedo: in commune remitto. ¶ Dicitur quoque commune: quod ipsum quidem nullis diuisum partibus totum vno tempore in singulos venit: vt vox vel sermo ad multorum aures vno eodemque tempore totus atque integer peruenit. Secundum hanc igitur vltimam communis significationem Aristoteles putat equiuocis rebus commune esse vocabulum Namque in homine picto et homine viuo in vtrisque totum vocabulum dicitur animalis. secundum vero nomen vero substantie ratio diuersa. hoc hac significatione permittit et vt si aliter reddantur diffinitiones quam secundum nomen: statim tota diffinitio labet et titubat. Ac primum de diffinitionis proprietate dicendum est. Ille enim certe diffinitiones sunt. que conuertuntur: vt si dicas quid est homo. animal rationale mortale. verum est. Quid est animal rationale mortale. homo hoc quoque verum est. At vero si ita quis dicat. quid est homo. substantia animata sensibilis. verum est. Quid substantia animata sensibilis. homo. hoc non modis omnibus verum est: idcirco quod equus quoque est substantia animata sensibilis: sed homo non est. Ergo illas constat esse diffinitiones integras que conuerti possunt. Sed hoc fit in his que non de communi sed vno tantum: vt cum de hominis nomine redduntur: verbi gratia. Animal est commune nomen: si dixerit quis homo est substantia animata sensibilis: procedit: sed non conuertitur: quia de communi nomine reddita est definitio: si vero de vno nomine redditur tunc de ipso nomine facienda est diffinitio. Sic tamen est recta facienda: vt hominis diffinitio sit. animal rationale mortale non substantia animata sensibilis. hec enim secundum hominis nomen: illa secundum animalis est reddita. Idem etiam in his nominibus: que de duabus rebus communiter predicantur: si secundum nomen substantie ratio non reddatur. ¶ Potest aliquotiens fieri: vt ex vniuocis equiuoca sint: et ex equiuocis vniuoca. namque homo atque equus cum secundum nomen animalis vniuoca sint: possunt esse equiuoca: si secundum nomen minime diffinita sint. Homo namque et equus communi nomine animalia nuncupantur. Si quis ergo hominis reddat diffinitionem dicens animal rationale mortale et equi animal irrationale hinnibile: diuersas reddidit diffinitiones: et erunt res vniuoce in equiuocas permutate. Hoc autem idcirco euenit: quod diffinitiones non secundum animalis nomen reddite sunt: quod eorum commune vocabulum est: sed secundum hominis atque equi. nam si secundum commune nomen diffinitio redderetur: ita fieret. homo est substantia animata sensibilis secundum nomen scilicet animalis. et rursus equus est substantia animata sensibilis secundum nomen rursus animalis. Secundum idem namque animalis vocabulum equus atque homo vniuoce predicantur. Rursus ex equiuocis vniuoca fiunt: hoc modo. Si quis pyrrhum Achillis filium et pyrrhum epyroten dicat esse equiuocos: idcirco quod vno nomine et pyrrhi dicantur et sint animalia rationalia atque mortalia. Hic secundum nomen hominis reddita diffinitio ex equiuocis fecit vniuoca. Quod si secundum nomen pyrrhi diffinitionis ratio iungeretur vel a parentibus vel a patria: diuersis oporteret diffinitionibus terminari. Recte igitur additum est, secundum nomen. idcirco quod si aliter facta sit diffinitio stabilis esse non poterit: et frequenter diuersos secum ducit errores. ¶ Ratio quoque multimode dicitur. Est enim ratio anime: et est ratio computandi. Et ratio nature ipsa numinum similitudo nascentium. Est ratio que in diffinitionibus vel descriptionibus redditur. Et quoniam genera generalissima genere carent: indiuidua vero nulla substantiali differentia discrepant: diffinitio vero ex genere et differentiis trahitur: neque generalissimorum generum: neque indiuiduorum vlla potest diffinitio reperiri. Subalternorum vero generum quoniam et differentias habent et genera: diffinitiones esse possunt. At vero quorum diffinitiones reddi nequeunt: illa tantum descriptionibus terminantur. ¶ Descriptio autem est: que quamlibet rem quandam proprietate designat. Siue ergo diffinitio sit: siue descriptio: vtraque rationem substantie designat. Quare cum substantie rationem dixit: et diffinitionis et descriptionis nomen induxit. ¶ Equiuocorum alia sunt casu: alia consilio. Casu: vt Alexander priami filius: et alexander magnus. Casus enim id egit: vt idem vtrisque nomen poneretur. Consilio vero ea sunt quecunque hominum voluntate sunt posita. ¶ Horum autem alia sunt secundum similitudinem: vt homo pictus: et homo verus: quo nunc vtitur Aristoteles exemplo. alia secundum proportionem: vt principium namque principium est in numero vnitas: in linea punctus [illegible] Et hec equiuocatio secundum proportionem esse dicitur. ¶ Alia vero sunt que ab vno descendunt: vt medicinale ferramentum: medicinale pigmentum. ab vna enim medicina equiuocatio ista descendit. Alia que ad vnum referuntur: vt si quis dicat salutaris vectatio est: salutaris esca est. hec scilicet idcirco sunt equiuoca: quod ad salutis vnum vocabulum referuntur. ¶ Cur autem prius de equiuocis post de vniuocis tractat. Idcirco quod ipsa decem predicamenta cum diffinitionibus diuersa sint: vno predicationis vocabulo nuncupantur. cuncta enim predicamenta dicimus. ipsa vero predicamenta quoniam rerum genera sunt: de subiectis rebus vniuoce predicantur. Omne enim genus de speciebus propriis vniuoce dicitur. quare recte primo de omnium predicamentorum communi vocabulo tractat: quasi quemadmodum singula de speciebus propriis predicarentur: exponeret. ¶ At si (vt dictum est) non de rebus: sed de nominibus huius libri intentio est. Cur de equiuocis et non de equiuocatione tractauit: equiuoce namque res sunt: equiuocatio vero vocabulum. Idcirco: quoniam ipsum nomen nihil in se retinet equiuocationis: nisi diuerse sint res de quibus illud vocabulum predicetur. Quare quoniam inde substantiam ipsa equiuocatio trahit: de ipsis dignius inchoatum est. ¶ Videtur autem alius esse modus equiuocationis quem Aristoteles omnino non recipit. Nam sicut dicitur pes hominis: ita quoque dicitur pes nauis: et pes montis. que huiusmodi omnia secundum translationem dicuntur. Translatio vero nullius proprietatis est. Quare equiuoca nunquam sunt nisi propriis et immutabilibus subiecte res vocabulis appellentur. Est autem talis hec vniuersalis inspectio. Neque enim omnis translatio ab equiuocatione seiungitur: sed ea tantum cum ad res habentes positum vocabulum ab alia iam nominata re nomen ornatus causa transfertur: vt quia iam dicitur quidem auriga: dicitur etiam gu-

bernator. Si quis ornatus gratia eum qui guberna-tor est: dicat aurigam: non erit auriga nomē equiuocū3 licet id diuersa id est moderatorem currus nauisqꝫ signi ficet. Sed quotiens res quidem vocabulo eget: ab alia quidem re quę habet vocabulum sumit: tūc ista transla tio equiuocationis retinet ꝓprietatē: vt ex homine vi-uo ad picturā3 nomē hoīs dictū est. Et de equiuocis ha ctenꝰ nunc de vniuocis pertractemus.

V niuoca dicuntur: quorum nomen cōmune est: ⁊ scđm nomen eadem ratio substantię: vt animal hō atqꝫ bos. cōmuni enim nomine vtraqꝫ anima-lia nuncupantur: ⁊ est substantię ratio eadē. Si quis enim assignet vtriusqꝫ rationem: quid vtrūqꝫ sit quo sint animalia: eandē as-signabit rationem.

¶ Post equiuocorum diffinitionem ad vniuocorum termi nū transtulit sese: in quibus nihil aliud discrepat nisi qꝫ equiuoca diffinitiōe disiūcta sunt. Uniuoca ipso quoqꝫ termino cōiunguntur. sed cetera omnia quecūqꝫ in equi uocorum3 diffinitione dicta sunt: in hac quoqꝫ vniuocorum designatione conueniunt. Nam quemadmodū in equi uocis secundū nomē equiuocarum rerū diffinitio fiebat ita quoqꝫ in vniuocis scđm nomē substantię ratio assi assignabitur. Sunt autē vniuoca aut genera speciebus aut species speciebus ⁊ genera speciebꝰ vt animal atqꝫ homo. Nam cum sit hominis animal genus: dicit ho-mo animal: ergo ⁊ animal ⁊ homo animalia nuncupan tur. Secundū igitur cōmune nomen si vtrosqꝫ diffini as: dicis animal esse substantiam animatā atqꝫ sensibi-lem: hominē quoqꝫ scđm id quod animal est: si substan-tiā animatā sensibilem dixeris: nihil in eo falsitatis in-uenies. Species vero speciebus vniuocę sunt: quę vno atqꝫ eodē3 genere ꝯtinentur: vt homo equus atqꝫ bos. his cōmune genꝰ est animal: ⁊ cōmuni nomine anima lia nominantur. Ergo scđm nomen vnū quod illis cō-mune est animalis: vna illis ratio diffinitionis aptabi tur. Cuncta enim sunt substantię animatę atqꝫ sensibi les. Scđm igitur posteriorē vniuocationis designatio nem Aristoteles quia species speciebus vniuocę sunt: vt homo ⁊ bos: quę sub eodem sunt genere: sumpsit ex-emplum.

D Enominatiua vero dicuntur: quę-cunqꝫ ab aliquo solo differentia casu scđm nomen habent appellationē: vt a grāmatica grammaticus: ⁊ a fortitudi-ne fortis.

¶ Hec quoqꝫ diffinitio nihil habet obscurum. Casus enim antiqui nominabant aliquas nominū trāsfigu-rationes: vt est a iusticia iustus: a fortitudine fortis ⁊c̄. Hec igitur nominis transfiguratio casus ab antiquio ribus vocabatur. Atqꝫ ideo quotienscunqꝫ aliqua res alia participat: ipsa participatione sicut re3 ita quoqꝫ no-mē adipiscitur. vt quidā3 homo: qꝫ iusticia participat: et rem quoqꝫ inde trahit ⁊ nomen. dicit enim iustꝰ. Ergo denominatiua vocantur quecūqꝫ a principali nomine solo casu. id est sola transfiguratione discrepant. Nam cū sit nomen principale iusticia: ab hoc transfiguratum nomen iustus efficitur. Ergo illa sunt denominatiua quecūqꝫ a principali nomine solo casu: id est sola trans-figuratione nominis discrepantia. scđm principale no men habent appellationē. ¶ Tria sunt autem necessa-ria vt denominatiua vocabula cōstituant. Priꝰ vt rē participet: post vt nomē: postremo vt sit quedam nomi nis transfiguratio: vt cū aliquis dicit a fortitudine for-tis. est enī quedam fortitudo qua fortis ille participet habet quoqꝫ nominis participationē. fortis enim di-citur. At vero est quedā3 transfiguratio. fortis enim ⁊ fortitudo non eisdem syllabis terminantur. Si quid vero sit quod rem non participet. neqꝫ nomine partici-pare potest. Quare quecūqꝫ re non participāt denomi-natiua esse nō possunt. Rursus qua re quidem parti-cipant nomine vero minime: ipsa quoqꝫ a denominati-uorum natura discreta sunt: vt si quis cum sit virtuo sus virtute ipsa participet: nullo eum alio nomine nisi sapientem vocamus. Sed virtus ⁊ sapientia nomine ipso disiūcta sunt. hic ergo re quidē participat: nomine vero minime. Quare sapiens a virtute denominatus esse nō dicitur: sed a sapiētia: qua scilicet ⁊ participat: ⁊ nomine iungitur: ⁊ transfiguratione diuersus est ⁊ rur sus si trāsfiguratio nō sit: vt quedā mulier musica: par-ticipat quidē3 ipsa musicę disciplina ⁊ dicit musica. hic igitur nō est denominatiua sed equiuoca: vno enim no mine ⁊ disciplina ipsa ⁊ mulier musica dicitur. Quoniā ergo similis terminus syllabarum est ⁊ nomē simile et nulla transfiguratio. denominatiua esse non poterunt. quare quicquid denominatiuū esse dicit: illud ⁊ re par-ticipabit ⁊ nomine ⁊ aliqua transfiguratione vocabulū discrepabit. Hec igitur quę ad ꝓdicamēta necessaria credidit premisit.

¶ De multiuocis.

M Ultiuoca vero ⁊ diuersiuoca respuit: qꝫ ad ꝓsentē tractatū vtilia nō putauit. Breuiter tū vtraqꝫ diffinienda sunt. ¶ Multiuoca sunt quorum plurima nomina vna diffinitio est: vt est scutū, clippeus. His enim plura noīa sunt: sꝫ vna diffinitio est: ⁊ Marcus portius Cato. his enī tot nominibꝰ res vna subiecta ē. ¶ Diuersiuoca sūt quorum neqꝫ nomē idē3 est neqꝫ eadē3 diffinitio: vt homo color ⁊ quicquid omnia a se ⁊ nominis nūcupatione ⁊ diffi-nitionis ratione discretū est.

Eorum quę dicuntur alia quidē3 scđm cō-plexionē dicuntur: alia vero sine complexi one: ⁊ ea quę scđm complexionem dicūtur sunt. homo currit: homo vincit. ea vero quę sine complexione dicuntur sunt: vt homo: bos: currit: vincit.

¶ Postqꝫ de coniunctione diffinitionū atqꝫ nominū quantū ad presens attinebat opus: sufficiēter exposuit quoniā de primis nominibus prima rerū genera signi-ficantibus diuisio facienda est nō nomine sed genere dis crepantibus: nūc ostēdit quid sine cōplexione sic cum si-bet vocabuli facta prolatio. ¶ Sine complexione etenī dicuntur quecunqꝫ scđm simplicem sonū nominis pro feruntur: vt homo: equus. his enim extra nihil adiūctum est. ¶ Secundū cōplexionem vero dicitur quecunqꝫ: aut aliqua cōiunctione copulantur: vt aut socrates aut plato: vel quecūqꝫ scđm aliquod accidens cōiunguntur. Nam quia verbi gratia in socratē venit ambulatio: di-cimus socrates ambulat: ⁊ est prolatio ista scđm cōple-xionē: ideirco quia cū dico socrates ambulat: socratē sic cū ambulatione complexus. Quod autē ait. Eorū quę dicūtur: nihil aliud demonstrare vult: nisi se de primis rerū vocabulis huius libelli disposuisse tractatū. Re-rum enim vocabula sunt quę dicuntur: ipsa enim pro-prie nominamus.

Eorum quę sunt alia de subiecto quodā di cuntur: in subiecto vero nullo sunt: vt hō de subiecto quidem dicitur aliquo homine: in subiecto autem nullo est. Alia autē in subie-cto quidem sunt: de subiecto autē nullo di-cuntur. In subiecto autē esse dico quod cū sit in aliquo non sicut quedam pars: impos-sibile est sine eo esse in quo est. vt quedam

gramatica in subiecto quidem est in anima de subiecto vero nullo dicitur: et quoddam album in subiecto est corpore. omnis enim color in corpore est. Alia vero de subiecto quodam dicuntur et in subiecto sunt: ut scientia in subiecto quidem est in anima: de subiecto vero dicitur: ut de gramatica. Alia vero neque in subiecto sunt: neque de subiecto dicuntur: ut aliquis homo: vel aliquis equus. nihil enim horum neque in subiecto est neque de subiecto dicitur. Simpliciter autem que sunt individua et numero singularia: de nullo subiecto dicuntur: in subiecto autem nihil prohibet aliqua esse: quedam enim grammatica in subiecto est de subiecto autem nullo dicitur.

¶ Hic Aristoteles sermonum omnium multitudinem in parvissimam colligit divisionem. Nam quod rerum vocabula in decem predicamenta distribuit: maior hac divisione non potest inveniri: nihil enim esse poterit quod huic divisioni videcimum adiici queat. Omnis enim res aut substantia est aut quantitas aut qualitas aut ad aliquid: aut facere: aut pati aut quando aut ubi: aut habere aut situs. Quocirca tot erunt etiam sermones qui ista significent. et hec est maxima divisio cui ultra nihil possit adiungi. Parvissima vero est que fit in quatuor: in substantiam: et accidens: et universale et particulare. Omnis enim res aut substantia est: aut accidens aut universalis aut particularis. Sicut ergo decem superioribus nihil adiici poterat: ita ex his quatuor nihil demi. Namque nec minor ulla divisio his quatuor fieri potest: nec maior quam si decem in numero predicamenta dividantur. Cur autem in his quatuor divisio facta est pauca exponam. Prima quidem rerum est omnium divisio in substantiam atque accidens. Sed quoniam substantia proferri non potest: nisi aut universaliter aut particulariter intelligatur. Nam cum dico homo: rem dixi universalem: idcirco quod nomen hoc de multis individuis predicatur. Cum vero dico socrates vel plato: rem dixi particularem: quoniam socrates de nullo subiecto dicitur: et accidens quoque eodem modo. Nam cum dixero scientiam: rem protuli universalem: idcirco quod scientia et de gramatica et de rhetorica: et arithmetica: et de aliis omnibus sub se positis predicatur. Si vero dixero platonis scientiam quoniam est accidens quod in individua venit: individuum fit: particulare: scientiam dico namque platonis scientia sicut ipse plato particularis est. Igitur quoniam neque substantia neque accidens ullo modo proferri potest: nisi in suo nomine: aut universalitatis vel: aut particularitatis inducat. Recte in quatuor divisio facta est: ut sit omnis res aut substantia: aut accidens: et horum aut universalis: aut particularis. Et ex his fiunt quatuor: quatuor fiunt complexiones. Nam cum venerit universalitas in substantiam: fit universalis substantia: ut est homo vel animal. Universale autem est quod aptum est de pluribus predicari. Particulare vero quod de nullo subiecto predicatur. Ergo est una complexio universalitatis et substantie: ut sit substantia universalis. Si vero particularitas substantie copuletur: fit substantia particularis: ut est socrates: vel plato: et quicquid in substantia individuum reperitur. At cum miscetur universalitas accidenti fit accidens universale: ut scientia: que cum sit accidens: et preter animam cui accidit esse non possit: tamen universalis est quod de subiecta gramatica vel aliis speciebus predicari potest. Cum vero particularitas accidenti coniungitur: fit accidens particulare: ut platonis vel Aristotelis scientia. Fiunt enim quattuor complexiones: substantia universalis substantia particulare accidens universale accidens particulare. Ut autem accidens in substantie naturam transeat: vel substantia in accidens fieri nullo modo potest. et accidens quoque venit in substantiam: sed non ut substantia fit. neque enim quoniam color quod est accidens venit in substantiam: idcirco color iam substantia est. Nec quoniam substantia suscipit colorem idcirco color iam substantia fit. Quare neque substantia in accidentis. neque accidens in substantie naturam transit. At vero nec particularitas: nec universalitas in se transeunt. Namque universalitas potest de particularitate predicari: ut animal de socrate vel platone. et particularitas suscipiet universalitatis predicationem: sed non ut universalitas fit particularitas: nec rursus quod particulare est: universalitas fiat. Ergo quatuor complexiones: universalemque substantiam: universale accidens: particularem substantiam particulare accidens Aristoteles disponere cupiens: non eorum nomina sed descriptiones apposuit. Et quoniam generalissimorum generum diffinitiones non poterat invenire descriptionibus usus est. Id substantiam esse dicens quod in subiecto non esset. Accidens vero quod in subiecto esset Omne namque accidens in aliquo est: ut color in corpore: scientia in anima: et subiectam habet substantiam omne accidens. Si quis enim substantiam collat: accidens non erit. Quare substantia locus quidam est: ubi accidentis valeat natura consistere. Ipsa vero substantia per se constat: atque ideo dicitur substantia: nec ullo subiecto alio nititur: sed ceteris ipsa subiecta est. Alioquin si substantia in ullo subiecto esse posset: esset accidens. Omne enim accidens in subiecto est: et quicquid in subiecto est illud est accidens. Quod si substantia esset in aliquo subiecto: continuo fieret accidens. sed substantia accidens esse non potest: sicut supra docuimus. Quare quoniam accidens in subiecto est: substantia vero accidens non est substantia in subiecto non est. Universalitatis vero descriptio est: de subiecto predicari. Omnis namque universalitas de subiectis particularibus predicatur. nam quoniam universale est animal: vel homo: de socrate predicatur et platone. Dicitur enim socrates animal atque homo. et quoniam universale est accidens scientia: dicitur de subiecta grammatica: gramatica enim scientia est. Particularitas vero quoniam ipsa est rerum ultima et nihil est illi subiectum: de nullo subiecto predicatur. nam quoniam universalitas de subiecto predicatur: particularitas vero universalitas non est: particularitas de subiecto non predicabitur. Ubi enim res discrepant: et diffinitio discrepabit: ita quoque in his. nam quoniam discrepat substantia et accidens: diffinitiones quoque eorum discrepabunt. Et quoniam est accidens in subiecto: erit substantia non in subiecto. Et quoniam universalitas de subiecto predicatur: particularitas autem ab universalitate discrepat: de subiecto non predicatur. Has igitur huiusmodi descriptiones Aristoteles ita permiscuit dicens. Eorum que sunt alia de subiecto quodam dicuntur: in subiecto vero nullo sunt. volens scilicet universalem substantiam demonstrare Nam quoniam dixit de subiecto dicuntur universale est quod vero ait in subiecto nullo sunt. substantia. ergo quod ait quedam de subiecto dici in subiecto vero nullo esse: universalem substantiam demonstrare contendit. ut enim sepius dictum est: quod de subiecto dicitur: universale est: quod in nullo subiecto est substantia. Nec iuncta: id est de subiecto quodam dici: et in subiecto nullo esse: universalem substantiam monstrant. Post universalem substantiam particulare accidens posuit dicens. Alia autem in subiecto quidem sunt: de subiecto autem nullo dicuntur Nam quod ait in subiecto sunt: accidens monstrat. quod vero addidit. de subiecto autem nullo dicuntur particulare. Accidens enim in subiecto est: particularitas de nullo subiecto predicatur. Ergo quecunque res ipsa in subiecto est: et de nullo subiecto predicatur: accidens est particulare. ut est quedam gramatica: id est Aristarchi: vel alicuius hominis individua gramatica. illa enim quoniam indi-

nidui hominis est: ipsa quoq; facta est indiuidua ⁊ particularis. ergo quoniā quedā grāmatica in anima ē accidens est: ⁊ quoniā de nullo subiecto predicatur: particularis est. quemadmodū enim ipse Aristarchus de nullo subiecto dicitur: ita quoq; eius grāmatica de nullo subiecto predicatur. Non autē dicit quod ipsa grāmatica particularis est: sed quod quedam grāmatica: id est alicuius hominis indiuidui grāmatica: quam scilicet hō particularis propria retinet cognitione. Et quoniā incorporale accidēs posuit quod anime accideret: id est grāmaticā que esset ī anima. Ponit quoq; aliud exemplū corporale. ait enim: ⁊ quoddā albū in subiecto est corpore omnis enim color est in corpore hic quoq; non omne album dicit esse particulare: sed quod in indiuiduū corpus album venit. Probatur quoq; particulare albū in subiecto esse hoc modo. nam color quod genus est albi vel cuiusdam albi in corpore est: ⁊ est in subiecto. Quare cuius genus in subiecto ē: ipsum quoq; ī subiecto ē. Omnes enim species vel indiuidua proprio genere continentur: ⁊ eiusdem habent naturam. ¶ Quoniā vero esse in aliquo multis dicitur modis: quid velit Aristoteles ostēdere esse in subiecto: paucis absoluā. ¶ Dicit enim esse in aliquo nouem modis. dicimus enim esse aliquid in loco: vt in foro vel in theatro. ¶ Dicimus quoq; esse in aliquo: vt in aliquo vase: vt triticū in modio. ¶ Dicitur esse in aliquo velut pars in toto: vt manus in corpore. ¶ Dicit esse in aliquo: velut totū in partibus: vt corpus ī omnibus suis partibus. ¶ Rursus velut in genere species: vt in animali homo: vel genus in speciebus suis ¶ Dicimus quoq; esse in aliquo velut aliquid in fine esse: vt quoniā bone vite finis beatitudo est. Si quis sit beatus in fine ē scilicet bone vite. ¶ Dicimus quoq; esse in aliquo vt in quolibet potente: vt ī imperatore esse rē[illegible] ciuitatis ¶ Dicimus quoq; velut formā in materia: vt similitudinem Achillis in ere vel in marmore. Nouem igitur modis in aliquo esse dicitur vt in loco: vt in vase: vt pars in toto: vt totum in partibus: vt in genere species: vt in speciebus genus: vt in fine: vt in imperatore: vt in materia forma. ¶ Hoz igitur Aristoteles tria sola cōmemorat: sed duo in vnū coniuncta aliud separatum. Ait enim. In subiecto autē esse dico: quod cum in aliquo sit: non sicut quedam pars: impossibile ē esse sine eo in quo est. Sensus autē talis est. Hoc inquit dico esse accidēs quod sit subiecto. i. quod sit in altero vt pars eius nō sit ⁊ sine aliquo subiecto esse nō possit: vt verbi gratia: color cū est in corpore. nulla pars corporis ē. Et si color a corpore separatur: color nullus est. Omnis enim color in solo corpore est. Ergo illud est accidens quod semper in subiecto est altero: vt eius pars non sit. Et cum ab eo in quo ē separatur ad nihilum redigit: ⁊ per se sine alterius subiecto esse non possit. Quod autem ait vt non sit sicut aliqua pars: ab ea scilicet significatione in aliquo cōsistendi diuidere voluit: secundū quā partes in toto esse dicimus. non enim tale est subiectum: vt eius accidens pars sit. Quod vero dicit īpossibile est esse sine eo in quo est: ab ea scilicet significatione diuisit que est esse aliquid in vase vel in loco. quod enim in vase vel in loco ē: a vase vel loco poterit separari: vt triticū quod in modio est: pōt a modio segregari: ⁊ homo a theatro discedere. Accidens vero ab eo in quo est segregari non potest. Quare solas tres posuit significationes: idest secundū quam in vase vel in loco dicitur esse: ⁊ secundum quam pars in toto ē Sed vt in vase ⁊ vt in loco vna sentētia distribuit dicēs īpossibile ē esse sine eo in quo est. ¶ Sed fortasse quis dicat nō esse diffinitionē veram: illa esse in subiecto que sic sunt in alio vt non sint partes. ⁊ sine eo in quo sint esse non possint. Socrates enim vel homo quilibet cū accidens non sit: tamen semper in loco est ⁊ sine loco esse non potest. Quibus respondendū est: quod socrates loca poterit permutare: ⁊ esse preter locū in quo fuit: ⁊ postremo si intelligentia capiamus: per se subsistit: accidētia vero per seipsa non constant. ¶ Sed si quis hoc quoq; obiiciat: posse loco accidentia permutare. malum namq; si in manu teneatur: manus mali odore cōspicitur: adeo odor quod est accidēs: in aliud subiectū transire potest. Sed non hoc ait Aristoteles: quoniā mutare accidens locum non potest. nec ita dixit īpossibile esse sine eo in quo erat sed sine eo in quo est. hoc autem significat mutare posse locum: sed sine aliquo subiecto esse nō posse. Quare recta est atq; integra diffinitio eius quod in subiecto est: quod in altero sit: ita non sicut quedā pars: ⁊ īpossibile sit esse sine eo in quo est. Secundū autē illam significationem dictum est: secundum quam formā in materia esse dicimus. Namq; forma si in materia nō sit: per seipsam nulla ratione consistit. Postq; igitur particulare accidens quid esset ostēdit dicēs: quod in subiecto est ⁊ de subiecto nō predicatur. ⁊ in subiecto consistentis rei diffinitionem reddidit dicēs Quod cum in aliquo sit non sicut quedā pars: impossibile est esse sine eo in quo est. Ad vniuersale accidēs contenenti disputatione reuertitur: quod definit hoc modo. Namq; post eius rei que in subiecto est diffinitionem: ⁊ post particularis accidentis exempla ad vniuersale accidens transitum fecit. Inquiens alia esse que in subiecto sint: ⁊ de subiecto predicentur: quod scilicet accidēs vniuersale significet. nā quoniam de subiecto dicitur vniuersale est quoniā in subiecto est accidēs. in subiecto ergo esse ⁊ de subiecto predicari vniuersale accidens monstrat. Huius quoq; cōpletionis conuenientia proponit exempla. ait enim scientiam in subiecta esse in anima. nam nisi sit anima in qua sit: scientia nulla est: idcirco quod scientia actus est anime. nam ea que sunt inanimata nihil sciūt. hinc sequitur substantie particularis propositio: quam scilicet ita declarat. quod neq; in subiecto sit: neq; de subiecto predicetur. Nam quod in subiecto non ē: substātia ē: ⁊ quod de subiecto non predicatur particularitas. Vtrumq; igitur nec de subiecto non predicari: ⁊ in subiecto nō esse particularis est substantia. Res igitur quattuor cum propria completione non secundum propria nomina: sed secundum proprias rationes diffinitionesq; contexuit. Nam pro substantia vniuersali posuit: quod in subiecto non est ⁊ de subiecto predicatur. pro accidenti particulari dixit: quod in subiecto est: ⁊ de subiecto non predicatur. Accidens vero vniuersale per hoc designauit quod ait: quod ⁊ in subiecto est: ⁊ de subiecto dicitur. Pro particulari substātia interposuit. quod nec in subiecto ē: nec de subiecto predicatur. Simpliciter autē que sunt indiuidua ⁊ numero singularia de subiecto nullo dicuntur. In subiecto autem nihil ea prohibet esse: quedā enim grāmatica in subiecto est. omnis particularitas aut substātia erit aut accidens. Nam cum dico socratem: indiuiduā ⁊ particularem significaui substantiam. cum dico quandam grāmaticam: indiuiduū ⁊ particulare accidens dixi. Indiuidua autem sunt: que neq; in alias species diuidi possunt: neq; in alia indiuidua. Nam quemadmodū animal diuiditur in species hominē atq; equū: homo autē in singulos homines. i. in socratem ⁊ platonem ⁊ ceteros: sic plato ⁊ socrates nō diuiduntur in alios. atq; hoc idem de accidētibus dici conuenit. Nam quēadmodū scientia diuiditur in species grāmaticam ⁊ rhetoricam. grāmatica vero ipsa in particulares grāmaticas: quas [illegible] particulares homo nouit hic ipsa particularis grammatica in particulares grāmaticas [illegible] Ergo indiuidua sunt queq; numero sunt singularia ⁊ in nullas alias multitudines secundum species vel secundum indiuidua diuiduntur. De indiuiduū quoniam particulare est: de subiecto nō predicatur: de autē quod de subiecto nō predicatur: aut substātia erit vt plato: aut accidens vt quedam grāmatica His ergo particularibus substantia scilicet atq; accidēti que de subiecto nō predicantur. Substantia quidē nec in subiecto est: accidens vero in subiecto est. Ita illa indi

uidua: que ſubſtantie ſunt: in ſubiecto eſſe nõ poterũt. Alia vero indiuidua que ſcõm accidentis naturam dicuntur: illa in ſubiecto eſſe nihil prohibet. Atq; hoc eſt quod ait. Simpliciter aũt que ſunt indiuidua ⁊ numero ſingularia: de nullo ſubiecto dicunt: in ſubiecto autẽ nihil prohibet aliqua eſſe. Quedã enim grãmatica in ſubiecto eſt: de ſubiecto aũt nullo dicitur. Hoc enim maluit demonſtrare: ⁊ accidentib⁹ ⁊ ſubſtantijs particularibus hoc eſſe cõmune: ꝙ de ſubiecto nõ predicant. Hoc enim dixit. Simpliciter aũt que ſunt idiuidua ⁊ numero ſingularia: de nullo ſubiecto dicitur. Subaudiendo ſcilicet ſiue ſubſtãtie ſint: ſiue accidẽtia: ſʒ nõ omnia indiuidua non ſunt in ſubiecto. Indiuidua enim accidẽtia in ſubiecto eſſe nihil ꝓhibet. Quedã enim grãmatica cũ ſit indiuidua: ⁊ de ſubiecto nõ predicetur: tamẽ in ſubiecto eſt: id eſt in anima. Sed vt cõgregatim dicatur: ſenſus huiuſmodi eſt: omnia quidem quecunq; ſunt indiuidua: de ſubiecto quidem nullo dicuntur: ſed nõ omnia nõ ſunt in ſubiecto. Nam cũ particularis ſubſtantia in ſubiecto nõ ſit: vt plato: particulare tamẽ accidẽs in ſubiecto eſt: vt quedã grãmatica in anima. Illud quoq; magna attentione notãdum eſt: quis ſit huius ordo propoſiti. Nã cũ ſint quatuor cõplexiones facte ex quatuor rebus: Quarũ due natura diſcrepant: vt ſubſtantia ⁊ accidens: due quantitate: vt particularitas ⁊ vniuerſalitas: coniunctas compoſitaſq; his quatuor omnibus diſſentientem lateribus diſpoſitionẽ fecit. Poſuit enim primo ſubſtantiam vniuerſalem dicẽs: quod in ſubiecto nõ eſt ⁊ de ſubiecto dicitur. Poſt hanc propoſitionẽ totis diſcrepantẽ rebus econ ſubiũxit: id eſt accidens particulare quod in ſubiecto eſſet: ⁊ de ſubiecto non predicaretur. Nam non ſubſtantia dixit: aut ſubſtantia diſcrepat. quod particulare dedit: ab vniuerſali diſiũxit. Rurſus ex alio latere diſpoſuit in diuiſione accidens vniuerſale dicẽs: quod in ſubiecto ẽ ⁊ de ſubiecto predicatur: ⁊ vltimo ſubſtantiam particularẽ contrariã ſuperiori accidenti dixit: quod neq; in ſubiecto eſt: neq; de ſubiecto predicat: ſubſtantie particularitatẽ vniuerſalitati accidentis opponens. Sed vt planius quod dicimus fiat: figuraʒ deſcriptionẽq; ſubiecimus. In qua ſuperi⁹ latus ſubſtantie accidentiſq; notauimus. Reliquũ particularitatis ⁊ vniuerſalitatis titulo inſcripſimus Ariſtotelicam cõplexionẽ angulariter ⁊ per latera deſignantes.



Quãdo alter de altero predicat vt de ſubiecto: quecunq; de eo qđ ꝓdicatur dicunt: oia etiã de ſubiecto dicuntur: vt hõ ꝓdicatur de quodã hoie: aial vero de homie: ergo ⁊ de quodam homine animal predicabitur. quidã enim homo ⁊ homo eſt ⁊ animal.

¶ Cum ſuperius de his que in ſubiecto ſunt. i. de accidentibus loqueretur: diffinitionẽ cõſtitutã in ſubiecto rei: ⁊ preter ſubiectũ nullo modo permanẽtis in media tractatiõe diſpoſuit dicens illud eſſe: qđ neq; pars eſſet alicui⁹: nec ſine ſubiecto poſſet vllo mõ ꝑmanere. Patefacto igit quid ſit eſſe in ſubiecto: nũc qđ ſit ꝓdicare de ſubiecto declarat. Duplici enim modo ꝓdicationes fiunt. Uno ſcõm accidẽs: alio de ſubiecto. de homine nãq; predicatur album: dicitur enim homo albus. rurſus de eodẽ homine ꝓdicatur aial. dicit enim homo animal eſſe. Sed illa prior predicatio que eſt homo eſt alb⁹. ſecundũ accidens eſt. nãq; accidẽs quod ẽ albũ de ſubiecto homine predicat: ſed nõ in eo qđ quid ſit. nã cũ albu ſit accidens homo ſubſtantia: accidẽs de ſubſtãtia in eo qđ quid ſit predicari nõ põt. ergo iſta ꝓdicatio ſcõm accidens dicit. de ſubiecto vero ꝓdicare eſt: quotiẽs altera res de altera in ipſa ſubſtantia predicat: vt animal de homine. nam quã ⁊ aial ſubſtãtia ẽ: ⁊ genus eſt hoĩs: idcirco in eo qđ quid ſit de homine ꝓdicatur. Quare illa ſola de ſubiecto ꝓdicari dicuntur: quecunq; in cuiuſlibet rei ſubſtantia ⁊ diffinitione ponũtur. ergo quotienſcũq; huiuſmodi fuerit ꝓdicatio vt alterũ de altero vt de ſubiecto ꝓdicetur. i. vt de ei⁹ ſubſtãtia dicat: vt aial de homine: hanc proprietatem euenire neceſſe ẽ. vt ſi de eo qđ ꝓdicatur quippiam vt de ſubiecto. i. in eius ſubſtãtia predicet: neceſſario idẽ in hoc qđ de ꝓdicato dicit: dicatur etiã de ꝓdicati ſubiecto vt hõ ꝓdicatur quidẽ de ſocrate in eo qđ quid ſit. Interrogãtib⁹ enim qđ ſit ſocrates: hoĩeʒ reſpondem⁹. At vero de ipſo hoĩe in eo qđ quid ſit aial dicit: in ſubſtãtia enim hoĩs aial predicatur. atq; ita ſit vt aial quidẽ de hoĩe hõ vero de ſocrate in eo qđ quid ſit vt de ſubiecto ꝓdicentur. Ergo quã iſta ẽ cõſequẽtia: ⁊ aial de ſocrate in eo qđ qđ ſit ꝓdicabitur. Põt enim dici interrogantib⁹ quid ẽ ſocrates. aial. Ergo manifeſtũ ẽ ꝙ ſi quã res de aliquo vt de ſubiecto ꝓdicetur: vt hõ de ſocrate: de eadẽ vero re q̃ ꝓdicatur de hoĩe. ſcilicet alia rurſus ſuperior vt de ſubiecto predicet: vt aial: neceſſe erit ⁊ hanc eandẽ de ſubiecto eius de quo ipſum dicit ꝓdicari vt aial de ſocrate. Socrates nãq; ſubiect⁹ ẽ hoĩ de quo aial predicat. Ergo cõſtat huiuſmodi diffinitio que dicit. quotiẽs alterũ de altero predicat vt de ſubiecto: vt ſi qđ ſit qđ de eo qđ predicatur in eo qđ qđ ſit dici poſſit: hoc idẽ ipſuʒ de eo quod pri⁹ ſubiectũ erat poſſit ꝓdicari. ¶ Sʒ fortaſſe quiſq; dicat minime verũ eſſe qđ dictũ ẽ. nã cũ hõ de Socrate predicet. Socrates enim hõ eſt. de hoĩe vero ſpecies. hõ enim ſpẽs eſt. ſocrates ſpẽs eſſe nõ dicit. Et rurſus cum animal de hoĩe predicet: de animali vero gen⁹. aial enim gen⁹ ẽ: hõ generis vocabulo caret. nõ enim dicit hõ enim gen⁹ eẽ. enim gen⁹ nõ ẽ: ſʒ tm̃ ſpẽs. His dicẽdũ ẽ ꝙ min⁹ aduerterit illã eſſe diffinitionẽ de ſubiecto ꝓdicationis que i eo qđ qđ ſit: nũq; de eo ⁊ i ei⁹ ſubſtãtia ꝓdicaret. nũc aũt ſpẽs de hoĩe nõ i eo qđ qđ ſit ꝓdicat. Neq; enim ſi quis hoĩs diffinitionẽ reddat ſpẽm nominauit. ſi deſignatiuũ nomẽ eſt tantũ: verũ de plurib⁹ ſpẽ differẽtib⁹ ꝓdicet hoc nomẽ qđ ẽ hõ: an certe tãtũ de ſolis idiuiduis. Nã quã de indiuiduis ſolis hõ ꝓdicat: idcirco ſpẽs dicit. ⁊ quã de ſpẽ differẽtib⁹ aial dicit: idcirco aial gen⁹ vocam⁹. Et ſunt quodãmodo nominũ nomina. Quare neq; genus de aiali: neq; ſpẽs de hoĩe i eo qđ qđ ſit predicat: ſed tãtum deſignatiua ẽ illa: quõ hõ ⁊ animal de ſubiectis (vt dictũ ẽ) predicentur proprijs. Ergo nõ eſt mirandũ ſi ad eorũ ſubiectũ que de ſubiecto dicunt: eius ꝓdicari qđ de ſubiecto nõ dicitur predicatio peruenire non poteſt.

Diuerſorũ generũ ⁊ nõ ſubalternatim poſitorũ diuerſe ſunt ſpecie differentie: vt aialis ⁊ ſcientie: aialis quidẽ differẽtie ſunt: vt greſſibile ⁊ volatile ⁊ bipes ⁊ aquatile. ſcientie vero nulla harũ eſt: neq; enim ſciẽtia a ſcientia differt in eo ꝙ eſt bipes. Subalternorũ ve-

ro generū nihil ꝓhibet easdē eē differētias superiora eni de inferioribus ꝑdicātur. quare quecūqȝ fuerint ꝑdicati differentie: erunt eedem ⁊ subiecti.

¶ Cuȝ multis modis gen⁹ dicat̄: solū qđ nūc tractari cōuenit assumam⁹. Dicit̄. n. gen⁹ qđ de plurib⁹ spē differētib⁹ in eo qđ qd sit ꝑdicat̄: ut animal ꝑdicat̄ de hoīe ⁊ de equo: ⁊ de cane: ⁊ de boue: ⁊ de ceteris: q̄ omnia spē a seipsis discreta sunt. ¶ Spēs vō ē: qđ de plurib⁹ numero differētib⁹ in eo qđ qd sit ꝑdicat̄: vt hō ꝑdicat̄ de catone socrate platone virgilio cicerone: ⁊ de singulis hominib⁹: q̄ specie ipsa nō differūt: sed tm̄ a se numero distant. ¶ Differentia vō est: q̄ sub eodeȝ genere positas spēs ꝓpria qualitate determinat. Nā cuȝ equus ⁊ hō quātū ad gen⁹ vnū sint (vterqȝ. n. animal est) Differētia rōnalis ⁊ irrationalis vtrosqȝ distingit ac discernit. Qualitate eniȝ qua [illegible] rationalitatis vterqȝ a ꝓprie substantie [illegible] [illegible]. Ergo differētia est q̄ de plurib⁹ specie differētib⁹ in eo qđ q̄le sit ꝑdicat̄. Namqȝ hec ipsa differētia q̄ est irrationalitas de multis specie differētib⁹ ꝑdicat̄: ut de cigno ⁊ equo vel pisce: q̄ omnia a se cū spē ipsa dissentiūt: irrationalitatis tn̄ q̄litate ꝯiuncta sunt. Sed nō in omnib⁹ differētia de pluribus specie differētibus ꝑdicat̄. Sunt eniȝ quedā q̄ nō nisi de vna specie ꝑdicātur: vt grauitas de sola terra: leuitas de solo igne ꝓprie dicitur. At vero nec species semper de pluribus numero differentibus predicatur. mundi enim species de vno solo mūdo dicitur. ⁊ phenicis species de vna tātū phenice. Sed ideirco ita diffinita est: quod frequētius differentia de pluribus specie differentibus predicatur q̄ de vna. Eodēqȝ modo ⁊ species frequentius inuenitur de pluribus numero differētib⁹ ꝑdicari q̄ de vna tm̄ ꝗ ac singulari. ¶ His ita positis sunt q̄dā genera: q̄ generalissima nūcupant̄: quib⁹ gen⁹ inueniri nō possit. Sunt spēs quib⁹ alias subiectas spēs nullus inueniet. Inter vtrasqȝ autē sūt alia que subalterna genera nominantur: que superiorū quidem species sunt: posteriorū vero genera: vt substātia genus quidem est generalissimū: vt eius genus inueniri non possit. homo vero species est: vt eius species alia reperiri non valeat. Animal vero ad substātiā quidem species est: ad hominē vero gen⁹. Decē igitur predicamentorū significatio nihil aliud demonstrat nisi rerum decē genera que generalissima nominamus. Ergo quotiens genera generalissima discrepant eorumqȝ species discrepabunt. ⁊ quotiens species discrepant: quoniam differentijs disiunguntur atqȝ informantur. Differentie quoqȝ diuersarum specierum discrepabūt. Aial nāqȝ ⁊ scientia qm̄ est aial subā: scientia vō adaliqd. Quoniāqȝ gen⁹ aialis ē suba: ⁊ gen⁹ scientie est ad aliqd. Dis substantie a se ratiōe discreta sunt: ⁊ differētie quoqȝ scientie atqȝ aialis dīb⁹ qualitatib⁹ disiungūtur. Est nāqȝ differētia aialis bipes ⁊ quadrupes. aial eniȝ ab alio aiali differt se qđ hoc quidē bipes sit vt hō vel auis. illud vero q̄drupes: vt equus atqȝ bos. illud vero multipes vt formica vel apes. Sed scientia differētias huiusmodi nō habet. neqȝ. n. sciētia a sciētia differt in eo qđ bipes est. Quare cōstat quotiēs diuersa sunt genera: specierū quoqȝ differētias esse discretas. Atqȝ hoc ē qđ ait. Diuersorū generum ⁊ nō subalternatim positorū diuersas scđm speciē differētias esse. ⁊ hoc exēpli adiectiōe firmauit dicēs. Animalis ⁊ sciētie diuersas esse differētias. [illegible] bipes animalis differētia scientie nō est. Et hoc q̄ [illegible] de diuersis generib⁹ dictū est ⁊ q̄ subalterna nō sūt [illegible] q̄ subalterna sunt genera: nihil ꝓhibet alias easdē esse differētias: alias diuersas: vt auis ē spēs animalis ⁊ rursus est genus coruis: ⁊ est subalternatū genus auis. Sed animalis differētie sunt rōnalis scilicet ⁊ irrationalis: auis vero differētia rōnalis nō est. Nulla enim

auis ab alia aui differt qđ sit rōnalis. ergo hoc loco non sunt eedē subalternorū generū differētie. Si qs vō duo generis. i. animalis differētias dicat: vt animaliū: alia sunt q̄ pascant herbis: alia q̄ seminib⁹: alia q̄ carnibus. He differentie cōueniūt in subalterno genere. s. in aui. nāqȝ auiū sunt alie q̄ seminib⁹ vescūtur: alie q̄ herbis: alie vero q̄ carnib⁹: vt vultur vel miluus. ergo in subalternis generibus nihil ꝓhibet easdē esse differentias ⁊ iterū discrepare. hoc aūt ideirco euenit qr q̄ de predicato dicuntur: possunt de subiecto predicari. Quare qđ dī de genere: pōt etiā dici de specie. Atqȝ hoc est quod ait. Subalternorū vero generū nihil prohibet easdē esse differentias. Superiora eniȝ de inferiorib⁹ generib⁹ predicant̄. Sed cū diceret nihil prohibet easdē esse differētias hoc quodāmodo voluit demonstrare esse q̄sdā easdē differētias. [illegible] vō posse esse diuersas [illegible] intulisse videt̄. cū dicit. Quare q̄cunqȝ predicati differētie fuerint eedē erūt etiā subiecti. nam cū illic dixisset. nihil prohibet esse easdē differētias generū subalternorū [illegible] esse declarat [illegible] eniȝ. Quecūqȝ fuerint differentie predicati easdē etiā subiecti esse. atqȝ hec res plures maximis illigant erroribus: vt emēdandū crederēt locū vt nō esset ita. Quare quecūqȝ ꝑdicati differentie fuerint: eedē erūt etiā subiecti. Sed vt hoc modo. Quare quecūqȝ subiecti differētie fuerint: eedē erūt etiā predicati. Sed hoc abijciendū est. neqȝ fieri pōt vt in re superiorū predicatio posterioris redundet. Nam cū dī quecūqȝ subiecti fuerit differētie: eedē erūt predicati: hoc scilicet significat̄ vt predicatio subiecti redeat in predicatū: qđ fieri nō pōt. Sed dicendū est qr sunt alie differētie que dicant̄ cōpletiue predicati: ⁊ cuiuslibet illius speciei informatiue que eorum noīe specifice nominant̄. Nā cū dico animatū ⁊ sensibile: si substantie conirmgant diffinitionē ⁊ speciē mox animalis efficiunt. Animal eniȝ est substantia animata sensibilis. atqȝ he differentie dicunt̄ specifice ⁊ cōpletiue. Sunt autē alie q̄ ipse q̄dē nihil cōplent: nec vllā speciē reddūt: sed gen⁹ tm̄ diuidunt: vt rationale ⁊ irrationale. hec eniȝ diuidunt genus. i. animal. Animal eniȝ rationali differentia irrationaliqȝ diuidit̄. Ergo ille que sunt generis diuisiue differentie: possunt aliquotiēs eedē esse: possunt aliquotiens nō eedē: vt animalis qm̄ diuisibilis est differētia que est rationale: pōt eā non habere auis que est subalternū genus. Et rursus easdē diuisibiles habere potest: vt easdē quas superi⁹ diximus. Nā cū diuidant aial differētie q̄ carnib⁹ herbis ⁊ seminib⁹ vescant̄ eedē pnt̄ esse subalterni generis. i. auis. ergo he diuisibiles pnt̄ etiā esse diuerse. Ille vō q̄ cōpletiue ⁊ specifice sunt: aliqñ nō predicari de subiecto nō pnt̄. Et qm̄ aial habet differētias completiuas ⁊ sue speciei effectiuas: sensibile scilicet ⁊ animatū. He differentie de homine quod est subiectū animalis nō predicari nō possunt. Omnes eniȝ specifice differentie de his predicant̄: quorū species cōplent: vt de animali predicat̄ sensibile ⁊ animatum: ⁊ hoc vt de subiecto. In suba eniȝ aialis vtraqȝ ꝑdicāt̄: sed aial predicat̄ de hoīe vt de subiecto: necesse est ergo animatū atqȝ sensibile de homine predicari vt de subiecto. Hoc est enim qđ superius premisit cū diceret quādo alterū de altero predicat̄ vt de subiecto: quecūqȝ de eo qđ predicat̄ dicuntur: omnia etiā de subiecto dicūtur: atqȝ hoc in omnib⁹ generibus recte constat intelligi. Ergo diuisibiles differentie possunt aliquando cū subiectis esse cōmunes: aliquando diuerse. Specifice vero ⁊ completiue cū subiectis cōmunes nō esse non possunt. Qđ ergo Aristoteles ait subalternorū generū nihil prohibere easdem esse differentias. diuisibiles differētias easdeȝ esse nihil prohibere putandū est: que possunt esse etiā diuerse. Qđ ait vero quecūqȝ predicati differentie fuerint eedē erūt etiā subiecti: de specificis intelligēdū est. Que cū speciem cuiuslibet informēt: ⁊ de eo qđ informant: vt

de subiecto pdicent: ad quodcūqȝ vt de subiecto pdicat illud qd ipse differētie informant: de eo ut de subiecto predicabunt: ⁊ de eo nō pdicari nō pnt. Quare nihil ē in huiusmodi theoremate qd vllo mō debeat emēdari.

Eorum quidē q̄ scdm nullā cōplexionē dicuntur. singulū aut substātiā significat: aut quātitatē: aut qualitatē: aut ad aliquid: aut vbi: aut quādo: aut situm: aut habere: aut facere aut pati. Est autē substātia vt figuraliter dicatur: ut hō: equus. quātitas ut bicubitū tricubitū. qualitas vt albū: grāmaticū. ad aliquid vt duplū: dimidiū: maius. vbi vero: vt in lyceo in foro. qn̄ autē: vt heri: superiori anno. situs vero vt sedet: iacet. habere: ut calciatus: armatus facere ut secare vrere. pati: ut secari vri. Singula igitur eorum q̄ dicta sunt: ipsa quidē scdm se in nulla affirmatiōe dicunt. Horum aūt ad se inuicē affirmatio fit cōplexione. Videt aūt ois affirmatio vel vera vel falsa esse. eorum aūt q̄ scdm nullā cōplexionē dicūt singula neqȝ vera neqȝ falsa sūt. ut hō albū: currit vincit.

¶ Post paruissimā enumerationē in quattuor. s. in substantiā accidens: vniuersalitatē particularitatē. Nunc est de partitiōe maxima tractaturus: q̄ fit in decem. hac enim enumeratione maior nō pōt inueniri. Neqȝ enim vndecim pdicamēta poterūt inueniri: nec vltra decem vllo mō aliqd genus recte excogitari pōt. Quare huiusmodi facit enumerationē sed non diuisionem. Diuisio in his fere est generis in species. pdicamentorum vero qm̄ genus vnū nō habēt: diuisio esse nō pōt: sed potius enumeratio est. ¶ Sunt vero qdā qui cōtendūt recte enumerationē nō esse dispositā. alij nāqȝ vt superuacua quedam demūt. alij vt curto operi addūt. alij vero permutant: quos nimirū nō recte sentire alio nobis opere dicendū est sit sūt. Eorum que scdm nullā cōplexionē dicunt. Adeo nō de reb⁹: sed de vocib⁹ tractatur⁹ est. vt diceret. Res. n. pprie nō dicūtur s̄ voces. ⁊ qd addidit: singulū aut substantiā significat. late patet eū de vocibus disputare. nō enim res sed voces significāt: res aūt significātur. Sine cōplexione vero dicūtur (vt dictū est) q̄cūqȝ singulari intellectu ⁊ voce pferunt. Scdm cōplexionē vero q̄cūqȝ aliqua cōiunctione vel accidentis copulatione miscētur sed quid ex his que scdm nullā complexionē dicuntur efficitur: ipse demonstrat: cū dicit. Singula igitur eorum que dicta sunt ipsa quidē scdm se in nulla affirmatione dicūtur. Horū autē ad se inuicem complexione affirmatio fit: videtur enim omnis affirmatio vel falsa esse vel vera. Eorū autē que scdm nullam complexionē dicuntur: neqȝ verū quicq̄ neqȝ falsum est: vt homo: album currit: vincit. Significat ergo ⁊ hic ea que sine vlla cōplexione dicūtur affirmationis vim non obtinere. Si quis enim dicat hō: vel albū. vel decē: vel quidlibet simplici modo: in eo neqȝ verū quid inuenitur neqȝ falsum. sed omnis affirmatio vel vera vel falsa est. Igitur vniuersaliter predicamenta pronūciat affirmationis ratione penitus non teneri. Sed hec eadem si aliq̄ quadā cōplexione cōiuncta sint: fieri propositiōes necesse est: que in se verū falsumue cōtineant. Sed nō omnis complexio ppositionem facit. Nec si dixero: socrates in foro: idcirco iam ppositio est. Sed si quis dicat: socrates in foro ambulat: tunc fit ppositio: que aut affirmatio ē: aut negatio. Affirmationes vero ⁊ negatiōes: vel vere videntur esse vel false. atqȝ ideo quodcūqȝ neqȝ verū neqȝ falsum est: illud ppositio nō est. Ergo quadā complexione ex his que scdm nullam cōplexionem dicuntur veritas falsitasqȝ cōficitur. Affirmationē autem solam nunc Aristoteles interposuit: idcirco qd ois affirmatio prior est. hoc enim negatio tollit: quod affirmatio ante constituit. prius quidē scdm significationē: sed non scdm genus: quod alio liquebit loco. Maxime autem mōstrat Aristoteles se non de rebus sed de vocibus tracturum: quod ait. Horū autem ad se inuicem cōplexione affirmatio fit: nō enim rerū complexione fit affirmatio vel negatio sed sermonum. Nec in rebus est veritas ⁊ falsitas sed in intellectibus atqȝ opinionibus: ⁊ post hec in vocibus atqȝ sermonib⁹: hic hactenus. Scdm cōplexionē ergo sunt quecūqȝ ex integris compositis fiunt: vt socrates ambulat. nā ⁊ socrates ⁊ ambulat vterqȝ integer sermo est: ⁊ cōiunctus affirmationē facit. At vero si quis dicat flamiger: vel multisonus: vel fluctiuagus: scdm cōplexionē nō erit ista platio: idcirco qd ex neutris integris factū ē. Horum aūt decē pdicamētorum diffinitiōes inueniri non pnt. Idcirco qd ea q̄ significāt generalissima sunt. Substātia. n. ⁊ quātitas ⁊ q̄litas nulli vnqȝ generi videtur ēē subiecta. Quare qm̄ diffinitio ois a genere ducitur gen⁹ qd alij generi subiectū nō ē a diffinitiōe relinquitur. Sed nūc quidē omniū pdicamētorum cōueniētia dicta erāt plā. Post vero lati⁹ de vnoquoqȝ tractabitur. ⁊ qm̄ diffinitio inueniri nulla pōt: q̄busdā pprietatib⁹ informant. quare qm̄ hic dictū ē plene: ad tractatū substātie trāseam⁹.

Substantia autem est que proprie ⁊ principaliter et maxime dicitur: que neqȝ de subiecto dicitur neqȝ in subiecto est: vt aliquis hō: vel aliquis equus. Secunde autem substantie dicuntur in quibus speciebus ille que principaliter substantie dicuntur insunt. Et he quidem ⁊ harum specierum genera: ut aliquis homo in specie quidem est in homine. Genus vero speciei animal est. Secūde ergo substantie he dicuntur: vt est homo atqȝ animal.

¶ Queritur cur predicamentorum tractatū a substantijs inchoauerit. nam quoniā omnis res aut in subiecto est aut in subiecto nō est. Quicquid in subiecto ē: eget subiecto: quoniā in ppria natura nō potest cōsistere: ⁊ qm̄ rebus omnibus substātia subiecta est: nihil eorum que sunt in subiecto preter substantiā poterit permanere. Sed prior illa natura est: sine qua alia esse nō possunt. Quocirca prior naturaliter videtur esse substantia: nō absurde igitur in disputationē quod prius per naturā fuit: pri⁹ etiam sumpsit: ⁊ diffinitionem quidem substantie proferre non potuit: sed post exemplū superius datum descriptionē quādā profert: qua quid sit ipsa substantia queamus agnoscere. hoc est autē non esse in subiecto. Substantia enim in subiecto non est: facit autem quandā substantiarū diuisionē cum dicit: alias primas esse substantias: alias secundas. Primas vocans indiuiduas. Secūdas vero indiuiduarū species ⁊ genera. Ergo cum primis secūdisqȝ substantijs cōmune sit nō esse in subiecto: additū primis substantijs de subiectis nō predicari: primas substantias a secundis substantijs separat. substantia enim indiuidua in eo quod est substantia in subiecto nō est. Quod autem indiuidua est: de subiecto non predicatur. Sunt ergo prime substantie: que neqȝ in subiecto sunt: neqȝ de subiecto dicuntur: ut est Socrates vel Plato. Hi enim quoniam substātie sunt: in subiecto nullo sunt. Quoniam vero particulares indiuiduiqȝ sunt: de nullo subiecto predicantur. Secūde vero substātie sunt: quib⁹ cōe est cū primis substātijs: qd in subiecto non sunt. Propriū vero qd de subiecto pdicātur: q̄ secūde substātie sūt vniuersales vt est hō atqȝ aial. hō nāqȝ ⁊ aial in nullo sunt subiecto: sed de subiecto aliquo pdicantur. Sunt igitur prime sub

stātię pticulares: scd'e vniuersales. ¶ Proprię aūt subas indiuiduas dicit: qd' hoiez quidē ipsā speciē vel aial qd' est genus: nō nisi ex indiuiduoꝝ cognitione colligimus. Quare quoniā ex singulorū sensibus generalitas intellecta est: merito proprię substantię indiuidua ⁊ singula nominātur. Principaliter vero indiuiduę substātię dictę sunt: quod omne accidēs prius in īdiuidua post vero in secundas substantias venit. Nā quoniam aristarchus grecus est. homo vero est aristarchus: et homo grecus. ita prius omne accidens in indiuiduum venit. secundo vero loco etiam in speciem venire atque substantiarū accidēs illud venire putabitur. Recte igitur quod prius subiectum est: hoc substātia principaliter appellatur. Maxime aūt substātia prima dicitur: ideirco quod quę maxime subiecta est rebus aliis: ea maxime substātia dici pōt. maxime aūt subiecta est pma suba: oīa. n. de primis substātiis dicūtur aut in primis substātiis insunt: vt genera et spēs: nāqꝫ genera ⁊ spēs predicātur de ꝓpriis indiuiduis: vt animal atqꝫ hō predicantur de socrate. i. scd'ę substātię de primis. Sin vero sint accidentia: in primis substātiis principaliter sunt. Quare qm̄ vel accidentia in primis substantiis principaliter sunt: vel scd'ę substātię de primis substātiis predicātur. Primę substātię scd'is substātiis accidentibusqꝫ subiectę sunt. Quare quoniā illę maxime subiectę sunt: vel accidentiū subsistentię: vel scd'arū substātiarū predicationi: ideirco maxime substātię nūcupantur. Dicit aūt: non oīs species neqꝫ omnia genera scd'as esse substātias: sed eas tm̄ quę primas substātias cōtinerēt: ut est hō atqꝫ animal: hō nanqꝫ cōtinet Socratē ⁊ aliquā indiuiduā subam. Animal vero continet indiuiduum speciemqꝫ. i. hominē ⁊ aliquē hominez. Quare genera ⁊ spēs quę de primis substātiis predicātur ipsas scd'das putat esse substātias. hoc aūt ħ modo ait. Scd'ę autē substātię dicūtur in quibꝰ speciebꝰ illę quę principaliter substantię dicūtur insunt: hę ⁊ harū specieꝝ genera ⁊ inde cōuenietia ponit exempla. Ac si diceret: non omnia genera neqꝫ oēs spēs scd'as subas dico. Sed eas tm̄ species: in quibꝰ indiuidua illa. i. primę substātię insunt ⁊ harū specierum. i. quę cōtinent primas substantias genera. Hoc aūt ideirco dictū videtur: ne quis colorē quod genꝰ est: vel albū quod ē species: secundas putet esse subas. Ista eniz primas sub se nō continent.

¶ Sz dicet aliqs quēadmodū pmę poterūt eē substātię indiuiduę: cū omne quod prius est sublatū auferat id quod ē posterius: posterioribꝰ vero sublatis priora non pereūt. homo nāqꝫ si pereat socrates quoqꝫ est cōtinuo periturus. Si vero socrates interierit: homo continuo nō peribit. Si igitur sublatis generibus ⁊ speciebꝰ indiuidua pereunt: sublatis indiuiduis genera speciesqꝫ pmanent: magis primas substantias species ⁊ genera nominari digniora sunt. ¶ Sed hoc modo indiuiduoꝝ natura nō recte accipitur. Neqꝫ enim cūcta indiuiduorū substantia in vno socrate est: vel quolibet vno homine: sed in omnibꝰ singulis. Genera nāqꝫ ⁊ spēs nō ex vno singulo intellecta sunt: sed ex omnibꝰ singulis indiuiduis mentis ratione concepta. Semper etiā quę sensibus propinquiora sunt: ea etiam proxime nuncupanda vocabulis arbitramur. Qui enim primus hominem dixit: non illum qui ex singulis hominibus conficitur cōcepit animo: sed quēdā singularē atqꝫ indiuiduū cui hominis nomē imponeret. Ergo sublatis singulis hominibus homo non remanet: et sublatis singulis animalibus animal interibit. Quocirca quoniam in hoc libro de vocabulorū significatione tractatꝰ habetur ea quibus vocabula prima posita sunt: merito primas substantias nuncupauit. Prius aūt illis vocabula sūt indita: quę prius sub sensibus cadere potuerunt. Sensibus vero obiiciūtur prima indiuidua. Merito igitur eas primas in diuisione posuit. Eodem quoqꝫ modo illa questio soluitur quę dicit. Cū naturaliter primę intelligibiles sint substātię: vt deus vel animus: cur nō has primas substantias nūcupauerit. quoniā hic de nominibus tractatus habetur: nomina autem primo illis indita sunt: quę pricipaliter sensibus fuere subiecta. Posteriora vero in nominibus ponendis putantur: quęcūqꝫ ad intelligibilem pertinent incorporalitatē: vt ad deū: vel aiam: vel ad genꝰ: vel ad speciē. Quare qm̄ in hoc opere principaliter de nominibus tractatꝰ est: de indiuiduis vero substantiis quę primę sensibꝰ subiacent: prima sunt dicta vocabula: in opere quo de vocabulis tractabatur. Merito indiuiduę sensibilesqꝫ substantię pmę substātię sunt posite. Cū aūt tres substātię sint: materia species ⁊ quę ex vtrisqꝫ conficitur: vndiqꝫ cōposita ⁊ cōpacta substantia: hic neqꝫ de sola specie: neqꝫ de sola materia: sed de vtrisqꝫ mixtis compositisqꝫ proposuit. Partes autē substātię incōposite ⁊ simplices sunt: ex quibꝰ substātia ipsa cōficitur: species ⁊ materia: quas post per transitū nominat dicens. substātiarū partes ⁊ ipsas esse substantias: atqꝫ hęc hactenus. Nunc expositionis cursum ad sequentia couertamus.

Manifestuz est aūt ex his q̄ dicta sunt: qm̄ eoꝝ q de subiecto dicūtur. necesse est ⁊ nomē ⁊ rationē de subiecto ꝑdicari: vt hō de subiecto aliquo hoīe predicatur: ⁊ predicatur quidē nomē ipsius. Hominē eni de aliquo hoīe predicabis. Ratio quoqꝫ hois de subiecto aliquo hoīe ꝑdicabitur. quidā eni hō ⁊ hō est ⁊ aial. quare ⁊ nomē ⁊ ratio ꝑdicabitur de subiecto. Eoꝝ vero q̄ in subiecto sunt: in pluribus quidē neqꝫ nomen de subiecto neqꝫ ratio predicatur. In aliquibus autē nomen quidē nihil prohibet predicari de subiecto: rationē vero impossibile est ꝑdicari: vt albū cū in subiecto sit vt in corpore: ꝑdicatur de subiecto. dicitur eni corpus album: ratio vero albi nūq̄ de corpore predicabitur. alia aūt oīa aūt de subiectis dicūtur principalibus substantiis: aut in subiectis eisdē sunt. hoc aūt manifestū est ex his q̄ per singula ꝓponentur: vt aial de hoīe predicatur: ergo de aliquo hoīe ꝑdicabitur aial. nā si de nullo aliquoꝝ hoīuz neqꝫ oīno de hoīe. Rursus color in corpe ē ergo ⁊ in aliquo corpore. nā si nō in aliquo singuloꝝ: nec oīno in corpore. Quare alia oīa aut de subiectis principalibus substantiis dicūtur: aut in subiectis eisdē sunt. Nō ergo existētibus primis substātiis impossibile est esse aliquid alioꝝ. oīa eniz alia aut de subiectis eisdē dicūtur: aut in subiectis eisdē sunt. Quare nō existētibus primis substantiis impossibile est aliorum aliquid esse.

Oīa quęcūqꝫ dicta sunt vel in subiecto sunt vl' de subiecto ꝑdicantur. sz nō oīa quęcūqꝫ in subiecto sunt: de subiectis proprie dicūtur. nāqꝫ qd' in subiecto aliquo est de ꝓprio subiecto ꝑdicatur: vt albū ꝑdicatur de corpore. dicitur eniz corpꝰ albū. Sed qm̄ scd'ę substātię primaꝝ substātiaꝝ vel spēs vel genera sunt: socrates eniz spēs hō ē ⁊ animal genꝰ. Genꝰ aūt de subiectis speciebꝰ ⁊ indiuiduis vniuoce ꝑdicatur. Scd'ę substātię ō subiectis speciebꝰ vniuoca ꝑdicatione dicūtur. Cōuenit nāqꝫ pmarū ⁊ secundaꝝ substātiaꝝ sibi vna eadem diffinitio. nāqꝫ aial vel hō vel socrates vna diffinitiōe iunguntur: qd' sunt substātię animatę atqꝫ sensibiles. Igitur scd'ę substātię

tas de subiectis predicantur ꝓprijs: id est de primis sub
stantijs: et vniuoce predicantur. Illorum vero que sunt
in subiecto aliquotiens quidē neqꝫ nomen ipsū de sub
iecto dicit̄. Naꝫ virtus in anima est: sed virt⁹ de anima
minime ꝑdicat̄. Aliquotiens autē denominatiue dici
tur: vt grāmatica: quoniam est ī homine: denominatiue
grammaticus a grammatica dicitur. Sepe autē ipsum
nomē de subiecto predicat̄: vt quoniā albū ē in corpore
corpus albū dicitur: sed sive nomen nō predicetur: sive
denominatiue dicatur: sive ꝓprio nomine predicatio fit.
Diffinitio ei⁹ quod est in subiecto: de proprio subiecto
nunqꝫ predicabitur: vt albū quoniā ē in subiecto corpo
re: predicatur albi quidē nomē de corpore. diffinitio ve
ro albi ad corpus nullo modo dicitur. album nāqꝫ vel
corpus vna ratione vtraqꝫ diffiniri non possunt. Am
plius si omne accidēs in subiecto est: ꝛ substantia subie
ctum est: differt accidente substantia: differt etiam diffi
nitio substantie atqꝫ accidentis: quod eadem diffinitio
subiecti ꝛ eius quidem quod est in subiecto esse non po
test. Atqꝫ hoc est quod ait. Eorū que sunt in subiecto in
pluribus quideꝫ neqꝫ nomen de subiecto neqꝫ ratio pre
dicatur: vt virtus in anima. Addidit quoqꝫ de quibus
dam nihil prohibere predicari: ꝛ in alijs quidē denomi
natiue: in alijs vero recto nomine fit predicatio. De se
cundis vero substantijs semper ad primas substātias
predicatio peruenit. Nam si quidā homo ꝛ homo est et
animal: ꝛ certe vna diffinitio animalis ꝛ ad hominē et
ad quendā hominē cōuenienter aptabitur. ¶ Magis tn̄
esse substantias indiuiduas ꝛ particulares ipse signifi
cantius monstrat. Nam cū omnis res aut substātia sit
aut accidens: ꝛ substantiarū alie sint prime: alie secūde:
fit trina partitio: ita vt omnis res aut accidens sit: aut
secūda substantia: aut prima. Hoc autem ne sub descri
ptione dubio fiat: hoc modo dicimus. Omnis res aut
in subiecto est: aut in subiecto nō est. eorꝫ que in subiecto
sunt: alia predicātur de subiecto: alia minime. eorū que
in subiecto nō sunt: alia de nullo subiecto predicantur:
alia vero predicantur. Ergo omnes res aut in subiecto
est: aut in subiecto nō est. Aut in subiecto est: ꝛ de subie
cto predicatur: aut in subiecto est: ꝛ de nullo subiecto pre
dicatur: aut in subiecto nō est: ꝛ de subiecto predicatur.
aut in subiecto nō est: ꝛ de nullo subiecto predicat̄. His
igitur sumptis si primas substantias separam⁹: rema
nent secunde substantie atqꝫ accidentia. Sed secunde
substantie sunt: que in subiecto non sunt: ꝛ de subiecto
predicantur. Ergo esse suum nisi in hoc quod de aliquo
predicantur non retinent. Predicantur aūt secūde sub
stantie de primis. ergo vt secunde substantie sint: predi
catio de primis substantijs causa est. Non enim essent
secunde substantie: nisi de primis substantijs predica
rentur. illa vero que in subiecto sunt penitus consistere
non valerent: nisi fundamenti quodāmodo loco primis
substantijs niterentur. Ergo omnia quecunqꝫ sunt pre
ter primas substantias: aut secunde substantie erunt:
aut accidētia. Sed secūde substātie de ꝑmis substātijs
ꝑdicant̄: accidētia in primis substātijs sunt. Quocirca
oīa aut de primis substātijs ꝑdicātur: vt secūde substā
tie: aut in primis substātijs sunt vt accidētia: qd̄ Ari
stoteles ꝓposuit hoc modo. Cetera vero oīa aut de sub
iectis dicunt̄ primis substantijs: aut in eisdē subiectis
sunt. hic quoqꝫ verissima sumit exēpla. Ait enī. Si ac
cidēs in nullo subiecto corpore esset: nec in corpore esset
oīno. Nā si in nullo singulorꝫ: in nullo generaliter esse
diceret̄. Et itē aial nisi de singularib⁹ atqꝫ indiuiduis
hoīb⁹ predicaretur: nec de hoīe predicaretur oīno. Qua
re quoniam idcirco predicantur secunde substantie: qm̄
sunt prime: ꝛ idcirco sunt aliquid accidētia: quoniā eis
dem prime substantie subiecte sunt: si prime substantie
non sunt: neqꝫ que de his predicantur mansura sunt:
neqꝫ que in his subiectis sunt permanebunt.

Secundarū vero substantiarū magis sub
stātia est species qꝫ genus: propinquior enim
est prime substantie. Si quis enim assignet
primā substantiam quid est: euidentius et
conuenientius assignabit speciem proferēs
qꝫ genus: vt quendā hominē assignās: ma
nifestius assignabit hominē qꝫ animal assi
gnando. Illud enim propriū est magis ali
cuius hominis: hoc autē communius. ꝛ cum
aliquā arborem reddiderit: manifestius as
signabit: cū arborē reddiderit quā plantā.
Constat indiuiduas substantias primas ꝛ maxime ꝛ
proprie esse substantias. Secunde vero substantie: id
est genera ꝛ species sicut non equaliter a prima substan
tia distant: ita non equaliter substantie sunt. nam quo
niam propinquior est species prime substantie qꝫ gen⁹
idcirco magis est species substantia qꝫ gen⁹ proprium
vt homo ꝓpinquior est socrati qꝫ animal: atqꝫ ideo ma
gis est homo substantia. Animal vero quanqꝫ ꝛ ipsum
substantia sit tamen minus homine. hoc autem idcirco
euenit: quod in omni diffinitione cōuenientius species
ad primā substantiam dicitur qꝫ genus. Naꝫ si quid sit
socrates aliquis velit ostēdere: propinquius substantiā
socratis proprietatemqꝫ monstrabit si dixerit eū esse ho
minem qꝫ si animal. Quod eniꝫ animal est socrates: cō
mune est cum ceteris: qui homines non sunt: id est cum
equo atqꝫ boue. Quod vero homo est cum nullo alio est
cōmune nisi cum his qui sub eadem specie hoīs continē
tur. Quocirca propinquior erit ad significationem desi
gnatio: cum indiuiduo species redditur: qꝫ si generis vo
cabuluꝫ predicetur. Rursus si qualibet indiuiduam
arborē designare aliquis volens arborem dicat: propin
quius designabit quid sit id quod diffiniuit: qꝫ si plantā
nominet. planta aūt genus est arboris. predicatur eniꝫ
planta ꝛ de his que arbores non sunt: vt de oleribus
atqꝫ [illegible]: quare constat species magis esse substan
tias: eo quod sint primis ꝛ maxime substantijs propin
quiores. Et q̄ ī eo qd̄ quid sit assignata spēs conuenien
ti⁹ ꝛ euidēti⁹ assignet gen⁹ vero longi⁹ atqꝫ cōmunius.

Amplius principales substantie eo quod
alijs omnibus subiecte sūt: ꝛ alia omnia aut
de his predicantur: aut in eis sunt: ideo ma
xime dicuntur substantie. Sicut autē princi
pales substantie ad alia omnia se habent: sic
ꝛ species ad genus se habet. subiacet enim
species generi. genera enim de speciebus
predicantur: species autem de generibus
nō conuertunt̄. Quare ꝛ ex his species ma
gis genere substantia est.

¶ Magis esse substantias spēs validiori rursus ar
gumentatione confirmat: per similitudinē nāqꝫ hoc ita
esse declarat. Nam cū omnes substantie aut prime sunt
aut secūde. Secundarū autē aut genera: aut species. spe
cierū atqꝫ generū quicqd similius primis substātijs in
uenit̄ hoc magis substātia merito putabit̄. Sed prime
substantie idcirco maxime substantie dicuntur: qd̄ omnib⁹
ita subiecte sunt: vt aut in ipsis sint cetera vt accidentia
aut de ipsis alia ꝑdicētur vt substātie secūde. Qd̄ ergo
in primas substātias: hoc idē in spēs venit. Nāqꝫ spe
cies ꝛ cūctis subiacent accidentib⁹: ꝛ de speciēb⁹ genera
predicant̄: de generib⁹ vero spēs nō predicant̄. Quare
nō similiter genera subiacēt: quēadmodū species. Nō n̄
enim de generibus species predicant̄. Ergo sicut prime
substantie subiecte sunt secūdis substantijs ꝛ acciden
bus: ita species subiecte sunt ꝛ accidentib⁹ ꝛ generibus.
Genera vero qꝫqꝫ subiecta sint accidentibus: speciēb⁹

tamen ipsa nõ subiacet. Quocirca maior est similitudo
speciei ad primas substantias q̃ generis: quod si maior
est similitudo speciei ad maximas substantias: ipse erũt
magis substantie. Sed ne quis nos arbitretur dicere:
quod ea que sunt genera: species esse non possunt. Sed
id quod sunt genera species esse non possunt. Nam in
eo quod species est. de superioribus non predicatur: sed
in eo quod genus de eo predicabitur cuius est genus.
Quocirca genera ipsa quorũ sunt genera his subiacere
non possunt. Species vero quorũ sunt species: de his
predicari non possunt.

Ipsarũ vero specierum quecunq; nõ sunt
genera: nihil magis alterum altero substan
tia est: nihil enim familiarius assignabis de
aliquo homine hominẽ assignando: quam
de aliquo equo equũ. Similiter aũt ⁊ prin
cipaliũ substantiarum nihil magis alterũ al
tero substantia est. nihil enim magis aliquis
homo substantia est q̃ aliquis bos. merito
igitur post principales substantias sola alio-
rũ species ⁊ genera dicũtur esse secunde sub
stantie. Eorũ enim que predicantur: princi
palẽ substantiã sola hec indicant. Aliquem
enim hominẽ si quis assignauerit quid sit:
speciẽ quidẽ vel genus assignans familiari-
ter assignabit: ⁊ manifestius faciet hominẽ
vel animal assignans. Aliorũ vero quicquid
assignauerit quibet assignabit extranee: ve-
lut album: aut currit: aut quecunq; taliũ red
dens. ergo merito he sole aliorũ secũde sub
stantie dicuntur. Amplius principales sub
stantie eo quod alijs omnibus subiaceant:
idcirco proprie substantie dicuntur. Sicut
autẽ prime substantie ad omnia alia sese ha-
bent: ita principaliũ substantiarum genera et
species ad omnia reliqua sese habent. De
his enim omnia reliqua predicãtur. aliquẽ
enim hominẽ dicis grãmaticũ esse: ergo et
hominẽ ⁊ animal grãmaticum dicis. simili
ter autem ⁊ in alijs.

¶ Predicatum est (vt Porphyrius quoq; in libro de
generibus speciebus differentijs proprijs atq; acciden
tib⁹ planissime docuit) Alia esse solũ genera: quorũ ge-
nus inueniri non posset: alia solum species: que in alias
species diuidi non valerent. He aũt sũt q̃ de pluribus
numero differentibus in eo quod quid sit predicantur:
vt homo de singulis homib⁹ dicitur: ⁊ equus de singu
lis equis ⁊ bos de singulis bobus: qui sub propria spe
cie positi a scipsis proprie nature figura non discrepãt.
Ergo huiusmodi species: vt est homo atq; equus que
solis indiuiduis presunt: quĩ genera esse non possunt:
equaliter semper substantie sunt. Nam tã propinque
redditur de quolibet indiuiduo equo nomen equi⁹ q̃
de quolibet indiuiduo homine hominis nomẽ. Quo-
circa si equaliter species he que genera non sunt: ad pri-
mas substantias sunt equaliter esse substãtie merito pu
tabuntur. hoc autem dicit nõ quod omnes species equa
liter substantie sunt sed que equaliter primis substan
tijs distãt. Potest enim fieri vt cuiuslibet superioris ge
neris vna quelibet species sit que cõparata ad propriam
speciem minus illa superior videatur esse substãtia: vt
animalis si quis dicat speciem esse auẽ: eiusdem quoq;
speciem hominem auis ⁊ homo non equaliter substan
tie sunt: idcirco quod auis homine superior est. Homo
namq; in alias species non diuiditur. est enim magis spe

cies. Auis autem potest in alias diuidi species: vt in ac
cipitrẽ vel vulturem que quã q̃ aues sint specie tñ ipse
dissentiunt. Proprie aũt species accipiter ⁊ vultur est.
hi enim solis indiuiduis presunt. Quare homo atq; ac
cipiter equaliter a primis substantijs distant ⁊ sunt eq̃
liter substantie. Homo vero atq; auis quoniã superior
est auis homine: non equaliter substantie sunt. magis
enim substantia homo est. Ergo quecũq; species equali
ter a suis indiuiduis distant: equaliter substantie sunt
Quod quoniã species he que genera nõ sunt equaliter
a primis substãtijs distant: equaliter substantie dicun-
tur. Planum aũt est: vt non egeat expositione. primas
quoq; substantias equaliter esse substantias. aliquis
homo enim atq; aliquis equus quoniã sunt indiuidua:
principaliter substantie sunt: ⁊ proprie ⁊ maxime. Quo
circa in maximis substantijs neq; minus neq; magis
substantia poterit inueniri. Indiuidua igitur equaliter
substãtie sunt. Recte aũt post primas substantias sola
aliorũ species ⁊ genera secũde dicuntur esse substãtie. eo
rum enim que predicantur primã substantiã sola hec si
gnificant. Ordine ⁊ conuenienter post primas substan-
tias: id est indiuidua genera ⁊ species secundas esse sub
stantias constitutas mõstrat Aristoteles: que est firma
atq; expedita probatio. ait enim. Post primas substã
tias recte genera ⁊ species secundas substantias esse no
minatas. In diffinitionibus enim vbi substantia cuius-
libet ostenditur: nihil aliud primam substantiã monstrat
nisi genus ⁊ species. Socrates nanq; si quis quid sit in
terroget: dicatur homo: vel animal. ⁊ in eo quod quid
sit socrates interrogatus recte hominem vel animal esse re
spondet. Quare quid sint prime secunde substãtie mõ
strant. quod si quis preter secundas substantias in-
terrogandus qd sit prima substantia dicat: id alienissime
profert: vt si quid sit socrates interroganti aliquis respõ
deat album vel currit: vel aliquid huiusmodi: quod secũ
da substantia non sit: nihil conuenienter vnq̃ profert. si
quid de prima substantia preter secundas substãtias di
cat. Quare quoniã nihil eorũ que nõ sunt secunde sub
stantie quid sit prima declarat: secũde autem substantie
genera ⁊ species sunt recte post primas substãtias spẽs ⁊
genera dicitur esse secunde substantie. Amplius prime
substantie propterea quod omnibus alijs subiacent:
idcirco proprie substantie dicitur. Hec quoq; de eadem
re probatio recte post primas substãtias genera ⁊ species
esse positas verissima ratione confirmat. Nanq; indiui
dua idcirco prime dicuntur esse substantie: quod alijs
cunctis subiaceant. Nam quoniã de secundis substan-
tijs ad predicationem supposite sunt: ⁊ de his secunde
substantie dicuntur: vel quoniã accidentib⁹ ut possint esse
accidẽtia subduntur: idcirco prime substãtie sunt. Et si-
cut prime substantie cũctis subiacẽt accidentib⁹: sic etiã
secũde. Nã quĩ aliquis hõ accidẽtib⁹ subiacet: ⁊ homo
⁊ aĩal accidenti supponit: ⁊ quĩ est quidã hõ grecus. i.
aristarchus: est homo grec⁹: est etiã animal grecũ. Quo
circa accidentibus prime substantie principaliter sub-
dũtur: secunde vero secundo loco. ⁊ queadmodũ prime
substãtie ⁊ accidentibus ⁊ secũdis substãtijs subiacent
sic secũde substãtie accidẽtib⁹ supponunt sed secũde sub
stãtie species ⁊ genera sunt. Recte igitur post primas
substãtias spẽs ⁊ genera secũdas substãtias esse posuit

Commune est aũt omni substãtie in subiecto
non esse. principalis enim substantia neq; de
subiecto aliquo dicitur neq; in subiecto est.
Secundarum vero substantiarũ sic etiam con
stat: quia nulla est in subiecto. etenim homo
de subiecto aliquo homine dicitur: in subie
cto autẽ nullo est. neq; enim in aliquo homi
ne homo est. Similiter animal de subiecto
quidẽ dicitur aliquo homine: non est autem

animal in aliquo homine. Amplius eorum que sunt in subiecto: nomen quidem de subiecto aliquando nihil prohibet predicari: rationem vero impossibile predicari est. Secundarum vero substantiarum de subiectis ratio predicabitur et nomen. rationem enim hominis et animalis de aliquo homine predicabis. Ergo non erit horum substantia que sunt in subiecto. Non est autem proprium substantię hoc. namque differentia eorum est: que in subiecto non sunt. bipes enim et gressibile de subiecto quidem homine dicitur: in subiecto autem nullo est. non enim in homine est bipes: neque gressibile. ratio quoque differentię de illo dicitur: de quo ipsa differentia predicatur: ut si gressibile de homine dicitur: et ratio gressibilis de homine predicabitur. est enim homo gressibilis. Non vero conturbent nos substantiarum partes: que ita sunt in toto quasi in subiecto: ne forte cogamur confiteri non eas esse substantias. non enim sic dicebantur esse ea que sunt in subiecto ut quasi partes essent in aliquo.

¶ Post enumerationem substantiarum et divisionem: in qua alias primas alias secundas esse proposuit: quoniam substantię diffinitio nulla est reddita: idcirco quia generalissimum genus diffinitionibus non tenetur. Propterea quandam cepit exquirere quasi signum aliquod: quo substantiam queamus agnoscere. prius quid quid ipsis substantiis communiter possit evenire proponit: post vero quid illis proprium sit querit. sed idcirco illa premittit: ut ad illud verum proprium sine ullo errore perveniat: et quod vere est substantiarum proprium ultimum dicat. ¶ Tribus autem modis proprium significatur. Est enim proprium quod alicui speciei omni evenit: et non soli: ut homini bipedem esse. Omnis enim homo bipes est: sed non solus: aves namque et ipse sunt bipedes. Aut soli et non omni: ut eidem homini evenit ut sit grammaticus: sed non omni homini: neque enim omnis homo grammaticus est. At vero tertia proprii significatio est: que omni et soli et semper: ut risibile. Omnis enim homo risibilis est: et solum est animal homo quod rideat. Ex his igitur illa duo superiora que diximus: ubi omni et non soli: aut soli et non omni esse quędam propria dicebamus: a propriorum veritate esse videntur aliena. Hoc vero tertium quod omni inest et soli: hoc vere est proprium. illa autem superiora consequentia quidem dicuntur: non tamen vere propria: hoc autem ultimum vere est proprium. Quecunque ergo talia propria Aristoteles invenerit: que aut solis et non omnibus substantiis: aut omnibus et non solis conveniant: velut non vere in natura cuiuslibet constituta repudiat. Illud vero ultimum ponit: quod et omni substantię et soli valeat evenire. Illa enim sunt propria que convertuntur: ut si quid fuerit homo risibile est: si quid est risibile homo est. hec autem solum converti possunt: que omnibus soliisque contingunt. nam neque ulli alii magis: neque ulli minus evenient: quare his predictis ad loci ipsius rationem expositionemque veniamus. Quod ergo dicit: hoc est omnibus substantiis commune: ut in subiecto non sint namque prime substantię: id est individua in subiecto non sunt. quod planissime hic demonstratur. Nunquam enim particularis substantia alicui accidens potest esse. secunde vero substantię habent quandam imaginem quod sint in subiecto. videntur enim secundę substantię in subiectis primis substantiis esse: sed falso. nam secundę substantię de primis substantiis solum predicantur: non in ipsis sunt. Animal enim de quodam homine tantum dicitur non etiam in aliquo homine consistit ut in subiecto. Hoc autem illa res probat: quod omnia quecunque in subiecto sunt: eorum quoque individua in subiecto sunt. color: quoniam in subiecto corpore est: et quidam color subiecto corpore nititur. in hoc vero quoniam primę substantię: id est individua in subiecto non sunt: nec eorum universalia: idest secundę substantię que genera et species sunt: possunt aliquo niti subiecto. Quare secundę substantię primas substantias ad predicationem tantum subiecta habent: non etiam ut ipse primis substantiis accidant. Illud quoque maximum argumentum est secundas substantias non esse in subiecto: quoniam omne quod in subiecto est potest mutari: illa que subiecta est: non mutatur: ut color qui est in corpore: eodem corpore manente potest mutari: ut niger fiat ex albo. Manentibus autem substantiis primis secundę substantię non mutantur. quam vero ipse Aristoteles posuit probationem secundas substantias non esse in subiecto huiusmodi est. predocuit enim quorundam que sunt in subiecto: nomen de subiectis posse predicari: rationem vero nunquam. Album enim cum sit in corpore: dicitur corpus album: et predicatur albedo de corpore: sed alia est diffinitio albedinis: alia corporis. Secundę vero substantię de primis substantiis et nomine predicantur et diffinitione iunguntur. Nam quidam homo animal est et homo: sed quidam homo et hominis et animalis ratione diffinitur. Et ut verissime sententia concludatur: omne quod est in subiecto: equivoce de subiecto dicitur. Secundę vero substantię de primis non equivoce sed univoce nuncupantur: idcirco quod (ut dictum est) et nomine et diffinitione consentiunt. Quare quemadmodum primę substantię in subiecto non sunt: sic secundę subiecto carebunt. Commune est igitur omnibus substantiis et secundis et primis in subiecto non esse. et quodcunque substantia fuerit: consequens est ut in nullo subiecto sit. ¶ Sed queritur an hoc soli substantię insit an etiam aliis. nam si soli substantię inest: quoniam omni substantię hoc inesse monstravimus: quod in subiecto non sit: verum proprium dicitur esse substantię non esse in subiecto. Hoc enim dictum est esse maxime proprium quod omnibus inesset et soli. sed hoc non esse substantię proprium verissima Aristotelis probatione confirmat dicens. Non est autem proprium substantię hoc. namque differentia eorum est: que in subiecto non sunt. bipes enim et gressibile de subiecto quidem homine predicatur: in subiecto vero nullo est. Non enim in homine est bipes neque gressibile. et ratio quoque differentię de illo dicitur: de quo ipsa differentia predicatur: ut si gressibile de homine dicatur: et ratio gressibilis de homine predicabitur. Est enim homo gressibilis. non esse proprium hoc substantię dicit idcirco quod in differentiis idem sit. In nullo enim differentia subiecto est: ad illud namque recurrit. Si differentia in subiecto esset: nomen tantum de subiecto predicaretur: non etiam ratione. Differentia vero de eo de quo dicitur: univoce predicatur: ut si quis dicat gressibile differentiam de homine: ipsius differentię diffinitio quoque homini convenienter aptabitur. Gressibile namque est quod per terram pedibus ambulat: et homo est quod per terram pedibus ambulet. Ita differentię et eius de quo ipsa differentia dicitur: una poterit esse ratio substantię: id est unius possunt et nominis nuncupatione et diffinitionis determinatione coniungi. Quod si in subiecto esset differentia: nunquam de subiecto sibi univoce predicaretur: Quare non proprium est substantię quod retinet etiam differentia. differentia namque substantia non est. Esset enim proprium substantię in subiecto non esse. Non est autem differentia accidens. esset enim in subiecto. Omnis autem res aut accidens est: aut substantia: id est aut in subiecto est: aut in subiecto non est:

⁊ sunt accidentia quecunq3 in substantiam subiecti veniunt: queq3 permutata natura3 substantie nō pereunt. Si quibus vero peremptis subiecta interimantur: illa propria accidentia nō vocant᷑. Differentia vero est que de pluribus specie differentibus in eo quod quale sit predicatur. Sed differentia substantia non est: alioquin qd̄ si esset substantia non in eo qd̄ quale sit de subiecto: sed in in eo quod quid sit predicaretur. Qualitas vero solū non est: esset eni3 accidens ⁊ in subiecto: sed magis a substātia ⁊ qualitate differentia ipsa conficitur. ⁊ ita vt illud de quo predicatur perempta differētia simul interimatur: vt calor qui est in aqua perempto calore potest aqua in sua substantia permanere: ⁊ ē calor in subiecto aque: quo interempto aqua non peribit. ¶ Idem tamē calor est in igne: sed perempto calore ignem interire necesse ē. Quare hec qualitas caloris substantialiter inest igni: ⁊ est propria differentia .i. substantialis. Concludendū est igitur differentiam: neq3 solū substantia3 esse: neq3 solum qualitatē: sed quod ex vtrisq3 conficitur substantialem qualitatē: que permanet in natura subiecti: atq3 ideo quoniam substantiā participat: accidens non est: quoniā qualitatē a substantia relinquitur. Sed quoddā mediu3 est inter substantiā ⁊ qualitatē: que quoniā in subiecto non est ⁊ substātia nō est: proprium substātie nō est nō esse in subiecto. ¶ Post hoc illud quoq3 dicit nō debere nos conturbari: ne forte substantiaru3 partes que ita sunt in toto quasi in aliquo subiecto: aliquando cogamur accidentia nō substantias confiteri. Substantiarum partes in subiecto sunt: sed non vt accidentia. Videmus enim quasda3 partes substantiarū ita esse in toto quasi sint in subiecto: vt caput in toto corpore est: ⁊ manus in toto corpore est: forma quoq3 ⁊ materia que sunt partes composite substantie in ipsa composita substantia sunt. Ne forte ergo cogamur aliquando partes substantiarum quoniā sunt in subiecto: suspicari non esse substantias: sed accidentia: premonet dicens. Nō nos vero conturbent substantiarū partes que ita sunt in toto quasi in subiecto sint: ne forte cogamur dicere nō esse eas substantias. Nō enim sic dicebantur esse que sunt in subiecto vt quasi partes essent in aliquo. Hoc enim rationis affert: cur ista accidentia esse aliquis suspicari non debeat. Illa eni esse diffinita sunt in subiecto: que nō essent vt quedam pars: hoc eni3 superi᷑ dixit. In subiecto autē esse dico qd̄ cum in aliquo sit non sicut quedā pars: impossibile est esse sine eo in quo ē. Quocirca quoniā accidentia ita sunt in subiecto: vt subiecti partes nō sint: substantiarū vero in toto partes ita sunt: vt in subiecto nō sint: partes substantiarū partes accidentiū esse nullus recte suspicari potest.

Inest autē substantijs ⁊ differentijs ex his omnia vniuoce predicari. Omnia eni que ab his predicata sunt: aut de indiuiduis predicant᷑: aut de speciebus. A prima nanq3 substantia nulla est predicatio: de nullo eni subiecto dicitur. Secundarū vero substantiarū species quidem de indiuiduo predicatur. Genus autem ⁊ de specie ⁊ de indiuiduo. Similiter autem ⁊ differentie ⁊ de speciebus ⁊ de indiuiduis predicantur. rationem etiam suscipiunt prime substantie specieru3 ⁊ generu3: ⁊ species generis: quecūq3 enim de predicato dicuntur: eade3 ⁊ de subiecto dicuntur. Similiter autē ⁊ differentiarū rationem suscipiunt species ⁊ indiuidua. vniuoca autem sunt: quorū ⁊ nomen cōmune ⁊ ratio eadem est. Quare omnia que a substantijs ⁊ differentijs sunt: vniuoce dicūtur.

¶ Quoniam in subiecto non esse differentijs ⁊ substantijs cōmune monstrauit: aliam rursus cōmunitatem substantiarum differentiarūq3 proposuit. Nam cū substantiarū alie sint prime: alie secunde: ⁊ prime substantie sint indiuidue: quonia3 nihil indiuidua possunt habere subiectū: ab indiuiduis nulla predicatio est. Secūde vero substantie de indiuiduis: id est de primis substantijs predicant᷑: ⁊ de his vniuoce dicuntur. Secundarum enim substantiarum nomen de indiuiduis predicatur ⁊ ratio. ⁊ de indiuiduo quidem ⁊ species predicatur ⁊ genus: vt de platone. id est de aliquo homine: ⁊ homo dicitur ⁊ animal. aliquis enim homo ⁊ homo est: ⁊ animal: ⁊ vtriusq3 de indiuiduo predicatur ratio. Dicamus enim aliquē hominē animal esse rationale mortale: que ē speciei diffinitio: id est hominis. Et rursus aliquē hominē dicimus substantiā animatam atq3 sensibilem: que est generis diffinitio: id est animalis. Species vero generis sui ⁊ diffinitionē suscipit ⁊ vocabulū de homine eni3 animal predicatur. dicitur enim homo animal est: ⁊ ipse rursus homo rationem suscipit animalis. Dicimus eni3 esse hominē substantiā animatā atq3 sensibilem. Constat ergo quoniā ⁊ genera ⁊ species de indiuiduis: ⁊ genera de speciebus vniuoce predicantur: id est in omni predicatione secunde substantie vniuoca appellatione de subiectis dicuntur: quod his cū differentia cōmune est. Differentia nanq3 de specie de qua dicitur ⁊ de eius indiuiduo ipsa quoq3 vniuoce predicatur. Nam cum sit gressibilis differentia: de aliquo homine predicatur. dicitur eni3 quidam homo gressibilis: vt plato vel cicero. sed ⁊ diffinitionē differentie suscipiunt indiuidua: de quibus illa differentia predicatur. Gressibile nanq3 est quod per terrā pedibus ambulare potest. Et quendā hominē possis ita secundum nomē differentie diffinire: vt dicas platonē esse qui per terrā pedibus ambulare possit. Et hoc idē euenit de specie cuiusda3 hominis: id est de homine. homo nanq3: id est ipsa species cum sit gressibilis potest diffiniri. homo ē qd̄ per terram pedibus ambulare possit. Ergo ⁊ differentie de his de quibus predicant᷑: vniuoce dicunt᷑. quocirca quoniam ⁊ secunde substantie de his de quibus predicantur: vniuoce dicuntur: ⁊ differentie eodē modo. Que cunq3 a substantijs vel differentijs predicationes fuerint: he ⁊ vniuoce de subiectis predicabuntur. Que autē causa sit: vt secunde substantie de primis substantijs vniuoce predicentur: illa quā supra docuit Aristoteles nos admonens dicit. omnia eni quecūq3 de predicato dicuntur: eadem etiam dicentur de subiecto. Omnes eni3 differentie que sunt specifice generis predicantur ⁊ de specie ⁊ de indiuiduo: vt quoniam animal efficiunt differentie animatum atq3 sensibile: eadem ⁊ de specie: id est homine ⁊ de indiuiduo: id est aliquo homine predicabuntur: qd̄ quonia3 superius dictū est: nūc quantū expositionis breuitas postulat. dixisse sufficiat.

Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare: ⁊ in primis quidē substantijs indubitabile ⁊ verum est: quonia3 hoc aliquid significat. Indiuiduū enim ⁊ vnu3 numero significatur. In secundis vero substantijs: videtur quide3 similiter sub appellationis figura hoc aliquid significare: quando quis dixerit vel homine3 vel animal. non tamen verū est: sed magis quale aliquid significat. neq3 enim est vnu3 quod subiectum est: quemadmodū prima substantia: sed de pluribus homo dicitur ⁊ animal non aute3 simpliciter quale quid significat quemadmodu3 album. nihil enim album aliud significat q̄ qualitatem. Genus autē

⁊ species circa substantiam qualitatem determinant. qualem enim quandā substantiam significant. plus autem in genere ꝙ in specie determinatio fit. dicēs enim animal plus complectitur ꝙ hominē.

¶ Post ꝙ superius geminas dixit substātię consequētias: id est in subiecto non esse ⁊ cuncta ab his vniuoce predicari: ⁊ eas maxime ꝓprias substātię separauit: idcirco quod differentijs etiam videntur esse cōmunes: aliud adiecit. Quod idcirco substantię propriū non sit: quod non sit in omni substantia. Nam quēadmodum quātitas quantū significat: ⁊ qualitas quale sic etiam substantia videtur hoc aliquid significare. Nam cum dico socratem vel platonem vel aliquā indiuiduā substantiā nomino: hoc aliquid significo. sed omnibus hoc substātijs nō inest. Indiuidua nāqꝫ quoniā particularia sunt ⁊ numero singularia: verum est hoc aliquid a substantijs significari. In secundis vero substantijs non idem est. Nanqꝫ secundę substantię non sunt vnę nec numero singulares: sed species intra se plurima indiuidua continent: ⁊ multas intra se species genus includit. quocirca cum dico homo: nō hoc aliquid significaui. neqꝫ enī singulare est hominis nomē idcirco quod de pluribus indiuiduis predicatur: sed potius quale quiddā. qualis enim substantia sit demōstratur: cū dicitur homo. Qualitas autem hęc circa substantiā terminatur. nā sicut indiuidua qualitas species ⁊ genera qualitatis habet: ⁊ sicut singulas quātitates quantitatis speciebus ⁊ generibus claudit: ita quoqꝫ indiuiduarꝫ substantiarū species ⁊ genera secundę substantię sunt. Ergo cū dico homo: talem substantiā significo: quę de pluribus numero differentibus in eo quod quid sit predicatur. qualē ergo quādam substantiā significo: cū hominē dixi: talē scilicet quę de indiuiduis nominet. idē quoqꝫ de genere est. Nam cū dico animal: talem substantiā significo: quę de pluribus speciebus dicat. Est igitur qualitas vt albū: quę semper sit in substantia: sed non vt ipsam substantiā determinat idcirco quod proprietatē substantię albedo non habet. Qualitas vero hęc quę de substantijs dicitur: circa substantiam qualitatem determinat. qualis sit enim illa substantia demōstrat. Nā si rationalis homo est: ⁊ substantia erit rationalis. sed rationalis qualitas est. Qualem ergo substantiā monstrāt secundę substantię. Quocirca non est hoc propriū substantię hoc aliquid significare. Secundę enī substantię non hoc aliquid sed quale aliquid (vt dictū est) monstrant: ita tū quale aliquid monstrant. vt ipsam qualitatē circa substantias determinent. Qualitas enī secundarū substantiarū in indiuiduis est. de ipsis enī naturaliter predicatur: quę ipsę indiuiduę substantię sunt. Qualitas igitur secundarū substantiarum circa indiuidua: id est quę prima sunt: ⁊ ipsas quoqꝫ substantias terminatur. Determinatio vero quoniā ⁊ ipse terminus multa concludit maior est minor quotiēs pauciora. quocirca genus plurima colligit: species vero nō tā plura. Nam cū dico animal: etiā hominē bouēqꝫ ⁊ alia cūcta animalia hoc vno nomine clausi. Cum vero dico homo: solos homines indiuiduos hac nominis significatione conclusi. quocirca maior fit determinatio per genus ꝙ per speciē. ⁊ fit determinatio circa substantiā qualitatis: vel quod substantialis qualitas in genere ⁊ specie est. vel quod secundū quandā cōmunionem subiectorꝫ dicit. Sed per se qualitas vt album neqꝫ vllam substantiā significat neqꝫ vllam cōmunionē: sicut genus specierū suarū: ⁊ indiuiduorū species ostendit. Quocirca aliud substantię proprium requirendum est.

Inest aūt substantijs etiā nihil illis esse cōtrarium. primę enī substantię quid erit contrarium: vt alicui homini vel alicui animali: nihil enim est contrariū. at vero nec homini nec animali aliquid est contrariū. non est autem hoc substantię propriū: sed etiam multorum aliorꝫ: vt quantitatis. bicubito vel tricubito enim nihil est contrariū: at vero nec decem: nec alicui talium. Nisi quis forte multa paucis dicat esse contrariū vel magnū paruo. determinatarū vero quantitatū nullum nulli est contrariū.

¶ Adiecit quoqꝫ aliud substantię proprium dicens: substantię nihil esse cōtrariū: hoc autē ex ea quę singillatim fit inductione confirmat. Homo enim homini vel equo vel alicui alij animalium non est contrarius. ¶ Sed si quis forsitan dicat cū ignis atqꝫ aqua substantię sint ignem aquę esse contrarium: mentietur. Non enī ignis aquę contrarius est: sed qualitates ignis qualitatibus aquę opponūtur. Calor enim ⁊ frigus contraria sunt: ⁊ humor ⁊ siccitas: quę qualitates cū alię sint in igne: alię in aqua: ipsas substantias contrarias facere videntur: sed non sunt. hoc autem ex omnibus alijs substantijs potest probari: in quibus quisqꝫ nihil poterit inuenire contrarium. Sed hoc solius substantię proprium non est: nanqꝫ ⁊ quantitas definita contrarijs caret. Nā neqꝫ duo tribus cōtraria sunt: nec duobus quattuor: nec aliquid huiusmodi. nā si dicamus tres duobus esse contrarios: cur nō bis duobus etiā quattuor vel quinqꝫ cōtrarios esse ponamus: nulla enī afferri ratio potest cum tres duobus cōtrarij sint: cur quattuor vel quinqꝫ duobus non sint. Quod si hoc est: vel quattuor vel tres vel quinqꝫ vel quicunqꝫ a duobus distant numeri: contrarij fiant duobus. ⁊ erunt vni rei multa cōtraria: quod fieri non potest. Non est igitur cōtrariū aliquid quātitati. sed si quis dicat magnū paruo vel multa paucis esse contraria. hęc quidē etiā si quis quātitates esse cōfirmet. in diffinite quantitates non sunt. Quantum enī sit magnum vel quantum paruū non definit qui loquitur: eodē modo etiā in multis atqꝫ paucis. Quare si quis hęc quantitates esse dicat indeterminatas indefinitasqꝫ esse confitebitur. Dicit aūt Aristoteles terminatę quantitati nihil esse contrarium: vt duobus vel tribus: vel lineę vel superficiei. Quod si etiam alię quantitates habent contraria: alię vero non habent: nihil omnino īpedit ad hoc quod dicitur proprium non esse substantię: idcirco quod constat quasdam quātitates nō habere cōtraria. Quod si hoc ⁊ in quantitatibus euenit: nō esse contrarium substantiarū propriū non est. Atqꝫ hęc quidē si quis magnū vel paruū in quātitatibus ponat: manifestū est (vt ipse est posterius monstraturus) hęc nō esse quantitates sed ad aliqd. magnū enī ad paruū dicitur. sed cū ad ea loca venerimus: ꝓpositi ordinem loci diligentius exequemur. Nunc quoniā declaratū est ⁊ substantię nihil esse contrarium: ⁊ hoc ei proprium non esse: quoniā idē etiā in quantitatibus consideratur: ad sequens proprium expositionis seriem conuertamus.

Uidetur aūt substantia nō suscipere magis ⁊ minus. dico aūt hoc nō ꝙ substantia a substātia nō sit magis ⁊ minus substantia. hoc enim dictum est quia est: sed quā vnaquęqꝫ substantia hoc ipsum quod est non dicitur magis ⁊ minus: vt si est hęc substantia homo: nō est magis aut minus homo: nec ipse a seipso nec alter ab altero. non est enim alter altero magis homo: sicut est album alterum altero

magis album: ⁊ bonum alterũ altero magis bonũ. Sed ⁊ ipsũ a se magis ⁊ minus dicitur: vt corpus cum sit albũ: magis albũ esse dicitur nunc ꝙ̄ prius: ⁊ cum calidum sit magis ⁊ minus calidũ dicitur. Substãtia vero nõ dicit̃. nihil enĩ hõ magis nunc hõ ꝙ̄ prius dicitur: nec aliorum quicquã que substantie sunt. quapropter nõ recipit substantia magis ⁊ minus.

¶ Hoc ꝓpriũ non simpliciter dicitur: sed cũ aliqua distinctione. ait enim substãtiã neq̧ magis recipere neq̧ minus: nõ hoc dicens: quoniã substantia nõ est magis ab alia substantia. Nanq̧ quidã homo cũ sit substãtia magis est substantia ab homine: id est a specie. ⁊ homo ab animali: id est a genere. Ergo nõ hoc dicit: quoniam nõ inueniuntur substãtie que a substantijs magis substantie sint. hoc enĩ dictum est quoniã est: id est quoniã inueniũtur. Ait enim superius primas substãtias. i. indiuiduas magis esse substãtias: ⁊ secũdas vero substãtijs magis esse substãtias spẽs ꝙ̄ genera. Ergo hic nõ dicit qm̃ nulla substãtia ab alia substãtia magis substãtia ẽ sed hoc ipsum qđ est quelibet illa substantia nõ dicitur magis ⁊ minus: vt si est substantia homo nõ dicit quoniã homo nõ est magis ⁊ min⁹ substantia. indiuiduus enĩ homo magis est substantia: species vero min⁹: si ad primã. i. indiuiduã substantiã referatur. Sed hoc dicit hoc ipsũ quod est. i. homo nõ erit magis hõ vel min⁹ homo. quocirca nõ dicit: quoniã hõ nõ est magis substantia vel minus. Sed quoniã homo hoc ipsũ quod est: nõ est magis vel minus homo. nõ est enim aliquis hõ magis ⁊ minus hõ. ⁊ hoc idem in eiusdẽ cõparatione cõuenit speculari. Nam ipse hõ a seipso nõ est plus homo. at vero nec si ad alterũ conferatur: ad alterũ vero ita vt sub eadẽ coniugatione sint: vt quidã homo indiuiduus ad aliquẽ indiuiduũ hominẽ comparatus nõ erit magis ⁊ minus homo: vel ipsa spẽs seipsa nõ erit magis ⁊ minus hõ. sed hoc palam est in substantijs. in qualitatibus vero potest esse magis ⁊ minus. albũ enĩ põt fieri magis albũ seipso: ⁊ suscipere magis ⁊ minus vt sit magis albũ ⁊ minus album. põt ⁊ alio albo plus esse albũ: vt liliũ lana: ⁊ alio albo minus esse album: vt lana lilio: vel cignus niue atq̧ idem in alijs qualitatibus: vt bono vel calido. Nãq̧ hec possunt tẽporibus permutari: ⁊ in plus minusue transduci. fit enĩ aliquotiens bono melius ⁊ deterius: ⁊ calido feruẽtius ⁊ tepidius. homo vero qđ est substantia neq̧ nunc plus erit homo ꝙ̄ fuit antea: neq̧ post magis aut minus erit hõ ꝙ̄ nunc est. Quocirca cũ substantia nõ suscipiat magis ⁊ minus: tamẽ propriũ eius hoc nõ erit. Sed cur nõ sit ꝓpriũ ipse Aristoteles velut notũ conticuit: nos autẽ addimus: quoniã non solũ substantie non suscipiunt magis ⁊ minus: sed ⁊ alia multa. circulus enĩ alio circulo nõ erit magis circulus aut minus: nec duplũ magis duplũ vel minus. Equaliter enim duplus est quaternarius ad binarium: vel denarius ad quinarium comparatus. quocirca quoniã etiã ⁊ in alijs idẽ est: hoc substantie propriũ nõ eẽ putandũ est. Sed hec quidẽ oia quecũq̧ sint in substantijs omnib⁹: ꝓpria tamen substantie non sunt eo quod etiã in alijs sunt consequẽtia substantie appellantur. Nec enim omnia substantias cõsequũtur: vt vbicũq̧ fuerit substantia: ea que dicta sunt sint. illa vero que nõ omnibus substantijs insunt accidentia sunt substantijs: quocirca propria nõ sunt. Nõ si ꝓpria non sunt nondũ quale sit substantia demõstrãt. Quare vt substantie qualitatẽ proprie cognoscamus: talis est hic requirenda proprietas: que ⁊ solis substantijs insit ⁊ omnibus: hec autem huiusmodi est: quam ipse proposuit.

Maxime vero substantie propriũ esse videtur: cũ vnũ ⁊ idem numero sit: contrariorum susceptibilẽ esse. ⁊ in alijs quidem non habebit quisq̧ quid proferat quecũq̧ non sunt substantie: ꝙ cũ sit vnũ numero. susceptibile contrariorũ sit: velut color quod est vnũ ⁊ idem numero nõ erit albũ ⁊ nigrũ: neq̧ eadem actio ⁊ vna numero erit praua ⁊ studiosa. Similiter autẽ ⁊ in alijs que substantie non sunt. Substãtia enim cũ vnũ ⁊ idem numero sit: capax contrariorum est: vt hõ cum vnus ⁊ idẽ numero sit aliquando quidẽ niger: aliquando autẽ sit albus: ⁊ calidus ⁊ frigidus: ⁊ prauus ⁊ studiosus. In nullis autẽ alijs aliquid tale videt̃: nisi quis forsitan instet dicens orationẽ ⁊ opinationẽ eiusmodi esse susceptibilia: eadẽ enĩ oratio vera ⁊ falsa esse videtur: veluti si vera sit oratio sedere quendã: surgente eo falsa erit similiter autẽ ⁊ de opinatione. Si quis enĩ vere putat sedere aliquẽ: surgẽte eo falso putabit: eandẽ habens de eodẽ opinionẽ. Sꝫ ⁊ si quis hoc suscipiat: tamen modo differt. nam ea que in substãtijs sunt: ipsa mutata susceptibilia sunt cõtrariorum. frigidũ enĩ de calido factum mutatũ est. alteratũ enĩ est: ⁊ nigrũ ex albo: ⁊ studiosum ex prauo. Similiter autẽ ⁊ in alijs vnũquodq̧ ipsũ mutationem suscipiens est susceptibile contrariorũ. oratio autẽ ⁊ opinio ipsa qdẽ imobilia oĩno perseuerant. Cũ vero res mouetur: cõtrariũ circa eam fit. oratio nãq̧ permanet eadẽ eo ꝙ sedet aliquis. Cum vero res mota sit: aliquãdo quidẽ vera: aliquãdo falsa fit. similiter autẽ ⁊ in opinione. Quapropter proprium modo substantie est: eo ꝙ secundũ mutationem suam captabilis est contrariorum. Si quis autẽ etiam recipiat placitũ ⁊ orationẽ susceptibilia esse contrariorum: nõ est hoc verum. oratio nanq̧ ⁊ opinio nõ in eo ꝙ ipsa aliquid recipiant: contrariorum susceptibilia esse dicunt̃: sed in eo ꝙ circa alterum aliqua passio facta sit. nam in eo ꝙ res est vel nõ est: in eo etiam oratio vera aut falsa esse dicitur: non in eo ꝙ ipsa sit captabilis contrariorum. Simpliciter enim a nullo nec oratio mouet̃ nec placitum. Quapropter non erunt susceptibilia contrariorum: cum nulla in eis contrariorũ passio facta sit. verum substantia in eo ꝙ ipsa cõtraria recipiat: in hoc susceptibilis dicitur contrariorum esse. Languorẽ enim ⁊ sanitatẽ suscipit: candorẽ ⁊ nigredinem: ⁊ vnumquodq̧ taliũ ipsa suscipiendo cõtrariorum esse susceptibilis dicitur. quare propriũ erit substantie cum idem ⁊ vnũ sit numero: cõtrariorum susceptibilẽ cũ permutatione suiipsius esse. ⁊ de substantia quidẽ hec dicta sufficiãt

¶ Ait maxime propriũ esse substantie: ꝙ eadẽ ⁊ vna numero contrariorum susceptiua sit: nihil contrariũ supe

rioribus dicens. Ille enim dixerat substantias substantijs non esse contrarias: hic vero dicit non substantias substantijs esse contrarias: sed res in se contrarias posse suscipere: vt vnus atq; idem homo nunc quidē sit sanus: alio vero tempore sit ęger. ęgritudo autem & sanitas contraria sunt. Ergo quoniā declaratū est substantiaz posse contraria suscipere: demonstrandū est: quēadmodum hoc solis substantijs insit: hoc autem in nullis alijs inuenitur. namq; in qualitate qualitas nō erit eadez atq; vna numero contrariorū susceptiua. idem enim & vnuz numero non erit album atq; nigrum: cum albū fuerit & post in nigrum vertitur: tota qualitatis species permutatur: & nō erit vnū atq; idem numero: quod contrariū est: sed diuersum. At vero & actio eadem & vna numero non erit bona atq; mala: sed fortasse vna bona alia mala: ita vt diuersę sint non ęędem numero. hoc etiam in alijs reperit. Ipsa vero substantia cū vna sit & numero singularis ɔ̄ria suscipit: vt idē atq; vnus homo cū sit candidus atq; albus sole tractus nigrescit: & album in nigrum vertitur: & in contrariū permutatur vtrasq; res in se contrarias suscipiens. Multi igitur alij inesse hoc nisi solis substātijs satis superiora demonstrant. Si quis aūt apponat orationē & opinionē vnā atq; eandē cōtrariorū esse susceptibilē: ideo quod cū dico cicero sedet: vel cū sedere opinor: cum vere sedet: vera est & oratio de eodē & opinio quoniaz sedet: cū vero surrexit ille: eadē permanet opinio vel oratio quę dicit vel arbitratur cicero sedet sed falsa est: qm̄ non sedet: videt eni opinio atq; oratio eadem & vna numero nunc quidem esse vera nunc autē falsa: & ɔtraria ipsa suscipere. sed hoc falsuz est quod oratio & opinio contraria non recipiunt. Nam si quis hoc recipiat quod etiam oratio atq; opinio contrariorū susceptiua sint: non tn̄ eodē modo quo substātia. Naz substantia ipsa cōtraria suscipiens permutatur: cicero nāq; ipse in se ęgritudinē suscipiens ex sano factus est ęger & mutatus ipse contraria suscipit: sermo vero vł opinio ipsa quidē immutata permanent: sed cum rebus de quibus dicuntur permutatis ipsę inueniuntur falsę esse vł verę: & substantia quidem ipsa cum his quę suscipit cōtrarijs permutatur. Oratio vero & opinio eo φ res de quibus dicuntur vel arbitrantur: permutentur: ipsę videtur falsę esse vel verę. Nam cū dico cicero sedet: si ille surrexit oratio quidem ipsa nihil passa est: sed res de qua illa fuit oratio: mota est. Qui eniz sedebat surrexit: iccirco ex vera oratiōe facta ē falsa. Quocirca substantia ipsa suscipiens (vt dictum est) cōtraria permutatur. oratio vel opinio non mutatur: sed re circa eas mota ipsę verę vel falsę sunt. Quare proprium substantię ita esse putabitur contrariorū susceptibile: vt ipsa permutata contraria suscipiat: non vt re mutata ipsa inmutata inmutabilisq; permaneat. Atq; hoc dictū est: si quis orationem atq; opinionē contrariorū suscetibiles putet. non autē esse orationē atq; opinionem contrariorū susceptibiles ipse rursus adiecit. Non est autem hoc verū: etenī oratio & opinio non quo ipsa suscipiant aliquid: contrariorum susceptibilia esse dicuntur: Sed quocirca alterum aliqua passio facta sit. Ait enim orationez atq; opionē ipsa quidem nullius esse cōtrariorū susceptibilia: neq; enim falsitas veritasq; in oratione vel opinione insita est. Sed idcirco videntur contrariorū esse susceptibilia: quod (vt ipse ait) circa alteram quandā passionē sint hoc est circa hoc esse opinionem vel orationem. Naz circa sedere & non sedere quę sunt contraria: est sedendi aliquem & non sedēdi opinio vel oratio. atq; ideo quoniā circa alias res sunt: quę sibi sunt contrarię. Illis permutatis illa videntur esse contraria: non φ ipsa suscipiant: sed quod circa contrarias passiones rerum sint. Nam neq; oratio neq; opinio permutatur: sed sola tantuz de quibus est ipsa oratio atq; opinio: id est sedere & non sedere. Quocirca quoniā nullā ipsa oratio vel opinio suscipiunt passionem: nec quicq̄ in eis fit: atq; euenit contrarium: contrariorum esse susceptibilia non videntur. At substantia eo φ ipsa suscipiat cōtrarium: contrariorum dicatur esse susceptibilis. cicero eniz suscipiens sanitatē sanus fit: suscipiens ęgritudinē fit ęger. Oratio vero atq; opinio (vt dictū est) cōtraria nō suscipiūt. Quare erit hoc proprium substantię contrariorum esse susceptibilem. ¶ Sed si quis forsitan dicat: cur cum ignis calidus sit nūq̄ frigus suscipiat: & cur cum aqua sit humida nunquam suscipiat siccitatem. His enim oppositis videtur non omnis substantia contrariorū esse susceptibilis: & substantię hoc proprium infirmabitur: cū nō sit in omnibus substantijs. Sed dicendū est quoniā ea contraria suscipere videntur substantię: quę sunt in eius natura non insita: alioquin non suscipit quicquid illi substantialiter adest. Suscipere enim dicimus aliqd de rebus extrinsecus positis & preter substantiam constitutis. quoniam igitur in substantia ignis inest calidū esse: ignis calorē nō suscipit: quocirca neq; est ignis caloris susceptibilis: neq; frigoris. Calorem quidem non suscipit: idcirco φ eius naturę substantięq; immutabiliter adhęrit. frigus enim non suscipit: quoniā caloris natura ipsius ignis contrarium sponte repudiat. Quocirca si quid est quod suscipiat ignis: id ē extrinsecus positū: accipiat necesse est eius quoq; contrarium ipse vnus permanēs ac singularis. Idez quoq; de aqua dicendū est: illa enim sicut ignis calorem: sic nō suscipit humiditatē: sed est quodāmodo ipsa humiditas naturaliter insita: atq; ideo calor ignis vel humiditas aquę non solum qualitates dicitur: sed etiam substantiales ignis & aquę qualitates. nāq; aqua quoniā in se neq; frigus neq; calorem substātialiter habet: susceptibilis & frigoris & caloris esse dicit. Quocirca nō de his contrarijs loquitur: quę substantialiter insunt: sed de his quę potest suscipere vnaquęq; substantia id est quod potest extrinsecus exhiberi: hoc autem in omnibus esse substātijs manifestū est. Nā quoniā si cicero hō sanus & ęger est: & si hō sanus & ęger est: aial sanū atq; ęgrotū ē. Sed cum duobus modis animal atq; homo spectent: vno quod de pluribus predicentur: altero quod substātię sint: in eo φ de pluribus predicātur: contrariorū susceptiua non sunt: vt animal in eo φ de speciebus dicit neq; sapiens est neq; insipiens: & homo in eo φ de indiuiduis dicit: neq; sanus est neq; ęger. In eo vero φ substantię sint: & φ indiuiduis substantijs presunt: cōtrariorū susceptibiles sunt. Quocirca erit hoc solius propriū substantię contrariorū esse susceptibilē. Hęc de substantia dicta sufficiāt. Secundi vero voluminis series ab expositione inchoabitur quantitatis.

Explicit primus cōmentariorum liber. Incipit secundus a quantitatis predicamento.

e Tsi nos curę officij consularis impediūt: quo minus in his studijs omne ociuz plenāq; operā cōsumamus: pertinere tamen videtur hoc ad aliquā reipublicę curā: elucubrate rei doctrina ciues instruere. Nec male de ciuibus meis merear: si cū prisca hominum virtus vrbiū ceterarū ad hanc vnam rēpublicā dominationem imperiumq; transtulerit: ego id saltim quod reliquū est: grecę sapientię artibus mores nostrę ciuitatis instruxero. Quare ne hoc quidem ipsum consulis vacat officio: cū romani fuerit semper moris quod vbicunq; gentiuz pulchrum esset atq; laudabile: id magis ac magis imitatione honestare. Aggrediar igitur & propositi sententiā operis ordinēq; contexā.

q Uantitatis autem aliud quidem est discretum: aliud continuū: & aliud

quidem ex habētibus positionē ad se inui-
cē suis partibus constat: aliud aūt ex nō ha-
bentibus positionē. Est autē discreta quan
titas: vt numerus ⁊ oratio. Cōtinua vero:
vt linea superficies corpus. Amplius autē
⁊ preter hec est tempus ⁊ locus. Partium
etenī numeri nullus est cōmunis terminus
ad quem copulātur particule eius: vt quinq;
si ad decē sunt particule: ad nullū cōmunē
terminū copulantur quinq; ⁊ quinq;: sed
semper discreta sunt ⁊ separata. Sed ⁊ tria
⁊ septē ad nullū cōmunē terminū coniun-
guntur. omnino autē nō habeas in numero ac
cipere cōmunē terminū partiū. sed semper
discrete ⁊ separate sunt. Quapropter nu-
merus quidē discretorū est. Similiter autē
⁊ oratio discretorum est. Nā quidē enim
quātitas sit oratio: manifestū est. mensura
tur enī syllaba breui ⁊ longa. Dico aūt ora
tionē cum voce factā ad nullū enī cōem ter-
minū particule eius copulantur. Non enī
est cōis terminus: ad quē syllabe copulātur
sed vnaqueq; diuisa est ipsa scdm seipsam.

Post substantie tractatum cur de quantitate potius ac
nō de qualitate proposuerit: hec causa est: quod omnia que
cunq; sunt simul atq; sunt in numerum cadūt. Omnis
enim res aut est vna aut plures. vnum vero vel plures
quantitatis scientia colligitur. Sed nō omnis res simul-
atq; est aliquam accipit qualitatem. Ipsa enim materia
sub quantitatis quidem principium cadit: quod vna
est: sub qualitate vero minime: ipsa enim est interim cun-
ctis qualitatibus absoluta. superaddita vero forma qua-
dam afficitur qualitate. per se autem numero quidē vna
ē: qualitate vero nulla. quocirca si res omnis simul atq;
est cadit in numerū. Non autem omnis res mox vt est
statim suscipiet qualitates: recte primo de quantitate p
posuit. ¶ Est quoq; alia causa cur prius de quantita-
tis ratione pertractet. Omne enim corpus vt sit: tri-
bus dimensionibus constat longitudine latitudine al-
titudine. Ut vero sit corpus cū qualitate: tūc erit aut al-
bū aut nigrū aut quodlibet aliud: ⁊ quoniā prius est
esse corpus: post vero esse corpus album: prius erit cor-
pori tribus constare dimensionibus quam esse album.
Sed tres dimensiones ⁊ numero ⁊ continuatione spa-
cij quantitates sunt. Longitudo enim ⁊ latitudo ⁊ al
titudo in quantitatibus numerantur: album vero qua-
litatis est. Quocirca si prius est ex tribus cōstare dimē
sionibus quam esse album: prior erit qualitate quantitas
quocirca recte est tractatus de quantitate propositus. Item
alia causa: quod quantitas plura habet substantie consimi
lia. Nam quemadmodū substantie nihil est contrariū
⁊ substantia non recipit magis ⁊ minus: sic etiā quantitas:
quantitati enim nihil est contrariū: nec quantitas recipit ma
gis ⁊ minus: vt paulopost docebimus. Qualitas vero
⁊ contraria suscipit: vt album ⁊ nigrum: ⁊ magis ⁊ mi-
nus: vt candidius ⁊ nigrius: ⁊ candidissimū ⁊ nigerrimū
id enim sumit intentionē quod potest sumere diminu-
tionē. Quod si substantie similior quantitas est: recte post
substantiam de quantitate proposuit. Quantitatis aūt
dicit esse differentias duas. quantitatis namq; alia di-
screta ⁊ disgregata: alia vero cōtinua. Post hanc rursus
diuisionē alio modo partitus est quantitatem. dicit enī
quantitatis alia esse: que cōstent ex habentibus positio
nem ad se inuicem suis partibus: alia vero ex non habē
tibus positionem. Unam vero rem diuerse posse diuidi
manifestum est hoc modo: vt si quis diuidat animal di
cens. Animaliū alia sunt rationalia: alia irrationalia:
⁊ rursus eandem ipsam rē alio partiamus modo vt est.
animaliū alia sunt gressibilia: alia nō gressibilia. Eo-
rumq; animaliū rursus alia sunt carnibus vescentia:
alia herbis: alia seminibus. Hic ergo vna eademq; res di
uerso ordine modoq; diuisa ē. Ita igitur aristotiles vnū
idemq; quantitatis nomen diuerse partitus est: in ea. s. que
discreta essent: vel que continua: ⁊ in ea que haberēt po
sitionem partium: vel que non haberent. Sed de secūda
diuisione posterius dicendum est: nunc prima tractatur
Aut enim de prima diuisione hoc modo. ¶ Quantita-
tis aliud est continuum: aliud disgregatum. Disgregatū
est cuius partes nullo cōmuni termino coniunguntur.
Continuū vero cuius partes habent aliquem cōmu-
nē terminū: ad quē videantur esse coniuncte. Discreta-
rū namq; quantitatū ipse exempla ponit ⁊ species. Ora-
tio enim discreta est quātitas: eodēq; modo ⁊ numerus
⁊ numerū esse quantitatē nemo dubitat. Discreta vero est
quoniā denarius numerus cum cōstet ex quinq; ⁊ quinq;: quod
terminū quinarium ad quinariū iungat vt faciat denarij corpus: nō po
test inueniri. Nam si tres ⁊ septem quis dixerit: quo cōi
termino tres ⁊ septem coniungantur: vt denarij redda-
tur vnum integrū corpus: nullus inueniet. Atq; hoc
quidē in omni numero speculari licet. Nullus enim nu
merus ita partes habet: vt eas aliquis communis termi
nus iungat: sed semper partes ipse disiuncte atq; discre
te sunt. ⁊ huiusmodi vocatur quantitas discreta. Numerus
ergo discreta quantitas est. orationem vero quātitatē esse
dicit: idcirco quod omnis oratio ex nomine ⁊ verbo constet:
sed hec syllabis constant. Omnis autem syllaba vel lō
ga vel breuis est. Longū vero vel breue sine vlla dubita
tiōe quantitas est. quocirca quod ex quantitatibus constat: id
quantitatē esse quis dubitet: at vero oratio ipsa cum sit quā
titas: illa quoq; discreta est. Cum enim dico cicero quod
orationis est pars: partes huius nominis: ci. ⁊ ce. ⁊ ro.
nullo communi termino coniunguntur. Non enim re
perimus: quo cōmuni termino iungatur ci syllaba ad
ce. syllabā. Uel rursus ce. syllaba ad ro. syllabam. Quo
circa etiam oratio quantitas videtur esse discreta. Sed
si quis fortasse dicat hunc esse communē terminū: quo
ita iunguntur vt aliquid significet: vt in hoc ipso nomi
ne cicero: communis syllabarū terminus ipsa significatio sit.
Si enim ce. syllaba que media est prima ponatur: ⁊ ro. que
vltima est: media: ⁊ ci. que prima. vltima: nomen quod
erat antea idest cicero transuersis per loca syllabis nihil
significabit. Illi dicendū est quoniam si quecūq; in qua
dam oratione proferantur siue significent: siue nihil signi
ficent: syllabarum cōmunis terminus nullus est. Nā
si quis dicat permutatis syllabis quod est cicero ceroci:
significationem quidē amisit: sed equaliter syllabe ad
nullū cōmunem terminū coniunguntur. Quod si quis
hunc quidem ipsum sermonem aliquid significare po-
suerit: vt hoc ipsum ceroci aliquid significet. Significatio
quidē addita est: nullus tamen syllabis communis ter
minus appositus. Quare siue significet siue nihil significet
nomen partes eius discrete atq; disiuncte sunt ⁊ nullo
cōmuni termino coniunguntur. quoniā vero greca ora
tione λόγος dicitur etiā animi cogitatio ⁊ intra se
ratiocinatio: λόγος quoq; ⁊ oratio dicitur ne quis
aristotelē cum diceret λόγον idest orationem quāti-
tatem esse discretā: de eo putaret dicere quem quisq;
λόγον idest rationem in propria cogitatione dispo-
neret: hoc addidi. dico autem illam que fit cum voce ora
tionem. Apud romanam nāq; linguam discreta sunt
vocabula orationis atq; rationis. Greca vero oratio verius
quod vocabulū ⁊ rationis ⁊ orationis λόγον appellat.
Quare ne quid mendax trāslatio culparetur: idcirco hoc
quoq; addidi. Dico vero illā que fit cū voce orationē.
apud latinos enim nulla alia oratio est preter hanc so-

lã que fit cũ voce orationem. Apud grecos vero est ali⁹ λογοσ qui fit in animi cogitatione. Quocirca ne quid deesset: etiam hoc quod ad latinam orationem minus esset conueniens transtuli. Quod quare ita fecerim: hac expositione patefeci. atq; hec q̃dẽ de discreta q̃titate sufficiant. ¶ Continua vero quãtitas est (vt dictũ est) cuius quãtitatis partium cõmunis terminus inuenitur: vt est linea: superficies: corp⁹. ⁊ preter hec tẽpus. ⁊ locus: quod ipse aristoteles designat his verbis

Linea vero cõtinua est: est enim sumere cõmunẽ terminũ ad quẽ particule eius copulãtur punctũ: ⁊ superficiei lineã. plani nanq; ad quendã cõmunẽ terminũ particule copulantur. Similiter autẽ ⁊ in corpore poteris sumere cõmunẽ terminũ lineã vel superficiẽ: ad quẽ copulantur corporis particule.

¶ Postq̃ de discretis expliciuit trãsit ad spẽs cõtinue quãtitatis. Continue aũt quantitates sunt (vt dictũ est) quarũ partibus quidã cõmunis est terminus: vt linea. Si quis enim diuidat lineam: que est longitudo sine latitudine duas in vtraq; diuisione lineas facit: ⁊ vtrisq; ex diuisione linee singula in extremitatib⁹ puncta redduntur. Linee enim termini puncta sunt. quocirca cũ illa linea diuisa nõ esset: vtraq; puncta que in vtrisq; linearũ capitibus post diuisionẽ apparent: simul antea fuisse intelliguntur: que sunt in diuisione separata. Intelligitur ergo partiũ linee cõmunis termin⁹ punctum: idest quoddã peruissimũ: quod in partes diuidi secariq; non possit. Superficies quoq; que ẽ latitudo sine altitudine cõmunẽ terminũ habet in partib⁹ lineã: corpus vero solidũ superficiẽ. Eodẽ vero modo diuisa superficies duas p singulas partes lineas efficiet: quẽadmodũ ⁊ linea diuisa duo puncta altrinsecus reddebãtur. Corpus quoq; solidũ cũ diuiseris: duas in vtrisq; diuisionis partibus superficies facies: que cum cõtiũcta sint atq; indiuisa prius: in quidẽ partiũ linee intelligitur cõmunis terminus. Linea vero superficiei: superficies autem solidi corporis. Est autem signum continui corporis. si vna pars mota sit totum corpus moueri: vl si totũ corpus mouetur certe simul alie partes vicine mouebũtur: vt si iaceat virgula vel ex ere: vel ex ligno: vel ex quolibet alio metallo: si q̃s vnũ ei⁹ caput vl' quãlibet eius partem moueat: tota mox virgula cõmouetur. Hoc autem idcirco euenit quod eius partes quodam cõmuni termino coniunguntur: ⁊ ille cõmunis terminus vna parte mota ceteras mouet. hoc vero in discretis nõ est. In numero nãq; si tuã sint decẽ: si vnum mouero ceteri non mouentur: inmoti enim permanẽt nouẽ. ⁊ plenus tritico sit modius: si vnum tritici granũ mouero: nõ oĩa continuo grana cõmouebũtur. Idcirco quod discreta est multitudo nec granum grano vllo cõi termino videtur implicitum. At vero si ipsius grani pars vna sit mota: totũ corp⁹ grani moueri necesse est. Nõ autẽ nũc hoc dicitur: q̃ linea consistat ex punctis: aut superficies ex lineis: aut solidum corpus ex superficiebus. Sed q̃ vel linee termini puncta sunt: vel superficiei linee: vel solidi corporis superficies: nullaq; res suis terminis constat. Quocirca punctũ linee non erit pars. sed cõmunis terminus partium. Superficiei linea: vel superficies solidi corporis nõ erunt partes: sed partiũ termini cõmunes. Constat igitur ⁊ lineã ⁊ supficiẽ ⁊ solidi corporis crassitudinẽ esse cõtinuam q̃titatem. His alia rursus apponit.

Est autẽ talium ⁊ tẽpus ⁊ locus: presens enĩ tẽpus ⁊ ad preteritum ⁊ ad futurũ copulatur. Rursus locus cõtinuorũ est locum enĩ quendã corporis particule optinent: que ad quendã cõmunẽ terminũ copulant. igitur ⁊ loci particule: que obtinent singulas corporis partes: ad eundẽ terminũ copulant ad quẽ corporis particule. Quapropter continuum erit locus. Ad vnum enĩ terminum cõmunẽ copulãtur eius particule.

¶ Tempus quoq; ⁊ locũ cõtinue q̃titatis esse pronũciat. Tempus nanq; esse q̃titatem res illa demonstrat quod in spacio idest in longitudine ⁊ in breuitate consideratur. Continuũ vero esse res illa demonstrat: q̃ partes temporis habent aliquẽ cõmunem terminum ac mediũ: ad quẽ cõiungantur extrema. Nã cũ sint partes tẽporis preteritũ ⁊ futurũ: horũ presens tempus cõis est termin⁹. hui⁹ nãq; finis est: illius initiũ. Locus quoq; continuorũ est. Locũ vero dicimus quodcũq; illud sit quod partes corporis tenet siue supra: siue a latere: seu subter sit locus dicitur. Quod si cuncte partes corporis locũ aliquẽ tenẽt. ⁊ qui circa corpus est locus per omne corporis spaciũ partesq; diffunditur: que omnis corporis ptes a loci partib⁹ occupabũtur. Quod si ita est q̃ cõmunis terminus cõiungebat corporis partes eius termini locus illa quoq; loca que sunt corporis partiũ iũgit. ⁊ est eodẽ modo locus de continua q̃titate quẽadmodũ ⁊ corpus. Ita eniz cõmunis terminus inuenitur in loco partium quẽadmoduz corporis: idcirco q̃ corporis locus per corpus omne diffunditur. Quod autẽ dixit. sunt autem taliũ ⁊ locus ⁊ tempus. quoniam superius de continuis loquebatur: tẽpus quoq; vel locũ cõtinuis addidit dicens. Sunt autẽ taliũ ⁊ tẽpus ⁊ locus idest cõtinuorũ. sed post cõtinue discreteq; quãtitatis diuisionẽ aliam a principio rursus orditur.

Amplius autẽ alie quidẽ constant ex particulis que in eis sunt positionẽ ad se inuicem habẽtibus. Alie autẽ ex nõ habentibus positionẽ. vt linee quidẽ particule positionem habẽt ad se inuicẽ. Singulum enĩ eorum situm est alicubi: ⁊ habes vnde sumas ⁊ assignes vnũquodq; vbi situm est in plano: ⁊ ad quã particulã reliquarũ copulatur. similiter autẽ ⁊ particule plani habent quãdã positionem. similiter nãq; vnũquodq; ostendit vbi iacet ⁊ que ad se inuicẽ copulẽtur. Sed ⁊ soliditatis quoq; ⁊ loci similiter.

Rursus digerit quantitatis differentias. Sunt enim q̃titatis alie quidẽ que ex habentibus positionem ad se inuicẽ suis partibus cõstant: alie vero que nullã prius habẽt positionẽ. Positionẽ vero ptiũ retinere dicunt q̃n triplex ista natura ẽ. pmũ vt ei⁹ ptes alicubi sint: deinde ne pereant. Tertio vo vt sese partes ipse cõiungant: ⁊ ppria se ordinatiõe cõtinuent: vt est linea. Posita enĩ linea in superficie possis agnoscere vbi partes ei⁹ sunt: ut dicas caput quidẽ linee est ad dexterã: medium vero hoc loco: extremitas est ad sinistrã: ⁊ hec manentibus ipsis partib⁹ dicũtur. Partes enĩ linee nõ pereunt: sed in loco in quo sunt pmanent. Possis quoq; monstrare: que pars linee cui parti continuet. i. ad quã partẽ caput alterius partis extremitas: que cõiungitur: vt dicas hec pars: verbi gratia: medietas linee hic diffinitur: locum vbi desinat mõstrans. alia rursus pars linee toti⁹ hinc incipit. Ergo linea posita in superficie qualibet ⁊ locum aliquẽ partes eius retinent ⁊ partes ipse nõ pereũt: vt possit quilibet agnoscere vbi extremitas partiũ cõiungatur: ⁊ quo ad se inuicẽ loco cõtinuent. hoc quoq; idem in superficie euenit. Partes enĩ supficiei in aliquo loco sunt: ⁊ ipse quoq; nõ pereunt: ⁊ vbi pars parti iungat ostendit. idem quoq; soliditas habet. ⁊ loci quoq; [illegible]

tes continuātur ad eas. s. partes: ad quas corporis partes sibimet cōtinuantur: sicut iā supra dictū est. Quocirca eiusdē naturę erit ⁊ locus: cuius tota soliditas erit. Ergo ⁊ locus ex eodē genere quātitatis est quo est ⁊ soliditas. i. ex habentibus ad se inuicē positionē suis partibus cōstans. Locus igitur ⁊ ipse ex habētibus suis partibus positionē ad se inuicē constat. Ergo tria hec (sicut supra dictū est) cōsiderāda sunt: ut ad se inuicē positionē partes habere videātur. i. locū in quo ptes ipse sint posite: ut ptes illę nō pereāt: ut sit partiū cōiunctio atqȝ cōtinuatio. Nō si qs dicat hoc loco deesse eo qđ i loco nō sit: in loco. n. cūcta sunt: locus vō in loco esse nō poterit. Dicendū est qm̄ idcirco superficies ⁊ soliditas ⁊ linea habere positionē partiū dicunt̄ q̄ in loco sunt ⁊ partes pmaneant: ⁊ sint cōiunctę. Quare multo magis ipse locus cuius neqȝ partes pereūt: ⁊ sibi ppetue cōtinuantur: atqȝ cōiunctę sunt: habere positionē partiū dr̄: ⁊ de his quidē q̄ ex habentibus positionē ad se inuicē suis partibus cōstant: hec dicta sint. Quę vero non habent positionem: ipse rursus adiecit.

In numero autē nō poterit quisq̄ ostēdere quēadmodū particulę eius positionem aliquā ad se inuicē habeāt: aut sint sitę alicubi: aut quę particulę eius ad se inuicem nectantur. Sed neqȝ ea quę tēporis sunt. nihil enī pmanēt particulę tēporis. qđ aūt nō est permanēs: quō positionē aliquā habebit? sed magis quēdā ordinē particularū dices habere: ut aliquid quidē primū sit tēporis: aliud vero posterius. Sed ⁊ de numero similiter: eo q̄ prius numerat̄ vnū q̄ duo: ⁊ duo q̄ tria: ⁊ ita habebunt quēdā ordinē: positionē vero nō multū accipies: sed oratio similiter. nihil enī permanēt particulę eius: sed dictū ē ⁊ nō est amplius sumi hoc. quapropter nō erit positio particularū eius: siqdē nihil pmanent. alia itaqȝ cōstant ex particulis quę in eis sunt positionē ad se inuicē habētibus: alia aūt ex nō habētibus positionē.

¶ Hec. s. idcirco nullā positionē ad se inuicē partiū retinēt: q̄ his aliqđ de supra dictis rebus deesse manifestū est. Numerus. n. ipse discretus est: nec ptes eius ad se inuicē coniūgunt̄: sed oīno discretę sūt. Atqȝ idcirco nō est ex his quę habēt ad se inuicē aliquā partiū positionē. nec vero possis ostēdere: qui numerus quo loco iaceat. habere autē positionem dicitur: quod (vt dictū est) ⁊ in loco aliquo positū est: ⁊ ipsa positio manentibus partibus constat ⁊ ad se inuicē coniunctis cōtinuatisqȝ: vt vbi queqȝ iaceat: ⁊ quę ad quā continuet̄ possit ostendi. in numero vero nihil horum est. Nā neqȝ in aliquo loco esse positus demonstratur: nec eius partes cōiunctę sunt. Quocirca numero ex his tribus quę diximus: duę res desunt: loci positio: ⁊ partium continuatio. tempus etiā q̄q̄ sint eius partes cōtinuę: tamē quoniā nō permanent: sed sēper mouentur semperqȝ pretereunt: habere positionem partium nō dicitur. Semper enim veloci agitatiōe torquetur: ⁊ currentis aquę more in nullam vmq̄ statione cōsistit. q̄ quia partes eius nō permanent: ex habentibus ad se inuicē positionē suis partibus constare non dicit̄. Sed hec q̄q̄ positionem partiū habere nō possunt: tamē habent ordinem quēdā: quē preter positionē partiū tantū retinent. Dicimus enī priorē esse binariū q̄ ternarium: atqȝ hunc q̄ quaternariū: ⁊ in tempore nimirū idem ordo conuertitur. Prius enim futurū presente presensqȝ preterito. Quocirca ⁊ si hec non habent aliq̄ partiū positionē: retinēt tn̄ ordinē. Quod vō positionem vero non multū accipies. tale est ac si diceret penitus nō accipies. Multū enim pro omnino videtur adiūctū. ac si diceret positionē vero omnino nō accipies. Idcirco q̄ ipsa quidē continuatio dat aliquā imaginem: q̄ possit habere aliquā partiū positionem. sed hoc minime est. Idcirco q̄ q̄uis sint cōtinuę quantitates: si tamen vno careant ex his quę superius dicta sunt: positionem partiū habere non possunt. Nam aqua quā fistula euomit: dū cadit quidē retinet positionem: cū vero iam effusa vndiqȝ se miscuerit: positionē partiū perdit. ⁊ fluuius quoqȝ quando in pelagus fluit: ⁊ positionē videtur habere partium ⁊ esse continuus: cū nōdū marinę aquę fluuij superficies ipsa permixta est: cū vero extremitas amnis marina alluuione cōtingitur: totā sine dubio positionē videtur amittere. Oratio quoqȝ similiter sese habet. nā nec ipsa vllo loco posita est: nec eius partes ad aliquā coniunguntur: sed ad se inuicē ille discretę sunt: nec cū eius partes dictę sunt: permanent. atqȝ hoc est quod ait. Sz dictum est ⁊ non est vltra hoc sumi. Mox enim dicitur sermo: mox preterit: nec vlla ratione poterit permanere quare mox vt aliquid dictum sit: eius partes ostendi: ⁊ ad demonstrationem sumi nō possunt. Constat igitur orationem quoqȝ ex his esse quę positionē partium non habent. de ordine vero dubium est. Naz si quis sermo aliquid significet: vt est cicero: est in eo quidā ordo q̄ ci syllaba prima dicitur secunda vero ce. tertia ro. ⁊ potius ex significatiōe ordinē sumit: si vero nihil significet: nec ordinem dicitur habere: vt sindapsus nihil quidem significat: sed siue secūdā syllabam primā ponas: siue vltimam primā: siue quomodolibet syllabarū ordinē seriemqȝ permisceas: idem erit. in significatiuis enim vocibus idcirco esse dicitur: q̄ illo ordine permutato vis significationis euertitur. hic vero vbi nulla est significatio nihil interest quomodolibet iaceant partes. Quare oratio in aliquibus quidē habet ordinē partium: in alijs vero nec ordo ipse poterit inueniri. An fortasse oratio dici non potest quę nihil significat: ⁊ nulla est oratio: quę ordinē nō habeat. Ergo secundū priorē quātitatis diuisionē vbi dicebatur quantitatis alia esse cōtinua: alia vero discreta. Quinqȝ sunt continua: duo vero discreta. Continua quidem linea: superficies: soliditas: locus: tēpus. Discreta vero numerus ⁊ oratio. In hac vero secūda diuisione qua dicit alias quantitates ex habentibus ad se inuicē positionem constare partibus. Quattuor quidem sunt quę retinēt positionem: idest linea: superficies corpus: locus. Tria vero quę positionem non habent: sed ex his duo semp ordinē retinent: tēpus. s. ⁊ numerus. Oratio vō si qđ significet habet ordinē. si vero nihil significet inordinata est. si tn̄ oratio nihil significans dici possit: hēs dictis ipse concludit dicens. Itaqȝ alia ex habentibus ad se inuicē partibus positionē constant: alia vero ex nō habentibus positionē. Hac igitur diuisione finita transit ad cetera monstrans quę proprię quātitates nuncupētur: quę scḋm accidens.

Proprię autē quātitates hę solę dicuntur: quas diximus: alia vero oīa scḋm accidens: ad hec enim aspicientes ⁊ alia dicimus quantitates: vt multum dicitur album eo q̄ superficies multa sit: ⁊ actio longa eo q̄ tēpus multū sit: ⁊ motus multus. neqȝ enī hoꝝ singulū per se quantitas dicit̄: vt si quis assignet quanta aliqua sit actio tēpore diffiniet anni mensurā: vel sic aliquo modo assignans: ⁊ album quātū sit assignans: superficie diffiniet. Quāta enī superficies fuerit: tātū esse albū dices. Quare solę proprię ⁊ scḋm seipsas quātitates di

cuntur que dicte sunt: aliorum vero nihil p se: sed si forte per accidens.

¶ Principaliter aliquid esse dr̄ qd̄ per se tale est: quale esse demonstratur. Secundum accidēs vero illud qd̄ non per se sed per aliud: tale est quale est esse dicitur: vt albedo per se inest colori. secundū naturam enim albi color esse dicitur albedo. cū vero homo dicitur coloratus: non per se dicitur: idcirco qꝫ homo in eo qꝫ homo est: color non est: sed quoniā habet colorem: idcirco dicitur coloratus. Ergo quemadmodū albū: idcirco color est per se: quoniam color naturale quoddam est genus. homo vero idcirco coloratus dicitur: quoniam habet colorem ⁊ dicitur album quidē per se ⁊ principaliter color: homo vero secundū accidens coloratus. Ita quoqꝫ ⁊ quantitates. hec enī omnia que dicta sunt idest linea: superficies: corpus: numerus: oratio: tempus: per se ⁊ secundū propriā naturam quantitates dicuntur. Si qua vero alia dicuntur secundū aliquam quantitatē: nō per se sed secundum accidens nominantur: vt album dicitur multū: nō idcirco quod albedo sit quātitas: sed quoniā multa sit superficies in qua illud albū sit. Si enī multū spaciū fuerit i quo albū sit: multū erit albū. quocirca non quoniā ipsa albedo per se aliquā quantitatē habet sed quoniā in aliqua quantitate est cōstituta: idest in superficie. Idcirco secundū superficiem quod est quātitas que. s. per se multa est albū multū dicitur non secundū se. atqꝫ ideo albū non per se nec principaliter sed secūdū accidens multū dicitur. Actio quoqꝫ ideo dicitur lōga: qꝫ multo tempore sit acta. multam vero egritudinem idcirco dicim⁹: si eadē multo sit tēpore ⁊ motū multū: iccirco qꝫ multo tēpore fact⁹ sit: vt si qs multo tpe currat. Si qs vero multū cursū dicat illū esse: q sit velocissim⁹: ille nō cōuenienter sermone vtitur. Velocitas enī nō quātitas: sed potius qualitas est. quales enim secundū eam dicimur idest veloces non quanti. Secundū quātitatē vero multū dicitur. hoc autem monstrat ipsa rerū diffinitio. qui enim multū albū monstrare desideret: ⁊ proprio termino rationis includere: illi dicendū est multū esse albū: qꝫ in multa iaceat superficie: ⁊ motū atqꝫ actionem multā que longo tempore perficiantur. quare ipsi ad proprias quantitates aspicientes atqꝫ ad eas res ceteras referentes quantitates vocamus: vt album ad superficiem que vere est quantitas: ⁊ cursū ⁊ aliquē motum atqꝫ actionem ad tempus: qꝫ ipsū vere quantitas est: reducimus. Hec non per se quātitates: sed per eas q̄ proprie quantitates dicte sunt: nominātur. Quocirca quoniam quod per se nō est: secūdū accidens est: recte cetera omnia preter ea que superius in quantitate numerata sunt: per accidens esse non per se quantitates dicuntur. Sole igitur ꝓprie ⁊ secundū se ipse quantitates dicūtur he que superius cōprehēse sunt. Alia vero per se quantitates non sunt: sed (vt ipse ait) forte per accidēs. Post diuisionē vero cōtinui atqꝫ discreti ⁊ habentis positionē partium ⁊ non habentis: ⁊ que per se sunt principaliter ⁊ rursus per accidens quantitates: solito more viam inueniendi quantitatum proprietates ingredit̄.

Amplius quātitati nihil est cōtrariū. in definitis enim manifestū est: qm̄ nihil est cōtrariū: vt bicubito vel tricubito: vel superficiei: vel alicui taliū nihil est contrariū: nisi forte quis multa paucis dicat esse contraria vel magnū paruo. hoꝝ autē nihil est quantitas: sed magis ad aliquid. nihil enī per seipsū paruū vel magnū dicit̄: sed eo qꝫ ad aliud refert̄. nā mons qdā paruus dicit̄: miliū vero magnū: eo qꝫ hoc quidē sui generis maius sit: illud vero minus sui generis. ergo ad aliud est coꝝ relatio. nā si p seipsum magnū vel paruū diceretur: nunq̄ mons quidē paruus miliū vero magnū diceret̄. Rursus in vico qdē plures hoīes esse dicimus: in ciuitate vero paucos: cū sint coꝝ multiplices: ⁊ in domo qdē multos: in theatro vero paucos: cū sint plures. Amplius bicubitū vel tricubitū ⁊ vnūquodqꝫ taliū quātitatē significat: magnū vero vel paruū nō significat quantitatē sed magis ad aliqd. qm̄ ad aliud spectat magnū vel paruū: quare manifestū est: qm̄ hec ad aliqd sunt. Amplius siue ponat aliquis has esse quātitates siue nō ponat: nihil illis cōtrariū erit. Qđ enī nō pōt sumi p seipsū: sed ad solā alterius relationē refert̄: quō huic aliqd erit contrariū. Amplius si erunt magnū ⁊ paruū cōtraria cōtingeret: ipsū idē simul cōtraria recipere: ⁊ eaipsa sibimet esse cōtraria. Contingit enī idē ipsū simul paruū esse ⁊ magnū est enī aliqd ad hoc qdē paruū: ad aliud vō hoc idē ipsum magnū. quare idē paruū ⁊ magnū in eodē tpe esse cōtingat. quare cōtraria simul suscipiet. Sed nihil est qꝫ videatur simul cōtraria posse suscipe: ut substantia susceptibilis cōtrarioꝝ quidē esse videtur: sed nullus simul ⁊ sanus ē ⁊ eger. nec albus ⁊ niger simul est. Nihilqꝫ aliud simul cōtraria suscipiet. ⁊ eadē sibiipsi cōtingit esse contraria. Nā si est magnū paruo cōtrarium: ipsū autē idē simul est paruū ⁊ magnū: ipsū sibi erit cōtrariū. Sed īpossibile est ipsum sibi esse cōtrarium: nō est igit̄ magnū paruo cōtrarium: nec multa paucis. Quare vel si nō relatiuoꝝ hec quilibet dicat: sed quantitatis nihil habebunt cōtrariū.

¶ Definita q̄titas est: que alicuius termino numeri coercet̄: vt sunt duo vel tres ⁊ que ad hūc modū dicunt: vt si dicas bicubitū tricubitū ⁊ cetera: que aliqua ꝓpria significatione definita sunt: vt est superficies vel soliditas: quid enim ⁊ que q̄titates dicantur agnoscit̄. quocirca hec qm̄ sunt definite: nulla vlli cōtraria est. neqꝫ enim bicubito tricubitū cōtrariū est: sicut nec numer⁹ vlli numero. At vero nec superficies soliditati nec aliquid hoꝝ. sed quoniā quedā indefinita imaginē q̄dā quātitatis ostendūt: vt magnū vel paruū: que vident̄ esse cōtraria: hec sibi aristoteles opponit dicens: nō esse q̄titates sed magis ad aliqd: quod ipsius sermonibus astruximus. Sed nō est hoc propriū quātitatis non habere cōtraria. nō enim omnis quantitas cōtrarijs caret sed nobis per singula queqꝫ currentib⁹ que quātitatis species contraria nō habeant: que vt habeant demonstrādū est. Linea qdē cōtrario caret. linea. n. linee cōtraria non est. sed si quis dicat rectā lineā curue linee esse cōtrariā fallit̄. Non enī in eo qꝫ linea est curua linea recte linee cōtraria est: sed in eo qꝫ curua est. ⁊ in his nō linee videntur esse contrarie: sed ipsa rectitudo vel curuitas. Quare nō in eo qꝫ quātitas est: linea curua recte linee cōtraria est: sed in eo qꝫ qualis. Nam qm̄ curuitas ⁊ rectitudo contraria sunt scd̄m id qꝫ curua ⁊ recta est linea: nō secundū qꝫ linee sunt suscipiunt cōtrarietatē: quocirca linea in eo qꝫ linea est contrario caret. At vero nec superficies superficiei cōtraria est. sed forte dicat aliqs albā sup

ficiem nigre superficiei esse cõtrariã: cum similiter occurrendum est. non in eo q superficies sunt esse cõtraria: sed in eo q est in his albedo atq nigredo: que cõtraria esse quis dubitat. Eodẽ quoq modo ꝛ lenẽ ꝛ asperã superficiẽ si quis cõtrarias dixerit: refellitur: quod nõ scðm quãtitatez superficiei: sed scðm qualitatẽ asperitatis lenitatisq ipse superficies cõtrariũ tenẽt. At vero nec corpori quoq vllo modo cõtrarietatis opponitur: cum si quis dicat incorporale esse cõtrariũ refutabitur. Quod omnis cõtrarietas proprijs nominibus dicitur: vt bonum malũ: album nigrum. Corporale vero ꝛ incorporale non secundum contrarietatem: sed secundum priuationem habitumq proferũtur. Incorporale enĩ corporis est priuatio. nec tempori quoq quicq̃z contrariũ est. sed si nox dici videtur opposita nõ in eo q tempus est sed in eo q dies est aer lucidus: nox aer obscurus. Aer vero neq tempus neq quãtitas est. lumẽ quoq ꝛ obscuritas qualitates sunt ꝛ non quantitates. Oratio etiã q̃zq̃z videat habere cõtrariũ: tamẽ contrariũ nõ habet oppositionem videtur enĩ vera oratio esse vel falsa que sunt contraria. sed oratio vera vel falsa in significatione est. Cũ enĩ qð est oratio significat vera ẽ: cũz vero quod nõ est designat tunc falsa est. Oratio vero nõ secundũ id qð significat in quantitate numeratur: sed secundũ id quod profert. Secundũ enim id q proferimus orationẽ: longa syllaba breuisq cõponitur: que omnẽ orationẽ nõ secunduz id q ipsa significat sed secundũz id q ad prolationẽ est: metitur. illud quoq manifestũ est in numero nõ esse contraria. Duo enĩ tribus: vel tres quaternario contrarij non sunt: nec vllus alter numerus cuilibet alij numero contrarius est. Locus vero habet aliquã cõtrarietatẽ sursum enim ꝛ deorsũz cõtrariũ est. Sed quidam nolũt non esse quãtitates quod sursum dicitur ꝛ deorsum: sed potiꝰ habitudines quas greci σχέσεις vocant. que enim pars ad caput nostrũ est: hanc sursum vocamus: que pars pedibus subiacet: illa deorsum dicitur. quocirca secundũ habitudinẽ quãdam quodãmodo ad nos ipsos relata sursũ deorsũq pdicamꝰ. Meminiꝰ quoq qui sursum ꝛ deorsum non esse loca: sed quãdam quodãmodo positionẽ loci. Est enĩ res sursum atq deorsum. nõ est autẽ idẽ esse aliquid loci: qð locũ. loci enĩz est positio in loco: locus vero ipse positio nõ ẽ. Sed si quis omnẽ mũdi respiciat formã: quoniã rerũ omniũ formã spere ambitus amplectitur: ꝛ terra media est. In spera vero nihil est vltimũ: nisi quod eiusdem terminũ medietatis obtinuit: quicquid in extremo celi cõuexitatis est: illud sursum esse dicitur: quod vero est mediũz: illud deorsũz. Quocirca sunt scðm locũ sursum deorsumq contraria sursum in celo: deorsum in terra: idcirco qð a se longe distincta sunt. vnde post quoq contraria hoc modo sunt diffinita. cõtraria sunt quecũq a se longissime distãt. hinc est videlicet tracta diffinitio: q quoniã celũz terraq distare longissime videbantur: ꝛ illud esse sursũz: illud vero deorsum: quoniã deorsũz atq sursũz nõ ob aliã causam contraria dicunt: nisi q a se longe distincta sunt qð esse contrariũz longissime distare diffiniunt: quod aristoteles hoc modo pronunciat.

Maxime autẽ circa locum videtˀ esse contrarietas quãtitatis. sursum enĩz ad id quod est deorsum contrarium ponunt locuz qui in medio est deorsũz dicentes: eo q multa distantia medij ad terminos mundi sit. videtur autem ꝛ aliorũ contrariorum diffinitionẽ ab his proferre. que enim a se inuicez multum distant eorũ que sub eodẽ genere sunt contraria determinant.

¶ In omni spera media terra est: quod ipsa astrorum demonstrat ordinata vertigo. adiecit quoq causaz cur huiusmodi loci contraria dicantur: q multa distantia est medietatis ad mũdi terminos. Terminos vero mũdi celi vltimã conuexitatẽ dicit. ex hac igitur loci contrarietate ꝛ cetera definita esse cõtraria sic demõstrat. Videtur autẽ ꝛ aliorũ contrariorũ diffinitionẽ ab his proferre que enĩ multũ a se inuicẽ distãt in eodẽ genere cõtraria esse diffiniunt. Sed quoniã ne ordo cõtrarietatis quãtitatis impediretur: idcirco superioribus in quibus singulis quãtitatibus nihil esse contrariũ dicebamꝰ: has loci cõtrarietates adiecimus: ꝛ quedam in medio pretermissa sunt. Rursus ad superiora redeamus: vt expositionis ordo sese ipse cõtineat. Ait enim superius cum quãtitati nihil esse contrarium proponeret: bicubito vel tricubito vel superficiei vel alicui talium nihil posse esse contrarium. Diffinitis enim his quantitatibus contrarium nihil esse videtur: vt duobꝰ vel tribꝰ. sz quedã cum sint indefinita nec quãtitates vel cõtraria videãtur hec rursus adiecit. Nisi multa paucis dicat quis esse cõtraria: vel magnũ paruo. Hoꝝ autem nihil est quantitas: sed ad aliqd: nihil enim per seipsum magnũz dicat vel paruum: sed eoq ad aliqd refertur. Naz mons quidem paruus dicat: miliũ vero magnũ: eo q hoc quidez sui generis maius sit: illud vero sui generis minus Ergo ad aliud est eoꝝ relatio. nã si per seipsũz paruum vel magnũ diceretur: nunq̃z mons quidẽ paruus: miliũz vero nũq̃z magnũ diceret. Rursus in vico quidẽ plures homines esse dicimus: in ciuitate vero paucos cum sint eorũ multiplices: ꝛ in domo quidẽ multos: in theatro vero paucos cũ sint plures. Amplius bicubitũ ꝛ tricubitũ ꝛ vnũ quodq taliũ quãtitatẽ significant: magnũ vero vel paruũ nõ significat quãtitatẽ: sz magis ad aliquid quoniã ad aliqd spectat magnũ ꝛ paruum. quare manifestũ est quoniã hec ad aliqd sunt. Quẽadmodum diffinite quãtitates cõtrarijs nõ tenentur: ipse superiꝰ cõprobauit dicens: bicubito vel superficiei nihil esse cõtrariũ. idefinite aũt ut ẽ magnũ vel paruũ vel multa vel pauca dant ima-ines cõtrarietatis. Sed illud occurrit has non esse quantitates. Omnis enĩz quantitas per se dicitur. bicubitũ enĩ vel tricubitum vel duo vel tres vel superficies ad nihil aliud refertur. magnũ vero vel paruũ sine alijs dici non possunt. Cũ enĩ dicis magnũ ad alicuius alterius cõparationẽ atq equiuocationez refertur. Eodem quoq modo ꝛ paruũ: quod ipsa aristotelica probat inductio. Si enĩ magnũ ꝛ paruũ p se diceretẽ nõ ad alteriꝰ relationẽ: nũq̃z diceremus montem paruũ: miliũ magnũ. Si enĩ magnũ paruũq nõ ad relationẽ alterius diceret: mons semp magnus: sempq paruũ miliũ diceret. Sed aliquẽ collẽ ad athlantis altitudinẽ cõferẽtes: dicimus paruũ montẽ: ꝛ rursus miliũ ad minora alia grana miliũ cõferẽtes: magnũ miliũ nominãs: ꝛ simpliciter quicquid magnũ vel paruũ est ad eiusdẽ generis spẽs referẽtes magnuz paruũq nominamus: ut monti montẽ cõparamꝰ: miliũ vero milio: ꝛ alia huiusmodi. multa ꝛ pauca eodẽ modo dicunt Dicimus enĩ si fuerint hoĩes centũ in vico plures esse hoĩes: hi vero si in ciuitate sint: paucos dicimus nunc ad paruitatẽ vicoꝝ: nunc ad magnitudinẽ ciuitatũ conferẽtes. Rursus si sunt in domo quinquaginta: multi sunt si in theatro: pauci: ideo q tunc in theatro esse paucos dicimus. cũ ad eos qui ibi in theatro esse debebant comparamus. Amplius qm̃ cõstitit ꝛ magnũ paruũq referri semp ad alterum: singulas vero quãtitates nihil ad aliud cõparãtes: suis ac proprijs noĩamus: vt tres vel duo: vel quatuor: vel lineã: vel superficiẽ: magnũ paruũq: ꝛ multa vel pauca a quãtitatis diuisione disiuncta sunt. Sunt enĩz illa nõ quantitates sed potius relatiua. Amoliꝰ siue aliquis ponat eas esse quãtitates siue non ponat: nihil illis erit cõtrariũ. quod enĩ non est sumere per seipsum: sed ad solã alterius relationẽ: quomodo huic aliquid erit contrariũ. Hoc quoq validiꝰ

mo argumento approbat quantitatibus his que predicte sunt nihil esse contrarium nisi solū forsitan loco. Nam si quis magnū vel paruum ⁊ multa vel pauca in quantitatibus ponat: etia hec si concedantur tñ quoniā semper referunt ad aliud: contrarijs nō tenent. Omne eniz cōtrariū per se cōsistit. nec illud ad alterius cōparationē relationemq; pfertur: vt bonū non dicitur mali bonum: nec rursus malum boni malū: sed ipsum in propria natura ⁊ prolatione cōsistit. Quecūq; sunt cōtraria: eodez modo sunt. Magnum vero vel paruū quoniā nō per se constant: sed ad alterius relationē referunt: contraria esse non possunt. Amplius si sunt magnū ⁊ paruū contraria contingit idem simul cōtraria suscipere. ⁊ eaipsa sibi esse contraria. Contingit enim simul idem paruuz esse ⁊ magnū. Est enim aliqd ad hoc quidē paruum: ad aliud vero hoc idem ipsum magnū. Quare idē paruū ⁊ magnū ⁊ eodē tempore esse contingit: quare simul contraria suscipiet. sed nihil est q videatur simul contraria posse suscipere: vt substantia susceptibilis quidē cōtrariorū videtur esse: sed nullus simul est sanus ⁊ eger: nec albus ⁊ niger simul: nihilq; aliud simul contraria suscipiet ⁊ eadē sibiipsi contingit esse cōtraria. Nam si ē magnus paruo cōtrariū ipsum autem idē simul est paruum ⁊ magnū ipsum sibi erit contrarium. sed impossibile ē ipsuz sibi esse cōtrarium. Non est igitur magnū paruo contrarium. Constat hoc ⁊ immutabile in propria ratione consistit: vnā eandēq; rem vno eodemq; tempore contraria non posse suscipere: vt substantia susceptibilis quidē cōtrariorū est. Homo nāq; cū substantia sit. ⁊ egritudinē suscipiet ⁊ salutē. sed non eodē tempore: ⁊ albedinem ⁊ nigredinē capit: sed alio atq; alio tempore: vt vero eodem tempore cōtraria vtraq; suscipiat: fieri nequit. q si magnū paruo aliquis cōtrariū ponat: eueniet quoddā impossibile. vt vna atq; eadē res eodē tempore vtrasq; suscipiat cōtrarietates: ⁊ eadē ipsa sibi possint esse cōtraria. Ponam⁹ ergo magnū paruo esse contrarium. sed vna atq; eadem res vno eodēq; tēpore potest magna esse ⁊ parua vt si sit decē pedum mensure collata ad duorū pedū magnitudinē magna est. ad centum vero cubitorū magnitudinē mensuraq; collata eadez parua est. Potest ergo eadem res eodem tempore ⁊ magnitudinis esse susceptibilis ⁊ paruitatis. Eadē enim res vno eodemq; tēpore ad maiorē minoremq; collata eadez magna vel parua est. Quod si magnum paruo contrarium est. eadem vero res eodē tempore ⁊ magnitudinē suscipit ⁊ paruitatem eodē tēpore continet vt eadē res cōtraria vtraq; suscipiat. sed hoc impossibile est. Quocirca quoniā res eadē eodē tempore contrariorū susceptibilis non est. potest vero vna atq; eadem res magnitudinē paruitatēq; suscipere: magnitudo ⁊ paruitas cōtraria nō sunt. At vero si quis magnū paruo cōtrarium ponat: eadez ratione vnā eandēq; rem sibiipsi dicit esse contrariā. Nā si paruū magno est cōtrarium: eadē vero res (vt docui) parua ⁊ magna potest esse ad aliud ⁊ ad aliud scilicet cōparata. Res quoq; que parua ⁊ magna est eadē sibi potest esse contraria. paruum enim ⁊ magnum cōtrarium dictum est. sed est impossibile. Quocirca paruum ⁊ magnuz cōtraria non sunt. Post huiusmodi vero rationē ⁊ argumentationis firmissime propositionē de cōtrarietate disserit loci: de q iā supra diximus. quocirca pretereunda ē nec repetite expositionis iteratio fastidio sit potius q doctrine.

Non videtur quantitas suscipere magis ⁊ minus: vt bicubitū. neq; enim est aliud alio magis bicubitum. neq; in numero: vt ternarius quinarius. nihil enim magis tria dicetur q quinq;: nec tria potius q tria. neq; tēpus aliud alio magis ⁊ minus dicitur. nec omino in his q dicta sunt: magis ⁊ minus dr. Quare ⁊ qntitas nō suscipit magis ⁊ minus

Aliud propriū rursus apposuit quod qualis quātitatis ppriū nō sit: cur tamē non sit ipse reticuit nobis tamē est demonstrandū. quod aūt dicit tale est quātitas magis ⁊ minus non suscipit. nullus enim numer⁹ alio numero nec magis nec minus est numerus. Nam ternarius si quinario cōparetur: nec magis nec minus est numerus. ⁊ rursus ipsi tres sibiipsis cōparati: nec magis nec minus sunt tres. nec tempus quoq; habet aliquid magis ⁊ min⁹ vt magis aliud tēpus sit alio tēpore. longi⁹ quidē tēpus tēpore esse potest vt vero dicatur magis tēpus alio tēpore vel min⁹ fieri negt. hoc quoq; etiā in substantia demōstratū est. hō nāq; alio homine nō est magis homo nec minus. idē quoq; euenit etiā in quātitate. Quod quia etiā in substantia est: proprium quātitatis hoc non est. habet hoc quoq; quātitas vt in sequenti ordine ipse monstrauit. Quocirca quoniā prius hoc de substātia disperat: nunc vero idē de quātitate proposuit. Idcirco nō esse hoc propriū quātitatis cōmemorare neglexit. Cuius eni esset alterius nō suscipere magis ⁊ minus tunc dixit cū de substātia disputaret. Aūt enim q substantie nunq; magis minusue susciperent. quocirca ad maxie ppria soluta cōstituendi rōe regress⁹ est.

Propriū aūt maxime quātitatis est: qd ⁊ equale ⁊ inequale dr. Singulū enī earū que dicte sunt quantitatū equale dr ⁊ inequale: vt corpus equale ⁊ inequale dicit. ⁊ tēpus equale ⁊ inequale dr. ⁊ nūerus equalis ⁊ inequalis dr. ⁊ orō equalis ⁊ inequalis. Similiter autē ⁊ in alijs que dicta sunt: singulū equale ⁊ inequale dicitur.

Quantitatis ppriū apertissime designat esse q secūdū quātitatē equalitas ⁊ inequalitas nūcupāt. Singule enī quantitates equales atq; inequales dicunt: vt equalis linea linee ⁊ rursus inequalis. ⁊ superficies superficiei equalis atq; inequalis dr. ⁊ corp⁹ equale ⁊ inequale dicit. Numer⁹ quoq; ⁊ tēpus ⁊ locus equalis atq; inequalis dr.

In ceteris vō que quātitates nō sunt: non multum videbitur equale ⁊ inequale dici. Nāq; affectio ⁊ dispositio equalis ⁊ inequalis nō multuz dicit. sed magis similis ⁊ dissimilis. ⁊ albuz ⁊ equale ⁊ inequale nō multuz dicit: sed simile: quare quātitatis maxime est ppriū equale ⁊ inequale dici.

In alijs vō que quātitates nō sunt: non est facile vt equalitas vel inequalitas nominet: dispositiones ergo que affectiones appellant: nō dicunt equales ⁊ inequales: sed magis similes ⁊ dissimiles. Dispositio aūt vel affectio est ad aliquam rem accomodatio ⁊ applicatio: vt si qs grāmaticā legens: qz nondū perdidicit: habet ad eā aliquā dispositionē. i. ea affectus est: ⁊ habet aliqd accomodatū ⁊ quasi ppinquū. Possunt aūt similiter esse duo dispositi ⁊ affecti: equaliter vō minime: vt duo similiter esse albi: equaliter vō nō. Nam si quis de duob⁹ similiter albis equaliter esse albos dicat: recta nominis nūcupatiōe nō vtitur. Oē eniz equale ⁊ inequale in mēsura ⁊ in quātitate perficit. Simile vō ⁊ dissimile quēadmodū de quātitate nō dr: ita nec de alia qualibet re nisi de quantitate recte equalitas ⁊ inequalitas nuncupant. Quare ppriū est quantitatis equale ⁊ inequale noīari: sed qm̄ de quātitate dictū est. ad relatiuorum ordinem transeamus.

Post quātitatis tractatū tertiū predicamentū de relatiuis ingredit: quare relatiua hoc modo diffinit.

a Ad aliquid vō talia dicunt: quecūq; hoc ipsuz q sunt aliorū eē dicunt: vel quōlibet aliter ad aliud vt maius id qd est alterius dicit

aliquo enim maius dicitur: et duplum alterius dicitur hoc ipsum quod est. alicuius enim duplum dicitur Similiter autem et alia quecunque sunt huiusmodi.

Cur autem de his que sunt ad aliquid differat omisso interim de quantitate tractatu. hec causa est: quod posita quantitate magis minusque esse necesse est. Quare cum quantitatem continuo ad aliquid consequatur: recte post quantitatem relatiuorum series ordinata est. Illud quoque est in causa: quod superius cum de quantitate tractaret relatiuorum mentio facta est cum de magno paruoque diceretur: ut ergo continens et non decerpta operis interrupta distinctio: ideo quantitate finita de relatione proposuit. Quod autem ait ad aliquid uero talia dicuntur hoc monstrat: quod non sicut quantitas per se et singulariter intelligi potest eodem quoque modo substantia vel qualitas vel unumquodque aliorum predicamentorum sicut per se constat: ita etiam per se et singulariter intelligitur sic et ad aliquid per se et singulariter capi intellectu non potest: ut dicamus esse ad aliquid et singulariter. Quicquid enim in natura relationis agnoscitur: id cum alio necesse est consideretur. cum enim dicto, dominus per seipsum nihil est: si seruus desit. Quocirca cum uirtus relatiui nuncupatio mox secum etiam aliud trahat: ad aliquid unum esse per se non potest: atque ideo non dixit Aristoteles. Ad aliquid uero tale dicitur: sed plurali numero talia dicuntur. inquit demonstrans relatiuorum intelligentiam non in simplicitate sed in pluralitate consistere. non esse autem quandam per se relatiuorum naturam sine coniunctione aliqua alterius subsistentem ipse aristoteles monstrat.. Qui dicit ea esse relatiua: que quecunque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur Docet enim aliqua coniunctione alterius relatiua formari. hoc ipsum enim quod sunt aliorum dicuntur. Quod enim est dominus hoc alterius dicitur. i. serui. Siue autem relatiua dicamus siue ad aliquid nihil interest. Ad aliquid enim dicitur quod ipsum quidem per se nihil sit relatum tamen ad aliud consistit. ut dominus si desit ad id quod dicitur. i. seruus: non est: dicitur enim ad seruum. Uniuersum ergo erit si seruus desit: dominum dici non posse. Hic dominus ad aliquid dicitur. i. ad seruum. Relatiua quoque dicuntur idcirco: quod eorum nuncupatio semper ad aliquid refertur: ut domini ad seruum: quare nihil interest quolibet modo dicatur. Huiusmodi autem diffinitio platonis esse creditur: que ab aristotele paulo post re[illegible] dicitur.

Relatiuorum aut alia eisdem casibus referuntur alia diuersis. alia uero omnium casu sunt carentia. Quod sermo[illegible] strans addidit. vel quomodolibet aliter ad aliud. quod aut est ipsius pene textus sermonem monstrat. Cum enim dico dominus serui dominus ad genitiuum casum reddidi nominatiuum. et rursus ad eundem si conuertero. Dico enim seruus domini seruus: et hic quoque nominatiuus ad genitiuum relatus est. Eodem quoque modo habet sese pater filii pater: et filius patris filius: et magister discipuli magister: et discipulus magistri discipulus. hec ergo id quod sunt similiter aliorum dicuntur. Nam quod aliorum dicuntur: secundum genitiuum reddunt casum. alia uero non secundum eundem casum consequentiam reddunt. Uisio enim ad aliquid est sensibilis enim rei sensus est quod enim sentitur sentiri potest. quod sentiri potest sensibile est. et nunc quidem sensus sensibilis rei sensus: genitiuo accomodatus est Huius enim rei sensibilis dictum est. at si conuertas: fiet. Sensibilia res sensu sensibilis est. Sed cum casu sextio reddit nominatiui [illegible] relatiue quod dicit sensibile sensu sensibile est. non eodem casu quo superius dictum est conuertitur. Dicimus enim sensus sensibilis rei sensus est et hoc nominatiuus redditur ad genitiuum. Hec enim relatio ad septimum casum se [illegible] non pa[illegible] [illegible] scientia quoque scibilis rei scientia est si quidem hoc sciatur quod sciri potest et quod sciri potest scibile est. sed non eadem [illegible] ad eundem casum relatio ista conuertitur. Dicimus enim scibilis res scientia scibilis est. Est enim prima relatio ad genitiuum secunda conuersio ad septimum. hec quoque relatio secundum eo[illegible] conuertitur cum dicimus maius minore est maius et minus maiore esse minus. Duplum quoque et medietas relatiua sunt: sed et eisdem casibus conuertuntur. Duplum namque dimidii duplum est. dimidium vero dupli dimidium est. Sunt autem alia relatiua que ipse sic addidit.

At uero sunt etiam et hec ad aliquid: ut habitus et affectus. scientia. sensus: positio: hec enim omnia que dicta sunt hoc ipsum quod sunt aliorum esse dicuntur et non aliud aliquid. habitus enim alicuius habitus dicitur. et disciplina alicuius disciplina: et positio alicuius positio. sed et alia quidem similiter

De sensu quidem et scientia dictum est superius. nunc uero de habitu dispositione et positione dicendum est. Dispositio est ad aliquam rem mobilis applicatio ut si quis flamme propinquus caleat ille dispositus dicitur ad calorem. i. habet aliquam applicationem coniunctionem que ad calorem. Hec uero est affectio quod dispositio: ne nouo nomine error oriatur. et ideo dispositio est quedam ad aliam rem coniunctio: vel ab alia affectio [illegible] mobilis est: exterius extrinsecus generatur. Habitus aut est dispositionis vel affectionis firma et non facile permutabilis constitutio: ut si quisquam in sole ambulans fuscus fiat dispositus ad nigredinem dicitur et nigredinis affectus. Cum uero illa nigredo fortius et immutabiliter corpus infecerit: habitus nominatur. quocirca habitus est inueterata affectio. Uero omnis habitus dispositio vel affectio est: non autem omnis dispositio vel affectio habitus. Et ne multa dicenda sint hoc distat in habitu et dispositione: quod habitus immutabilis passio est. dispositio uero non sic: sed affectio quedam est ad aliquam rem coniunctio que potest facile permutari. Positio uero est alicuius rei collocatio. ut est statio sessio inclinatio accubatio et alia huiusmodi. Nam et qui stat quodammodo positus est et collocatus. et qui sedet et qui accubat. et quod secundum exterius positio eius est positus appellatur. Quocirca et statio et sessio et accubatio positiones erunt. Sed quoniam quidem relatiue dictum est: nunc si sint ad aliquid uideamus. habitum relatiuum esse ea res probat que sic ut quoque res hoc documento facit esse relatiua. ut est in sensu atque in scientia. Superius enim dictum est sensum sensibilis rei esse sensum quod res sensibilis est que sentiri potest. est ergo habitus habilis rei habitus. Habilis enim res est que haberi potest. illius enim rei habitus est que haberi potest. Quocirca erit habitus habilis rei habitus: sed res quoque habilis habitu erit habilis. ipso enim habitu res que haberi potest: habetur. Dispositio quoque eodem modo. Dispositio namque dispositi rei dispositio est et disposita res dispositione disposita est. Caloris enim dispositio calentis. i. ad calorem dispositi dispositio est. Eodem modo dispositus ad calorem caloris dispositione dispositus est. uelut si hoc modo sit dictum omnis affectio affecti affectio est: et omne affectum affectione affectum est. Ex calor calentis sit calor: et calens calore sit calidum. Positio quoque relatiua est. nam positio positi rei positio est et posita res positione posita est et hoc intelligi conuenit secundum priorem habitus et dispositionis modum. Illa quoque res probat positionem esse ad aliquid: quod eius species relatiue sunt. statio enim stantis rei statio est: et qui stat statione stat: et de sessione quidem et de accubitu idem dici potest. Quocirca et habitus et dispositio vel affectio: et positio relatiua sunt. et hec omnia vel similibus vel dissimilibus: conuenientibus tamen predicationis casibus conuertuntur. eorum autem que secundum casus conuertuntur. Alia sunt que eodem nomine predicantur: alia uero que dispari. cum enim dico simile simili simile est: et equale equali equale est. et dissimile dissimili dissimile est. eisdem vocabulis eisdemque nominibus tota fit predicatio. Cum autem dico duplum medii duplum. vel maius minore maius. disparibus vocabulis facta est predicatio. quoniam uero relatiuorum diffinitionem iam proposuit: ut diceret. ad aliquid uero talia dicuntur quecunque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur: vel quomodolibet aliter ad aliud. quid a hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur: iam diximus: nunc quid sit: quod ait. vel quolibet aliter ad aliud. requirendum est: quod ipse Aristoteles conuenientibus in ordine probat exemplis. ait enim.

Ad aliquid ergo sunt quecunque id quod sunt aliorum esse dicuntur: vel quolibet aliter ad aliud: ut mons magnus dicitur ad alium. Magnum enim ad

aliqd dr: & simile alicui simile dr. & oia talia similiter ad aliqd dicunt. Sunt autē & accubitus & statio & sessio positiones quedā. positio vo ad aliqd dr. Accūbere autē vel stare vel sedere ipsa quidē nō sunt positiōes. denoiatiue vo dicunt ex his q̄ dicte sūt positiōibus

¶ Cum accubitꝰ & statio & sessio positiones dicunt: & cum ois positio ad aliqd est: sufficienter superiꝰ cōprehensū ē. Sunt vo qd sit qd ait: vel quolibet alr ad aliud. expediemus: in relōne p quā dicimꝰ: filiꝰ patris filiꝰ: nulla cōiunctio mixta est: nisi tm̄ sola casuū vis predicationis huiꝰ mēbra cōiungit. Cū eni dico montē magnū ad aliū referēs paruū: ita ppono: mons magnꝰ ad montē puū & mons paruus ad magnū. hic nullorū casuū vis est: q̄q̄ enī accusatiuus videt esse pmixtꝰ: tm̄ ille huiꝰ relationis vim nō tenet: sed ppositio q̄ ad accusatiuū dat: cū eni dico: mons magnꝰ ad puū mōtē: ppositio sola ē q̄ vi huiꝰ cōtinet relatiōis: ut si qs dicat: magnꝰ mons puū montē nihil significat definitū. Quocirca q̄uis accusatiuus casus in hac pdicatōe sit non tm̄ hic vim casus tenet: sed ppositio: atq; hoc est qd ait. vel quolibet aliter ad aliud: ut cum supius scdm casus relationes fieri diceret ēt aute q̄dā relatiōes q̄ nullis casibꝰ tenerent. Addecit hoc. vl quolibet aliter ad aliud: ac si diceret. Ois relatio aut casibꝰ fit qd p hoc demōstrauit qd ait. q̄cunq; id qd sunt aliorū dicunt: aut pter casus sunt: qd hec sententia docet vl quolibet aliter ad aliud atq; hec hactenꝰ Sz cū positio sit ad aliqd & sint spēs eiꝰ relatiue (sessio eniz & statio relatiua sunt) sedere & stare nulla relatio ē. Stare nāq; & sedere de statione & sessione denoiatiue dicunt. Ois aut denominatio nō est id qd est ea res de q̄ noiat: ut grāmaticus. nō eniz idē est qd grāmatica de q̄ noiatus est. Quo circa si sedere de sessione & stare de statione denoiatiuū est. sessio vo & statio relatiua sunt: sedere & stare q̄ relatiuis denoiatiua sunt: relatiuorū genere nō tenent. & vniuersaliter qdē qcqd ex quibuslibet positionibus denominatur: illud non ad relatiuā sed ad pdicationem que situs dicitur reduci potest.

Inest autē & cōtrarietas in relatōe: ut virtus vitio cōtrariū: cū sit vtrūq; ad aliqd: & scientia inscientie. Nō autē oībus relatiuis inest contrarietas. duplici enim nihil est cōtrarium: neq; autē triplici: nec vlli talium.

¶ Quēadmodū in subā vl quātitate si eorū esset ppriū cōtraria suscipe rimatꝰ est: ita quoq; nūc in relatiuis de cōtrarietate cōsiderat: vtrū relatiuorū sit ppriū cōtraria posse suscipere: & cum virtus & vitia vtraq; sunt habitus: virtus eniz est mētis affectio in bonā partē difficile cōmutabilis. & vitiū affectio in malā partem ipsa quoq; difficile mobilis diuturnitate perdurans: quoniā igitur & vitiū & virtus habitus sunt: omnis autē habitus ad aliquid esse monstratus est (habilis enim rei habitus est) erūt & virtus atq; vitium relatiua sed hec cōtraria sunt. igitur relatiua cōtraria suscipere nō recusant. Sed dicat quis quid causę est: ut virtutē atq; vitiū ipsūq; habitū paulopost inter q̄litates numeret: atqui ut alia significatione vna res diuersis generibus supponatur: nihil prohibet. Socrates nāq; in eo q est socrates substātia est: in eo vero q pater vel filius ad aliquid: ita ad aliud atq; aliud dicta predicatione eandē rem, sub diuerso genere poni nihil prohibet. habitus quoq; & virtus & vitiū eodem modo. Potest enim in qualitate poni habitus q ex eo quales homines nūcupent. habentes enim dicimus aliquos rei habitus retinētes. Virtus quoq; qualitas est idcirco q ex ea boni homines dicunt: & scdm illam qualitatē. i. bonitatē quales homines. i. bonos homines nūcupamus. similiter autē & vitiū. Ipse quoq; habitus ad aliā predicationē dictus sit iterū relatiuus: q enim habitus habilis rei habitus est ad aliquid est. & quod alicuius virtus est: ad aliqd virtus est. & qd alicuius vitiū est: ad aliquid quoq; ipsū est. ergo nihil impedit easdē res ad aliud atq; aliud versas diuersę predicationis constitui. Ipsiū vero ad aliquid pter vllū aliud pdicamentū intelligere nō possumus: ut patrē & filiū: vel dūm & seruū scdm substantiā consideramus. Nam & qui dns & qui seruus est substantia est. Duplū & triplū scdm quantitatē: hec enim in quātitate cōsistunt. scientia vo & inscientia scdm qualitatē. Scdm eniz has quales dicimur scientes. s. atq; insci. quocirca quoniā pter aliud pdicamentū per se relatiua nullus intelliget. scdm ea pdicamēta de quibus intelligit relatio scdm ea dicitur cōtraria posse suscipere: vt socrates ipse quidē substantia est sed substantia cōtraria non recipit. Pater vero atq; filiꝰ scdm substantiā pdicat. nō est eniz pater atq; filius nisi in substantia sit. Quocirca quoniā scdm substantiam dicitur cōtrarietate caret. Rursus duplum vel dimidiū scdm quantitatem dicitur: quantitas vero contraria nō habere monstrata est. igitur nec duplum atq; dimidium contrarijs pugnat: qualitas vero recipit contrarietatē. bonū enim vel malū scdm qualitatē opponitur. bonū igitur & malū cōtrarijs non caret. Igitur scdm que predicamēta relatiua dicunt: si illa suscipiunt cōtraria: & relatio suscipit. Sin vero illa prius repudiāt cōtrarietatē nec illud ad aliqd q secundū ea dicit: vlla vnq; cōtrarietate diuidit. Quare habere cōtraria relatiōis ppriū nō est. nā neq; in sola relatōe est (habet eni hoc quoq; qualitas) nec in omnibꝰ ad aliqd cōsiderari pōt. Que eniz scdm talia pdicamēta dicitur ad aliqd que nō recipiunt cōtrarietatē: vt scdm substantiā pater & filius: vel scdm quātitatē duplū & mediū in talibus relatiuis cōtraria nullo mō reperiunt. Qd vo neq; soli neq; oībꝰ inest id ppriū nō est. nō est igit ppriū relatiōis habere cōtraria

Videt aūt magis & minus relatiua suscipe simile eni & dissimile magis & minus dicet equale & inequale magis & minus dr: cum vtrūq; sit relatiuū. simile eni alicui simile dr & inequale alicui inequale. nō autē oia relatiua suscipiūt magis & minus. duplex. n. nō dr magis & minus duplex: nec aliqd taliū

¶ Queritur nūc an relatiōis sit ppriū suscipere magis & minus. sed in hoc illa ratio seruat quēadmodū in contrarijs dictū est. Quoniā quecūq; secundū ea dicitur: que cōtraria nō recipiūt ipsa quoq; cōtrarijs carēt. In hoc vero cū scdm qualitatē dicat equale & inequale: suscipit vt magis & minꝰ. Dicit eni magis equale & minꝰ equale. Eodē modo & simile magis simile & minus sile dicit. Sed si forte quis dicat cur cū quātitatis sit dici equale & inequale: & quātitas magis atq; minus nō suscipiat equale & inequale & intentione crescat & remissione minuatur. Dicendū ē quoniā quēadmodū substātia ipsa per se in eo q substantia est non est propriū: ipsi tamen propriū est cōtraria posse suscipere: ita & in quātitate cōsideratur. ppriū eni est nō hoc ipsum cuius est ppriū sed quędā alia extrinsecus q̄litas passioq;. Passio eni quātitatis est: & quędā qualitas equale & inequale dici q cum non est idē ppriū qd est illud cuius ē propriū & equale vl inequale dici nō est quātitas cū est ppriū sed q̄dā q̄litas & passio quātitatis. Hoc aūt dr ad aliquid. ipsū. n. qd est alteriꝰ dr. equale. n. equali eq̄le dicimꝰ: & sīr sile simili sile. sz nō capiūt oia relatiua magis & minꝰ Nullus eni pōt dicere magis & minus duplū esse aliqd nā siue denarius ad q̄narium cōparet: siue quaternariꝰ ad binariū eque vterq; duplus est: eque vterq; medietas Qualitas quoq; recipit magis & minus: dicimꝰ enim magis albū & minus albū: quare cum neq; oī relationi

neqꝫ soli inest suscipe magis ⁊ minus. Et ꝑ relationem qualitas suscipit ⁊ magis ⁊ minus: relationis ꝓpriū non est suscipere magis ⁊ minus.

Omnia autē relatiua ad cõuertētia dicunt᷑: vt seruus dñi seruus dicit᷑: ⁊ dñs serui dñs et duplū dimidij duplū: ⁊ dimidiū dupli dimidiū: ⁊ maius minore maius: ⁊ minus maiore minus similiter autē ⁊ in alijs. Sed casu aliquotiēs differunt scḋm locutionē: vt scientia scibilis rei scientia dicit᷑: ⁊ scibile scientia scibile: ⁊ sensus sensati sensus: ⁊ sensatū sensu sensatum.

Clara hec est proponentis ⁊ nō inuoluta sententia. Dicit enim omnia relatiua ad cõuertentia dici: quod ipse ꝓprijs patefecit exemplis. Omne enim ad aliquid ita ad aliud predicatur: vt illud ad quod predicatur videatur posse conuerti. ⁊ hoc est quod ait. Omnia relatiua ad conuertentia dicuntur. Conuerti autem est vt si prima res dicitur ad secundam: secunda rursus dicatur ad primam. Ponatur enim primus pater secundus filius: ⁊ dicatur hoc modo pater filij pater est. id rursus cõuerti potest: vt prius ponamus filium: ⁊ talis fit predicatio. filius patris filius. Ergo pater ad tale dicitur: id est ad filium qui conuertitur: ⁊ filius qui dicitur ad patrē: ad talē rem dicitur: que ipsa quoqꝫ cõuertitur: vt de filio predicetur. Omniaqꝫ relatiua hoc modo sunt. omne enim relatiuū ad tale aliquid predicatur ꝙ ipsū in predicatione conuerti possit. sed nec omnia dicuntur secundū eandē vocis prolationē. Alia eniꝫ sunt que eisdem casibus conuertuntur: vt dictū est. pater enim filij pater est. ⁊ filius patris filius est. Alia vero que non eisdem: vt scientia scibilis rei scientia est. Hic genitiuꝰ est medius. scibile autem scientia scibile est. hic septimꝰ predicationē tenet alia vero nullo (vt supra dictū est) casu coniuncta sibimet conuertuntur: vt mons magnus ad paruū dr̄ ⁊ paruus ad magnū. Ergo oīa relatiua ad ꝯuertentia dicunt᷑ q̄uis nō eisdē casibus ꝯuertunt᷑: qḋ ipse ait dicens. Sed casu aliquotiēs differunt scḋm locutionē: quod vero addidit nimis diligēter adiectū est.

At vō non aliquotiēs videbit᷑ cõuerti: nisi conuenienter ad qḋ dicit᷑ assignetur. Sed peccet is qui assignat: vt ala si assignet᷑ auis nō cõuertitur auis ale: neqꝫ enī prius cõuenienter assignatū est ala auis. neqꝫ eniꝫ in eo ꝙ auis est in eo auis ala dicitur: sed in eo ꝙ alata est. Multorū eniꝫ aliorū ale sunt q̄ non sunt aues. quare si assignetur cõuenienter: cõuertitur: vt ala alati ala: ⁊ alatū ala alatum. Aliquotiēs autē forte ⁊ noīa fingere necesse erit: si nō fuerit positū nomē ad qḋ conuenienter assignet᷑: ut remus si nauis assignetur: nō erit cõueniens assignatio. neqꝫ eniꝫ in eo ꝙ est nauis in eo eius remus dicitur. Sunt enī naues quarū remi nō sunt: quare nō cõuertitur. nauis enī nō dicit᷑ remi nauis. sed forte cõuenientior assignatio erit: si sic quodāmodo assignet᷑. remus remitę rei remus: aut aliquo modo aliter. nomē enim nō est positū: cõuertitur autē si cõuenienter assignet᷑. remitū eniꝫ remo remitū est. Similiter aūt ⁊ ĩ alijs: ut caput ꝯueniētius assignatur capitati q̄ si aīalis assignet᷑. neqꝫ enī in eo ꝙ aīal est caput habet. multa eniꝫ sunt aīalia capita non habentia

Supra iam de relatiuorū cõuersiõe ꝓposuit: dixitqꝫ quicquid est ad aliquid: vel eisdē casibus vel dissimilibus: tamen ad conuertentia dici. hoc vero idcirco euenit ꝙ omne ad aliquid esse suum ex alterius habitudine ⁊ ꝯparatiõe trahit. ꝙ si vtraqꝫ scḋm aliquid sint opposita: ad aliquid nuncupantur equā vim vocabuli nuncupationēqꝫ sortita. nā ⁊ si pater ⁊ filiꝰ vtriqꝫ ad aliquid sunt si pater ad filium predicatur quoniam ad aliquid est. filius quoqꝫ qui ad aliquid est: ad quoddā aliud predicabitur: sed nullius est filius nisi patris. Ergo hec vocabula ex alterutra nuncupatione principium sumunt. Quocirca que sibi inuicē substantiam donant: recte ad se inuicē predicantur: ⁊ hoc quidē in omnibus relatiuis constat intelligi. sed huiusmodi conuersio non vno modo nec quōlibet fieri potest: nisi enim conuenienter quelibet illa res ad id quod dicitur predicetur: huiusmodi conuersio nulla ratione conuertitur. Cum enim dicatur caput animalis caput dici nō potest: animal capitis animal. Ergo ita redditū nulla ratione conuertitur. Atqꝫ hoc est quod ait: non videri in omnibus relatiuis posse conuerti: nisi conuenienter ad quod dicitur assignetur. Si enim peccet is qui assignat: vt non conuenientem predicationē faciat: conuersio non procedit. que tamē est ipsa cõuenientia qua possint semper relatiua cõuerti: huiusmodi ē. Cū. n. dico alā auis eē alā: nō ꝯuertit᷑ vt auis ale sit auis: idcirco ꝙ non est conuenienter facta predicatio. non enim in eo ꝙ auis est in eo habet alā. multa enī sunt que habent alā: aues tamē nullo modo nominantur: vt apes sunt ⁊ vespertilię: ⁊ quicquid est aliud tale habere quidē dicimus alas: eas tamen aues nō dicimꝰ quare non in eo ꝙ auis est in eo est eius ala: sed in eo ꝙ alata est. idcirco enim alam habet quoniā alata est. ⁊ quicquid fuerit alatū alas habebit. quare ita facta predicatiō illā cõuersionem retinet atqꝫ custodit. ala enim alati ala est: ⁊ alatum ala alatum est. Eodeꝫ quoqꝫ modo de capite: si quis dicat caput animalis eē caput. non conuenientervīꝫ predicatiōis aptabit. nō enim in eo ꝙ animal est in eo habet caput. multa enim sunt animalia que capite carent: vt ostrea: vel conchā: vł conchilia: ⁊ cetera huiusmodi. Igitur dicendū est caput capitatę rei esse caput: ⁊ capitatam rem capite esse capitatam. Uides ne quēadmodum conueniens predicatio alternam in se vocabuli cõuersionē reuersionēqꝫ reddiderit. Ita quoqꝫ speculādū est ⁊ de alio exēplo qḋ ipse ꝓposuit. remus enī si nauis remꝰ dicat᷑: nullo mō cõuertit᷑: vt nauis remi nauis eē nominet᷑. Sūt enī quedā naues q̄ remis penitꝰ nō vtūtur: vt lintres quas solo subeunt conto: ⁊ idcirco nō cõuertit᷑. Dicendū est igit᷑ remū ⁊ remite rei esse remū: ⁊ remitā rē remo esse remitā. Necesse quoqꝫ erit nomē fingere si positū nō sit: nā quēadmodū filiꝰ patris filius: et pater filij pater: recipꝛoca cõuersione ꝓdicant᷑: ⁊ vtrūqꝫ nomen in vsu est. Sic si defuerit nomen: ipse tibi ad aliqḋ debebis affingere: ut in eo ꝙ est ala alati ala. alatum enī nouiter factū est ⁊ nūq̄ ante dictū: quo autē modo possimꝰ noīa ipsa cõfingere qm̄ necessariū esse posuimꝰ arte quoqꝫ cõponēdi sequēti ordine demonstremꝰ. Sꝫ hoc faciēdū est si priꝰ illud purgauero: qḋ quidā ꝯtra aristotelē culpādi studio ponūt. Aiūt enī nō esse soliꝰ relationis ad cõuertētia dici. Si qs enī sic dicat: cū sol sup terrā est dies est ⁊ cū dies est sup terrā sol est. recipiunt hec quoqꝫ ꝯuersionē: que cõsistere a relatiuorū definitione segregata sunt. Nō igitur in solis relatiuis inquiunt cadit ista conuersio: sed iamblicus duas huius rei ꝓtulit solutiones: vnā ꝑuicacē aliā vō perfortē. ait enim nihil officere ad aristotelis sententiā: si et alia conuertant᷑ nō eniꝫ inquit aristoteles solis hoc relatiuis esse sed omnibus. nāqꝫ hoc relatiuis inest: nec vlla ratione negari potest. quocirca quoniaꝫ non dixit aristoteles solis hoc inesse relatiuis. Illorū questio huius preclari philosophi sententiā non moratur. sed hoc potius accidētis est

q̃ nature ⁊ ad aliud quodãmodo refugiũ cõcurrẽtis potius q̃ ex ipsa aristotelis auctoritate dictorũ cuius aliqñ propriũ vocabulũ cõparãtis. Aliã vero attulit causas prorsus q̃ auez. ut enim proprium esse hoc relatiuorũ nõ secũdũ illam nuncupationem sꝫ secundum aliquam habitudinẽ eodem modo conuerti. qui enim dicat cũ sol est super terrã dies est: ⁊ cũ dies est sol est super terram: nullam habitudinem monstrat: sed tantummodo cõsequẽtiã ostendit. Consequitur enim super terram solẽ esse cũ dies est: ⁊ cum sol super terrã cursus agat diem esse: cum vero aliquis dicit. filius patris filius: ⁊ pater filij pater habitudinẽ ⁊ comparationem ⁊ quodãmodo continentiam vtriusqꝫ declarat. Atqꝫ hoc quoqꝫ in alijs q̃uis relatione spectare licet. Quocirca quoniam omnia ad aliqd secũdũ quãdã ad se inuicẽ habitudinẽ cõtinentiãqꝫ dicũtur: secũdũ cõtinentiã quoqꝫ ⁊ habitudinẽ eorũ cõuersio facienda est. qua in re nos quoqꝫ grauiter dictis iãbli ci auctoritati cõcedimus. Nunc vero que sit ars fingendi noĩs sicubi desint dicendũ videt: quã ipse Aristoteles his verbis tradit.

Sic autẽ facilius fortasse sumenẽ: quibus nomẽ nõ est positũ: si ab his que prima sunt: ⁊ ab his ad q̃ cõuertunẽ: noĩa ponantur: ut in his q̃ dicta sunt ab ala alatũ: a remo remitũ. Oĩa ergo que ad aliquid dicunẽ: si cõuenienter assignenẽ: ad cõuertentia dicuntur.

¶ Quoniam sunt que ita dicuntur ad aliquid: vt nisi conuenienter aptentur: conuersio nulla fit: in omnibus autem ad aliquid conuersionẽ expectari necesse est: que sit hec conuenientia: ⁊ quẽadmodũ assignari relationes oporteat: ipse demonstrat. Si quid enim dicitur ad aliquid q̃ conuerti non possit: ab ipso quod dicitur si denominatio fit mox conuertitur: vt ala dicitur auis: et ⁊ recta quidẽ est hec predicatio: sed ad naturam relationis incõgrua. Nunc igitur quoniã dici nõ potest auis ale: dicatur autem ala auis: ab ipsa predicatione: que ad aliud predicatur si denominatio fit: mox redit consueta reuersio relatiuis. Nam cũ dicatur ala auis: vt dicatur auis ale: inconueniens est. Si vero ex ala fiat denominatio: vt dicatur ala alati: sic conuersio manet. Alatũ enim ala alatum esse dicimus. sicut alam alati esse alam. ⁊ hoc idem in remo euenit. Nam qm̃ remus nauis non dicaẽ ⁊ remi nauis vt sit nulla ratione conuertitur. si ex remo fit denominatio: statim redit ex more cõuersio. Dicim⁹ enim esse remũ remitæ rei remũ. ⁊ hoc illi conuertitur. Remita enim res remo remita est. Ergo ex eo q̃ prius dicitur nomen fingendũ est: sicut ex eo q̃ est ala: quoniã id prius ad auẽ dicitur: que auis ad alam non conuertitur: denominatio facta est: vt diceretur alatum. Atqꝫ hoc est quod ait. si ab his que prima sunt ⁊ ab his ad q̃ conuertunẽ noĩa ponanẽ. Prima nãqꝫ p̃dicatio est ab ala. Dicimus enĩ alã auis. ⁊ hoc querimus vt ad alã p̃dicatio cõuertaẽ: ergo ab eo qđ pri⁹ dicitẽ: ⁊ ab eo ad qđ cõuertaẽ nomẽ fingendũ est: ut ab ea que prius dĩ ala: atqꝫ ab eadẽ ala ad quã cõuertitur: si cõuenienter aptaẽ fingendũ est nomẽ alatũ: qđ ipsum ex ala denominatũ est: atqꝫ hoc idẽ ⁊ in ceteris relatiuis licet intelligi.

Nã si ad quodlibet aliud assignetur: ⁊ non ad illud ad qđ dĩ nõ cõuertunẽ. Dico autẽ quoniã neqꝫ horũ que indubitãter cõuertibilia dicunẽ: ⁊ noĩa eis posita sunt: nihil cõuertiẽ: si ad aliquid eorũ que sunt accidentia assignenẽ: ⁊ nõ ad ea ad q̃ dicunẽ: ut seruus si dñi nõ assignetur seruus. sed hominis vel bipedis aut alicuius taliũ nõ cõuertitur: nõ enim erat cõueniens assignatio.

¶ Aliud quoqꝫ argumentũ dedit: si relationes cõuenienter nõ reddãtur: nõ posse cõuerti. Fortasse enim dicat qs alã ⁊ caput nõ esse ad aliquid. q̃ si quis hoc quoqꝫ cõcedat: illud tñ nullus negare poterit: qn seruus aut fili⁹ semp ad aliud predicenẽ. Ergo in hac quoqꝫ re: q̃ cõfesse relatiua est: nõ erit relationis ꝓpria cõuersio: si nõ cõuenienter: ⁊ ad aliud ad qđ ꝓprie dicaẽ assigneẽ. Nam cũ sit ad aliquid seruus nisi dñi reddaẽ. i. ad id ad qđ cõuenienter dicaẽ: hac rõne nulla conuersio est. Dicaẽ ergo seruus hoĩs: vel seruus bipedis nõ cõuertiẽ: vt dicat qs bipedẽ esse serui: aut hominẽ esse serui. Eodẽ quoqꝫ modo de filio. ergo extrinsecus q̃cuqꝫ sunt. si ad ea id qđ est ad aliquid p̃dicaẽ nulla cõuersio est. Qđ aũt ait accidentia: nõ q̃ hõ sit accidens: aut bipes: differẽtia hoĩ accidenter insit. sed interdũ cõsuetudinis aristotelice est: q̃ secũdo loco ⁊ extrinsecus predicanẽ. dicere secũdũ accidẽs p̃dicari. Seruus aũt pri⁹ ad dñm est: secundo vero loco ad hoĩem. Idcirco enĩ q̃ dñs homo est: ideo seruus ad hominẽ dicitur. Et idcirco q̃ dominus bipes est: ideo seruus bipedis dicitur. Ergo secũdũ accidens dixit secũdo loco: volens ostendere extraneam ⁊ non conuenientẽ fieri predicationem: si quis ad hominem vel bipedẽ seruum ⁊ non ad dominum referat. Manifestum est igiẽ quoniã in his quoqꝫ que confesse sunt ad aliquid: ⁊ in quibus nomina sunt (Nomen enim ⁊ serui ⁊ domini in vsu est: non quẽadmodũ in remo aut in ala: vbi neqꝫ alatĩ neqꝫ remitũ nomen fuit nisi ipse fingeret aristoteles) Cum ergo hec ita sint manifestũ est qm̃ si nõ cõuenienter aptarentur: conuersionem predicatio nõ teneret.

Amplius si cõuenienter assignetur ad id ad qđ dicaẽ: oĩbus alijs circũscriptis quecunqꝫ accidẽtia sunt: relicto solo illo ad qđ assignatuꝫ est: semp ad ipsuꝫ dicetẽ: vt si seruus dicatur ad dñm: circũscriptis alijs oĩbus que sunt accidẽtia dño: vt esse bipedẽ. vel sciẽtie susceptibilẽ: vel hominẽ: relicto vero solo dño semp seruus dicetẽ ad ipsuꝫ. seruus enĩ dñi seruus dicaẽ. Si autẽ nõ cõuenienter reddatur ad id ad qđ dicatur: circũscriptis oĩbus alijs: relicto illo solo ad qđ reddituꝫ est non dicaẽ ad illud. assigneẽ enĩ seruus hoĩs ⁊ ala auis. circũscribaẽ ab hoĩe esse dñm: non iam seruus ad hominẽ dĩ. cũ enim dñs nõ sit seruus non est. Similiter autem ⁊ de aui adimaẽ ab ea alatã esse: ⁊ amplius non erit ala ad aliquid. cuꝫ enĩ nõ sit alatum: nec ala erit alicuius. Quare oportet assignari ad id ad qđ cõuenienter dicaẽ: ⁊ si sit nomen positum: facilis erit assignatio. Si autẽ non sit: fortasse erit necessariuꝫ fingere nomẽ: si aut sic reddãtur: manifestuꝫ est quoniã oĩa relatiua conuersim dicuntur.

¶ Aliud quoqꝫ validũ addidit argumentũ in oĩ secũdũ ad aliqd p̃dicatione solã esse assignationis cõuenientiã requirendã. quo enĩ permanente cũctis alijs pereũtib⁹ relatiuorũ predicatio constat: ⁊ quo pereũte cũctis alijs permanentib⁹ ad aliquid p̃dicatio non manet. Illud est: ad qđ cõuenienter noĩs relatio referaẽ. Qui enĩ domin⁹ est: idem ⁊ hõ est idẽqꝫ bipes: idem quoqꝫ sciẽtie perceptibilis. ad qđlibet igiẽ horũ seruus nõ p̃dicabiẽ: si dñs nõ sit: q̃ si dñs sit: qđlibet horũ pereat: nihil ip̃edit p̃dicationem. Predicatur enim seruus ad dñm: ⁊ ab eo cetera perimãtur. Pereant enim ab eo quod est homo ac bipes: q̃ sciẽtie perceptibilis: hes omnib⁹ pereuntibus dñs solus permaneat. Ceteris igitur pereuntibus: seruus

tamē nihilominus dicitur ad dominū. ad hominē vero non dicitur: pereunte enim domini nomine: serui ad hominē nulla predicatio est. qd si ad dominū seruus non referatur: pereatq3 domini nomē: omnibus alijs manentibus non erit predicatio. Auferatur enim domin⁹ ꝛ maneat homo ꝛ bipes ꝛ sciētie perceptibilis: nō poterit dici seruus hominis vel seruus bipedis. Domino enim non manente seruus interijt. quare manēte domino ad quod seruus conuenienter aptatur: cūctis alijs pereuntibus predicatio manet: sublato vero domino ad quē est conueniens predicatio: cūctis alijs manentibus predicatio non est. Eodem modo etiam de ala: nisi enim ad alatū referatur: cunctis alijs manentibus integra predicatio non est. Adeo non solum nō conuertitur: sed nec predicatio vlla erit nisi relatio et ad quod conuenienter dicitur assignetur. Simul etiam hec quoq3 ars est ꝛ via nosciendi: cū in natura multa sunt: ad quod potissimum relatio predicatur. Nā cū in domino sit ꝛ homo ꝛ animal ꝛ discipline perceptibile ꝛ bipes: in seruo quoq3 idem: ad quod horū aut domini nomen aut serui referre possimus: sic ostenditur. Qua enim re manente sublatis ceteris predicatio valet: ꝛ qua re sublata ceteris manentibus intercipitur predicatio: ad illud relatio rectissime predicatur. His igitur positis totius argumenti vnam sententiamq3 concludit. ait enim. Omnia quecunq3 ad aliqd sunt equa predicatione conuerti. hec aūt huiusmodi est. Quecūq3 enī ad sese inuicē equaliter predicantur: ꝛ conuersione facta retorquentur: illa equali natura ꝛ conuersione fundata sunt: vt sunt propria ꝛ species. Relatiua quoq3 vt conuertantur: equalia esse oportet. Nā si vna res amplior: alia fuerit minor: conuersionem non habēt. nam in eo qd est ala ꝛ alis: minus est auis ala. multa enī sunt que alas habent ꝛ aues non sunt: atq3 ideo conuersio non fit. Et in eo qd est remus nauis maior est nauis remo. multe enī naues sunt quarū remi nō sunt. Quare in his nulla potest esse conuersio. si vero sint equalia: vt filius atq3 pater: cōuersio non fugit. Nunq3 enī est fili⁹ nisi patris: ꝛ rursus nunq3 pater est nisi filij. Quocirca equalia esse oportet: quecūq3 ad aliquid predicant̃. Horum vero si nomē sit positū: positis nominibus vti oportet. Si vero nomen positū nō sit: ex his que in prima predicatione sunt (vt superius dictū est) nomē oportet effingere. Quod si ita reddantur vt omne ad aliquid conuenienter ad quod dicitur predicetur: ꝛ equalis erit predicatio: ꝛ mox cōuersionis reciproca natura subsequitur. Constat igitur omnia relatiua ad cōuertentia dici. His aliud propriū iungit.

Videntur autē ad aliquid simul esse natura: ꝛ in pluribus quidē verū est. simul enī duplū est ꝛ dimidiū. ꝛ cū sit dimidiū duplū est. ꝛ cū sit seruus: dn̄s est. similiter aūt his ꝛ alia simul etiā auferunt sese inuicē. Si enim nō sit duplū: nō est dimidiū: ꝛ si nō est dimidium: nō est duplū. similiter autē ꝛ in alijs quecunq3 talia sunt.

Illa esse simul dicuntur quecūq3 talia sunt: vt vno posito quodlibet aliud necessario subsequatur: ꝛ vno quolibet perempto aliud modis omnibus interimatur: vt pater ꝛ filius. Nam cū pater est: filium quoq3 esse necesse est: ꝛ cū sit filius: pater est. Rursus si pereat filius: patrem quoq3 perire manifestum est: nō qd pereat ipsa substantia: vt pereunte hectore priam⁹ pereat: sed perit ipsa relatio. Ergo quoniā vel interempto patris nomine: filij nomen perit sublato quoq3 filij noīe nomē patris perit. Posito etiam patre in substantiaq3 constituto filij quoq3 nomē infertur: ꝛ posito filij nomine sequitur patris ꝛ a patris nomine nunq3 separatur: idcirco pater ꝛ filius simul esse dicuntur. Ergo simul ea sunt que se inuicem vel interimunt vel inferunt: ꝛ de his quidē ipse posterius tractat. Nunc autem hoc quoq3 inesse relatiuis exposuit dicens: relatiua quoq3 esse vt simul sint. nā cū duplū sit dimidium est: ꝛ cū dimidium duplum. huius autem argumētū est: qd interempto duplo dimidium perit. Rursus quoq3 duplo constituto dimidiū constituitur. Igitur quoniā duplum atq3 dimidium relatiua sunt: ꝛ hec simul sunt natura idest ipsa existentia: ꝛ hoc manifestū est quoq3 relatiuis accidere: vt simul natura esse videantur. Idem quoq3 est ꝛ in eo qd est seruus ꝛ dominus. Nā quoniā alterutris interemptis vterq3 deperit: alterutro cōstituto vterq3 subsistit. Cōstat seruū atq3 dominū cū sint ad aliquid: simul esse natura. Sed hec ita sunt: vt sint quidem in relatiuis: sed omnib⁹ his que sunt ad aliquid: non equentur. Sunt enim quedā relatiua quorū vnū pri⁹ natura sit: qd ipse rursus adiecit


Non autē in oībus relatiuis verū videtur esse simul esse natura. Scibile enim scientia prius naturaliter esse videt̃. Nāq3 in pluribus rebus subsistētibus sciētias accipimus. In paucis vero vel nullis hoc quis reperiet simul cū scibili scientiā esse factam.

Proposuit nō in omnib⁹ relatiuis esse hoc: vt videantur simul esse natura. hoc autē probat ex his: qd qm̄ scientia ad aliquid est (Scibilis enī rei scientia dicit̃) non poterit esse scientia: nisi sit res aliqua q̄ sciri possit. Hanc autē primā esse necesse est: vt in matheseos disciplina. Scimus enī trianguli tres interiores angulos duobus rectis angulis equos habere. Unde necesse ē prius fuisse qd sciri posset: postea vero ad hanc rē aptā fuisse notitiā. atq3 hoc est qd ait. Nāq3 in plurib⁹ subsistentibus rebus scientias accipimus. Prius enim rebus cōstitutis ꝛ quasi prepositis scientie ratio sequitur. Quare nō est in omnib⁹ relatiuis simul esse natura. Nā cū scientia ꝛ scibile relatiua sunt. antiquius est scibile q̄ scientia. Qd vero interposuit: in paucis enim vel nullis hoc quis pspiciet simul cū scibili scientiā factā tale est. Quedā nāq3 res anim⁹ sibiipse cōfingit: vt chimeram vel centaurū: vel alia huiusmodi: que tūc sciuntur: cū ea [illegible] finxerit. Tunc aūt esse incipiūt qū pri⁹ in opinione versant̃. Tunc [illegible] in opinione [illegible] facta sunt ꝛ hec simul [illegible] sciri. Nā qui in opinione nascunt̃ mox esse incipiunt sed cū in rōne [illegible] eorum scientia [illegible]. Igitur mox vt [illegible] mox [illegible] ꝛ est eorū scientia cū eorūdē essentia cōiuncta. Nanq3 antequā chimera fingeretur: sicut ipsa in nulla opinione fuerat ita quoq3 scientia ei⁹ non erat. Postq3 vero in ipsa [illegible] constituta est [illegible] in paucis hoc posse pspici vt simul cū scientia scibile sit vt in hac eadē chimera: q̄ cū sit scibilis: cū scientia nata est. Sed quia vero hi qd in substātia nō pmanet: neq3 in veritate cōsistit: sciri pōt (scientia enī est eorū q̄ sunt cōprehensio veritatis) ꝛ quicqd sibi animus fingit: vel imaginatione reperit: cū in substātia atq3 veritate cōstitutū non sit: illud posse sciri nō dicit̃ atq3 ideo non est eorū scientia vlla q̄ sola imaginatione subsistunt. idcirco itaq3 dubitans dixit: in paucis enī vel nullis. Hec enim ipsa pauca ita quisq3 reperiet: vt si ad verā rōnē examinationēq3 contēderit: nulla eē perpēdat. Qd si quisq3 chimere aliquā esse sciētiā dicat: que nō est: q̄q3 hoc falsū sit: tamē hoc quoq3 cōcesso pauca erunt: in quib⁹ scientia cū scibili simul natura sit. Multis enim rebus antepositis ꝛ cōstitutis scientia nascit̃. Quocirca nō in oībus relatiuis verū est: vt simul esse dicant̃ natura: ꝛ sicut falsum illud est in nullis hoc esse relatiuis: ita falsū est rursus in oībus. Sed hunc tractatū longius terit.

Amplius scibile sublatū simul aufert sciētiā sciētia vero sil' nō aufert scibile. Nā si scibile

nõ sit: nõ est scientia: sciẽtia vero si nõ sit: nihil prohibet esse scibile: vt circuli quadratura si est scibilis: scientia quidem eius nõdũ est: illud vero scibile est.

¶ Diximus illa esse simul: quecunqȝ alterutro constituto: vel alterutro interempto simul vtraque constituerentur: vel etiam perimerent̃. Constituto enim vt sit pater: cõstituetur esse filius: et pater simul infert substantiã filij. Eodem quoqȝ modo filius simul infert vocabulũ patris. non est enim filius nisi patris. Eodem quoqȝ modo altero interempto vtrumqȝ perire necesse est. alterum autẽ altero prius pluribꝰ dicit̃ modis: sed qđ nũc querimus tale est. Nam priora illa esse dicuntur: que ipsa quidem perẽpta res alias tollũt: ipsa vero illata atqȝ constituta simul res alias non inferunt: vt est vnus atqȝ duo. Interempto enĩ vno duo quoqȝ pereunt. Unde enim est vnius in duobus geminatio: si vnus intereat. Constituto vero atqȝ posito vt sit vnus: nondum duo sunt. Nondũ est enim facta vnitus geminatio. ergo dicuntur illa priora esse: quecũqȝ alia simul quidem illata non inferunt: sed perimũt interempta. Scibile ergo et scientiã non esse simul illa res probat: qȝ si quis rẽ scibilẽ tollat: sciẽtiã quoqȝ sustulerit. Nulla põt. n. sciẽtia pmanere si res que sciri possit intereat. At si scibile est cõstitutus: non omnino scientia cõsequit̃. Infantibus enĩ ea nobis que nunc novimus erant: et in sue nature substantia permanebant: sed eorũ apud nos sciẽtia nõ erat. Multe quoqȝ sunt artes: quas esse quidem in sue nature ratione perspicimus: quarũ neglectꝰ scientiã sustulit. Multũqȝ ego ipse et iam metuo: ne hoc verissime de omnibus studijs liberalibus dicatur. Quocirca si et scientiã sublatum scibile perimit: et illatũ scibile scientiam non infert neqȝ cõstituit: prius est id quod sciri potest: quã illud quod cõprehendere valet atqȝ cõplecti noticia. Ipse autẽ ad hanc rem obscurissimã cõmodauit exẽplũ. Solet enim in geometria huiusmodi esse ꝑpositio. Iubemur enim proposito quatuor laterũ spatio equale triangulũ cõstituere: et facimus hoc modo. sit quatuor laterũ spaciũ. a. b. oportet ergo. a. b. spatio equale triangulũ constituere. Sit duplũ a. b. spacio c. d. e. f. spaciũ. Ducatur angularis c. f. dico quoniã c. d. f. triangulũ equale est. a. b. spatio: quoniã c. d. e. f. spaciũ duplu est a. b. spatio a. b. igit̃ c. d. e. f. spatio medietas est. Sed. c. d. f. triangulũ. c. d. e. f. spacio medietas ẽ angularis enĩ. f. c. totũ c. d. e. f. spaciũ mediũ diuidit: q̃ aũt eiusdẽ sunt media et sibi equalia sunt. c. d. f. igit̃ et c. e. f. triãgulũ. a. b. spacio



equale est. Proposito igit̃ spacio. a. b. equũ triangulum cõstitutũ est. c. d. f. quod oportebat facere. Eodẽ quoqȝ modo quesitũ est: si sit proposito circulo equũ fieri quadratũ. Quadratũ ergo est: quod equalibus laterib' omnes quatuor angulos equos habet. i. rectos. et aristotelis quidẽ temporibꝰ nõ fuisse inuentũ videtur. Post vero repertũ est: cuius quoniã longa demonstratio est: pretermittẽda est. Atqȝ hoc est: quod aut circuli q̃dratura: sicut manente quadrato linea per obliquũ ducta triangula figura producitur: ita circulo nõ mutato circũpositis angulis: qui et ipsius circuli lateribus equaliter diriguntur: quadrati forma cõsurgit: qđ (vt potuimꝰ) coniectura depinximus. Cũ enim alicui circulo equũ quadratũ cõstituitur: in quadraturã circuli illius mensura redigit̃. Nũc ergo hoc ẽ qđ dicit hec circuli q̃dratura. i. equi q̃drati ad circulũ cõstitutio si fieri põt: et si res q̃ est sciri possit: scientia quidẽ eius nondũ inuẽta est. Nondum enim quisq̃ sub Aristotele equũ quadratum circulo constituerat. Qđ si est aliqua eius scientia: que nõdum reperta est: certe priꝰ est quod sciri possit: post vero sciẽtia. Nã cũ posset Aristotele viuo sciri circuli q̃dratura: nulla tamen adhuc eiꝰ scientia reperta est: atqȝ ideo prius erat qđ sciri posset. q̃ ipsius rei vlla noticia.

Amplius animali quidẽ sublato nõ est sciẽtia: scibilium vero plurima esse cõtingat. Similiter his habent sese et ea q̃ de sensu sunt. Sensibile enĩ prius quã sensus videtur eẽ. Sublato enĩ sensibili simul aufertur sensus sensus vero sensibile non simul aufert. sensus enim circa corpus et in corpore sunt: sensibili autẽ perempto peremptum est et corpus: sensibile enim est corpus. cum vero corpus nõ sit: sublatus est sensus. Quare simul aufert sensibile sensum: sensus vero sensibile non. animali enim perempto: sensus quidẽ peremptus est. sensibile autẽ permanet: vt corpus calidũ dulce amarum et alia omnia quecunqȝ sensibilia sunt.

¶ Addit aliud validius argumentum prius esse scibile scientia. illud enĩ notum est si per desidiam disciplina depereat: interire quidẽ scientiã. sed scibile permanere. Scire autẽ dico quod sciri possit: qȝ si oĩno aĩal non sit: cũ quis scire possit omnino non fuerit: scientia quidem ipsa fundituꝰ interibit: nihil tñ ꝓhibet esse ea que pmanente animali possit inquirentis animus scientie ratione cõplecti. Id namqȝ proponit in sensibus inueniri dicit enim sensu prius esse sensibile: quod cõmuni priorum diffinitione probabile esse constituit. Dictum est namqȝ illa esse priora: que simul quidem interempta perimerent. Non autẽ simul alijs interemptis ipsa deperirent: vt orbem solis primũ dicimus proprio lumine. sublato enim orbe lumen illud quod ab eo est penitus nõ manebit: sublato lumine solis orbis manebit. Ita quoqȝ nunc in sensibilibꝰ atqȝ in ipso sensu esse propositum. sublato quod sentiri possit sensus oĩno sublatꝰ est Neqȝ enim esse poterit sensus: cum quod possit sentiri nõ inuenit. Qđ si sensus oĩno deperiat: sensibile pmanebit: et hoc euidentibus firmat exemplis: nã cũ ea que sunt in rebus: vel incorporea sint: vel certe corporea: et quicquid ad corporis materiã referri potest: hoc sensuũ varietati subiaceat: quicquid ad incorporalia: intellectꝰ ratione et speculatione teneatur. Cum sit sensus omnis in corpore: si omnino corpus nõ sit: quoniam que sunt incorporea sentiri non possunt: ergo si que sentiri poterãt interempta sunt: omnino sensus euertatur. Sed si sensus auferatur: sensibilia permanebunt: et quoniam sensus animaliũ effectiuus est: equa est vtrorumqȝ perditio. sive enim sustuleris animal sensus peribit: siue sensus euertantur: aĩalia quoqȝ sublata sunt. Sed euersis atqȝ interemptis aĩalibus cũ proprijs sensibus perma-

nent corpora q̄ aīa non vtunt̄: q̄ si sublatis aīalib⁹ sensibusq̄ deperditis corpora inanimata subsistūt: cū corpora sint que sentiri possunt. Aīalia que sentire valeant si interempta sint manente sensibili sensus euersus est. Nō igitur sicut sensibilis interemptio sensus interimit: sic sensuū perditionē extinctio sensibiliū comitatur. Id vero etiā hoc probabit argumento: ante eniz q̄ actu ip̄o aliq̄d sentiamus sensus nō est. Nā prius q̄ dulce aliquid degustemus: gustatio ipsa dulcedinis non est: qđ aūt gustari possit. i. mel vel quodlibet aliud ꝓprie nature rōne cōsistit. Quocirca prius esse qđ sentiri possit: post vero sensus Aristotelis auctoritas firmatur.

Amplius sensus quidē simul cū sensato fit. simul eni aīal fit et sensus. Sensibile autē aīal est q̄ sensus esset. Ignis enim et aqua et alia huiusmodi: ex quibus ipsuz aīal ɔstat: ante sunt q̄ aīal sit oino vel sensus. quare prius sensibile q̄ sensus esse videtur.

¶ In cōpositis rebus atq̄ ex aliis iūctis priores sunt he res que cōponunt aliquid ipsa substantia quā componunt. Nanq̄ cū corp⁹ animalis fit ex igni aere et aq̄ vel terra: priora hec esse necesse est quā ipsum sit animal quod illa elementa coniungūt. Hoc quoq̄ etiā in aliis patet. nā cū fit liber ex versibus: prior est versuum natura quā libri. Cumq̄ versus constet verbis atq̄ nominib⁹ et ceteris: quas grāmatici partes orationis vocant hec ex quib⁹ ipse versus cōstat: versu ipso priora necesse est esse. Quocirca sensus quidē ipsis iam cōpositis superuenit. Nam cū animal cōstet ex quattuor elementis: et cū sensus semper naturā animaliū cōmitetur: cū ipsis animalibus sensus fieri et nasci necesse est. Quod si cum animalibus. i. cōpositis rebus sensus nascitur sicut animali priora sunt ea ex quibus ipsum animal cōstat; sic quoq̄ sensu qui cū animali nascitur: illa priora sunt: ex quibus animalis natura cōiungitur. Coniungitur aūt animal atq̄ cōponitur ex quattuor elementis. Quattuor igitur elemēta sensu priora sunt: sed quattuor elementa corpora sunt: corpus vero omne sensibile est. Prius igitur sensibile quā sensus est. Sensus eniz cū re cōposita nascitur: illa vero que cōponūt et sensibilia sunt et priora ipso composito. Uniuersaliter eniz si que due res sint simul: cū quelibet res vna earū prior sit: et altera prior erit vt animal atq̄ sensus cū vtraq̄ simul sint simulq̄ nascantur: cū quattuor elementa que sunt sensibilia priora sint q̄ animal: sensu quoq̄ esse priora necesse est. quocirca conclusit dicens. Quare prius q̄ sensus sensibile esse videtur. Sed qdā quorū porphyrius quoq̄ vnus est astruūt in omnibus verū esse relatiuis: vt simul natura sint: veluti ipsum quoq̄ sensum et scientiā nō precedere scibile atq̄ sensibile: sed simul esse. quā quoniā breuis ē ratio: nō grauabor apponere. Aut eniz si cuiuslibet scientia non sit: ipsum quidē poterit per se permanere. Scibile vero esse non poterit: vt si formaruz scientia pereat: ipse fortasse forme permaneant: atq̄ in priore natura cōsistant: scibiles vero non sint. Cū enim scientia que illud cōprehendere possit non sit: ipsa quoq̄ sciri non potest res. Nanq̄ omnis res scientia scitur: que si non sit: sciri non possit. Porro autē res que sciri non potest: scibilis non est. Hoc idem de sensu. si gustus enim pereat: mel forsitan permanebit: gustabile autem non erit. Ita quoq̄ omnino si sensus pereat: res quidem que sentiri poterant sint: sensibiles vero non sint sensu pereunte. et fortasse neq̄ scientia neq̄ sensus secundum sentientes speculandus est: sed scđm ipsam naturam que sensu valeat comprehendi. Nam res quecunq̄ per naturā sensibilis est: eam quoq̄ in natura sua propriū sensum quo sentiri possit habere necesse est. Et quodcūq̄ sciri potest per naturā: nunq̄ possit addisci nisi quedā eius in natura scientia versaret. Hec porphyri⁹. Sed nos ad aristotelis ordinē textumq̄ veniamus. Nanq̄ ille adiecit quoq̄ alias questiones.

Habet autē questionē: vtruz nulla substantia ad aliquid dicat̄: quēadmoduz videtur: an hoc cōtingat scđm quasdā secundas substantias. nā in primis substātiis necessariū est. nā neq̄ tote neq̄ partes ad aliquid dicūtur. nā aliquis homo non dicit̄ alicuius aliquis homo; neq̄ aliquis bos alicuius aliquis bos. Similiter autē et partes: quedaz eni manus nō dicitur alicuius quedam manus: sed alicuius manus. et quoddaz caput nō dicitur alicuius quoddā caput. sed alicuius caput. Similiter autē et in secundis substantiis: atq̄ hoc quidē in pluribus: vt homo nō dicitur alicuius homo: nec bos alicuius bos: nec lignuz alicuius lignuz: sed alicuius possessio dicitur. In huiusmodi ergo manifestū est quoniā nō est ad aliquid. In aliquibus vero secundis substantiis habet aliquā dubitationē: vt caput alicuius caput dicitur: et manus alicuius manus dicitur: et singula huiusmodi. quare hec fortasse ad aliquid esse videntur.

Contra ea que superius disputata sunt: huiusmodi nodū questionis opposuit. quoniā eniz prima diffinitio relatiuorū fuerat: illa esse relatiua quecūq̄ hoc ipsuz qđ essent aliorū dicerent̄. secundū hāc diffinitionē possunt quedaz substantie videri esse relatiue. quod si sit substātie in diffinitionē accidentiū transeūt. Nam cū sint accidentia relatiua: si quas substātias relatiuas esse cōcedimus in accidentiū numero ponendas esse censebimus sed hoc contrariū est. Si eni substantia in subiecto non est: accidens aūt in subiecto est: qui fieri pōt: vt idē et in subiecto sit et in subiecto nō sit. verū aūt possit q̄dā substantia accidentiū suscipere rationē hoc modo ɔtendū est. Prime nāq̄ substantie ipse quidē ad aliquid nō dicuntur: neq̄ pte primarū substantiarū quas ipsas quoq̄ in primis substantiis numeramus. socrates eni nō dicit̄ alicuius aliquis socrates: nec homo alicui⁹ aliquis homo: nec bos alicuius aliquis bos. nec partes primarū substantiarū que ipse quoq̄ sunt prime substātie. Caput enim non dicit̄ alicuius aliquod caput sed tantū alicuius caput. et manus non dicitur alicuius aliqua man⁹: sed tantū alicuius manus. Quare neq̄ prime substantie neq̄ primarū substantiarū partes ad relationē dici poterūt. Quod si secundas substantias speculemur: nec ipse quoq̄ ad aliqđ dicent̄. Neq̄ eni dicit̄ aīal alicui⁹ esse aīal: aut hō alicui⁹ esse hō. Quod si quis dicat posse esse animal alicuius: vt equū meū vel quodlz aliud: non in eo q̄ animal est: sed in eo q̄ est possessio dicit̄ alicuius et sic non dicitur animal alicuius animal: sed animalis possessio alicuius possessio. Ergo neq̄ prime substātie: neq̄ partes primarū substantiarū: neq̄ secunde substātie ad aliquid dicuntur. Partes aūt secūdarū substantiarū ad aliquid hoc ipsum q̄ sunt dicuntur. Caput eni alicuius caput dicitur: si quidē capitati caput dicimus: et manus alicuius manus. Si quidē ex manu nomen fingere volumus: ad quod man⁹ referri possit: sicut caput ad capitatū: et in aliis quidē reb⁹ eodē modo. Quod si pres secūdarū substātiarū accidētes sint: et ipse secunde substātie accidētes erūt: aut si hoc nō placet: cōstabūt secunde substantie ex partibus accidentibus: quod fieri nequit. Quid igitur dicendū est: aut enim diffinitio relatiuorū corrigenda est aut aliter soluēdā dubitatio. Sed posita atq̄ constituta priori diffinitione que dicit: illa esse relatiua que id quod sunt aliorū dicunt̄: hic questionis

nodus solui non poterit. qd ipse aristoteles hac adiunctione testatur.

Si igitur sufficienter eorum que sunt ad aliquid diffinitio assignata est: aut nimis difficile: aut impossibile est soluere: quoniam nulla substantia eorum que sunt ad aliquid dicitur. Si autem non sufficienter sed sunt ad aliqd: quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere: fortasse aliquid contra ista dicetur. Prior vero diffinitio sequitur quidem omnia relatiua: nō tamen eis hoc est esse quod sunt ad aliquid: quod eaipsa que sunt aliorum dicantur.

¶ Proposita ergo atqz firmata priore relatiuorum diffinitione difficile defendi poterit: aut fortasse nunqz quasdam substantias non esse relatiuas. Nam si ad aliquid illa sunt: quecunqz id quod sunt aliorum dicantur: vt id quod est caput capitati dicitur caput: habebit igitur substantia que est caput ad aliquid relationem. et ita erit substantia relatiua atqz accidens. quod est impossibile. Quare quū proposita atqz constituta priore diffinitione hec incommoditas in disputatione consequitur vt conster ratione nō integre diffinitionis assignatio permutetur. Aut enim non esse integram diffinitionem que supra sit reddita: nec magis illa esse ad aliquid que id quod sunt aliorum dicuntur: potius quam ea quibus ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere. Sed fortasse videatur quibusdam inconsulte legentibus et minime considerantibus: id quod diffiniri oportuerat: hoc in diffinitione esse sumptum. quod est vitiosissimum. Si enim idcirco diffinitio sumitur vt res de qua queritur assignetur: qui magis est aptior diffinitio si re ipsa quam diffinit. in assignatione diffinitionis vtatur. Diffinitio namqz idcirco redditur: vt res de cuius quidem esse dubitatur: diffinitione pateat. Qd si rem ipsam quam diffinit in diffinitione protulerit nihilo planior diffinitio fit: vt si quis hominem diffinire volens dicat hoc ipsum esse hominem quod hominem. Ita quoqz non considerantibus aristoteles relatiuorum diffinitionem reddidisse videbitur. Ait enim esse ad aliquid: quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere. ac si diceret: ea sunt ad aliquid que se ad aliqd quodammodo habent. Sed minutius atqz acutius considerantibus vis integre diffinitionis prompte atqz veraciter apparebit. non enim in eo quod est dici ad aliquid consideramus: sed in eo quod est esse. ea namqz sunt relatiua: que in quadam comparatione et relationis habitudine consideramus vt quaternarius numerus: et hoc ipsum quod est esse dicitur. i. quatuor: et aliud quoddam. i. duplum: vt si ad binarium conferatur. Sed quod de quaternario numero dicimus quaternarium. hoc ad ipsius quaternarij numeri naturam refertur. Quod vero duplum: nō est hoc quaternarij sed duorum ad quod duplum dicitur et ad quod propria relatione duplum est. Binarius quoqz numerus et binarius est et medietas: binarius quidem secundum suam naturam. Medietas vero secundum quaternarij relationem. Quocirca in comparatione quadam atqz in habitudine ea que sunt ad aliquid speculamur. quaternarius enim in eo quod quaternarius est ad aliquid non dicitur: in eo vero quod est duplus duorum: relatiuus est scilicet ad binarium comparatus. Binarius quoqz in eo quod sunt duo ad aliquid non refertur: sed in eo quod est medietas scilicet ad quaternarium comparatus. Ergo vt sit duplus quaternarius nō duobus: sed medietate eget: vt sit medietas binarius: nō quaternario sed duplo opus est. Vides ne vt habitudine quadam et comparatione res aliud in natura retinentes: aliud tamen ad se inuicem sint: et hoc non ex propria sed ex inuicem natura mutuentur. nam quod est duplus numerus ex medio trahit. Quod est medietas ex duplo atqz hoc his que sunt ad aliquid extra euenit. et ideo nihil patientibus neqz permutatis ipsis que ad aliqd referuntur ipsa ad aliqd fiunt nihil enim permutato de quaternario duplus ipse est: si ad binarium referatur: et nihil de binario permutato medietas est binarius: si ad quaternarium dicatur. ergo relatiuorum hoc est esse. i. hec eorum natura atqz substantia est. vt id quod sunt ad aliud referantur. i. non solum referri dicantur: sed etiam referantur. Atqz hoc est quod ait. sed sunt ad aliquid quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere. ac si diceret quorum substantia est ad aliquid aliud referri. et que ita sunt vt ipsa id quod sunt ad aliud referantur et esse eorum sit ad aliquid aliud referri. sed non omnia que dicuntur ad aliud: et esse de alio mutuantur. Illa namqz diffinitio prior maior est. diffinitionem namqz relatiuorum supergressa est includit enim ea quoqz que relatiua nō sunt. et quemadmodum cum dico hominem: mortalem cum esse necesse est: cum vero dico mortalem: nō necesse est esse hominem: ita quoqz ea que hoc ipsum quod sunt ex altero trahunt et esse habent ad alterius relationem: et esse suum ad alterius referunt nuncupationem. Que vero ad aliud tantum dicuntur: non necesse est. vt esse suum ad aliquid habeant relatum: quo posteriorem diffinitionem suscipiant. ista sententia breuiter includatur vt quecunqz hanc diffinitionem susceperint: vt hoc ipsum esse sit ad aliquid quodammodo se habere: habeant eam quoqz diffinitionem: que est relatiua esse quecunqz id quod sunt aliorum dicuntur: que vero hanc habuerint diffinitionem illam nō necessario habeant: vt ea que sunt ad aliqd: etiam ad aliquid dicantur. Sed ea que dicuntur ad aliquid nō omnia ad aliqd sunt. quod si ista diffinitio posterior recipiatur: que dicit ea esse ad aliqd quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodammodo se habere: poterit superior solui dubitatio: quo dicamus id qd ipse posteriore diffinitione secutus est qd dicit ait. Prior vero diffinitio sequitur quidem omnia relatiua nō tamen hoc eis est esse: quod sunt ad aliquid: qd ea ipsa que sunt aliorum dicuntur. hoc est quod non idcirco aliqd relatiuum esse dicitur: quoniam alterius esse dicitur. Sed tunc merito res aliqua relationis nomine continebitur: quotiens nō solum ad aliquid dicitur: sed hoc ipsum esse eius ad aliquid est quodammodo se habere. Quare quid hanc diffinitionem proprium consequatur ipse addidit.

Ex his ergo manifestum est: quod si quis aliqd eorum que sunt ad aliquid diffinite sciet: et illud ad qd dicitur: diffinite sciturus est. Si enim quis nouit aliquid quod eorum que sunt ad aliquid est (est autem esse eorum que sunt ad aliquid: ad aliquid quodammodo se habere) et illud nouit: ad qd hoc quodammodo se habet

¶ Proprium relationis secundum eam que superius dicta est diffinitionem hoc esse confirmat quod si quis id qd est ad aliqd definite sciit quoniam relatiuum est: et illud ad qd referri potest: definite sciturus est quid sit. nam relatiua ea sunt quibus hoc est esse ad aliquid quodammodo se habere. quoniam ut sit quaternarius duplus a binario trahit. Si quis nouit esse quaternarium numerum duplum: et binarium necessario sciturus est esse dimidium ad quem quaternarius duplus est. fieri enim nullo modo potest: ut cum quis nouerit aliquam rem esse relatiuam definite: nō illud quoqz sciat ad qd illa res dicitur definite. huius autem rei vna probatio est que ex diffinitione venit. Diffinita enim sunt illa esse ad aliquid quorum ea esse substantia: vt quodammodo se ad aliqd haberent quod si eo est quaternarium numerum esse duplum qd ad binarium quodammodo coniungatur: nullus quaternarium duplum esse poterit scire: nisi qui sciet medietatem esse binarium: et hoc quidem in omnibus consideratur. Nam si nesciat quis ad quid aliquid referatur eorum que relatiua sunt: illud quoqz ignorabit: vtrum omnino ad aliqd referatur: qd his verbis Aristoteles ait.

Si enim nō nouerit omnino ad quod hoc quodāmodo se habet: nec si ad aliquid quodāmodo se habet sciturus est: sed in singulis palam hoc est: vt hoc si quis nouit diffinite quod est duplū: ⁊ cuius duplū ē: mox diffinite nouit. Si vero nihil diffinite nouit ipsū cuius duplū sit: neqꝫ si est duplū omnino nouit. Similiter aūt ⁊ hoc aliquid si nouit aliquis ꝙ melius ē diffinite: ⁊ quo melius est: necessariū est nosse. Indiffinite autem nō sciet: quia hoc est peiore melius: opinio enim id quidē fit: nō disciplina. non enim sciuit subtiliter ꝙ est peiore melius. si enī sic cōtingat: nihil est peius eo ꝓpter hoc. Quapropter palā est: ꝙ si nouerit quis aliquid relatiuoꝝ diffinite: necessariū est ⁊ illud ad qḋ dicit̄ diffinite nosse.

¶ Huius quoqꝫ rei exempla persequit̄ dicēs: si duplū ad aliquid esse nouimus: scimus quoqꝫ id cuius duplū est. ꝙ si nescimus id cuius est duplū: duplū autē esse cuiuslibet rei ex hoc est: quod ei sit medietas: ipsā quoqꝫ rē que dupla sit: vtrū dupla sit: scire nō possumꝰ. Si igit̄ diffinite nouimus quālibet illā rem esse duplam: ⁊ eā cuius dupla est diffinite nos scire necesse est. Ut si nouit quis andriscum patrē diffinite esse eneę: ⁊ eneā diffinite filiū esse agnoscet. vel si indiffinite nouit: quoniā pater est: indiffinite etiā sciturus est: quoniā filiꝰ pater est: ⁊ rursus si eneā quis indiffinite nouit quoniā filiꝰ est: scitꝰ quoqꝫ est indiffinite: quoniā patris est filius. Manifestum est ergo quoniā ea que sunt ad aliquid: si diffinite ad aliquid esse sciantur: etiā illud diffinite sciendum est: ad quod illa referūtur. Qḋ in substantijs non eodē modo esse Aristotele probamus auctore: qui huiꝰ questionis seriem ita concludit.

Caput vero ⁊ manus ⁊ horū singula que substantię sunt: hoc ipsū ꝙ sunt est scire diffinite. Ad quod autē dicatur: non est necessariū scire. Cuius enim caput hoc: vel cuius manus sit: non est scire diffinite. quare non erunt hęc ad aliquid. Si vero nō sunt relatiuoꝝ: verum erit dicere: ꝙ nulla substātia relatiuoꝝ est.

¶ In capite inquit ⁊ in manu ⁊ in alijs substantijs nō est verum: quoniā si quis aliquid hoꝝ alicuius esse nouit: ⁊ ad aliquid aliud referri: idcirco ⁊ ad quā refertur diffinite sciturus est. Si quis enim operto capite atqꝫ omnibꝰ membris manū foras exerat: manifestū est quoniā manus illa alicuius manꝰ est. cuius aūt manus sit: dici diffinite non pōt. Similiter quoqꝫ opertis oculis faciēqꝫ velata si cuiuslibet caput aspicias: illud quidē caput alicuius esse non dubitas: cuius autē sit diffinite non proferes. Quare quoniā hęc huiusmodi sunt: ut si quis ea diffinite sciat esse alicuius: cuius sint diffinite: sciri non poterunt: a relatiuoꝝ diffinitione: quoꝝ si vna res quelibet diffinite sciatur esse ad aliquid: illa quoqꝫ res ad quā dicitur diffinite scitur: substantię segregātur. Subiciendū tamen est illud quoqꝫ: quod nō oīno verū est in diffinitionibus rem ipsam quę diffinitur: sumi non oportere. Multa enim sunt quę aliter proferūtur ⁊ diffiniuntur: ⁊ aliter accipiūtur: vt si quis dicat album esse colorem nigro contrarium pōt hoc ⁊ in corpore accipi: nāqꝫ ⁊ color album dicitur: ⁊ corpus quod albo participat: albū nominatur. Quocirca ne quis putet tale albū eē diffinitū: qḋ ad participationē albi ⁊ corporis referat̄: ita dicēdū est: albū est qḋ cū in aliquibꝰ est: cū est albi colo: nigro contrariū. Atqꝫ ita rē ipsā in sua diffinitiōe sumimꝰ: qḋ. s. aristoteles ⁊ rem ipsā q̄ diffinit̄ in diffinitione sumi inter verisimilia topicoꝝ posuit argumēta. Nunc autem post relatiuoꝝ disputationē ad maiorem nos de his rebꝰ tractatū studiosus doctor hortat̄ dicēs.

Forasse autem difficile sit de huiusmodi rebus confidenter declarare: nisi sępe pertractata sint. dubitare autem de singulis nō erit inutile.

¶ Quod scilicet nunqꝫ diceret: nisi nos ad maiorē acuminis exercitationē considerationēqꝫ reuocaret. Quod quoniā eius est adhortatio: nos quoqꝫ in alijs de his rebꝰ dubitatiōes solutionesqꝫ ponere minime grauabimur.

[C]onsueta in principio questio est: cur post relationis predicamētū disputationē qualitatis aggressus est: qḋ nimis curiosū ē. Mirabile enim fuerat: cur post quantitatis ordinē nō statim de qualitate cepisset: sed quoniā quantitati quędā relationis admiscuit: ⁊ disputationē de relatione cōtinuauit: idcirco nō est mirabile post expeditā relationis interpositionē ad qualitatis cū ordinē reuertisse: quāqꝫ etiā ex hoc quoqꝫ recta sit series. Nā post magnū paruūqꝫ statim ꝓportio ⁊ quędā ad aliud comparatio consequitur: vt sit aut maius aut minꝰ: aut ęquale vel inęquale: quę sunt ad aliquid. post hęc aūt innasci qualesqꝫ necesse est passiones: quę a qualitatis natura nō discrepant: vt albū: vel nigrū vel calidū: vel frigidū: vel quęcūqꝫ his sunt consimilia: quę predicatio qualitatis includit. Sed est titulus huius propositi de quali ⁊ de qualitate. Quęrit̄ enī cur ei nō aut de quali dixisse aut de qualitate sufficerit: qḋ hoc modo soluitur. Dicimus enī quale nō vno modo: q̄litatē vero simpliciter. Quale enim dicimus ⁊ ipsam qualitatē ⁊ illā rem quę qualitate illa participat ut albedo quidē qualitas est. Quod vero participat albedine albus dicitur: sed ⁊ albedinē ipsam cōmuniter quale dicimus. i. ipsam ꝓprię qualitatē: ⁊ albū dicimus quale illud. s. qḋ superius cōprehensa qualitate participat. Ita ergo ⁊ ipsam qualitatē ⁊ rē quę qualitate participat. qualia cōmuniter appellamus: qualitas vero simpliciter dicit̄. Res enim ipsa q̄ participari pōt: sola qualitas nominatur. Res vero q̄ participat: qualitatis vocabulo non tenetur ut albedo qualitas quidē est: albus vero qualitas nō est. Differunt ergo hoc ꝙ dicimus quale ⁊ qualitas: ꝙ illud dupliciter: illa simpliciter appellat̄. Quocirca quāqꝫ quidā negent hunc titulū Aristotelis esse: idēqꝫ confirmēt posteriorē adiectione signatū: nos tñ dicimꝰ ꝓpter quādā nominū similitudinē demonstrandā vtrūqꝫ posuisse: vt nihil distare videatur: vtrum quale an qualitas id qḋ appositū est predicamentū dicatur. quale enī ipsam aliquotiens rem (vt diximus) qualitatēqꝫ significat. Sit ergo ex rebus sumpta diffinitio qualitatis. ꝙ vero insuꝑ diffinitionē: quodqꝫ superiꝰ in alijs quoqꝫ predicamētis eodē sumus vsi vocabulo nullꝰ arbitretur generalē me diffinitionē voluisse signare: sed diffinitionis nomen in rem descriptionis accipiat. In his enim quę generalissima genera sunt diffinitio quęri non debet: sed descriptio quędā naturę. nō est enī possibile inueniri diffinitionē eius rei: quę genꝰ ipsa sit: ⁊ quę genus nullū habeat. Quocirca his ꝓpositis atqꝫ antea constitutis incipiendū est de qualitate.

Qualitatem autē dico: scdm quam quales quidam dicuntur.

¶ Hic quęrit̄ cur omniū in disceptatione doctissimus tam euidēter abilit qualitatē termino diffinitionis incluserit. Uolentibꝰ enim nobis quid sit qualitas scire ita respondet. qualitas est scdm quā quales quidā dicūtur.

Nihil enim minus erit obscurius atq; ignorabilius: quod ait. secundum quam quales dicuntur: q̄ si de ipsa sola qualitate dixisset. Nam illi sunt quales: qui qualitatē habent: vt sciantur quales prius qualitas cognoscenda est. Amplius quoq; nihil differt dixisse eū qualitatem secundū quā quales quidem dicuntur: q̄ si diceret eam esse qualitatem que qualitas sit. Nā sic qualitatē diffinire volens ait. secundū quā quales quidā sunt. Rursus si quis quales aliquos diffinire voluerit: eodē modo dicere poterit qui in se retinent aliquā qualitatem. quod si qualitas quidē quod sit per quale. quid aūt sit quale: superiore qualitate mōstratur: nihil intererit dicere qualitatē est qualitatē: quā qualitatē esse: secundū quā quales dicuntur. Sed si ordinata diffinitio generalisq; in hoc generalissimo genere poni potuisset: recte culpabilis determinatio videretur. Nunc autē frustra contenditur: cū iam (vt sepe dictū est) descriptionis potius huic loco terminum q̄ alicuius diffinitionis addiderit. Quocirca si designatio tantum quedā et quodammodo adumbratio rei eius de qua queritur et non diffinitio est: absurda calūnia est rebus notioribus res ignotiores probātē nō ante perspecta descriptionis ratione culpare. Illud autem quis dubitet notiores esse eos qui quales sunt illa ipsa ex qua q̄les dicuntur qualitate: vt quilibet albus notior est ipsa albedine. Nā si albedo q̄litas est albus vo albedine. i. a q̄litate denominatus est: albus erit q̄lis noiatus ab albedine q̄litate. Quod si vt dictū ē notior albus ē albedine q̄lis notior erit q̄litate: sicut grāmaticus quoq; notior est grāmatica. grāmaticus quoq; qualis est denominatus. s. a grāmatica qualitate. Omnia enim que sensibus subiecta sūt: notiora sunt nobis q̄ ea que sensibus nō tenentur. Quare nihil impedit describentem et quodammodo naturā rei eius de qua queritur: designantē res ignotiores notioribus approbare.

Est autem qualitas eorū que multipliciter dicuntur: et vna quidem species qualitatis habitus et dispositio dicatur. differt autē habitus a dispositione: q̄ permanētior et diuturnior est. Tales enim sunt scientie et virtutes. scientia enim videtur esse permanentiū et eorum que difficulime mouentur. siquis vel mediocriter sumat scientiam: nisi forte grandis permutatio facta sit vel ab egritudine: vel ab aliquo huiusmodi. Similiter aūt et virtus: vt iusticia et castitas: et singula taliū non videntur posse moueri: neq; facile permutari. Affectiones vero dicūtur que sunt facile mobiles et cito permutabiles: vt calor et frigiditas: et sanitas et egritudo: et alia huiusmodi. Afficitur enī circa eas homo quodā modo: cito autē permutatur: et ex calido frigidus fit: et ex sanitate in egritudinē transit. similiter autē et in alijs: nisi forte in his que contingat per temporis longitudinē in naturam cuiusq; transferri ut insanabilis: vel difficile mobilis existat affectus: quem iā quilibet habitudinē vocet.

Proponit qualitatē multipliciter dici. que res traxit aliquos. vt eis suspicio nasceretur aristotelem credere qualitatē equiuoce nominari. Nā si omnis equiuocatio multipliciter dicitur: qualitas aūt secundū aristotelē ipsa quoq; multipliciter appellatur: secundū aristotelē nomē qualitatis equiuocum est. Nos vero defendimus multipliciter dici esse non vna tantū significatione nominari. Dicitur enim aliquid multipliciter dici: cū et equiuoce dicitur: et diuerso modo cū de suis speciebus multipliciter predicatur. Et cōmunis est multiplex appellatio etiā in his nominibus que veluti genera de speciebus dicūtur velut equiuoca de subiectis. Nanq; et animal multipliciter dicitur. Nam si multe sint species: que animali subiecte sunt: ipsū quoq; multipliciter quodāmodo nominatur. Illā autē multiplicationē nō ad equiuocationē retulisse aristotelē: sed potius vt qualitatē genus esse proponeret. Illa res monstrat: quod ait. et vna quidē species qualitatis habitus affectioq; dicatur. Naz qui speciē dicit esse qualitatis habitū et affectionem: quis eum dubitet ipsam qualitatē vim obtinere generis arbitrari. Cur vero dicit vnā speciē esse qualitatis: cū geminas proposuerit habitudinē scilicet et affectionē. queritur. Naz si vnū idemq; sit habitus et affectio: superflua est eiusdē rei repetita propositio. sin vero differat. quare different inuestigandū est. Genere enim ne different illa res perquenit: quod vtraq; sub qualitate cōstituit. Restat ergo vt aut specie discreparēt aut numero. Sed si specie discreparent. non ab aristotele pro vna specie ponerentur. Reliquum est igitur eas neque genere neque specie differre: sed numero. Habitus nāq; et dispositio idem est secundū speciem: sed numero tantū et propria quadam qualitate dissentiunt. dispositionē vero indiscrete idem quod affectionē voco. Nam sicut socrates a platone nil quidem secundū ipsam humanitatis speciē discrepat: sola tamē proprie persone qualitate disiuncti sunt Ita quoq; dispositio atq; habitus nec potius hoc modo: sed quēadmodū ipse socrates dum esset paruulus: post vero pubescens a seipso distabat. Eodē quoq; modo habitus et dispositio. Nanq; habitus firma est dispositio: affectio infirmus est habitus: vt quēadmodū distat albus color ab albo colore: si in pictura hic quidē permaneat: ille vero statim periturus sit nisi quod is qui permanētior est iam habitu est. Ille vero qui facile periturus est in affectione: ita nihil aliud interest inter habitū atq; dispositionē. Nam quāuis permanētior sit habitus facile vero mobilis dispositio: non nisi tantū diuturnitate differunt permanendi. Unde fit vt genere et specie habitus a dispositione nō discrepet. Quocirca recte que numero solo distabant non specie: sub vnius speciei nūcupatione vtraq; sunt ab aristotele proposita. sed est hec propria differētia q̄ habitus diutissime permanentes dispositiones sunt: Dispositio autē facile mobilis habitus. sed si horū exempla queramus: hec poterūt inueniri. Habitudines sunt vt artes: discipline: virtutes. Nanq; ars non facile mobilis videtur et diutissime permanet. Hoc enim ars ipsa meditatur: vt vsu atq; exercitatione non pereat Quis enim est qui sciens recte grāmaticam nulla vi interueniente validioris passionis amisit. Fertur enī quidam summus orator egritudine febribusq; decoctus omne litterarū amisisse doctrinam: In alijs vero rebus sanus ac sibi constans et in omni re vegetus permansisse. Disciplina quoq; etiam ipsa est in permutationē difficilis. Quis enim sciens triangulū duobus directis angulis tres interiores habere angulos: hanc scientiam preter vim (vt dictum est) fortioris passionis amisit. Uirtutes quoq; ī eodē genere ponēde sunt. Uirtus. n. nisi difficile mutabilis non est. neq; enī qui semel iuste iudicat: iustus est: neq; qui semel adulteriū facit est adulter: sed cum ista voluntas cogitatioq; permanserit. Aristoteles enim virtutes non putat scientias: vt socrates sed habitus in ethicis suis esse declarat. Quocirca constat esse habitus stabiliter permanentes difficillimeq; mutabiles: hoc tantū excepto: vt nō eas vis aliqua maior alicuius permutationis impellat et destruat. ¶ Affectionis vero species sunt: vt calefactio atq; perfrictio et egritudo atq; sanitas: cū ad eas quodāmodo sit homo dispositus atq; affectus: non tamē immutabiliter aut caloris qualitatē habeat aut frigoris: sicut nec perpetuo

sanitatis aut ꝑpetue egritudinis: qn etiã si qua sunt q̃ per longi tẽporis egritudinẽ corporib⁹ immutabiliter in durant: vt ea iam in naturã quodãmodo corporis cuiusqȝ transierunt vt si q̃s ꝑcussus cicatricẽ faciat insanabilẽ. illa ex dispositione ꝛ affectione quidã fact⁹ est habitus. Quocirca recte dictũ est dispositiones inueteratas habitus facere. Nam cũ quelibet dispositio permanens ꝛ difficile mobilis facta sit: illa iam nõ dispositio aut affectio: sed habitus vocandus est.

Manifestũ est autem quoniã hec volunt habitudines nominari: q̃ sunt diuturniora ꝛ difficile mobilia. Nãqȝ in disciplinis nõ multũ retinentes sed facile mobiles nõ dicuntur habitum habere: q̃uis sint ad disciplinas peius vel melius dispositi. quare differt habitus a dispositione ꝙ hoc quidẽ facile mobile est: illud vero diuturnius ꝛ difficile mobile.

Habitus esse qualitates difficile mobiles ꝛ diuturne nimis permanentes hoc argumento confirmat ꝙ eos quibus quelibet scientia traditur: si ab eis non fortiter addiscatur: eius rei quã discunt habitũ retinere non dicimus. Qui enim litteras discens nõdum soluto cursu sermonis: sed syllabatim quodãmodo atqȝ intercise ꝑ imperitiã legerit: eum quidẽ dispositum esse atqȝ affectum dicimus ad scientiã litterarum: non tamen adhuc vllum habitũ retinere. Quare idem quoqȝ est in alijs rebus. Omnes enim quicũqȝ ad aliquã rem dispositi eius rei qua sunt aliquo modo affecti: non diuturnã in se receptionem habent: eos ad illã rem dispositos quidem esse arbitramur: habitũ vero habere non dicimus. Recte igitur habitus diuturnior ꝛ permanentior: dispositio vero facile mobilis neqȝ perdurabilis ab Aristotele proponitur.

Sunt autẽ habitus dispositiones: dispositiones vero non necesse est habitus esse: q enim retinent habitus: ꝛ quodãmodo dispositi sunt ad eos: qui autẽ dispositi sunt: nõ omnino retinent habitum.

Sensus quidẽ talis est: ꝙ omnis quicunqȝ habet habitum: habet quoqȝ in eodẽ habitu dispositionem. Si quis vero habeat dispositionẽ: non sic eum necesse etiam habitũ retinere. Habitus vero ab habendo dict⁹ est. Idcirco quod ab aliquo immutabiliter habeatur: vt glauci oculi: vel adunce nares: vel alicuius artis scientia atqȝ doctrina: que si quis habeat: etiã dispositus ad ea esse dicitur. Si quis autẽ dispositus ad aliquã rẽ sit non eum necesse est etiam habitũ habere: vt si quis negligentius opertus algore quatiatur dispositus quidẽ tunc ad frigus est: non tamen eius retinet habitũ. Videtur autẽ eandem similitudinẽ seruare genus. Nã genus amplius predicatur: et vbicunqȝ species sit: mox quoqȝ nomen generis presto est. Vbi aũt sit gen⁹: non necessario speciei vocabulum cõsequitur: vt si quis ẽ homo: eũ animal esse necesse est. Si quis est animal: non statim homo dicitur. Quocirca cũ quicquid est habit⁹: dispositio sit: quicquid dispositio non omnino sit habitus. Videtur genus esse quoddam habitus dispositio. Sed illud verius: vbi intẽtio est atqȝ remissio: genus intentionis remissionẽ esse non posse. Nã sicut in eo qđ est album ꝛ magis albũ genus album esse non potest. idẽ nanqȝ est album ꝛ magis albũ: nisi forte ꝙ sola discrepant intentione: ꝙ magis album quadã quasi intẽtione augmentoqȝ crescit atqȝ porrigitur. sic etiam habitus atqȝ dispositio cum idem sint: vtraqȝ sola differunt intentione: quod auctior quodãmodo ꝛ incremẽto quodã ꝛ permanentior: firmiorqȝ est habitus dispositiõe. quocirca dispositio habitus genus non est: eodẽ quoqȝ modo nec dispositionis species habitus. Sed nunc quidã ita est habitus: vt nõ per dispositionẽ ceperit. neqȝ per aliquã nondũ durabilẽ qualitatẽ ad perfectũ venerit. statũ aut est nasi curuitas vel certas oculorũ si subita facta sit. Hec enim ab ipso habitu nulla precedente dispositione: ceperunt. forte enim nunq̃ ad ea dispositus fuit aliquis qui adhuc habitũ non haberet. Alij vero habitus intentione fiunt: atqȝ inueteratione dispositionis: vt ea que in artibus doctrinisqȝ versantur. Prius enĩ quis ad ea dispositus est: post vero habitum capit. alia vero nõ intentione sed quadã permutatione ad habitũ veniunt. vt lac quod ex liquido densatur ꝛ constipatur in caseũ. ꝛ vinũ quod ex dulci atqȝ suaui in acidũ austũ saporẽqȝ conuertit. neqȝ enĩ plus nunc vinũ est q̃ fuit ante cũ esset suaue: sed cum quadã permutatione in aliã qualitatẽ habitudinẽqȝ transgressum est. Et de prima quidẽ qualitatis specie sufficienter est dictum.

Aliud vero genus qualitatis est secundum quod pugillatores vel cursores vel salubres vel insalubres dicimus: ꝛ simpliciter quecunqȝ scdm potentiam naturalẽ vel impotentiã dicuntur. Nõ enim quoniã sunt dispositi aliquo modo: vnũquodqȝ huiusmodi dicitur: sed ꝙ habent potentiã naturalẽ vel impotentiã facere quiddã facile vel nihil pati: vt pugillatores vel cursores dicuntur: nõ ꝙ sunt dispositi aliquo modo: sed ꝙ habeant potentiã naturalem hoc facile faciendi. Sanatiui autẽ dicuntur: eo ꝙ habeãt potentiã naturalẽ: vt nihil a quibuslibet accidentibus facile patiantur. Egrotatiui vero eo ꝙ habeant impotentiam naturalẽ nihil facile patiendi. Similiter autẽ his ꝛ molle ꝛ durũ se habent. durum enĩ dicitur: quia habeat potentiã non cito secari. Molle vero ꝙ habeat eiusdẽ ipsius impotentiã.

Secundã speciẽ qualitatis esse commemorat: que ex quadã naturali potentia impotentiaqȝ ꝑuenit: hoc autẽ huiusmodi est: vt cũ aliquos validi corporis inueniamus nõdũ pugiles: neqȝ huius peritia artis imbutos: sed sic eos pugillatores dicimus: nõ in eo ꝙ iã sint pugiles: sed eo ꝙ esse possint: ꝛ si quorum leue corpus aspicimus: surasqȝ non magnas: eos facile moueri cursuqȝ veloces existimamus: q̃q̃ nondũ ad cursus certamen aspirent: nec sint cursores: eos tamen cursores secundũ potentiã nominamus: non ꝙ iam currant: sed ꝙ possint currere: non absurde vocabim⁹. Eodẽ quoqȝ modo eos vocamus salubres vel insalubres: quos valenti corpore vel fragiliore vel ad sanitatẽ aptos vel ad egritudinẽ credimus. Vnde fit vt quosdã egrotos possimus salubres vocare: quosdã vero sanos insalubres dicere: non enim ꝙ iam actu vel sani vel egroti sint: salubres vel insalubres dicuntur: sed ꝙ vel sani diutius esse possint vel egroti. Sed questio est cur cũ de qualitatis speciebus ꝓpositum sit: scdm genus dixerit qualitatis ꝛ nõ speciẽ: ita enim ait. Aliud vero genus qualitatis ẽ scdm qđ pugillatores vel cursores vel salubres ꝛ insalubres dicim⁹. Sȝ qui hoc q̃runt ignorare videntur illud esse solũ gen⁹: qđ super se aliud gen⁹ nõ habeat Illud vero solũ speciẽ: qđ sub se nullas spẽs claudat: illa vero que inter genera generalissima speciesqȝ specialissi

mas sunt cōmuni posse generis ⁊ speciei nomine nuncupari. Quocirca quoniā de ea specie qualitatis aristoteles tractat: que nondū sit species specialissima: sed magis generis prima species: ⁊ huiusmodi spēs q̄ posse esse ⁊ genus: nihil absurdū est eandē ⁊ speciei ⁊ generis loco ponere. Sed ut sunt quedā qualitates: a quib⁹ denominatione quadā facta q̄libet illa res dicitur: ut ab albedine album: vel a luxuria luxuriosum: vel quicquid huiusmodi est: in his que scd̄m potentiā naturalem nō ita est. Ars enim ipsa pugillatoria nō est pposita: a qua pugillatores dicamus. Pugillatores enim nō dicunt ab eo q̄ vsum pugillatorie artis exerceant: sed ab eo q̄ ad eam secundū potentiā naturalē affecti sunt. quocirca quos dicim⁹ pugillatores: a pugillatoria dicti nō sunt neq̄ ab ea denominari possunt: sed magis a pugillatoria arte pugiles ppellāt. Pugilis. n. est: q̄ pugillatoria arte vtit. atq̄ hoc idē in ceteris licet videre. In his ergo nulla certa qualitas ē: a qua cetera nominēt. Sed si qua tamē inuenienda atq̄ exprimenda sit: talis ē quā ipse aristoteles hoc modo denunciat: que sit scd̄m potētiam aliquid faciendi: vel impotentiam aliqd patiendi. Pugillatores enim ⁊ cursores idcirco dicim⁹: q̄ habeāt potentiā faciendi: idest currere atq̄ esse pugiles. Salubres vero denominamus: q̄ ipsi habeant aliquā quodā modo impotentiā aliquid patiendi. qui eniꝫ minus ab extrinsecus accidentib⁹ patitur: hic de sanitate securus est: ⁊ qui de sanitate secur⁹ est: illum salubrē esse re vera possum⁹ predicare. Alia vero est qualitas que secundū nihil patiendi īpotentiā dicit: vt eos quos insalubres vocamus. hi enim īpotentiā habent nihil patiendi: idcirco q̄ habeant potentiā aliquid cito patiendi. quod si quis est qui ab extrinsecus accidentibus aliquid facile patiatur: ille potens est facillime egritudini subiacere: secundū quā potentiā insalubres dicimus. etiam si sint sani. Eodē quoq̄ modo durū dr̄ ⁊ molle. Durū enī est quod habet potentiā non cito secari. quod enim durū est: difficillime aliqua sectione diuiditur. Molle autē quod habeat impotentiā difficili⁹ secari. quod quoniaꝫ molle secatur facile: secundū īpotentiā difficilius secari molle dicimus. Et hec est secunda species qualitatis. nunc transeamus ad tertiā.

Tertia vero species qualitatis passibiles qualitates ⁊ passiones: sunt autē huiusmodi: ut dulcedo ⁊ amaritudo ⁊ austeritas et omnia his cognata. Amplius ⁊ calor ⁊ frigus ⁊ albedo ⁊ nigredo. Et quoniā he qualitates sunt. manifestū est. Quecunq̄ enim ista susceperint: qualia dicuntur secundū eas: ut mel quoniā dulcedinē suscipit: dulce dicitur: ⁊ corpus album eo q̄ albedinem suscipit. Similiter autem sese habent in ceteris.

¶ Tertiū gen⁹ qualitatis pponit: q̄ nos in partē qualitatis speciemq̄ conuertimus passibiles qualitates ⁊ passiones. He autē a se plurimū distāt tamē cū vtraq̄ qualitates sint: vtraq̄ prius docet. post vero que eorū distantia esse videatur edisserit. ⁊ prius eorūꝫ conuenientia proponit exempla. Nam quid sint passibiles qualitates dicens ait. vt dulcedo vel amaritudo: calor ⁊ frigus: ⁊ nigredo ⁊ albedo: ⁊ alia his cognata. hec que superius cōprehensa sunt qualitates esse illa ratione cōfirmat: quā in primordio de qualitatis disputatione ipsi⁹ qualitatis esse reddiderat. Diffinitionē eniꝫ qualitatis esse predixerat scd̄ꝫ quā quales vocamus. Quod si scd̄ꝫ qualitates quales vocamus. ab amaritudine vero vel a dulcedine amarū vel dulce dicitur. A nigredine atq̄ albedine nigrum atq̄ albuꝫ: quis dubitet has esse qualitates: in quibus qualitatis cōuenit diffinitio. Illa enī semper eiusdem nature esse creduntur: quecūq̄ eiusdem descriptionis finibus terminantur: vt si qua res diffinitionē hanc que est animal rationale mortale susceperit eam hominē manifestum esse est. Quocirca si hec quas passibiles qualitates vel passiones dixerat: suscipiunt qualitatis diffinitionē eo q̄ qualia dicunt que illa susceperint: has etiā constat esse qualitates.

Passibiles vero qualitates dicuntur non q̄ hec que illas susceperint qualitates: aliquid patiantur. neq̄ eniꝫ mel quod aliquid passuꝫ sit: idcirco dicitur dulce: nec aliquid aliud huiusmodi. similiter autē his ⁊ calor ⁊ frigus passibiles qualitates dicuntur: nō q̄ ipsa que eas suscipiunt: aliquid passa sint: sed quoniā singula eorum que dicta sunt secundum sensuꝫ qualitatem passionis pfectiua sunt: passibiles qualitates dicūtur. dulcedo eniꝫ quandam passionem secundum gustum efficit: ⁊ calor secundum tactum similiter autem ⁊ alia.

¶ Passibilium qualitatū exempla cōstituerat dulcedinem vel amaritudineꝫ: frigus atq̄ calorem: albedinem atq̄ nigredinem: que cū passibiles qualitates sint: non tamē vno eodemq̄ modo passibiles qualitates dicunt sed longe distāt rationes: quibus hec omnia qualitates passibiles appellantur: vt prius dulcedo vel amaritudo: calor ⁊ frigus passibiles qualitates dicunt. nō quo ea que sunt dulcia: aliquid extrinsecus patiunt: nec vero ea que sunt amara: ex aliqua passione saporem asperū amaritudinemq̄ susceperint. Neq̄ enim mel aliqd passum est: vt ei dulcedo esset in natura. nec vero absinthiū ab vlla aliqua extrinsecus passione amaritudinis horrorem infecit. quocirca hec ⁊ his similia non idcirco dicuntur esse passibiles qualitates: q̄ ipse aliquid passe sint sed q̄ ex his passiones quedam in sensibus dimittantur. Namq̄ ex melle q̄ dulce est dulcedo quedam in gustu relinquitur: simulq̄ etiam calor ⁊ frigus passioneꝫ quandam sensibus faciunt. Patimur dulcedinem cuꝫ aliquid dulce gustamus: simulq̄ scd̄m caloris ⁊ frigoris qualitatem taliū sensuum passionē subimus. Quocirca calor ⁊ frigus: amaritudo atq̄ dulcedo: idcirco passibiles qualitates dicuntur: quod secundū sensuū qualitatem quandā in nobis efficiant passionem: nō q̄ ipsa extrinsecus aliquid patiantur.

Albedo autem ⁊ nigredo ⁊ alij colores nō similiter his que dicta sūt: passibiles qualitates dicunt: sed hoc q̄d he ipse qualitates ab aliquibus passionibus innascuntur.

¶ Quoniam vero passibiles qualitates etiam colores esse dicuntur: id est albedo ⁊ nigredo. Non autem eodem modo passibiles qualitates dicuntur: quemadmodum amaritudo atq̄ dulcedo calor ⁊ frigus: nunc que eorum distantie esse possunt exponit. Amaritudo eniꝫ atq̄ dulcedo non q̄ ipsa aliquid extrinsecus paterētur sed q̄ ipse efficerēt passiones: passibiles qualitates vocabantur. albedo vero ⁊ nigredo contrarie. Non enim q̄ ipse aliquas sensibus passiones imponerent: sed q̄ ex aliis quibusdam passionibus innascuntur. Hoc autē videtur Aristoteles ex eo quodāmodo considerasse: q̄d post ipse proposuit hoc modo.

Quoniam ergo fiunt per aliquam passionē multe colorum mutationes manifestuū est rubescens enim. aliquis rubeus factus est ⁊ timens pallidus: ⁊ vnum quodq̄ talium.

¶ Hoc autem ex non longi temporis passionibus ad passibiles qualitates τ diutissime permanentes acutissima consideratione transfertur. fit enim rationis probabilitas hoc modo. Monstrãtur enim colorum qualitates ex passionibus nasci: q cum verecũdia passio quedam fit: ex ea rubor exoritur: τ cum timor loco passionis habeatur: ab ea pallor metuentis vultũ atq ora defigit. Quare quoniã hi colores ex quadam passione videntur innasci: etiam in naturali colore eandem verisimile est euenisse rationem. Nam quoniã cum verecundia fit: in os omnis sanguis egreditur: τ velut delictum tectu rus effunditur: ita quoq fit rubor ex sanguinis progressione atq in apertum effusione. Quocirca si hoc ex innaturali passione contigerit: naturali facies rubore perfunditur. Pallor vero fit quotiens a facie sanguis ad precordiorũ interiora ingreditur. Quod si hoc quoq naturalis passio det: verisimile est eodem infectum colore petari. Quocirca siue per egritudinem pallor fit: qđ naturale non est: siue per aliquẽ naturalẽ euentũ passionis accidat: ceteraq ad eundem modũ: passibiles qualitates dicunt: eo q ex aliquibus passionibus sint. quod ipse aristoteles hac voce testatur.

Quare vel si quis naturaliter aliquid taliũ passus est: similem colorem oportet eũ habere. Que enim affectio nunc ad verecundiam circa corpus facta est: τ secundũ naturalem passionem eadem fiet affectio: ut naturalis color sit similis.

¶ Nam siue aliquis vel nondũ natus aliqđ patiatur quo faciem sanguis relinquat: siue quolibet alio modo sanguis ex infantis vultu ad interiora migrauit: faciẽ naturalis infecit pallor. τ que nunc non naturales passiones dispositionesq sunt: vt cũ hi colores faciem vel totũ corpus inficiunt. hec si naturaliter contigerint eisdem: similibus signatus coloribꝰ vultus aspicietur. Nunc enĩ cũ estus in superficie vultus sanguinẽ impositũ decorerit. ingredientis perfusi sanguinis rubor reddit colorẽ. Quod si idem aliqua passione in faciem nondũ geniti infantis acciderit: eandem verisimile est affectionem coloris corpus suscipientis inficere. Quare que in coloribus sunt idcirco passibiles qualitates dicuntur: non q ipse aliquid patiantur: sed q ex aliquibꝰ passionibus in cuiuslibet corpus atq ora proueniunt.

Quecunq ergo talium casuum ab aliquibus passionibus difficile mobilibus τ permanentibus principiũ sumpserint: passibiles qualitates dicuntur. siue enim secundũ naturalem substantiam pallor aut nigredo facta est: qualitates dicuntur. Quales enim τ secundũ eas dicimur: siue propter egritudinem longam vel estum aliquid tale contingat: vel nigredo vel pallor: τ non facile preterit: τ in vita permanet: qualitates τ iste dicuntur. Similiter enim quales τ secũdũ eas dicimur.

¶ Dat quoddam signũ quo perspecto valeamus agnoscere: quas harũ omniũ que superadicte sunt: qualitates oporteat appellari. Si enim ita vel casu aliquo vel natura hec qualitates euenerint: vt eorum sit tardus exitus permutatioq difficilis: qualitates vocantur. Si quis enim vel per egritudinẽ vel per naturam pallidꝰ fiat: sitq in eiꝰ corpore permanẽs pallor: tunc qualitas appellatur. τ hoc non in corporalibus solum vitiis: sed etiã in animi quoq affectionibus inuenitur. Si quis enim vel per naturã vel quomodolibet alio postea casu assiduis comessationibꝰ delectetur. τ hoc illi quodãmodo in ipsa mentis dissolutione permaneat: ab eoq difficile moueatur: passibilis qualitas effecta est: idcirco q secundum eam quales dicuntur: quibus illa prouenerit. Niger enim dicitur in quo nigredo permanserit. Comessator: cui voluptas perpetua comessandi est. Est ergo signũ in passibilibus qualitatibus hoc: eas esse imobiles τ permanentes. que autem huiusmodi sunt que facillime permutãtur: τ temporali statu sunt: de his talis aristotelis videtur esse sententia.

Quecunq vero ex his que facile soluũtur: τ cito transeunt fiunt: passiones dicuntur: qualitates vero minime. non enĩ dicimur secundum eas quales: neq enĩ qui propter verecundiam rubeus factus est: rubeus dicitur: nec cui pallor propter timorẽ venit: pallidus est. sed magis quidẽ aliquid passus sit. quare passiones huiusmodi dicunt: qualitates vero minime. Similiter his τ secundum animã τ passiones τ passibiles qualitates dicuntur. Quecunq enim mox in nascendo ab aliqbus passionibus difficile mobilibus sunt: qualitates dicuntur: ut dementia τ ira τ alia huiusmodi. quales enĩ secundum eas dicimur: id est iracundi τ dementes. Similiter autem τ quecunq alienationes nõ naturaliter: sed aliquibus casibus facte sunt difficile pretereuntes τ omnino imobiles: τ huiusmodi qualitates sunt. quales enĩ τ secundũ eas dicimur. Quecunq vero ex his que facile τ citius pretereunt fiũt: passiones dicuntur: ut si quis contristatus iracũdior fit: non enim iracũdus dicitur: qui in huiusmodi passione iracundior est: sed magis aliquid passus. Quare passiones quidem huiusmodi dicuntur: qualitates vero minime.

¶ Quid de his affectionibꝰ indicaret: que ad presens tempus atq ad momentum animis vel corporibus inhererent: ipse non obscura oratione vulgauit. Nam cũ prius eas esse passibiles qualitates pronunciaret: que ex aliquibus passionibus gignerentur: τ tamẽ in subiectis imutabiliter permanerent: nũc illas affectiones que ita sunt in subiectis: vt cito preterẽant: non qualitates sed passiones vocat. Si quis enim propter verecũdiam rubore infectus est: quoniã rubor ille non permanet: rubeus nõ vocatur. Quod si rubeus diceretur: esset quoq ipse rubor passibilis qualitas: quoniã in subiecto corpore diutissime permaneret. Nunc autem quoniã nullo modo rubeus dicitur: cui a verecundia rubor venit: qualitates autem sunt secundũ quas quales vocamur: verecundie rubor non qualitas: sed quedã passio est. nam si esset qualitas: ab eo rubore rubei dicerentur: id est quales: sed hoc non ita est. Non igitur huiusmodi affectiones que non multo durant tempore qualitates vocantur: sed potius passiones. Passus enĩ aliquid dicitur qui propter verecundiã rubeus fit. Eadẽ ratio est in anime passionibus. Nam si ad momentum quis iratus est: non idcirco eum ire aliquis iracundũ vocet: sed si huiusmodi vitiũ in cuiuslibet animo constanter inheserit. Nam si quis vel per naturam vel per egritudinẽ sit lesus corpore: vt vel perpetuã dementiã: vel imobilem incurrat iracundiam: ille vel demens vel iracundus dicitur. Et quecũq alienationes (vt ipse ait) vel secundum naturã vel per casũ permanentes fuerint ille

in passibili qualitate numerentur: idcirco quod secundum eas quales dicimur. Idque autem (ut dictum est) non permanent sed facile transeunt: eas non qualitates, sed solam vocamus passiones. Sed quoniam tres species qualitatis enumeravit: unam secundum quam habitus dispositionesque dicerentur. alteram secundum quam naturalis potentia vel impotentia ad aliquid faciendum vel patiendum subiectarum rerum naturas pararet. tertiam secundum quam passibiles qualitates dicerentur: et hanc tali duplicitate partitus est: ut alias idcirco diceret passibiles esse qualitates, quod ipse aliquas efficerent passiones. alias vero quod ab aliquibus ipse passionibus nascerentur. Querit potest quomodo hec quoque passibiles qualitates distent a prima illa specie qualitatis que secundum habitum dispositionemque proposita est. Nam si quis calorem frigusque persentiat habet quidem qualitatem passibilem: sed tamen in eiusdem ipsius dispositione atque affectione versatur. dispositio namque est ad eundem calorem atque frigus: quem sumpsit atque habuit. quod sciens ipse Aristoteles videns calorem frigusque in utraque specie numeravit. namque et dispositionem dixit calorem atque frigus. et passibilem qualitatem. huius questionis talis solutio est. Nihil impedit secundum aliam atque aliam causam unam eandemque rem gemino generi speciebus supponere: ut Socrates in eo quod pater est ad aliquid dicitur in eo vero quod homo substantia est. sic in calore atque frigore in eo quod quis secundum ea videtur esse dispositus: in dispositione numerata sunt. Secundum vero quod ex aliquibus passionibus innascuntur passibiles qualitates dicte sunt. Ipse vero ab habitu distant id est passibiles qualitates: quod in plurimis ad habitus rebus per artes atque scientias pervenitur: ita ut ipsi habitus ordine et studio quodam perficiantur. Passibiles vero qualitates eo modo minime. Quo vero distent hec passibiles qualitates a secunda specie: que secundum naturalem potentiam vel impotentiam dicitur queritur. Perplana distantia est. Dicimus enim secundum potentie naturalis speciem aliquid dici: non secundum presentem actum: sed secundum id quod ad hoc esse potest. frigus vero calorque et dulcedo vel amaritudo non secundum quod possit esse: sed secundum id quod iam fit consideratur. Quocirca distat hec tertia species a secunda quod hic secundum possibilitatem dicitur: tertia vero secundum actum. Sed quod dudum promisimus passiones affectionum nomine vocabamus hec quoque non longa questio est. Hic enim invenimus quod passio ab affectionibus differre videatur. Si qua enim corpora ita calefacta sint: ut et ipsa quoque aliquem calorem emittere valeant: illa ad calorem affecta nuncupantur. Si qua vero tantum calorem momento susceperint: passiones dicimus: et ab affectibus segregamus: ut hoc sit integrum passionum affectionumque ad habitus augmentum: ut amplificata passio in affectionem transeat: augmentata affectio in habitum permutetur. Et hec quidem de tertia specie qualitatis pronunciasse sufficiat. Nunc quarte speciei vim naturamque vere subtilitatis disputatione confirmat: ut sequens progressus qualitatis distributio conquiescat. Nobis quoque disputatio nisi prolixitas moderanda est. Providendum quoque est ut sufficiens brevitas ordini expositionis adhibeatur: ne aut brevitatem comitetur obscuritas: aut planitiem minus moderata oratio odioso fastidio et longinquitate deformet.

Quartum vero genus qualitatis est figura: et circa unumquodque constans forma. amplius ad hec rectitudo et curvitas: et si quid simile est his. secundum enim unumquodque eorum quale quid dicitur. triangulum enim vel quadrangulum esse quale quid dicitur: et rectum aut curvum.

¶ Quarta est species qualitatis que secundum unamquamque formam figuramque perspicitur. Est autem figura ut triangulum vel quadratum. forma autem ipsius figure quedam qualitas est. ut figura quidem est triangulum vel quadratum. forma autem ipsius trianguli vel quadrati quedam qualitas. unde etiam formosos homines dicimus. Figura enim quedam vel pulchrior: vel mediocris: vel alio quodammodo constituta qualitas formaque nominatur. Has autem esse qualitates nullus dubitat. Siquidem et a figura dicitur figuratus: et a forma formosus. Amplius quoque triangulum etiam a triangulatione denominatum est. et quadratum a quadratura. Quod si ille sunt qualitates: secundum quas quale aliquid appellatur non est qui dubitet formam figuramque esse qualitates: quoniam omnia que his participant: ex his ipsis qualia nominantur. sed quoniam in continue quantitatis speciebus et triangulum et superficies enumerata est: ipsa quidem superficies quantitas est ipsius vero superficiei compositio qualitas. est enim figura (ut geometrici diffiniunt) que sub aliquo vel aliquibus terminis continetur. Sub aliquo quidem: ut circulus: sub aliquibus vero: ut triangulum vel quadratum. quare spacium quidem ipsum: quod ex supradictis lineis continetur: superficies dicitur: que est quantitas. Superficies namque quoniam in dilatione quadam et spatio constat: quantitas est: sed compositio ipsius superficiei qualitas. Nam quoniam tres linee convenienter in se iunctis terminis unum spacium conclusere: quod tribus angulis et tribus lineis continetur: hoc ipsum spacium quod concludunt: ad quantitatem referri potest: quod vero tribus lineis: hoc est qualitas. figura enim est triangula. hoc idem quoque dici potest etiam in linea. Nam quoniam longitudo sine latitudine est: ad quantitatem dicitur: quod recta sive curva est: redditur rursus ad qualitatem.

Rarum vero et spissum et asperum et lene putabuntur quidem qualitatem significare. sed aliena huiusmodi putantur esse a divisione que circa qualitatem est. quandam enim positionem magis videtur utrumque partium significare. spissum quidem est eo quod partes sibi propinque sint. rarum vero eo quod distent a se invicem. et lene quidem quod in rectum sibi partes iaceant. asperum vero quod hec quidem pars superet illa vero sit inferior. Et fortasse alii quoque apparebunt qualitatis modi: sed qui maxime dicuntur fere tot sunt. qualitates itaque sunt que predicta sunt: qualia vero sunt: que secundum hec denominative dicuntur: vel quomodolibet alter ab his.

¶ Quedam sunt que videntur esse qualitates: quoniam ex his aliqua denominative dicuntur: ut lene quoniam dicitur a lenitate: et asperum quoniam dicitur ab asperitate. spissum quoque et rarum a raritate et spissitate nominantur. videntur ergo hec quoque in qualitatibus posse numerari. Sed recte rationem perspicientibus nec solum auribus que dicuntur: sed etiam mente atque animo iudicantibus in qualitatibus hec poni non oportere manifestum est. Nam quod dicimus rarum: positio quedam partium est non qualitas. Nam quia ita partes a se separate distant: ut inter eas alieni generis corpus possit admitti: ideo rarum vocatur ut spongia et pumex: quoniam in eorum cavernis surculus vel aliud quid immitti potest: ita ut inter rimas partium sit: idcirco rarum dicitur. Porro autem spissum: quoniam ita sibi partes vicine sunt atque ad se invicem stricte: ut inter eas nullum corpus possit incidere: atque ideo spissum vocatur: ut est ferrum vel adamas. Positio ergo quedam partium his inest non qualitas. nec vero illud quoque distat: quod dicitur lene. Nam quoniam

partes ita sunt posite: vt neutra superet: neutra sit minor: sed equalibus extremitatibus iuncte sunt: ideirco quedam lenitas est: vt adducta manus illam: que ex equalitate iunctis partibus nata est: sentiat lenitatem: vt est argentum. Asperitas vero est partium non equalis positio sed aliarum eminentium aliarum vero depressarum vt cuius alie partes eminent: alie vero depresse sunt. Ergo secundum vniuscuiusque partium positionem vel raritas vel spissitudo vel asperitas vel lenitas corporibus est. Non igitur hic secundum qualitatem dicuntur sed potius secundum positionem. Positio autem in relationis genere nominata est. Non igitur he qualitates sed potius relatiue sunt. Et enumeratio quidem specierum qualitatis aristotelis hic terminatur. Non sunt tamen putande solum esse qualitates: quas supra posuit. Ipse enim testatur esse quoque alias qualitates: quas modo omnes numerare neglexit. Sed cur neglexerit multe sunt cause. Primum quod elementi vicem hic obtinet liber nec perfectam scientiam tradit sed tantummodo aditus atque pontem quendam in altiora philosophie introitum pandit. Quocirca si hoc ita est: tantum dicere oportuit: quantum ingredientibus satis esset: ne eorum animos nondum ad scientiam firmos multiplici doctrine subtilitate confunderet. que vero hic desunt in libris qui μετα τα φυσικα inscribuntur apposuit. Perfectis namque vel ius illud non ingredientibus preparatur. Est quoque alia causa vt nos ad exquirendas alias qualitates non solum propriorum dictorum sed etiam nostrorum aliquid inueniendi incitator admitteret. Quocirca concludit eas que maxime dicerentur: quas supra proposuit esse qualitates. Illa vero dici qualia que secundum predictas qualitates dicerentur. sed quoniam addidit. vel quomodolibet ab his. que sit huiusce propositionis sententia prius appositis aristotelis verbis sequens expositionis ordo docebit.

In pluribus quidem et pene in omnibus denominatiue dicuntur: vt ab albedine albus et a grammatica grammaticus: et a iustitia iustus. Similiter autem et in aliis. In aliquibus vero eo quod non sunt posita qualitatibus nomina non contingit ab eis denominatiue dici: vt cursor: aut pugillator qui secundum valitudinem naturalem dicitur: a nulla qualitate denominatiue dicuntur. Non enim posita sunt nomina valitudinibus: secundum quas isti quales dicuntur: sicut in disciplinis: secundum quas vel pugillatores vel palestrici secundum affectionem dicuntur. Pugillatoria enim et palestrica disciplina dicitur. Quales vero ab his denominatiue hi qui ad eas afficiuntur dicitur. Aliquando autem et posito nomine denominatiue non dicitur id quod secundum ipsum quale dicitur: vt a virtute studiosus dicitur. Virtutem enim habendo studiosus dicitur: sed non denominatiue dicitur a virtute. Non autem in pluribus hoc tale est. Que autem dicuntur qualia: aut denominatiue a predictis qualitatibus dicuntur: aut aliquo modo aliter ab his.

Multe inquit sunt qualitates: quibus positis et proprio nomine nuncupatis ab his alia denominatiue dicuntur: vt ea que ipse planissime adiecit exempla. Nam cum albedo cuiusdam nomen sit qualitatis: ab eo dicitur albus. Eodem quoque modo et grammatica cum rei sit nomen: ab ipso quales dicuntur. Grammatici enim a grammatica nominantur. atque hoc est in pluribus vt posito nomine si quid secundum ipsas qualitates quale dicitur: ex his ipsis qualitatibus appellatio deriuetur. Alie vero qualitates sunt in quibus cum nomen positum non est. tamen quales dicuntur. quales quidem quia alia qualitate participant: sed non secundum eam qualitatem quales dicuntur: ex quasi his esset qualitatibus nomen positum: poterant appellari vt in ea qualitate que secundum potentiam naturalem dicitur. Illi enim quidem quales dicuntur: hi qui secundum ipsam potentiam nominantur: que tamen (vt dictum est) nullo proprio nomine nuncupantur. Nam qui pugiles appellantur ab arte pugillatoria. ideirco ab ea pugiles dicuntur quod ad eandem ipsam artem pugillatoriam quodammodo affecti sunt. Iam enim pugiles ab arte pugillatoria predicantur. Qui vero nondum pugiles sunt sed esse possunt non secundum ipsam artem id est pugillatoriam: sed secundum potentiam pugillatorie artis pugillatores vocantur. Ipsi autem potentie que nomen proprium positum non est. Nam quemadmodum a cursu cursores: a palestra palestrici: a pugillatoria pugiles distinctis qualitatum vocabulis appellantur: non eodem modo est etiam in vniuscuiusque rei potentia naturali. cursus enim potentia naturalis: secundum quam cursores vocamus: et rursus potentia pugillandi: vel potentia palestrizandi suo nomine distincta non est. Cur enim dicitur cursor si interrogemur de eo qui nondum est cursor: dicimus secundum potentiam naturalem. Cur palestricus eodem quoque modo naturalem potentiam respondemus. Quare pugillator qui nondum est pugilis ab eadem quoque potentia naturali nominatur. Si igitur haberet hec naturalis potentia proprium nomen. ita distinctis vocabulis appellaretur vt in his qualitatibus in quibus proprium nomen est positum: vt in cursu vel palestra vel arte pugillatoria. et hoc est quod ait. In aliquibus vero propterea quod qualitatibus nomina non sunt posita: impossibile est ab his aliquid denominatiue dici. Vt hec scilicet demonstraret cursorem quidem qui iam curreret a cursu esse dictum cursorem. vero qui secundum potentiam currendi diceretur non vocari a cursu sed tantum a potentia cuius potentie nomen proprium non esset positum. Quare hec omnia que secundum potentiam naturalem dicuntur a nulla qualitate denominatiua sunt. Ideirco quod qualitates a quibus denominari possunt: propriis nominibus carent. que vero ita sunt. vt non ex potentia. sed ex affectione dicantur ab his qualitatibus ad quas sese aliquo modo habent denominatiue dicuntur quod Aristoteles hoc protulit modo dicens. Non ita esse secundum potentiam naturalem: quemadmodum etiam in disciplinis secundum quas vel pugillatores vel palestrica secundum affectionem dicuntur. Pugillatoria enim disciplina dicitur et palestrica: quales vero ab his denominatiue qui ad eas sunt continentes dicuntur. Docuit igitur omnia que a quibusdam qualitatibus dici preferentur: vere quoque a qualitatibus non predicari: vt in his quibus qualitatibus nomen proprium non est. Illud quoque monstrauit hoc in pluribus euenire: vt de propositis qualitatibus qualia denominatiue dicerentur. Restat ergo quod reliquum est vt dicat esse quasdam qualitates quarum cum nomen sit positum: ab his ipsis tamen que illarum rerum participant denominatiue non dici: vt virtus. Nam cum virtus qualitas sit (est enim habitus quidam omnis vero habitus qualitas) Ergo quicunque virtute participat: non secundum eam denominatiue dicitur. In denominatione enim querendum est vt semper idem permaneat nomen. In eo autem qui virtute participat nulla virtutis denominatio est: vt qui bonitate participat: bonus dicitur: qui iustitia iustus et alia huiusmodi. Qui vero virtute participat aut probus nominatur aut sapiens: sed neque probus neque sapiens a virtute denominatiua sunt. Ideirco quod vtrunque nomen a virtute longe dissimile est. quod ipse facit. Aliquando autem posito nomine denominatiue non dicitur quod secundum ipsum quale dicitur. Et eius rei proponet non

omisit exemplum. sed hoc in multis non potest inueniri pauca enim sunt (vt ipse ait) in quibus posito qualitatis nomine que his participat a superiori qualitate qualia non dicantur. Dat autem his qualitatibus pluralitatis calculum: ex quibus qualia nominantur. ea que his participant. Nam (vt ipse ait superius) in pluribus ⁊ pene in omnibus denominatiue dicuntur. Quocirca recta diffinitio est ⁊ proprio ordine constituta. Namq; in principio hoc solum dictum est esse qualitatem secundum quam qualia dicerentur. Sed quoniam sunt quedam quorum qualitates ipse proprijs nominibus carent que vero his participant: suis vocabulis appellantur: vt in naturali potentia. Et rursus sunt quedam: que in qualitatibus quidem habeant propria nomina. In his vero que ad eas ipsas qualitates essent affecta: nulla ex propositis qualitatib9 denominatio fieret: hoc addidit. Ab omnibus qualitatibus aut denominatiue dici qualia: que illis qualitatibus participarent: aut quomodolibet aliter. i. siue posito nomine qualitatis de eo non dicerentur: que illa participarent: vt in eo quod est virtus: siue ipsi qualitati positum nomen non esset: vt in eo quod est potentia naturalis. Quare quoniam in his duabus qualitatibus: in quibus vel posito nomine non secundum nomen que sunt qualia denominatiue dicuntur: vel cum ipsis qualitatibus nomen positum non sit: neutra ipsorum predicatio denominatiue sit. Ad concludendum omnem terminum qualitatis ait: aut denominatiue qualia a qualitatibus appellari: aut quomodolibet aliter ab ipsis: vt non denominatiue: sed aliquotiens quidem secundum potentiam: aliquotiens vero secundum eandem qualitatem virtutis eadem enim qualitas est virtutis ⁊ sapientie. quocirca concludit ita qualia dici quecunq; ex his qualitatibus denominatiue dicerentur: vel quomodolibet alio ab ipsis modo. Digestis in ordine prius omnib9 qualitatibus ex eorum conclusione reperta: consueto ordine vnaqueq; proprietas vestigatur.

Inest autem ⁊ contrarietas secundum quale: ut iusticia iniusticie contraria est: ⁊ albedo nigredini ⁊ alia. similiter autem ⁊ ea que secundum eas qualia dicuntur: ut iustum iniusto: ⁊ album nigro. non autem in omnibus hoc est. rubeo enim vel pallido aut medijs huiusmodi coloribus nihil contrarium est qualitatibus existentibus.

Dicit in qualitatibus quedam esse contraria: atq; hoc probat exemplis. albedo namq; ⁊ nigredo contraria sunt ⁊ quecunq; albedine nigredineq; participant. hoc est enim quod ait: ⁊ secundum eas qualia que dicuntur. nam sicut albedo nigredini contraria est: ita quoq; alb9 nigro. sed hoc qualitatis proprium non est. nam cum rubrum ⁊ pallidum qualitates sint: alijsq; etiam colores huiusmodi in his contrarium non est. nullus enim dicit aliquid rubro vel pallido esse contrarium. nam quoniam album ⁊ nigrum extremitates quedam colorum sunt ⁊ longissime a se distant: contraria sunt. Medietates vero contraria non habent. Nam si quis ponat rubrum nigro esse contrarium longissimeq; distant que sunt contraria. Longissime igitur nigredo a rubore distabit. ⁊ rursus albedo a nigredine plurimum distat. Erit igitur nigredini rubor atq; albedo contraria: vniusq; rei duo contraria inueniuntur. quod fieri non potest. Non est igitur nigredini contrarius rubor. Similiter autem monstrabimus ⁊ in alijs medijs coloribus contrarium non esse. Quocirca si huiusmodi coloribus contrarium nihil est: non in omni qualitate contrarietas reperitur. quod si ita est: suscipere contraria qualitatis proprium non est. At vero nec in ipsis quoq; formis que manifeste qualitates sunt: contrarietas inuenitur. nam neq; circulus quadrato: neq; quadratus triangulo. nec vlla figura vlli figure potest esse contraria. Quocirca manifestum est suscipere contraria non esse proprium qualitatis. Sed quoniam sunt quedam in qualitate que sibimet videantur esse contraria: vt iustitia ⁊ iniustitia hinc quedam questio solet oriri. Dicunt enim quidam iustitie iniustitiam non esse contrariam. putant enim quod dicitur iniustitia priuationem esse iustitie: non tamen contrarietatem. Contraria enim proprijs nominibus non contrarij priuatione nominari: vt album nigro. habere tamen iustitiam aliquam contrarietatem: cuius adhuc proprium nomen non sit inuentum: quod omnino falsum est. Multe enim habitudines priuationis vocabulo proferuntur: vt liberalitas ⁊ illiberalitas: prudentia ⁊ imprudentia: que nunq; virtutibus opponerentur: que sunt habitus: nisi ipse quoq; habit9 essent: ⁊ in animis habentium immutabiliter permanerent. At vero neq; illud verum est omnes priuationes negatione proferri. Surditas enim cum sit auditus priuatio: sine negatione profertur: eodem quoq; modo cecitas. Nullus enim dicit inauditio: neq; inuisio: nec aliquid huiusmodi. sed tamen surditas cecitasq; nominantur proprijs nominibus: cum sint illa in habitu visus: auditus: illa in priuatione ponenda. Igitur iusticia iniusticie contraria est. Tradit ergo regulam ea que contraria sunt sub quo genere conuenienter aptentur: quam regulam his verbis ipse perscribit.

Amplius si ex contrarijs vnum fuerit quale: hoc palam est quoniam reliquum erit quale proponenti ex singulis alia predicamenta: ut si est iusticia iniusticie contrarium quale autem est iusticia: quale igitur est iniusticia. nullum enim aliorum predicamentorum aptabitur iniusticie nec quantitas nec ad aliquid: nec vbi: nec omnino aliud quicquid nisi quale. sic autem ⁊ in alijs que secundum quale contraria sunt.

Si ex duobus inquit contrarijs manifestum fuerit vnum eorum contrariorum sub qualitate poni: simul manifestum erit quod etiam eius contrarium conuenienter qualitati supponatur: simulq; demonstrat iniustitiam esse qualitatem. Nam si iustitia apertissime qualitas est: idcirco quod neq; quantitas: neq; ad aliquid: neq; vbi: nec quando: nec aliud vllum predicamentum est: nec sub vllo alio genere poni potest nisi sub sola qualitate: cum ei contraria sit iniustitia: non est dubium iniustitiam quoq; qualitati subnecti: quod ipse quoniam planius dicit: ⁊ ipsa exemplorum luce vulgauit: ad aliud nobis est transeundum.

Suscipit autem qualitas magis ⁊ minus. album enim magis ⁊ minus alterum altero dicitur: ⁊ iustum alterum altero magis ⁊ minus dicitur: sed ⁊ ipsa crementum suscipiunt: cum candidum namq; sit: amplius contingat candidum fieri: non tamen omnia sed plura. Iustitia namq; a iustitia si dicatur magis ⁊ minus potest quilibet ambigere: similiter ⁊ in alijs affectibus. quidam enim de talibus dubitant. iustitiam namq; a iustitia non multum aiunt magis ⁊ minus dici: nec sanitatem a sanitate. Minus autem alterum altero habere sanitatem aiunt: ⁊ iustitiam minus alterum altero habere: sic autem ⁊ grammaticam: ⁊ alios affectus. Sed tamen ea que secundum eos affectus dicuntur: qualia indubitanter recipiunt magis ⁊ minus. grammaticior

enim alter altero dicitur ⁊ iustior ⁊ sanior. similiter ⁊ in alijs.

¶ Aliud quoqȝ propriū protulit: quod tractata ratiōe ab integra proprietate qualitatis exclusit. Ait enim qualitates posse vel intendi vel minui. Posse enim dici alterum altero plus album vt [illegible] ⁊ que candidiora sunt marmora. ⁊ iustum alterum altero magis ⁊ minus dicimus. Nanqȝ iustius aliquid factum: nec non iustissimum est. In quibus autem comparationes sūt: his magis minusqȝ dici manifestū ē. hoc quoqȝ modo ipsum album vel alia qualitas non solum contra alterā eiusdem speciei comparata ⁊ intentione crescit ⁊ relaxatione minuitur: sed etiam ad seipsā recipit comparationem. Dicitur enim nunc quidem argentum candidius esse q̃ antea cum fuerit detersum. Sed cū hec ita sit: nō est magis minusqȝ suscipere propriuȝ qualitatis. neqȝ enim sola qualitas magis minusqȝ suscipit. hec enim intentio ⁊ relaxatio in his quoqȝ que sunt ad aliquid inuenitur vt in eo qđ ē equale ⁊ inequale possum dicere plus equale vel minus: ⁊ in ceteris huiusmodi. nec vero omnes qualitates suscipiunt magis ⁊ minus quod ipse sic ponit. Non autem in omnibus hoc est sed in pluribus. Dubitabit enim quis an iustitia magis esse iustitia dicatur: similiter autem et in alijs affectionibus. quidaȝ vero in hoc dubitant. dicunt enim iustitiam iustitia nō magis vel minus dici: nec sanitatem sanitate. minus autem habere alterum altero sanitatem dicunt: ⁊ iustitiā minus alterum altero habere. In hoc tres fuere sententie. Quedam nāqȝ dicebant in omnibus secundum materie habitudinē reperiri posse magis ⁊ minus. Propriū nāqȝ esse materie corporumqȝ intentiōe crescere ⁊ minui relaxatione. que quondā platonicorum sententia fuit. Alia vero que secundum certissimas verissimasqȝ artes atqȝ virtutes non diceret esse magis ⁊ minus. Secūdū autē medias dici posse: vt hec ipsa grammatica atqȝ iustitia non dicitur magis grammatica neqȝ magis iustitia. Esse autem quasdam alias mediocres artes: in quibus idipsum posset euenire. Tertia est de qua aristoteles loquitur q̃ ipsas quidem habitudines nulla intentione crescere: nec diminutione decrescere putat: sed eorū participantes posse sub examine comparationis venire vt de his magis minusue dicatur. Sanitatem nanqȝ ipsam ⁊ iustitiam alteraȝ altera magis minusue nō esse. Neqȝ enim quisqȝ dicit magis esse sanitateȝ alia sanitate. Sed hoc solum dicere possumus magis sanitatē habere aliquem .i. esse saniorem: ⁊ magis sanum ⁊ minus sanum. Dicimus ergo q̃ ipse quidem qualitates non suscipiunt magis ⁊ minus. Qui vero scđm eas quales dicitur: ipsi sub comparatione cadunt: vt iustior ⁊ sanior ⁊ grammaticior. Nanqȝ ipsa grammatica .i. litteratura non suscipit magis ⁊ minus. nullus enim dicit alteram altera magis esse grammaticam: sed eum qui grāmatica ipsa participat. Dicimus litteratum quem a litteratura scilicet denominamus: litteratus autē suscipit magis ⁊ minus: vt donatus grammaticus plus erat etate iam prouecta grammaticus .i. litteratus quā cum primum ad huiusmodi studia deuenisset: ⁊ q̃uis hec ita habeant: tamen inuenimus aliquas qualitates: in quibus indubitate comparatio inueniri non possit: vt sunt quas ipse supposuit.

Triangulus vero ⁊ quadrangulus non videtur magis ⁊ minus suscipere: nec aliqua aliarum figurarum.

Hec eniȝ que ex quarta specie qualitatis dicta sunt: magis minusue nulla ratione suscipiunt. nullus enim dicit plus esse alium circulum q̃ alium: nec magis esse illud trianguluȝ q̃ illud. dicitqȝ fortasse maior est: magis autem non dicit. Huius autem rei hec ratio est: vt cū sit trianguli diffinitio. figura que sub tribus rectis lineis continetur. si qua sunt que hanc diffinitionem in se suscipiunt: vt ⁊ ipsa tribus rectis lineis cōtineātur: proprie triangule forme sunt. eodem quoqȝ modo ⁊ circulus ita diffinitur. Circulus est figura plana: que sub vna linea continetur: ad quam ex vno puncto qui intra ipsam est omnes que exeunt linee eque sibi sunt. Rursus quadrati diffinitio talis est. Quadratuȝ est quod quattuor equalibus lineis ⁊ quattuor rectis angulis continet. Que cunqȝ igitur vel circuli diffinitionem suscipiunt: vel quadrati: equaliter vel circuli vel quadrate forme sunt. Si que vero non suscipiunt: nullo modo sunt. Si que vero sunt que neqȝ quadrati suscipiunt diffinitionem neqȝ circuli: neqȝ quadrata sunt neqȝ circuli vt est figura que parte altera longior dicitur. Illa eniȝ ita diffinitur: parte altera longior figura est. que sub quattuor lineis continetur: rectisque angulis que quattuor linee eque sibi quidem non sunt contra se vero posite hinc sibi eque sunt. ergo quia huiusmodi figura neqȝ circuli diffinitionem capit: neqȝ quadrati equaliter neqȝ circulus neqȝ quadratus est. Si qua enim cuiuslibet forme diffinitionē suscipiunt: omnino eadem sunt. Ut qui circuli circulus qui quadrati quadratus: qui triāguli triangulus: qui parte altera longioris parte altera lōgior: ⁊ in ceteris eodem modo. Si que vero non suscipiunt: vt trianguluȝ circuli diffinitionem non capit: neqȝ omnino circulus ē nec potest dici. Iter quadratum ⁊ trianguluȝ: quoniam vtraqȝ circuli diffinitionem non capiunt. quadratum quidem plus esse circulum: triangulum vero minus. omnino enim vtraque a circuli ratione disiuncta sunt: quod his verbis ab aristotele tractatur.

Que cunqȝ enim diffinitionem trianguli suscipiunt ⁊ circuli. oīa similiter trianguli vel circuli sunt. Eorum vero que non recipiūt: nihil magis alteraȝ altero dicitur. nihil enī quadratū magis q̃ parte altera longior forma circulus est: nullus enim ipsoruȝ recipit circuli rationem. Simpliciter autē si vtraqȝ nō recipiunt propositam rationem. non dicetur alterum altero magis. Nō ergo omnia qualia recipiunt magis ⁊ minus. horū itaqȝ que predicta sunt: nihil est proprium qualitatis.

¶ Nam et si hec diffinitio facit: ut de monstret rationē cuiusque substantie: quecunqȝ diffinitione disceptant illa etiam ipsa nature substantia disceptabunt. Neqȝ igitur si q̃ cuiuslibet rei propositae siue trianguli siue quadrati diffinitionē nō capiūt: ab eiusdē oratio nature dis iuncta sunt. Quocirca neqȝ triāgulū neqȝ q̃dratū neqȝ circulus: neqȝ quicquid horum est: suscipiunt magis ⁊ minus. Sed cum hec qualitates sint: nō omnes qualitates eque magis minusue suscipiunt. Quod si neqȝ in omni qualitate intentio diminutioqȝ puenit: neqȝ in sola: quod hec eadem in relatione reperias: nō est magis minusue suscipere propriū qualitatis. Quoniam igitur qualitatis propriū esse dicendum est: id ergo planissime ipse subterposuit.

Similia vero ⁊ dissimilia secundum solas dicuntur qualitates. Simile enim alterum alteri non est scđm aliud: nisi scđm illud q̃ quale est. quare propriū erit qualitatis scđȝ eam simile ⁊ dissimile dici.

¶ Simile inquit ⁊ dissimile sole retinent qualitates. Nam q̃uis simile ad aliquid sit tamen hoc ipsum quod dicimus simile non dicimus nisi quod quale est. Nam si eadem qualitas sit in duobus: illa in quibus est similia sunt. nec est aliud predicamentuȝ: scđm q̃ simile ⁊ dissimile dici possit. ⁊ de alijs quidem omnibus notum est

quoniam de vllo nõ dicitur. Quod si quis de quãtitate dici posse secundũ eam simile atq; dissimile: monstratũ est scd̃m quãtitatẽ non simile ⁊ dissimile: sed equale ⁊ inequale predicari. Et quoniã per singula queq; pergentibus ⁊ in omnibus idem qualitatibus inuenitur: ⁊ in nullo alio predicamento esse perspicitur: recte hoc ꝓpriũ qualitatis esse firmauit. Sed quoniam cũ de his que referuntur ad aliquid tractaretur: affectus atq; habitus in his que sunt ad aliquid numerauit. Nunc vero easdem quoq; qualitati supposuit: ipse sibi quandã obiecit questionem: cur si prius sub his que ad aliquid referuntur: ista subiecerit: nunc sub qualitatibus easdem posuerit. Superius nãq; monstrauit ea que essent a se diuersa: easdem species habere non posse. cũ dicat diuersorũ generũ ⁊ non subalternatim positorũ diuerse specie differentie sunt. Quocirca cum relatio atq; qualitas diuersa sint genera: easdem vtriq; supponi species non oportet. hoc est enim quod dicit.

At vero non decet cõturbari. ne quis nos dicat de qualitate propositionem facientes multa de relatiuis interposuisse. habitus enim ⁊ dispositiones horũ que ad aliquid sunt: esse dicebamus. pene enĩ in omnibus talibus genera ad aliquid dicũtur: nihil aũt eorum que singula sunt. Nam cum disciplina genus sit: hoc ipsũ quod est alterius dicitur: alicuius enim disciplina dicitur. eorũ vero que singula sunt: nihil ipsum quod est alterius dicitur: ut grammatica non dicitur alicuius grãmatica: nec musica alicuius musica: sed forte scd̃m genus hec ad aliquid dicuntur: ut grammatica dicitur alicuius disciplina non alicuius grammatica: ⁊ musica alicuius disciplina non alicuius musica.

Quapropter que quidem singularia sunt: non sunt ad aliquid.

¶ Quã questionem validissima argumentatione dissoluit his scilicet verbis. Pene enim ea que sunt in omnibus his generibus ad aliquid dicuntur. Eorũ vero q̃ sunt singillatim idest species nihil huiusmodi sunt. Hec enim est argumentatio: quam greci ἐπιχείρημα vocant. In huiusmodi affectionibus atq; habitudinibus: que interea sunt genera: eas solas ad aliquid posse reduci. que vero species essent illorũ generum: non posse inrelatiuis: sed in qualitatibus numerari: vt scientia cũ sit habitudo habet sub se alias habitudines grãmaticã ⁊ geometricam. In hoc igitur scientia ipsa quod genus est ad aliquid semper refertur. dicimus enim scientiam alicuius scientiam. Grammaticã vero que eius species est nullus dicat alicuius esse grammaticam. dicatur enĩ si fieri potest grammaticã aristarchi esse grãmaticã. Sed omnia quecunq; dicũtur ad aliquid conuertuntur. Dicitur ergo ⁊ aristarchus grammatice aristarchus: quod fieri non potest. Non igitur grammatica aristarchi: vt ad aliquid dicitur. Est etiam hec argumentatio nõ species sed huiusmodi genera ad aliquid appellari: vt cum ipse quidem species ad aliquid non dicantur: ut grammatica non dicitur alicuius grammatica: si quando tamen est vt species ad aliquid referatur: id non secundum se sed scd̃m genus: vt grammatice quoniã genus est scientia: q̃ relatiua est. si quis grammaticam ad aliquid referre contendat: non potest scd̃m ipsam grammaticam eã ad aliquid predicare sed secundũ scientiam. i. scd̃m genus suum. Non enĩ dicitur grammatica alicuius grammatica: sed fortasse grammatica alicuius scientia. Non ergo grammatica scd̃m grammaticam ad aliquid dicitur: sed scd̃m scientiam. Et hoc est quod ait. vt grammatica nõ dicatur alicuius grãmatica: nec musica: sed fortasse scd̃m genus proprium iste dicuntur alicuius: vt gramatica alicuius dicatur scientia: non alicuius grãmatica. Ergo singularum specierum nihil est quod aliqua relatione predicetur. Genera vero harum specierum relatiua sunt que paulo superius diri. qd̃ enĩ ait pene enĩ in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur. Eorum vero que sunt singularia nihil. hoc demonstrare voluit: genera ipsa habitudinum dispositionũq; esse relatiua: species vero generũ quas singillatim esse dixit: ad aliquid nullomodo predicari. Quas idcirco esse singillatim vocauit quia grammatica vna est: ⁊ rursus musica vna: scientia vero nõ vna. Recte igit̃ species scientie singillatim esse nominauit. Constat igitur q̃ genera huiusmodi habitudinũ dicantur ad aliquid: species vero ad nihil aliud propria predicatione referantur. Quocirca quoniam huiusmodi species relatiuas non esse demõstrauit: nũc q̃ reliquũ est qualitates esse confirmat.

Dicuntur autem secũdum singula quales. Hec enim ⁊ habemus. Scientes enim dicimur: q̃ habemus singulas scientias aliquas. Quare hec erunt etiam qualitates: que singularia sunt secundũ quas etiam quales dicimur. Hec autem non erunt eorum: que sunt ad aliquid.

¶ Illas esse qualitates superius confirmatũ est: ex quibus aliqui quales vocarentur. nos autem idcirco grãmatici dicimur: non q̃ vniuersalem scientiam: sed q̃ ipsam grammaticam habeamus: ⁊ hoc vere dicit. Idcirco nos dici scientes: quia grãmatici sumus: potius q̃ idcirco grãmaticos quod aliquam scientiã retinemus. Nullus enim a generali scientia grãmaticus aut scieñs: nisi a singillatim scientia sciens grãmaticusq; perhibetur. Igitur quoniã ex his habitudinũ speciebus quales vocamur: ipse species in qualitate numerande sunt. Sed cum quis grãmatica participat: de ea etiam gen⁹ dicitur: ⁊ scd̃m eam non solum ad grãmaticam: sed ad scientiam quoq; coniungitur. Dicitur enim idcirco sciens: ergo quoniã habens grãmaticam: ⁊ sciens ⁊ grammaticus dicitur: non potest vlla scientia participare: q singulas non habuerit. qui enim cunctis speciebus caret: illi quoq; genere ipso carendũ est. Quare quoniam has species habemus: ⁊ scd̃m eas quales dicimur: ut a grãmatica scientes ⁊ grãmatici nuncupamur: has autẽ ipsas species monstratũ est ad aliquid non referri. Recte igitur huiusmodi habitudines que in alterius relatiuis species sunt: in qualitate enumerate sunt. Quod si quis hoc quoq; inuit⁹ accipiat: aliud addit quo totuz questionis vinculũ soluetur. ait enim.

Amplius si contingat hoc ipsum ⁊ quale ⁊ relatiuũ esse: nihil est incõueniẽs in vtrisq; hec generibus enumerare.

¶ Nam cum sit verũ vnã eãdẽq; rem duobus diuersis generibus non posse esse suppositam: illud tamen conuenit scd̃m aliud atq; aliud vnam eandem ꝑ se etiam duobus generib⁹ posse subnecti: vt in eo quod supra dictũ est. cũ socrates substantia sit pater vero ad aliquid: cũq; substantia discrepet atq; relatio: nihil tamen est inconueniens eundem ipsum socratem in eo q̃ homo est substantie supponi: in eo q̃ habet filium relationi. quocirca si scd̃m aliam atq; aliam rem duobus generibus eadem res quelibet diuersissimis supponatur nihil incõueniens cadit. Ita quoq; ⁊ habitudines in eo q̃ alicui⁹ rei habitudines sunt in relatione ponunt in eo q̃ scd̃m eas quales dicuntur: in qualitate numerantur. Quocirca nihil est inconueniens vnã atq; eandẽ rẽ scd̃m diuersas nature sue potentias geminis ⁊ si cõtingat plurib⁹

adnumerant generibus. Quocirca quoniam de quantitate tractatum est nos quoq; orationis cursum ad reliq̃ predicamenta vertamus.

De facere ⁊ pati.

r — Recipit autem facere ⁊ pati contrarietatem ⁊ magis ⁊ minus. calefacere enim ⁊ frigidum facere cõtraria sunt: ⁊ calefieri ⁊ frigidum fieri: et delectari ac contristari: quare recipit contrarietatem ⁊ magis ⁊ minus. calefacere enim dicitur magis ⁊ minus: ⁊ calefieri magis ⁊ minus: ⁊ cõtristari magis ⁊ minus Recipit igitur magis ⁊ minus facere ⁊ pati. de his itaq; tanta dicantur. Dictum est autem ⁊ de situm esse in his que ad aliquid sunt: q denominatiue a positionibus dicitur. ⁊ de reliquis autem quando ⁊ vbi ⁊ habere eo q manifesta sunt: nihil de his vltra dicitur: quã quod in principio dictum est: quia habere quidem significat calciatũ esse: armatum esse. vbi autem ut in lycio: quãdo ut heri. Et alia que de his dicta sunt: de ppositis itaq; generibus sufficiãt dicta.

¶ Decursis quattuor predicamentis que aliqua questione ⁊ consideratione egere videbantur: tenuiter cetera breuiterq; perstringit. Et de facere quidem ⁊ pati nihil in hoc libro: nisi q contraria suscipiant vel intentionem immutationemq;: ab aristotele est disputatum. Alijs vero eius operib⁹ plene ab eo perfecteq; tractata sunt: vt hoc ipsum de facere ⁊ pati in his libris quos ΠΕΡΙ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ΚΑΙ ΦΘΟΡΑΣ inscripsit. De alijs quoq; pdicamẽtis nõ illi minor i alijs operib⁹ disputatio fuit. vt de eo qđ est vbi ⁊ quando in physicis: ⁊ de omnibus q̃dẽ alti⁹ subtiliusq; in libris. quos ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ vocant exquirit. Hic de facere quidẽ ⁊ pati ipse planissime posuit posse eas suscipere contrarietates. Dicimus enim calefacere ⁊ frigidum facere: quod scilicet ad faciendum refertur. Dicimus aquam calefieri ⁊ frigidam fieri: quod nihilominus ad patiendi dicitur predicamentũ. Magis quoq; ⁊ minus suscipere apertissimis demonstrat exemplis. Sic enim magis calefacere ⁊ minus: ⁊ magis calefieri vel minus dicitur atq; hec hactenus. Ipse enim hec apertissime posuit. Est autem eorũ descriptio talis: quod in faciendo quidem actus quidam a quolibet in aliam rem veniens consideratur. In patiendo autem in eo ille actus consideratur: in quem venit. Actus enim ⁊ passio simul in physicis esse monstrata sunt. Et de facere quidem ⁊ pati ad presens tempus hec disputata sufficiant.

De situ ⁊ positione.

d — Dictũ est de situ in relatiuis quoniã denominatiue a positionibus dicitur. Positio quidẽ quoniã ipsa est alicui⁹: in his q̃ sunt ad aliquid. numerata est. sed quoniam omnis res que ab alio denominatur: aliud est q̃ idipsum a quo denominata est: vt alius est qui est grãmatic⁹ atq; grãmatica: q̃uis grammaticus a grãmatica denominetur. Ita cũ sit positio relatiua. quicquid denominatiue a positionibus dicitur hec relatiuorũ genere non tenetur. Positio autem ipsa relatiua est. positum vero est a positione denominatum. Statio enim cuiusdam statio est. Stare vero quoniam a statione denominatum est: non ponitur in eo genere in quo statio fuit. Quare sub relatione hoc predicamentum non inuenitur. Sed quoniã nihil est ad quod hoc reducere genus atq; aptare possimus: dicendum est suũ esse genus. Ut accumbere ab accubitu: stare a statione ⁊ cetera quidẽ: que idcirco se aristoteles exequi denegat: quoniam planissima sunt ait enim. De reliquis vero. idest quãdo ⁊ vbi ⁊ habere ppterea quia manifesta sunt nihil de his vltra dicitur q̃ quod in principio dictum est ⁊ eorum predicta ponit exempla.

De vbi ⁊ quando.

d — Dicendum est autem breuiter de predicatione que est vbi ⁊ quando: sicut ipsuz ad aliquid per se esse non potest: nisi ex alio aliquo naturam trahat: ita ⁊ quando vel vbi esse non possit: nisi locus ac tempus fuerit. Locus enim vbi: tempus vero quando comitatur. Non est autem idem tẽpus ⁊ quãdo: nec vbi ⁊ locus: sed proposito prius loco si quaeres in eo loco sit posita: vbi esse dicitur. Rursus si certa res in tempore est: quãdo esse perhibetur: ut appollinares ludi: cum sint in tempore: quando eos esse dicim⁹. Habent autem hec quoq; proprias diuersitates: vbi quidem: quod aliquotiens infinite dicitur. Alicubi enim esse dicimus aliquem ut Socratem: aliquotiens autẽ diffinite ut in foro vel in academia. habet quoq; vbi secundũ ipsum locum in quo est aliquas contrarietates Sursum enim esse ⁊ deorsum vbi esse dicitur. Temporum quoq; varietates in eo predicamẽto quod est quãdo esse manifestum est. futura enim ⁊ presentia preterita q; in quando predicamento veniunt. Dicimus enĩ fuisse aliquando scipionem consulez romanũ. nunc esse orientis imperatorem qui nunc anastasius appellatur futurum autem esse aliquem: qui scilicet sc̃dm quando predicamentum dicuntur.

De habere.

h — Habere autem est quiddam extrinsecus veniens neq; innatuz ei a quo habetur: aliudq; q̃ est illud ipsum a quo habetur: in se retinere: ut armatum esse vel vestitum esse. Habere enim est vestes atq; arma: que cum eo nata non sunt neq; aliqua cũ eo qui habet communi natura proprietateq; iunguntur. sed quoniam de his aristoteles tacuit nobis quoq; nunc eorũ longior tractat⁹ omittend⁹ est

De oppositis.

d — De oppositis autem quotiens solent opponi dicendum est. dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter: aut vt ad aliquid aut vt contraria: aut vt habitus ⁊ priuatio: aut vt affirmatio et negatio. opponitur autem vnũquodq; istoruz ut sit figuratim dicere: ut relatiua: ut duplum dimidio. ut cõtraria: ut malo bonum. ut secundũ priuationem ⁊ habitum: ut cecitas visui. ut affirmatio ⁊ negatio: ut sedet nõ sedet.

¶ Expeditis omnibus predicamentis cur preter propositum operis in hanc oppositorum disputationez sit ingressus a multis ante quesitum est: sed Andronicus hanc esse adiectionem Aristotelis non putat: simulq; illud arbitratur: idcirco ab eo fortasse hanc adiectionez de oppositis: ⁊ de his que simul sunt: ⁊ de priore: ⁊ de motu: ⁊ de equiuocatione habendi esse non factã: q hũc libellũ ante topica scripserit: qđq; hec ad illud opus non necessaria esse putauerit: sicut ipse categorie pfsunt ad scientiã topicorũ: ignorãs. s. q sufficienter in topicis quantum ad argumẽta pertinebat ⁊ de his omnibus que adiecta sunt ⁊ de predicamẽtis fuisse propositũ. Sed hec Andronicus Porphyrius vero hãc adiectionẽ vacare ⁊ carere ratione nõ putat. Cui⁹ hãc prodidit causaz. Cum enĩ multa sunt: quare q cõmunibus cõceptionibus nõ sese suggererent: in huius libri principijs ab Aristotele predicta sunt: vt de equiuocis ⁊ vniuocis: ⁊ denomina

tionis: ⁊ de his omnibus: que cuncque scilicet ad substantie disputationē ad ipsorum cōmentorum vtilitatē cognitionemque predicta sunt ⁊ ita quedā fuisse: que essent quidem in cōmunibus sensib⁹: egerent tamē vberioris diuisionis modo hec diligenter supposita sunt: vt qd essent prope tenerent: ne falsis opinionib⁹ traduct⁹ [illegible] animus laderetur. Docet autē hoc: inqd etiā ipse ordo cōgruus rationisque cōueniens titulorum hanc adiectionē fuisse perutilem atque necessariā. Prius enī de oppositis: post vero de his q simul sunt: ⁊ de his que posteriora sunt. Post autē de motu: ad postremū de huiusmodi equiuoci. ide sermonē faciens seriem terminauit. Ideirco q in omnibus quidē predicamētis ante quesiuit: verū possint habere contraria. In his vero que sunt ad aliqd. dixit magnū paruo non posse esse cōtrariū sed oppositum. Quod vero esset oppositū: dicere pretermisit: ne ordo disputandi cōtinuus rūperetur. Hoc igitur recte: quod illic pretermiserat: prius edocuit. In relatiuis quoque de his que sunt prius: queque simul natura gignunt: summatim tetigit. quod non diligenter explicat. Faciendi vero patiendique predicamēta sunt: in quib⁹ quidā quasi motus agitatioque cōsideratur. Necesse igitur fuit de motu dicere: qui naturā faciendi vellet ostēdere. Quis autē dubitet cuiuslibet illius sermonis equiuocationē mōstrare esse perutile. Quare quoniā habere quoque pdicamentū est: non fuit incōueniēs neque superfluū de habēdi equiuocatione tractasse. Illud quoque queritur vtrum oppositionis nomē equiuoce predicetur. Dicimus enī quatuor modis opponi. Aut vt cōtraria: aut vt ad aliquid: aut vt habitū ⁊ priuationē: aut vt affirmationē ⁊ negationez. Hic ergo cōtenditur: verū equiuocatio quedā circa has quatuor diuersitatē cō fit: an id ipsum quod dicim⁹ oppositū: generis vice predicet: vt sit vniuocuz. Sed in hoc Stoicorum peripateticorumque diuersa sentētia fuit: vt ipsi inter se peripatetici diuersa sectati sunt. Stoicorum quoniā longa sententia est: pretermittatur. aliis autem peripateticis placet nomē hoc oppositi de subiectis equiuoce pdicari: ita affirmātibus: quoniā aristoteles ita dixit. de oppositis quotiēs solent opponi dicendū est. hoc idem quotiēs ad multiplicitatē pertinet equiuocationis. Sed qui melius iudicauere: hi oppositionis nomen generis loco dicūt debere predicari: ideirco q cū nomē oppositionis de subiectis quatuor oppositionibus predicetur: ab his quoque diffinitio non oberret. Sunt enim opposita que in eodē scdm idem in eodem tempore circa vnā eandēque rem simul esse non possunt. quod per singula queque pergentibus in singulis oppositis inuenit. Namque albuz ⁊ nigrū que sunt cōtraria vno eodemque tempore circa vnū idemque corpus partēque corporis simul esse non possunt. nec seruus atque dñs eiusdez eodē tempore idem seruus idez dominus est. nec habitus ⁊ priuatio. quis eniz dicat in eodē oculo vno eodemque tēpore ⁊ visum posse esse ⁊ cecitatem. Iam vero affirmatio ⁊ negatio quā repugnantes sint: quāque in eodez simul esse non possint: nulli dubiū est. Quare si ea que sub oppositione ponūtur: oppositionis nomē diffinitionēque suscipiunt: quid est dubium oppositionē non equiuoce prediceri. His igitur positis ad eorum distantias differentiasque veniamus.

Quecunque igitur ut relatiua opponūtur: ea ipsa que sunt oppositorum dicuntur: aut quomodolibet aliter ad ea: ut duplū ipsuz qd est alterius dicitur duplum. sed ⁊ sciētia scibili tanq̃ relatiua opposita est: ⁊ dicitur sciētia hoc ipsuz qd ē scibilis. ⁊ scibile hoc ipsuz quod est ad oppositum dicitur: id est ad scientiam. Scibile enim aliquo dicimus scibile. i. scientia. Quecunque ergo opposita sunt tanq̃ ad aliquid: ipsa que sunt aliorum dicunt aut quocunque ad se inuicē.

¶ Ea quidem huius oppositionis que scdm relationē dicūtur: ⁊ per seipsa plana atque vulgata sunt: ⁊ superiori relationis disputatione iam cognita. Illa enī sunt ad aliquid quecunque id quod sunt aliorū dicuntur vel quomodolibet aliter ad ea: vt seruus domini seruus: ⁊ dominus serui dominus: ⁊ magnum ad paruum dicitur: ⁊ rursus paruus refertur ad magnum. quod si hoc in relatiuis omnibus inuenit nulla est dubitatio: quin etiā in his hoc deprehendi possit q scdz ad aliquid opponūtur: vt ea ipsa id quod sunt oppositorum dicantur vel quomodolibet aliter ad opposita: vt si est seru⁹ domino oppositus domin⁹ serui dicatur: id est oppositi sui: ⁊ rursus si dominus seruo oppositus est domini seruus dicatur. Paruum vero ad magnum ⁊ magnum ad paruuz id est ad oppositum sibi. Atque hoc quidem in omnibus scdm ad aliquid oppositionib⁹ inueniri necesse est. Quocirca sit hec proprietas eorū que scdm ad aliquid opponūtur: q ea ipsa que sunt ad opposita referuntur: ⁊ ipsorū esse dicuntur. his ergo ante constitutis docet differentiam qua inter se ea que scdm contrarietatem dicuntur: vel ea que scdm ad aliquod: discrepant ⁊ dissentiunt. ait enim.

Illa vero que vt contraria: ipsa quidez que sunt: nullo modo ad se inuicē dicuntur: contraria vero sibi inuicem dicuntur. neque enī bonum mali dicitur bonuz sed contrariuz: nec album nigri album sed contrariū: quare differunt a se inuicē he oppositiones.

Dictum est in his que scdm ad aliquid opponūtur: q ea ipsa id qd sunt ad id quod sibi est oppositū dicerētur. Contraria vero ipsa quidē opponuntur sibi: sed id qd sunt ad opposita non dicuntur. Contraria autem dicuntur. Hoc autem huiusmodi est. Bonū malo contrariuz dicimus esse. ⁊ rursus malū bono. Nigruz quoque albo contrariū putamus nihilominus quoque album nigro. Sed cum hoc arbitramur: nō tamen dicimus ea id qd sunt esse oppositorum. Si enim diceremus id quod est bonum esse oppositio sui non diceretur bonuz malo esse contrarium: sed bonum esse mali bonum. Nec ita predicationem quis faceret nigrum albo esse contrarium: sed nigrum albi esse nigruz. Hoc est enim id quod est nigrum dici ad oppositum suum. Si quis dicat nigrum albi esse nigrum. qd quoniā nō dicitur: ea ipsa que sunt non dicuntur oppositorum: ea que sibi scilicet vt contraria videntur opponi. Sed quoniam dicimus bonū malo contrarium: ⁊ nigrū albo contrariū: quamq̃ id quod sunt oppositorum non dicuntur: tamen ad opposita vt contraria nominantur. Atque hoc est quod ait. Ipsa quidem que sunt nullo modo ad se inuicem dicuntur. Contraria vero sibi inuicem dicuntur. Non enim dicitur bonū mali bonū. hoc ē enī id qd est oppositi predicare. sed dicimus bonū malo contrarium. Quocirca differunt ea que similiter vt ad aliquid opponuntur: his que scdz cōtrarietatem sibi sunt opposita: q ea quidem que scdz relationem opposita sunt: id quod sunt oppositorum dicū tur. Illa vero que vt contraria: ipsa quidem quod sunt oppositorum nomine minime: sed tñ contraria predicātur: vt bonū contrarium esse dicatur oppositi sui non boni. Dicimus enim bonū malo contrarium: cū non dicimus bonum mali bonū. Sed quoniaz differentiā scdz ad aliquid oppositionis contrariorūque monstrauit ipsorum inter se contrariorum differentiam diligentiusque persequitur.

Quecunqꝫ vero contrariorū talia sunt: vt in quibus nata sunt fieri vel de quibus predicant̄: necessariū sit alterū ipsorum iesse: nihil horū est mediuꝫ. Quorum vero non necessariū est alterum inesse: horuꝫ omniū aliquid est mediū omnino: vt languor ⁊ sanitas in corpore animalis natura habent fieri ⁊ necessariū est alteruꝫ esse animalis in corpore vel languorē vel sanitateꝫ. Sed ⁊ par ⁊ impar de numero predicātur: ⁊ necessariuꝫ est alterū in numero esse aut abundās aut perfectuꝫ. ⁊ nihil est in medio eorum neqꝫ inter languorem ⁊ sanitatē: neqꝫ inter abundans ⁊ perfectum. Quorum vero non est necessariuꝫ alterum inesse: eorum est aliquid medium: vt nigrum ⁊ albuꝫ in corpore natura habent fieri: ⁊ nō est necessarium alterum horum inesse corpori: non eniꝫ omne corpus aut album aut nigrū est. sed prauū ⁊ studiosum predicatur quidē de homine ⁊ de alijs multis: sed nō est necessariuꝫ alterum horum inesse illis de quibus predicantur. non enī omnia vel praua vel studiosa sunt. sed est horum mediū aliquid: vt albi quidem ⁊ nigri fuscum ⁊ pallidum: ⁊ quicunqꝫ alij sunt colores. praui vero ⁊ studiosi quod neqꝫ prauū neqꝫ studiosum est. In aliquibus itaqꝫ nomina posita sunt his que media suntut albi nigri fuscum ⁊ palliduꝫ. In aliquibus autē nomina quidē medio assignare idoneuꝫ nō est: sed per vtrorūqꝫ summorum negationem quod medium est determinatur: vt neqꝫ bonum neqꝫ malum neqꝫ iustuꝫ neqꝫ iniustum.

Breuis contrariorū partitio hoc modo facienda est. Contrariorū alia sunt habentia medietatem. Alia vero non habentia. ⁊ eorū quorū est aliqd mediū in alijs plures medietates: i alijs vero vna tantū medietas īuenit̄. Atqꝫ horū aliq̄ medietates ꝓprijs nominib⁹ appellant̄. In aliquib⁹ vero ipse quidē medietates ꝓprijs appellationibus carent: contrariorum vero negatione signantur Sed hec que dicta sunt: a primordio repetētes proprijs probemus exemplis. Illa vero contraria que medio carent talia sunt: vt necesse sit alterū eorum proprio inesse subiecto: vt est egritudo ⁊ sanitas. Omne enim corpus in quo egritudo sanitasqꝫ versatur: aut egrum aut sanum est. Atqꝫ ideo quoniā egritudo ⁊ sanitas medietate carent: alterutrū eorū inhęret ei subiecto: in quo vtraqꝫ nata sunt fieri: ⁊ de quo predicantur. Nā quoniā in corpore animalis sanitas ⁊ egritudo fieri nata est: idest ita fieri solet: ⁊ ita omne natū est animal: vt aut sanum esse possit aut egrū. Et quoniam de animalis corpore aut sanuꝫ aut egruꝫ predicat̄: necesse est quoniā hō medio carēt in omni corpore animalis aut egritudinē aut sanitatem esse. Quocirca eorum que medio carent: necesse alterum inter esse subiecto. ⁊ quecūqꝫ talia sunt vt alterū ipsoruꝫ subiecto inesse necesse sit: nulla inter ea medietas clauditur. Illa vero contraria in quibus aliqua medietas est non sunt talia: vt eorū necesse sit alterū inesse subiecto. Nam in illis que medio carent: idcirco alterutrum subiecto inesse necesse est: quia eorū medietas nulla est: que possit interea subiecte inesse substantie: vt in numero. quoniam paritas ⁊ imparitas medium nihil habent (Omnis enim numerus aut par aut impar est: nec est quod preterea numero inesse possit) ideo numer⁹ aut par aut impar est. In his vero que inter se medietatem aliquā complectuntur: non est necesse semper alterū contrariorū inesse. Potest nanqꝫ inesse medietas: vt in colore: quoniaꝫ albū atqꝫ nigrum contrarietatis vice diuersa sunt. habent autem medium quod est rubrum vel palliduꝫ: idcirco non omne corpus vel albū vel nigruꝫ est: quoniā potest aliquādo in subiectis corporibus albi atqꝫ nigri medietas inueniri. Uidemus nanqꝫ rubrū corpus vt rosam multosqꝫ preterea flores: quos veris temporis clementia parturit. Recte igitur dictum est: eorum quorū non sunt aliqne medietates alterū semper inesse subiectis: ⁊ in quibus necesse est alterum inesse: fieri non posse quin illic medietas vlla sit. Eodem quoqꝫ modo ⁊ que medietates habent: non necessario alterutra subiectis inesse: ⁊ que nō ē necesse alterutra subiectis inesse nō est dubiū: quin illic quedā possit esse medietas. sed ī aliquib⁹ quidē plures ī aliquibus autē vna est medietas: vt in colore inter albū atqꝫ nigrum plures medietates sunt. Est eniꝫ quidē (vt dictuꝫ est) rubrū: est quoqꝫ palidū: eodē modo venetuꝫ. ⁊ multa preterea huiusmodi. In calido vero atqꝫ frigido vna medietas est que dicitur tepor Horum autem quibus vna medietas est in alijs nomē est positum: in alijs non. Et positum quidem nomē est vt inter calidū frigidūqꝫ hanc enī medietatem tepidum esse predicamus. Non est vero positum in eo quod aristoteles ipse sic dixit. Improbi vero ⁊ probi: quod neqꝫ probum est neqꝫ improbū. Nam quoniaꝫ bonum atqꝫ malum sibi sunt contraria: non autē necesse est omne qđ boni malive susceptibile est: vel bonum esse vel malum Idcirco dixit bonū malūqꝫ cum sint ꝯtraria: habere quādam medietatem: cui nomē posituꝫ quidē non sit: sed nihilomin⁹ eam quis inter has contrariorum naturas inueniet. Nā quod dictum est a posterioribus inter bonū malūqꝫ esse ea que dicantur indifferentia: vt est inter virtuteꝫ atqꝫ turpitudinē: que vtraqꝫ sibi sunt contraria. Diuitie ⁊ pulchritudo: que (vt stoici putant) neqꝫ mala neqꝫ bona sunt: atqꝫ idcirco indifferentia nominauere. sed hoc ipsum quod dicimus indifferens: apud priores nomen non erat: ⁊ a posterioribus inuentum est. Aristoteles autem qui hoc noīe vsus nunqꝫ est: ait probum atqꝫ improbum habere quidē aliquaꝫ medietateꝫ verūtamē eā nullo nomine nuncupari: sed eaꝫ vtriusqꝫ contrarij negatione diffiniuit. Ait enim medietateꝫ probi atqꝫ improbi esse quod neqꝫ probuꝫ esset neqꝫ improbum vt iusti atqꝫ iniusti medietas est: quod neqꝫ iustū neqꝫ iniustum est. Sed ne videatur inconueniens aliquid negationib⁹ diffiniri: ipse ait. In aliquib⁹ vero nō est nomine assignare medietatem: vtriusqꝫ vero negatione diffinitur. Nanqꝫ vbi est vna medietas: si vtraqꝫ contraria sint remota: sola tantum medietas permanebit: vt in eo quod est bonū ⁊ malum: quoniā his medietas vna est sublato bono atqꝫ malo solum quod neqꝫ bonū neqꝫ maluꝫ est relinquitur. Quocirca tota rursus diuisio breuiter assumenda est. Eorum que sunt cōtraria quorum necesse est semper alterum inesse his in quibus ea scđm propriam naturā inesse contingunt: ea nullam inter se retinent medietatem: vt in corpore sanitas ⁊ egritudo: in numero paritas atqꝫ imparitas. Quecunqꝫ vero in his in quibus esse possunt: non ita sunt: vt eorum necesse sit alterum inesse: hec aliquā inter se qualitatem medietatis amplectuntur: vt albedo atqꝫ nigredo: rubrum: frigidum atqꝫ calidum teporem. Horum autem alia sunt que vnam solam continent medietatem: alia vero que multas: ⁊ multas vt inter albū atqꝫ nigrum pallidum venetum que medietates sunt. Inter calidum atqꝫ frigidum vna sola est medietas tepor. Horum autem que vnam retinent medietatem: in alijs nomina sunt posita vt in eo ipso calore ac frigore. Est enim tepor medietas

caloris atqꝫ frigoris. In aliquibus vero nomen positũ non est: vt in eo quod est bonum atqꝫ malũ iustũ atqꝫ iniustũ. in his enĩ medietas nomẽ positũ nõ habet. sed vtrorũqꝫ contrariorũ negationibꝰ diffinitur: vt dicimꝰ eã esse boni atqꝫ mali medietatem: quod neqꝫ bonũ est neqꝫ malũ: eamqꝫ esse iusti ⁊ iniusti medietatem: que vtraqꝫ cũ trãnetate summota: vtrorũqꝫ negatione relinquitur: vt est neqꝫ iustũ neqꝫ iniustum.

Priuatio autem ⁊ habitus dicitur quidẽ que habent fieri circa idẽ aliquid: ut visio ⁊ cecitas circa oculum. vniuersaliter autem dicere est: in quo natus est habitus fieri: circa hoc idem dicitur vtrũqꝫ horum.

¶ Tertiam speciem proposite oppositionis exequitur eam que scdm habitum priuationemqꝫ dicitur: atqꝫ in ea vnam similitudinem posuit: que illi est cum contrarietate coniuncta. Nam sicut ea que sunt cõtraria circa idẽ sunt: vt album: quoniam semper in corpore est: nigrũ quoqꝫ semper est in corpore: ⁊ iusticia que virtus semper animo inserta est. Iniusticia quoqꝫ mentis est vitium: ita quoqꝫ ea que scdm priuationem habitumqꝫ dicuntur: circa idem semper necesse est inueniri: vt quoniã visus habitus est (habemus enĩ visum) ⁊ visus est in oculo ⁊ circa oculum. Cecitas quoque que priuatio visus est preter oculum non est. Auditus etiam qui habitus est: quoniã circa aures est: eius quoqꝫ priuatio que surditas dicitur: ab auribus non recedit. ita ⁊ circa quod fuerit habitus: circa idẽ ipsiꝫ illius habitus priuatio consideratur. Atqꝫ hinc regulam dat. Uniuersaliter enim dicit in quo fit habitus: in eo fieri priuationẽ. Quid võ sit priuari continuata dispositione subiunxit.

Priuari autem tunc dicimus vnũquodqꝫ susceptibiliũ habitus: quando id quod natum est habere: ⁊ quando natum est habere: nullo modo habet.

¶ Quid sit priuatio hac aristoteles diffinitione concludit. Neqꝫ enim quecunqꝫ non habent visum: ceca dicũtur: nec vero surdũ est omne quod non sentit auditum. nemo enim neque parietem cecum dixerit: nec surduꝫ lapidem: nec quicquid huiusmodi est. Sed ea sola priuari dicimꝰ habitu: quecũqꝫ aut habuere habitum eoque caruere: aut habere potuere ⁊ nõ habẽt. Parietẽ autem idcirco non dicimus cecum: qꝛ in eo visus naturaliter venire non potuit. Paruos vero catulos quibus visus non est: non satis digne aliquis cecos esse pronunciet. Eo enim tempore nondum naturaliter visuꝫ habere possunt. Si vero exhaustis diebus: quibus his oculi patefieri ⁊ lucem haurire naturaliter possunt: non habeant visum: eos cecos esse manifestuꝫ est. At vero neqꝫ ostrea dicuntur edentula: quoniam naturaliter non habent dẽtes. sed nec infantulos quibus adhuc nõdũ huiusmodi etas ẽ: vt habeant dẽtes vocamꝰ edentulos. sed si aut is qui ante habuit dentes amiserit: aut quo iam tempore habere naturaliter debet: dẽtes nõ habet: vt si quis puerorum septimo anno omnino nullum creauerit: illos iure edentulos appellamus: atqꝫ hoc est: quod ait.

Edentulum enim dicimus non qui nõ habet dentes: nec cecum qui nõ habet visum: sed quando qui debuit habere: non habet. quedã enĩ a generatione neqꝫ dentes neqꝫ visum habent: sed nõ dicũtur edentula neqꝫ ceca.

¶ Hoc est non omne quod non videt cecum: nec quod dentes non habet: edentulum appellamus. Plura enĩ sunt que aut omnino aut certo tempore naturaliter hec habere non possunt. sed est illa priuatio quotiens is habitum non habet: qui habere naturaliter potest ⁊ eo tempore cũ iam per naturaꝫ illius esse compos habitus possit: vel si habens quis retinẽsqꝫ habitum: illum cuiuslibet incursiõe casus amiserit: vt in pueris iam adultis si non habeant dentes. Naꝫ quoniam homines sunt possunt habere: quod si habentes amiserint: edentuli dicuntur. Si vero omnino non creuerit dentes quoniam iã pueris atqꝫ adultis vt dentes haberent naturaliter potererat euenire: id quod casu aliquo vel egritudine officiente factum est: eos edentulos ⁊ habitu dentiũ priuatos esse nominamus.

Priuari vero ⁊ habere habitum non est habitus ⁊ priuatio. habitus enim est visus priuatio vero cecitas est. habere visum nõ est visus: nec cecuꝫ esse cecitas. priuatio enĩ quedam est cecitas: cecum vero esse priuari ⁊ non priuatio est.

¶ Hic verissima ratione monstratur: vtrũ ea que sub priuatione atqꝫ habitu cadãt priuationes sint atqꝫ habitus an minime. nã quoniã habitus est visus: priuatio võ cecitas: sub habitu võ est habere visum: ⁊ sub priuatione esse cecũ: vtrũ habere visuꝫ idẽ sit quod ipse qui habetur visus: ⁊ vtrũ idẽ sit cecũ esse qđ cecitas: perspicaciter intuentibꝰ aliud quoddã est habere aliqd: aliud quod habetur. Tres nanqꝫ res sunt in eo quod est habitus: is qui habet: ea res q̃ habetur: ⁊ habere: ut est is qui videt: ⁊ ipse visus: ⁊ hoc ipsum quod ex vtrisqꝫ fit ex eo scilicet q videt ⁊ visu: quod est videre. Distat autẽ ⁊ videre ab eo qui videt: ⁊ hoc ipsum videre rursus a visu. Aliud est enĩ id quod fit q̃ꝫ is qui facit. Uidere aũt videns operatur: aliud est igitur videre q̃ꝫ vidẽs. Distat autẽ videre etiã a visu: aliud nãqꝫ est id quod fit q̃ꝫ id per quod geritur: videre autẽ per visuꝫ fit. Distat ergo videre ab eoipso (qui ipsuꝫ videre efficit) visu. sed videre visuꝫ habere est: visuꝫ autẽ habere habitũ retinere est ⁊ visus habitꝰ est. Non est igitur idẽ habitꝰ ⁊ quod est sub habitu. i. quẽlibet habituꝫ retinere. Eodem quoqꝫ modo etiã in priuatione. Illic quoqꝫ tres sunt res: is q priuatur: hoc ipsuꝫ quod fit id est priuari ⁊ ipsum quo quis priuatur. i. ipsa priuatio. Quod si distat is q habet eoipso quod est habitũ habere. Distat ⁊ is qui priuatur eo quod est priuari. Quod si etiã distat qđ est habere habitũ illo ipso habitu q habetur. Distat necessario id quod est priuari illa ipsa. s. priuatione qua quisqꝫ priuatur. Quare neqꝫ id qđ sub habitu est habitus appellari potest: neqꝫ id quod sub priuatiõe priuatio. Recte igitur dictum est habitum habere non esse habitum priuariqꝫ non esse priuationem: cui rei alia quedam validior vis argumentationis adiungitur: quam aristoteles ita pronunciat.

Amplius si idem esset cecitas et cecuꝫ esse: vtrũqꝫ de eodeꝫ predicaretur. Sed cecus dicitur homo: cecitas vero nullo modo homo dicitur.

Si idem inquit esset cecitas quod est esse cecum: de quocũqꝫ cecũ esse diceretur: de eo quoqꝫ cecitas predicaretur. sed cecũ esse dicimus hominẽ: cecitatẽ vero esse ipsuꝫ hominem nullus dicit. quare quoniam in vtrisqꝫ diuersa est predicatio: ⁊ de quo cecitas dicitur non de eodeꝫ dicitur cecum: rursumqꝫ de quo cecuꝫ esse predicatur: is cecitas esse non potest: non est dubium: quin aliud sit cecũ esse q̃ꝫ cecitas. i. priuationem esse aliud q̃ꝫ priuari. sed q̃ꝫuis distent equali tamen oppositionis vice iunguntur: quod ipse loquitur sic.

Opposita vero etiam hec videntur esse id est priuari ⁊ habitũ habere: tanq̃ꝫ priuatio ⁊ habitus. Modus enim oppositionis idẽ

est. nam sicut cecitas visui opposita est: sic cecum esse ad visum habere oppositum est.

¶ Equa namque proportione sibi privatio atque habitus opponuntur: et ea que sub privatione habituque clauduntur. Cur enim si privatio atque habitus idest visus et cecitas sibi sunt opposita: non etiam videre atque esse cecum eodem modo invicem sibimet opponantur. Quare quamquam hec differunt tamen modus in his oppositionis equus est.

Non est autem neque id quod sub affirmatione et negatione iacet: affirmatio et negatio. affirmatio namque oratio est affirmativa: et negatio oratio negativa. horum vero que sub affirmatione et negatione sunt nullum est oratio. Dicuntur autem etiam hec esse opposita alterutris tanquam affirmatio et negatio. nam in his modus oppositionis est idem. Sicut enim affirmatio adversus negationem opposita est ut que sedet ei que non sedet. sic et res que sub utroque posite sunt sedere et non sedere.

Ad quartam oppositionis speciem transitum facit que secundum affirmationem negationemque dicitur. Affirmatio autem est que aliquam rem alicui quadam participatione coniungit. Negatio vero que aliquam rem ab aliqua re quadam separatione disiungit: ut est omnis homo est animal. animal enim ad hominem hec oratio iungit. Participat enim homo proprio genere scilicet animali. Negatio vero homo lapis non est. Disiungit enim naturam lapidis ab humanitate: qui negat. sed multa de his in libro de interpretatione dicenda sunt. Quare plenior horum disputatio in tempus aliud differatur. Aristoteles vero simplicissime et pene incuriose propter eos qui instituuntur diffinitionem affirmationis negationisque signavit dicens negationem affirmationemque affirmativas esse negativasque orationes. Quod si examinatius ac subtilius definisset: per affirmativam orationem diffiniret. Nam si dubium est quid sit affirmatio: nihilo magis clarum atque perspicuum est quid sit affirmativa oratio. Ideirco quia si quis nescit quid sit affirmatio: idem sine dubio nescitur est quod oratio sit affirmativa. Sed idcirco hic indulgentius terminavit: quod in libro περὶ ἑρμηνείας utriusque veram plenamque vim diffinitionis aptavit. Eadem quoque in his ratio est que sunt sub affirmatione et negatione: que in his que sub privatione atque habitu ponebantur. nam sicut non est idem habitus atque privatio: quod habere habitum atque privari: ita non idem est affirmationem et negationem esse id quod est sub affirmatione et negatione. Affirmatio est verbi gratia: sedet socrates. negatio vero: non sedet socrates. Sub affirmatione autem hoc ipsum sedere socratem: idest hoc quod affirmatione dicit facere. Sub negatione vero non sedere socratem: id est non facere id quod negatio submovet. hoc autem ita probatur: quia omnis affirmatio omnisque negatio orationes sunt: sicut eorum supradicta diffinitio determinatioque monstravit. Sedere autem et non sedere: idest facere et non facere orationes non sunt. quia si affirmatio atque negatio orationes sunt: dicitur id quod sub affirmatione et negatione est: ea ipsa affirmatione et negatione distare. Sed in hoc servant illam quoque similitudinem: quia ea ipsa sibi sunt opposita: que secundum affirmationem negationemque dicuntur. Sicut enim ipsa affirmatio que dicit sedet socrates: et que dicit non sedet socrates: ita quoque idipsum quod est sedere socratem et non sedere: certa ratione similitudinis opponitur. Sed quoniam quatuor species oppositionis dicte sunt: nunc aristotelis vestigia persequentes: earum differentias colligamus que sunt numero sex. nam si que res sint quatuor: easque differre a se ac distare volumus. Sex solas differentias invenimus. Cum enim primam differre a secunda ac tertia atque quarta

ponimus: tres sunt differentie. Item secundam rem a prima re differre ostendere atque demonstrare superfluum est. Cum enim prime rei ad secundam distantiam colligeremus: quod secunda distaret a prima doctum est. Relinquitur prime ad secundam rem differentia secunde et tertie. Item secunde quarteque differentie monstrabuntur: que sunt due: que tribus superioribus iuncte quinque solas efficiunt. Restat tertie rei quarteque distantia. Nam prime ad secundam atque tertiam demonstrata est discrepantia: cum primam a secunda distare: atque eodem modo a tertia monstrabamus. Id his probatur exemplis. Nam cum oppositio ea que est secundum ad aliquid ab his oppositionibus que sunt secundum contrarietatem: privationem atque habitum: atque affirmationem et negationem distare proponitur: tres sunt differentie. Cum vero ea que secundum privationem atque habitum oppositio est. a contrariis. et ab affirmatione negationeque discrepat: due sunt differentie que iuncte superioribus quinque perficiunt. Idcirco enim quid distaret habitus atque privatio: ea oppositione que relativa est pretermisimus: quoniam prius monstravimus quid relativa oppositio habitu privationeque differret. non est enim dubium equam esse in utrisque differentiam: cum una ab alia differre videtur. Restat una sola differentia que est contrariorum ad affirmationem scilicet et negationem. pretermissa namque est contrariorum differentia de relativis. scilicet et secundum habitum privationemque oppositione quid hec superius a contrarietate distaret: monstratum est. Quare quoniam quot sunt horum differentie cognitum est. ad sequentis operis ordinem veniamus.

Quoniam autem privatio et habitus non sic opponuntur ut ad aliquid manifestum est. neque enim dicitur hoc ipsum quod est opposito. visus enim non est cecitatis visus: nec alio ullo modo ad ipsum dicitur. similiter autem neque cecitas dicitur visionis cecitas sed privatio quidem visionis cecitas dicitur: cecitas vero visionis non dicitur. amplius ad aliquid omnia ad reciproca dicuntur. quare et cecitas si esset eorum que ad aliquid sunt. utique converteretur ad illud ad quod dicitur. sed non convertitur. neque enim visus dicitur cecitatis visus.

¶ Et cetera quidem de ea differentia perspicua et superius in contrariorum differentia a relativa oppositione iam premissa sunt. Unam namque differentiam contrariorum relativorumque dicit esse: quia contraria non ita ut ea que sunt ad aliquid converterentur. Neque enim quis pronunciat malitiam bonitatis esse malitiam: neque bonitatem malitie esse bonitatem. velut filium patris esse filium: rursusque patrem filii patrem. Eadem quoque et in his que secundum privationem habitumque redduntur dicit differentia. Nam sicut ea que sunt secundum ad aliquid opposita: adversum semetipsa redduntur: et omnia ad opposita predicantur: non eodem modo in habitu atque privatione est. Nullus enim dicit cecitatis esse visum: nec rursus visus esse cecitatem. Quocirca si ea que sunt relativa ad opposita predicantur: conversimque dicuntur (cum sit enim oppositus filio pater: pater filii dicitur: scilicet ad oppositum: rursusque convertitur ut patris filius appellatur) quoniam hoc in his que sunt secundum privationem atque habitum non dicitur (Neque enim cum sit visus oppositus cecitati. secundum privationem atque habitum dicitur visus cecitatis. id est nullumque secundum oppositionem aliquid opposito predicatur neque convertitur: neque enim dicitur cecitas visus) recte privatio atque habitus non in eadem qua relativa: sed in alia specie numerata sunt.

Quoniam aũt neqꝫ vt contraria opponunt̃ ea: que secundũ priuationẽ ⁊ habitũ dicuntur: ex his manifestũ est: quoꝝ enim cõtrariorum nihil est mediũ necesse est ĩ quibus nata sũt fieri: aut de quibus predicãtur: alterum ipsorum inesse semper. horum enim nihil erat medium: quoꝝ alterũ necessariũ erat inesse susceptibili: ut languorẽ ⁊ sanitatẽ ⁊ absũd imtem ⁊ perfectum. Quorum vero aliquid est mediũ: nũq̃ necessitas est omni susceptibili inesse alterum. neqꝫ enĩ necesse est omne susceptibile candidum vel nigrũ esse: neqꝫ frigidum neqꝫ calidum. horũ enĩ mediũ aliquid nihil prohibet esse. hoꝝ enĩ erat aliquid medium: quorum non erat necessarium alterum inesse susceptibili preter illa quibus naturaliter vnum inest: vt igni calidum esse ⁊ niui candidum. In his autem determinate necessarium est alterũ inesse: ⁊ non alterutrũ contingit. nõ enĩ possibile est ignem frigidũ esse: neqꝫ niuẽ nigrã. Quare omni quidẽ susceptibili nõ est necessariũ alterum eorũ inesse: sed solis quibus naturaliter vnum inest: ⁊ in his determinate vnum: non alterutrum contingit.

¶ Prolixitatem textus idcirco contraxi: quia ⁊ eius ipsa q̃ dicuntur: supra iam dicta sunt: ne longior ordo possit aliquod creare fastidium. quod nos hac textus diuisiõe sciuimus. ⁊ prius quidem proposuit ante oculos omnes inter se contrariorum differentias: quas ipse quantum potero breuissime cõmemorabo. ait enim. Contrariorũ que medijs carent: semper alterũ inesse ei quod illas cõtrarietates suscipere põt: vt egritudo ⁊ sanitas: quoniã semper in animalis corpore reperitur: ⁊ ea sine vllo est aduersus suum contrariũ medio. Idcirco omne corpus animalis semper aut egrotat aut sanũ est: ⁊ semp alterũ aut sanitatis aut egritudinis inest ei: quod has suscipit contrarietates. Eorum vero contrariorum que habent aliquã medietatem: non necesse est semper alterũ inesse ei cui accidunt: ut album atqꝫ nigrũ: cũ sint vtraqꝫ contraria: quoniam habent aliquã medietatẽ: vt rubrum. veniunt autem semper in corpora: non necesse est omne corpus fieri vt album aut nigrũ. Quoniã potest aliquãdo contingere: vt illa eorum mediatas corpori cuilibet eueniat: atqꝫ hoc ita est in his que medio nõ carent: que ipsa mediata vocamus: exceptis his quibus vna contrarietas est insita per naturã: vt nix alba est: ignis calidus. In his enim vnaz semper necesse est euenire non aliam: nec vtrũlibet sed diffinite vnã. id enim nõ venit in ignem: vt aliquando fit calidũ: aliquando frigidum: aliquando vero que horũ medietas est tepidũ: sed semp naturali calore succenditur. nec nix aliquando fit nigra: nec rursus rubea: nec vllus alius colori᷑ permutat̃: sꝫ solũ semper alba est. Cum hec ita sint ea que sꝫ habitũ ⁊ priuationẽqꝫ opponunt̃: si ⁊ ab his contrarijs distare monstrata sint. que medijs carent: ⁊ ab his que intra se quãdam medietatem qualitatis includunt: ⁊ ab his quoqꝫ que cum mediata sint: tamẽ diffinite alicui insunt: perfecte monstratũ est ea que scd̃m habitũ ⁊ priuationem sunt contrarijs discrepare. quare quid distent aristotele teneamus auctore.

In priuatione vero ⁊ habitu neutrũ hoꝝ que dicta sunt: verum est: neqꝫ enĩ semper susceptibili necessariũ est alterũ inesse eoꝝ. Quod enĩ nondum naturã habet ad vidẽdum: neqꝫ cecum neqꝫ visuũ habens dicit̃. Ideoqꝫ nõ erunt hec taliũ cõtrarioꝝ: quoꝝ nihil est mediũ: sed neqꝫ quoꝝ est mediũ necessarium enĩ est omni susceptibili alterum istoꝝ inesse. Quando enim iam natũ fuerit ad habendum visionẽ: tunc aut cecũ aut habens visionem dicit̃: ⁊ horũ nõ determinate alterum: sed alterutꝝ contingit. nõ enim necessarium est vel cecũ vel habens visum esse: sed quod cõtingit. In cõtrarijs autẽ quibus mediũ est: nũq̃ necessariũ fuit omni susceptibili alterũ inesse: sed quibusdam ⁊ his determinate vnum. vnde palam est q̃ scd̃m neutrũ modum tãq̃ cõtraria opposita sunt hec: que scd̃m priuationẽ ⁊ habitum opponuntur.

¶ Dat primo differentias quib⁹ ea que sunt scd̃m habitum ⁊ priuationẽ opposita: ab his que sunt ĩmediata contrarijs distent. In his enĩ contrarijs que medium non habent: semper necesse est ipsorum alterũ inesse ei quod his ipsis subiectum est. In habitu vero ⁊ priuatione non ita est. Non enĩ semper quelibet res aut habitum habet aut priuationem: sed est tempus quando vtrũqꝫ non habeat: vt catuli quibus nõdũ per naturã oculi patent. Illos enim nec habere habitũ dicun⁹: quia nõ vident: nec priuatos visu: quoniã paruuli adhuc visum per naturã habere nõ possunt. Igitur eoꝝ que sibi secũdũ priuationẽ habitũqꝫ sunt opposita: non semp alterũ subiecto est eoꝝ. Sed eoꝝ que sunt contraria ĩmediata. i. medio carentia: semper alteꝝ susceptibili inest. Distat igitur ea que scd̃m habitum ⁊ priuationẽ est oppositio: his que secundũ cõtraria putantur opponi. Sed quoniã sunt quedã contraria que insunt alicui per naturã: vt niui albũ: igni calidũ, coruo nigrũ: etiam ab his discrepat oppositio priuationis ⁊ habitus. Ea enĩ que per naturã insunt: diffinitiue sunt: ⁊ nullo modo permutantur: vt est albũ niui. Non enĩ nix aut alba aut nigra est: sed tantũ alba: ⁊ coruus non aut albus aut niger. sed solũ niger. In priuatione vero ⁊ habitu vna res non potest esse diffinita: sed semp aut priuatio cõtingit aut habitus. ⁊ hoc est quod ait. ⁊ horũ non diffinite alterum: sed aut hoc aut illud. Neqꝫ enim necesse est aut cecum esse aut habentem visum: diffinite subaudiendũ est. catulus enĩ qui per naturã nondũ videt: aut habitũ habiturus est. i. visũ: aut eo priuãdus est: vt sit cec⁹: sed non diffinite vnũ sed hoc aut illud indiffinite contingit. distat igitur hec oppositio his cõtrarijs que aliquibus per naturã ĩmutabiliter accidunt. Restat igit̃ vt his contrarijs que mediata sunt: hanc oppositionẽ differre doceamus. In illis enim nõ semper necesse erat contraria inesse subiecto. Idcirco q̃ eorũ medietates possint subiectis euenire substantijs: vt album vel nigrũ quod nõ est alicui per naturã: sed tantũ scd̃m accidens. Possunt enĩ vtraqꝫ nõ esse in corporibus: quia his vel rubrum vel pallidum que sunt scilicet eorũ medietates eueniunt. In priuatione vero ⁊ habitu non est. Quãdo enĩ poterit per naturã habere habitũ: vtrisqꝫ que ea suscipiunt carere non possunt. Catulus enĩ cũ per naturam videre potuerit: aut habitum habere: dicitur ⁊ est videns: aut priuationem: si fuerit cecus. Ita semp ab eo tempore quo illi per naturam vtrumlibet habere concessum est: alterum retinebit. i. aut priuationem retinebit aut habitum. Quocirca si in his contrarijs que medio non carent: potest fieri vt vtraqꝫ contraria in subiecto non sint: in priuatione vero ⁊ habitu ab eo tẽpore

quo per naturam potest vtrunqȝ retinere. fieri non pōt nisi eorum habeat alterum: distant hec quoqȝ mediata ab his que secundū vim priuationis atqȝ habitus opponuntur. Sed enim monstratū est ꝛ his contrarijs que per naturam essent ꝛ his que medio carerent: hanc oppositionem esse dissimilem. Recte igitur positū est priuationis atqȝ habitus oppositionem ab his que opponuntur vt contraria discrepare.

Amplius in contrarijs quidem existente susceptibili possibile est in alterutrū fieri mutationem nisi alterum alicui naturaliter insit: vt igni calidum esse. nanqȝ possibile est q̄ sanū est languere: ꝛ cādiduȝ nigrū fieri: ꝛ ex studioso prauū: ꝛ ex prauo studiosuȝ possibile est fieri. prauus enī ad meliores cōsuetudines deductus ꝛ ad doctrinas: ꝛ si ad modicum aliqd proficiet vt melior sit. Si vero semꝑ vel modicū crementuȝ sumpserit: palā est q̄ aut perfecte mutabit̄: aut satis multū crementuȝ sumet. Semꝑ enī bene mobilior ad virtutem fiet: vel quodcūqȝ crementuȝ sumpserit a principio. Quare etiam verisimile est amplius eum sumere crementuȝ: ꝛ hoc dum semper fit: perfecte in contrariuȝ habitum restituetur: nisi forte tēpore suspensum sit. Uerum in priuatione ꝛ habitu impossibile est mutationē in alterutrum fieri: sed ex habitu in priuationē fit mutatio: a priuatione vero in habituȝ impossibile est. neqȝ enī quis cecus factus rursus vidit: neqȝ cū esset caluus rursus comatus est factus: nec cum esset sine dentibus: dentes iterū orti sunt.

Aliā rursus contrariorum ꝛ huius oppositionis que secundum habitum priuationemqȝ dicitur discrepantiaȝ ponit. Ea enim que contraria sunt: possunt in alterna variatis vicibus permutari. Quod enim calidū est pōt effici frigidum: rursusqȝ quod frigidū est potest in caloris verti qualitatem. His tamen (vt dictuȝ est) solis exceptis quibus vna quelibet res contrariorum naturaliter insita est. in his enim solis fieri non potest alterna mutatio. In his vero que accidenter ꝛ non per naturam subiectis eueniunt: fit semper in contraria permutatio: vt ex sano egrum: ex egro rursus sanum corpus efficitur animalis. Jam vero illud verum est. ex bono prodiuior semper semita videtur ad malum: ꝛ facillima esse ex probitate ad malitiam permutatio. Id Terentiano docetur exemplo. A labore procliuem ad libidinem. Sed q̄ꝫ difficilis sit transitus ad virtutes a turpitudine vitiorꝫ. Aristoteles tamen fieri hunc transitum confirmat. Huius enī philosophi sententia est: virtutes esse non scientias: ut Socrates ait: neqȝ vt stoici naturaliter eas esse: sed discibiles: ꝛ per quandā boni consuetudineȝ hominū mentibus inseri. Atqȝ ideo si quis sit quibuslibet prioribus vitijs obnoxius: si cum melior sermo susceperit: ꝛ sapientū consuetudine cōfabulationeqȝ contra aliquid ex antractis vitiorū illecebris emendabitur: ꝛ sese aliquantulū extet: ꝛ paululuȝ liberior ad meliora ꝑcedet. Ita ut si primo quidē min⁹ malus: post vo nō malus: deinde iā iāqȝ aliquantulū bonus. Cui si huiusmodi intētio frequētissime fiat: nec paruitate tēporis preueniatur: aut terminum mortis offecerit: non est dubiū illum ex pessimo per probas consuetudines confabulationesqȝ sapientum in perfectam virtutis habitudinē permutari. Est igitur ex bono in maluȝ: ꝛ ex malo in bonū rursus permutatio. atqȝ hoc quidem fit in contrarijs. In habitu vero ꝛ priuatione non fit. est nanqȝ permutatio: sed vna tm̄ nulla ratiōe sese conuertens. ait enim. Ab habitu ad priuationē permutatio: a priuatione vero ad habituȝ impossibil' est. Et hoc planius docet exemplū. Quis enī vnq̄ꝫ ex ceco factus est videns: quis aliquando calu⁹ crinitus efficitur. cui amissis etate dentibus rursus alij prorunt. Quare si in cōtrarijs fit alterna mutatio: in priuatione vero atqȝ habitu nō fit: distat hec oppositio ea scilicet oppositione que fit scd̄m cōtrarias qualitates.

Quecunqȝ vero tanq̄ affirmatio ꝛ negatio opposita sunt. palam est: quod nullo predictorum modorꝫ opposita sunt. In solis enī istis necessariuȝ est semper aliud quideȝ eorum verum: aliud autē falsum esse. neqȝ enī in contrarijs necessariuȝ est semper alteruȝ verum esse: alterum vero falsuȝ: neqȝ in his que sunt ad aliquid: neqȝ in habitu ꝛ priuatione: vt sanitas ꝛ languor ɔtraria sunt: ꝛ neutrum neqȝ verum neqȝ falsuȝ est. Similiter autē ꝛ duplum ꝛ dimidiū tanq̄ relatiua opposita sunt: ꝛ non est eorꝫ alterum nec verū neqȝ falsum. sed neqȝ ea que scd̄m priuationem ꝛ habitum dicuntur: sicut visio ꝛ cecitas. Omnino autē eorum que scd̄m cōplexionem nullā dicitur: nihil neqȝ verꝫ neqȝ falsum est. porro autē omnia que dicta sunt: sine complexione dicuntur.

¶ Expositis his differentiis: quibus vel contrariis relatiua. vel priuatio ꝛ habit⁹ relatiuis vel rursus priuatio ꝛ habitus discreparent contrarijs: nūc sequit̄. qd his omnibus scd̄m affirmationē negationēqȝ opposita distent. ꝛ dat signum propriū affirmatiōis ꝛ negatiōis vt eas semper queam⁹ agnoscere: vt si qua sint que hoc signo minime teneantur: illa ab affirmationis negationisqȝ oppositione differre dicam⁹. In affirmatiōe enī ꝛ negatiōe fieri nō potest: Si affirmatio vera est: quin sit statī falsa negatio: si negatio vera: affirmatio mēdacij notā carere nō possit: vt si qs dicat socrates ambulat: socrates non ambulat. Si verum est socratem ambulare falsuȝ ē nō ambulare: ꝛ rursus si falsū est nō ambulare verꝫ est ambulare. Hāc aūt veri falsiqȝ diuisionē null⁹ vnq̄ꝫ in alijs oppositionibus poterit inuenire. Nam in his que sunt ad aliquid non soluȝ non est necesse oppositionē ipsam sibi verū falsumqȝ diuidere: sed in his nulla omnino neqȝ veritas neqȝ falsitas inuenitur. Si quis enim dicat hoc tm̄ pater: vel rursus filius: neqȝ verum aliquid neqȝ falsum pronunciat. ꝛ in contrarijs quoqȝ idem est. nam cuꝫ bono malum sit contrariū: si quis nominet bonū: ꝛ si quis rursus simpliciter pronūciet malū: nulla in hac predicatione neqȝ falsitas neqȝ veritas est. Eodē quoqȝ se modo habet etiam in his que scd̄m habitū priuationēqȝ dicunt̄. Similiter enī nihil neqȝ verum neqȝ falsum est: si quis visum nominet vel cecitatem. hoc autem idcirco euenit: q̄ omnia quecūqȝ sunt in quibus aut falsitas aut veritas inuenitur: scd̄ꝫ aliquā cōplexionē dicūtur. Ea vero que simpliciter proferunt̄: veri atqȝ falsi prolatione carent: vt ipse ait: cuꝫ in principio oīa predicamenta numeraret. Dixit singula eoruȝ que essent dicta in nulla affirmatione dici: quadaȝ vero cōplexione inter se horꝫ predicamentorꝫ veritatem falsitatemqȝ gigni: de quib⁹ Aristoteles edocuit preter cōplexionem aliquā in sermonibus veritatē falsitatemqȝ

inveniri non posse. Siquidem exemplo quoq; hoc manifestum est. Si enim dixero socrates homo est: aut verū aut falsum est. Quod si hoc tantū dicā socrates: aut rursus homo: nihil in eo neq; veritatis neq; falsitatis est. Quocirca quoniā omnis affirmatio cū complexione profertur potest in ea aut veritas aut falsitas inveniri. Ea vero que sunt ad aliquid. simpliciter & sine ulla complexione dicunt. Similiter autem & contraria: & ea que sunt scd̄m habitum privationemq; sibi met opposita: ut est pater filius: bonū malū: visus cecitas: que quoniam sine cōplexione dicuntur (ubi autem cōplexio non est: illic nec falsitas neq; veritas est. In affirmationib9 vero solis & negationibus que scd̄m complexionem dicunt: aut veritas aut falsitas reperitur) Secundū affirmationem & negationem oppositio a cunctis aliis superioribus distat.

Sed maxime videbitur hoc tale contingere in his que secundū complexionem contraria dicuntur. Sanum nāq; esse socratem ad languere socratem contrariū est. sed neq; in his necessarium est alterum semper verum: alterum autē falsum esse. cum enim socrates sit: erit illud quidem verum: illud vero falsum. cum vero non sit: ambo falsa sunt. neq; enim languere neq; sanum esse verū est: cum nō sit ipse socrates omnino. In privatione vero & habitu cum non sit: neutrū verum est: cum vero sit: non semper erit alterum verum alterū autem falsum. habere nanq; visum socratem ad id quod est socratem cecum esse oppositum est sicut privatio & habitus. & cum sit: necessarium non est alterum verum vel falsum esse. cū enim nōdum natus est habere: utraq; falsa sunt: & cū nō sit omnino socrates: & sic falsa sunt utraq; & visum eum habere & cecum esse.

¶ Quoniam videntur quedam contraria secundum cōplexionem dici in quibus aut falsitas reperitur aut veritas: sz neq; ut affirmatio sit neq; ut negatio: de his quoque dicit quid distent his complexionibus: que scd̄m affirmationem negationemq; dicunt. Nā sicut egritudo est contraria sanitati: ita quoq; egrotum esse socratem ei quod est sanum esse contrarium est. Oratio quoq; que dicit socrates sanus est: contraria est ei que pronunciat socrates egrotat. In his ergo & veritas invenitur & falsitas. Quod igitur hec distant ea oppositione: que secundum vim affirmationis aut negationis opponitur. hoc scilicet quod subsistēte re: de qua utraq; dicuntur: utrumlibet eorum verum est: si tamen ea contraria predicantur: que mediis carent. nā vivente & subsistente socrate qm̄ egritudo & sanitas īmediata cōtraria sunt: si quis de socrate. dicat socrates san9 est: rursusq; alius pronūciet. socrates egrotat. unā verā: unā falsam esse necesse est. Socrates enī vivēs aut egrotat aut san9 est. & si verū est cū egrotare: sanū esse falsū est: & si falsū est egrotare: sanū esse verū est. si vero socrates ipse nō subsistat neq; omnino sit utrūq; de eo falsum est dicere: quoniā egrotat & sanus est. Qui enim omnino non est: neq; omnino poterit egrotus esse nec sanus. Ergo in contrariis subsistente re de qua predicantur: semper una predicatio vera est alia falsa: in his scilicet contrariis que scd̄m complexionem dicuntur & carent medio. Non subsistente autē re cōtrarietates utreq; sunt false. Illa vero que scd̄m privationem habitumq;

dicuntur: si cum complexiōe predicentur: & subsistat res non necesse est aliam veram esse: aliam falsam: & cū res omnino non sit: utreq; sunt false. Socrates enim cum sit iam in sue matris alvo: & nondū sit editus: in lucem quidem editus non est: ipse tamen est atq; vivit. Sed tunc neq; videns est neq; cecus: & videns quidem nō est: quoniā nondum in lucē est editus. Cecus vero idcirco non dicitur: quoniā adhuc videre non poterat. Ergo cum sit atq; subsistat res de qua habitus & privatio predicantur: potest fieri ut de ea falsā utraq; predicētur si vero res de qua dicitur non sit omnino: utrasq; falsas esse necesse est: ut cum socrates omnino non est: falsum est eum dicere vel videntem esse vel cecum. Is enim videt atq; cecus est: qui vivit atq; subsistit. Cū vero de quo dicitur non sit omnino: utraq; de eo falsa dicuntur. In catulis quoq; idem est. nam cū iam sunt editi: subsistunt quidem: sed neq; ceci sunt neq; videntes: quia nondū per naturam visum habere potuerūt. Sin vero omnino non sint: rursus falsum est de his utrūq; predicari. In affirmatione vero & negatione non ita est: ut ipse pronunciat.

In affirmatione vero & negatione semper sive sit sive non sit: aliud quidem verū erit aliud vero falsum. languere nanq; socratem & non languere socratem cum ipse sit: palā est quia alterum eorum verum: alterū vero falsum est: & cum non sit similiter. languere enim cum non sit: falsum est: non languere autem verū. Quare in his solis propriū erit semper alterum eorum verum: alterū falsū esse: quecunq; tanquā & affirmatio & negatio opposita sunt.

¶ In affirmatione inquit & negatione sive res subiecta subsistat: sive non sit omnino: semper in una veritas: in alia falsitas invenitur. Non est enim idem dicere egrotare aliquē quod non esse sanū. Nam si egrotat nisi subsistat non potest egrotare. Non esse autē sanum nō ita est. nam etiam si nō sit omnino aliquis: potest de eo qui non est hec negatio predicari. Quod enim omnino non est: sanum esse non potest: quod sanū esse non potest: nō est utiq; sanum. Eodem quoq; modo est & de cecitate: & de visu. neq; enim idem est dicere cecum esse aliquem quod non videre. qui enim cecus est: subsistit utiq;: ut sit cecus. non videre vero etiam de omnino non subsistente dici potest. Quod enim nō subsistit omnino videre non potest: & quod videre nō pōt non videt. Quocirca in affirmatione & negatione sive sit de quo dicitur: sive non sit: una semper vera est: altera falsa. Nam cum sit socrates & vivat: si de eo verum est dicere quoniā videt: falsum est dicere quoniā non videt. & si de eo verum est dicere quoniā sanus est: falsum est dicere quoniā nō est sanus. Si negationes vere sunt: false sunt affirmationes. Si vero res subiecta non subsistat omnino: de eo quidē affirmatio falsa est: negatio semper vera. Nostro enim tempore cū socrates non est neq; subsistit: si quis dicat socrates videt: & ali9 dicat socrates non videt: falsū quidē est de eo dicere: quoniam videt. verū vero quoniā non videt. Qui enī omnino non est: videre nō potest. qui videre non potest: non videt. Ita firmū immutabileq; semper manet in affirmationib9 & negationibus alteram semper veram: alterā falsam in predicatione constitui. Quocirca quoniā in contrariis & in his que scd̄m privationem habitumq; sunt: si cum comple

gione vtra<s>que</s> dicantur vere non subsistente: falsa sunt vtra<s>que</s> que predicantur. Cum hoc idem in affirmationibus ⁊ negationibus non sit. omnes cetere oppositiones ab affirmatiōe ⁊ negatione dissentiūt. ⁊ Monstrate sunt igitur oppositiones quatuor ⁊ sex differentie: vna quidem contrariorum: ⁊ eius que est ad aliquid. Secūda contrariorum ⁊ eorum que sunt scdm habitum ⁊ priuationem. Tertia contrariorū ⁊ eius oppositionis que est scdm affirmationem ⁊ negationem. Quarta vero relatiuorum ⁊ eius que est secundū habitum ⁊ priuationem. Quinta relatiuorum ⁊ eius que est affirmationis ⁊ negationis. Sexta priuationis ⁊ habitus ad negationē ⁊ affirmationē. Sed post has oppositionū differentias quedā de contrarijs ad multas proficientia questiones ab Aristotele traduntur.

Contrarium autem est bono quidē ex necessitate malum. hoc autē palam est per singulorum inductionem: vt sanitati languor: ⁊ iustitie iniustitia: ⁊ fortitudini timiditas. similiter autē ⁊ in alijs. malo autem aliquando bonum quidem est contrarium: aliquādo autem malum. egestati enim cum sit malum: superabundantia cōtraria est: cum etiā ipsa sit malum. Similiter autē ⁊ mediocritas. Contraria vtri<s>que</s> cum sit bonum est: sed in paucis hoc tale quilibet inspiciet: in pluribus vero semper malo bonum contrarium est.

Hoc loco monstratur: quod omne bonum semper malo contrarium est. Non autem omni malo semper bonū. nam quodcun<s>que</s> fuerit bonum: solum illi malū contrarium. malo autem ⁊ bonum potest esse contrariū ⁊ malum. Sanitati enim que bona est: egritudo que est mala contraria est. Rursus felicitati que est bona: infelicitas que ipsa quo<s>que</s> est mala: contraria est. Est autem inuenire malum quod duas habet contrarietates: boni scilicet ⁊ alterius mali. Nam cum ea sunt contraria que a se plurimū distent: cū sit timitas habitus animi pessimus. duas habet contrarietates temeritatem scilicet ⁊ fortitudinem. nam qui omnia timet ⁊ est timid<s>us</s>: ⁊ qui nihil timet omnino in quo est temeritas: longe a sese distant ⁊ discrepant: quocirca sibi contraria sunt: cū vtra<s>que</s> sint mala. Rursus quoniam bonum malis contrariū ⁊ fortitudo bona est: timiditas mala erit: ⁊ erit fortitudini contraria oppositaq<s>ue</s> timiditas. Due igitur contrarietates opponuntur timiditati: temeritas ⁊ fortitudo. sed temeritas contraria est secundum longissimam distātiā quantitatemq<s>ue</s> discrepantis habitus at<s>que</s> contrarij. Timiditas vero fortitudini videtur opposita secundum qualitatem bonitatis at<s>que</s> malitie. Quare sufficiēter est demonstratum bona semper malis esse contraria: mala vero etiam malis. Inductio est autem singulorū exemplorum collectio: ⁊ ad vniuersalem per eam cognitionem collectionemq<s>ue</s> reductio: vt si quis dicat qui musicam nouit musicus est: ⁊ ab ea denominatur: ⁊ medicus qui medicinam rursus qui grammaticam grammaticus: ⁊ ex his similibus rebus colligat vniuersaliter ⁊ quicun<s>que</s> aliquam artem nouit: eiusdē denominatione signatur: vt a grammatica grammaticus: a medicina medicus: ⁊ cetera huiusmodi. Quocirca hoc quod supra diximus de cōtrarijs Aristoteles exemplorum planissima inductiōe firmauit. Illud quoq<s>ue</s> addidit mala posse malis esse contraria: in paucissimis inueniri: semper autem mala bonis esse contraria. nam ⁊ in his ipsis in quib<s>us</s> mala malis contraria sunt: inest tamen. vt etiam simul bonis cōtraria esse videantur: vt timiditas: quoniam temeritati contraria est: simul etiam fortitudini contraria est. Sed non necesse est vt quodcun<s>que</s> malum bono est contrariū mox etiam mali esse contrariū: vt egritudo sanitati quidem quod est bonum contraria est: alij vero malo contraria non est. Recte igitur dictum est malum malo contrarium in paucioribus inueniri.

Amplius contrariorum non necessariū est si alterum sit ⁊ reliquum esse. Sanis nan<s>que</s> omnibus sanitas quidem erit: languor vero non erit. similiter autem cum omnes alba sint: albedo quidem erit: nigredo vero non erit. Amplius si socratem esse sanū: ad id quod est socratem languere contrariū est cum non sit possibile vtrū<s>que</s> eidem inesse simul: non erit possibile: cum alterū contrarium sit: ⁊ reliquū esse. cum enim sit socratem sanum esse: non erit languere socratē.

¶ Dictum est in relatione quedam relatiua simul esse naturaliter: vt cum sit filius pater est: cum vero sit pater: sine filio esse non posse. Quocirca simul semper sunt pater ⁊ filius. hoc vero in contrarijs non est. Aut enim. nō necesse est simul semper esse contraria. Si enim nullus egrotet ⁊ sint omnes sani: cum sit sanitas: non erit egritudo: ⁊ vna contrarietate manente alia omnino nō erit: vt si quis hoc idem dicat de cignis: etenī omnes cigni sunt albi: in cignis nigredo non erit. At<s>que</s> hoc idem ad vniuersalia referendum est. Nam si omnia que sunt: alba sunt omnino nigredo non erit. Tractum hoc videtur eē singillatim a partibus. Nam quod duo contraria in eodem vno eodemq<s>ue</s> tempore esse non possunt: vt socrates cum sanus est egrotus non est: ⁊ cum sanus est manente sanitate non esse poterit egritudo. Et non erit necessarium vno contrario posito mox subsequi alterum. Nam si necesse esset vno contrario constituto mox aliud sequi: posset idem socrates vno eodemq<s>ue</s> tempore ⁊ san<s>us</s> esse ⁊ eger. qd̄ fieri nō pōt. Non igitur necesse est cū sit vna contrarietas: mox aliam sequi. Quocirca fieri potest vt cum vnum contrarium sit: aliud non sit. Ita<s>que</s> in singularibus etiam necesse est: vt in eo quod est socratem eē sanum: non est socratem egrotare: quod socratis sanitati est contrarium. Socrates enim quan<s>quam</s> contrariorum susceptibilis sit quoniam substantia est: tamen vno eodemq<s>ue</s> tempore contraria vtra<s>que</s> non suscipit.

Palam vero est q<s>uod</s> ⁊ circa idem aut specie aut genere natura habēt fieri ꝯtraria. lāguor nan<s>que</s> et sanitas in corpore animalis natura habent fieri: albedo autē ⁊ nigredo simpliciter in corpore: iustitia vero ī anima hominis ⁊ iniustitia.

¶ Docet circa que semper possint esse contraria. Ait enim circa eas res que aut genere eadem sint aut specie: vt est corpus quidem animalis vnum secundum gen<s>us</s>. omnium enim animalium vnum genus est. ⁊ circa hoc egritudo vel sanitas inuenitur. Similiter ⁊ circa corp<s>us</s> omne indiscrete vel animalis vel inanimati albedo ⁊ nigredo est: quod scilicet omne corpus ⁊ ipsum secundum genus est vnum nan<s>que</s> his genus est substantia. Iustitia quo<s>que</s> ⁊ iniustitia in anima est. Omnis autem anima que iustitiam iniustitiamq<s>ue</s> suscipit: rationalis est. id est hominis: sed omnes homines idem sunt secundū speciem. Omnes igitur anime eedem secundum speciem sunt. iustitia ergo ⁊ iniustitia circa easdem res secundum

speciem reperiuntur. Quocirca recte iā conclusum est om
nia contraria circa easdem res vel scd̄m genus vel scd̄m
speciem inueniri.

Necessarium est autē omnia contraria vel in eodem genere esse: vel in contrarijs generibus esse: vel ipsa genera esse: album enī ⁊ nigrum in eodē genere sunt. color enim genus eorū est. iustitia vero ⁊ iniustitia in contrarijs generibus. huius enim virtus: huius autem nequicia genus est. bonū vero ⁊ malū non sunt in genere: sed ipsa sunt genera aliquorum existentia.

¶ Monstrat id quod reliquum est. id est vbi possunt semper contraria velligari. omnia enim que sunt contraria: aut sub eodem genere sunt: aut sub contrarijs generibus: aut ipsa sunt genera. Sub eodem genere sunt contraria: vt album ⁊ nigrū sub vno sunt genere: id est colore. color enim albedinis ⁊ nigredinis est genꝰ. Hec igitur sub vno sunt genere. Alia vero contraria in contrarijs generibus inueniuntur: vt iustitia ⁊ iniustitia. Iustitie enim genus est bonum. iniustitie vero malum malum vero bono contrariū est. iustitia ergo iniustitia sub contrarijs generibus sunt. Rursus alia ipsa sunt genera: vt bonū ⁊ malū: vtraqꝫ sunt genera sub se malorum bonorūqꝫ positorum. ⁊ non hoc nunc dicitur: qd̄ bonitas ⁊ malitia nulli alij generi subduntur. ponunt enim sub qualitate. Sed particulariū bonorum ⁊ malorum non esse alia genera nisi ipsum bonū ⁊ malū generaliter. Recte igitur bonum ⁊ malū aliorū particularium bonorū malorūqꝫ genera sunt numerata. Quare rectissime dictum est: omnia contraria aut sub eodem esse genere: vt album ⁊ nigrum sub colore: aut in contrarijs generibus: vt iustitia atqꝫ iniustitia sub bono ⁊ malo. aut ipsa esse genera: vt est ipsum bonū ⁊ malū: que genera iustitie atqꝫ iniustitie numerata sunt.

Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter: primo quidē et maxime proprie secundū tempus. secundū quod scilicet antiquius alterum altero ⁊ senius dicitur. in eo enim quod tēpus amplius est: ⁊ antiquius ⁊ senius dicitur.

¶ Postqꝫ de oppositis disputationem quantū ad presens tempus attinebat explicauit: nunc que priora dici possint que posteriora disserit. Et ait: primo quidem ⁊ proprie ⁊ quod in vsu est priꝰ dicimus. hoc est: quando aliquam rem alia res tempore precedit ⁊ superat: et dum proprie loquimur secundū temporis precessionem: aliud antiquius dicimus aliud senius. Antiquius quidem in his que inanimata sunt: ut porphyrio placet. senius vero in his que anima non carent: ut si quis dicat antiquius fuisse bellum thebanorum atqꝫ grecorum troie excidio: idcirco ꝙ tempore precedat. filij namqꝫ ducum qui thebano periere prelio: troie prelijs interfuerunt. vt diomedes tydei filius: ⁊ stenelcus filius capanei. Atqꝫ hoc qdē ita: qm̄ est ⁊ in rebꝰ inanimatis. Antiquius dicitur: ut cum dicimus antiquiorem esse dominationem regum in ciuitate romana qꝫ cōsulum magistratum. In rebus vero animatis: senius vocamus. Seniorem namqꝫ dicimus pythagoram socrate: socratē aristotele: idcirco quod se temporibus antecedant. Ergo prius alterum altero dicitur proprie secundū tempus. Prioris autem quatuor fuere distantie: ut ipse Aristoteles dicit: cum ait. Prius alterū altero dicitur quadrupliciter. Easqꝫ singillatim breuiter enumerat: ad quas ipse addidit: quintam que prioribus philosophis esset incognita. Et quoniā de primo prioris modo dictū est: de secundo dicamus.

Secundo autem quod non conuertitur secundū subsistendi consequentiam: ut vnū duobus prius est. duobus enim existentibus mox consequens est vnū esse: vno existente non est necessariū duo esse. Idcirco non conuertitur ab vno consequentia ut sit reliquum: prius autem videtur illud esse a quo non conuertitur in eo quod est esse cōsequentia.

¶ Secunda inquit significatio prioris est: que nō tempore itelligitur: sed natura. ⁊ hoc aīt a quo nō ꝯuertitur subsistendi consequentia. Nam si due res ita sint oppositae: ut si vna sit necesse sit esse aliam: ⁊ si alia sit non necesse esse aliam: illa prior est qua posita ut sit: nō est alterā necesse esse. ⁊ hoc quidem vniuersaliter dictum est. Planius vero his fiet exemplis. Binarius enim numerꝰ ⁊ vnitas eam retinet naturam: ut si quis duo esse proponat: vnum quoqꝫ esse monstrauerit. vnū enim in ipsis duobus concluditur: nec preter duas vnitates poterit esse binarius. Quocirca si quis binariū numerum esse posuerit: vnum quoqꝫ esse consequitur: idcirco qd̄ binariꝰ ut sit: indiget vnitate. At vero si quis ponat esse vnitatem: nondū necesse est esse binariū. Ergo ab vnitate subsistendi consequentia non conuertitur. Posita enī vnitate necesse non sint binarij numeri subsequi quantitatem: idcirco quod binario non indiget vnitas: sicut indigens erat vnitate binariꝰ. Quare prior est vnitas binario. quod si ita est: ⁊ quicquid ita fuerit vt ab eo subsistendi consequentia non conuertatur. Prius aristotele auctore probabitur: vt in eo quod est homo ⁊ animal. Cum dico hominem mox dixi animal. cum animal dixero: nihil adhuc de homine dictum est. Omnis enim homo animal est: non omne animal homo.

Tertio vero secundū ordinem quendam prius dicitur: quemadmodū ⁊ in disciplinis ⁊ in orationibus. nam ⁊ in demonstratiuis disciplinis est prius ⁊ posterius per ordinem. elementa enim in geometria priora sunt his que describunt per ordinē. Principia enim priora sunt theorematibus ordine. Et in grāmatica elementa priora sunt syllabis: ⁊ in orationibus similiter proemiū prius est narratione per ordinem.

¶ Ponit tertiam prioris significationem: ut in geometria: priora sunt inquit elementa descriptionibus. Elementa vero ait quos terminos appellamus: id est vbi quid punctū sit: quid linea: quid figura producit. His enim cognitis ⁊ fideliter animo apprehensis: postea omnes geometrice descriptiones fiunt: que problemata ⁊ theoremata nuncupantur. Ergo quoniā prius discuntur elementa post ad descriptiones est transitus priora sunt elementa descriptionibꝰ ordine scilicet: quoniam vt descriptio possit intelligi: prius elementa traduntur. ⁊ in grāmatica quoqꝫ prius singule traduntur litteře qꝫ que ex his syllabe coniungūtur. quocirca ipse

quoque ordine priores sunt syllabis. Rhetores vero non sepe a narratione: sed ab exordio agere causas incipiunt ideo quod exordia narrationibus priora sunt ordine. quare tertius modus prioris iste est: qui secundum nexum cuiusdam ordinis in qualibet arte est constitutus.

Amplius supra ea que dicta sunt: quod melius est & honorabilius prius naturaliter esse videtur. Consueverunt enim & plurimi honorabiliores & magis a se dilectos priores dicere apud se. Est quidem & pene alienissimus hic modus. modi itaque qui dicti sunt de priore isti sunt.

Dicit prius videri: quod neque secundum tempus aliquo tenus: neque secundum subsistendi consequentiam: nec secundum ordinem sit: sed quod cumque preciosius fuerit: prius esse videatur: ut sol luna prior est: & anima corpore: & animus anima. Hoc vero tali argumento probat: quod hi qui aliquos venerantur: & honorabiliores existimant: dicant eos se esse priores: & hi qui in rebus publicis plurimum possunt: priores dicuntur ab his qui eos maxime venerantur. Sed ut ipse ait: alienissimus modus est a significatione prioris hic quartus qui nunc est dictus modus: etenim de his melius dici potest: ut dicantur venerabiles & honorabiles: ut vero priores dicantur: abusio potius quam ulla proprietas est. Quintus modus quem ipse addidit huiusmodi est.

Uidetur autem preter eos qui dicti sunt altera esse prioris modus. Eorum enim que convertuntur secundum essentie consequentiam quod alterum alterius quolibet modo causa est: digne prius natura dicitur: quia vero sunt quedam huiusmodi palam est. esse namque hominem convertitur secundum essentie consequentiam ad veram orationem de se. nam si est homo: vera est oratio qua dicitur quia homo est. & si vera est oratio qua dicitur quia homo est: consequitur esse hominem. Est autem quidem vera oratio nequaquam causa ut sit res: verumtamen videtur quodammodo res causa: ut sit oratio vera. dum enim res est vel non est vera oratio aut falsa dicatur: necesse est. Ideoque secundum quinque modos prius alterum altero dicitur.

Novimus quasdam res in predicatione posse converti. Quod si una earum que convertuntur: alteri causa est: & veluti naturalem subsistentiam subministrat: illa naturaliter prius esse perhibetur. Ipse autem aptissimo quod proposuit firmavit exemplo. Nam si est aliqua res: verum est de ea dicere quoniam est. Rursus si de ea verum est dicere quoniam est: illam ipsam rem esse necesse est: ut quoniam est homo: verum est dicere quoniam est homo. Quod si verum est dicere quoniam est homo: nulla est dubitatio quin homo sit. Ergo quoniam duo hec sibimet convertuntur: respiciamus nunc que sit harum causa alteri: ut subsistere valeat: atque ut esse possit. Uideo autem rem dicto vero subsistentie dare principium. nam quia homo est: idcirco verum est dicere quoniam est: sed non idcirco homo est: quoniam de eo vere dici potest quoniam est. Res enim ut veritas adsit dicto principium est: sed non ut res subsistat: vero efficitur dicto. Quocirca prius est esse hominem: posterius verum de eo esse dictum. Idcirco quoniam quamvis convertantur: tamen una harum rerum alteri subsistendi causa est. Ait enim id esse prius inter ea que convertuntur secundum essentie consequentiam: quod alterius quomodolibet causa est. Ut in hoc ipso sermone de homine, convertuntur utraque quidem: sed homo ut sit sermo verus causa est atque principium. Quod Aristoteles ita ait. Est autem verus sermo nullo modo causa subsistendi rei. Res autem videtur quodammodo causa esse ut sermo verus sit. Neque enim idcirco res est: quoniam sermo est: sed idcirco verus est sermo: quoniam res ipsa subsistit. Quocirca quinque hi prioris modi sunt: quorum superius quattuor dixit: secundum tempus scilicet: secundum id quod non convertitur ad subsistendi consequentiam: secundum ordinem: secundum reverentiam: & secundum conversionem: cum altera res alteri subsistendi causa est. Sed quoniam de priori dictum est. Nunc de his que simul sunt incipit.

De his que simul sunt

Simul autem dicuntur simpliciter & proprie quidem quorum generatio est in eodem tempore: neutrum enim neque prius neque posterius est eorum. Simul itaque hec dicuntur secundum tempus: & sunt.

Cum de prioribus disputaret illa proprie priora esse contenderat: que secundum vim precedentis temporis dicerentur. Quare cum de his que simul sunt disputat: idem revocat & recte. Nam si maximum modum prioris solum efficiet tempus: cur non quoque simul editam naturam tempus efficiet. Ait ergo & simpliciter & proprie dici simul esse ea que unius temporis ortu prolata sint: ut si illa sint antiquiora atque priora que cum non equali sed precedenti tempore proferuntur: que se temporibus non precedunt: rectissime simul esse ponuntur. Cum enim uno tempore edita atque prolata sint: illa secundum tempus simul esse dicuntur. idest simul naturale principium substantiamque sortita sunt. atque hec quidem secundum tempus simul esse dicuntur. Secundum naturam vero simul esse perhibentur: que cum que invicem ad se convertuntur: cum altera res alterius subsistendi neque causa sit neque principium: ut sunt huiusmodi duplum & medium nam cum sit duplum medium est. cum rursus sit medium duplum est. Servus quoque & dominus eodem modo sunt: filius quoque & pater. Hec enim que cumque illata quidem inferunt alia: sublata vero auferunt simul. sibimet semper invicem convertuntur. nam si dicam patrem. filium quoque intelligi necesse est. si dixero filium: pater mox sub intelligentiam cadit. Quod si alterum sustulero: utraque perimo. nam si tollam filium: pater non est. si patrem abstulero: filium quoque perire necesse est. Atque hec ita sibimet ita convertuntur: ut tamen altera res alteri causa penitus non sit. nam quoniam pater filio in predicatione convertitur: manifestum est: sed neque pater filio causa est ut sit: nec filius patri. hoc autem huiusmodi est. Si eneas habuit ascanium filium: non dicimus: quoniam non fuit eneas causa ut esset ascanius. sed non fuit pater causa ut esset filius. Nam cum dico ascanius: quedam propria substantia est. cum dico filius esse non potest: nisi ad aliquid referatur: & cum eam nomino: substantiam dixi: si patrem appello: nulla ratione constat: nisi ad filium referatur. Igitur causa fuit eneas ut esset ascanius: sed non est causa pater ut esset filius. Pater namque tunc fit cum filius fuerit. nam si hec tempore ipso priora non sunt. causa autem cuiuslibet rei prior est quam illa cuius causa est: ori-

actur: nulla dubitatio ē: quin pater atqꝫ filiꝰ: quę vtręqꝫ predicatiões equales sunt tempore: neutra neutri causa sit. cum tamen substantię ipsę vt sint: causa non sit predicationis. ⁊ nullo modo simile debet videri ei quod paulo ante dictum est de homine. esse verū de eo sermonem scilicet quoniam est. Illic enim cum res esset: tunc poterat esse verus de ea sermo. Prius eniꝫ est vt sit aliquid: post vero vt de eo verū aliquid esse dicatur. Nūc vō nō ita est vt prius aliquis sit pater: post vero filius. Mox enim vt pater est: filiuꝫ esse necesse est: mox vt est filius: patris sine dubio predicatio consequitur. quemadmodū illę modus sit qui scilicet simul secūdū naturam est Aristoteles ita pronuntiat.

Naturaliter autem simul sunt: quęcunqꝫ cōuertuntur quidem secundum quod est esse consequentiam. Sed nequaq̄ causa est alterum alteri ut sit: vt in duplo ⁊ dimidio: conuertuntur etenī hęc. nam cum sit duplū est dimidiuꝫ: ⁊ cum sit dimidiū est dupluꝫ. sed neutrum alteri causa est vt sit.

In his quę ita priora esse dicebantur: vt conuerterentur: quamuis scōm essentiam eorū consequētia esset; tn̄ quia in his alia res alij causa atqꝫ principiū est: hoc erat quod vna prior esse videretur ea quideꝫ cuius causa erat. Quod distat ab his quę conuertuntur: ⁊ se inuicem auferunt: quę cū neutra neutri causa sit: ⁊ tamen conuertuntur: digne simul naturaliter esse perhibentur.

Dicuntur auteꝫ simul naturaliter ⁊ quę ex eodem genere e diuerso diuiduntur a se inuicem. E diuerso autem diuiduntur: quę scōm eandem diuisionem sunt: vt gressibile: volatile: ⁊ aquatile. hęc eniꝫ e diuerso diuiduntur quę sunt ex eodē genere scōm diuisionem. animal namqꝫ diuiditur in hęc in volatile ⁊ gressibile ⁊ in aquatile. ⁊ nihil horum prius vel posterius est: sed simul p naturam hęc esse videntur.

Tertium modum eorū quę simul sunt hūc addidit: illa quoqꝫ simul esse: quę equali diuisione sub genere ponantur: vt si ponat quis animal genus hoīs ⁊ equi: hominem vero ⁊ equū a genere. id est ab animali diuidat: homo ⁊ equus quoniaꝫ sub eodeꝫ genere sunt simul esse natura dicuntur. ⁊ cōueniens regula est in omnibꝰ quibuscūqꝫ generibꝰ: cū eni specierꝫ diuisiões fiunt: illic species natura simul sunt. ⁊ si sub his ipsis speciebus quędam alia ponanť: etiam ipsa simul natura esse dicunť. Diuidatur eni genus id est animal in volatile atqꝫ gressibile: ⁊ quoniā sunt sub eodē genere: simul natura sūt. Et si quid horum in subiectas partes speciesqꝫ soluatur vt volatile quidem in his auibus quę seminibus vescātur: ⁊ in his quę carnibꝰ: ⁊ in his quę herbis. Hę tres species rursus: quę sub volatili sunt: simul esse naturaliter appellantur. quod Aristoteles ita dicit.

Diuiditur autē ⁊ singulum horuꝫ in speciē rursus: vt gressibile aīal ⁊ volatile ⁊ aquatile: erunt ergo ⁊ illa simul naturaliter quęcunqꝫ ex eodem genere secundum eandeꝫ diuisionem sunt. genera vero semper speciebus priora sunt. neqꝫ eniꝫ conuertūtur secundum quod est esse consequētiā: vt cum sit aliquid aquatile quideꝫ: est animal: cum vero sit animal non est necesse vt sit aquatile. Simul ergo per naturam dicūtur: quęcunqꝫ conuertuntur quidem secūduꝫ quod est esse consequentiaꝫ: sed nequaq̄ quidem causa est alteruꝫ alteri ut sit: ⁊ ea quę ex eodē genere e diuerso diuiduntur ab inuicem: ⁊ simpliciter simul sunt quorum generatio in eodem tempore est.

Atqꝫ idcirco fieri non potest vt genus habeat vnam speciem. Nam si quęcunqꝫ sub genere sunt: simul sunt. Simul autem nisi plura esse non possunt: genus igitur sub se vnam speciē habere non potest. Si enim vna sola erit: fieri non potest vt simul esse dicatur: quia illud est: quod sub eodem genere res quędā solent quę simul sint naturaliter: inueniri. Sed hęc de speciebus. Genera autem semper priora sunt non enim cōuertuntur scōm subsistētię cōsequentiam. Prioris vnus modus est secūdū quē illa priora esse dicerentur: quęcūqꝫ ad subsistēdum nullo modo cōuerterentur. quod hoc idem in generibus cadit. Genera enim non conuertuntur ad subsistētię consequentiam hoc modo. Sit enim animal genus: homo vero species. Cum vero dico hominem esse: animal quoqꝫ esse cōsequitur. Si animal dixero: ad hominem subsistētię consequentia nō cōuertitur. Potest enim esse animal: non tn̄ homo. Quocirca ab animali ad hominē non conuertitur subsistētię cōsequentia. Et si posito homine anima constat: animali vero nominato non est necesse hominem esse. Animal est prius homine. Illa quoqꝫ priorū descriptio est: quod ea quę sunt priora sublata quidē auferunt: illata non inferunt. Animal enim sublatū secū quoqꝫ hominē tollet: illatum vero vt dicatur esse animal: non secū statim hominē infert. Posteriora vō e diuerso sunt. Illata. n. simul inferunt: sublata non auferunt. Dictus quidē homo: simul secum animal infert: omnis namqꝫ homo animal est. Quod si hō substantialiter auferatur: non est necesse animal quoqꝫ auferri. Quod hoc nomē animalis in pluribus speciebꝰ valet aptari. Quod si ita contingit: sublato homine permanebit animal. Quocirca concludit tres esse species eorum quę simul sunt scōm tempus: scōm naturam: cum vtraqꝫ ita conuertūtur: vt neutra neutri causa sit. Tertium genus est scōm eandē sub genere diuisionē.

De motu.

Quoniam in faciendo atqꝫ patiendo inerat quidam motus: facere autem ⁊ pati predicamentis adiunxerat: idcirco nunc de motibus tractat: ⁊ sex numero esse pronunciat.

m

Motus autem species sunt sex: generatio: corruptio: augmentum: diminutio: alteratio: secunduꝫ locum mutatio. alij itaqꝫ motus palam est: quia alij ab inuicē sunt. nō est enim generatio corruptio: neqꝫ augmentum diminutio: neqꝫ scōm locum mutatio. similiter autem ⁊ in alijs.

In physicis Aristoteles motus species alia ratione partitus est. Ait eni aliud esse pmutationē: aliud motū. ⁊ permutationis quidē duas esse species ait: generationē ⁊ corruptionē. Motus vero. iij. scōm quantitateꝫ: scōm qualitatē: scōm locū. igitur quoniā hic liber ad introductionē factꝰ est quodāmodo: noluit nimis diuisionis attenuare rationē: ne ingredientiū animos subtiliori diuisione cōfunderet. facit igiť diuisioneꝫ motus hoc modo. Est enim vna species motus scōm substantiaꝫ: alia scōm quantitatē: alia scōm qualitatē: alia scōm locū. Et scōm substantiā quideꝫ est generatio ⁊ corruptio. Hę enim vtraqꝫ in substantia fiunt. Nā ⁊ scōm substātiā


generatur aliquid: ꝛ scd̄m substātiā corrūpitur. Scd̄m quantitatē vero: ut cremētū ꝛ diminutio. etenī scd̄m quantitatē vel aucta creuisse: vel detracta diminuta esse dicitur. Scd̄m qualitatē vero que dicitur cōmutatio. scd̄m aliquas scilicet passiones: quas qualitates eē manifestuꝫ est. Scd̄m locū vero: ut itus in longitudinem: vel in curuaturā flexus. ꝛ itus quidē in longitudinem est: ut a sursum in deorsum: a prioribus retrorsum: a dextra in sinistrā: ꝛ rursus si hec cōuertas ꝛ directum pergentes ideꝫ motus erunt. Illud quoq; verū est has esse oēs species motus: nullo nāq; sibi participant: nisi solo generis nomine: quod mot⁹ dicuntur. naꝫ neq; generatio idē est q̄ corruptio: nāq; generatio est in substantiā ingressus: corruptio vō ex substātia egressus. Nec diminutio idē quod cremētū. nec scd̄m locū translatio alicui superiorꝫ ꝯsimi. lis ē. Cōmutatio aūt habet forte aliquā dubitationeꝫ: quod nō videatur a superioribus discrepare: quā questionem ita proposuit.

In alteratione vero habet quandā questionem: ne forte necessariū sit id quod alterat̄ per aliquā reliquaruꝫ motionū alterari. hoc autē non est veruꝫ. Nā pene scd̄m oēs passiones aut plures alterari accidit nulla aliaꝫ motionū cōmunicāte. Neq; enī augeri necessariū est: quod per passionem mouetur: neq; minui. Similiter autē in alijs. Ideoq; erit alia preter illos motus alteratio. Nam si eadem esset: oporteret id quod alteratur mox vel augeri vel minui: vel aliquē aliorꝫ motuū ꝯsequi. Sed nō est necesse. Similiter autē ꝛ quod augetur: aut alia aliqua motione mouetur: alterari oportebat.

¶ In cōmutatione vero est aliqua dubitatio: ne forte necesse sit quod commutatur scd̄m aliquem reliquorum motuuꝫ commutari. Naꝫ si omne quod cōmutatur aut generatur: aut corrumpit̄: aut minuitur: aut crescit: aut ad secundum locū transire necesse est. dubiū non est nihil superioribus ceteris hanc differre speciēꝫ: que secūdū commutationem dicitur: hoc autem non est veruꝫ. Sed quoniaꝫ quod cōmutatur non omnino neq; generatur neq; corrūpitur: vt qui in sole diutius steterit. si ex cādido niger est factus: cōmutatus quidem scd̄m colorē dicitur non tamen generatus est aut corruptus: nec vero illi aliquod vel crementū factum est vel diminutio. sed nec loci translatio vlla est. potest enim aliquis vno eodēq; loco consistens aliquibus extrinsecus venientibus passionibus permutari. potest quoq; ꝛ crescere ꝛ decrescere preter qualitatis cōmutationem. quod ipse Aristoteles ita pronunciat.

Sed sunt quedā crescentia que non alterātur: ut quadratuꝫ circūposito gnomone creuit quidem: alteratum vero nihil factuꝫ est sic ꝛ in alijs huiusmodi. quare alij sunt motus a se inuicem.

¶ Qd̄ dicit tale est. Si quadrato inquit addatur gnomo: crescit quidem quadratus: non tamen cōmutatur. Ideoq; sublato gnomone quadrat⁹ diminuitur: sed nō cōmutatur. Sit enim quadratus. a. b. c. d. ꝛ dicatur ei angularis. b. c. ꝛ diuidātur quattuor latera. a. c. a. b. b. d. d. c. i equalia. g. e. h. f. punctis. ꝛ ducāt̄. g. h. f. e lineę. Diuisus igitur quadrat⁹. a. d. in quattuor quadratos qui sunt. e. g. f. g. e. h. h. f. quorumlibet tres qui circa eādem angularē sunt si demantur: figura ipsa gnomo vocatur: vt si quis tollat hos tres. e. g. g. f. f. h. inuenitur. m. n. gnomo. qui. m. n. gnomo separatur ab. e. h. quadrato. Totus quidem. a. d. quadratus imminutus est: qui ex tam magno factus est paruus: non tamen formā tetragoni cōmutauit. Quod si. e. h. tetragon⁹ solus sit: ꝛ ei circumponatur gnomo qui est. m. n. creuit quidem tetragonus: ꝛ maior factus est: sed non cōmutatus est. Omnes enim tetragoni sibi sunt proprie qualitate consimiles. Quod si cōmutatio huiusmodi esset vt non omnino a superiorib⁹ separaretur: nulla esset dubitatio: quin semper oporteret quicquid cōmutatur secundum aliquem priorum motuū modū cōmutari. Ita vt aut generetur: aut corrūperetur: aut minueretur: aut cresceret aut secundum locum fieret aliqua permutatio. Quod quoniam non est: ab omnibus superioribus motibus hec motus species distat. Sed monstratū superius est quinq; superiores motus species a se omni ratione substantię discrepare. Quocirca distant a se similiter hi sex motus atq; diuersi sunt.



Est autēꝫ simpliciter quidem motui quies contrariuꝫ. Singulis vero singuli generationi quidē corruptio: augmentationi quidē diminutio: secunduꝫ locum vero mutationi: scd̄m locuꝫ quies. maxime autē videtur oppositum esse in cōtrariuꝫ locum mutatio ut que est inferius ei que est superius: ꝛ ea q̄ est superius ei que est inferius.

¶ Nunc iam motuū contrarietates exequit̄: ꝛ ipsi quidem generi. i. motui dicit quieteꝫ esse contrariam. habet enim motus quietem contrariā. Singulis vero speciebus motuum motus ipsi contrarij sunt: vt generationi corruptio. ꝛ cū generatio sit mot⁹ atq; corruptio: vtraq; tamen sibimet contraria sunt. cremento quoq; diminutio cōtraria est. Quare diuerso modo hę species motus contrarietatē habent: quā genus dudū habere monstrauimus. Motus enim ipse habet quietē cōtrariā. Specierū vero motibus non quies sed alij motus contrarij sunt: ut generationi corruptio: ꝛ cremento diminutio. Scd̄m vero locum translationis contrarietas simul est generis. Nam ꝛ ipsa habet contrariā scd̄m locū quietē: contrariā namq; est moueri de loco in locū: ꝛ non moueri. ꝛ est nō moueri quidē scd̄m locum quies: moueri vero secundū locum translatio. Maxime autē inquit scd̄m locum mutationi contraria est in contrariū locum permutatio. Ut si qua res sursum sit atq; ibi maneat: ꝛ sit quieta: postea sit ei motus talis: ut deorsum moueatur q̄q; ipsi superiori motui quies contraria sit: multo magis quidē huiusmodi motus qui in contrariū fit locuꝫ illi superiori motui contrarius est. Atq; hoc quidē ꝛ in alijs motibus accidit: ut si quis sit ad dexterā: si ei in sinistrā motus sit: in contrariū locum factus dicit̄ motus atq; hoc ideꝫ in alijs motibus licet videre. Sed aristoteles dubitat si reliquo motui. i. cōmutationi aliqd possit esse contrariū: quā questionē ita proponit.

Reliquo vero assignatorū motuum non facile est assignare quid sit contrarium. videtur autem neq; aliquid ei rei contrariū: nisi quis & in hoc scdm qualitatem quietē opponat: aut in contrariū qualitatis mutationem: sicut & in mutatione scdm locū quietem scdm locum: aut in contrariū locū mutationem. Est enim alteratio secundū qualitatem mutatio.

¶ Ex similitudine motuū contrarietates quoq; colligimus. Nam quoniam superius motui secūdū locum contrariam reperit secundū locū quietē: & quoniā omnis cōmutatio que scdm aliquā passionem fit: scdm qualitatem cōmutatur: motus eius contrarietatem posuit scdm qualitatē quietem: vt si lapis cum frigidus est si ita permanet: qualitas illa manet: & quiescit. quod si tepeat: qualitas illa cōmmutata est: & est ipsa cōmutatio contraria: & factus est quidē motus. sed in tepore lapidis scdm qualitatem facta est permutatio. fuit autem in frigore quies scdm eandem qualitatem. Quocirca licet videatur hic motus quidē omnino contrarium non habere: & tamen sicut superius dictum est scdm locum translationi cōtrariū esse scdm locum quietem: cur non quoq; scdm qualitatē cōmutationi dicatur quies scdm qualitatē esse cōtraria? Definitio nāq; cōmutationis est translatio secūdū qualitatē. cū enī qualitas cuiuslibet rei mouetur: fit trāslatio .s. scdm qualitatē. Quod si maxie videat scdm locū translationi eē contraria nō solū scdm locū quies: sed etiā in contrariū locū translatio: scdm qualitatē quoq; mutationi non solū erit contrarietas scdm qualitatem quies: sed maxime in contrariā qualitatem cōmutatio: ut si quid cū est album. si rubrū fiat: quieti quidem ei q̄ in albo colore poterit permanere: contraria fuit qualitatis ipsa mutatio: ut ex albo in rubrū mutaret. Si qd enim ex albo vertat in nigrū: illud maxime permutat: & illud superiori mutationi contrariū est quoniā permutatū est in cōtrariā qualitatē. Atq; hoc est quod ait.

Quapropter opposita erit secundū qualitatem mutationi scdm qualitatem quies: aut in contrariū mutatio qualitatis: ut albū fieri ad id quod est nigrū fieri. alteratur enim in contrariū qualitatis mutatione facta.

¶ Id quoq; apertissimū vulgat exēplo. Quare quoniā de motibus expeditum est: habendi equiuocationē que sequitur explicemus.

De habere.

Habere autē multis modis dicitur: aut enim tanq̄ habitum & affectū: aut aliam qualibet qualitatem. dicimur enim disciplinā aliquā habere atq; virtutem. Aut tanq̄ quantitatē: ut contingit ei qui habet magnitudinem. dicitur enim tricubitam magnitudinē habere vel quadricubitā. Aut tanq̄ ea que circa corpus sunt: ut vestimentum vel tunicam. Aut tanq̄ in parte: ut in manu annulū. Aut tanq̄ partē: ut manū vel pedem. Aut tanq̄ in vase: ut in modio grana tritici: aut in lagena vinū. vinū enī habere lagena dicitur: & modius grana tritici. hec ergo omnia haberi dicuntur: ut in vase. Aut tanq̄ possessionem. habere enim domū aut agrū dicimur. Dicitur etiam vir uxorem habere: & uxor virum. Sed videtur alienissimus qui nūc dictus est modus esse in eo quod est habere. nihil enim aliud per uxorē habere significamus nisi quia cohabitant. forte tamen & alij quidam apparebunt modi de eo quod est habere. Sed qui consueuerunt dici: pene omnes numerati sunt.

¶ Equiuocū esse habendi modum manifestum est. habere enī ita multis dicitur modis: vt tm̄ equiuoce predicetur. Dicimur enim habere aliquam qualitatem: vt habitum vel dispositionem. Dicimur quoq; habere scientiam vel virtutem: quantitatem quoq; habere perhibemur. Dicitur enim in mēsura habere quinq; vel quattuor pedes. Nemō etiam in ipsis partib⁹ corporis aliquid: & ipsas partes habere predicamur. dicimur enī & habere digitos & in digito annulos. Circa corpus quoque aliquid habere dicimur: vt tunicam vel quodlibet aliud vestimentū. Nec non etiā in vase haberi aliqd dr vt triticū in modio: & vinū in dolio. hec. s. ita haberi dicūtur vt in vase. Dr etiā quis habere uxorē: que scilicet significatio nulli supradicte communis est: sed (vt ipsi Aristoteli videtur) longe diuersa est hec significatio ab habendi predicamento. non enim proprie habem⁹ uxorē: sed quod habere quis dicitur uxorē. hoc significat habitare cum uxore: habere enim habitare dicimus vt est exēplū Terentius: habēt. i. habitāt atq; colūt. Quare ipse quoq; Aristoteles inquit eē aliquos fortasse preter eos qui dicuntur habendi modos. hortatur quoq; nos ad ulteriorem aliquā inquisitionē: vt nos quoq; queramus per quos preter priores dictos modos aliquos possit habere predicari. Et de hac equiuocatione quidē habendi sufficienter dictum est. ¶ Sed forte quis dubitet: cur cum habere superius in genere nominauerit: nunc idipsū equiuocū ponat. Sed hic questio ita soluitur. Non absurdum est idem predicamentum nunc vniuoce nūc equiuoce p̄dicari. vniuoce vt superi⁹ qdē eiusdē specierū exempla proposuit: vt est calceatum esse vel armatū. horū enī taliū gen⁹ est. Equiuoce vero vt in his modis quos superius exposuim⁹. Quod si & habet aliquas proprias species habendi predicatio: dicitur aūt & ipsū nomē multipliciter: nihil est incongruū in genere numerari. Sufficit enim ad demonstrādū genus esse & habendi predicationem: quod sub se aliquas partes speciesq; contineat.

Finis.

¶ Finis libri predicamentorū Aristotelis cum. A. M. S. B. cōmentarijs sequitur.

Eiusdem Boetij libri περὶ ἑρμηνείας Aristotelis traductio: ⁊ in eandem cōmentariorū Editio prima.

m Agna quidē libri huiꝰ apud peripateticā sectā probatur auctoritas. Hic nāq; Aristoteles simpliciū propositionū naturā diligēter examinat: sed eius series scropulosa impedit semita: ⁊ subtilibꝰ pressa sententijs: aditū intelligentię facilē non relinquit. Quocirca nos libri huius enodationem duplici cōmentatiōe supplevimꝰ: ⁊ quātū simplices quidē intellectus sententiarū oratio brevis obscuraq; cōplectitur: tantū hac operis huiꝰ tractatione digessimus. Qđ vero alterius acumen considerationis exposcat: scđe series editionis expediet. Hūc a me tantū lector expectet: ut pedetētim minutatimq; scđm orationis ordinē textūq; sermonis id quod in tanta breuitatis latet intelligat. Et priꝰ quę sit huiꝰ operis intentio breuiter demonstrandū est. Inscribitur etenī grece liber περὶ ἑρμηνείας. Quod latine de interpretatione significat. Quid ergo sit interpretatio paucis absoluā. Interpretatio est vox significatiua per seipsam aliqđ significās. Siue eniz nomē sit quod per se significat: vt ē homo. Siue verbū: vt est curro. Siue quod grāmatici participiū vocant. Siue pronomē est. Siue ex his iuncta oratio: vt est hō currit. Siue quolibet alio modo vel nomē vel verbū vel ex his oratio iuncta per se aliqđ significat: interpretatio nominat̄. Quare cū sint quędā in orationis partibus: q̄ per se nihil significāt. Alie tn̄ iuncte designent: vt sunt. Cōiunctiōes: vl' ppositiōes: hec interpretatiōe ē nō dicunꝰ. Interpretatio enī siue simplex ē: vt nomē ⁊ vbū. siue cōposita: vt ex his iuncta copulataq; oratio: vel per seipsum significare debet si simplex est: vel ex his q̄ per se significant iuncta esse: si composita est. Quare interpretatio est vox aliqđ per seipsam significans. Sed quoniā verba nominaq; interpretationes sunt oratio quoq; omnis quę ex significantibus per se predicamētis iungitur: interpretatio nūcupatur. Sunt autē plurime interpretationes: inter quas illa quoq; est oratio: in qua verū falsūue inueniri potest: id est enūciatiua: de qua hoc libro tractandū est. Idcirco igitur Aristoteles de cōmuni nomine ⁊ continenti libro titulū inscripsit. Interpretatio nāq; est nomen ⁊ verbū. Interpretatio etiā est huiusmodi oratio. Omnis homo animal est: sed in hac verū falsumq; auditor intelligit. Hęc eniz oratio quę dicit omnis homo animal est: vera vel falsa est. Interpretatio quoq; est etiā huiusmodi oratio. Da mihi codicem in quo verū falsumq; nullus inueniat. Eteniz da mihi codicē: neq; verū esse poterit neq; falsum. Quocirca quoniā de his solis orationibꝰ: in quibꝰ verū falsumq; reperit̄: quas enūciationes ⁊ propositiones vocamus: quę interpretationes sunt: disputaturus est: quoniāq; de nominibus illi verbisq; dicendū est: quid sint: quāue vim in significatione retineant: recte librū de interpretatione signauit. Nec hoc nos turbet: qđ sunt quędam interpretationes de quibus in hoc libro non tractet. tanq̄ eniz si quis de homine disputans titulū operis de animali posuisset: quāq; nō de omni animali: tamen quoniam de aliquo disputaturꝰ esset. Recte de animali libro nomen imponeret. Ita licet non de oī interpretatione pertractet: tamē quoniā de vna quę est enunciatio: ⁊ de nominibus ⁊ verbis: quę interpretatiōes simplices sunt: dicendū erat: de cōmuni ⁊ generali vocabulum libri de interpretatione imposuit. Est aūt intentio libri huius de simplici enūciatiua oratione disserere. Simplex eniz enūciatiua oratio est: in q̄ cū verum falsumue sit: illud tamen est: ut sine cōiunctione totus orationis ordo proponatur: ut est: homo est: homo est animal: homo currit: homo pauidus currit. Hę propositiones sine coniunctione proponūtur. Et hę dicuntur predicatiuę: q̄ sunt cū nomine ⁊ verbo. Illę vero quę sunt huiusmodi si sol super terrā est: dies est. Duplices atq; hypotheticę necnō ⁊ iam conditionales vocantur. Ponitur enim si hoc sit hoc esse: id est si sol est esse diē. Quare hę simplices nō sunt si sol est enim: ⁊ dies ē: duę propositiones sunt: quas vna coniunctio: quę est si: copulat atq; componit. Sed de his nullus hoc libro tractatꝰ habebitur. Quare quoniā de simplicibus enūciatiuis orationibus tractatum est: id est de simplici affirmatione ⁊ simplici negatione: quoniāq; affirmationes ⁊ negationes verbis et nominibus coniūguntur: ut in ea quę est: homo currit. Affirmatione homo nomen est: currit verbum. Et rursus: homo nō currit negatio eodē nomine verboq; cōiungitur: recte prius de simplici affirmatione ⁊ de simplici negatione: dicitq; de enūciatione simplici disputaturus est. Quoniā omnis enunciatio simplex verbis nominibusq; cōiungitur: primā disputationē de nominibus ⁊ verbis constituit. His eniz prius ad scientiā venientibꝰ tota facillime natura orationis aperit̄. De quibꝰ aūt ei in toto dicēdū est libro: inchoās ipse sic pponit.

p Rimū oportet constituere quid sit nomen: ⁊ quid verbū: postea quid est negatio: ⁊ affirmatio: ⁊ enunciatio: ⁊ oratio.

¶ In principio inquit huius sermonis qui de enunciatione instituitur: cōstituere id est definire oportet: qđ nomen sit: quid verbū. Hęc enim (vt dictū est) omnē coniungere orationē valēt. Quę oratio genus est aliarū orationū. Sunt eniz principales quīq; orationū differentię. Est autē prima oratio deprecatiua: vt Iuppiter omnipotens precibus. Si flecteris villis. Secūda imperatiua: vt suggere tela mihi. Tertia īterrogatiua: vt quo te moeri pedes. Quarta vocatiua: vt huc ades o melibee. Quinta enūciatiua: in q̄ verū inesse falsumq; perspicatur. Huiꝰ autē duę sunt species. vna affirmatio: altera negatio. Affirmatio est: vt hō animal est. Negatio: vt homo animal non est. Ergo orationem verba nominaq; constituūt. Enūciationis autē oratio genus est. Enunciatio vero Affirmatiōis ⁊ negationis. Quare elementa quędam sunt quę coniūgūt orationē: verba ⁊ nomina: ⁊ de his disputat primū. Dehinc propositionis duas vltimas spēs sumit: ⁊ dicit se de affirmatione ⁊ negatione dicturū. Post has harū genus pponit. i. enūciationē. Vltimū vero: quod horū maximū est orationē. Est vero quodāmodo conuersus ordo ab speciebus: vsq; ad earū genera prima perueniās. Proponēdo eniz ab affirmatione ⁊ negatione ad enuntiationē: quod est genꝰ: ascensum est. Ab enunciatiōe ad enūciationis genus: quod est oratio: ppositionē operis leuauit: diuerso tn̄ modo de cunctis disputat. Prius enī de oratione: post de enūciatione: deinde de affirmatiōe: postremo de diffinitiōe negationis edisserit conuerso. s. ordine. Sed hoc posterius liquebit. Quod autē prius negationē postea proposuit affirmationē: nihil interest cū oēs spēs equęue sibimet sint ⁊ vni generi eq̄liter supponantur. Quocirca si affirmatio ⁊ negatio enūciatiōis species sunt: rectum est qualibet earū prius indiuiō ete proponere. Quēadmodū autē affirmatio ⁊ negatio species enuntiationis sint: ⁊ hęc earū genus: Secunda editione monstrandū est.

Sunt ergo ea quę sunt in voce earum quę sunt in anima passionū notę. ⁊ ea quę scribūtur eorum quę sunt in voce. Et quēadmodū nec litterę omnibus eędē: sic nec eędē voces. Quorū autē hę primorū notę: eędē

olibus passiões aię sunt. ⁊ quorū hę similitudines res iam eędem. De his quidē igitur dictū est in his quę dicta sūt de anima. Alterius est enim negocij.

Quoniā nomen ⁊ verbū in definitionibus suis significatiua paulo post propositurus est: primū explicat quorū sint significatiua quęcunqꝫ significant: ad est q̄ definiat ipsum nomē ⁊ verbū. Tota autē rō sensus huiusmodi est. Tria sunt ex quibus omnis collocutio disputatioqꝫ perficitur: res: intellectus: voces. Res sunt quas animi ratione percipimus: intellectuqꝫ discernimus. Intellectus vero quibus res ipsas addiscimus. Voces quibus id quod intellectu capimus: significamus. Preter hęc autem tria est aliud quoddaꝫ: quod significat voces. ea sunt litterę. harum enim scriptio vocū significatio est: cū igitur hęc sint quattuor: res intellectus: vox: littera. Rē concipit intellectus: intellectū vero voces designāt: ipsas vero voces litterę significant. Intellectus vero animę quędam passio est. Nisi enim quandā similitudineꝫ rei quā quis intelligit in animę ratione patiatur: nullus est intellectus. Cum enim video orbē vel quadratū: figurā eius mēte concipio: ⁊ eius nihil similitudo in animę ratione formatur: patiturqꝫ anima rei intellectę similitudinē: vnde fit vt intellectus ⁊ similitudo sit rei: ⁊ animę passio. Hoꝝ autem rursus. iiij. duę sunt naturales: duę scd̄ꝫ hominū positionē. Voces nāqꝫ ⁊ litterę scd̄m hominū positionē sunt. Intellectus autē ⁊ res naturaliter. Hoc illo approbat: quod apud diuersas gentes diuersis vocibus vtunt̄ ⁊ litteris. Idcirco quoniaꝫ ipsi sibi voces: quibus vterentur: ⁊ litteras quib⁹ scriberent: composuerūt. Intellectus aūt ⁊ res null⁹ posuit Sed naturaliter sunt. Neqꝫ eniꝫ quod apud romanos est equus: apud barbaros ceruus. Sed apud diuersas gentes eadē rerū natura est: preterea neqꝫ quod nos intelligimus esse equū: canē barbari putant. Sed eadem apud diuersissimas gentes substantiarū intellectuūqꝫ ratio est constituta. Quare duę harū sunt scd̄m hominū positionē: id ē voces ⁊ litterę: duę scd̄m naturā: res ⁊ intellectus. Nunc ergo hoc dicit quoniā voces quidēꝫ significant intellectū: ipsas autem voces litterę significāt Sunt autem intellectus animę passiones. ⁊ voces qdē ⁊ litterę naturales non sunt. quēadmodū enim vox nō eadem apud omnes ita nec litterę. Sed intellect⁹ ⁊ res eadē apud oēs quaslibet diuersissimas gētes inuenies. Atqꝫ hoc ē qd̄ ait. Sūt ergo ea q̄ sunt in voce earū q̄ sūt in aīa passionū notę. Idē ipse ingt voces intellect⁹ sunt animę passiones significant: eorūqꝫ sunt significatiue. ergo ea quę sunt in voce significant illas: ⁊ earum sunt notę: quę sunt animę passiones. Animę aūt passiones intellectus sunt. Igitur ea quę sunt in voce: intellectuū qui sunt animę passiones: notę sunt: eosqꝫ significant. Quoniā his id est vocibus omnis significatur intelligentia mentisqꝫ conceptio. At vero quod addidit. ⁊ ea quę scribūtur eorū quę sunt in voce: tātūdē valet: quātū si diceret. Notę sunt litterę quę scribūtur verboruꝫ ⁊ nominū: quę sunt in voce: monstrauit igitur voces intellectuū esse significatiuas: ⁊ litteras vocū. nūc de eorū natura pertractat dicens. Et quemadmodū nec habere omnibus eędem: sic nec eędeꝫ voces. hoc ad monstrādū valet voces ⁊ litteras positiōe cōstitui nō natura. Etenī diuersę apud diuersos sunt voces ⁊ litterę: ⁊ quēadmodū litterę eędem apud omnes homines nō inueniūtur: ita quoqꝫ nec voces. Quare hę scd̄m positionē sunt: qd̄ ipse reticuit velut planū. Manifestū enī est: quod per gentes singulas permutatur: hoc nō natura constitutū esse: sed positione. Qd̄ vero addidit. Quorū autem hę primorū notę sunt: eędeꝫ omnib⁹ passiones animę sunt ⁊ quorū hę similitudines: res iam eędem. Ad hoc pertinet: vt naturales eē res intellectusqꝫ declaret. Idē nāqꝫ (vt dictū est) intellectus passiones quidē animę sunt rerū vero similitudines. Ergo nunc hoc dicit: quoꝝ hę id est voces: de quibus supra dixerat: notę sunt: eędem sunt animę passiones: ⁊ vt nec litterę sunt eędeꝫ: sic nec eędē voces. Quorū ergo hę voces significatiuę sunt: id est passionū animę: hę sunt apud omnes eędē. Significant autē voces illa quę sunt in intellectib⁹. Intellect⁹ autem animę passio est apud omnes homines nō diuersa. Ergo naturalis apud omnes homines est animi cōceptio: atqꝫ animę passio. Quorū sunt notę ea quę versantur in vocibus. Docet autē ⁊ res quarū sunt similitudines intellect⁹ ⁊ aię passiones: esse nō positiōe sed naturaliter cōstitutas. Idcirco ꝙ hę res quaꝝ similitudines sunt intellect⁹: q intellect⁹ aię passiones sunt: apud oēs eędē sunt. hoc est enim quod ait ⁊ quoꝝ similitudines scilicet animę passiones: quę sunt similitudines rerū: res etiā eędē. Ac si diceret. Quoꝝ intellectus sunt similitudines: qui intellectus animę passiones sunt: id est rerū apud omnes eędē sunt. qd̄ aūt ita posuit. Quorū autē hę primorū notę. hoc sentit. De vocibus enim dicit. quoniā quorū voces primorū notę sunt: apud omnes eędē sunt animę passiones. Vox enī etiā intellectū rei significat ⁊ ipsaꝫ rem. Vt cū dico lapis ⁊ ipsum lapidem id est ipsaꝫ substantiā designat. Sed primus intellectū: secundo vero loco significat rē. Ergo nō oīa q̄ vox significat: passiones animę sunt: sed illa sola quę primo primus enim significatur intellectus: secundo vero loco res: sed intellectus passiones animę sunt quoꝝ ergo primorū notę sunt voces: eędem sunt omnes homines animę passiones. Est alia quoqꝫ scriptura hoc modo se habens. Quorum autē hę primorū notę hę omnibus passiones animę sunt: ⁊ quorū hę similitudines: res etiā hę quod si ita scriptū est: hoc dicere: ostendit enim quoꝝ sunt voces notę: ⁊ quorū rursus sunt animę passiones: tāqꝫ si diceret. Voces quod significant: ⁊ quoꝝ notę sunt: illę sunt aię passiones. ⁊ rursus quorū similitudines sunt hę q̄ sunt aię passiōes: hę sunt res: tāqꝫ rursus si diceret quorum sunt similitudines ea quę in intellectibus atqꝫ aię passionibus sunt: illę res sunt. Sed de his disputationes trahere longius non vult. Ait enī de his quidē igitur dictū est. In his quę sunt dicta de anima. Alterius est enī negocij. Etenī aliud est principaliē de intellectib⁹ aię disputare: aliud tātū sibi ad disputatiōeꝫ sumere: qn̄tū ad logicę possit pertinere peritiā. Quare alterius negotij est principaliter de animę passionib⁹ disputare.

Est autē quēadmoduꝫ in anima aliquotiēs intellectus sine vero vel falso: aliquotiens vero cui iā necesse est horuꝫ alterum inesse sic etiam in voce: circa cōpositionē enim et diuisionē est falsitas veritasqꝫ.

De enūtiatione dicturus in qua veritas ⁊ falsitas inuenitur: recte prius monstrare ꝯtēdit: in qua prolatione vocū horū alterū idē aut veritas aut falsitas inueniri queat. Sꝫ omnis vox animi sensa significat. Quare ex animi intellectib⁹ quicquid euenit: vocibus indicatur. Ergo nunc hoc dicit. Similitudo est inqt quędam inter se intellectuū atqꝫ vocū quēadmodū enim sunt quędā simplicia quę ratiōe animi cōcipiunt̄: constituuntqꝫ intelligentia mentis: in quibus neqꝫ veritas vlla: neqꝫ falsitas inuenit̄: ita quoqꝫ in vocib⁹ est. Simplex eniꝫ intellectus: vt verbi gratia hominis vel equi: neqꝫ falsitatem vllā retinet neqꝫ veritatē: cū enim intelligo simpliciter hominē vel substātiā ipsam: nihil veri vel falsi in cogitatione retineo. Qd̄ si cursuꝫ rursus animi cogitatione pspexero: cogitatio ipsa quoniā simplicis rei tenet intuitū: veritate ⁊ falsitate seclusa ē. Sed quādo cursuꝫ ⁊ hominē iūxero: ⁊ ex his aliquid intelligētia mea fecero

id quoq; si voce proferā huiusmodi erit hō currit. Tūc et hac substantię et accidentis cōpositione et coniunctione huiusmodi intellect⁹ fit: in quo vel falsitas possit esse vel veritas. Ergo quemadmodū in intellectu quędam aliquotiens simplicia vero falsoq; carētia: aliquotiens autem cum iam necesse est aut veritatem inesse intellectui aut falsitatem: sic est etiā in voce. Nam si simplicē intellectū vero falsoq; carētē vox pferat: ipsa quoq; vox a veritate et falsitate relinquitur. Quod si huiusmodi pferat intellectū: qui in se verū falsumq; cōtineat: ipsa quoq; veri falsiq; retinet significationē. Docuit autē per hoc qđ ait. Circa compositionē enī et diuisionē est veritas falsitasq;: in qua prolatione vocis enūciationes possumus inuenire. Quotiens enī substantiam cū accidenti coniūgim⁹ atq; cōponimus: vel intellectū intellectui copulamus: ut fieri possit ppositio in cogitatione: sic fit idem in voce. Et est nunc affirmatio: ut homo currit. Hominē qppe cursumq; cōposuit atq; coniunxit. et inde affirmatio nata est veritatem continens vel mendaciū. Nunc vero negatio: si huic aduerbiū negatiuū iunxero: et substātiā ab accidente diuisero atq; disiunxero: ut est hō non currit: non quod est aduerbiū negatiuū hominem a cursu diuisit atq; disiunxit: factaq; est inde negatio rursus veritatē falsitatēue significās. Recte igit dictum est circa cōpositionē qđ est affirmatio: vel diuisionem qđ est negatio: veritatis falsitatisq; cōstare naturam.

Nomina igitur ipsa et verba cōsimilia sunt sine compositione vel diuisione intellectui ut homo vel album: quādo non additur aliquid: neq; enī adhuc verū aut falsum est.

¶ Nunc quid sit intellect⁹ sine vero vel falso cōtinuata orone persequit. Ea enī inquit quę simplicia dicunt: similia sunt simplicibus intellectibus: qui sine vlla cōpositione vel diuisione animi puro capiuntur intuitu. Cum enim homo vel albū ipsa quidē simplicia sint: et significent aliquid: nihil tamē neq; verū neq; falsū designant. Omne enim simplex nomē vel verbū a veritate et falsitate secludit. Atq; ideo (quoniā ut dictū est) quęcūq; sunt in vocibus: significant animę passiones. Simplices voces et sine cōpositione vel diuisiōe similes sunt his intellectibus quos sine cōpositione et diuisione simplex intelligentia concipit. In his enim atq; in huiusmodi nulla neq; veritas neq; falsitas inuenit: nisi enī aliquid addatur: ut id quod simplex intelligis: vel per se constituas esse: vel ei aliquid scđm esse cōiungas: in his veritas et falsitas nō erit. Cū enim simpliciter dico homo: si nō aliquid addidero: ut verbū est: et fiat huiusmodi cōpositio: homo est: vel huiusmodi aliquid: ut homo viuit: quod idem valet: tanq̄ si dicam: homo viuens est. Ergo nisi aliquid huiusmodi fuerit adiunctū quod intellectam rem vel per se esse constituat: ut homo est: cū dico hominē: per se esse designaui: vel iuncto accidente tale aliquid opponat: quod idem ei quod est esse significet: ut est hō viuit. Vita enim homini iuncta est: et viuit idē significat: quod viuens est: nulla veritas nec falsitas valet intelligi. Hoc aūt conuenientissimo monstrat exemplo.

Signum autē huius est etenim hyrcocerųus significat quidē aliquid: sed qđ nondū verum vel falsum: si nō vel esse vel nō esse addat vel simpliciter vel scđm tēpus.

¶ Magnā vim habet exempli huius subtilitas. Nō enim sola illa nomina vel verba falsitate ac mendacio separata sunt: quęcūq; simplicia sunt: sed etiam illa quęcūq; sunt cōposita si sint simpliciter dicta. Hyrcocervus enī composituū nomē est significans hyrcū et ceruū. Sed nisi ei aut esse aut non esse addat. ut dicamus hyrcocervus est: vel hyrcocervus nō est: nullus inde veri falsiue intellectus poterit prouenire. Ipsū enim quāq; sit cōpositum tamen simpliciter dictū veritati vel falsitati proximū non est. Si quis enim dicat tm̄ hyrcocervus: nihil enūciat. Quod si nihil enunciat preter veritatē falsitatemq;: quoddā compositum designans nomen auditor intelligit. Quod vero ait vel simpliciter vel scđm tēpus: ad hoc valet: ne putaremus tunc fieri solum de nomine enunciationem. Cum ei presens tempus adijcitur: ut cū dicamus hyrcocervus est: vel hyrcocervus nō est: in his iam veritas est aut falsitas. Sed non solum si presens tempus designet propositio: sed etiā si preteritum: ut si quis dicat: hyrcocervus fuit: vel futurum: ut si quis dicat hyrcoceru⁹ erit: enunciationē facit: ergo id est quod ait vel simpliciter vel secundū tempus huiusmodi enim est. Simpliciter facta enunciatio secundum presens est. Etenim quod presens dicimus tēp⁹ non est sed confinium temporū: tempus enim est futurū aut preteritum: ergo non potest in eo quod est hyrcoceru⁹ veritas aut falsitas inueniri: nisi ei aut esse: aut non esse addat: vl' p̄sens: significās qđ ē simpliciter: vl' tēpus quod est preteritū aut futurum. Si quis enī sic dicat: hyrcocervus est: simpliciter dixit: id est secundū presens. Si quis autem hyrcocervus erit vel fuit: secundū tempus futurum scilicet et preteritum. Hec igitur quę erāt vtilia prelocutus ad definitionem nominis disputationis cursum intendit.

De Nomine

Nomen est vox significatiua scđm placitū sine tempore: cuius nulla pars est significatiua separata.

¶ Omnis diffinitio genere et differentijs perficitur. Sumpsit ergo ad definitiōem vocem nominis genus. Cetera vo q̄ extra⁹ est: pro differētijs aggregauit. Est autem huius termini talis expositio: nomen est inquit vox. Sed vocū alię sunt quę significant: alię quę nihil significant. Nomen autē significat: id cuius nomen est. Nomen igitur est vox significatiua. Vocū significatiuarū: alię sunt naturaliter: alię non naturaliter. Naturaliter est vox significatiua: vt ea quę dolores naturaliter mōstrat aut gaudia. Non naturaliter vero significatiuę voces sunt: quas secundum positionē esse dicimus. Secūdum positionem vero sunt: quas sibuptū homines posuerunt: vt cum dixit aliquis primus qui rebus nomina condidit: hec substantia dicatur aurum: hec lapis hec aqua: et alia similia. Tales igitur voces secundū positionem sunt hominū. Et ita secundum positionē: quēadmodum ipsis hominibus placuit: a quibus nomina ipsa formata sunt: huiusmodi ergo voces quę secundū positionem sunt: secundum ponentium placitum sunt. Sed nomen non naturaliter significat. Apud diuersas enim gentes diuersa sunt nomina. Quę autem apud diuersos diuersa sunt: ea non sunt naturaliter: sed secundū placitum eorū qui posuerunt: positionemq; ponentiū. Alioquin si naturaliter essent quēadmodum ea quę dulcia sunt apud romanos: non eadem sunt apud scythas amara nec acida: sed apud ipsos quoq; sunt dulcia: et apđ omnes gentes sunt eodē modo. Ita quoq; oīa noīa si naturaliter essent eisdem omnes homines vterent. Quare quoniam nomina naturaliter non sunt nec naturaliter significant: secundum placitū sunt scilicet ponentiū atq; auctorū: et a quibus nomina ipsa rebus impressa sunt. Est ergo nomen vox significatiua secundum placitū. Secundū placitū autem positionēq; significantiū vocum alię tempus secum ad significationem trahunt: alię preter tempus predicantur. Tempus secum trahūt vt est curro et lego: vel cucurri vel legi: et quęcunq; sunt verba. Omne enim verbum cū tempore est. Nomina vero sine tempore sunt. Cū enim dico socrates vel plato vel albedo: vel aliquid huiusmodi: temporibus carent:

Nomen ergo vox est significatiua secundum placitũ sine tempore. Uocũ significatiuarũ sine tempore secundum placitum. Alię sunt quarum partes aliquid extra significant: alię quarũ partes extra nihil designant. Hęc nãqȝ vox: quę est socrates cum platone alijsqȝ discipulis quę est oratio: ⁊ significatiua est ⁊ secundũ placitũ. Partes nãqȝ ipsiꝰ q̃ sunt noĩa: scd̃m placitũ sunt ⁊ sine tp̃e. Nulla nãqȝ in eis nec imaginatio q̃dẽ tp̃is inueniť: sed habet hoc qd̃ partes eiꝰ extra significãt. Tota nãqȝ orõ ẽ socrates cũ platone alijsqȝ discipulis: sed eiꝰ pars socrates si a tota orõne diuisa sit significat aliqd. Noĩs aũt pars nihil extra significat: ipsiꝰ eñi noĩs qd̃ est socrates: quod disiunctũ a tota cõiunctione significat aliqd: partes nihil extra designãt. Neqȝ eñi so. neqȝ cra. neqȝ tes. neqȝ aliquid pręter totũ nomẽ extra designat. Quare rectissime diffinitio constituta est. Nomen esse vocẽ secundũ placitũ designatiuam sine tempore: cuius partes nihil extra significant. Hoc autem propositis docet exemplis.

In noĩe enim quod est equiferus: ferus per se nihil significat: quẽadmodũ in oratione quę est equus ferus.

℃ Si enim sit oratio quę dicat equus ferus: duas res significat: equũ ⁊ ferũ. Utrunqȝ enim est vnum substãtia: alterũ quale. Qui vero dicit equiferus: vnũ nomẽ est: ⁊ ei vnũ qd̃ significat subiectũ est. Quocirca vnum quoqȝ permixtio ista significat. Quod si vnũ significat tota pmixtio: pars idẽ separata nihil extra designat. In toto enim nomine quod est equi ferus: consignificat quidem ferus: per se vero nihil significat. Quod si per se id quod dicimus ferus aliquid significare arbitremur: nõ iã erit pars noĩs: sed ipsũ erit integrũ nomẽ: ⁊ habebit partes. fe. ⁊ rus. Quocirca qñ noĩbꝰ vnũ subiectũ est: ⁊ vnũ significat totum nomẽ: vel si sit ęquiuocũ: vel si nõ sit: canis eñi cũ sit ęquiuocũ semel totũ latrabilẽ: secundo totũ celestẽ: ⁊ rursus totũ marinũ significat. Quare qm̃ q̃dlibet nomẽ vnũ aliqd significat totũ: pars eiꝰ separata: ⁊ velut a tota cõpositione seiuncta: in q̃ vnũ aliquid consignificabat: nihil extra significat. Dat autẽ differentias simplicium nominũ ⁊ compositorũ.

At vero nõ quemadmodũ in simplicibus nominibus: sic se habet etiã in cõpositis: in illis eñi nullo modo pars significatiua est. in his autẽ vult quidẽ: sed nullius separata: ut in eo qd̃ est equiferus ferus.

Simplicis inqt noĩs ptes qm̃ nõ cõstãt ex alijs ptibus: ne imaginationẽ quidẽ significatiõis aliqd produ͂t ut in eo noĩe qd̃ est hõ: neqȝ ho. neqȝ mo. qcq̃ȝ significãt: neqȝ significare putãť: iccirco qm̃ simplex nomẽ ẽ: in his quoqȝ q̃ cõposita sunt qm̃ ex duobꝰ significatiuis in vnã significatiõẽ rediguť: vult q̃dẽ significare aliqd pars: sȝ nihil separata designat. In eo eñi qd̃ est equiferꝰ: dat q̃dẽ imaginationẽ aliquã significatiõis: ⁊ putať significare ferꝰ. Hoc est eñi qd̃ dicit vult q̃dẽ: sed nihil extra separatũqȝ significat. Si eñi hoc ipsũ ferꝰ vt pars noĩs dicať dimidiũ nomẽ dr̃ eiꝰ qd̃ est equiferꝰ: dimidiũ aũt nomẽ designat nihil. Ergo id qd̃ dicimꝰ ferꝰ: cũ alia parte noĩs q̃ est equi vnũ cõsignificat: id est equiferꝰ: separatũ etiã nihil extra significat. Quod si rursus ipsum nomen extrinsecꝰ non in alterius nominis parte ponatur: per se sibi significat velut nomen. Ergo non est similis in simplicibus noĩbꝰ cõpositisqȝ partiũ cõsignificatio. Sed simplicium quidẽ nominũ partes nec ip̃e significãt: nec significare putanť. Cõpositorũ vero volũt q̃dẽ partes aliq̃d significare: ⁊ dãt significationis imaginationẽ: ⁊ significare aliquid putanť: sed nulliꝰ separatum retinẽt significationẽ.

Scd̃m placitum vero quoniã naturaliter nominũ nihil est: sed quãdo fit nota.

℃ Tũc eñi significat nomẽ scd̃m placitũ: qñ fit nota alicuiꝰ rei: id est qñ significat aliquã rẽ: vt metaphus. Quãdiu eñi huic nihil subiectũ est metaphus nomen nõ est. Nã noĩs ẽ significare subiectũ. Metaphus aũt subiectũ nõ significat. Non igiť nomẽ est. At rursus si huic vocibꝰ tuere esse subiectũ. noĩs aũt significare subiectũ est. Non eñi nomẽ aliqd diceref nisi a subiecti significatione hoc traheret per quã ei nomẽ et a notamine. Itaqȝ cũ metaphus subiectũ significat nomẽ est. Constat igiť nomen esse secundũ placitũ: sed tunc qñ fit nota: id est quando aliquod subiectũ significat.

Nam designant ⁊ illitterati sonitus ferarũ: quorum nihil est nomen.

℃ Dixerat superius in diffinitione: nomen esse secundundum placitum non natura. Hoc autem diligentiꝰ monstrat nunc dicens: nihil esse nominũ naturaliter. Atqȝ ideo nõ illi sufficit ad definitionẽ: quod est significatiua vox: nisi illud quoqȝ addiderit: quod secundũ placitum vox significatiua est. Alioquin multi litterati soni significant: vt sibilus aliquid interdũ significat. Ferarũ quoqȝ multorũqȝ animalium voces interdum aliqua significatione prędictas esse perspicimus. Quędam enim vox canum irã significat: hinnitus quoqȝ equorũ sępe alteriꝰ equi consuetudinẽ q̃rit. Sȝ hęc naturaliter significãt: atqȝ ideo noĩa non sunt: qd̃ igiť naturaliter significat: nomẽ nõ est. Atqȝ hęc hactenus. Nũc quẽadmodũ facta sit definitio videamꝰ. Qd̃ dixit nomen esse vocẽ. Traxit a genere definitionẽ. Qd̃ significatiuã esse cõsequenť apposuit: Nomẽ ab nõ significantibꝰ vocibꝰ separauit. Qd̃ secũdũ placitũ a naturaliter significantibus vocibꝰ noĩs naturã diuisa est. Qd̃ sine tempore: ad verborum distrepantiam respicit. Quod eius nullã partem extra significare propositum est: ideirco dictũ est: vt nomen ab orationibus distare videretur. Hactenꝰ q̃dẽ de tota nominis definitione tractatum est. Et quibus differentijs ab alijs vocibus distare possit nomen: explicatum est. Nunc autẽ quę videntur in definitiõe nominis incurrere: an nomina sint diligentius quęrit.

Non homo vero non est nomẽ. At vero nec positũ est nomẽ: quo illud oporteat appellare. neqȝ eñi oratio neqȝ negatio est: sed sit nomen infinitũ: quoniã similiter in quolibet est: ⁊ quod est: ⁊ quod non est.

℃ Nunc differit qualia esse arbitrari oportet: quę cum sub definitione noĩs quidẽ cadant: integra tamen nomina non esse videantur. Unde fit: vt his diligentissime distributis integerrima nominis definitio concludatur. Hoc eñi qd̃ dicimus non hõ: quid sit ambigiť. Oratio enim non est. Omnis enim oratio verbis nominibusqȝ coniungitur. Hoc autem quod dicimus nõ homo: duabus quidem partibus constat: sed vnum in se retinet nomen: verbum vero nõ habet. Negatiua enim particula: quę ẽ nõ: neqȝ nomẽ neqȝ verbũ est. Rursus negatio nõ est. Omnis enim negatio verum falsum ve significat. Non homo vero quod dicimus: neqȝ verũ est neqȝ falsum. Nisi eñi (vt supra aiť) aliquid quod sit proximũ ad id quod est esse addatur: nulla veritatis aut falsitatis ratio in qualibet orationis partiũ compositiõe perficitur. At vero nomen nõ est. Omne. n. nomen vnã rem significat definitã: vt cũ dicimus homo: substantiã significat: nec quãlibet. sed rationalem atqȝ mortalem. Eodem modo ⁊ cętera nomina. Qui vero dicit non homo: hominem quidẽ tollit. Quid autẽ illa significatione vellit ostendere: non definit: potest enim quod homo nõ ẽ: ⁊ equus eẽ: ⁊ canis: ⁊ lapis: ⁊ cętera quęcunqȝ homo non fuerint. Quare quoniam id quod definite significare potest: aufert in eo negatiua particula: quod vero significare debeat: definite nõ dicit: sȝ multa atqȝ infi-

nita vnusquisq auditor intelligit. Dicatur inquit nomen infinitum. Hoc enim quod dicimus non homo: tã multa significat: quã multa sunt: que a definitiõe hominis disiunguntur. Sed hoc aristotelis vocabulũ: cũ infinitũ nomẽ vocaret primus inuenit. Apud antiquiores enĩ illa quidẽ erat dubitatio: sed huic differẽtie qua differt nomẽ definitũ ab huiusmodi nomine quod cũ negatiõe proponit: impressum vocabulũ nõ erat: quod ipse testat dicẽs. At vo nec positũ est nomẽ: quo illud oporteat appellare. Nullus enĩ posuit vocabulũ: quo oporteat appellare id quod dicimus non homo: sed aristoteles perspicaciter infinitũ nomen huiusmodi predicamẽtũ cẽsuit appellari.

Catonis aũt vel catoni: ⁊ queciiq talia sunt nõ sunt nomina: sed casus nominis.

Omnis inquit casus alteri⁹ casus est. Itaq fit: vt quicunq casus sit: alterius inflexio videat. Ergo quod dicimus hui⁹ catonis: vel hunc catonẽ: vel alia huiusmodi: casus nominamus. Unde fit vt hi casus inflexiones quoq dicãt: sed ois inflexio alicui⁹ inflexio est. Qd aũt inflectitur: ab eo quod ipsa inflexione fit pri⁹ est. Quare cũ id quod dicimus cato nomen sit: ⁊ sic primũ distat inflexiõib⁹ suis. Inflexio aũt noiatiui genitiu⁹: ⁊ ceteri. Nullus enĩ dixerit recte nominatiuũ casuz esse. Si enĩ id quod dicim⁹ cato alicui⁹ casus sit: cuius casus esse possit oportet ostendi: sed ante id qd dicim⁹ cato: nulli⁹ pdicat casus: igit qm̃ cato nomẽ nulli⁹ inflexio est: nec omno casus est. Ceteri autez casus qui dicũtur nominatiui inflexione formãt: catõis: ⁊ catoni: ⁊ catonẽ: quare si distãt ea que ab inflexione nascũtur: ab his que inflectũtur: distant quoq hi omnes casus: qui sunt catonis: catoni, catonẽ: ab eo quod est cato: id est a nomine principali: sed hic cato nomen est: casus igitur nomina nõ sunt. Aliud enim est ipse casus: aliud cui⁹ est casus. Quocirca si nominis hec oia casus sunt, hec noia non sunt. Atq ideo prudenter veteres omnes casus genitiuũ: datiuũ: accusatiuũ: vocatiuũ: ablatiuũ suis diuersisq noib⁹ vocauerũt. Primũ vo alias rectũ: qsi a nullo inflexũ: alias nois ipsi⁹ vocabulo noiatiuũ dixerũt. Quare nũc hoc Aristoteles exequit: qui casus noiuz videant nõ esse noia sed eis nominũ inflexiones. i. casus.

Ratio aũt eius in alijs quidẽ eadez est: sed differũt: qm̃ cũ est vel fuit: vel erit adiũctũ neq verũ neq falsuz est. Nomẽ vero semp ut catonis est vel non est. Nõdũ enĩ aliqd veruz dicit neq falsum.

¶ Rõ inquit. i. definitio nominis ⁊ casus nominis eadẽ est. nam sicut nomen vox significatiua est scdm placitũ sine tpe: ut ci⁹ pars nulla extra significat: sic etiã casus. Nã vox est ⁊ scdm placitũ designatiua: ⁊ cuius separate partes nihil extra designãt. Ergo eadẽ diffinitio rationis nominis est ⁊ casus nominis: sed his vna addetur differentia: quod omne nomen cũ eo quod dicit est: aut nõ est: coniunctũ aut affirmatiuã enunciationẽ facit: aut negatiuã: ut socrates est: vel socrates nõ est. Hic enim quoniã veritas aut falsitas incidit: enunciationẽ esse necesse est. in casib⁹ vo quãuis addas est. aut nõ est nulla inde affirmatio neq negatio fit. Neq enĩ vlla in hos veritas aut falsitas cadit. Si quis enĩ dicat socratis est socratis nõ est: vel catonis est: vel catonis non est: quid sit vel nõ sit non apponens: cũ simplici casu est: aut nõ est iungens imperfectã faciet orõnez falsitate ac veritate disiũctã. Quare nulla enũciatio ẽ. Ergo differt nomẽ a casu: qd nomẽ quidẽ cũ est: aut nõ est iunctũ aut verũ vel falsuz facit. Casus vo neq verũ dicit neq mẽtit. Etenĩ nullo alio addito trũca est atq iperfecta sentẽtia. sz quorsũ istud. s. ut definitio nois integerrime cõpleret. Etenĩ iã nũc definitio nois hoc mõ est. Nomen est vox significatiua scdz placitũ sine tpe: cui⁹ nulla pars significatiua ẽ separata: definitũ aliqd significãs: cũ est aut nõ est iũcta faciẽs enũciationẽ. Sed de noie hactenus. Nũc verbũ diligẽtissima definitione determinat.

Uerbũ autẽ est: qd cõsignificat tẽpus: cuius pars nihil extra significat: ⁊ est semp eorũ que de altero predicanẽ: nota.

¶ Uerũ distat a nomie hoc solo qd nomẽ sine tpe est: ut supra iã dictũ est: verbũ aũt tẽp⁹ in significationib⁹ trahit: ⁊ esset quidẽ plena definitio verbi: si alia in eo oia q̃ in noie posita sunt poneret: hoc solo discrepãte: qd vbũ cõsignificat tẽpus: essetq definitio ita. Uerbũ est vox significatiua scdm placitũ cũ tpe: cuius nulla pars extra significatiua est: sed qm̃ sunt illa noĩ verboq cõia: proprĩs aũt verbi est cõsignificare tẽpus: a ppriẽtate definiti. s. nois verbũ voluit definire. Diligẽter aũt ait cõsignificat. Nam significant nomina tẽpus: ut dies: vel ann⁹: hec enĩ tẽporũ noia sunt. Uerbũ aũt pprie cõsignificat tẽpus: principaliter enĩ aut passionẽ designat aut actũ: vt cũ dico: accuso vel accusor: cum ipse actus passionisq significatione vim quoq scdũ temporis trahit: vt ille actus aut passio preter presens: aut futurus: aut preteritum: aut quod inter hec est esse nõ possit: ⁊ ẽ semp eorum que de altero predicantur nota. Sensus huiusmodi est. Omne inquit verbum significat aliquod accidens: quod accidens semper de altero predicatur. Nam si omne verbũ aut actionẽ aut passionez designat: Actio vero ⁊ passio in accidẽtibus numerantur. omne verbũ vim significat accidentis: sz accidens semper de eo predicatur qd sibi subiectũ ẽ: vt albũ de corpore: ⁊ durũ de ferro. Quare oia verba eiusmodi aliqua designãt: q̃ semp de altero predicantur. Qd per hoc. i. dixit: qd ait verbũ notã esse. i. significationẽ eoꝝ que de altero predicantur. Quod idẽ valet tanq̃ si diceret: verbũ semp accidentia significat: quoꝝ hec natura est: vt sp de altero predicent. cui⁹ enĩ quelibet res nota ẽ: hãc ipsa q̃ nota est: designat.

Dico vo qm̃ consignificat tẽpus: ut cursus quidẽ nomẽ est: currit vo verbum: consignificat enim nunc esse.

¶ Supra in nominis definitione proposuit nomen esse sine tempore: quod nunc quoq hoc monstrat exemplo: ⁊ diligentissimo quidem. Nam idem predicamentum ad nomen relatum sine temporis consignificatione monstratur: ad verbũ vero videntur esse cum tempore. cursus enim simpliciter dictus: vt nomen: ⁊ vt res propria sine tempore est. Si vero in actionẽ: que verbi semper est inducatur: mox proprietatem verbi ac temporis in se suscipit significationẽ. Currit enim verbum est: et significat actionem: ⁊ cum eadem tempus ostendit: mõstrat enim nunc esse. id est presens tempus. Consignificat autem idcirco dictuz est: qm̃ quod dicim⁹ currit: actũ quidem quẽdam significat: cũ eo vero actu in ipsa significatione verbi presens tempus inducitur. atq ideo diligenter ait consignificat. Et est hec verboruz subtilitas in aristotele mirabilis.

Semp eoꝝ que de altero dicunẽ nota est: ut eoꝝ que de subiecto vel in subiecto.

¶ Semper inquit verbũ ea significat: que de altero predicentur. Que sunt autem quãq breuissime: ipse tamẽ ostendit. Est autẽ cõsuetudo aristotelis ea q̃ accidentia sunt in subiecto esse dicere. Nec nõ etiã eadẽ ipsa accidẽtia de subiecto pdicari: idcirco qd oia quecunq accidentia sunt: vel denominatiue vel quolibet alio mõ ⁊ de subiecto predicantur ⁊ in subiecto sunt. Nunc ergo hoc dicit: tale quiddã significat verbũ: qd sp accidẽs sit: qd accidẽs vel in subiecto sp: vel de subiecto predicat. Est alia eiusmodi expositio hoc mõ: de subiecto vt gen⁹ sp ad spẽs. Ergo eoꝝ q̃ sunt accidẽtia: alia sunt indiuidua: alia generalia. ⁊ illa qdẽ q̃ sunt indiuidua: in subiecto sunt tm̃ vt qdlibet particulari corpori accidẽs. alia vo sũt generalia acci

dentia: q̄ de alijs accidētibꝰ p̄dicant, vt de subiectis: vt est color: nanq̄ p̄dicat de albedine ⁊ nigredine ⁊ ceteris. Ergo nunc omne inquit verbum quidē id quod de altero predicatur: significat. Sed hoc huiusmodi erit: q̄d aut particulare sit: ⁊ in subiecto tantū sit: vt est currit. Cursus enī de nullo alio predicat subiecto: nisi tantū in subiecto est: aut generale erit illud accidens ⁊ vniuersale: vt de alio rursus accidente predicetur vt de subiecto: vt si dicā mouetur. Hoc enī quod dicimus mouet: de subiecto cursu predicat: q currit enī mouet. Significat igitur verbū aut particulare accidens: quod est tantum in subiecto: aut vniuersale quod de alio accidente velut de subiecto predicetur. Hactenus definitionē verbi distribuit. Nunc vero sicut fecit in nomine: ea que in verbū incidere poterant: ⁊ verba non esse: aut verbi ratione ⁊ proprietate disiungit.

Non currit, vero ⁊ non laborat: non verbū dico. Consignificat quidem enim tempus ⁊ semper de aliquo est. Differentie autem huic nomen non est positum: sed sit infinitum verbum.

Sicut in nomine fecit: ita quoq̄ in verbo ad integrā definitionē verbi proprietatemq̄ intendit. Ait enim non currit non esse verbum. Et idcirco quod verbum omne finitum aliquid designat. Non currit autē quēadmodū infinitum sit: paulo post demōstrabitur: quod neq̄ oratio est. In hoc enī quod dicitur nō currit: neq̄ duo verba sunt: neq̄ duo nomina: neq̄ nomen ⁊ verbum: que sola possunt iungere orationem. At vero negatio non est: etenim in tota imperfecta sententia est: sz neq̄ huic ingt antiquiores posuere vocabulū. Hec enī differentia que est non currit. ⁊ non laborat: que a verbo puro ⁊ simplici distat: nullo apud antiquiores vocabulo nuncupata est. Differētiam autē vocauit id quod dicitur non currit: ⁊ non laborat: ab eo quod est currit, ⁊ laborat. Sed quoniā his nullū est nomen ab antiquis impositum: Aristoteles nomē ipse constituit dicens: sit verbū infinitum. Alioquim maximam dubitationē facit huius predicamenti similitudo: quod ipsū quidē predicamentum vox est designatiua secundū placitum ⁊ de altero predicatur: ⁊ consignificat tempus. idem sz quod verbum: quod est currit. Sed hoc solo differre perspicitur: quod illud finitū verbū est: hoc infinitū. Cur autem hoc infinitum est: continua oratione persequit.

Quoniam similiter in quolibet est: ⁊ quod est: ⁊ quod non est.

¶ Infinitū inquit verbū ē: q̄m cū de altero semp p̄dicet. Non currit enim de altero dicitur: tamē eque vel de subsistente vel de non subsistente predicari potest: vt in eo quod est: homo nō currit: homo res est subsistens. Ergo dicitur id quod est non currit: de homine idest de re subsistente. Rursus dicimus chimera non currit: chimera vero non est: nec omnino subsistit: ⁊ potest de ea vere dici: quoniā non currit. Quod enim non est: omnino nec currit. Ergo id quod est: non currit: ⁊ de ea re que subsistit: atq̄ est in rebus dicitur: ⁊ de ea que neq̄ est neq̄ esse poterit predicatur: quare infinitum dicitur verbū. Nec solum hoc: sed illud etiā: quod qui dicit currit: rem quam quisq̄ faciat: definite significat. Cum vero dicit non currit: ipsum quidem cursum videtur auferre: sed vtrū sedeat: an iaceat: an ambulet: an aliqd aliud faciat non relinqd. Quare quoniā ⁊ ea que sunt: ⁊ ea que nō sunt. infinita sunt: ⁊ de his omnibus predicatur: quoniāq̄ id qd tollit finitū est: quodꝰ vero ponat infinitū: propter hoc verbum vocabitur infinitū.

Similiter autē vel curret vel currebat nō verbum est: sed casus verbi. Differt autē a verbo q hoc quidē consignificat presens tempus: illa vero que circa sunt.

Ut in nomine fecit cum casus a nominibus distribuit: ita quoq̄ casus verbor nunc a verborū ratione distīguit. Curret enim quod futurum est: vel currebat quod preteriti retinet partem: vel cucurrit quod est integrū perfectumq̄ preteritū non sunt verba: sed verborū casus presens enim aut futurum expectat: aut preteritū relinquit. Atq̄ ideo futurū tempus ad presens tendit: preteritum a presenti inchoat. vnde fit vt principaliter contineat verbum id quod est presens: vt sit verbū integrū quod presens designat. Hec autem que preter presens in aliqua significatione sunt: nō sunt verba sed verborū casus. Hic quoq̄ sicut in nomine fecit verborū ⁊ casuum differentiam prodit. Ait enī omne verbum presens significat tempus. Casus vero verborum illud tēpus significat: quod circa ipsū presens est: ideoq̄ complectuntur. Complectuntur autem id quod est presens: circa quod ipsa sunt. Futurum ⁊ preteritum tempus: inter vtraq̄ enim tempora presens locatur. Quicquid ergo vel futurum tempus: vel preteritum significat: que tēpora presens complectuntur ⁊ circa sunt: nō verba: sed verborū casus dicuntur. Est ergo integra definitio verbi. Uerbum est vox significatiua secundū placitū cum tempore: cuiꝰ nulla pars extra significatiua est separata: definitum aliquid significans: presentis significationē tenens. Quoniam vero pars verbi nihil extra designet ex eo manifestū est: quod ne nominis quidē pars quicquā extra significat.

Ipsa quidem scdm se dicta verba nomina sunt: ⁊ significant aliquid. Constituit enim qui dicit intellectū: ⁊ qui audit quiescat.

¶ Subtilissimū quidem ingreditur sensū: sed est huiusmodi. Omne inquit verbis per se ⁊ sine alterius cōiunctione prolatū nominis quodāmodo speciē tenet: ⁊ vere nomē est. Cum enim dico homo currit: tūc id qd dixi currit ad hoīem referens integrū feci verbū: quoniā sine dubio semper de altero predicat. Sin vero per se dixero currit: sūt quiddā quodāmodo facio ipsum currit: cum nullo alio iungens: ⁊ fit mihi nomen. Unde greci quoq̄ his p se dictis verbis: aliquotiēs addūt articularis ppositiuā: ut est ΤΟ ΤΡΕΧΕΙΝ. ΤΟΥ ΤΡΕΧΕΙΝ. Si quis enim dicat velocius est id quod est currere: eo qd est ambulare. In illo nominatiuū iunxit articulum dicens: id quod est currere. In illo vero ablatiuum dixit dicens: eo quod est ambulare: velut si quis in nomine dicat: id qd est scānū: leuius est eo qd est ostiū. Hoc qd diximus: id quod est scānū: ad ipsum scānū articulare prepositiuū iunximus: tanq̄ si diceremus hoc scamnū: ⁊ quod rursus diximus eo quod ostium: tanq̄ si diceremus hoc ostio. Ita quoq̄ cum dicimus velocius est id qd est currere: eo quod est ambulare. hoc qd dicimus id qd est currere: ita ponimus tanq̄ si dicamus: hoc currere. Et rursus eo qd est ambulare: tanq̄ si diceremꝰ ablatiuo modo ab hoc ambulare: quasi translatū ad nomē sit: dictumq̄ sit hac ambulatione. Quare per se dicta verba nomina sunt. Et est huius rei probatio quā ipse aristoteles ponit. Cū enim simpliciter dicimus nomē: auditoris inchoat intellectꝰ cū nostra prolatione. Et dum proferimus: dictis sequit vocē: ⁊ tunc quiescit: cū illud nomē fuerit expletū. Cū enim dico hyppocētaurus: ingredit a prima syllaba audientis intellectus: ⁊ vsq̄ ad finem totiꝰ nois nō quiescit. Ubi vo extremā audierit syllabā mox quid dictū sit auditor intelligit: ⁊ eius intelligētia cōquiescit. Sic ergo ⁊ in verbo cū dicimꝰ currere: intellectꝰ quoq̄ audiētis per eiꝰ syllabas q̄ sunt: cur. ⁊ re. ⁊ rursus re. vadit: sed vbi extremam audierit syllabam: mox totius verbi capiens significationem intellectus quiescit. Ergo verbum per se dictū nomini simile est: ⁊

est quodāmodo nomen. Sic enim in nomine is qui dicit intellectū audientis vltime syllabe prolatione & totius nois perfectione constituit: & is qui audit quiescit: & vltra eius intelligentia non progreditur: ita quoqȝ & verbū si per se dicatur: audientis constituit intellectuȝ quod si cū alio coniungatur: nonduȝ tota intelligentia constituitur audientis. Ut cū dico socrates ambulat: in solo ambulat: quod est verbum: nō cōsistit perfecta sententia: nisi in toto: quod est socrates ambulat. Rursus cū dico ambulare moueri est: nō in vnoquoqȝ horū verbo sententia constituta est: sed in tota oratione conquiescit auditor. Idcirco quoniā si verbū de altero subiecto predicetur: vtriusqȝ significationem verbi iungat auditor: & nō per se verba ipsum considerat quod dicitur sed ad alterū refert: vt ambulare moueri est: ambulationē ad motuȝ. vel socrates ambulat: ambulationē ad socratē. Tunc ergo fit integrū verbū: cū refertur ad alterū. At si simpliciter predicetur verbū: nomen est: idcirco quod sicut nomē dictū: ita quoqȝ verbū audientis constituit intellectuȝ.

Sed si est vel non est: nondum significat. Neqȝ enī signum est rei esse vel non esse.

¶ Sed quāquā nomen sit inquit verbum: & aliquid definite significet per se dictuȝ: solū tamen nō faciet enūtiationeȝ: neqȝ verū aliquid falsumue constituit. hoc est enim quod ait. Sed si est vel non est: nōdū significat: ad affirmationeȝ referens quod dixit: sed si est: ad negationem: quod ait: vel nō est. Nihil enim horū significat verbi per se predicata prolatio. Cum enim dico currit: hoc ipsuȝ currit significat quidē aliquid: sed si est aut nō est: nondū significat. Neqȝ enim esse signuȝ est rei: aut nō esse. Quod tantum valet: tāqȝ si dicam: id quod dico currit: non significat esse ipsum cursuȝ aut non esse. Si eniȝ significaret: ita diceretur. Currere est vel currere nō est. Nunc autem currit non designat esse ipsam rem vel non esse. Dicitur enim solum: & est intellectus quidam sed neqȝ affirmationem significat: neqȝ negationem: idcirco quod neqȝ ponit rem esse: nec eam interimit. Quod per hoc monstrauit quod ait. Neqȝ enim esse signum est rei: vel non esse. id est neqȝ eniȝ quodlibet verbis ita predicatur: vt signū sit rei illius de qua predicatur: quoniā est vel quoniam non est.

Nec si hoc ipsum est purum dixeris: ipsuȝ quidē enim nihil est. cōsignificat autē quandam compositionē: quā sine cōpositis non est intelligere.

Est verbū iunctū cū alio verbo vel noīe solet facere propositionē: vt hō est vel currere est: ipsū aūt est purū integrū si dictū fuerit: neqȝ veruȝ neqȝ falsū est: a quo omnes pene enuntiationes fiunt que sunt simplices. Ergo nec si hoc ipsuȝ est purū dixeris: esse aliqd: aut nō eē significat id est aut affirmat aut negat: idcirco quod ipsum est simpliciter dictū nihil est. Nunc quod omnino nihil significet: sed quod nihil veritatis habeat neqȝ falsitatis: id est non nihil est ad significationem: sed ad veritatis falsitatisqȝ significationē: de qua nūc tractabitur. Cur autē nihil veri falsiqȝ monstraret ostendit. Est eniȝ duobꝰ modis dicitur: vt verū falsūqȝ designet: aut cū vnaȝ rē quālibet propria compositione cōstituit: vt cū dico: homo est ipsū est cū homine iunctū atqȝ compositum esse hominē cōstituit & fit exinde enuntiatio. Aut rursus cū duę res per ipsius verbi compositionē copulationēqȝ iungūtur: vt est homo animal est. Homo namqȝ & animal copulantur atqȝ iungūtur per id quod dicitur. homo animal est. Ergo sic omnis veri falsiqȝ in enuntiationem significatio eius quod dicitur est: in compositione est: cum aut sua cōpositione aliqd esse cōstituit aut duas res copulat atqȝ cōponit. Uis aūt eiꝰ qȝ in enūciationibꝰ ppositionibusqȝ mōstrat: in veri falsiqȝ. s. designatōe ꝑter ipsas cōpositiones: in quibꝰ hoc solet efficere nulla est. Atqȝ hoc est qd ait. Consignificat autē quandā cōpositionē quaȝ sine cōpositis nō est intelligere. Cū enī dico est: nihil significaui: quid sit aut nō sit. Qd si faciā enunciationem: cōponā necesse est: ut homo est: aut ut homo animal est: quare si ois eiꝰ vis in veri falsiqȝ enūciatione ad compositionē refert: cū preter cōpositionē dicit: quod in cōpositione designare pōt: id preter cōpositionē non designat: pōt autē cōpositione facta verū falsumqȝ in enūciatiōe monstrare. Hec igitur sine cōpositis in verbo est nullus valet aduertere. Recte igitur dictū est cōsignificare quādā cōpositionē. que sine compositis intelligi nō valeat.

De Oratione.

Oratio autem est vox significatiua: cuius partium aliquid significatiuū est separatū ut dictio: nō ut affirmatio vel negatio.

¶ Oē quod cōpositū est: eorū suscipit naturā: ex qbus totū cōpositi ipsiꝰ corpus efficit. Quare qm̄ oratio verbis cōstat atqȝ nominibus: quę significatiua sunt: recte quoqȝ orō significatiua esse definit. Sed distat orō his ex quibꝰ ipsa effecta est: id est nominibꝰ atqȝ verbis: qd eorū partes nihil extra designāt. orationis vero pars aliquid separata significat. Nam si nomen & verbum partes orationis sunt: hec autem per se significāt: nō est dubiū separatas orōnis partes significare. Quomodo aūt significāt sequēti determinatione mōstrauit. Significāt igit partes orōnū: ut dictio semp: nō semp ut affirmatio vel negatio. Nunc aūt dictionē dicit simplicē verbi aut nois nūcupationē. Sunt enī quedā orōnes: quaruȝ partes ita significāt quasi affirmatio: ut in ea orōne que est: si dies est: lux est. id qd dicimus lux est: totiꝰ orōnis pars est: & ita est significatiua ut quedā affirmatio. Sed non ois orō affirmationē habet in parte. hec enī ipsa q dicit lux est: habet in partibꝰ id qd dicimus lux: & rursus id quod dicimus est: sed neutra ipsaȝ affirmatio est sed tm̄ simplex dictio. Ois ergo orō dictionē quidē habet in parte: nō vo ois orō affirmationē. Recte igit dictū est partes orōnis significare ut dictionē nō ut affirmationeȝ. Quid autē sit dictio: ipse paulo post clarius demonstrabit.

Dico autem vt homo significat aliquid: sed non quoniā est aut non est: sed erit affirmatio vel negatio si quid addatur. Sed nō vna hominis syllaba.

¶ Qd supra posuit dicēs: orōnis partes ut dictioneȝ significare: nō ut affirmationē: hoc conuenienti mōstrauit exemplo: hō inquit dictio est: & est pars orōnis: si in tota orōne ponat: ut est hō aīal est. Ergo id qd dicimꝰ hō dictio qdā est: sed affirmatio nō est. Cū ergo nomē hoc id est hō pars orōnis sit: & affirmatio nō sit: docet verū esse qd dicat orōnis partes significare: ut dictionē: non ut affirmationē. Docet aūt illa res nomē hoc affirmationē nō esse: qd in affirmatione semp veritas aut falsitas inuenit. Nomē vero simpliciter dictū: neqȝ verū neqȝ falsum est. Quare nomē hoc id est hō: ut affirmatio nō significat: sed designat aliqd simplex: significat igit aliquid: ut dictio. Hec aūt dictio si ei aliqd addat: ut ē verbū: aut quodlibet verbū aliud: qp enūciationē possit efficere: erit affirmatio. Si enī quis dicat hō est: vel hō viuit: fit affirmatio. atqȝ hoc est qd ait: sed erit affirmatio vel negatio si qd addat. Si eniȝ aliqd ita apponat: vel appositū ita negetur: ut enūciatio cōstitui possit: affirmatio negatioue pficitur. Si quis enī dicat hō viuit: affirmatio est. Hō nō viuit: negatio est. Docet aūt dictionē esse sōm positionē p se significantē p hoc qd ait. Sȝ nō vna hois syllaba. Una enī syllaba hois dictio nō est: idcirco quod nihil per se separata significat: ut ho. & mo. & in ceteris: ut supra ostēdunꝰ. Ois enim huiusmodi pars

que p se nihil significat: nō est dictio: sed tn̄ in toto noīe quiddā positum designat: ⁊ cōsignificat: ut in eo qd̄ ipse ponit exemplo.

Neqꝫ enim in eo quod est sorex: rex significat: sed vox nunc est sola. In duplicibus vero significat quidez aliquid: sed nō scd̄m se: quēadmodum dictum est.

¶ In eo inquid qd̄ est sorex: rex videtur quidē aliquid significare: sed cū toto nomine cōsignificat potius: quaꝫ quicqꝫ per seipsum designet: quēadmodū iā supra dictū est. Docuit enim supra partes nominis nihil omnino significare seperates. Quod ergo dicit sed non secūduꝫ se. id est in eo quod est sorex: rex per se nihil significat: sed tamen quiddam cōsignificat: quod cū tota nominis cōpositione designat. Cū ⁊ so syllaba: rex iūcta in vnuꝫ id quod est sorex in tota syllabarū coniunctione designat.

Est autē oratio omnis quidē significatiua: nō sicut instrumentuꝫ: sed quēadmoduꝫ dictum est secunduꝫ placitum.

¶ Plato nomina naturalia esse constituit: ⁊ hoc hinc probare contendit quod quedā supellex: ⁊ quodāmodo instrumentū sit inuiceꝫ sensa prodendi. Naturaliū vero suppellectiles sunt naturales: vt oculi instrumenta sunt quidē videndi: q visus res naturalis est. Quare oculos quoqꝫ naturales esse necesse est: ita etiam oratio rerū naturaliū suppellex est atqꝫ instrumentū: id est sententiarum. Quare ipsa quoqꝫ est naturalis. Aristoteles autem dicit: non secundum naturā esse orationem sed secundū placitū. Quocirca nec esse orationē suppellectilē naturalē. Quod eniꝫ dicit non sicut instrumentū non dicit non per hoc instrumentū sensa proferri: sed tā tū res esse orationē secundum positionē: per quas proprias sentētias demōstremus. Cuius enī rei partes ad placitū sunt: ipsa quoqꝫ ad placitū est. Sed orationis partes nomen et verbū sunt: hec enim sunt ad placitum nō natura. Oratio igit̄ ipsa secūdū placitū positionēqꝫ est: sed non est naturaliter constituta. Est autē integra definitio orationis hec. Oratio est vox significatiua secū dum placitū. Cuius partes aliquid extra significant.

Enunciatiua vero non omnis: sed in qua verum vel falsuꝫ inest: nō aūt in omnibus inest: ut depꝛecatio oratio quidem est: sed neqꝫ vera neqꝫ falsa.

¶ Orationis (vt supra iam diximꝰ) multe sunt species est enim oratio prima optatiua: vt vtinam tibi istā mentem dii immortales dent. Scd̄a vocatiua: vt heus tu. Tertia īperatiua: vt cape: da hoc dextro. Quarta depꝛecatiua: ut iuppiter omnipotēs ⁊ reliqua. Quinta enunciatiua: vt dies est: dies non est. Sed in hac sola specie orationis veritas ⁊ falsitas inest. in illis vero ceteris minime. Volens autem aristoteles ostendere multas esse orationes: ⁊ non omneꝫ orationē esse enunciatiuaꝫ hoc addidit. Depꝛecatio oratio qdem est: sed neqꝫ vera neqꝫ falsa. Etenim depꝛecatio in orationis speciebus ponitur: sed nulla ī ea veritatis natura: falsitatisqꝫ cognoscit̄.

Cetere quidem igitur relinquantur. Rhetorice enim vel poetice cōuenientior consideratio est. Enunciatiua vero presentis est speculationis.

¶ Depꝛecatiuā inquit ⁊ optatiuā: ⁊ vocatiuā: atqꝫ imparatiuam poetis atqꝫ oratoribus relinquamus. Illis enim vel ad imitādos vel ad mouendos affectus cetere orationis species assumūtur. Nos vero philosophi quibus veritatis falsitatisqꝫ discretio est cure: de illa sola oratiōe tractamus in qua vtrūlibet horū possit agnosci. In enuntiatiōe vero aut veritas inest aut falsitas: quocirca nos quoqꝫ de enunciatione tractemus.

Est autem vna prima oratio enūciatiua affirmatio: deinde negatio: alie vero omnes coniunctione vne.

¶ Enūciatiuarum orationū alie sunt per se vne: ut est homo animal est: alie coniunctione vne: ut est si homo est: animal est. Homo est enī: ⁊ aīal est: due sunt: sed addita cōiunctione que est si: vna reddit̄. Earū autez que vne sunt p se. Prima ē affirmatio: secūda negatio. Hoc enī tollit negatio: quod affirmatio ante ↄstituit. Et hoc negatio diuidit quod illa cōiunxit. Enunciatiuarū igitur orationū earū que sunt per se vne: prima est affirmatio: deinde negatio. Alie vō sunt nō per se vne: sed cuꝫ plures sint vniuersaliter: vne fiunt cōiunctione.

Necesse est autē omnē orationē enunciatiuā ex verbo esse vel casu verbi. Etenīꝫ hominis ratio: si nō aut ē: aut erit: aut fuit: aut aliquid huiusmodi addatur: nondū est oratio enunciatiua.

¶ Aristotelis in greco textus non habet ita: ut nos supra posuimus: sed hoc modo. Etenī hoīs si non aut est: aut erit: aut fuit: ⁊ cetera. Subintelligendū relinquente philosopho: qd̄ de ratione diceret. i. de diffinitione quā greci λόγον dicūt. Sed cū supra de oratiōe tractasset que apud illos eodeꝫ modo λόγος vocat̄: dū de hoīs ratione id est definitione vellet dicere: quoniā nō significat verū vel falsum: nisi et aut est: aut fuit: addatur: cōmunione vocabuli vsus ad λόγον de quo superiꝰ tractabat retulit: ut nō orationē intelligeremus: sed potiꝰ rationē. De qua re nunc illis satisfacimus: si qui grece orationis periti nos forte culpabunt: cur qd̄ illic nō fuit nostre translationi adiiceremus. Nos eniꝫ ad faciliorē intellectū latine orationi famulantes hoc apposuimus: quia de oratiōe loquētibus intellectus ad rōnē: nisi id esset adiectū: transferri nō poterat. Totū vō quod dicit tale est: enūciatiue orationes si sunt simplices: has verba cōstituūt. Ex duobꝰ enim nominibus solis enūciatio nō fit: ex nomine aūt ⁊ verbo fit: ut est hō viuit. Fit quoqꝫ ex solis verbis: ut est ambulare moueri ē. Fit etiā ex casu verbi: ut socrates fuit: vel dies erit. Erit enim ⁊ fuit verbi casus sunt. quocirca enūciatiuā orōnem simplicē sola maxime verba constituūt. Eoꝝqꝫ ponit exēplū: in quo cū plura sint nomina: nisi addito tn̄ verbo in enūciationis propꝛietatē: ⁊ significatiuā nō venit: ut est definitio hoīs (Nō enī hoīs est species hoīs definitio) Cui si nō aut est: aut nō est: aut aliquid huiusmodi addatur: enūciatio esse non poterit. Nā si quis dicat aīal rationale mortale: nulla in eo adhuc falsitas aut veritas intelligit̄. Si vō addit̄ est: ut sit aīal rōnale mortale est: enūciatio sine vlla dubitatione perficit̄. Solum igit̄ verbū enūciatiuā simplicē cōtinet orationē.

Quare autē vnum quiddā est ⁊ non multa animal gressibile bipes. Neqꝫ enim eo ꝙ propinque dicūtur: vnū erit. Est autē alterius hoc tractare negotij.

¶ Cum de simplicibus atqꝫ vnis orationibꝰ loqueretur: definitionē hominis interposuit de qua nunc hec dicit. Ita qdē interposita est definitio hoīs tanqꝫ si vna esset oratio. Cur aūt vna sit oratio: nūc inquit dicere intermittemus. Neqꝫ enī idcirco vna esse putāda est quia cōtinue dicūtur ⁊ sibimet ꝓpinque animal gressibile bipes. Possis eniꝫ videri horū cōtinua: ⁊ sub vna prolatione dicta vnā facere enūciationē: sed hoc aristoteles negat. Nā nō idcirco vna oratio est: quia ꝓpinque ⁊ continue dicit̄. Cur autē vna sit alterius est hoc tractare negotii: ⁊ de eo disputat in his libris: quos methaphisica inscripsit: qd̄ est primi opꝰ philosophi. Nobis autē hoc in scd̄a editiōe monstrandū est.

Est autē vna oratio enūciatiua que vnū significat vel cōiunctione vna. plures autē que plura et non vnum vel inconiuncte.

¶ Duplicem modū vnarū multarūqꝫ orationum esse denunciat. Est namqꝫ vna oratio vel cū vnam rem significat vel cū coniunctione vna est: vt est ea que dicitur animal rōnale mortale homo est: hanc enī huius orationis sententiā nullus in multas significationes deducere poterit: sꝫ vnā quandā significat: et est preter cōiunctionē. Alia vero oratio est vna: que per coniunctionem vna est: vt si dies est: lux est. Est ergo vna oratio que vel vnā rem significat: vel cōiunctione iungitur. plures autē sunt: que plura significant: vt est canis mouetur. Hanc enī potest et ad latrabilem et ad marinū et ad celestē auditor aducere: atqꝫ ideo quā plura significat: nō est vna oratio: sed plures. Sunt quoqꝫ orationes per se plures et numero et significatione: que nulla cōiunctione copulantur: vt si quis dicit. sol ē per ertus. nox est. celū voluitur. hec enim cū plura significent: nulla tamē cōiunctione iunguntur: atqꝫ plures orones ideo vocitur. In summa igitur oronū vnarum: alie sunt significatione vne: alie cōiunctione. nō vnarum vero orationū alie sunt significatione plures: alie eo quoniā nulla coniunctione copulantur.

Nomen ergo et verbū dictio sit sola: quoniā nō est dicere sic aliquid significantē voce enūciare: vel aliquo interrogāte: vel non: sed ipso proferente.

¶ Per hāc sententiā simplex dictio quid sit exponit. Dicit enim verbū nomenqꝫ dictiones videri solū: non etiam affirmationes: atqꝫ huius sententie causam subnectit. Idcirco enim verba et noīa dictiones solū sunt: quoniā cum dicta fuerint simplicia siue aliquo proferente: vel sponte dicente: siue ad alterius interrogationē aliquo respondente neqꝫ verū ex his neqꝫ falsum valet intelligi. Siquis enī per se dicat socrates: vel rursus per se solū simplexqꝫ ambulat: neqꝫ verū efficit neqꝫ falsum. Si vero aliquo interrogante: socrates ne ambulat: ille respondeat ambulat si huic ipsi vbo per se quisqꝫ vellet aduertere: quod dixit ambulat: enūciatio nulla est. quod si cū superiore interrogatione cōiungit: tūc ex interrogationis et responsionis cōiunctione enunciatio nascitur. Solū enim nomē: vel vbū neqꝫ dicente aliquo: et sponte proferente: nec respōdente potest quisqꝫ dicere quoniā enūciatio facta est. Et sensus quidē huiusmodi est. Ordo aūt verborū talis est. Nomē ergo et verbū dictio sit sola: quoniā sic aliquid significantē voce id est nomē aut verbū simpliciter proferentē nō est dicere enūciare. Non enī possumus dicere quod aliquid enūciet is: qui simplex nomē aut simplex protulit verbū: siue alio interrogante: vel non interrogante: sed ipso sponte proferente.

Harū aūt hec quidē simplex ē enūciatio: vt aliquid de aliquo: vel aliqd ab aliquo Hec aūt ex his cōiūcta: velut oratio quedā iā cōposita.

¶ Nunquid oratio sit simplex cōposita que declarat. Est enim simplex oratio: que duobus terminis cōstat. Termini aūt sunt noīa et verba: que in simplici ppositione predicamus: vt in eo quod est socrates disputat: socrates et disputat termini sunt: et qui minor terminus in enūciatione pponitur: vt socrates: subiectus dicitur et ponitur prior. Aut vero maior pdicatur: et locatur posterior: vt disputat. Quecūqꝫ ppositio ex vno subiecto et ex vno predicato facta est. illa simplex enūciatio nūcupat: atqꝫ hoc ē quod ait. Harū aūt idest enūciatiuarū simplex est enūciatio: vt aliquid de aliquo: vt vnū predicatū quod est aliquid. de vno subiecto quod est de aliquo predicetur. Hoc aūt pertinet ad affirmationē: vt aliquid de aliquo predicetes. Ad negationē vero vt vnum aliquid ab vno aliquo predicando disiūgas: vt in eo quod est socrates nō disputat: disputare vnum terminum a socrate alio termino predicando disiunxit. Alie vero sunt orones enunciatiue: que cōposite nominātur: que ex simplicibus orationibus cōponūtur: vt est. si dies est: lux est. Dies est et lux est: que sunt simplices enūciatiue orationes: idcirco quod binis terminis cōstant: ex duabus aūt simplicibus orationibus tota hec oratio est: que dicit. si dies est: lux est. hoc est enī quod ait. Hec aūt ex his cōiuncta: idest ex simplicibus orationibus enūciatiuis: velut oratio iam cōposita: quippe quarum totū corpus ex his iungitur: quas simplices esse iam supra docui.

Est autē simplex enūciatio vox significatiua. de eo qd̄ est aliquid: vel nō est. quemadmodū tempora diuisa sunt.

¶ Postqꝫ de cōpositis orationibus simplicibusqꝫ tractauit: diffinitionē enūciationis p affirmationē et negationē ingreditur: ait enī. enūciatio est vox significās affirmationē vel negationē: vel in preteritū: vel in presens: vel in futurū tēpus. Quod enī dixit de eo quod est: ad affirmationē retulit. quod addidit: vel nō est ad negationē. quod vero secutus est quēadmodū tēpora diuisa sunt ad singulorū temporū retulit rationē: siue enī aliquis sic dicat: socrates viuit. socrates nō viuit: siue socrates vixit: socrates nō vixit: vel sic socrates victurus ē: socrates victurus non est: quā affirmatio est aut negatio: et quoniā quelibet ipsarū in aliquo temporū est: que diuiduntur in futurum: presens: ac preteritum: plenam retinet simplices enunciationis naturam.

Affirmatio vo ē enūciatio alicuius de aliquo
Negatio vo enūciatio alicuius ab aliquo.

¶ Ad affirmationis et negationis determinationē enunciationis nomen sumpsit: vt generis. est aūt affirmatio quotiēs aliquid de aliquo cū eo quod est esse predicamus vt cū dicimus homo aial est. animal de hoīe predicamus quotiens aūt aliquid ab aliquo predicādo disiūgimus negatio est: vt homo lapis nō est. lapidē enī ab hoīe disiūgimus. q̄re recta affirmationis et negationis facta ē diffinitio.

Quoniā autē est enunciare: et quod est nō esse. et qd̄ non est esse: et quod est esse: et qd̄ nō est nō esse. et circa ea: que sunt extra presens tempora similiter omne cōtingit qd̄ quis affirmauerit negare: et qd̄ quis negauerit affirmare. Quare manifestū est. Quoniā omni affirmationi est negatio opposita: et omni negationi affirmatio. Et sit hoc cōtradictio affirmatio et negatio opposite.

¶ Nūc diuidit enūciationes: vel que de his fieri possunt rebus: que sunt: vel que de his que non sunt: siue in affirmatione: siue in negatione. Dicit enī quoniā est enūciare quod est nō esse: vt si quis dicat nullus homo aial est. Hoc enī quod est: nō esse pposuit. Hec est falsa negatio. Secūda et quod nō ē esse: vt siquis dicat oīs lapis aial est: quod enim nō est: esse constituit. et hec est falsa affirmatio. Tertia: et quod est eē: vt siquis dicat: oīs homo aial est. Quod enim est esse cōfirmat: et hec est affirmatio vera. Quarta: et qd̄ nō est nō eē: vt siquis dicat nullus lapis aial est. Quod enim nō est nō esse pposuit: et hec est vera negatio. Et nō solū hoc in presenti tempore: sed circa ea quoqꝫ que preter presens sunt tempora. Hoc aūt tātū valet: ac si diceret: hoc nō modo in presenti tempore ita enūciari potest: vt sit et vera et falsa negatio: et rursus vera falsaqꝫ affirmatio: sed etiā in preteritū et futurū: que extra presens tempora sunt. Similiter enī omne cōtingit quod affirmatur: negare: et quod negatur ab alio: aliū rursus affirmare. Quod si omni veritati falsitas opponitur omni etiā falsitati veritas. Est aūt et affirmationis et negationis falsa proferre: cōstat quod omni negationi affirmatio: et oī affirmationi negatio opponitur

Primū ergo quid sit quod dicit̄ contradictio declaratur. Est enī contradictio affirmatiōis et negatiōis oppositio. Cum enī quis affirmat: quod alius negat: ipsa vtrarūq; propositionū pugna cōtradictio uocatur. Atq; hoc est quod ait. Et sit hec cōtradictio affirmatio et negatio opposite. Cum enī affirmatio negationi opponitur: cōtradictio est. Sed que sit affirmatio opposita negationi: aut que sit harū propositionū oppositio in sequentibus prodit. Neq; enī que libet negatio cuilibet affirmationi opposita est. sed tantū he quas in sequētibus ipse determinat. quo circa erit cōtradictio affirmatio et negatio opposite. que sunt autē opposite. Sequens expositionis ordo continet.

Dico autē opponi eiusdē de eodē. Nō autem equiuoce: & quecūq; cetera taliū determinamus cōtra sophisticas importunitates.

Fieri tunc oppositionē in affirmatiōibus negatiōibus que demonstrat. Cum idē subiectū idēq; p̄dicatū in negatione sit: quod quilibet in affirmatiōe proposuit. oportet enī semp si opposita est affirmatio negationi: vnam esse verā alterā falsam. Quod si vtreq; false sunt: aut vtreq; vere nō sunt opposite. Neq; enī se perimūt. Si autē vna sit falsa: alia vera: tunc vera perimit falsam. Et si alia fuerit vera: alia mox a veritate discedit. Quod si in qualibz affirmatione aut subiectū: aut predicatū fuerit equiuocū: non sunt opposite. Ex quo enī dicat: alexander helenā rapuit: quoniā alexandri nomē equiuocū est: potest vtrūq; esse verum & negatio si de alexādro magno loquitur: & affirmatio si de alexandro troiano proponat. Quare nō sunt he opposite. Illas autē esse dicit oppositas: quecūq; eiusdē predicati habent oppositionē de eodē subiecto: ut ibi nulla equiuocatio diuersitatis causa sit. hoc enī est qd̄ ait. Dico autem opponi eiusdē de eodē. Non autē equiuoce: ut eiusdē predicati sit oppositio in negatione: qui fuit in affirmatione. Et de eo subiecto fiat negatio: de quo ante facta est affirmatio. Sed diligentius hec in libro quem sophisticū elenchū inscribit: edisserit. Illic enī sophistas: quos fallaces argumentatores latine possumus dicere: qui per huiusmodi propositiones que verū inter se falsumq; nō diuidūt: mendaces colligūt syllogismos: argumēta distinxit: quibus tacere respondentem atq; innectere cōsueuerūt. Ergo nūc hoc dicit etiā illa esse obseruanda: que cōtra argumentatorū importunitatē determinata sunt. Que vero sunt illa dicēda a me secūda editio nostra expectet.

Quoniā autē sunt hec quidē rerum vniuersalia illa vero singularia. Dico autē vniuersale: qd̄ in pluribus natū est p̄dicari. singulare vero qd̄ nō: ut homo quidē vniuersale: plato vero eorum: que sunt singularia.

Omnis propositio quēadmodū fiat ostendit. Secundum enī res que significātur: propositiōes natura perspicitur. Rerū autē alia sunt vniuersalia: alia particularia. vniuersale est quod de pluribus predicat̄: ut homo de pluribus dicit̄: et est vniuersalis. Singulare vero est: ut quelibet res indiuidua: cuius nulla p̄dicatio ad sibimet subiecta peruenit: ut plato vel socrates. Horū autē naturā docet exemplis. ait enī. Ut homo quidē vniuersale. Plato vero eorū que sunt singularia. Nā hoc est vniuersale qd̄ de pluribus p̄dicatur: homo vniuersale est. de pluribus enī indiuiduis dicit̄. Quod si hoc rursus est singulare: quod de nullo alio p̄dicatur: plato singularis est. Indiuiduus namq; de nullo alio p̄dicātur. Quoniā ergo sunt quedā rerū vniuersalia. Alia vero singularia: manifestū est: quō omnis affirmatio aut negatio p hec cōstituuntur.


Necesse est autē enunciare: quoniā inest aliquid aut nō. Aliquoties quidē eorum alicui: que sunt alia: aliquotiēs autē eorum: que sunt singularia.

Omnis namq; propositio aut singulare habet: aut vniuersale subiectū: siue affirmatione annuat: siue abnuat negatione. Si quis enī dicat homo animal est: homo aīal nō est: vniuersalē rem id est hominē animal aut esse aut non esse proposuit. atq; hoc est quod ait. necesse est autē enunciare quod inest aliquid aut nō. aliquotiēs quidē eorū alicui que sunt vniuersalia. Homo enī cū sit vniuersale: aīal illi inesse affirmatio posuit. Que dicit: homo animal est. & nō inesse negatio: que ait. homo animal nō est. Si vero aliquis sic dicat. Socrates disputat: socrates nō disputat: alicui eorū que sunt singularia esse & non esse cōiunxit. Et hoc est quod ait. Aliquotiēs autē eorū que sunt singularia. Nam cū socrates singulare quiddā sit disputatio ei ab affirmatione iuncta est: sed a negatione seiuncta.


Si ergo vniuersaliter enunciet in vniuersali: quoniā est aut nō: erūt contrarie enunciationes. Dico autē in vniuersali enunciationē ex vniuersali: ut omnis hō albus est: nullus homo albus est. Quando autē in vniuersalibus non vniuersaliter: non sunt cōtrarie que autē significātur est esse aliquādo cōtraria.

Omnis affirmatio omnisq; negatio aut vniuersalis est: aut particularis: aut indefinita: vniuersalis ē affirmatio: ut si quis dicat omnis homo animal est. Cum sit enī vniuersale subiectū homo (de multis enī predicari alius potest) vniuersaliter p̄dicatū est. Diximus enī omnis homo animal est. Nec solū hominē quod est vniuersale posuimus: sed etiā omnes vniuersale: id est omnis adiecimus vniuersali id est homini. & hec est affirmatio vniuersalis. Sin vero dicat aliquis. nullus homo animal est. Rursus homini vniuersali rei determinatiōem vniuersalē id quod dicit̄ nullus adiecit. Siue ergo in affirmatiōe: siue in negatione: si quis vniuersaliter aliquid p̄dicat: vniuersale in vniuersali p̄ponit. Non p̄ponit autē vniuersale in vniuersali. quotiēs ita dicit. Homo animal est. homo aīal nō est. Cum enī homo sit res vniuersalis: nulla adiectio vniuersalitatis: que est nullus: aut omnis: affirmationē vel negationē fecit. Quo circa repetēdū est affirmatio vniuersalis est: in qua vniuersale vniuersaliter p̄dicatur affirmatiue: & negatio vniuersalis: in qua rursus vniuersale vniuersaliter p̄dicatur negatiue. & he huiusmodi contrarie sunt. Fieri enī nō potest: ut vbi vera est affirmatio vniuersalis: illic vniuersalis negatio vera sit: & cōtrario fieri nō potest ut vtreq; inueniri false possint: ut omnis homo iustus est: nullus homo iustus est. hic enī vtreq; sunt false & vna quidē vera: altera falsa reperiat̄: ut in eo quod est: omnis homo aīal est: nullus homo animal est. vna vera est: altera falsa ut vero vtreq; vere sint: fieri nō potest. quo circa quoniā vtreq; false inueniūtur: opposite non sunt: sed sunt contrarie. Cur autē contrarie dicantur: alio loco nobis dicendum est.

Particulares vero propositiones sunt huiusmodi: quidam homo animal est: quidam homo animal non est. he dicuntur sub alterne. affirmatio enim particularis sub affirmatione vniuersali subalterna est. Rursus eodem modo particularis negatio sub vniuersali negatione subalterna est. Sed he et vtreq; vere sint: ut vna vera: alia falsa: fieri potest. ut vtreq; false sint: non potest inueniri ut in eo quod est quidam homo iustus est. quidam homo iustus non est vtraq; sunt vere. Cum vero dicimus quidam homo animal est. quidam homo animal nō est. vna vera est: altera falsa. & dicuntur affirmatio et negatio particulares subcontrarie. Quare nec iste vocātur opposite. Ideirco quia vtreq; vere inueniūtur interdū. Sit autem harū talis descriptio.



Ergo neqꝫ supiores vniuersales: neqꝫ inferiores particulares opposite sunt. Idcirco quod inferiores quidē vtreqꝫ vere: supiores vtreqꝫ false esse possunt. Sūt autem opposite contradictorię (ut ipse ait) si quis aspiciat angulares: ut affirmationē vniuersalē particulari cōparet negationi: ut est: omnis homo iustus est: quidā homo iustus nō est. Hę eni neqꝫ verę possunt inueniri: neqꝫ false: sed in omnibus vna vera est: altera falsa. Et rursus si vniuersalis negatio particulari affirmationi cōparetur: reperiūtur opposite ut est: nullus homo iustus est: quidaꝫ homo iustus est. Semp eni vna vera est. altera falsa. Et hoc in quibus terminis si dispexeris. oratio nō discrepabit. Sit autē plenissima hoc modo descriptio.



Sunt ergo determinatiōes vniuersaliū quidē omnis & nullus: particulariū vero quidā. Ille autē propositiones: quę neqꝫ vniuersale habent additū neqꝫ particulare indefinite vocātur: & particularib⁹ similes sunt: ut est: homo iustus est. homo iustus nō est. Possunt eni vtreqꝫ esse verę: ut in hoc ipso exemplo, quod diximus. & potest vna eē vera: altera falsa: ut homo animal est: homo animal non est. vtreqꝫ vero ut false sint: nō potest inueniri. & hę (ut dictū est) vocātur indefinite. Preter has autē omnes singulares sunt: in quibus contradictio potest euenire: vt in eo qd est. Socrates animal est. socrates animal nō est. socrates iustus est. socrates iustus nō est. Nam si nulla eam equiuocatio vel pdicati: vel subiecti: vel alterius tempis: vel aliquid eorū: quę singulas determināt: impediat: semp vna vera est altera falsa. Quare quoniā de omnibus in cōmune speculati sumus: & quid quęqꝫ esset quantū breuitas patiebat: expressim⁹: ad textū nūc quoniā tēpus ē reuertamur. Si ergo inquit vniuersaliter enunciet in vniuersali: quoniā est aut nō: erūt cōtrarię enunciationes: vniuersaliter eni enunciat aliquis in vniuersali: quotiēs vniuersalē affirmationē: aut vniuersalē fecerit negationem. Cum eni dicit omnis homo animal est. vniuersalē hominē vniuersaliter enūciauit per id quod addidit omnis. quod si rursus dicat. nullus homo animal est. eodē modo vniuersalē hominē vniuersaliter enūciat per id quod ait nullus. & sunt contrarię. Quas autem dicat esse contrarias: subiecto declarat exemplo. Dico autem in vniuersali enunciationē vniuersalem: ut omnis homo albus est: nullus homo albus est. vna siquidē affirmatio vniuersalis: altera negatio vniuersalis: quas cōtrarias esse supra in descriptione docuimus. Quando autē in vniuersalibus non vniuersaliter: non sunt contrarię. Quotiens autem inquit indefinite sunt propositiones: & vniuersaliter vniuersale nō proponit: cōtrarię nō sunt. ea eī affirmatio quę dicit: hō iust⁹ est: & quę dicit: hō iust⁹ nō est: cōtraria nō ē. Possunt eni vtreqꝫ simul esse verę & in eodem idem homine: quod in contrarijs fieri impossibile est. Quod vero addidit. quę autē significantur: est esse contraria tale est. Ipse quidem propositiones contrarię non sunt. Significat tamen aliquando contraria. Si quis enim dicat homo albus est: & alius negat homo albus non est. ipse quidem contrarię non sunt. Quod autē dicitur homo albus nō est Potest quiddā significare contrarium. Nam designat hoc quod dicitur: homo albus non est: & rubri coloris esse et pallidi & fusci: designat etiam nigrū: quod est albo contrarium. Potest igitur id quod nō est album: esse nigrum. Ergo quamquā ipse contrarię non sunt: tamen potest aliquando quiddam significare contrariū. Prior affirmatio sicut in eo quod diximus. Nam si id quod dicitur: nō est homo albus: nigrum esse designet: quoniam is qui niger est: albus non est. Contrarię quidē propositiones nō sunt quoniā possunt esse vtreqꝫ verę. Que autē significantur: interdū contraria reperiūtur. que autem sint huiusmodi propositiōes exemplorū subiectione monstrabit.

Dico autem non vniuersaliter enunciare in his quę sunt vniuersalia ut est albus homo non est albus homo.

¶ Et quid dicat esse vniuersale non vniuersaliter predicare: planissime demonstrauit dicens.

Cum enim vniuersale sit homo: non vniuersaliter utitur enunciatiōe. Omnis namqꝫ non vniuersale significat: sed quoniam vniuersaliter.

¶ Nam id quod dicitur omnis illud ad quod predicatur colligit: atqꝫ in vnum corpus adducit: ut cum dicatur omnis homo iustus est: nullum excipit hominē. Sed totam colligit humanitatem: & fit de re vniuersali homine predicatio vniuersalis: cum dicimus omnis homo. Nam cum sit vniuersale homo: huic vniuersali vniuersalitatem cōsignificat id quod additur omnis. & res vniuersalis vniuersaliter predicatur.

In eo vero quod vniuersale predicatur: id quod est vniuersaliter predicare: non est verum.

¶ Hac nos sententia quem ad locum vniuersalitatis determinationē recte ponamus instituit. Docet enim semp istam vniuersalitatem: quam determinationem vniuersalem vocamus: ad subiectum poni debere terminum: nunquam ad predicatum. Si quis enim sic dicatur: omnis homo animal est. Recte dixerit omnis ad subiectum id est ad hominem ponēs. Quod si sic dicat. omnis homo omne animal est. falsum dixerit. Ergo hoc non dicit: in eo vero quod vniuersale predicatur: ut animal de homine. Animal enim vniuersale est. De omni enim homine predicatur. non est verum. Hoc ipsum vniuersale. quod est animal: vniuersaliter predicare: ut dicatur omne animal esse hominem. nec solum in his. Sed in nulla recte fieri affirmatione concedit. ait enim.

Nulla enim affirmatio vera erit: in qua de vniuersaliter predicato vniuersale predicetur ut omnis homo est omne animal.

¶ Hoc autem cur eueniat: paucis ostendam. Predicatū semper maius est subiecto: vel equum maius sit: ut cum dico. homo animal est. Animal predicatur: homo subici-

tur. Sed maius est animal homine. De pluribus enim quam ipse homo predicatur. Rursus equale est: cum sic dicimus. homo risibilis est. homo subiectū est. risibile pdicatum. Sed homo atq risibile equalia sunt. propriū namq est hominis quod est risibile. ut autem minus pdicatum inueniatur: quā subiectū: fieri non potest. Siue ergo maius sit predicatum: falsum est vniuersale adiecere predicato: ut in eo quod ipse posuit exemplo. Omnis homo omne animal est. siue equale sit: superfluum est: si quis sic dicat omnis homo omne risibile est. quare vniuersale predicatū predicare vniuersaliter non oportet.

Opponi autem affirmationē negationi cōtradictorie: que vniuersale significat eidē quoniam non vniuersaliter: ut omnis homo albus est: nō omnis homo albus est; nullus homo albus est: quidam homo albus est.

Quid sit proprie cōtradictio: consequenter exponit. ait enim opponi contradictorie propositiones: quotiens vniuersalem affirmationem particularis abnuit negatio: et quotiens vniuersalem negationem particularis affirmatio astruxerit. Cum enim omnis homo albus est dicatur: illa negatio que dicit non omnis homo albus est: de eodē homine vniuersaliter tollit: quod vniuersaliter affirmatio constituerat. Illa enī oēm hominē esse albū ponit. Ista dicit non omnē: tanquā si concedat aliquē: sed ei tantum auferat vniuersalitatem. Hoc est enim quod ait. que vniuersaliter significat eidem: quoniā non vniuersaliter. Nā sicut vniuersale significat affirmatio dicens hominem: ita quoq negatio vniuersale significat. habet enim et ipsa hominem. Sed idem ipsum vniuersale docet non esse vniuersaliter. id est non omne esse album: quod affirmatio esse vniuersaliter posuerat: omnē hominē esse album proponens. Eodem modo etiam in negatione. quas nos supra angulares posuimus: et contradictorias in descriptione. Hic nunc easdem oppositas contradictorie vocat. Quod autem vniuersali affirmationi: que est omnis homo albus est: particularē negationem opposuit: que est non omnis homo albus est: tantundem est tanquā si diceret. quidam homo albus non est. Nam si non omnis homo albus est: quidam homo albus nō est.

Contrarie vero vniuersalem affirmationē et vniuersalem negationem. ut omnis homo iustus est: nullus homo iustus est. Quo circa has quidem impossibile est simul esse veras. His vero oppositas contingit aliquādo in eodem: ut nō omnis homo albus est: et quidam homo albus est.

Planissime omnes exequitur: dicit contrarias vniuersalem affirmationē: et vniuersalem negationem. Has enī nos quoq supra descripsimus. Hic vero easdem cōtrarie demonstrat opponi. Illud quoq addidit. quod eas impossibile sit in eodem veras aliquādo cognosci. Nam sicut contrariorū natura in eodem nō potest inueniri. neq enī vno eodemq tempore aliquid nigrū est atq album. sic quoq nec contrarie ut vtreq simul sint vere: fieri potest. Sed autem adiecit. His vero oppositas cōtingit in eodem particularem affirmationē: et particularem negationem designat. Particularis namq affirmatio vniuersali negatio ni opposita est contradictorie. Particularis vero negatio vniuersali affirmationi. Contrariarū igitur opposite possunt in eodem vere aliquotiēs inueniri: vel particularis affirmatio et particularis negatio vere ut sint aliquotiens fieri potest ut est quidam homo albus est: quidam homo albus non est. vtreq sunt vere.

Quecunq igitur cōtradictiones vniuersalium sunt vniuersaliter: necesse est alteram esse veram vel falsam: et quecunq in singularibus sunt: ut est socrates albus: nō est socrates albus

De contradictorie oppositis loquitur: et de singularibus propositionibus: quod vnam semp veram: falsam semper alteram necesse est inueniri. Hoc enim dicitur cōtradictio nes inquit eorum: que sunt vniuersaliū vniuersaliter predicatorum: vna semp vera est: altera falsa. Uniuersalium autem vniuersaliter predicatorū sunt contradictiones vniuersaliū particulariter predicatorū. Nam affirmatio vniuersalis vel negatio vniuersalis vniuersaliter predicātur horum contradictorie particulares affirmationes: vel negationes sunt: si sibi angulariter comparētur. Harum igitur contradictionū: que sunt vniuersalium vniuersaliter predicatorum: vna semp vera est: semper falsa altera reperitur. In singularibus quoq idem est. Nam si nulla. ut dictum est. varietas equiuocationis impediat. idemq sit predicatum: idemq subiectum: ad vnū idemq tempus: ad vnam eandemq partem: ad vnū idemq relatum: vno atq eodem modo: vna semper vera est: altera falsa: et veritatis inter se naturā: et mendacij partiūtur.

Quecunq autē vniuersalibus nō vniuersaliter: nō sp hec quidē vera est: illa vo falsa.

Que vero sunt inquit indefinite: ut neq vniuersalem habeant: neq particularē determinationem: quod tacuit: non semper vna vera est: altera falsa: sed vtreq interdum inueniūtur vere. In vniuersalibus autem nō vniuersaliter predicatur aliquid hoc modo. homo albus est: homo albus nō est. in quo vno eodemq tempore vtrasq veras eē cōtingit. Hic enim cum vniuersale sit homo: non vniuersaliter predicatum est nomen. Sic vero nec particulariter. Neq enim quidā: aut nullus: aut omnis adiectum est. Docet autem huiusmodi propositiōes non inter se diuidere veritatem atq mendaciū hoc modo.

Simul enī verum est dicere: quoniā est homo albus: et non est homo albus. et est homo pulcher: et non est homo pulcher. Si enim fedus: et nō pulcher: et si fit aliqd: et non est.

Documentū est huiusmodi dictum indefinitā affirmationem: negationēq veras vtrasq posse inuenire. verum enim dicere est. Est homo albus: et non est homo albus: huius autē rei probatio est. nam si verū est dicere, est homo niger: et est homo albus simul vno eodemq tempore. Qui autem niger est: albus nō est. verum est dicere vno eodēq tempore: quoniā est homo albus: et non est homo albus. Rursus si verū est dicere: quoniā est homo pulcher: et est homo fedus: vno eodemq tempore. Qui autē fedus est: pulcher non est. verū autem dicere hominē esse pulchrum: et hominē esse fedum: vno eodemq tempore manifestum est. Cum enī achilles esset pulcher: erat dodius thersides fedus. Rursus si verum est dicere esse hominē album: et rursus eodem tempore fieri hominē album. Nec hoc vlla contrarietas vetat: ut sit homo albus: et rursus fiat homo albus. sed qui fit albus: nondū albus est. verum est dicere igitur: quoniā est homo albus: et nō est homo albus. Hoc est enī quod ait. et si fit aliquid: et non est. cum enī fit non est. sed potest dici: quoniā est homo albus: et fit homo albus ut vtrunq vere dicatur. Potest igitur vere vtrunq dici Et est homo albus: et non est homo albus.

Uidebitur autem subito inconueniens esse: Idcirco quoniā videtur significare nō est homo albus: simul etiā quoniā nemo hō albus Hoc aūt neq idē significat: neq sil necessario.

Tacite hominū dubitationi respōdit. Quod enim dicimus: est albus homo: et nō est albus homo vtrūq verum esse: videtur aliquotiēs inconueniēs esse. Si enī verū est dicere est albus homo: quēadmodū fieri potest: ut verum sit dicere: non est albus homo? Hoc autem videtur idcirco:

quoniam apparet quibusdam id quod dicimus non est homo albus: hoc significare tantum quod si dicamus nullus homo albus est. sed hoc verum non est. Neque enim idem est dicere: non est albus homo: et nullus homo albus est. Et quamquam cum dicimus nullus homo albus est simul significamus, quia non est homo albus. non tamen ex necessitate idem utraque significat. Cum enim dicimus non est homo albus simul nos dicere quoniam nullus homo albus est: non oportet intelligi. neque enim semper simul est non est homo albus: et nullus homo albus est. Nam aliquotiens simul est, scilicet cum prius dicitur universalis negatio. Cum vero indefinita dicitur prius: non est simul negatio universalis et negatio indefinita. Nam si dicam nullus homo albus est, simul dixi quoniam homo albus non est. Quod si dicam homo albus non est: non est simul dicta negatio universalis: que est nullus homo albus est. quia potest quidam esse non albus: de quo dicitur homo albus non est. neque tamen omnis esse non albus. Non igitur simul necessario sunt non est homo albus: et nullus homo albus est.

Manifestum est autem quoniam una negatio unius affirmationis est. Hoc enim idem oportet negare negationem: quod affirmavit affirmatio: et de eodem: vel de aliquo singularium: vel de aliquo universalium: vel universaliter: vel non universaliter.

¶ Hoc quoque argumentum est negationem indefinitam et universalem idem non significare: et eas a se esse diversas. Nam si unius affirmationis una negatio est: contraria ea que dicit, non est homo albus: illa est affirmatio que dicit est homo albus. Et contra eam que dicit nullus homo albus: illa affirmatio est que dicit: quidam homo albus est. sed he affirmationes diverse sunt. i. est homo albus: et quidam homo albus est diverse igitur. Ille quoque sunt: que his proportionaliter opponuntur. Diversa igitur est negatio que dicit nullus homo albus est et ea que dicit non est homo albus. Docet autem nos unius affirmationis unam esse negationem: idque hac ratione demonstrat. Oportet enim idem predicatum negare negationem quod predicaverit affirmatio: et rursus de eodem subiecto auferre predicatum negationem oportet ad quod affirmatio ante coniunxerat. Quod si fit: dubium non est unius esse affirmationis unam negationem. sive autem hoc in universalibus fiat: sive universaliter predicatio sive indefinite: et non universaliter sive in singularibus: una eademque propositionum natura est: ut unius affirmationis sit tantum naturaliter una negatio. Hoc autem inductione probat.

Dico autem ut est socrates albus: non est socrates albus.

¶ In hac enim propositione idem subiectum est, idem predicatum, eam in medio exemplorum subiecit.

Si autem aliud aliquid: vel de alio idem: non opposita: sed erit ab ea diversa.

¶ Sensus huiusmodi est, si autem aliud aliquid predicaverit negatio: quam affirmatio predicavit vel de alio subiecto idem negatio predicaverit quod in affirmatione fuerit predicatum: non sunt sibi opposite sed a se tantum diverse sunt. Si quis enim dicat socrates disputat: et alius dicat socrates non ambulat: diversum predicatum est: et diverse sunt propositiones et non opposite. et hoc est quod dicit. Si autem aliud aliquid aliud enim predicavit negatio quam affirmatio predicaverat. Quod si quis sic dicat, socrates disputat: aliusque dicat plato non disputat de alio subiecto idem predicavit: et sunt a se diverse propositiones et non opposite. Et erit id quod est vel de alio idem. Quod si utrumque sit diversa: multo magis diverse propositiones sint quibus positis ad proposita rursus exempla contendit: et unam affirmationem unam enuntiationem negationis opponit singularibus singulares affirmativas negativas particularibus universales indefinitis indefinitas opponens et comparans.

Huic vero que est omnis homo albus est: illa que est non omnis homo albus est. Illi autem que est: aliquis homo albus est illa que est nullus homo albus est. Illi autem que est: homo albus est illa que est: homo albus non est.

¶ Et post hec concludit sententiam dicens:

Quoniam quod igitur una affirmatio uni negationi opponitur contradictorie: et que sunt hec dictum est. Et quoniam alie contrarie: et que sunt he: dictum est. et quoniam non omnis vera vel falsa contradictio: et quare: et quando vera vel falsa.

¶ Resolvit quod breviter quia alie sunt contrarie alie contradictorie dicitque se que sint he diligentius in superiore disputatione monstrasse. Illud quoque non omnem esse veram vel falsam affirmationis et negationis oppositionem: quam nunc communiter et proprie contradictionem vocat. Et quando non sit vera vel falsa: vel cur: se exposuisse commemorat.

Una autem affirmatio et negatio est: que unum de uno significat: vel cum sit universale universaliter: vel non similiter. ut omnis homo albus est: non omnis homo albus est: est homo albus: non est homo albus: nullus homo albus est quidam homo albus est.

¶ Quid sit una affirmatio: superius iam diximus: et nunc quoque idem docere non piget. Cum idem aristoteles revolvitur una enim affirmatio est, que unam rem de una significat et que huiusmodi habet predicatum, et huiusmodi subiectum ut utrumque singula significet. Nam si unum aliquid significet predicatum simplex atque unum est. Quod si rursus unum aliquid significet subiectum: et non plura: simplex rursus est atque unum. Quocirca si unum predicatum de uno erit subiecto: utrumque singula significabit et non plura. Eoque fiet ut non sit multiplex propositionis significatio: et que unum significet: una sit. Idem autem oportet esse etiam in universalibus universaliter predicatis et in particularibus. quas universalibus opponi necesse est quorum etiam subdit exempla. Dicit enim unam esse propositionem. Omnis homo albus est, et si rursus oppositam unam esse, non est omnis homo albus.

Si album unum significat. Si vero duobus unum nomen positum est: ex quibus non est unum: non est una affirmatio: neque una negatio.

¶ Si album inquit unum significat. Quod si plura designat non est una affirmatio nec una negatio. Hoc autem in subiecto convenit custodire, sicut in subiecto quoque simplex significatio servetur. Docet autem non esse unam propositionem si predicatum vel quodlibet in propositione verbum multa significat hoc modo. Si vero duobus unum nomen est positum ex quibus non est unum non est una affirmatio neque negatio sunt quedam res: que plura quidem significent. ex quibus omnibus iunctis unum quiddam valet effici. hominis quidem nomen significat animal. significat mortale: rationale quoque designat. sed hec iuncta unum quiddam efficiunt: quod est animal rationale mortale. Hec namque omnia unum hominem complent. Sunt quoque alia que duas vel plures huiusmodi res designant ex quibus iunctis unum aliquid esse non possit ut liber. Dicitur namque et dionisius liber dicitur liber: et ingenuus. sed ingenuus et dionisius iuncti nihil efficiunt quare si quid tale sit nomen aut subiectum aut predicatum quod plura significet: ex quibus unum aliquid esse non possit non est illa una affirmatio: neque una negatio. Et hoc sequenti exempli ratione confirmat.

Ut si quis ponat hoc nomen tunica homini et equo quoniam tunica est alba: hec non est una affirmatio: nec una negatio. Nihil enim differt hoc quam dicere: quoniam est homo et equus albus. Hoc autem nihil differt quam dicere: est homo albus: et est equus albus.

¶ Dicatur enim inquit equus et homo tunica. Et habeamus verbi gratia

hoc nomē: si q̄s dicat. est tunica alba: q̄si tunica equū atq; hoīez designat. videt̄ dicere q̄si est equꝰ ꝛ hō albus. s; hoc tale est. tanq̄ si q̄s dicat. est equꝰ albus ꝛ est hō albus. Sed hec sunt due ꝓpositiões ꝛ nõ vna. duplex igit̄ illa quoq; ꝓpositio est. est hō ꝛ equus albus. quare duplex illa quoq; que dicit: est tunica alba. Et eñ subiecti huius idē tunice duplex significatio: ꝓpositiões fecit esse duplices. Nā si quis dicat vnū quidā significare est tunica alba. q: significat. Est hō ꝛ equus albus. impossibile est. Neq; enī ex hoīe et equo quidā vnū fit: ut hec ꝓpositio vnū aliquid designet. quare et hec ꝓpositio multa significat: aut si nõ multa: nihil oīno designat. Nihil enī est hō equus: ut simul dicatur atq; intelligatur hoc est enī quod ait.

Si ergo hę multa significāt: ꝛ sunt plures: manifestū est: quoniā ꝛ p̄ria multa vel nihil significat. Neq; eī est aliquis homo equus.

¶ Si ergo hę multa significāt ꝛ sunt plures. manifestum est. qd̄ et p̄ria idē ea que dicit. est tunica alba. multa vel nihil significat. Nihil autē ideirco: q̄ si nõ multa designet ꝓpositio cuius qlibet terminus equocus est: cū illa que noīe equiuoco significātur: uēcta fuerit: neq; in vnam substantiā couenerit talis iūctura: que res iūbiungi indiderit copulat: nõ erit vllus intellectus ut in ea que est. tunica alba ē. aliter eē vna ñ potest. si tunica equū hoīemq; significet: nisi equus atq; hō iūcti vnū aliquid efficiāt. sed hi termī tales sunt: ut necesse sit hāc ꝓpositiõem vel multiplicē esse: vel nihil significare: nā si iūgant hō et equus: fit nihil. Nihil eī est hō equus: qd̄ p hoc mõstrauit quod ait. Neq; enī est aliquis hō equꝰ. hoc āt aut nix ab ipso ꝓpositū sit. lucidissime demõstrauit. cū. n. de his ꝓpositiõibus loq̄retur que vere inter se falsum que diuiderēt: hoc addidit. Quod etiā hę que hñt vel p̄dicatū equiuocū vel subiectū: verē falsumq; nõ diuidūt. vtreq; eī verē eē possunt: ut hę que dicūt. ē liber hō: si ad ingenuitatē referas: et nõ ē liber hō: si ad dionisiū. Recte igitur dictum est.

Quare nec in his necesse ē hāc quidē contradictionē verā esse: illā vero falsam.

¶ Cū eī multa significat: multiplex significatioq; in negatiõe: atq; affirmatiõe sēinuicē nõ p̄imit. quod si vna sit affirmatio: ꝛ vna negatio: q̄si vtreq; in eodē eē nõ possunt. vnam verā semp: falsam alterā necesse est esse.

In his ergo que sunt: ꝛ facta sunt: necesse ē affirmationē vel negationē verā eē vel falsam. In vniuersalibus qdē vniuersalit̄ sp̄ hāc verā illā vero falsam esse: ꝛ in his que sunt singularia quēadmodū dictū ē. In his vero que in vniuersalibus non vniuersalit̄ dicūt̄: non est necesse. dictū est autem et de his.

¶ Propositio quidẽ questiõis talis est. Querit. n. quũ huic propositioni que dicit omnis homo iustus est: ea que proponit nullus homo iustus est: et rursus ea: que dicit: omnis homo iniustus est: videtur opposite: que harũ magis superiori affirmatiõi: que dicit omnis homo iustus est. an affirmatio universalis contraria est ei per quã proponimus omnis homo iustus est. an certe negatio universalis: ea que est nullus homo iustus est. Similiter etiã huic propositioni que est callias iustus est. propositio que proponit callias iniustus est: an ea que dicit callias iustus nõ est: contraria est. Deinde hãc viã disputatiõis ingreditur. nã si ea inquit que sunt in voce illis que sunt in anima famulãtur: hisqz in significatiõe cõsentiũt: necesse est: ut quod in opinionibus dicitur reperitur. hoc idez venire videatur in voce. quod si illic ei opinioni que arbitratur omnem hominez iustũ esse: illa opinio opposita est: et illa est maxime contraria que putat omnem hominez iniustũ esse: et in vocibus quoqz affirmatio ei que est omnis homo iustus est: ei affirmatiõi magis contraria est que dicit omnis homo iniustus est. Quod si in opiniõibus nõ hec magis opponitur potiusqz illa que dicit nullus homo iustus est: et in vocibus quoqz affirmatio universalis videtur esse contraria. utraqz ergo et affirmatio: que dicit: omnis homo iniustus est: et negatio que dicit: nullus homo iustus est erũt contraria ei que dicit omnis homo iustus est. Quod autẽ dicit quod si neqz illic contraria opinatio contraria est. Tale est iustũ enĩ esse et iniustũ esse: quãqz sint secundum habitũ et privationẽ predicatio tñ hec nãc idest iniustũ esse pro contrario sumitur: ergo si in opinionibus contrarij idest iusti affirmatio contraria nõ est: nõ erit in vocibus contraria affirmatio: sz potius negatio que est nullus homo iustus est. quare inqt cõsiderãdũ est cui opinioni false opinio vera contraria est. nã si qũ res bona sit verum est de ea dicere quia bonũ est. Contra quã proponẽ falsũ est dicere quia malũ est fal

[illegible] etiam: quia non bonum est. Sed videndū que harū sit magis contraria vere affirmationi: que dicit bonū esse quod bonū est: utrum falsa illa contraria est: que id quod bonū est dicit esse malū: an ea que id quod bonū est dicit esse nō bonum. Atq; hoc est quod ait. dico aūt hoc mō: est quedam opinatio vera boni quoniā bonū est. alia vero falsa quia nō bonū est. alia vero quia malū est. Que nā ergo harū contraria est vere. id est utrum ea que negat id quod est: an ea que ponit id quod nō est. Que magis harum ei que dicit esse id quod est videatur esse contraria: requirendum est. Sed quod his adiecit et si est una: scdm q; contraria: tale est. Contrariorū alia sunt habentia medium: alia vero sunt nō habentia. Et illorum que habent: si quis unū contrarium neget nō necesse est per illam negationē illud aliud contrarium intelligere. Nam quoniā inter album et nigrū est aliquid: si quis dicat nō est album; nō idcirco nigrum esse monstrauit. Potest enim esse et rubrum. Et quicquid aliud in talium contrariorū medietate locatum est. In illis vero contrariis que medio carent nihil differt negare rem propositam an affirmare contrarium. Nihil enim differt dicere diem nō esse q; dicere noctem esse. Hoc est enim diem nō esse: quod esse noctem. Nihil enim est inter noctē atq; diem. Ergo in his affirmatio contrarij idem valet quod proposite rei negatio: ergo nunc hoc dicit: etiā si in aliquibus inquit tales propositiones inueniūtur: ut et negatio rei proposite, et affirmatio contrarij idem valeāt: et sint vne significationis. Querendū est scdm quam enunciationē propositio magis est contraria scdm eam que dicit non esse diem: an scdm eam que proponit esse noctem. Intelligendum est que harum quādo unum utraq; significat: magis est contraria ei que dicit esse diem: hoc est enī quod ait. Et si est una scdm q; contraria, idest et si unum significabunt aliquādo rei negatio et contrarij affirmatio: scdm quā harū magis est contraria propositio superiori proposite enūciationi.

Nam arbitrari contrarias opiniones definiri in eo q; contrariorum sunt. falsū est. Boni enim quoniam bonum est: et mali quoniā malum est: eadem fortasse opinio est et vera: siue plures siue una sit. Sunt autem ista contraria sed non in eo q; contrariorum sunt: contraria: sed magis in eo q; contrarie.

¶ Contrariorū prius naturam recte determinat: qui de contrarijs propositionibus tractat. Quidam enim putāt contrarias esse opiniones: que sint contrariarum rerū: qd Aristoteles negat. dicit enim falsam esse diffinitionē, que determinat eas esse contrarias opiniones; que sunt contrariarum rerum. Nam cū sit contrarium bonum malo: possumus habere opinionē de bono quoniam bonū est et hec vera est. possumus rursus id quod malum est putare malum: et hec rursus vera est: et opiniones quidem boni quoniam bonū est. et mali quoniam malū est: contrariarū rerum sunt: tamen utreq; sunt vere. Sed cōtrarie utreq; vere esse non possunt. Falsa igitur diffinitum est eas esse cōtrarias opiniones que contrariarum sint rerū. Quod aūt ait. boni enim quoniam bonū est et mali quoniam malū est eadem fortasse opinio est et vera. Aut quod dicit eadem: ad id retulit quod post secutus est: vere nāq; vere in eo qd vere sunt eadem sunt. aut certe quod eiusdem esset opinionis: quod bonum esset bonum putare: quod malum esset malum. Siue autem eadem sint siue plures: contrarie esse nō possunt: idcirco quoniā simul vere sunt. Sunt autē ista contraria sed nō eo qd contrariorū sunt cōtrarie sunt: sed magis eo quod contrarie. sunt inquit ista scilicet que sunt in opinionibus contraria: nō tamen contraria: quando contrariorum sunt sed potius quādo de uno eodē q; diuerso modo et contrarie suspicant. hoc est enim quod ait. Sunt autem ista contraria: ea scilicet que in animi opinionibus opposita sunt. quorū propositiones sunt contrarie: nō eo qd sunt contrariorū: sed potius eo quod de uno eodemq; subiecto contrarie suspicant: ut si quis de bono suspicetur qd bonum est: et rursus alius de eodem bono quoniā malū est hec sunt cōtraria que vere simul esse nō possunt. Et de eodem idest bono nunc bene: nūc vero male. i. cōtrarie suspicant.

Si ergo boni quoniā bonum est: opinatio est: alia vero quoniā non est bonum: est vero quoniam aliud aliquid est. quod non est: neq; potest esse: aliarum quidem nulla ponēda est: neq; quecunq; esse quod non est opinantur: neq; quecunq; non esse quod est (infinite enim utreq; sunt: et que esse opinantur: quod non est et que non esse quod est) sed in quibus fallatia est. Hec autem sunt ex his: ex quibus sunt et generationes. ex oppositis vero generationes. quare etiam fallatie.

¶ Huius argumenti principiū est: quo pro confesso utitur et probato: quod unius rei plura atq; infinita nō possint esse contraria: quare unius rei unum erit contrarium. Est ergo opinio boni quoniam bonum est: et hec vera est. est rursus boni quoniam bonū non est: et hec falsa est. Potest esse etiam que putet esse bonum: id quod non est. Ut si quis dicat id quod est bonum: quoniam malum est: vel quoniam quantitas est: vel quoniā aliquid quod nō est. Sed hec que de bono dici possunt: que ipsum bonum nō est: infinita sunt. Rursus possumus de bono arbitrari multa non esse: que est. Bonum enim quod honestum est possumus dicere: quoniam honestum non est. possumus dicere: quoniam utile nō est: possumus quoq; dicere: quoniam expetendū non est: et alia plura. Infinita ergo sunt et ea que possumus arbitrari de bono: quoniam est id quod bonum ipsum nō est. Et ea que opinamur non esse bonū quod est: ea quoq; sunt infinita. Quare nec ea que putat opinio bonum esse quod non est: nec ea que putat non esse quod est: ei opinioni ponenda est esse contraria: que putat bonum esse quod bonum est. Hoc est enim quod ait. Aliarum quidem nulla ponenda est: neq; quecunq; esse quod non est opinātur: ut dicamus de bono: quoniā malum est: vel inutile: vel turpe; neq; quecunq; non esse qd est: ut si de eodem bono dicamus: bonum expetendum nō est bonum: honestū non est. Infinite enim utreq; sunt: et que esse opinantur: quod non est et que non esse quod est. He igitur reijciende sunt; et ad nullam contrarij oppositionem sumende: quoniā infinite sunt: cum semper contrariorum oppositio sit finita. Que autem contrarie ponende sint opiniones. sequitur dicens. Sed in quibus est fallatia. he autem sunt ex his ex quibus sunt et generationes. Ex oppositis vero generationes: quare etiam fallatie. opinioni inquit de bono: quoniā bonum est: contraria illa sola ponenda est in qua primū fallatia reperitur. In qua autem fallatia prima reperiatur: ostendit per id quod dixit. Ex quibus sunt generationes fallatia facillime reperitur. Generatio enim semper ex oppositis est: quotiens enim aliquid fit album: non fit ex dulci: nec ex duro: nec ex liquido: sed ex non albo. Et quod dulce fit: non fit ex calido: neq; frigido: nec nigro: nec ex ulla alia qualitate: nisi ex sibi opposito idest ex non dulci. Eodemq; modo in alijs se habet. Omnis generatio ex eo fit quod nō fuit: ut dulce ex non dulci: album ex non albo: calidum ex non calido. Quare si generationes quidem ex oppositis sunt: in his autem est fallatia in quibus sunt generationes. erit in oppositis et prima fallatia. Prima namq; fallatia est: non putare aliquid esse quod est. Secūda putare esse quod nō est et in eo quod est bonum prima fallatia est putare illud nō esse bonum. Secunda malum esse arbitrari quod bonum est. Quo circa illic maxime ponēda est cōtrarietas: ubi prima est fallatia. in his aūt est prima fallatia: ex qb⁹ generationes oriūtur

Generationes vero dico esse: que fiunt ex his: que id quod fiunt non fuerūt. Generationes autem ex oppositis: in oppositis est igiť prima fallacia: sed in quib⁹ est prima fallacia: maxime contraria illa ponenda sunt: opposita igitur maxime cōtraria sunt: sed bonum esse: et bonum non esse opposita sunt. Bonum igiť nō esse ei quod est bonuz esse contrariū est: non illud: quod est maluz esse: quod maiore argumentatione confirmat.

Si ergo quod bonum est: et bonum: et non malū ē: et hoc quidē scdm se: illud vero scdm accidens. Accidit enim ei maluz non esse. magis autem in vnoquoq3 vera est: que scdm se est: etiam falsa: siquidē et vera: ergo ea que est quoniā non est bonum quod bonū est: scdm se consistentis falsa est. Illa vero que est quoniam malum: est eius que est scdm accidens. Quare magis erit falsa de bono ea que est negationis opinio: q̄ ea que est contrarij.

¶ Persubtilis argumētatio tali ratione formata est: bonum inquit et bonum est: et non malū. quorū vnum sm se et proxime: et naturaliter est. hoc scilicet quod bonum est. alterū vero est accidenter. idest quod maluz non est. Accidit enim ei quod bonum est: ut malum non sit: ergo quod bonum est naturalius habet bonum esse q̄ non esse maluz illud enim sm se inest: illud (vt dictum est) sm accidens Quod si hoc est verior non est illa ppositio que affirmat: quod sm se est: q̄ illa que affirmat quod accidens est. Est autem sm se bonum esse quod bonū est: sm accidens vero malum nō esse quod bonū est. verius igitur et propinqui⁹ est dicere de bono quoniam bonum est: q̄ dicere de bono quoniam malum nō est. quod si hoc est: erit ea opinio que sm se falsa est: mendacior: uitę videbiť ab ea que sm accidens mentiť. Nam si q̄ vera est propinquius: que sm se est: illa erit falsa propinquius que sm se est. Hoc est enim quod ait: magis autem in vnoquoq3 est vera: que sm se est: etiam falsa: siquidem et vera. si illa magis vera est que sm se est: recte illa magis falsa diciť: que sm se falsa est. id est que id negat quod sm se verum est. Ergo ea que est: quoniam non est bonū: quod bonum est: sm se consistentis falsa est: ad quid tendat tota superior argumētatio: cōtinua disputatione: subnectit. Superius enim dictum est opinionem eam que putat bonum esse quod bonum est sm se esse: quare illa opinio que dicit nō esse bonum quod bonum est. falsa est: et de ea re falsa est: que sm se vera est. Scdm se enim vera est opinio: que putat bonuz esse quod bonum est: que vero arbitrať non esse bonum: quod bonū est: ei⁹ que sm se est veritatem opinionis intercipit. Naz bonū esse qd bonū est quisquis opinať: sm ipsius boni naturam habet opinionez: atq3 ideo sm se opiniones huiusmodi nominanť. quare erit hec quoq3 sm se falsa: quoniaz sm se veritatis videtur auferre propositionē. idem autez bonum sm accidens est nō malum. Et hoc de bono veruz est dicere: quoniaz nō est malum: sed accidenter. Bono enī accidit nō esse malum. illa vero que putat maluz esse quod bonum est: aufert nō malum ab eo quod bonum est: et interimit rem sm accidens veram. vera namq3 est opinio: que dicit non esse maluz quod bonū est: sed sm accidens. quare sm accidens falsa erit ea que dicit malum esse: quod bonum est. Illam enim propositionez tollit: que sm accidēs vera est. Quare quoniam prior est: ea que sm se est: q̄ ea que sm accidēs: ea falsitas que sm se est: fallacior erit ea falsitate: que scdm accidens est. Sed ea que putat bonū non esse: quod bonum est. scdm se veritatis peremptoria est. ea vero que dicit malum esse quod bonum est: eius quod est non esse malum quod bonū est: scdm accidens rei vere peremptoria est. Quare falsior est ea que dicit nō esse bonum quod bonū est: q̄ ea que dicit esse malum id qd est bonū.

Falsus autem est maxime circa singula quī habet contrariam opinionez. Cōtraria enim sunt eorum: que plurimū circa idem differūt Quod si harū contraria est altera: magis vero contraria contradictionis est: manifestum est: quoniam hec erit contraria.

¶ Querebať vtrum affirmatio contrarij an negatio propositę rei: eiusdem proposite rei affirmationi magis posset esse contraria. Sed nunc hoc dicit: quoniaz que falsa sunt magis: ea sunt magis contraria. Contraria enim sunt que cunq3 circa eandem rem plurimū differunt: vt circa colorē album et nigrum: ergo que maxime falsa sunt: et maxime vera: ea plurimū a se distant. Maxime autem vera est sm se consistentis rei enunciatio. Maxime autem falsa scdm se consistentis rei peremptoria. Necesse est inter affirmationem contrarij: et negationē proposite rei vnam magis eē contrariam. falsior autē et magis contraria est opinio illa: que contradictionē cogitat: vt ea que est nō esse bonuz qd bonum est: q̄ ea opinio que habet malum esse quod bonū est: quoniam ea que sunt in vocibus opiniones sequūtur simili mō negatio eius que est oē bonū bonū est. ea scilicet que dicit nullum bonū bonum est. Magis est contraria: quā ea que proponit omne bonum malū est. Quo circa et in alijs quoq3: ut in ea que est omnis homo iust⁹: magis ē contraria illa que dicit nullus homo iustus est: quam ea que dicit omnis homo iniustus est.

Illa vero que est: quoniam malum est: qd bonum est: implicata est. et enim quoniaz non bonum est: necesse est forte idē ipsuz opinari.

¶ Addit ad demonstrationē superiorem argumentuz qd demonstret magis esse contrariam eam que negat: quam eam que contrarium affirmat. implicita est inquit affirmatio contrarij. Quisquis enim putat id quod bonū est malum esse: fieri aliter non potest: nisi illud quoq3 putet non esse bonū: quare duplex quodammodo propositio est ea que dicit malum esse quod bonum est. Nam etiam illud in se continet: quod bonum non est. Simplex autem est propositio bonum esse quod bonum est: et simplici simplex potest magis esse contraria. simplex q3 est negatio quod bonū est non esse bonum: hec igitur magis contraria est.

Amplius si etiam in alijs similiter oportet se habere. et hic videtur bene esse dictum. aut enī vbiq3 ea que est contradictionis: aut nusq̄ quibus vero non est contrarium de his quidem est falsa ea que est vere opposita: vt qui hominem nō putat hominem falsus est. si ergo he contrarie sunt et aliam contradictionis.

¶ Aut in omnibus inquit vere diciť contradictionē magis esse contrariam: q̄ contrarij affirmationem: aut nusq̄. Aut enim et in alijs quoq3 idē euenire oportet: aut ne hic quidem verum est: quod diciť contrariam esse eam que cōtradictionis est id est negationis potius q̄ contrarij affirmationem. Hoc autem speculemur inquit in his que contrarium non habent: ut in homine. Siquis enim putet hominem hominē esse: vera est. siquis vero hominem putet non esse hominē: falsa est. Siquis autem putet hominem equum esse: nullus dixerit hanc magis esse contrariā qui putat hominem equum esse: quaz qui hominem non esse hoiem arbitratur. Quare si in his que contraria nō habent: illa contraria est: que cōtradictione formatur. in his quoq3 que habent cōtraria: non contrarij affirmatio: sed negationis propositio magis contraria est.

Amplius similiter se habēt boni qm̄ bonū est: et nō boni qm̄ nō bonū est: et sup has boni qm̄ nō bonuz est: et nō boni qm̄ bonuz ē. Illi ergo que ē nō boni qm̄ nō bonuz ē vere opinationi que ē cōtraria. Nō.n. ea que dicit qm̄

malũ est. Siĺ enĩ aliqñ erunt vere. nunq̃ autẽ vera vere ẽ cõtraria. est enĩ q̃dã nõ bonum malũ. quare cõtingit siĺ eẽ veras. At vero nec illa que ẽ qm̃ nõ malũ. vera enĩ ⁊ hec. siĺ enĩ ⁊ hec erunt. Relinqᷓ ergo ei q̃ ẽ nõ boni qm̃ nõ bonũ est: vere cõtraria ea que ẽ nõ bonũ qm̃ bonũ est. Falsa enĩ hec. quare ⁊ ei que ẽ boni qm̃ bonũ ẽ: ea que ẽ boni qm̃ nõ bonum est.

C Ex similitudine ⁊ proportione cõtrarietatis vim propositionũ vestigare conaᷓ. Sz has prius disponam⁹. post autẽ quãtũ possum⁹ breuiter, vim Aristotelice argumẽtationis sequamur.

Vera boni quoniã bonum est.
Falsa boni quoniã bonũ nõ est
Vera ñ bõi quoniã nõ bonũ ẽ.
Falsa ñ bõi quoniã bonũ est.

C Harũ quattuor opinionũ due vere sunt: due false. Illa quidẽ. q̃ est boni qm̃ bonũ est: vera est. illa vero q̃ est boni qm̃ bonũ nõ est: falsa ẽ. Rursus illa q̃ est nõ boni: qm̃ bonũ nõ est: vera ẽ. illa vero q̃ est nõ boni qm̃ bonũ est: falsa est. Ergo hec est similitudo ⁊ proportio harum quattuor propositionũ. Nã quemadmodũ se habet opinio boni qm̃ bonũ est ad eã opinionẽ que est boni qm̃ bonũ nõ est: eodẽ modo sese habet ⁊ opinio que ẽ nõ boni qm̃ nõ bonũ est: ad eam que est nõ boni qm̃ bonum est. Nã sicut illic: vera vna est: altera falsa: ita quoq; hic vna vera est: altera falsa. Capit igiᷓ exemplũ prius ab ea que est nõ boni qm̃ non bonũ est. Hec enĩ inquit cũ vera sit: quã huic ponem⁹ esse contrariã? eam he que dicit malũ est: sz nõ est cõtraria. Potest enĩ simul esse vera: ⁊ ea que dicit nõ esse bonũ: quod bonum nõ est: ⁊ ea que dicit malũ esse: qd̕ bonũ nõ est. Sũt enim quedã nõ bona que mala sunt: quocirca cõtrarie non sunt: in quib⁹ poniᷓ quod nõ bonũ est: bonũ non esse. Et quod nõ est bonũ: malum esse. Cõtrarie enĩ vere simul nequeunt inueniri: ⁊ vera vere cõtraria nũq̃ est: sed nec illa poterit huic esse cõtraria: que dicit nõ malũ esse quod bonum nõ est. Possunt enĩ quedã nõ quidẽ esse bona: non esse tamẽ mala: vt ex arbore nulli⁹ vtilitatis causa ramũ defringere: si arborem nihil ledat: neq; malũ neq; bonũ est. Quare vere simul possunt esse. ⁊ he quoq; que opinantur id quod est nõ bonũ quoniã nõ bonũ est: ⁊ id quod nõ ẽ bonum: qm̃ malum nõ est. Quare nec he cõtrarie sunt. Restat igiᷓ ut ei⁹ opinionis que est nõ boni: qm̃ nõ bonũ est ea sit contraria que est nõ boni qm̃ bonum est. Quod siĺ in his quattuor propositionib⁹: quas supra descripsim⁹ similitudo seruaᷓ: ⁊ sicut est opinio nõ boni qm̃ nõ bonum est ad eam que est non boni qm̃ bonũ est: sic opinio boni quoniam bonũ est ad opinionẽ boni quoniã bonũ non est. Cõtraria autẽ est opinio non boni qm̃ bonũ non est: opinioni non boni qm̃ bonũ est. contraria igiᷓ erit opinioni boni qm̃ bonũ est: opinio boni quoniam bonum non est.

Manifestũ est autẽ: qm̃ nihil interest nec si vniuersaliter ponamus affirmationẽ. Huic enim vniuersalis negatio erit cõtraria: vt opinioni que opinaᷓ: quoniã oẽ quod est bonum bonum est: ea que est: quoniã nihil bonũ que bona sunt: bonum est. Nã eius que est boni quoniã bonũ est: si vniuersaliter sit bonũ: eadem est ei: que opinaᷓ: quicq̃d bonũ est: quoniam bonũ est. Hoc autẽ nihil differt ab eo qd̕ est: quoniã omne qd̕ est bonũ: bonũ est. Quare si in opinione sic se habet. sunt autẽ he que sunt in voce affirmationes ⁊ negationes note eorũ que sunt in aĩa: manifestũ est: quoniam affirmationi cõtraria qd̕ negatio est circa idem vniuersalis: ut ei que est: quoniã omne bonum bonũ est: vel quoniã omnis homo bonus est: ea que est: quoniã nullum: vel nullus. cõtradictorie autem: quoniam nõ omne: aut non omnis.

C Illud quoq; recte cõmemorat: qd̕ nihil differt in opinionib⁹ hec esse cõtraria nõ vniuersaliter constitutis: ⁊ in his que sibi vniuersaliter opponũᷓ. Siĺr. n. in ea q̃q; opinione que arbitraᷓ oẽ bonũ bonũ esse: illa cõtrario est q̃ putat nullũ bonũ bonũ esse. Nã qd̕ dicim⁹ bonũ eẽ id qd̕ bonũ est: id si in opinione vniuersaliter affirmeᷓ: ita putandũ est: quicquid bonũ est: bonũ esse. Hoc aũt nihil differt tãq̃ si dicam⁹ oẽ bonũ bonũ est. Que opinio cũ sit vera: illa ei cõtrie opponiᷓ: que diᷓ quicquid bonũ ẽ bonũ non est Hoc aũt nihil differt tãq̃ si opinemur nullũ bonũ bonũ esse: ⁊ in nõ bono q̃q; eodẽ mõ: ut si ita dicam⁹ oẽ quod nõ bonũ est: nõ est bonũ. ⁊ rursus oẽ qd̕ nõ bonũ est bonum est eodẽ mõ sibi sunt iste cõtrarie: ut vna vera sit altera falsa. Quod in cõtrarijs maxime reperiᷓ: quare tota disputatio questioq; ita cõcludiᷓ. Nã si ea que sunt in aĩa principia quedã sunt eorũ que significanᷓ in voce: vox aũt nota quedã est aĩe passionũ: quicquid cõtingit in aĩa: idẽ q̃q; in voce redire necesse est. Qd̕ si vniuersalis affirmatio ⁊ vniuersalis negatio sunt in opinione cõtrarie: eodẽ q̃q; in vocibus erũt. Idẽ nõ erit ea cõtraria q̃ cõtrariũ affirmat: sz ea q̃ id quod aũ propositũ est p vniuersalitatis cõtrarietatẽ negat: ut est oẽ bonũ bonũ ẽ: vel oĩs hõ bon⁹ est. his contraria est nullũ bonũ bonũ ẽ: null⁹ homo bon⁹ est. Hoc est enĩ qd̕ ait: vel qm̃ nullũ: vel null⁹: nullũ ad illã referẽs propositionẽ: que diᷓ oẽ bonũ bonũ est. Null⁹ illi. s. opponit q̃ dicit oĩs hõ bon⁹ est: ut sint hoc mõ. oẽ bonũ bonũ est: huic cõtraria nullũ bonũ bonũ est. Rursus oĩs hõ bon⁹ ẽ: huic cõtraria null⁹ hõ bon⁹ est. cõtradictorias aũt diᷓ eas eẽ: q̃s supra proposuit: duz de vniuersalib⁹ ac particularib⁹ loqreᷓ. eas. s. que sunt angulares. Uniuersalis enĩ affirmatio particulari negationi. ⁊ particularis affirmatio vniuersali negationi per contradictionẽ opponi monstratum est.

Manifestũ est aũt: qm̃ ⁊ verã vere nõ contingit esse cõtrariã nec opinionẽ: nec cõtradictionẽ: cõtrarie enĩ sunt que circa opposita sũt. circa eadẽ aũt cõtingit verũ dicere eũdẽ. Simul autẽ nõ cõtingit eidem inesse contraria.

C Ex his que supra sunt dicta. s. illud q̃q; colligit: quod nec ea q̃ sunt cõtraria vera siĺ eẽ possint: nec ea que vera sũt sibi possunt eẽ cõtraria. ⁊ hoc nõ solum in opinionib⁹ esse: ut vera opinio vere opinioni cõtria nõ sit: sz in propõnib⁹ q̃q; nec. n. fieri põt: ut duas cõtrias siĺ veras eẽ cõtingat. Et hoc per syllogismũ colligit huiusmõi. Oĩa cõtria sunt opposita. Que aũt opposita sunt siĺ eidem inesse nõ possunt. Cõtraria igiᷓ in vno eodẽq; eẽ vera nõ patiᷓ. quare si duo de eodẽ pdicari possũt. duo aũt cõtria eidẽ inesse nõ pñt. Que cõtria sunt: vera esse nulla nature rõne pmittiᷓ. Hoc est enĩ quod ait. cõtrarie. n. sũt: que circa opposita sũt. i. oẽ cõtriũ oppositũ est: nec fieri põt: ut nõ que sunt cõtria in oppositis contineanᷓ: sicut. n. in pdicamẽtis edocuit: cõtrarioꝝ gen⁹ quoddã est oppositio. circa eadẽ aũt cõtingit verũ dicere eũdẽ. i. duo vera pñt siĺ esse: ⁊ de eodẽ mõ siĺ vere pdicari: ut cum dicim⁹ aliquid bonũ nõ eẽ: ⁊ malũ esse: vtraq; siĺ vere dici pñt. Possũt. n. q̃dã q̃ cũ bona nõ sint: tñ mala eẽ: ut turpitudo bona quidẽ nõ ẽ: malũ tñ est. Ergo ea q̃ vera sunt siĺ ut pdicẽᷓ vere fieri põt: ⁊ ut in eodẽ sint: siĺ aũt eidẽ nõ cõtingit inesse cõtria. Quocirca si vera quidẽ pñt eidẽ inesse cõtria aũt eidẽ inesse nõ pñt: ea q̃ cõtria sũt: vera siĺ eẽ nõ pñt. q̃re conuertiᷓ: nec q̃ vera sunt siĺ: cõtria esse pñt. Nõ igiᷓ fieri põt ut vel in opinionib⁹ vel in propõnib⁹ ea que vera sunt: possit aliquis recte cõtraria suspicari. Hec autẽ q̃tũ breuitas expositionis pmittebat expsim⁹. quid aũt altior hui⁹ libri tractat⁹ erat: secũde editionis series explicabit.

Nicolaus Iudecus Venetus: Petro Pasqualico Patricio Ve. Sal.

¶ Nullus fere liber Aristotelis est in ea facultate: quā greci Logicen appellant: Petre clarissime: cuius a pluribus tentata sit expositio: quiq; minus intelligat (de recentioribus loquor) q̄ hic: qui περὶ ἑρμηνείας ab eo inscript⁹ est. Nam grecaꝝ litteraꝝ ignari ꝛ corrupte legunt oia. et sapientissimi philosophi sensā cōfundūt. Neq; difficile admodū fit illoꝝ recentiorū errata perui dere. Nam in ipso statim limine ignorantiā suaꝫ manifestissime ostendūt. Occurrit mihi nūc ridicula quedā M. antonij esculani expositio: quā nō taceo. Ille eni hunc aristotelis librū ab eo loco ꝯcipit interpretari: vbi desierat diuus Thomas. id est ab illis verbis. Similiter autē si habent: ꝛ si vniuersalis nominis sit affirmatio ut omnis est homo iustus. negatio. nō omnis est homo iustus. Omnis est homo nō iustus. non ois est homo nō iustus. Sed nō similiter angulares cōtingit veras esse inuicē. Contingit autē aliquādo. Hic tria dicit: et tria peccat esculanus noster. Primū nanq; id quod aristoteles ait similiter: ad numerū enūciationū: atq; oppositionū refert: nō etiā ad consequentiā propositionū. Quam sententiā proh pudor iam tetigerat diuinus boetius. Nanc eni et ante eū quidaꝫ secuti fuerant. Quaꝝ qui diligētius hoc cognoscere volunt. illū legant. alteꝝ est: ꝙ aristotelis verba diminute legit hoc modo. Similiter autē si habet: et si vniuersalis nominis sit affirmatio: ut omnis est homo iustus: omnis est homo non iustus. Sed nō similiter. et reliqua. Quasi aristoteles duas tantū affirmatiōes posuerit: et ex his ꝯtrapositas negatiōes (ut ait esculanus) intelligi voluerit. cum tamen omnes greci codices ita habeant: ut nos prius diximus: atq; ita legant diligentissimi expositores tā greci: tū latini. Tertium est. in quo mirabilius ille interpres maxime excohibuit. Nam neq; propositiones aristotelico ordine disponit: nec que sint angulares intelligit. negationē enim infinitam sub affirmatione simplici: et negationē simplicē sub affirmatiōe infinita collocat: neq; id solū in indefinitis: verum etiam in vniuersalib⁹. Hoc modo.

Est homo iustus	Est homo nō iustus	Est omnis hō iustus	Est ois homo non iustus
Non est hō non iust⁹	Non est hō iustus	Non ois est hō nō iust⁹	Non ois est homo iustus

Ergo angulares enūciationes appellari putat esculanus tam eas: quaꝝ altera sub altera sita est. q̄ illas: que in angulis obuersis ꝛ cōtrapositis cōstituūtur: verbi gratia tam has. est hō iustus: non est homo nō iustus. q̄ illas est homo iustus: nō est homo iustus. et in vniuersalib⁹ eodē modo. Inquit igit in indefinitis propositiōibus fieri posse: ut oēs angulares simul vere sint: siquidē et que altera sub altera. et que obuerse locate sunt: hoc patiūtur. Idem tamē non euenire in vniuersalibus. nam quāuis cōtingat eas simul veras esse: quaꝝ altera ponitur sub altera: ut est omnis homo iustus: nō omnis est homo nō iustus: tamē obuerse descriptas neq; veritatē simul: nec simul mendaciū suscipere de causa: ꝙ contradictorie sint: ut est ois homo iustus: nō omnis est homo iustus. ꝛ in alijs eodē modo. en q̄ turpiter labitur sapientissim⁹ iste expositor. Primū eni ignorat enūciationes a boetio: cuius est illa traductio: quā sequit: angulares appellari eas. q̄s aristoteles κατὰ διάμετρον. id ē ꝑ lineā diametrē oppositē descriptas esse dicit. Deinde qđ cōsequens est: totā aristotelicā descriptionē corrūpit. At qui si grecas litteras nō callebat homo ille: debuit saltē boetiū legisse. Is eni vbi ꝑpositiones descripsit: in hoc inquit ordine propositionū. quē supra descripsimus: que sint angulares manifestū est. Sūt n. q; affirmatiōes quidē affirmatiōibus: negatiōes vero negatiōibus. Audis ne esculane angulares esse affirmatiōes affirmationibus: item negatiōes negatiōibus. at tu affirmatiōes negatiōibus angulares cōstituisti. Eodē quoq; errore tenet burleus ille: qui o miselle tꝑa posthabito diuino boetio publice legitur in scholis: et quē etiā qui magni philosophi haberi: magnopere admirantur. Qui etiā minus venia dignus est: ꝙ meliora quidē vidit: deteriora secutus est. Nam ait quosdā angulares ꝑpositiōes dixisse eas: que in obuersis angulis essent constitute. Cui sententie suā inconsiderate ꝑfert. Condende igit in ordinē sunt propositiōes hoc modo.

Est omnis homo iustus — angulares — Non omnis est homo nō iustus

Non omnis est hō iust⁹ — angulares — Est omnis homo nō iustus

¶ Et ille dicende sunt angulares: que ꝑ diametrū obuerse sunt. atq; hinc cōstat in indefinitis eodē modo dispositis oēs cōtingere simul veras esse: in vniuersalibus autē nō oēs. nā quāuis he vere sint ambe: nō ois est homo iustus non omnis est homo nō iustus. nō tamē affirmatiōes simul veritatē suscipiunt: est omnis hō iustus. est ois homo nō iustus. Sed pleniorē expositionē: ꝛ diligētiorē erroꝝ reprehensionē audies: cū hoc anno diuinū hoc opus enarrabo. Ceterum ut habeant omnes aristotelicaꝝ reꝝ studiosi utilissimū aliquē eius philosophi interpretē: recognoui quāta potui diligētia et boetij translationē cōsulto greco exemplari. et eius amplissimos cōmentarios: in quib⁹ nō tantū boetiū ipm audies: verū etiā porphiriū. alexandrū. herminū: siriani aspasiū. videbisq; quantū ab his differant neoterici. Suscipies igit boetium nostꝝ. qui erat impressus: et ei nisi ꝑmū in bibliotheca tua locū dederis: non dabis tertiū. Vale.

¶ Eiusdem Boetii libri περὶ ἑρμηνείας aristotelis eadem traductio: et in eam Commentariorum editionis secunde liber primus.

Alexander in commentarijs suis hac se impulsum causa pronunciat sumpsisse longissimum expositionis laborem: quod in multis ille a priorum sententijs scriptorum dissideret. Mihi vero maior persequendi operis causa est: quod non facile quisquam vel transferendi vel etiam commentandi continuam sumpserit seriem: nisi quod vegetius pretextatus priores postremosque analyticos non vertendo aristotelem latino sermoni tradidit: sed transferendo themistium quod qui vtrosque legit facile intelligit. Albinus quoque de eisdem rebus scripsisse perhibetur. cuius ego geometricos quidem libros editos scio: de dialectica vero diu multumque quesitos reperire non valui. Siue igitur ille omnino tacuit: nos pretermissa dicemus. siue aliquid scripsit: nos quoque docti viri imitati studium in eadem laude versabimur. Sed quamquam multa sint aristotelis que subtilissima philosophie arte celata sunt. Hic tamen ante omnia liber nimis et acumine sententiarum et verborum breuitate constrictus est. Quocirca plus hic quam in decem predicamentis expositione sudabitur. Prius ergo quid vox sit diffiniendum est. hoc enim perspicuo et manifesto omnis libri huius patefiet intentio.

Isagoge ad hunc librum.

Vox est aeris per linguam percussio: que per quasdam gutturis partes: que arterie vocantur: ab animali profertur. Sunt enim quidam alij soni: qui eodem perficiantur flatu quos lingua non percutit: ut est tussis. hec enim flatu fit quodam per arterias egrediente: sed nulla lingue impressione formatur: atque ideo nullis subiacet elementis scribi enim nullo modo potest. Quocirca hec vox non dicitur sed tantum sonus. Illa quoque potest esse diffinitio vocis: ut eam dicamus sonum esse cum quadam imaginatione significandi. Vox namque cum emittitur: significationis alicuius causa profertur. Tussis vero cum sonus sit nullius significationis causa: fit potius quam profertur. Quare quoniam flatus noster ita se habet: ut si ita percutiatur atque formetur: ut solum cum lingua percutiat: vox sit: si cum lingua ita percutiat: ut terminato et circumscripto quodam sono vox exeat: locutio fit: que grece dicitur lexis. Locutio enim est articulata vox. neque enim hunc sermonem. id est lexin dictionem dicemus: idcirco quod phasin dictionem interpretantur lexin vero locutionem. Cuius locutionis partes sunt litere: que cum coniuncte fuerint: vnam efficiunt vocem coniunctam compositamque: que locutio predicatur. Sine autem aliquid quecunque vox significet: ut est hic sermo homo: siue omnino nihil: siue positum alicui nomen significare possit ut est blictri. hec enim vox cum per se nihil significet: posita tamen ut alicui nomen sit significabit: siue per se quidem nihil significet: cum alijs vero iuncta designet: ut sunt coniunctiones: hec omnia locutiones vocantur: ut sit propria locutionis forma vox composita que litteris describitur. ut igitur sit locutio voce opus est. id est eo sono quem percutit lingua. et ut vox ipsa sit per linguam determinata in eum sonum qui inscribi litteris possit: similiter opus est eo sono quem percutit lingua. sed ut hec locutio significatiua sit: illud quoque addi oportet ut sit aliqua significandi imaginatio: per quam id quod in voce vel in locutione est proferatur. Aut certe ita dicendum sit. si in hoc flatu quem per arterias emittimus: sit lingue sola percussio: vox est. Si vero talis percussio sit: ut in litteras redigat sonum: locutio est. quod si vis quoque quedam imaginationis addatur: illa significatiua vox reddit. Concurrentibus igitur his tribus lingue percussione: articulato vocis sonitu imaginatione aliqua proferendi fit interpretatio. Interpretatio namque est vox articulata per seipsam significans. Quocirca non omnis vox interpretatio est. sunt enim animalium quorundam voces: que interpretationis vocabulo non tenentur. nec omnis locutio interpretatio est: idcirco (ut dictum est) sunt locutiones quedam: que significatione carent: et cum per se quedam non significent: iuncta tamen cum alijs significant: ut coniunctiones. Interpretatio autem in solis per se significatiuis et articulatis vocibus permanet. Quare conuertitur ut quicquid sit interpretatio: illud significet. Et quicquid significat interpretationis vocabulo nuncupetur. vnde etiam ipse quoque Aristoteles in libris quos de arte poetica scripsit: locutionis esse partes syllabas et coniunctiones tradidit. Quare syllabe in eo quod sunt syllabe nihil omnino significant. Coniunctiones vero consignificare quidem possunt per se vero nihil designant. Interpretationis vero partes hoc libro constituit nomen et verbum. que scilicet per seipsa significant. nihilominus quoque orationem interpretationem esse constat: que et ipsa cum vox sit et significatiuis partibus iuncta: significatione non caret. Quare quoniam non de oratione sola sed etiam de nomine et verbo: nec vero de sola locutione sed etiam de significatiua locutione que est interpretatio: in hoc libro ab Aristotele tractatur. Idcirco quoniam verbis atque nominibus et significatiuis locutionibus nomen interpretationis aptatur a communi nomine eorum: de quibus in hoc libro tractatur. id est ab interpretatione ipse quoque liber de interpretatione inscriptus est: cuius expositionem nos scilicet quam maxime a porphirio: quamquam etiam a ceteris transferentes latina oratione digessimus. Hic enim nobis expositor et intellectus acumine et sententiarum dispositione videtur excellere. Erunt ergo interpretationis due prime partes nomen et verbum. his enim quicquid est in animi intellectibus designatur. his namque totus ordo orationis efficitur. et in quantum vox ipsa quidem intellectum significat: in has duas (ut dictum est) secatur partes nomen et verbum: in quantum vero vox per intellectuum mediatatem subiectas intellectui res demonstrat. Significantium vocum Aristoteles numerum in .x. predicamenta partitus est. Atque hoc distat libri huius intentio a predicamentorum in denariam multitudinem numerositate collecta: quod hic quidem tantum de numero significantium vocum queratur quantum ad ipsas attinet voces: quibus significatiuis vocibus intellectus animi designentur. que sunt simplicia quidem nomina et verba: ex his vero composite orationes. Predicamentorum vero hec intentio est de significatiuis rerum vocibus dicere in tantum quantum eas animi medius significat intellectus. vocis enim quedam qualitas est nomen et verbum: que nimirum illa ipsa .x. predicamenta significant. Decem namque predicamenta nunquam sine aliqua verbi qualitate vel nominis proferuntur. Quare erit libri huius intentio de significatiuis rerum vocibus in tantum: quantum conceptiones animi intellectusque significent. de decem autem predicamentis libri intentio in eius commentario dicta est: quoniam sit de significatiuis rerum vocibus: quot partibus distribui possit earum significatio in tantum quantum per sensuum atque intellectuum mediatatem res subiectas intellectibus voces ipse valeant designare. In opere vero de arte poetica non eodem modo diuidit locutionem. sed omnes omnino locutionis partes apposuit confirmans esse locutionis partes elementa: syllabas: coniunctiones: articulos nomina: casus: verba: orationes. locutio namque non in solis significatiuis vocibus constat: sed supergrediens significationes vocum ad articulatos sonos vsque consistit. Quelibet enim syllaba vel quelibet alia vox: que scribi litteris potest locutionis nomine continetur: que grece dicitur lexis. Sed non eodem modo interpretatio. huic namque non est satis: ut sit huiusmodi vox: que litteris valeat annotari: sed adhuc ut aliquid quoque significet. Predicamentorum vero in hoc ratio constituta est: in quo he due partes interpretationis res intellectibus subiectas designant. Nam quoniam decem res omnino in omni natura reperiuntur decem quoque intellectus erunt: quos intellectus quoniam nomina et verba significant: decem omnino erunt predicamenta: que verbis atque nominibus designentur. duo vero quedam sunt id est nomen et verbum: que ipsos significant intellectus.

Sunt igit elementa interpretationis verba et nomina: proprie vero partes quibus ipsa constat interpretatio: sunt orationis. Orationũ vero alie sunt perfecte: alie imperfecte. perfecte sunt: ex quibus plene id quod dicit valet intelligi: imperfecte vero in quibus aliquid adhuc animus plenius expectat audire: ut est socrates cum platone. Nullo enim addito adhuc orationis intellectus pendet ac titubat: et auditor aliquid ultra expectat audire. Perfecte vero orationũ partes. v. sunt deprecatiua: ut iupiter omnipotens precibus si flecteris ullis. Da deinde auxiliũ pater: atq; hec omnia firma. Imperatiua ut vade age nate voca zephyros et labere pennis. Interrogatiua: ut dic mihi damoeta cuiũ pecus: an melibei. Uocatiua: ut o pater o hominũ rerumq; eterna potestas. Enũciatiua in qua veritas vel falsitas inuenit: ut principio arboribus varia est natura creandis. huius autẽ due partes sunt. est nãq; et simplex oratio enũciatiua et composita. simplex: ut dies est: lux est. composita ut si dies est: lux est. In hoc igitur libro arist. de enũciatiua simplici oratione disputat: et de eius elementis nomine scz atq; verbo. Que quoniã significatiua sunt: et significatiua vox et articulata interpretationis nomine cõtinetur: de cõmuni (ut dictũ est) vocabulo librũ de interpretatiõe appellauit. Et theophrastus quidem in eo libro: quez de affirmatione et negatione composuit: de enũciatiua oratiõe tractauit. et stoici q; i his libris quos περὶ ἀξιωμάτων appellant: de eisdẽ nihilominus disputant. sed illi quidẽ et de simplici et de nõ simplici oratiõe enũciatiua speculant. Arist. vero in hoc libro nihil nisi de sola simplici enũciatiua oratione cõsiderat. Aspasius quoq; et alexander sicut in alijs Aristotelis libris in hoc quoq; cõmentarios edidere. sed vterq; aristotelem de oratiõe tractasse pnunciat. Nam si proferre aliquid oratiõe (ut aiunt ipsi) interpretari est: de interpretatiõe nimirũ liber veluti de oratiõe perscriptus est: quasi vero sola oratio: et non verba quoq; et nomina interpretationis vocabulo cõcludant. Eque namq; et oratio et verba ac nomina: que sunt interpretationis elementa: nomine interpretatiõis vocantur. Sed alexander addit: imperfecte sese habere libri titulũ. neq; enim designare de qua oratione perscripserit. multe namq; (ut dictũ est) sunt oratiões. sed adiciendum vel subintelligendũ putat de oratione illũ scribere philosophus vel dialectica. id est qua verũ falsumq; valeat expediri. Sed qui semel solam orationẽ interpretationis nomine vocari recipit: in intellectu quoq; ipsius inscriptionis errauit. cur enĩz putaret imperfectũ esse titulũ: quoniã nihil de qua oratiõe disputaret: adiecerit: ut si quis interrogans quid est homo. alio respondente animal. culpet ac dicat imperfecte illũ dixisse quid sit: quoniã non sit omnes differentias persecutus. Nã si huic id est homini sunt quedã alia cõmunia ad nomen animalis: nihil tamẽ impedit perfecte demonstrasse quid homo esset: eum qui animal dixerit. Siue enĩ differentias addat quis siue nõ: hominẽ animal necesse est esse. Eodẽ quoq; modo et de oratione si quis hoc cõcedat primũ nihil aliud interpretationem dici nisi orationem: cur qui de interpretatione inscripserit et de qua interpretatione dicat nõ addiderit: culpetur. Non enĩz est satis cum libri titulum etiã de aliqua cõtinenti cõmunione fecisse: ut nos cũ et de nominibus et verbis et oratiõibus: cũ hec omnia vno interpretatiõis nomine contineãtur: supra fecisse docuimus. cũ hic liber ab eo de interpretatiõe nominat. Sed q addidit illã interpretationẽ solaz dici: qua in oratione possit veritas et falsitas inueniri: ut est enunciatiua oratio sufficiens est (ut ait porphyrius) potius significationẽ nominis q; docentis. atq; ille quidẽ et in intentiõe libri et in titulo falsus est: sed non eodez modo de iudicio quoq; libri huius errat. Andronicus enĩ librũ hunc Aristotelis esse nõ putat: quẽ alexã. vere fortiterq; redarguit. Nã cum acutũ diligentẽq; arist. librorũ et iudicem et repertorẽ iudicauerit antiquitas: cur in huius libri iudicio sic fallitur: prorsus est magna admiratione dignissimũ.

Non esse namq; propriũ aristotel. hinc conatur ostendere quoniã quedã aristote. in principio libri huius de intellectibus animi tractat: quos intellectus anime passiões vocauit: et de his se plenius in libris de anima disputasse cõmemorat. et quoniã passiones anime vocabat vel tristiciã vel gaudiũ vel cupiditatẽ vel alias huiusmodi affectiões: dicit andronicus ex hoc probari hũc librum aristote. non esse: q de huiusmodi affectionibus nihil in libris de anima tractauisset: nõ intelligẽs in hoc libro aristotelẽ passiones anime nõ pro affectiõibus: sed pro intellectibus posuisse. His alexã. multa alia addit argumẽta. cur hoc opus maxime aristote. esse videatur. Ea namq; dicunt hic que sententijs aristote. que sunt de enũciatiua oratione cõsentiant. Illud quoq; quod stilus ipse propter breuitatẽ pressior ab aristote. obscuritate nõ discrepat: vel q theophrastus ut in alijs solet cum de similibus rebus tractat que. scz ab aristotele ante tractata sunt: in libro quoq; de affirmatione et negatione iisdem aliquibus verbis vtitur: quibus in hoc libro aristoteles vsus ẽ. Idẽ quoq; theophrastus dat signũ hunc aristote. librũ esse. in omnibus enim de quibus ipse disputat post magistrũ: leuiter ea tangit: que ab aristotele dicta ante cognouit: alias vero diligentius res nõ ab aristotele tractatas exequit. hic quoq; idem facit. nã que aristoteles hoc libro de enunciatione tractauit leuiter ab illo trãscursa sunt: que vero magister eius tacuit: ipse subtiliori modo cõsiderationis adiecit. addidit quoq; hãc causam: quoniã aristote. quidẽ de syllogismis scribere animatus nunq; id recte facere potuisset: nisi quedã de propositiõibus annotaret. Mihi quoq; videtur hoc subtiliter perpendẽtibus liquere hunc librũ ad analyticos esse preparatũ. Naz sicut hic de simplici propositiõe disputat ita quoq; in analyticis de simplicibus tantũ cõsiderat syllogismis: ut ipsa syllogismoz propositionũq; simplicitas non ad aliud nisi ad cõtinens opus aristotelis pertinere videatur. Quare nõ est audiẽdus andronicus. qui propter passionũ nomẽ hunc librũ ab aristotel. operibus seperat. Aristoteles enĩ idcirco passiones anime intellectus vocauit: q intellectus quos sermone dicere et oratiõe proferre consueuimus: ex aliqua causa atq; vtilitate profecti sunt. ut enim dispersi homines colligerẽtur: et legibus vellẽt esse subiecti: ciuitatesq; condere: vtilitas quedã fuit et causa. quocirca que ex aliqua vtilitate veniũt: ex passione quoq; venire necesse est. Nam ut diuina sine vlla sunt passione: ita nulla illis extrinsecus vtilitas valet adiũgi. Que vero sunt passibilia: semp aliquã causam atq; vtilitatẽ quibus subsistentẽtur inueniũt. Quocirca huiusmõi intellectus qui ad alterũ oratione proferendi sunt: quoniã ex aliqua causa atq; vtilitate videnẽ esse collecti: recte passiones animi nominati sunt. Et de intentiõe quidẽ: et de libri inscriptione: et de eo q hic maxime aristotelis liber esse putandus est: hec dicta sufficiãt. Qd vero vtilitatis habeat: nõ ignorabit: qui sciet qua in oratione veritas consistet et falsitas. In sola enĩ enũciatiua oratione hec consistũt. iam vero que diuidãt verũ falsumq;: que ve diffinite: vel que varie et mutabiliter veritatẽ falsitatẽq; partiãtur. que ve iũcta dici possint. cũ separata valeant predicari que separata dicant: cum iuncta nõ sint predicata. que sint negationes cũ modo propositionũ que earũ consequẽtie. aliaq; plura in ipso opere cõsiderato: poterit agnoscere. quarũ magnã experiet vtilitatẽ: qui animũ cura alicuius inuestigatiõis adiecerit. Sed nũc ad ipsius aristote. verba veniamus.

PRimum oportet constituere: quid sit nomen: et quid sit verbũ: postea qd negatio et affirmatio: et enũciatio: et orõ.

¶ Librũ inchoans de quibus in libri omni serie tractaturus sit: ante proposuit. aut enĩ oportere prius de quibus disputaturus est diffinire. hic enim constituere diffinire intelligendum est. determinandũ namq; est quid hec omnia sint id est quid nomẽ sit: quid verbũ &c. que elementa

interpretationis esse prediximus. Sꝫ affirmatio atqꝫ ne
gatio sub interpretatione sunt. Quare nomen et verbum
affirmationis et negationis elementa esse manifestū est.
his enī cōpositis affirmatio ⁊ negatio cōiunguntur. Exi-
stit hic quedā questio cur duo tantū se nomē ⁊ verbum de
terminare promittat: cum plures partes orationis esse vi-
deantur. Quibus hoc dicendū est tantū aristot. hoc libro
diffinisse: quātum illi ad id ꝙ instituerat tractare sufficerit
Tractat namqꝫ de simplici enūciatiua oratiōe que. scꝫ hu-
iusmodi est. ut iunctis tantū verbis ⁊ nominibꝰ cōpona-
tur. Si quis nomen iūgat ⁊ verbum ⁊ dicat. socrates ā-
bulat. simplicē enunciatiuā facit orationem. Enūciatiua
namqꝫ oratio est (ut supra memoraui) que habet in se ve
ri falsive designationē. Sꝫ in hoc ꝙ dicimus socrates am
bulat. aut veritas necesse est ut cōtineatur aut falsitas. hoc
enim si ambulāte socrate dicatur verum est. si non ambulan
te: falsum est. Perficitur ergo enunciatiua oratio simplex ex
solis nominibus atqꝫ verbis. Quare superfluū est que-
rere: cur alias quoqꝫ que videntur orationis partes nō pro
posuerit qui non totius simpliciter orationis: sed tantuꝫ
simplicis enunciatiōis instituit elementa partiri. quāqꝫ
he due proprie partes oratiōis dicende sint nomē. scilicꝫ
⁊ verbū. hec enī per se se vtraqꝫ significant. Coniūctiones
autē vel prepositiōes nihil omnino nisi cū alijs iūcte de-
signant. Participia vero verbo cognata sunt: vel ꝙ a ge-
rundiuo modo veniāt: vel ꝙ tempus propria significatio
ne cōtineant. Interiectiones vero atqꝫ pronomina necnō
aduerbia in nominis loco ponēda sunt: idcirco ꝙ aliqd
diffinitū significant: vbi nulla est vel passionis significa-
tio vel actionis. Quod si casibus hec quedā flecti nō pos
sunt: nihil impedit. Sunt enī quedā nomina que mono
ptota vocantur. ꝙ si quis longius ista ⁊ nō proxime petita
esse arbitretur: illud tamē concedat qđ supra iam diximus:
non esse equū calumniari ei: qui nō de omni oratione: sed
tantū de simplici enunciatione proponat: ꝙ tantū sibi ad
diffinitionē sumpserit: quātum arbitratus sit operi institu
to sufficere. quare dicendū est aristotelem nō omnis ora-
tionis partes opere hoc velle diffinire: sed tantū solꝰ sim
plicis oratiōis enūciatiue: que sunt scilicꝫ nomē ⁊ verbū.
Argumentū autem huius rei hoc est. postqꝫ enī proposu-
it dicens. Primū oportet cōstituere quid sit nomē ⁊ quid
verbū. non stati inquit quid sit oratio: sed mox addidit qd
negatio et quid affirmatio: ⁊ quid enūciatio: postremo ve-
ro quid oratio. ꝙ si de omni oratione loqueretur: post nomē
⁊ verbum non de affirmatione et negatione: ⁊ post hāc de
enūciatione: sed mox de oratiōe dixisset. Nunc vero quo-
niam post nominis et verbi propositionē affirmationem
etꝰ negatiōem ⁊ enūciationem ⁊ post oratiōem proposuit:
confitendū est id quod ante diximus non oratiōis vniuer
salis. sed simplicis enūciatiue oratiōis: que diuiditur in
affirmationē atqꝫ negationem: diuisionē partiū facere vo
luisse: que sunt nomina ⁊ verba. hec enim ꝑ seipsa intelle
ctum simplicē seruant. que eedem dictiōes vocantur: sed
nō sole dicūtur. Sūt namqꝫ dictiōes ⁊ alie quoqꝫ ut ora
tiones vel imperfecte vel perfecte: cuius plures esse partes
supra iā docui: inter quas perfecte orationis species est enū
ciatio. Et huiꝰ quoqꝫ alia simplex: alia composita est. De
simplicis vero enūciationis specieb[us] inter philosophos cō
mentatoresqꝫ certatur. Aiunt enī quidaꝫ affirmationē atqꝫ
negationem enūciationis ut species supponi oportere: in q
bus ⁊ porphy. est. Quidā vero nulla ratione consentiunt:
sed cōtendunt affirmatiōem ⁊ negationem equiuoca esse et
vno quidē enunciatiōis vocabulo nūcupari. Predicari
autē enūciationem ad vtrasqꝫ ut nomē equiuocū: non ut
genus vniuocū: quorū princeps alexander est: quorū cō
tentiones apponere nō videtur inutile. Ac prius quibus
modis affirmationē atqꝫ negationē non esse species enū-
ciationis alexander putet: dicendū est. Post vero addam
quā porphyrius hec argumētatione dissoluerit. Alexāder
namqꝫ idcirco dicit nō esse species enūciationis affirma-
tionē et negationē: quoniā affirmatio prior sit. priorē ve
ro affirmationeꝫ idcirco conatur ostendere: ꝙ omnis nega
tio affirmatiōeꝫ tollat ac destruat: ꝙ si ita est: prior est affir
matio: que subruitur: quā negatio que subruat. in quibus
autem prius aliquid ⁊ posterius est: illa sub eodem gene-
re poni nō possunt: ut in eo titulo predicamentorū dictuꝫ
est: qui de eis que sunt simul inscribitur. Amplius negatio
inquit diuisio est: affirmatio compositio atqꝫ cōiunctio est.
Cum enim dico socrates viuit: vitam cum socrate cōiungi
cum dico socrates non viuit: vitam a socrate disiungi. di-
uisio igitur quedā negatio est: ⁊ cōiunctio affirmatio. Cō
positi autē est coniūctioqꝫ diuisio. Igitur affirmatio quedaꝫ
est coniūctio. negatio vero cōpositi coniūctioqꝫ est diuisio.
Prior igitur est coniūctio: ꝙ est affirmatio. posterior ve-
ro diuisio: quod est negatio. Illud quoqꝫ adiecit: ꝙ oīs ꝑ
affirmationē facta enūciatio simplicior sit per negationem
facta enunciatiōe. Ex negatione enim particula negatiua si
sublata sit affirmatio sola relinquitur. De eo enim ꝙ est so-
crates non viuit: si non particula que est ad verbū auferatur
remanet socrates viuit. Simplicior igitur affirmatio est
quā negatio. Prius vero sit necesse est ꝙ simplicius est: in
quātitate etiā ꝙ ad quantitatē minus est: prius est eo ꝙ
ad quantitatē plus est. Omnis vero oratio quātitas est
sed cum dico socrates ambulat minor oratio est: quā cum di
co socrates non ambulat. Quare quoniā sm quantitateꝫ
affirmatio minor est: eam priorē quoqꝫ esse necesse est. Il-
lud quoqꝫ adiunxit affirmationē quendam habitum [illegible] in
negationē vero priuationem: sed prior est habitus priua-
tione. Affirmatio igitur negatione prior est. Et ne singu
la persequi laborem: cum his alijsqꝫ modis demōstret af-
firmationem negatione priorem esse a cōmuni eas genere
separauit. Nullus enim species arbitratur sub eodem gene
re esse posse: in quibus prius vel posterius aliquid consi
deratur. Sed porphyrius ait sese docuisse species enuncia
tionis esse affirmationem ⁊ negationem in his cōmenta-
rijs quos in theophrastum edidit. hic vero alexandri ar-
gumentationē tali ratione dissoluit. Ait enim nō oporte
re arbitrari quecunqꝫ quolibet modo priora essent alijs:
ea sub eodem genere non posse poni. Sed quecunqꝫ secū-
dum esse suum atqꝫ substantiā priora vel posteriora sunt
ea sola sub eodem genere non ponuntur. Et recte dicitur. Si
enim quicquid quolibet modo prius est cum eo ꝙ poste-
rius est sub vno genere esse non potest: nec prime substā
tie et secundis cōmune genus poterit esse substantia. ꝙ
qui dicit: a recto ordine rationis exorbitat. Sed [illegible] mo
dum quamqꝫ sint prime ⁊ secūde substantie [illegible] vtreqꝫ
equaliter in subiecto nō sunt. ⁊ idcirco esse ipso [illegible]
det: ꝙ in subiecto non sunt. atqꝫ ideo sub vno substātie ge
nere collocantur. ita quoqꝫ quāqꝫ affirmationes negationibꝰ
in orationis prolatione priores sint: tamen ad esse atqꝫ ad
naturā propriā equaliter enūciatione participant. Enūcia-
tio vero est in qua veritas ⁊ falsitas inueniri potest. Qua
in re ⁊ affirmatio ⁊ negatio equales sunt. Equaliter eniꝫ
affirmatio ⁊ negatio veritate ⁊ falsitate participant. Quocir
ca quoniā id ꝙ sunt affirmatio ⁊ negatio: equaliter ab enū
ciatione participant: a cōmuni eas enūciatiōis genere di-
uidi nō oportet. mihi quoqꝫ videtur ꝙ porphirij sit sequen
da sententia: ut affirmatio ⁊ negatio cōi enūciatiōis genere
supponātur. Longa namqꝫ illa ⁊ multiplicia argumenta
Alexandri soluta sunt: cum demōstrauit porphirius non
modis omnibꝰ ea: que priora sunt: sub cōmuni genere cō
stitui atqꝫ poni non posse. Sꝫ quecunqꝫ ad esse propriū
atqꝫ substantiā priora sunt: illa sola sub cōmuni genere
constitui atqꝫ poni nō posse. Hermanus vero [illegible]
nus cognomē est: hoc loco querit: cur proponēs prius de
negatione: post de affirmatione pronūciauerit dicēs. Pri
mū oportet cōstituere quid sit nomen: ⁊ quid verbum. po-
stea quid negatio et affirmatio. et primo enunciati [illegible] pro-
priū dixit quoniā in quibus affirmatio potest ⁊ negatio
[illegible] prius esse negatio: postea vero affirmatio [illegible]

ut de socrate si sanus est. Poterit ei talis affirmatio aptari ut de eo dicatur socrates sanus est. et huiusmodi poterit aptari negatio: ut de eo dicatur socrates sanus nō est. quoniam ergo in eum affirmatio et negatio poterit prouenire: prius euenit ut sit negatio quam affirmatio. ante enim quam nat⁹ eēt: potuit de eo dici socrates sanus nō est. qui enim natus non erat: nec esse poterat sanus. huic illud adiicit seruare arist. conuersum propositionis et executionis distributionem. hic enim primo post nomen et verbum de negatione proposuit: post de affirmatione: ac hinc de enunciatione. tertio de affirmatione: postremo vero de oratione. sed proposita diffinitione nominis et verbi prius orationem: postea enunciationem et affirmationem: ultimo vero loco negationem determinauit: quam hic post propositionem verbi et nominis primam locauerat. Ut igitur ordo seruaretur conuersus: idcirco negationem prius ait esse propositam. quia in expositione ab alexandri quoque sententia nō discedit. Illud quoque est additum quod nō esse inutile enunciationem communis affirmationis et negationis accipi oportere: quod quamquam (ut dictum est) ad prolationem prior est affirmatio: tamen ad ipsam enunciationem id est veri falsique vim utrasque equaliter sub enunciatione aristoteles constituit. Id etiam aristotelem probare dicit premisit enim primam negationem: secundam posuit affirmationem que res nihil habet vitij. si ad ipsam enunciationem affirmatio et negatio ponantur equales. que enim natura equales sunt. nihil retinent quominus indifferenter accipere. Est igitur ordo: quod proposuit primum totius orationis elementum. scilicet nomen et verbum post hec negationem et affirmationem. que species enunciationis sunt. Quorum genus id est enunciationem tertiam nominauit: quartam vero orationem posuit: que ipsius enunciationis genus est. et horum diffinitiones omnium daturum esse promisit: quas interim relinquens atque preteriens et in posteriorem tractatum differens: illud nunc addit: que sunt verba et nomina: aut quid ipsa significent. quare antequam ad verba aristotelis ipsius veniamus: pauca communiter de nominibus atque verbis: et de his que significantur a verbis ac nominibus disputemus. Omnis enim quelibet perpetua interrogatio sit atque responsio: siue perpetua cuiuslibet orationis continuatio: atque alter⁹ auditus et intelligentia. siue hic quidem doceat ille vero discat: tribus his totus orandi ordo perficitur: rebus: intellectibus: atque vocibus. Res enim ab intellectu concipitur. Vox vero conceptiones animi intellectusque significat. ipsi vero intellectus et concipiunt subiectas res: et significantur a vocibus. Cum igitur tria sint hec. per que omnis oratio collocutioque perficitur: res que subiecte sunt: intellect⁹ qui res concipiunt: et rursus a vocibus significantur. Voces vero que intellectus designant: quartum quoque quiddam est: quo voces ipse valeant designari. id autem sunt littere. Scripte namque littere ipsas significant voces. Quare quattuor ista sunt ut littere quidem significent voces: voces vero intellectus: intellectus autem res concipiant: que scilicet habent quandam non confusam neque fortuitam consequentiam: sed terminato nature sue ordine constant. res enim semper comitantur eum: qui ab ipsis concipitur: intellectum: ipsum vero intellectum vox sequitur: sed voces elementa id est littere. Rebus enim ante propositis et in propria substantia constitutis intellectus oriuntur. Rerum enim semper intellectus sunt: quibus iterum constitutis mox significatio vocis exoritur. Preter intellectum namque vox penitus nihil designat. Sed quoniam voces sunt: idcirco littere quas vocamus elementa reperte sunt quibus vocum qualitas designetur. ad cognitionem vero conuersum se res habet. namque apud quos eedem sunt littere: et qui eisdem elementis utuntur eisdem quoque nominibus eos ac verbis id est vocibus uti necesse est. et qui vocibus eisdem utuntur: iidem quoque apud eos intellectus in animi conceptione versantur. Sed apud quos iidem intellectus sunt: easdem res eorum intellectibus subiectas esse manifestum est. Sed hoc nulla ratione conuertitur. Namque apud quos eedem res sunt: iidemque intellectus: nō statim eedem voces eedemque sunt littere: nam cum romanus grecus ac barbarus simul videant equum habent quoque de eo eundem intellectum quod equus sit: et apud eos eadem res subiecta est: idemque a re ipsa concipitur intellectus. sed grecus aliter equum vocat: alia quoque vox in equi significatione romana est: et barbarus ab utroque in equi designatione dissentit. quocirca diuersis quoque voces proprias elementis inscribunt. Recte igitur dictum est apud quos eedem res iidemque intellectus sunt: non statim apud eos vel easdem voces vel eadem elementa consistere. Precedit autem res intellectum: intellectus vero vocem: vox litteras. sed conuerti hoc non potest. neque si littere sunt: mox aliqua ex his significatio vocis existit. Hominibus namque qui litteras ignorant: nullum nomen quelibet elementa significant: quippe que nesciunt. neque si voces sunt: mox intellect⁹ esse necesse est. Plures enim voces inueniuntur: que nihil omnino significent. nec intellectui quoque subiecta est res semper sunt enim intellectus sine re ulla sibi subiecta: ut quos centauros vel chimeras poete finxerunt. horum enim intellect⁹ sunt: quibus subiecta est nulla substantia. Sed si quis ad naturam redeat eamque consideret diligenter: agnoscet cum res est eius quoque intellectum esse. Quod si non apud homines: certe apud deum: qui proprie diuinitatis substantie in propria natura ipsius rei nihil ignorat. Et si est intellect⁹ et vox est. quod si fuerit vox: ei⁹ quoque sunt littere: que si ignorantur: nihil ad ipsam vocis naturam. Neque enim quasi causa quedam est vocum intellectus: aut vox causa litterarum: ut cum eedem sint apud aliquos littere: necesse sit eadem quoque esse nomina et verba. Ita quoque cum eedem sint res vel intellectus apud aliquos: non mox necesse est intellectuum ipsorum vel rerum eadem esse vocabula. Namque cum eadem sit et res et intellectus hominis: apud diuersos tamen homines huiusmodi substantia aliter et diuerso nomine nuncupatur. quare voces quoque cum eedem sint: possunt littere esse diuerse ut in hoc nomine quod est homo cum unum sit nomen diuersis litteris scribi potest. nam que latinis litteris scribi potest: potest etiam grecis: post alijs nunc primum inuentis figurarum figuris. Quare quoniam apud quos eedem res sunt: eosdem intellectus esse necesse est: apud quos iidem intellectus sunt: voces eedem non sunt. et apud quos eedem voces sunt: non necesse est eadem elementa constitui: dicendum est res et intellectus: quoniam apud omnes iidem sunt: esse naturaliter constitutos. voces vero atque litteras: quoniam diuersis hominum positionibus permutantur: non esse naturaliter sed positione. Concludendum est igitur quoniam apud quos elementa sunt eadem: apud quoque eos eedem voces sunt: et apud quos eedem voces sunt: iidem sunt intellectus: apud quos autem idem sunt intellectus: apud eos quoque res eedem subiecte sunt. Rursus apud quos eedem res sunt iidem quoque sunt intellectus: apud quos iidem intellectus: non eedem voces sunt: nec apud quos eedem voces sunt: eisdem semper litteris verba ipsa vel nomina designantur. Sed nos in supradictis sententijs elemento atque littera promiscue usi sumus. que autem sit horum distantia paucis absoluam. littera inscriptio est atque figura partis minime vocis articulate. Elementum vero sonus ipsius inscriptionis: ut cum scribo litteram que est .a.a. formula ipsa: que atramento vel graphio scribitur: littera nominatur. ipse vero son⁹: quo ipsam litteram voce proferimus: dicitur elementum. quocirca hoc cognito illud dicendum est: quod is qui docet: vel qui continua oratione loquitur: vel qui interrogat. contrarie se habet his vel qui discunt: vel qui audiunt: vel respondent in his tribus voce scilicet intellectu: et re. pretermittantur littere propter eos: qui earum sunt imperiti. Nam qui docet. qui dicit: et qui interrogat: a rebus ad intellectum proficiscitur per nomina et verba vim proprie actionis exercet atque officium. Rebus enim subiectis ab his capiunt intelle-

tius. et per nomina et verba pronūciant. qui vero discit vel qui audit vel qui respondet: a nominibus ad intellectus progressus ad res usq; peruenit. Accipiens enim is qui discit vel qui audit vel qui respondet: docentis vel dicentis vel interrogantis sermonē quid vnusquisq; illorum dicat intelligit: et intelligens rerum quoq; scientiā capit. et in ea consistit. Recte igitur dictum est in voce intellectu atq; re contrarie se se habere eos qui docent dicunt interrogant: atq; eos qui discunt audiūt et respondent. Cum igitur hec sint quattuor: littere: voces: intellectus: et res priorie quidē et principaliter littere verba et nomina significāt: hec vero principaliter quidē intellectus secūdo vero loco res quoq; designāt. Intellectus vero ipsi nihil aliud nisi rerum significatiui sunt. Antiquiores vero quorum est plato: aristoteles: siue chrysippus. et xenocrates: hi inter res et significationes intellectuum medios sensus ponunt in sensibilis rebus vel imaginatiōes quasdā: in quibus intellectus ipsius origo cōsistat. Et nunc quidē quid de hac re stoici dicunt ꝑtermittendum est. hoc autem ex his omnibus solum cognosci oportꝫ: ꝙ ea que sunt in litteris eā significent orationē que in voce consistit: et ꝙ ea que est vocis oratio: animi atq; intellectus orationē designet: que tacita cogitatione conficit: et ꝙ hec intellectus oratio subiectas principaliter sibi res concipiat ac designet. Ex quib⁹ quattuor duas quidem Aristoteles esse naturaliter dicit res et animi conceptiones id est eam que fit in intellectib⁹ orationem: idcirco ꝙ apud omnes eedem atq; immutabiles sint. duas vero nō naturaliter sed positione constituit. que sunt scilꝫ verba et nomina et littere: quas idcirco naturaliter sitas esse non dicit: ꝙ (ut supra demonstratū est) non eisdem vocibus omnes: aut eisdem vtant elementis atq; hoc est quod ait.

Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionū note: et ea que scribuntur eorum que sunt in voce: et quemadmodū nec littere eedem omnibus. sic nec eedem voces. Quorū autem hec primorū note sunt: eedem omnibus passiones anime sunt. et quorum hec similitudines sunt: res iam eedē. De his quidē dictum est in his que dicta sunt de anima. alterius enim est negocij.

¶ Cum igitur prius proposuisset nomen et verbum: et quecunq; secutus est: postea se diffinire promisisset: hec interim ꝑtermittēs de passionibus anime deq; earuꝫ notis: que sunt scilꝫ voces: pauca ꝑmittit. Sed cur hoc ita interposuerit: plurimi cōmentatores causas reddere neglexerūt. sed a tribus tantū quantū adhuc sciam. ratio huius inter positionis explicata est. quorum hermini quidem a rerum veritate longe disiuncta est. Ait enim idcirco aristotelē de notis anime passionū interposuisse sermonem: ut vtilitatē propositi operis inculcaret. Disputaturus enim de vocib⁹ que sunt note anime passionū recte de his quedam ante ꝑmisit. Nam cum sit nullus anime passiōes ignoret: notas quoq; earum anime passiōibus non nescire vtilissimū est. neq; enī ille cognosci possunt nisi per voces que sunt earū scilicꝫ note. Alexan. vero aliam huiusmōi interpositionis reddit causam. quoniā inquit nomina et verba interpretatiōe simplici continētur. Oratio vero ex verbis nominibusq; coniūcta est: et in ea iam veritas aut falsitas inuenitur. siue autē qualibet sermo sit simplex: siue iam oratio coniūcta atq; cōposita. ex his que significantur momentū sumūt. In illis enī prius est eorū ordo et cōtinentia: post redundat in voces. quocirca quoniā significantiā momentū ex his que significātur oritur: idcirco prius nos de his que voces ipse significant: docere proponit. Sed herminus hoc libro repudiādus est. Nihil enī tale quid ad causas proposite sententie pertinens explicuit. Alexan. vero strictꝫ proxima intelligentia pretermittus tetigit quidē causam: nō tamen principalem rationē Aristotelice propositionis euoluit. Sed porphyri. hic ipsam plenius causaꝫ originēq; sermonis huius ante oculos collocauit: qui omnē apud priscos philosophos de significationis in contentionem litemq; reuexit. Ait namq; dubie apud antiquorū philosophorū sententias constitisse: quid esset proprie ꝙ vocibus significaret. Putabāt nāq; alij res vocibus designari: earumq; vocabula esse ea que sonuerint in vocibus arbitrabantur. Alij vero incorporeas quasdam naturas meditabant: quarum essent significationes quecunq; vocibus designarentur platonis aliquo modo species incorporeas emulati dicentis hoc ipsum homo et hoc ipsum equus: non hanc cuiuslibet subiectaꝫ substantiā: sed ipsum illum hominē specialem et illū ipsum equū vniuersaliter et incorporaliter cogitantes incorporales quasdam naturas constituebant: quas ad significandum primas venire putabant: et cum alijs item rebus in significationibus posse coniungi. ut ex his aliqua enunciatio vel oratio conficeretur. Alij vero sensus. alij imaginatiōes significari vocibus arbitrabantur. cum igitur illa esset contentio apud superiores: et hoc usq; ad Aristotelē peruenisset etatem: necesse fuit ut qui nomen et verbum significatiua esse dicturus erat: prediceret quorum illa designatiua sint. Aristoteles enim nominibus et verbis res subiectas significari non putat: nec vero sensus vel etiam imaginatio. sensuum quidem non esse significatiuas voces nomina et verba in opere de iusticia sic declarat dicens. φύσει | δὰρ λιν υέχονσαν τατε νοήματα καὶ τὰ αἰσθήματα. que interpretari latine potest hoc modo. Natura enim sunt diuersa intellectus et sensus. differre igitur aliquid arbitratur sensus atq; intellectus. sed qui passiones anime a vobis significari dicit: is non de sensibus loquitur. Sensus enī passiones corporis sunt Si igitur ita dixisset passiones corporis a vocibus significari: tunc merito sensus intelligeren⁹. Sed quoniā passiones anime nomina et verba significare proposuit: non sensus sed intellectus eum dicere putandum est. Sꝫ quoniam imaginatio quoq; res anime est: dubitauerit aliquis ne forte passiones anime imaginationes: quas greci phātasias vocant: dicat. Sed hec in libris de anima verissime diligentissimeq; separauit dicens. ἐςὶ δὲ φαντασία ἕτερον φάσεως καὶ ἀποφάσεως. σύμπλοκη γὰρ νοημάτων ἐςὶ τὸ ἀληθές ἢ ψεῦδος. τὰ δὲ πρῶτα νοήματα τί διοίσει τοῦ μὴ φαντάσματα εἶναι. ἢ οὐδὲ τὰ ἄλλα φαντάσματα ἀλλ᾽ οὐκ ἄνευ φαντασμάτων. Quod sic interpretatur. Est autem imaginatio diuersa ab affirmatione et negatione. complexio namq; intellectuum est veritas vel falsitas. primi vero intellectus quid discrepabunt: ut nō sint imaginatiōes? an certe neq; hec sunt imaginationes: sed sine imaginationibus non sunt. que sententia demonstrat aliud quidem esse imaginationes aliud intellectus: ex intellectuum quidem complexione affirmationes fieri et negationes. quocirca illud quoq; dubitauit: vtruꝫ primi intellectus imaginationes quedam essent. primos autem intellectus dicimus: qui simplicem rem capiunt: ut si quis dicat socrates solum. dubitatq; vtrum huiusmodi intellectus: qui in se nihil neq; veri continet neq; falsi: intellectus sit: an ipsius socratis imaginatio. Sed de hoc quoq; aperte quidem videt ostendere. ait enim an certe neq; hec sunt imaginationes. sed non sine imaginationibus sunt. Id enim quod hic sermo significat qui est socrates: vel alius simplex non est quidē imaginatio sed intellectus: qui intellectus preter imaginationē fieri non potest. Sensus enim atq; imaginatio quedā prie figure sunt: supra quas velut fundamēto quodā superuenies intelligētia vitat. Nā sicut pictores solēt designare lineari corp⁹ atq; sublinere: vbi co

corporibus cuiuslibet exprimant vultum: sic sensus atque imaginatio naturaliter in animo perceptione subsistunt. Nam cum res aliqua sub sensum vel cogitationem cadit: prius eius necesse est ut quedam imaginatio nascatur. Post vero plenior superueniat intellectus cunctas eius explicans partes: que confuse fuerant imaginatione presumpte. Quocirca imperfectum quiddam est imaginatio. Nomina vero et verba non haec quedam: sed perfecta significant: quare recta Aristotelis sententia est quecunque in verbis nominibusque versantur: ea neque sensus neque imaginationes: sed solam significare intellectuum qualitatem. Unde illud quoque ab Aristotele successores peripathetici rectissime posuere tres esse orationes. unam que scribi possit elementis: alteram que voce proferri. tertiam que cogitatione conecteretur. unamque intellectibus: alteram voce: tertiam litteris contineri: quocirca quoniam id quod significaret a vocibus intellectus esse putabat: nomina vero et verba significatiua esse in eorum erat diffinitionibus positurus: recte quorum essent significatiua predixit: errorumque lectoris ex multiplici veterum lite venientem sententie sue manifestatione compescuit: atque hoc modo nihil in eo dependere est superfluum: nihilque ab ordinis continuande sententie uitium. Querit vero porphyrius: cur ita dixerit. Dixit quidem ea que sunt in voce et non sic sunt que voces: et rursus cur ita et ea que scribuntur et non dixerit et littere: quod resoluit hoc modo. Dictum est tres esse apud peripatheticos orationes: unam que litteris scribitur: aliam que profertur in voce: tertiam que coniungitur in animo. Quod si tres orationes sunt: partes quoque orationis triplices esse nulla dubitatio est. Quare quoniam verbum et nomen principaliter partes orationis sunt Erunt alia verba et nomina que scribantur: alia que dicantur: alia que tacita mente tractentur: ergo quoniam proposuit dicens: Primum oportet constituere quid sit nomen et quid sit verbum. Triplex autem nominum natura est atque verborum: de quibus potissimum proposuerit: et que diffinire velit ostendit. et quoniam de his nominibus loquitur ac verbis: que voce proferuntur: id ipsum planius explicans ait: Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionum note: et ea que scribuntur eorum que sunt in voce: velut si diceret. Ea verba et ea nomina: que in vocali oratione proferuntur: anime passiones denunciant. Illa autem rursus verba et nomina que scribuntur: eorum verborum nominumque significationi presunt: que voce proferuntur. Nam sicut vocalis orationis verba et nomina conceptiones animi intellectusque significant: ita quoque verba et nomina illa que in solis formulis litterarum iacent: illorum verborum et nominum significatiua sunt: qui loquimur. id est que per vocem sonamus. nam quod ait: sunt ergo ea que sunt in voce: subaudiendum est nomina et verba. Et rursus cum dicit. Et ea que scribuntur: idem subnectendum rursus est verba scilicet et nomina: et quod rursus adiecit: eorum que sunt in voce: addendum est eorum nominum atque verborum: que profert atque explicat vocalis oratio quod si nihil deesset omnino: ita foret totius plenitudo sententie. Sunt ergo ea nomina et verba que in voce sunt earum que sunt in anima passionum note: et ea verba et nomina que scribuntur: eorum verborum et nominum que sunt in voce: quod communiter subintelligendum est: licet ea que subiunximus deesse videantur: quare non est disiuncta sententia: sed priore propositioni continua. Nam cum quid sit verbum et quid nomen diffinire constituit: cum nominis et verbi natura sit multiplex: de quo nomine et verbo tractare vellet: clara significatione distinxit. Incipiens igitur ab his nominibus et verbis que in voce sunt: quorum essent significatiua disseruit Ait enim hec passiones anime designare. Illud quoque adiecit quibus ipsa nomina et verba: que in voce sunt: designentur de his scilicet que litterarum formulis exprimuntur. Sed quoniam non omnis vox significatiua est: verba autem et nomina nunquam significationibus carent: quoniamque non omnis vox: que significat: quadam positione designat: sed quedam naturaliter ut lachryme gemitus atque meror. animalium quoque ceterorum quedam voces naturaliter aliquid ostendunt: ut ex canum latratibus iracundia: eorum que alia quadam voce blandimenta monstrantur. Verba autem et nomina positione significant: nec solum sunt verba et nomina voces: sed voces significatiue: nec solum voces significatiue: sed que positione designent aliquid: non natura: non dixit. Sunt igitur voces earum que sunt in anima passionum note. Namque neque omnis vox significatiua est: et sunt quedam significatiue: que naturaliter non positione significant: quod si ita dixisset: nihil ad proprietatem verborum et nominum pertineret. Quocirca non voluit communiter dicere voces: sed dixit tantum ea que sunt in voce. vox enim universale quoddam est. nomina vero et verba partes: pars autem omnis in toto est. verba ergo et nomina quoniam sunt intra vocem: recte dictum est: ea que sunt in voce: velut si diceret: que intra vocem continentur: intellectuum significatiua sunt: sed hoc simile est ac si ita dixisset. vox certo modo se habens significat intellectus. Non enim (ut dictum est) nomen et verbum voces tantum sunt. Sicut nummus quoque non solum es impressum quadam figura est: ut nummus vocetur: sed etiam ut alterius sit rei precium: eodem quoque modo verba et nomina non solum voces sunt: sed posita ad quandam intellectuum significationem: vox enim que nihil designat: ut est garguius: licet eam grammatici figuram vocis intuentes nomen esse contendant: tamen eam nomen philosophia non putauit: nisi sit posita: ut designare aliquam animi conceptionem: eoque modo significare aliquid rerum possit. et enim nomen alicuius nomen esse necesse erit: sed si vox aliqua nihil designat: nullius nomen est: quare si nullius nomen est: nec nomen quidem esse dicetur. Atque ideo huiusmodi vox. id est significatiua: non vox tantum sed verbum vocatur aut nomen: quemadmodum nummus non es: sed proprio nomine nummus: quo ab alio ere discrepet: nuncupatur. Ergo aristotelis hec sententia: qua ait: ea que sunt in voce: nihil aliud designat nisi eam vocem: que non solum vox sit: sed quecunque vox sit: habeat tamen aliquam proprietatem et aliquam quodammodo figuram posite significationis impressam: horum vero idest verborum et nominum: que sunt in voce aliquo modo se se habentium: ea sunt scilicet significatiua que scribuntur: ut hoc quod dictum est que scribuntur de verbis ac nominibus dictum que sunt in litteris intelligatur. Potest vero hec quoque esse ratio cur dixerit. et ea que scribuntur: quoniam litteras et scriptas figuras et voces: que eisdem significantur formulis: nuncupamus: ut. a. et ipse sonus littere nomen capit: et illa que in subiecto cere vocem significans forma describitur. Designare ergo volens quibus verbis atque nominibus ea que in voce sunt appareret: non dixit litteras: quod etiam ad sonum referri poterat litterarum: sed ait que scribuntur: ut ostenderet de his litteris dicere: que in scriptione consisterent. i. quas et figura et in cera stilo et in membrana calamo posset effingi. Alioquin illas etiam que in sonis sunt ad ea nomina referunt: que in voce sunt: quoniam sonis illis nomina et verba iunguntur. Sed porphyrius de utraque expositione iudicauit dicens: Id quod ait et que scribuntur: non potius ad litteras: sed ad verba et nomina que posita sunt in litterarum inscriptione: referendum. Restat igitur ut illud quoque addamus cur non ita dixerit. Sunt ergo ea que sunt in voce intellectuum note. Sed ita earum que sunt in anima passionum note. Nam cum ea que sunt in voce res intellectusque significent: principaliter quidem intellectus. res vero quas ipsa intelligentia comprehendit secundaria significatione per intellectuum medietatem: intellectus ipsi non sine quibusdam passionibus sunt que in animam ex subiectis veniunt rebus. Passus enim quilibet eius rei proprietatem quam intellectu complectitur: ad eius enunciationem designationemque contendit. cum enim quis aliquam rem intelligit. prius imaginatione formam necesse est intellecte rei proprietatemque suscipiat: et fiat vel passio vel cum passione quedam intellectus perceptio: hac vero posita atque in mentis sedibus collocata fit indicande ad alteros passionis voluntas: cui actus quidem continuande intelligentie pertinens ex intime rationis proprietate superueniens: quem explicat. s. et effundit oratio nitens ea que primitus in mente fundata est passione: siue quod est verius: significatione progressa oratio explicat progre-

dicentur simul et passione significant sic orationis motibus adequãtur: sit vero hec passio vel ut figure alicuius impressio: sed ita ut in animo fieri consueuit. Aliter namq̃ natu raliter est in re qualibet propria figura: aliter vero eius ad animum forma trãsfertur: vel ut non eodem modo cere vel marmori vel chartis littere idest vocum signa mandantur ⁊ imaginationẽ stoici a rebus in animã translataꝫ loquũ tur: sed cum adiectione semper dicentes: ut in anima fieri consueuit. Quocirca cum omnis anime passio quedam rei videatur esse proprietas. Porro autem cum designatiue voces intellectuum principaliter rerum de hinc: a quib⁹ intellectus profecti sunt significatione nitantur: quicquid est in vocibus significatiuuꝫ: id anime passiones designat sed he passiones animorũ ex rerum similitudine procreã tur. videns namq̃ aliquis spheraꝫ vel quadratũ vel quã libet rerum aliam figuram: eam in animi intelligẽtia quo dam vi ac similitudine capit. Naꝫ qui spheram viderit: ei⁹ similitudinem in animo perpendit ⁊ cogitat: atq̃ eius ani mo quandã passus imaginem, id cuius imaginem pati tur agnoscit. Omnis vero imago rei: cuius imago est si militudinem tenet: mens igitur cum intelligit: rerum si militudinem reprehendit. Unde fit: ut cum duorum cor porum maius vnum minus alterum contuemur: a sensu postea remotis corporibus illa ipsa corpora cogitãtes il lud quoq̃ memoria seruante nascemus sciemusq̃: quod minus: quod vero maius corpus fuisse complexim⁹: qđ nullatenus eueniret nisi quas mens semel passa est: reruꝫ similitudines obtineret. Quare quoniam passiones ani me: quas intellectus vocant: rerum quedã similitudines sunt: idcirco Aristote. cum paulo post de passionibus lo queretur anime: continenti ordine ad similitudinẽ transi tum fecit. quoniam nihil differt: vtrum passiones anime diceret an similitudines. Eadem namq̃ res anime quidẽ passio est: rei vero similitudo, ex Alexander hunc locum.

Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionuꝫ note. ⁊ ea que scribuntur eorũ que sunt in voce. ⁊ quemadmodũ nec littere omnibus eedem: sic nec eedem voces. hoc modo conatur exponere. proposuit inquit ea q̃ sunt in voce intellect⁹ animi designare. ⁊ hoc probat exem plo. Eodem enim modo ea que sunt in voce passiones ani me significant: quemadmodũ ea que scribuntur voces de signant: ut id quod ait: ⁊ ea que scribunt̃ ita intelligam⁹ tanq̃ si diceret: quemadmodũ etiam ea que scribunt̃ eorũ que sunt in voce: ea vero que scribuntur inquit alexãder notas esse vocum. idest nominũ ac verborum: ex hoc mon strauit quod dixit: ⁊ quemadmoduꝫ nec littere omnibus eedem: sic nec eedem voces. Signum namq̃ est vocum ipsarum significationẽ litteris contineri: q᷑ vbi varie sunt littere ⁊ non eadem que scribunt̃: varias quoq̃ voces eẽ necesse est. hec Alexander. Porphyrius vero quoniam tres posuit orationes: vnam que litteris contineretur. se cundam que verbis ac nominibus personaret: tertiã quã mentis euolueret intellectus: id aristotelem significare pro nunciat cum dicit. Sunt ergo ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionuꝫ note quod ostenderet ac si ita dixisset: sunt ergo ea que sunt in voce ⁊ verba ⁊ nomina ani me passionũ note. ⁊ quoniam monstrauit quorum voces essent significatiue: illud quoq̃ docuisse: quibus signis verba ⁊ nomina panderent̃: ideo addidisse ⁊ ea que scribũ tur eorum que sunt in voce: tanq̃ si diceret ea que scribun tur nomina ⁊ verba: eorum que sunt in voce nominum ⁊ verborũ note sunt: nec disiunctam esse sententiam: nec (vt alexãder putat) id quod ait ⁊ ea que scribunt̃: ita est intel ligendum: tanq̃ si diceret: sicut ea que scribunt̃. idest litte re illa que sunt in voce significant: ita ea que sunt in voce notas esse anime passionuꝫ. Primo quidem q᷑ ad simpli cem sensum nihil addi oportet: deinde q᷑ tam breuis or do tanq̃ necessaria orationis non est intercidenda parti tio: tertio vero quoniam si similis est significatio litteraruꝫ vocumq̃ que est vocum ⁊ anime passionũ: oporteret sicut voces diuersis litteris permutant̃: ita quoq̃ passiones anime diuersis vocibus permutari: quod non fit: idẽ nãq̃ intellectus potest variatis vocib⁹ significari. Sed alexan der id q᷑ eum sensisse superius memoraui: hoc probare ni titur argumento. ait enim etiam in hoc quoq̃ similẽ esse significationem litteraruꝫ ac vocum: quoniam sicut littere non naturaliter voces: sed positione significant: ita quoq̃ voces non naturaliter animi intellectus: sed aliqua posi tione designant. Sed qui prius recipit: vt id quod Ari stoteles ait: ⁊ ea que scribuntur: ita dictum esset tanq̃ si di ceret sicut ea que scribuntur: quicquid ad hanc sententiam videtur adiungere: equaliter non dubitatur errare. Quo circa nostro iudicio qui rectius tenere volẽt sententiis por phyrii se applicabunt. Aspasius quoq̃ sententie alexan dri: q̃ supra proposuimus: valde consentit: qui a nobis in eodeꝫ quo ⁊ alexander culpabitur errore. Aristoteles ve ro duobus modis has notas esse putat: litterarum: vocũ: passionumq̃ anime constitutas: vno quidem positione: alia vero naturaliter. Atq̃ hoc est quod ait: ⁊ quẽadmo dum nec littere omnibus eedem sint: nec eedeꝫ voces. Nã si littere voces: ipse vero voces intellectus animi naturali ter designarent: omnes homines: eisdem litteris: eisdem vocibus etiam vterent̃ur. Quod quoniaꝫ apud omnes nec eedem littere: neq̃ eedem voces sunt: constat eas non esse naturales. Sed hic duplex lectio est. Alexander enim hoc modo putat legi oportere: quorum autem he primorum note: eedem omnibus passiones anime sunt: ⁊ quoruꝫ he similitudines: res etiam eedem. Volens enim Aristote. ea que positione significant ab his que aliquid designant naturaliter segregare hoc interposuit: ea que positione signi ficant: varia esse. Ea vero que naturaliter apud omnes ea deꝫ: ⁊ inchoans quidẽ a vocibus ad litteras: venit easq̃ pri mo non esse naturaliter significatiuas demonstrat dicens ⁊ quemadmodũ nec littere omnibus eedem: sic nec eedem voces: nam si idcirco littere probantur non esse naturali ter significantes: q᷑ apud alios alie sint ac diuerse. Eodem quoq̃ modo probabile erit voces quoq̃ non naturaliter significare: quoniam singule hominuꝫ gentes non eisdem inter se vocibus colloquant̃. Volens vero similitudinem intellectuum rerumq̃ subiectarum docere naturaliter consti tutam ait: quorum autem he primorum note: eedem om nibus passiones anime sunt: quorum inquit voces que apud diuersas gentes ipse quoq̃ diuerse sunt: significatio nem retinent: que sunt scilicet anime passiones: ille apud omnes eedem sunt. Neq̃ enim fieri potest: ut quod apud romanos homo intelligitur: lapis apud barbaros intelli gatur. Eodem quoq̃ modo de ceteris rebus. Ergo huius modi sententia est que dicit: ea que voces significẽt apud oẽs hoĩes gentes nõ mutari: vt ipse quideꝫ voces sicut su pra monstrauit cum dixit quemadmodũ nec littere omni bus eedem: sic nec eedem voces: cum apud plures diuerse sint. Illud vero q᷑ voces ipse significant apud omnes ho mines idem sit: nec vlla ratione valeat permutari: qui sunt scilicet intellectus rerum, qui quoniam naturaliter sunt permutari non possunt: atq̃ hoc est quod ait: Quorũ au tem he primorum note. idest voces: eedem omnibus pas siones anime sunt: ut demonstraret quidem voces esse di uersas. quorum autem ipse voces significatiue essent: que sunt scilicet anime passiones: easdem apud omnes eẽ: nec vlla ratione: quoniam sunt constitute naturaliter: permu tari. Nec vero in hoc constituit: ut de solis vocibus atq̃ intellectib⁹ loqueretur. Sed quoniaꝫ voces atq̃ litteras non naturaliter constitutas per id significauit: q᷑ eas non apud omnes easdem esse proposuit. Rursus intellectus quos anime passiones vocat: per hoc esse naturales osten dit: quod apud omnes iidem sint: a quibus. id est intel lectibus ad res transituꝫ fecit. Ait enim quorꝫ he simili tudines: res etiam eedem. Hoc scilicet sentiens quod res

quoqȝ naturaliter apud omnes homines essent eędem: sicut enim ipse anime passiones: quę ex rebus sumuntur: apud omnes homines eędeȝ sunt: ita quoqȝ ipse res: quorum similitudines sunt anime passiones: eędem apud omnes sunt. Quo circa q̄ȝ res naturales sunt: sicut sunt etiam similitudines rerū quę sunt passiones anime. Herminius vero huic est expositioni contrarius. Dicit enim non esse verum eosdem apud omnes homines esse intellectus: quoꝝ voces significatiue sunt. quid enim inquit in ęquiuocatiõe dicetur: vbi vnus idemqȝ vocis modus plura significat: sed magis hanc lectionem veram putat: ut ita sit: quorum autem hę primorū notę: hę omnes passiones anime sunt: et quorum hę similitudines: res iam eędem: ut demonstrasse videatur: quorum voces significatiue sint: uel quorum passiones anime similitudines. Et hoc simpliciter accipiendū est scd̃m Herminiū: ut ita dicamus. quoꝝ voces significatiue sunt: ille sunt anime passiones: tanq̄ si diceret anime passiones sunt: quas significant voces: ⁊ rursus quoꝝ similitudines sunt: ea quę intellectibus continent: ille sunt res. Tanq̄ si dixisset: res sunt: quas significant intellectus. Sed Porphyrius de vtrisqȝ acute subtiliterqȝ iudicat: ⁊ alexandri sententiam magis ꝓbat hoc quod dicit nõ debere dissimilari de multiplici equiuocationis significatione. Nam ⁊ qui dicit ad vnam quālibet rem accõmodat animū scilicet quā intelligens voce declarat: ⁊ vnum rursus intellectum quemlibet is qui audit excipiat: Quod si cum vterqȝ ex vno nomine res diuersas intelligit: ille qui nomen equiuocuȝ dixit designet clarius: quid illo nomine significare voluerit: accipit mox qui audit: ⁊ ad vnum intellectuȝ vtriqȝ conueniunt: qui rursus fit vnus apud eosdem illos: apud quos p̄mo diuerse fuerant anime passiones propter equiuocationem nominis. Neqȝ enim fieri potest: ut qui voces positione significantes a natura eo distinxit: ꝙ easdem apud omnes esse non diceret: eas res quas naturaliter esse proponebat non eo tales esse monstraret: ꝙ apud omnes easdẽ esse contenderet. Quo circa Alexander uel propria sententia vel Porphyrii auctoritate probandus est. Sed quoniam ita dixit Aristot. quorum aūt hę primorum notę: eędem omnibus passiones anime sunt: querit Alex. si rerum nomina sunt: quid cause est: ut primorum intellectuum notas esse voces dixerit Aristot. rei enim ponit nomen: ut cum dicimus homo: significamus quidem intellectum: rei tamen nomen est scilicȝ animal rationale mortale. Cur ergo non primarū reruȝ magis note sunt voces quibus ponuntur: potiusq̄ȝ intellectuum. Sed fortasse quidem ob hoc dictum est inquit. ꝙ licet voces rerum nomina sint: tamen non idcirco vtimur vocibus: ut res significemus: sed ut eas: quę nobis ex rebus innate sunt: anime passiones. Quo circa propter quorum significantiā: voces ipse proferuntur: recte eorum primorum dixit esse notas. In hoc vero Aspasius permolestius est. Ait enim qui fieri potest: ut eędem apud omnes anime passiones sint: cum tam diuersa sententia de iusto ac bono sit. Arbitratur enim Aspasius passiones anime nõ de rebus incorporalibus: sed de his tantum quę sensibus capi possunt: Aristotelem passiones anime dixisse: quod perfalsum est. Neqȝ enim vnq̄ȝ intellexisse dicitur: qui fallitur: ⁊ fortasse quidem passionē animi habuisse diceretur: quicunqȝ id quod bonum est: non eodem modo quo est: sed aliter arbitratur: intellexisse vero non dicitur. Aristoteles autem cū de similitudine loquit: de intellectu pronunciat. Neqȝ enim fieri potest: ut qui ꝙ bonum est: malum esse arbitratur: boni similitudineȝ mente conceperit. Neqȝ enim intellexit rem subiectam: sȝ quoniam quę sunt iusta ac ad bona positionem oia naturam de referuntur: et si de iusto ac bono ita loquitur: ut de eo ciuile ius: aut ciuilis iniuria dicitur: recte non eędem sunt passionē anime: quoniā ciuile ius ciuile bonuȝ positione est non natura. Naturale vero bonum atqȝ iustum apud omnes gentes idem est. Et de deo q̄ȝ idem est: cuiusq̄ȝ uis cultura diuersa sit idē tū cuiusdā eminētissime naturę ē intellectus. Quare repetendū breuiter a principio est: partibus enim ad orationem vsqȝ peruenit. nam ꝙ sic prius quid esset nomen: quid verbum cõstituere dixit: hę minime partes oratiõis sunt. Quod vero affirmationē ⁊ negationem. iam de composita ex verbis ⁊ nominibus oratione loquitur: quę eędem rursus partes sunt enunciationis Et post enunciationis propositionē de oratione loqui ꝓposuit: cuius ipsa quoqȝ enunciatio pars est. Et quoniā (vt dictuȝ est) triplex est oratio: quę in litteris: quę in voce: quę in intellectibus est: qui verbum ⁊ nomen diffiniturus esset: easqȝ significatiua positurus: dicit prius quorum significatiua sint ipsa verba ⁊ nomina: ⁊ inchoat quidem ab his nominib⁹ ⁊ verbis quę sunt in voce dicens: Sūt ergo ea quę sunt in voce. ⁊ demonstrat quorum sint significatiua adiiciens earum quę sunt in anima passionum note. Rursus nominū ipsoꝝ verborūqȝ quę in voce sunt ea verba ⁊ nomina: quę essent in litteris constituta: significatiua esse declarat dicens: ⁊ ea quę scribuntur eorum quę sunt in voce: ⁊ quoniam ista quattuor: quedam sunt littere: voces: intellectus: res: quorum littere ⁊ voces positione sunt: natura vero res atqȝ intellectus: demonstrauit voces non esse naturaliter: sed positione per hoc ꝙ ait nõ easdem esse apud omnes sed varias: ut est. ⁊ quemadmodum nec littere omnib⁹ eędem: sic nec eędem voces. Ut vero demonstraret intellectus ⁊ res esse naturaliter ait apud omnes eosdem esse intellectus: quorū voces essent significatiue: ⁊ rursus apud omnes easdem esse res: quarū similitudines essent anime passiones: ut est. quorū autem hę primorum note scilicet quę sunt in voce: eędem omnib⁹ passiones anime sunt: ⁊ quorum hę similitudines: res etiam eędem. Passiones autem anime dicit quoniā alias diligenter ostensum est omnē vocem animalis aut ex passione anime: aut propter passionem proferri. Similitudinem vero passionē anime vocauit: quod scd̃m Aristotelem nihil est aliud intelligere nisi cuiuslibet subiecte rei proprietatem atqȝ imaginationeȝ i anime ipsi⁹ reputatione suscipere. de quibus anime passionibus in libris se de anima cõmemorat diligentius disputasse. Sed quoniā demonstratum est: quoniam verba ⁊ nomina ⁊ oratio intellectuū principaliter significatiua sunt: quicquid est in voce significationis: ab intellectibus venit. Quare prius paululū de intellectibus perspiciendū ei erat: qui aliquid recte de vocibus disputaret. Ergo qđ supra passiones anime ⁊ similitudines vocauit: idem nunc apertius intellectum vocat dicens.

Est autem quemadmodum in anima aliquotiens quidem intellectus sine vero falsove. Aliquotiens autem cui iam necesse est horum alteruȝ inesse: sic etiam in voce: circa compositionem enim ⁊ diuisionem est veritas falsitasqȝ. Nomina igitur ipsa ⁊ verba consimilia sunt sine compositione et diuisione intellectui: vt homo vel album: quando non additur aliquid: neqȝ enim adhuc verum vel falsum est: huius autem signum hoc est. Hyrcocervus enim significat aliquid: sed nondum verum vel falsum: si non esse vel non esse addatur vel simpliciter: vel scd̃m tempus.

Quoniam nomen ⁊ verbum atqȝ omnis oratio significatiua sunt anime passionum: ex ipsis sine dubio quę designant in eisdem vocibus proprietas significationis innascitur. Hic vero est totus atqȝ continuus Aristotelice ordo sententie. Quoniam inquit ea primum vocibus significāt: q̄ in aīo ⁊ cogitatōe versant: intellectuū vero alios q̄dē simplices ⁊ sine veri vł falsi enūciatōe p̄cēdim⁹ ut cū nob̄ hōis p̄prietas tacita imaginatōe suggerit. Nulla

namq̄ ex hac intelligētie simplicitate vel veritatis nascit̄ vel falsitatis agnitio. Sunt vero intellectus quidam cōpositi atq̄ coniuncti: in quibus inest iam quedam vel veritatis uel falsitatis inspectio: ut cum ad quamlibet simplicem perceptionem mentis adiungitur aliud quod uel esse aliquid uel non esse cōstituat: ut si ad hoīs intellectuz esse vel non esse: uel albū esse uel nō esse album copuletur fient enim cogitabiles orationes veritatis vel falsitatis participes hoc modo: homo est: homo non est: homo albus est: homo albus nō est. Quarū quidē homo est: vel homo alb⁹ est. cōpositio dicit̄. Nā prior esse atq̄ hoīem: posterior hoīem albo cōposita intellect⁹ predicatione cōnectit. Si vero ad hoīs intellectū adijciā quidā: ut ita sit: homo est vel nō est: vel alb⁹ est: aut aliquid tale: tūc in ipsa cogitatione veritas aut falsitas innascit̄. Ergo inquit queādmoduz aliquotiēs quidā simplices intellect⁹ sunt: qui in vero falsoq̄ carent: quidā vero in quib⁹ alterū horū reperiat̄: sic etiaz in voce. Nā que voces denūciant simplices intellect⁹: ipse quoq̄ a falsitate et veritate se iuncte sunt: Que vero huius modi significāt intellect⁹: in quib⁹ iam veritas vel falsitas cōstituta est: in ipsis quoq̄ horū alterū inueniri necesse est Nā si quis hoc solū dicit homo vel albū: uel etiā hyrcocervus. et q̄ ista quidē significēt: quoniā tñ significāt simplices intellect⁹: manifestū est oī veritatis vel falsitatis proprietate carere. Et tota quidē sentētia hoc modo se habet.

Diligētius tñ est attendēdū quid est q̄ ait: circa cōpositionem enī et diuisionē est veritas falsitasq̄: quid etiaz q̄ dictum est. noīa igit̄ ipsa et verba cōsimilia sunt sine cōpositione uel diuisione intellectui. Illud quoq̄ cur compositio noīe: uel cur etiā vsus est rei nō existentis exemplo: ut diceret: hyrcocervus enī significat aliquid. Nec illud pretereūdū est: quid sit q̄d dictū est uel simpliciter uel s̄m temp⁹. p̄rimū quidē de eo dicendū est q̄ ait: circa cōpositionē enim et diuisionē ē veritas falsitasq̄: Querit̄ nāq̄ vtrū ne omnis veritas circa cōpositionē et diuisionē sit: an quedā est: quedam vero minime. Illud quoq̄ an in omni cōpositiōe vel diuisione veritas falsitasq̄ cōstituta sit: an n̄ hoc nō generaliter: sꝫ in quadā cōpositionis vl̄ diuisionis parte veritas falsitasq̄ versēt. in opinionib⁹ nāq̄ veritas est: quotiēs ex subiecta re capit̄ imaginatio uel etiā quotiēs: ita ut sese res habet: imaginationē accipit intellect⁹. falsitas vero ē quotiēs aut nō ex subiecto: aut ita ut sese res nō habz imaginatio subijcit̄ intellectui: sꝫ adhuc in veritate atq̄ falsitate nihil equidē aliud reperit̄: nisi quedā opinionis habitudo ad subiectā rem. Quadā enī habitudine et quo modo se habet imaginatio ad rem subiectā: hoc solū in hac veritate uel falsitate cōspicit̄: quā quidē habitudine null⁹ dixerit cōpositionez. In hoc vero diuisionis null⁹ nec fictus quidem modus intelligi pōt. Illud quoq̄ cōsiderandum est nōne aliqua sit in his cōpositio vel diuisio: que s̄cdm substantiā suā vera dicant̄ aut falsa: ut est vera voluptas bene viuendi: ut est falsa voluptas bellādi. Etiā illud quoq̄ respiciendū est: q̄ in omniū maximo deo quicq̄d intelligitur: nō in eo accidētaliter: sꝫ substantialiter intelligit̄: et enī que bona sunt substātialiter de eo nō accidētaliter credimus. Nō si substātialiter credim⁹ deū: deū vero nullus dixerit falsum nihilq̄ in eo accidentaliter poterit euenire. ipsa veritas deus dicēdus est: nō est igit̄ cōpositio uel diuisio in his: que simplicia naturaliter sunt: nec vlla cuiuslibet rei collatione iungūt̄. Quare nō omnis veritas neq̄ falsitas circa compositionē diuisionēq̄ consistit: sꝫ sola tantum: que in intellectū multitudine fit: et in prolatione dicendi. Nam in ipsa quidē habitudine imaginatiōis et rei nulla cōpositio est: in cōiunctione vero intellectuū compositio fit. Nam cū dico socrates ambulat: hoc ipsum quidem q̄ eū ambulare cōcepi: nulla cōpositio est: q̄ vero intellectus p̄gressione ambulationē cū socrate coniungo: quedaz iam facta est compositio. Nō si hoc oratione protulero: rursus eadem compositio est: et circa eam vis veritatis et falsitatis apparet. Quo circa in his solis compositionib⁹ inuenit̄ veritas atq̄ mendaciū: de quib⁹ tota nūc questio ē: in nomine. s. et in verbo: in negatione et affirmatione: in enūciatione: et oratione. Quem. s. cōpositione veritatis et falsitatis naturā ab intellectib⁹ accipientes in vocis prolatione cōseruant. De diuisione autē que ad negationem pertinet: deq̄ compositione: que ad affirmationem: paulo post enucleatius dicā. Nunc illud est videndū: vtrū verū sit circa omnem compositionē circaq̄ omnem diuisionem veritatem vel mendaciū prouenire: quod falsum est: quis enim dixerit huiusmodi nominū coniunctionem: et socrates et plato uel si sic hec nomina diuidant̄: nec socrates: nec plato: veri aliquam falsive tenere significantiā. Quare cōfitendum est: nec circa omnē diuisionem: neq̄ circa omnez compositionē eam scilicet que in oratione versatur: mendacium veritatemq̄ subsistere. Sed illud verissimuz est q̄ omnis que in oratione est veritas falsitasq̄: in compositione et diuisione nascitur: non tamē omnis orationis cōpositio vel diuisio utrum retinet aut verum aut falsum. Ergo si sic dixisset: circa omnem compositionē vl̄ diuisionē veritas falsitasq̄ est: mentiret̄. Sed quoniam dixit simpliciter: veritas falsitasq̄ circa compositionez diuisionēq̄ est: verissime subtilissimeq̄ dixisse putandum est. illa etiā nomina que ita dicuntur simplicia: ut veritatem aut falsitatem quodāmodo valeant designare: huiusmodi sunt: ut intra se atq̄ intra significationē suam quandaz retineant compositionem: ut si quis dicat lego: hoc est enim dicere lego: tāq̄ si diceret ego lego. Hec autem compositio est. Sed uel quotiens interrogante alio respondet alius vno tamē sermone: videtur quoq̄ tunc simplex sermo veritatē mendaciumq̄ perficere. q̄ p̄ falsum est. Audiētis nāq̄ responsio ad totum ordinem superioris enunciationis adiungitur: ut si quis interroganti mundus ne animal sit: respondeat est. videtur hec vna particula veritatem uel mendacium continere: sed falso. Non enim vna est: sed ad vim ipsius responsionis intuenti tale est ac si diceretur mūdus animal est. Quod vero ait nomina ipsa et verba consimilia esse sine compositione vel diuisione intellectui: illud designat: quod supra iā dixit: ea q̄ sunt in voce notas esse animeq̄ passionum. Quod si note sunt: sicut littere vocum in se similitudinem gerunt: ita voces intellectuuz. Et quoniā dictum est cur de similitudine verborum et nominuz atq̄ anime passionum dixerit: cur circa compositionem et diuisionem falsum verumq̄ esse proposuerit: dicenduz est q̄d sit ipsa compositio vel diuisio: in qua aut veritas aut falsitas inuenitur. Nam quoniā de simplici enunciatiua oratione perpendit: ut posterius ipse in diuisione declarat dicens. Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio deinde negatio. illam nunc compositionē designare vult: que alicuius uel substantiā constituit. vel aliquid s̄m esse coniungit. Nam cum dico socrates est. hoc ipsum esse socrati applico. et substantiam eius esse constituo. Si vero dicero socrates philosophus est. philosophiam et socratez s̄cdm esse composui: uel si dicam socrates ambulat. huiusmodi est tanq̄ si dicam socrates ambulans est: igitur quotiens huiusmodi fuerit compositio: que s̄cdm esse verbum vel substantiam constituat uel res coniungat: affirmatio dicitur. et in ea veri falsiq̄ natura perspicitur. et quoniam omnis negatio ad predicationem constituit̄. huius enim affirmationis que est socrates est: negatio est non ea que dicit non socrates est: sed ea que pronunciat socrates non est. et ad id quod esse socrates dictus est non negatio apponitur: ut cum id dicamus non esse: quod ante dictum est esse. ergo quoniam id quod in affirmatione s̄cdm esse vel constitutum vel coniunctum fuerit: ad id addita negatio separat uel ipsam substantie constitutionem: uel etiam factam per id quod dictum est esse aliquid: coniunctionē: diuisio vocatur. Quando enim dico socrates non est: esse a socrate se iunxi. et cum dico socrates: philosophus non est: socratē ab eo q̄ est philosophū esse separaui: quam separationem: que ad negationez pertinet: diuisionem vocauit.

Ergo manifestū est q̄ si simplex in animę passionibus intellectus fuerit: cum ipse intellectus nullā adhuc veri falsiq̄ retineat naturā: eoꝝ quoq̄ prolationē ab veris q̄ esse separatam. Sed cum compositio secundū esse facta vel etiam diuisio intellectib⁹: in quibus principaliter veritas ꝛ falsitas procreaꝫ: euenerit quoniā ex intellectibus voces capiunt significationē: eas quoq̄ secundū intellectuū qualitatē veras ꝛ falsas esse necesse est. Maximā vero habet vim hyrcoceruí exempli nouitas ꝛ exquisita subtilitas ad demonstrandū enī q̄ vnū solum nomē neq̄ verū sit neq̄ falsum posuit huiusmodi nomē. quod compositum quidē esset: nulla tamen eius substantia reperiretur. Si quod ergo nunq̄ nomen vnum veritatem posset falsitatem ve retinere: posuit huiusmodi nomen: q̄ est hyrcoceruus. sed quoniā omnino in rebus nulla illi substantia est: falsum aliquid designare videtur: sed nō designat aliquam falsitatem. Nisi enim dicatur hyrcoceru⁹ vel esse vel nō esse: q̄uis ipm per se non sit: solum tamen dictum nil falsi in eo sermone veri ve perpendit. Ergo ad demonstrandam vim simplicis nominis: q̄ omni veritate atq̄ mendacio careat tale in exemplo posuit nomen: cui res nulla subiecta sit. Nā si quidem verum vel falsum vnuz nomen significare posset: nomen q̄ eam rem esse designat: quę in rebus non sit: omnino falsum esset. Sed non est. non igit̄ vlla veritas falsitasq̄ in simplici vnoq̄ nomine reperietur. Nec illud parui curę fuit nomen non ponere q̄ omnino nihil significaret sed quod cū significaret quiddā: tamen aut veruz aut falsum esse non posset: ut non videat̄ veritatis falsitatisq̄ causa esse in eo: quoniā nihil significaret. Sed quoniam esset simpliciter dictuz quidq̄ in eodem illud quoq̄ cōsiat: ut ostenderet nō solum simplex nomen veritate atq̄ mendacio esse alienissimū sed etiam composita quoq̄ nomina si non habe[re]t aliquā secundū esse vel non esse (sicut supius dictum est) compositionē: verū vel falsum significare non posse. Tanq̄ si diceret non solum simplex nomē preter aliquā compositionē nihil veri falsum ve significat sed etiā composita vtroq̄ carent (sicut tam ipse dicit) nisi illi aut esse aut nō esse addatur et vel simpliciter vel scđm tempus. hoc vero idcirco addidit q̄ in quibusdam ita enūciationes fiunt: ut quod de ipsis dicit̄: secundū substantiā proponatur. in quibusdā vero hoc ipsum esse quod addit̄ non substantiā sed presentiā quandā significat. Cum enī dicimus deus est: nō eum dicimus nūc esse. sed tantuz in substantia esse: ut hoc ad immutabilitatē potius substantię quā ad tempus aliquod referat̄. Si autē dicimus dies est ad nullā diei substantiā pertinet: nisi tantū ad temporis constitutionē. hoc enī q̄ est: tale est: tanq̄ si dicamus nūc est. quare cum ita dicimus esse ut substantiā designamus simpliciter est addimus. Cum vero ita ut aliquid pñs significet: secundū tempus. Hec est vna quā diximus expositio. Alia vero huiusmodi est esse aliquid duob⁹ modis dicitur aut simpliciter aut secundū tempus. simpliciter quidē secundū presens tempus: ut si quis dicat hyrcoceruus est. presens autē q̄ dicit̄ tempus nō est sed cōfiniū temporū. finis nanq̄ preteriti est futuriq̄ principium. Quocirca quisquis secundū presens hoc sermone q̄ est esse vtit̄ simpliciter vtit̄. qui vero aut preteritū iungit aut futurū: ille non simpliciter sed iam in ipm tempus incurrit. Tempora nanq̄ (ut dictum est) duo ponantur preteritū atq̄ futuruz. Nō si quis cū presens nominat simpliciter dicatur vtitur: libet preteritū vel futurū dixerit: secūdū tempus vtit̄ enūciatiōe. Est quoq̄ tertia huius expositio: q̄ aliquotiēs ita tempore vtimur: ut indefinite dicamus: ut si quis dicat. est hyrcoceruus. fuit hyrcoceruus: erit hyrcoceru⁹: hoc indefinite ꝛ simpliciter dictū est. Sin vero aliquis addat: nunc est: vel heri fuit vel cras erit: ad hoc ipsum esse qđ simpliciter dicit̄ addit temp⁹. quare scđm vnā earū harum expositionū intelligendū est q̄ ait: si nō vel esse vel non esse addat̄: vel simpliciter vel scđm temp⁹. Sz ei qđ ante ꝓposuit: quēadmodū aliquotiēs quidē in anima intellect⁹ sine vero vel falso. postquā cōsequens reddidit nōia ipsa per se v̄baq̄ esse simplicio⁹ intellectibus cōsimilia ut homo vel album: ei vero q̄ ait: cui iā necesse sit alterū hoꝝ inesse: nihil interim reddidit: sz hoc eo ꝓ[pter] supplendū esse putabit: q̄ ait: sed nōdū verū vel falsum est si nō esse vel nō esse addatur: hoc est enim intellectuū quędā cōpositio: cui iam necesse est alterum hoꝝ inesse: quā in oratiōe vel esse vel nō esse addit̄. Quo circa quoniā de noīe v̄boq̄ ꝓposuit: ꝛ q̄ potuit breuiter: vocū litterarū intellectuū rerūq̄ cōsequētias altissima ratione mōstrauit: ad id quod primū ꝓposuit dicens: Primū oportet cōstituere: quid sit nomen ꝛ quid verbū: ad hoc inquā q̄ promiserat diffinire: nititur: nomē enī diffiniens ita subiecit.

Omen est vox significatiua ad placitum sine tempore: cuius nulla pars significatiua est seperata: in nomine enī quod ē equiferus ferus per se nihil significat: quēadmodū in oratione quę est equus ferus.

¶ Omnis diffinitio generis cōstitutione conformat̄: differentiarū vero cōpositione perficit̄. Nam si ad ꝓpositum genus differētias colligamus: easq̄ ad vnaz quā diffinire volumus: speciē aptemus: vsq̄ dum vni tātū speciei illa collectio cōueniat: nihil est q̄ vltra ad faciendā diffinitionem desideret: vt ipsum hominē si quis diffiniat: generi eius quod est aīal duas necesse est differētias iungat rationale. s. atq̄ mortale: fiat atq̄ huiusmodi ordinē animal rationale mortale: quę diffinitio si ad hominē referat̄: plena est rōnis substātieq̄ descriptio. Volēs ergo aristo. diffinire quid esset nomē prius eius gen⁹ sumpsit dicēs vocē eē: s[ub]iecto. s. vt hoc q̄ dictum nomē ab aliis quę nō voces sed tm̄ soni sunt seperaret. Distat enim son⁹ a voce: son⁹ enī est percussio aeris sensibilis: vox vero flatus qui per gutturis partes egrediens quę arterię vocant̄: aliqua lingue impulsione format̄. Et vox quidē nisi animantiū nō est sonus vero aliquotiēs inanimatoꝝ quoq̄ corpoꝝ cōflictatione perficit̄. Quare quoniā nomē vocem esse mōstrauit: ab aliis quę voces nō sunt: sz tm̄ soni hanc orationis partem separauit atq̄ distribuit: ꝛ vocem quidem nōis velut genus sumpsit. Habet nāq̄ aliā quidā speciei loco differens a noīe: qđ est verbū. habet quoq̄ quasdā locutiōes: quę nihil vlla ratione significent: ut sunt in articulatę voces: quaꝝ ipsa significatio nō potest inueniri: ut sindapsus. Huic ergo generi alias differētias rursus apponit: quę nomen sicut vox a sonis aliis segregauit. Ita quoq̄ hę differentię nomē ab aliis speciebus sub voce positis diuidat atq̄ discernāt: quod enī addidit nomen vocē eē significatiuaz ab his inquā vocibus nomē disgregauit: quę nihil omnino significāt: ut sunt syllabę. Syllabe enī cū ex his sonis nomen cōdat: altera ipse omnino nihil significat. Sunt quoq̄ quedā voces syllabę [illegible] que nullā habent significationē vt est blictiri. Ergo quoniā videbant̄ quedam voces esse quę significatione carerēt. Nomen q̄ vox est ꝛ alicui⁹ designationis semp causa ꝓfert̄: nō aliter diffiniēdū erat nisi illud ante a nō significantib⁹ vocibus segregaret: itaq̄ ait nomē esse vocē significatiuā: ut voce quidē ab aliis sonis: significatione vero addita ab his quę sub voce sunt nihil designātia: segregaret. Sz hoc nōdū ad totam diffinitionē valet: neq̄ solū nomē vox significatiua ē sz sunt quędā voces quę significāt quidē: sed nōia nō sunt vt ea quę a nobis in aliquib⁹ affectibus ꝓferunt̄. vt cum q̄s gemitū edit vl' cū dolore cōcitus emittit clamorē. Illud enim doloris animi: illud corporis signum est: ꝛ cum sint voces ꝛ significēt quandā vel animi vel corporis passionē: null⁹ tamē gemitū clamoremq̄ dixerit nomē. Multoꝝ q̄ąnimaliū sūt voces q̄dā q̄ significēt: ut canū latrat⁹ iras significat canū alia vo mollior quādā blandimēta demonstrat quare addita differētia seperādū erat nomē ab his oīb⁹ q̄ voces qđē eēnt ꝛ significarēt: sz nōis vocabulo nō tenerēt: igit̄ addicit nomē vocē eē significatiua nō simplr: sz scđm placitū.

Secūdum placitū vero est ꝙ scōm quandam positionē placitūqȝ ponentis aptat᷑. nullum enī nomē naturaliter cōstitutū est: neqȝ vnq̄ sicut subiecta res a natura ē: ita quoqȝ a natura veniente vocabulo nūcupat᷑. Sȝ hominū genus ꝙ ⁊ ratione ⁊ oratione vigeret: nomina posuit: eaqȝ quib⁹ libuit litteris syllabisqȝ cōiungēs singulis subiectarū rerum substantijs dedit. hoc aūt illo ꝓbat᷑. ꝙ si natura essent nomina: eadē apud omnes gētes essent vt sensus qui naturaliter sunt idē apud oēs sunt. Oēs enī gentes nō aliis nisi solis oculis intuent᷑: audiūt aurib⁹: naribus odorant᷑ ore accipiūt gustus: tactu calidū vel frigidū: lene vel asperum iudicāt: atqȝ hec huiusmodi sunt ut apud oēs (ut dictū est) gentes eadē videant᷑ ipsa quoqȝ que sentiuntur quoniā cōstituta naturaliter sunt: non mutant᷑. Dulcedo enim ⁊ amaritudo: albū ⁊ nigrū: ⁊ que alia sensib⁹. v. sentiuntur: eadē apud omnes sūt. Neqȝ enī ꝙ italis dulce est in sensu: idem persis videt᷑ amarū: nec ꝙ apud nos oculis apparet album: apud indos nigrū est: nisi forte aliquem sensus egritudine permutet᷑: sed hoc nihil attinet ad naturaȝ. Igitur quoniā ista sunt naturaliter: apud oēs gentes eadem manēt. Sic ⁊ nomina si naturaliter esse videant᷑: eadem essent apud oēs gentes: nec vllā susciperēt mutationem. Nunc autē ipsum hoiem alio vocabulo latini: alio greci: diuersis quoqȝ vocabulis barbare gētes appellant: que in ponēdis noib⁹ dissensio signū est nō naturaliter: sȝ ad ponētiū placitū voluntatemqȝ rebus nōia fuisse composita. idem quoqȝ monstrat: ꝙ sepe singulorū hoiuȝ sunt permutata vocabula. Quē enī nūc vocamus Platonem Aristoteles antea vocabat᷑: ⁊ qui theophrastus nūc dicit᷑ ante aristotelē a suis parētibus tirtamus appellabat᷑: in eadem quoqȝ lingua quādo plura vocabula vni adiūnt᷑ rei: mōstrat᷑ rē illā nō naturalib⁹ sȝ appositis noib⁹ nūcupari: si. n. naturalib⁹ noib⁹ res q̄ vocarēt᷑: vnā rē vno tm̄ noie signarem⁹. Quid. n. attinet si naturalia sūt vocabula: vni⁹ rei plures nominū esse voces: que ad vnā designationem demōstrationēqȝ cōcurrerent. Dicim⁹ enim gladius ensis mucro: ⁊ hec tria ad vnam subiectā substātiā cōcurrunt. Ergo mōstratū est nomina esse scōm placituȝ. i. scōm ponentiū placitū: ac si diceret nomē esse vocem quideȝ ⁊ significatiuam: sȝ nō naturaliter: sed scōm placitū voluntatemqȝ ponētis. hoc scilicȝ ut diuideret ab his vocib⁹ que naturaliter designarēt: ut sunt he quas nos in passionib⁹ affectibusqȝ proloquimur: vel quas aīalia muta conāt᷑. Sed nōdum supradicta differētia plenam noīs formā diffinitionemqȝ cōstituit. Est nāqȝ verbo cōe cum noīe: quod vox designatiua est ⁊ scōm placitum: sed addita differētia que est: sine tempore: nomē a vbo distinguit: neqȝ enim nomen vllum cōsignificat tempus: vbi nāqȝ est: cum aut passio significat᷑ aut actio. aliquā quoqȝ secū trahere vim temporis: qua illud cum uel facere uel pati dicat᷑: ꝓferat᷑. Cū enī dico socrates: nullius est tēporis: cū lego uel legi uel legam tempore non carent. Addito ergo nomini ꝙ sine tempore esse dicatur: nomen a verbo disiungitur. Sane nos nemo arbitretur opinari: ꝙ nullum nomen significet tempus. Sunt enī nomina que tempus significando demonstrēt: velut cum dico hodie vel cras: temporis nomina sunt. sȝ illud dicamus: ꝙ cum eodē nomine tempus quoqȝ nō cōsignificat᷑. Aliud est enim significare tempus: aliud consignificare. Verbuȝ enim cum aliquo proprio modo tempus significat: ut cū agentis vel patientis modū demōstrat. Nam sine tempe ipsa passio vel actio non profertur. vnde nō dicimus ꝙ nomē non significet tempus: sed ꝙ nomen significatio temporis nō sequat᷑. Restat autē vna sola differentia: que si superiorib⁹ adiungat᷑: plenissima fere nomen diffinitiōe formabit᷑. hec autem est qua nomen ab oratione separat᷑. Inueniūtur enim quedā sine dubio orationes: que cū voces sint ⁊ significatiue ⁊ sm̄ placitum quippe que sunt nominibus colligate: tamen sunt sine tēpore: ut cum dico socrates et plato. hec nanqȝ oratio: cum ex nominibus iuncta sit: nomen quidem nō est: vox vero est significatiua sm̄ placitum ⁊ tempore vacat. vt igit᷑ nomen ab huiusmodi oratione diuideret addidit hanc differentiā: que est. cuius nulla pars est significatiua separata. Oratio enim quoniā verbis nominibusqȝ cōiungit᷑. verba vero vel nomina significatiua esse palā est: partes quoqȝ oratiōis significare aliquid dubiū non est. Nominis vero pars quoniā simplex est: nihil omnino significat. sed cum omnis oratio omneqȝ nomen ⁊ verbum ex subiectis intellectibus vim significandi sumat. est autē aliquotiens: ut vnū nomen multos significet intellectus. Quocirca erit quoqȝ: ut non simplex nomē sit: ꝙ non vnā tantum animi passionē intellectumqȝ designet. Nam cuȝ dico suburbanū vrbanū imaginatiōem significandi tenet: sed ita ut a toto nomine separatum: cum ad ipsum refert᷑ nomen: significet nihil: et ut in eo quod dicim⁹ equiferus: ferus quidē aliquid significare vult: sed si a tota compositione separatur: nihil omnino designat in eo scȝ nomine in quo cum equi particula iunctū equiferuȝ consignificabat. Omnis namqȝ hec cōpositio vnius intellectus designatiua est. quare in oratione quidē ferus significat. Et enim equus ferus oratio duos retinet intellectus. in nomine vero nihil: quoniam hoc ꝙ dicim⁹ equiferus vnius intellectus designatiuū est. Sed forasse ferus cū ea parte qua iunctū est simul quidē consignificat separatū vero nihil. hoc est ergo: quod ait.

At vero nō quēadmodum in simplicibus nominibus: sic se habent etiam in compositis. In illis enim nullo modo pars significatiua ē. In his autē vult quideȝ: sed nullius separata: ut in eo ꝙ est equiferus ferus. Secundū vero placitū: quoniā naturaliter nominū nihil est: sed qn̄ fit nota. nā designāt ⁊ illitterati soni: ut ferarū: quorū nihil est nomen.

¶ Simplex enim nomē nec imaginationē aliquā partium significationis habet. Composita vero tales habet ptes. ut quasi conētur quidē aliquid significare: sed cōsignificent potius: q̄ quicq̄ extra significent. Adduto igit᷑ nominiqȝ cuius partes nihil separate significant: nomen ab oratiōe disiunctū est. Post q̄ adiectionē que est cui⁹ nulla pars est significatiua separata. quid in nole diffinitiōe vellet explicuit hoc scilicȝ quo nomen ab oratiōe se iungeret: illud quoqȝ differit cur sit additū quod dictum est secundū placitum. Nam quoniā nulla naturaliter nominū significatio est sȝ omne nomē positionē designat: idcirco dictū est sm̄ placitum. quod enī placuit ei qui primus nomina indidit rebus: hoc illis vocabulis designat᷑. age enim quis naturaliter noīa esse confirmet: quorū apd̄ omnes gentes est tam diuersa varietas? Nec vero dicitur ꝙ nulla vox naturaliter aliquid designet: sed ꝙ nomina nō naturaliter sed positione significent. Alioquin habēt hec ferarū mutorumqȝ aīalium soni: quorū vox quidē significat aliquid ut hinnitus equi cōsueti equi inquisitionē: latratus canū latrantiū iracundiā monstrat: ⁊ alia huiusmodi. Sed cum voces mutorū animaliū propria natura significent: nullis tamē elementorū formulis conscribūtur. Nomen vero quāq̄ subiacet elemētis: prius tamen q̄ ad aliquā subiecte rei significationē ponat᷑: per se nihil designat ut cū dicimus scindapsus vel hereclein: hec per se nihil quidem significant. sed si ad subiecte rei alicuius significationem ponātur: ut dicatur vel homo scindapsus. vel lapis hereclein: tunc hec que per se nihil significabant: positione ⁊ secundū ponētis quoddā placituȝ designent. Ergo tunc nomē significatiuū est: quando (ut ipse ait) fit nota. tunc autem fit nota cū secundū ponentis placitū vocabulum: quod naturaliter nihil designabat: ad subiecte rei significationē datur. hoc est enim quod ait fit. si enim naturaliter nomina significarent: nunq̄ de his aristoteles diceret: fit nota: tunc enim non fieret nota: sed esset. Ergo qn̄

nomina sm̃ placitum significatiua sunt: ferarũ vero illitterati soni sm̃ naturã: idcirco horum voces esse nomina nõ dicunt. Uniuersaliter aũt dicimus: omniũ vocũ alie sunt que inscribi litteris possunt: alie que nõ possunt. Et rursus earũ que inscribunt uel minime alie quidē significa: alie vero nihil. Amplius quoqz omniũ vocum: alie sm̃ placitum designant: alie vero naturaliter. Nomen ergo scđm placitũ est: positione enĩ factum est subiecte rei nota. Nihil enim nominũ est: qđ naturaliter significet: nõ enĩ nomen informat significatio scđm naturã: sed scđm placitũ significatio. Nam et illiterati soni significant: ut sunt ferarũ qs ideo sonus vocauit: quoniã sunt muta quedã animalia: que vocem omnino nõ habent: sed tantũ sonitu quodam concrepant. Quidã enĩ pisces non voce: sed brancijs sonãt et (ut porphyrius autumat) cicada per pectus sonitũ mittit quorũ omniũ nihil est nomen. hoc aũt dictũ est nõ q̃ nullum nomen sit harũ vocũ: quas animalia proferũt: sed q̃ his nõ velut nominibus vtant. Nam q̃uis illiterata sit vox et natura significet: ut latratus canum. Dicit tamen latratus: et leonis fremitus: et tauri mugitus: hec sunt nomina ipsarũ vocum: que a mutis animalibus proferũt: sed nõ hoc dicimus qm̃ eorum nihil est nomē: sed quoniã horum sonorum nihil tale est: ut nomen esse possit. i. ut scđm ea velut nominibus vtentes fere sibi inuicem colloquantur habent enim significationē sed (ut dictum est) naturalem Nomen autem scđm placitum est.

Nonhomo vero non est nomen: at vero nec positum est nomē. quo illud oporteat appellare: neqz enim oratio: neqz negatio est: sz sit nomen infinitum quoniã similiter in quolibet est et quod est: et quod non est. Catonis autem vel catoni et quecunqz talia sunt nõ sũt nomina: sed casus nominis. Ratio autē eius est in alijs quidem eadē: sed differt: quoniaz cum est vel fuit vel erit adiunctum neqz verũ neqz falsum est: nomen vero semper: vt catonis est vel non est: nondum enim aliquid dicit verum neqz falsum.

¶ Superius oia quecũqz extra nomen essent: predictis adiectionibus a noie separauit: nũc vero quoniã sunt quedaz que sub diffinitione quidē nois cadent: videat tñ a nomine discrepare: de his disserere ut quid esse nomē integre videat expediat. Quod enim dicimus nonhomo uel nonequus: oratio quidē nõ est. Omnis enim oratio aut noibus constat et verbis: aut solis duobus uel pluribus vbis: uel solis nominibus. In eo aũt q̃ est nõhomo vnũ tantũ nomen ē: qđ dicit homo. id aũt q̃ est non: neqz nomen est neqz verbuz Quare neqz ex duobus verbis cõstat aut ex vbo et nomine. Uerbũ enim in eo nullũ est. quare id quod dicimus nonhomo oratio nõ est. Jam vero nec verbũ esse monstrare superfluũ est. cum in verbis semp tempora reperiant: in hoc vero nullũ quisqz oĩno tempus inueniat. Sed nec negatio est. Omnis enim negatio oratio est: nõhomo vero cũ oratio nõ sit: nec negatio esse potest. Jllud quoqz q̃ ois negatio aut vera aut falsa est: nonhomo vero neqz verum neqz falsum est: sensus enim plenus nõ est: quare negatio esse propter hoc quoqz non dicit. Nomen vero esse quis dicat: cũ omne nomē siue ppriũ siue appellatiuum sit: definite designet. Cũ enim dico cicero: vnam personã vnãqz substantiam nominaui: et cũ dico homo q̃ est nomē appellatiuum definitã substantiã significaui. Cuz vero dico nonhomo significo quidez quidã quod homo nõ est: sed hoc infinitũ est. Potest enĩ et canis significari et equus et lapis et quodcunqz homo non fuerit. et equaliter dicit et in eo q̃ est et in eo q̃ nõ est. Si quis enim de scylla qui nõ est: dicat nõhomo: significat quidã: quod in substãtia atqz in rerũ natura nõ pmanet. Si quis aũt uel de lapide uel de ligno vel de alijs que sunt rebus dicat nõhomo: idem tamen aliquid significat: et semper preter id qđ nominat: huiusmodi vocabuli significatio est. Sublato enim hoie quicquid preter hoiem est. hoc significat nõhomo. quod a noie plurimum differt: omne enĩ nomē (ut dictũ est) definite id significat q̃ noiat: et nõ similiter et de eo q̃ est et de eo q̃ non est dicit: sz hec huiusmodi vox et designatiua est: et ad placitũ: et sine tēpore: et (ut dictũ est) partes eius nihil extra designant. Quare dubia apud antiquos sententia fuit: vtruz nomen hoc nõ dicerent: an hac aliqua adiectione diffinitione nois subijcerent. Et qui hoc a noie seperabãt: ita nomē diffinitione claudebãt dicētes nomē esse vocē designatiuã scđm placitũ sine tēpore circũscripte significationis: cuius partes nihil extra designarēt: ut qm̃ nõhomo rem circũscriptam nõ designaret: a noie separet. Alij vero non eodem modo sed dicebat quidē id esse nomē. sz nõ simpliciter. Quadam nãqz adiectione sub noie poni posse illud putabãt hoc mõ ut sicut homo mortuus nõ dicit simpliciter homo: sed homo mortuus. Jta quoqz et nomen hoc q̃ nihil definite significaret: nõ dicerent nomen simpliciter: sed nomen infinitum: cuius sententie Aristoteles est auctor: qui se hoc vocabulum ei autumat inuenisse. Ait enĩ: at vero nec nomē est positum: quo illud oporteat appellare: dicēs id q̃ dicimus nõhomo quo vocabulo debeat appellari: nõ nouit antiquitas. et vsqz ad Aristotelē nullus nouerat quid esset id q̃ non homo diceret: sed hic huic vocabulũ sermone posuit dicēs sed sit nomen infinitũ: nõ simpliciter nomen: quoniã nulla circũscriptione significat: sed infinitũ nomen: quoniam plura et ea infinita significat. Sed hoc nõ solum huiusmodi vocibus cõtingit: ut simpliciter sub nomine poni non possint: sed sunt quedam alie que oia quidē nois habent: et definite significant: sed quadã alia discrepãtia noia simpliciter dici nõ possunt: ut sunt obliqui casus: ut cum dicimus catonis catoni catonem et ceteros. horum enim differe pantia est a noie: q̃ nomē rectũ iunctum cuz est uel non est enunciationē facit: ut si quis dicat: socrates est. hoc verum vel falsum est. Si enim viuēte socrate diceret: verũ esset: si vero mortuo: falsum esset. quare affirmatio est. Si quis autē dicat socrates nõ est: rursus facit negationem: et in ea quoqz veritas uel falsitas inuenit. Ergo oē nomē rectum iunctũ cum est uel nõ est enũciationē facit. Ut vero obliqui casus iuncti cũ est uel cum nõ est enũciationē nulla ratione perficiũt. Enũciatio namqz perfecte orationis intellectus est: in quē veritas uel falsitas cadit. Si quis ergo dicat catonis est: nõdũ ē plena sententia: qd enĩ catonis est nõ dixit: atqz eodē modo catoni est: uel catonē est. Jn his ergo quoniã cũ est uel nõ est iuncti enũciationē nõ perficiũt: ē quedam a noie discrepantia: quãuis sint nomini diffinitiõe cõiuncti. Magna enĩ est discrepãtia: q̃ rectũ nomen cum est iunctũ perfectã orationē facit: obliqui casus imperfectam Quod aũt dictum est obliquos casus cũ est verbo iũctos orationē perfectã nõ facere: non dicimus quoniã cum nullo verbo obliqui casus iungũt: ita ut nihil indigentem perficiant orationē. Cum enĩ dico socratem penitet: enunciatio est. sz nõ cũ omni verbo: sz tantũ cũ est uel nõ est hi casus iuncti pfectã orationē nulla rõne cõstituũt. Atqz hoc est qđ ait. Catonis aũt uel catoni et quecũqz talia sunt nõ sunt nomina: sz casus nois. Unde etiã discrepare videntur hec enim noia nõ vocant. Jlla enim rectius dicit nomina que prima posita sunt. i. que aliqd mõstrãt. Genitiuus enĩ casus nõ aliqd: sz alicuius et datiuus alicui et ceteri eodē mõ. Rectus vero qui est primus rem mõstrat: ut si quis dicat socrates: atqz ideo hic noĩatiuus dicit: q̃ nois quodãmodo solus teneat vim nomēqz sit. et veri simile est eũ qui primus noia rebus imposuit: ita dixisse: vocet hic hõ: et rursus vocet hic lapis. Posteriore vo vsu factũ ē: ut in alios casus primus positũ nomē deriuaret. Jllud qz manifestum est: qđ ois casus nomis casus est alicuius. Ergo nisi sit nomen cuius casus sit: casus dici nomis recte nõ põt. Casus aũt ois inflexio est Dz genitiuus et datiuus et ceteri noĩatiui inflexiões sunt. Ere

nominatiui casus erunt: sz omnes casus qui scd̄m nomen est: nominis casus est. Nomē igit̄ nominatiuꝰ est. Aliud vero casus est alicuiꝰ quaz est id ipsum cuiꝰ casus est: casus igit̄ nois nomē nō est. Qđ vero adiecit: ratio vero eiꝰ est in alijs quidē eadē: hoc inquit. Ratio est diff. nitio obliqui casus ⁊ nois eadē in omnibꝰ alijs est. nam ⁊ voces sunt ⁊ significatiue et scd̄m placitum ⁊ sine tempore ⁊ circūscripte designāt. Diffe(ut ipse ait)differt: quoniā cum est uel fuit uel erit adiunctū neqꝫ verum neqꝫ falsum est. Qđ a recto nomine sine vlla dubitatione perficit̄: ut cū est uel fuit uel erit adiūctū veruz vel falsum cōficiat: quod designauit per hoc q̄ ait. Nomen vero semp subaudiendū est. s. facit verum uel falsum cū est uel fuit uel erit adiunctū: eoꝝqꝫ posuit exempla. Catonis est uel nō est. in his enim (ut ipse ait) neqꝫ verū aliquid dicit̄ neqꝫ falsum. quare integra nominis diffinitio est huiusmodi. Nomē est vox designatiua scd̄m placituz sine tempore circūscripte significationis ⁊ cuiꝰ partes extra nihil designāt: ⁊ cū est uel erit uel fuit adiunctū nulliꝰ indigēs ad orationē perficiēs intellectū enunciationēqꝫ cōstituēs: quoniā igit̄ de nomine expeditū est: ad diffinitionem verbi veniamus.

V Erbum autem est: quod cōsignificat tempus: cuius pars nihil extra significat: ⁊ est semper eoꝝ que de altero predicant̄ nota. dico autem quoniā consignificat tempus: ut cursus quidē nomen est: currit vero verbum: cōsignificat enim nūc esse: et semper est eorū que de altero dicūt̄: nota: ut eorū que de subiecto: vel in subiecto.

¶ Verbi quidē integra diffinitio est huiusmodi. Verbū est vox significatiua scd̄m placitū q̄ cōsignificat tempus: ⁊ cuiꝰ nulla pars extra significatiua est. Sz quā cōmune ē illi cū noie esse vocē ⁊ significatiuā ⁊ sm̄ placitū: idcirco illa retinuit. Ab his aūt que ppria sunt verbi: inchoauit. Verbi aūt ppriū est: quo a diffinitiōe nois segregat̄: q̄ cōsignificat tempꝰ. Omne eni verbū cū significationē tēporis retinet: significationē nō. Nomē eni significat tēpus. Verbū aūt cū principaliter actus passionesqꝫ significat: cū ipsis actibus ⁊ passiōibus tēporis qꝫ vim trahit. ut in eo q̄ dico lego: actionē quidē quādaz principaliter monstrat hoc verbū: sz cū ea ipsa agēdi significatiōe plenā qꝫ tēpus adducit. atqꝫ ideo nō ait verbū significare tēpus. sed cōsignificare: Neqꝫ eni principaliter verbū significat tempus (hoc eni nominis est) sed cū alijs que principaliter significant vim quoqꝫ tēporis inducit ⁊ infert. Ergo cū nomē ⁊ verbum voces significatiue sint et sm̄ placituz: addito verbo qđ cōsignant tempus: a noie segregat̄ ut enim sepe dictum est: nomē significare tēpus poterit: verbū vero cōsignificare. ⁊ sicut in diffinitiōe nois addidit: nihil oīno ptes separatas a tota cōpositione nois designare propter orōnes que noibus essent cōposite: ut est Plato ⁊ socrates: ita qꝫ in verbo addidit: nihil extra verbi partes significare: propter eas orōnes: quas verba cōponunt: ut est ambulare ⁊ currere: hec enim oratio ex verbis cōposita est: ⁊ singula verba ⁊ in ipsa oratiōe ⁊ preter eā per se ipsa significāt. In verbo vero nullo mō: ⁊ sicut in noie ps nois nihil signat separata: ita in verbo pars verbi nihil extra designat. Dicit aūt esse verbū semp eoꝝ que de altero principaliter notantur quod huiusmodi est ac si diceret: nihil aliud nisi accidentia verba significare. Oē eni verbū aliquid accidēs designat cū enim dico cursus: ipsuz quidē est accidēs: sz nō ita dicit̄ ut ipsuz quidē alicui inesse vel nō inesse dicat̄. Si aūt dicero currit: tūc ipsuz accidēs i alicuiꝰ actione ppronēs alicui i eē significo ⁊ quā q̄ dicimꝰ currit: preter aliqd subiectū eē nō pōt (neqꝫ enim dici pōt preter eū qui currit) idcirco dictū est oē verbū eoꝝ esse que de altero principaliter significatiuū: ut verbū qđ est currit: tale significat quidā: qđ de altero predicetur. i. de currēte: his igit̄ expeditis q̄ ait verbū cōsignificare tēpus: exēplis aperuit. Ait enim. dico aūt quā consignat tempus: ut cursus quidē est nomen: currit vero verbum. cōsignificat enim nūc esse. expeditis̄ me quid verbuz distaret a nomine: verbi ⁊ nominis interpositiōe mōstrauit. ⁊ enim quā cursus accidēs est: ⁊ nominatū est ita vt sit nomē: nō cōsignificat tempꝰ. Currit vero id ē accidens in verbo positū presens tēpus designat. ⁊ hoc vbū distare videtur a noie: qđ illud cōsignificat tēpus: illud vero preter oēm cōsignificationē tēporis predicat̄. Sz postqꝫ verbuz cōsignificare tēpus ostēdit: id quod supra cum dixerat verbum semp de altero predicari: idē nūc memoriter quemadmodū predicet̄ ostēdit. Ait eni: ⁊ sp eoꝝ que de altero dicūt̄ nota est: ut eoꝝ que de subiecto uel in subiecto. Hoc. s. dicēs: ita verbum significat aliquid: ut id q̄ significat de altero predicet̄: sz ita ut accidēs. omne nāqꝫ accidēs ⁊ in subiecto est ⁊ de subiecta substātia sibi predicat̄. Nam cum dico currit: id de homine si ita cōtingit predico. s. de subiecto ⁊ ipse cursus in hoie est. Unde verbū currit inflexum est: ergo quod dicit semp eorū esse notā verbum que de altero predicent̄: hoc monstrat: verbū accidentia semp significare quoniā aūt eas res verbi significatione mōstrari: que uel in subiecto essent uel de subiecto dicerent̄: uel certe ut sit aliꝰ intellectus: quoniā solet indifferēter vti de subiecto aliqd predicari: tanqꝫ si dicat in subiecto esse: ⁊ sepe cum dicat de subiecto aliquid predicari: in subiecto esse significat: cū vellet ostendere accidentiū significationē contineri verbis: ait ea semper significari verbis que de subiecto essent. Sed quoniā hoc videbat̄ obscurius: patefecit addito uel in subiecto: ut quid esset de quo supra dixerat de subiecto exponeret: cum addidit uel in subiecto: tanqꝫ enim si ita dixisset. Verbum quidē semper eorū nota est: que de altero predicantur subiecto: sed ne hoc fortasse cuipiam videat̄ obscurius: hoc dico esse de subiecto qđ est esse in subiecto. Vel melior hec expositio est: si similiter dixisse eū arbitremur: tanqꝫ si diceret: omne verbū significat quidē accidens: sz ita ut id qđ significat aut particulare sit aut vniuersale: ut id quod ait de subiecto: ad vniuersalitatē referamus: quod in subiecto ad solam pticularitatē. Cū enim dico mouet̄: verbū quidem est: ⁊ accidens: sed vniuersale. Motus enim plures species habet: ut cursus sub motu ponit̄. Ergo cursus si diffiniēdus est: motū de cursu predicamꝰ. Quo circa motꝰ genus quidā est cursus: atque ideo motꝰ de cursu ut de subiecto predicabit̄ cursus vero ipse: quoniā species alias nō habet: in subiecto tm̄ ē. i. in currēte. Motꝰ aūt ⁊ ipse qꝫqꝫ sit in subiecto: tm̄ de subiecto predicat̄. Ideo dicit eorū esse notā verbū que de altero predicant̄: atqꝫ addit: ut eorum que de subiecto uel in subiecto. Hoc dicit q̄ accidētiū vim verba significant: sz taliū que aut vniuersalia sint aut particularia: ut cū dico moueor: vniuersale quidaz est: ⁊ de subiecto dicatur: ut de cursu: Cum vero dico curro: particulare est: ⁊ quoniam de subiecto non dr̄: in subiecto solum est.

Non currit autem ⁊ non laborat non verbum dico: consignificat quidē enim tēpus: et semper de aliquo est. differentia autem huic nō est positū nomen: sed sit infinitū verbum. Quoniā similiter in quolibet est et q̄ est et q̄ non est. similiter aūt curret vel currebat nō est verbū: sz casus verbi. differūt autem a verbo quoniā hoc quidē presens tēpus cōsignificat: illa vero quod complectitur.

¶ Quēadmodū dixit in noie nō homo nō esse nomē: idcirco q̄ multas alijs cōueniret: que hoies nō essent: quoniāqꝫ de hoie id qđ diceret auferret: nihilqꝫ desinitū in eadē predicatione relinqret: q̄ eni nō homo ē: pōt esse ⁊ centaurus pōt esse ⁊ equꝰ: ⁊ alia que uel sunt uel nō sunt: atqꝫ ideo infinitū nomē vocatū ē: ita qꝫ in verbo qđ est non currit vel nō laborat infinitū quoqꝫ ipsuz est: quā non solum de eo qđ est verū ē: sed etiā de eo q̄ nō est predicari pōt. Possuz

namqꝫ dicere homo nō currit. ⁊ id ꝙ animo nō currit vel nō laborat de ea re que est p̄dico. i. de hoīe. Possum rursus dicere scylla nō currit: sꝫ scylla non est: ergo hoc ꝙ dico nō currit ⁊ de ea re q̄ est valet: ⁊ de ea que nihil ē p̄dicari. Sed forte aliquis hoc quoqꝫ in verbis esse finitis contendat. Possum nāqꝫ dicere equus currit: hipocentaurꝰ currit: ⁊ de ea re. s. que est ⁊ de ea que nō est. Et de p̄terito dixit: ꝙ futurū quidē ante p̄sens tempꝰ est. p̄teritū vero retro relinquit: ⁊ nouo admirabiliqꝫ sermōe vsus est: ꝙ aut complectit: sꝫ nos id quātū latinitas passa est: transferre cū multoqꝫ labore: itꝫ hoc solo ponimꝰ: greca vo orone luculentꝰ dictū est. Ita eni habet Τα Δε. Του μέριξ. Quod qui grece lingue peritꝰ est quantum melius greca oratione sonet: agnoscit.

Ipsa vero scḋm se dicta verba nomīa sunt ⁊ significant aliquid. Constituit enim qui dicit intellectū: ⁊ qui audit quiescit: sed si est vel nō est: nōdū significat: neqꝫ enim signū est rei esse vel nō esse: nec si ipsum est purū dixeris ipsum quidem enim nihil est: cōsignificat autem quandā compositionē: quā sine compositis non est intelligere.

¶ Hoc in loco Porphyriꝰ de stoicoꝝ dialectica: aliarūqꝫ scholarū multa permiscet: ⁊ in alijs quoqꝫ huiꝰ libri partibus idest in expositionibus idē fecit. ꝙ interdū nobis est negligendā. saepe eni superflua expositione magnus obscuritas cōparat. Nūc aūt aristo. sententia huiusmodi est. verba aūt inquit ipsa dicta sm̄ se nomina sunt: nō sm̄ id quod oīs pars orationis cōiter nomē vocat: ut dicimꝰ nomina rerū: sꝫ ꝙ omne verbū per se dictum neqꝫ addito de quo illud p̄dicet tale est ut nomini sit affine. Nā si dicā socrates ambulat: id qḋ dixi ambulat totū pertinet ad socratem. Nulla eni ipsius intelligētia p̄pria est. At vero cū dico solū ambulat: ita quidē dixi tanq̄ȝ si alicui inest. idest tanq̄ȝ si cuilibet ambulet: sꝫ tn̄ per se est p̄priāqꝫ retinens sententiā huiꝰ vbi significatio. vn̄ fit ut apud grecos q̄ȝ cū articularibꝰ p̄positiuis sola verba dicta p̄ferant: ut est. Το μερίπατειν Του περιπατειν Τω περιπατειν. Qḋ si vba cū noibꝰ cōiūgāt in orone greca: articularia p̄positiua addi non possunt nisi sola dicta sint. Quoniā vero significāt rem: ⁊ ita ut quāuis eā significent que alicui insint: tamē ꝙ scḋm se ⁊ per suā essentiā dicātur idcirco sunt nomina: ⁊ ꝙ Aristo. ait: ipsa qḋ scḋm se dicta verba nomīa sunt: tale est ac si diceret: ipsa quidē sola neqꝫ cum alijs iuncta verba nomina sunt. Cuiꝰ rei hoc argumētum reddit. Cōstituit enim inquit qui dicit intellectuȝ: ⁊ qui audit quiescit. hoc aūt tale est. Omne nomē auditum quoniā per syllabas p̄grediēs: vox aliquantulū tēporis spaciū occupit: in ipsa p̄gressione temporis: qua dicit nomen audiētis quoqꝫ animꝰ p̄gredit: ut cū dico imperterritus: sicut per syllabas im ⁊ per et ter ⁊ ceteras progredit nomen: ita quoqꝫ animꝰ audientis per easdē syllabas vadit. Sed vbi quis expleuerit nomē: ⁊ dixerit imperterritꝰ sicut nomē a syllabarū progressione finitum cōsistit: ita q̄ȝ audientis animꝰ cōquiescit. Nā cū nomen audit totuȝ: totam significationē capit: ⁊ animꝰ audiētis: qui dicētis syllabas sequebat volēs qḋ ille diceret intelligere: cū significationē ceperit cōsistit: ⁊ eius animꝰ perfecto omnī nomine cōstituit: hoc est enim qḋ ait: cōstituit enim qui dicit intellectum ⁊ qui audit quiescit. Et enim is qui loquit postq̄ȝ totum sermonē dixerit: audientis animū cōstituit (Non est enim quo progrediat intelligentia) ipsoqꝫ nomine terminato animꝰ auditoris qui p̄grediebat: explicatione nominis constituit ⁊ quiescit ⁊ vltra ad intelligētiā quippe expedita significatiōe nominis nō p̄cedit. sꝫ hoc verbo nominiqꝫ cōmune est: sꝫ si verbū solū dicat. Nā si cū nomine coniungat: nondū audientis constituit intellectꝰ. Est enim quo vltra p̄gredi animus audientis possit. Qḋ cū dico socrates ambulat: hic ambulat nō per se intelligit: sed ad socratem refert: ⁊ in tota oratione cōsistit intellectꝰ non in solo sermone: at vero si solū dictum sit: ita in significatione cōsistit quēadmodū in nomine. Recte igit dictum est: ipsa scḋm se dicta verba nomina esse: quoniaȝ cōstituit is qui dicit intellectū: ⁊ qui audit quiescit. Vel certe erit melior expositio: si ita dicamꝰ: verba ipsa scḋm se dicta nomina eē: idcirco quoniā cuiusdā rei habēt significationē: neqꝫ enim si talis rei significationē retinēt verba: que semp aut in altero sit: aut de altero predicet: idcirco iam nihil oīno significāt: nec ꝙ significāt aliquid qḋ p̄ter subiectum esse nō possit: idcirco iā etiā illud significāt: quod subiectū ē ut cū dico sapit: nō idcirco nihil significat q̄ñ hoc ipsuȝ sapit sine eo qui sapere pōt esse non possit: nec rursus cum dico sapit illū ipsum qui sapiens est significo: sed illud qḋ dico sapit: nomē est cuiusdā rei: que semp sit in altero ⁊ de altero p̄dicet. vnde fit ut intellectꝰ quoqꝫ sit. Nā qui audit sapit: licet per se constantē rem non audiat (in altero nāqꝫ semp est) ⁊ in quo sit dictū nō est: tamē intelligit quidam ⁊ ipsius verbi significatione nitit: ⁊ in ea cōstituit intellectum ⁊ quiescit: ut ad intelligentiā nihil vltra querat omnino sicut fit in nomine. Quēadmodū eni nomen cuiusdā rei significatio p̄pria est per se cōstantis: ita quoqꝫ verbū significatio rei est nō per se subsistentis: sꝫ alterius subiecto ⁊ quodāmodo fundamento nitentis. Est hic questio: nō enim verū videri potest: quod ait. constituit enim qui dicit intellectū ⁊ qui audit quiescit: nā neqꝫ q dicit constituit intellectum: neqꝫ qui audit quiescit. deest enim quidam sermoni uel nomini: ut si quis dicat socrates: mox audientis animꝰ requirit quod socrates faciat ne aliquid: an patiatur: ⁊ nondū audientis intellectꝰ est quietus: cū horum aliquid requirit: ⁊ in verbo idem: cū dico legit: quis legat animus audiēns requirit. Nondū ergo qui dic constituit intellectū: nec qui audit quiescit. Sed ad hoc Aristotelē retulisse putandū est: quoniā quilibet audiēs cum significatiuā vocem ceperit animo: eiꝰ intelligētia nititur: ut cū quis audit homo: quid sit hoc ipsum qḋ accipit mente cōp̄hendit: cōstituitqꝫ animo audisse se animal rōnale mortale. Si quis vero huiuscemodi vocē ceperit: que nihil oīno designet: animꝰ eius nulla significatione neqꝫ intelligentia roboratꝰ errat ac vertit: nec vllis designationis finibus cōquiescit. quare Aristo. recta sententia est: ⁊ verba scḋm se dicta esse nomina: ⁊ dicentē cōstituere intellectum: audientēqꝫ quiescere sꝫ huiusmodi q̄stio ab Alexādro p̄posita est ⁊ ab eodē resoluta. Postq̄ȝ igit Aristo. sm̄ se dicta verba noīa esse cōstituit: inquit: sed si est uel nō est nondū significant. ꝙ huiusmodi est ac si diceret. Significat quidē quidā a verbis velut a noībꝰ: sꝫ nulla tamē inde negatio affirmatio ve perficit. Cum enim dico sapit: est quidē quedam significatio: sed nihil aut esse aut nō esse demonstrat. idest neqꝫ affirmatiuū aliquid: neqꝫ negatiuum est: nam si affirmatio aut negatio in intellectuū compositiōibꝰ inuenitur: ut supra iam docuit: neqꝫ sola noīa dicta neqꝫ verba aut affirmationē: aut vllam faciēt negationē. Pluribus enim modis docuit Aristo. alias nō in rebus sꝫ in intellectibus veritatē falsitatemqꝫ esse constitutā: quoniam si in rebus veritas falsitas ve esset: vna res sola aut affirmatio esset aut que ei contraria est negatio. Nunc vero quoniam in intellectibꝰ iunctis veritas ⁊ falsitas ponit: oratio vero opinōis atqꝫ intellectꝰ passionūqꝫ aie interpres est. Quare sine cōpositione intellectuū verborūqꝫ veritas ⁊ falsitas nō videt existere. quo circa p̄ter aliquā compositionē nulla affirmatio uel negatio est. Verba igit per se dicta significāt quidē quidā: ⁊ sunt rei noīa sꝫ nondū ita significant: ut uel esse uel nō esse aliquid cōstituāt. i. ut affirmationeȝ faciant aut negationem. Nam sicut in nominis partibus aut verbi partes ipse nihil significant: omnes vero designant simul: ita quoqꝫ in affirmatiōibus aut negationibus partes quidam significant: tote vero conitūcte verum falsumve designāt: ut cum dico socrates philosa-

phus est. socrates philosophus non est. singillatim post sepatte propria significatione nituntur: sed nihil verum falsumve significant: omnes vero simul iuncte: ut cum socrates philosophus est: veritatem faciunt. uel q' est huic contrarium falsitatē. Quare cum verba scd̄m se dicta nomina sint: et significant aliquid: & partes quedā eius compositionis sunt que verum falsumve faciant: non tamen ipsa in propria significatione vel esse: quod est affirmationis: vel non esse quod est negationis: designant. nisi enim cuiuslibet verbum illud fuerit additum: non fit enunciatio: ut cum dico sapit: nisi quis sapiat: dicam: propositio non est. Quod autem addit. neq3 enim signum est rei esse vel non esse. tale quidam est: esse quod verbum est: uel non esse qd̄ infinitum verbum est: non est signum rei. idest per se nihil significat. Esse enim nisi in aliqua compositione non ponitur. Uel certe omne verbum dictum per se significat quidem aliquid: sed si est vel non est nondum significat. Non enim cum aliquid dictum fuerit idcirco aut esse aut non esse significat. Atq3 hoc est quod ait: neq3 enim signū est rei esse vel non esse: etenim quam rem verbū designat: esse eius uel non esse non est signum ipsum verbum: quod de illa re dicitur: ac si diceret neq3 enim signum est verbum quod dicitur: rei esse uel non esse. hoc est de qua dicitur re ut id quod dico rei esse vel non esse tale sit: tanq3 si dicam rem ipsam significare esse uel nō esse: atq3 hic est melior intellectus: ut non sit signum verbum eius rei de qua dicit esse uel non esse subsistendi scilicet uel non subsistendi: qd̄ illud quidem affirmationis est: illud vero negationis: ut sit talis sensus: neq3 enim quod dicitur verbum signum est subsistendi rem uel non subsistendi. Sed quod addidit: nec si hoc ipsum est purum dixeris: uel si ita dicamus. Nec si hoc ipsum ens purum dixeris. Alexander quidē dicit est vel ens equiuocum esse. Omnia enim predicamēta: que nullo cōmuni generi subduntur: equiuoca sunt: et de omnibus esse predicatur. Substantia enim est: & qualitas est. &c. Ergo nunc hic dicere videtur ipsum ens vel est: unde esse traductum est per se nihil designat. omne enī equiuocum verbum per se positum nihil designat: nisi enī ad res quaslibet pro voluntate significantis aptetur: ipsum per se eo nullorum designatiuum est: quod multa significat. Porphyrius vero aliam protulit expositionē: que huiusmodi est: Sermo hic: quem dicimus est: nullam per se substantiam monstrat: sed semper aliquam coniunctionē vel earum rerum que sunt. si simpliciter opponatur: vel alterius scd̄m participationem: nam cum dico socrates est: hoc quod dico socrates aliquid eorum est que sunt: & in rebus his que sunt socratem iungo: si vero dicam socrates philosophus est: hic inquam socrates philosophia participat. Rursus hic quoq3 socratem philosophiamq3 coniungo: ergo hoc q' dico est vim coniunctionis cuiusdam obtinet non rei: quod si propositionē aliquam copulationemq3 pmittit: solū dictū nihil omnino significat: atq3 hoc est qd̄ ait: nec si hoc ipsum est purum dixeris. idest solū: nō modo neq3 veritatem neq3 falsitatem designat: sed omnino nihil eo: & quod sequit' est planū fecit: significat inquit quandam compositionē: quam sine compositis nō est intelligere. Nam si est verbum compositionis coniunctionis sq3 cuius istam vim & propriū obtinet locum: purum & sine coniūctione predicatum nihil significat: sed cum ipsam compositionem quā designat: cum fuerit coniunctum ea que cōponuntur significare potest: sine compositis vero quid significet: non est intelligere. Uel certe ita intelligendum est quod ait: ipsum quidem nihil est: non quoniā nihil significet: sed quoniā nihil verum falsumve demonstret: si purum dictum sit: cum enim coniungitur: tunc fit enunciatio. Simpliciter enim dicto verbo nulla veri uel falsi significatio est: & sensus quidem totius huiusmodi est: ipsa verba quidem per se dicta nomina sunt: nam & qui dicit intellectum constituit: & qui audit quiescit: sed quāq3 significēt aliquid verba nondum tamē affirmationē negationēve significant. Nam quāuis rem designent: nondum tamen subsistendi eius rei signum est: nec si hoc ipsum est uel ens dixerimus. aliquid ex eo verum uel falsum poterit inueniri. Ipsum enim quāq3 significet aliquid: nondum tamen verum uel falsum est: sed in compositione fit enunciatio: & in ea veritas uel falsitas nascit: quas veritatem falsitatēq3 sine his que componunt: contingunturq3 intelligere impossibile est. & de verbo quidem & nomine sufficienter dictū est. Secūdo vero volumine de oratione est p̄dicendū.

Incipit cōmentariorum liber secundus.

Si quantū labor humanum genus excolit: & beatissimis ingenij fructibus complet: si in tantū cura exercende mentis insisteret: non tam raris homines virtutibus viverent: sed ubi desidia detinuit animos: continuo fertilibus seminarijs animi uber horrescit. Nec hoc cognitione laboris inuenire consuescerim: sed potius ignorantia: quis etiam laborandi peritus vinc3 a labore discesserit. Quare intendende vires mentis sunt. ut umq3 est omnium animū si remittatur. Mihi autem si potentior diuinitatis annuerit fauor hec fixa sententia est: ut quāq3 fuerint preclara ingenia: quorum labor ac studium multa de his que nunc quoq3 tractamus: latine lingue contulerunt: nō tamen quēdam quodamodo ordinem filumq3 dispositione disciplina um gradus ediderunt: Ego omne Aristotelis opus quodcunq3 in manus venerit. in romanū stilum vertens: eorum omniū cōmenta latina oratione perscribā: ut si quid ex logice artis subtilitate: & ex moralis grauitate peritie: & ex naturalis acuminis veritate ab Aristotele conscriptum est: id omne ordinatum transferam: atq3 id quodam lumine cōmentationis illustrem: omnesq3 Platonis dialogos vertendo: uel etiam cōmentando in latinam redigam formam. His peractis non equidem contēpserim Aristotelis Platonisq3 sententias in unam quodāmodo reuocare concordiam: eosq3 non ut plerique dissentire in omnibus: sed in plerisq3 et his in philosophia maxime consentire demōstrē. & hec si vita ociumq3 superent cum multa operis huius vtilitate: nec non etiam labore contenderim: quā in re faueant oportet: quos nulla coquit inuidia. Sed nunc ad proposita reuertamur. Aristoteles namq3 inchoans librum primo nomen diffiniendum esse proposuit: post verbum: hinc negationem. post hanc affirmationem: inde consequenter enunciationem: orationem vero postremā. Sed nunc cum de nomine & verbo dixerit conuerso ordine quod ultimum proposuit: nunc exequitur primū de oratione namq3 disputat: quam postremam in operis dispositione proposuit. ait enim.

Oratio aūt est vox significatiua: cuius partium aliquid significatiuum est separatum: ut dictio: non ut affirmatio vel negatio. Dico autem: ut homo significat aliquid: sed non quoniam est aut non est: sed erit affirmatio vel negatio: si quid addatur: sz non una hominis syllaba: nec enim in hoc quidem quod est sorex rex significat: sed vox est nunc sola. In duplicibus vero significat quidem aliquid. sed non scd̄m se: quemadmodū dictum est.

¶ Uidetur Aristoteles illas quoq3 voces orationes putare: quecunq3 uel ex nominibus uel ex verbis consistunt: non tantum que integrum colligant intellectum: ut sunt socrates & plato. & ambulare & dicere. hec enim quāquam pleni intellectus non sint: verbis tamē & nominibus cōponuntur: ait enim orationem esse vocem significatiuam: cuius partes significarent aliquid separatim: significarent

inquit non consignificarent: ut in nomine ⁊ verbo. Do cet autem illa quoqꝫ re: cum etiam imperfectas compositas sint ex nominibus ac verbis voces orationes dicere: quod aut cū de nomine loqueretur: in eo ꝙ est equiferus nihil significare ferus: quemadmodū in oratione: que est equus ferus: nam̄qꝫ equus ferus vox composita ex nominibus est: sed sententiam non habet plenā: et hec vox: quemadmodum in oratione que est equus ferus. Nam si scd̄m Aristotelem equus ferus est oratio: cur non alie quoqꝫ que nominibus verbisqꝫ consistent: quāquam sint imperfecte sententie: tamē orationes esse videātur: cum presertim orationem ipse ita diffiniat? Oratio est vox significatiua: cuius partium aliquid significatiuum est separatum. In his ergo vocibus que verbis ⁊ nominibus componuntur: partes extra significant: ⁊ non consignificant. Nam si nomen ⁊ verbum significatiuum est separatum: in his vero vocib⁹ que verbis ⁊ nominibus cōponuntur: partes extra significant: non consignificant: et q̄ voces imperfecte nominibus ⁊ verbis composite orationes sunt. Nam si nomē omne ⁊ verbum significatiuum est: he autem voces id est orationes nominibus componuntur ⁊ verbis: dubium non est in his vocibus que ex nominibus ⁊ verbis coniūcte sunt partes per se significare: ꝙ si hoc est: ⁊ vox cuius partium aliquid separatum ⁊ per se significat: licet sit imperfecte sententie: tamen orationem esse manifestum est. Sed quod addit orationis partes significare: ut dictionem: non ut affirmationem uel negationem: Alexander ita dictum esse arbitratur. Sunt enim inquit alie quidem simplices orationes: que solis verbis ⁊ nominibus coniungūtur: alie vero composite: quarum partes in vnum corpus iuncte iam faciunt orationes: ⁊ simplices quidem orationes partes habent eas: ex quibus componuntur: verba ⁊ nomina ut est socrates ambulat. Composite autem aliquotiens quidem tantum orationes: aliquotiens vero etiam affirmationes: ut cum dico socrates ambulat: ⁊ plato loquitur vtreqꝫ sunt affirmationes. Vel cum dico. Aio te eacida. Romanos vincere posse. ex orationibus non ex affirmationibus componitur talis oratio. Prior autem simplicitas est: posterior vero compositio. In quibus est autem prius uel posterius aliquid: illud sine dubio diffiniendū est priori loco: quod natura quoqꝫ precedit. Ita ergo quoniā prior simplex oratio est: posterior vero composita: prius simplicem orationē diffinitione constituit dicens: cuius partes significantur dictio: nō ut affirmatio: dictionem simplicis nominis aut verbi nuncupationem ponens. In simplicibus enim orationibus huiusmodi partes sunt. In compositis vero aliquotiens quidem orationes: tantum aliquotiens vero affirmationē: vt supra monstrauimus: addit quoqꝫ illud. Omnem inquit diffinitionem uel contractionem esse diffinita specie nil excedere non oportet: ꝙ si Aristoteles ita constituisset diffinitionem: ut significare partes orationis diceret ut orationes: ac non ut dictiones: simplices orationes ab hac diffinitiōe secluderet. Orationū namqꝫ simplicium partes non ut orationes: sed ut simplicia verba nominaqꝫ significant. Nam si omnis oratio orationes habebit in partib⁹: rursus ipse partes que sunt orationes: alijs orationibus coniungentur: ⁊ rursus partium partes: que eedē quoqꝫ orationes sint alias orationes habebunt in partibus: at si quis hoc intelligentia sumpserit: ad infinitū procedet: nec vlla erit prima oratio: que simplices habeat partes. Neqꝫ enī fieri potest: ut prima dicatur oratio: que alias orationes habet in partibus: partes enim priores sunt propria cōpositione: quod si in infinitū ducatur intelligentia. nulla prima oratio reperitur: ⁊ cū nulla sit oratio prima: nec vlla postrema est. Quo circa interrupta: prima atqꝫ postrema omnis quoqꝫ interimit ⁊ nulla omnino erit oratio: quare nō recta fuisset diffinitio: si ita dixisset. Oratio est vox significatiua: cuius partes aliquid extra significant vt orationes. At vero inquit Alexander. Nec si quedam orationes in partibus continent: idcirco iam necesse est ipsarum orationum partes affirmationes esse: ut cum dico. Desine meqꝫ tuis incendere teqꝫ querelis. Est ergo huius orationis pars vna. Desine meqꝫ tuis incendere: ⁊ eqꝫ querelis alia: neutra harum affirmatio est: quāquam videatur esse oratio. Quo circa nec illa fuisset recta diffinitio: si ita dixisset. Oratio est vox significatiua cuius partes extra aliquid significant: ut affirmatio: huiusmodi enim orationes cum sint eius partes ex orationibus iuncte: non tamen affirmationibus totū ipsius corpus orationis efficitur. Sed quoniam in omni oratione verba sunt ⁊ nomina: que simplices sunt dictiones: non autem in omnibus orationibus aut affirmationes aut orationes partes sunt: quod commune erat: id in diffinitione constituit: tanquam si ita diceret. Oratio est vox significatiua secūdū placitum: cuius partes aliquid extra significant. Ex necessitate quidem ut dictio. Non tamen semper: ut affirmatio aut oratio. Neqꝫ enim potest fieri: ut inueniatur oratio: cuius partes non ita aliquid extra significent ex necessitate ut nomen aut verbum cum inueniri possit: ut ita extra significent orationis partes, ut tantum orationes aut affirmationes nō sint. Quare si ita dixisset. oratio est vox significatiua: cuius partes aliquid extra significant: ut affirmatio: illas orationes hac diffinitione nō circūscripsisset: quarum partes quidem orationes sunt sed non affirmationes. ut ille versus est: quem supra iam posui. Sin vero sic dixisset. Oratio est vox significatiua: cuius partes extra significant: aliquid ut oratio: illas orationes in diffinitione reliquisset: quarum partes simplices sunt: ut est socrates ambulat. Sed cū dicit orationis partes ita significare vt dictiones nō omnino ut affirmationes ⁊ simplices ⁊ compositas hac diffinitione conclusit. Simplices quidem idcirco ꝙ quelibet simplex paruissimaqꝫ oratio nomine ⁊ verbo coniungitur: que sunt simplices dictiones. compositas vero: que cum habent orationes in partibus: partes ipse habent simplices dictiones: que ipse simplices dictiones totius corporis partes sunt: ut cum dico si dies est lux est dies est: ⁊ lux est: partes sunt totius orationis. Sed rursus harum partium partes sunt dies ⁊ est: ⁊ rursus lux et est: que rursus totius orationis per quam dico si dies est: lux est: partes sunt. sed dies ⁊ est: ⁊ rursus lux et est sunt simplices dictiones. Quocirca etiā compositarum orationum partes indubitanter: ita semper significant vt dictiones: non ut affirmationes: aut quedam orationes. Quare hanc diffinitionē Aristoteles recte constituit. Ad hanc ergo sententiam locum hunc Alexander expedit: Illud quoqꝫ addens sepe Aristotelem de affirmationibus dicere dictiones: quod distinguere volens: cum diceret ita significare partes orationis tanquā dictionem: ne forte dictionē hanc aliquis in affirmationem susciperet: addidit ut dictio non ut affirmatio: tanquam si diceret. duplex quidem est dictio vna simplex: alia vero affirmatio. Sed ita partes orationis aliquid extra significant: ut ea dictio: que est simplex: non ut ea que est affirmatio. ⁊ huiuscemodi quodammodo intellectum tota Alexandri sententia tenet. Porphyrius quoque in eadem sententia est: sed in vno discrepat: cuius expositio talis est. Dictio inquit est simplex nomen: et simplex etiam verbum: ⁊ ex duobus compositum: ut cū dico socrates: vel rursus ambulat: vel equiferus: procedit etiam nomen dictionis ad orationes quidem: sed

simplicibus verbis et nominibus coniunctas: ut cum dico socrates et Plato et si fit ex composito nomine: ut est equiferus et homo. Hec orationes quanquam coniuncte sint atque imperfecte: tamen dictionis nomine nuncupantur: necnon etiam transit nomen hoc dictionis usque ad perfectas orationes: quas enunciationes nuncupari posterius est dicendum. Est autem enunciatio simplex: ut si quis dicat socrates ambulat. Et hec dicitur affirmatio: huius negatio est: Socrates non ambulat. Simplices ergo enunciationes sunt affirmationes vel negationes: que singulis verbis ac nominibus componuntur. Itaque cum dico cum dies est lux est: tota quidem huiusmodi oratio dictio esse non dicitur. Composita namque coniunctaque est ex orationibus: que sunt dies est et lux est. Hec autem sunt affirmationes: et dicuntur dictiones. Ipse vero affirmationes: que dictiones sunt: habent rursus alias dictiones simplices: ut est dies et est: et rursus et lux et est: ergo cum dico Socrates ambulat: hec oratio partes habet dictiones: nomen scilicet et verbum: que dictiones quidem sunt non tamen affirmationes. Sin vero dicam Socrates in lycio cum Platone, et ceteris discipulis disputant. Hec pars orationis que est. Socrates in litio. ipsa quoque est dictio: sed non ut simplex nomen vel verbum: que dictiones quidem sunt non tamen affirmationes: neque ut affirmatio: sed tantum ut imperfecta oratio que verbis tamen nominibusque composita est: quod si sic dicam si homo est animal est. Hec rursus oratio habet dictiones in partibus: sed neque ut simplices dictiones: neque ut imperfectas orationes: sed ut perfectas: simplicesque affirmationes: et una est affirmatio animal est: alia vero homo est. Tota vero ipsa oratio dictio non est quod si dicam si animal non est homo non est. rursus hec oratio ex duabus simplicibus dictionibus negativis videtur esse composita: que nihilominus tota dictio non est. Ita ergo dictio inchoans a simplicibus nominibus atque verbis usque ad orationes quamuis ad imperfectas prouehitur: nec in his tantummodo consistit: sed ultra etiam ad simplices affirmationes negationesque transit: et in eo progressionis terminum facit: ergo quoniam non omnis oratio partes habet affirmationes et negationes: que sunt simplicium dictionum perfecte enunciationes: quoniamque non omnis oratio imperfectas orationes habet in partibus: omnis tamen oratio simplices dictiones retinet: quippe cum omnis oratio ex verbis nominibusque iungatur: hoc ait. Orationis partes significare semper quidem ut dictiones: non tamen semper ut affirmationes consentiente Alexandro: cuius expositionem supra iam dociu: atque ita diligentior ut lector differentias eorum recte perspiciet: et consentientes qui communicant intellectus. Hoc loco Aspasius inconuenienter interpretapit: ait enim Aristotelem non in omnes orationes diffinitionem constituere voluisse: sed tantum simplices: que ex duobus constant verbo scilicet et nomine: sed ille perfalsus est. Neque enim si simplex oratio simplicibus verbis nominibusque consistit: idcirco non composita quoque oratio verba et nomina similiter in partibus non habet Quod si hoc commune est simplicibus orationibus atque compositis: ut habeant in partes quidem dictiones simplices: non etiam affirmationes: ut etiam orationes que affirmationes habent. Hec tamen habeant in partibus simplices dictiones: Cur autem hanc questionem in Aristotelem iaciat: ratione relinquitur Syrianus vero qui philoxenus cognominatur: non putat orationes esse: quoniam intellectus sit imperfectus: atque ideo nec eas aliquas habere partes. Nam etiam dicat plato in achademia disputans. Hec quoniam perfecta non est: partes inquit non habet: arbitrans omne quod imperfectum est: nullis partibus contineri: atque ideo cum dicit Aristoteles: oratio est vox significatiua: cuius partes aliquid extra significant: illam orationem constituit putat que perfectum retinet sensum: ipsius enim partes esse verba et nomina. Sed hoc ridiculum est. Neque enim aliquid compositum fieri potest: nisi propriis partibus. Quod si quelibet res ut componatur habeat decem partes: eas tamen singillatim apponi necesse sit: antequam ad decimam veniamus partem: nihilo tamen minus erunt: quas sibimet ad componendam totius corporis summam singillatim superponimus: etiam ad si illud: quod componendum fuit: minime peruentum est. Quocirca si antequam perueniatur ad decimam partem priores effecti compositique partes sunt nulla ratio est imperfecte rei partes dici non posse. Neque enim dicitur totius compositi partes esse: que sunt imperfecti: ut si sit integrum nomen: habeat partes quatuor id est syllabas: ut mercurius: si unam syllabam demam: dicamque mercuri: uel si unam rursus duasque ponam: ut sunt meren: huius tamen utraque syllaba me scilicet et ren. partes sunt. et cum sit compositio ipsa sensu vacua: ac sit imperfecta: tamen partibus continetur Syrianus igitur minime audiendus est. Sed porphyrius potius: qui ita Aristotelis mentem sententiamque persequitur: ut eius diffinitionem que vera est: labare et in aliquibus aliis discrepare non faciat. De his quidem hactenus. Porphyrius autem ita dicit. Volens inquit Aristoteles ostendere non omnem orationem: aut simplices tantum habere partes aut compositas: a simplicibus sumpsit exemplum: ut diceret significare partes orationis ut dictionem non ut affirmationem: ut cum est oratio. Plato disputat dictiones quidem sunt sed non ut affirmationes. Si vero sic esset oratio. si plato disputat: verum dicit: Plato disputat: et verum dicit. cum sint dictiones: non sunt tantum ut simplices: sed etiam ut affirmationes. Neque enim simplex dictio affirmatio est aut negatio: sed tunc fit cum additur aliquid: quod aut affirmationis vim teneat aut negationis: atque hoc est quod ait. Dico autem ut homo significat aliquid: sed non quoniam est: aut non est: sed erit affirmatio uel negatio: si quid addatur. Huiusmodi hoc est tanquam si diceret: nomen quidem simplex affirmationem: aut negationem non facit: nisi aut est verbum addatur: que est affirmatio: aut non est que est negatio. Quod autem addit: sed non una hominis syllaba: nec in eo quod est sorex rex significat: sed vox est nunc sola. In duplicibus vero significat quidem: sed nihil secundum se: quemadmodum dictum est. Huius loci duplex est expositio. Quod enim dixerat prius: sed erit affirmatio uel negatio si quid addatur ei dictioni: quam supra simplicem esse proposuit: cum de significatiua orationis parte loqueretur: nunc id adimplet et explicat dicens: non si quilibet addatur simplici dictioni: statim fieri affirmationem uel negationem: nec vero orationem neque enim si quid non per se significatiuum dictioni simplici copuletur: idcirco iam uel oratio vel affirmatio uel etiam negatio procreabitur: neque enim si una syllaba hominis que significatiua per se non est: copuletur eidem ipsi dictioni: iam ulla inde procreatur oratio. Quod si oratio non fit: nec affirmatio nec propositio est: hec enim orationes quedam sunt: ut si quis ex eo quod est homo tollat unam syllabam eamque toti dictionis simplici apte: dicatque hohomo uel alio quolibet modo decidens partem toti corpori dictionis adiiciunt non faciet orationem. Quod si hoc est: nec affirmationem nec negationem: que quedam sunt orationes. Ita ergo accipiendum est: tanquam si hoc modo dixisset. dico autem ut homo significat ali-

quid: sed non quoniam est aut non est: sed erit affirmatio: vel negatio si quid addatur: sed non ut una hominis syllaba addatur nec cuiuslibet alterius dictionis. si quid non per se significat. ut in eo quod est sorex rex non significat: sed vox est nunc sola. Atque ideo si quis velut partem tollat id quod est rex: apponatque ei quod est sorex: dicatque sorex rex: ut rex tanquam pars sit eius quod est sorex: oratio nulla est: atque ideo neque affirmatio nec negatio. Hec enim ex vocibus per se significativis constant. Rex vero in eo quod est sorex: quoniam pars est nominis: nihil ipsa significat. Vel certe erit melior intellectus. si hoc quod ait. sed non una hominis syllaba. non aptemus ad orationis perfectionem: sed potius ad dictionis significationem: ut quoniam dixit superius orationis partes significans ita ut dictionem non ut affirmationem: que esset dictio manifeste monstret. Dictionem namque constituit vocem per se significantem. ergo cum dicit. Sed non una hominis syllaba. tale est acsi diceret. significat quidem pars orationis ut dictio. Sed he ipse dictiones perfecte nomina sunt et verba: non partes nominum verborumque. In eo enim quod est equiserus currit: equiserus quidem dictio est totius orationis significat enim ut pars orationis. sed serus consignificat ut pars nominis. atque ideo serus dictio non est. Quocirca sique alie syllabe in parte orationis sunt. id est in nomine vel verbo: nihil per se significant. quanquam sint in parte nominis: quod nomen pars orationis est: nihil tamen ipsum significat in tota oratione: quare nec dictio erit. Audiendum ergo est ita: tanquam si sic diceret. Oratio autem est vox significativa: cuius partium aliquid significativum est separatum: ut dictio: non ut affirmatio. dico autem ut homo significat aliquid. et est quedam dictio simplex. Nam neque oratio est quoniam simplex est: nec affirmatio neque negatio: quoniam non significat: aut esse aut non esse. Sed erit tunc affirmatio: quando aliquid additur: quod affirmationem negationemve constituat. Sed quod ad dictionem esse id dicimus clamamus homo. Idcirco dictio est. quoniam per se significat. Syllaba vero eius nominis quod est homo: quoniam nihil designat: non est dictio. Hoc est enim sed non una hominis syllaba. vel si videatur quidem significare: pars tamen sit nominis: et consignificet in nomine. in tota oratione nihil significat. Neque enim pars orationis est. Quod per hoc dixit quod ait. nec in eo quod est sorex rex significat. sed vox est nunc sola nihil significans: unde probatur huiusmodi particulas non esse dictiones. Vox enim sola non est dictio. sed vox per se significans. Si qua autem sunt inquit nomina: que sint composita ex aliis: ut est equiserus etenim tunc quidem quandam imaginem significandi: sed per se nihil significant: consignificant autem. In simplicibus vero nominibus nec imaginatio ulla significandi est: ut in eo quod est cicero. partes eius cum simplices sono: cum etiam intellectu preter cuiuslibet imaginationis similitudinem significationemve sunt. In duplicibus vero vult quod est pars significare: sed nullius separatum significatio est. Idcirco quoniam solum consignificat id quod totus compositi nominis corpus designat. ipsum vero separatum (ut sepius dictum est) nihil extra significat.

Est autem oratio omnis quidem significativa non sicut instrumentum: sed (quemadmodum dictum est) secundum placitum.

¶ Secundum placitum esse orationes illa res approbat: quod earum partes sunt ad placitum id est nomen et verbum. Quod si omne compositum ab his ex quibus est compositum: sumit naturam. Vox que positione constitutis vocibus iungitur: ipsa quoque secundum placitum positionemque formatur. Quare manifestum est orationem secundum placitum esse. Plato vero in eo libro: qui scribitur cratylus: aliter esse constituit: eamque dicit supellectilem quandam atque instrumentum esse significandi res eas que naturaliter intellectibus concipiuntur: earumque intellectum vocabulis discernendi. Quod si omne instrumentum naturalium rerum secundum naturam est: ut videndi oculus. nomina quoque secundum naturam esse arbitratur. Sed hoc Aristoteles negat. et Alexander multis in eo nititur argumentis monstrans orationem non esse instrumentum naturale. Aristoteles vero ita utitur dicens. Est autem oratio omnis quidem significativa non sicut instrumentum. tanquam si diceret. Est quidem omnis oratio significativa non tamen naturaliter. instrumentum enim hoc demonstrat. tanquam si diceret naturaliter significare. Et qui instrumentum orationem esse negant: non eam naturaliter significare dicunt: sed ad placitum. Naturalium enim rerum naturalia sunt instrumenta. Idcirco autem instrumentum pro natura posuit: quod (ut dictum est) plato omnium artium instrumenta secundum naturam ipsarum artium consistere proponebat. Et alexander quidem non esse instrumentum orationem sic ingreditur approbare. Omnis inquit naturalium rerum supellex ipsa quoque naturalis est: ut visus quoniam natura datur: eius quoque supellex est naturalis: ut oculus. Eodem quoque modo auditus cum naturalis sit: aures nobis que sunt audiendi instrumenta naturaliter esse datas cognoscimus. Quare quoniam oratio ad placitum non naturaliter est. partes enim manifestum est orationis ad placitum positas: que sunt scilicet nomina et verba: sicut monstrat apud omnes gentes diversitas vocabulorum. Quoniam ergo per hec secundum placitum omnis oratio esse monstratur. Quod autem secundum placitum est: non est secundum naturam. non est ergo oratio supellex. Significandi enim ratio atque potestas naturaliter non est. Quod si oratio naturaliter non est: non est supellex. His aliisque similibus rationibus monstrat non esse supellectilem orationem. Quocirca dicendum nobis est: naturaliter quidem esse vocem potestatemque naturaliter vocabula rebus imprimendi: non tamen naturaliter significativas: sed positione. Sicut ergo naturaliter singularum artium sumus susceptibiles: sed eas non naturaliter habemus: sed doctrina concipimus. Ita vox quidem naturaliter est: sed per vocem significatio non naturaliter. Neque enim vox sola nomen est aut verbum: sed vox quedam addita significatione. et sicut naturaliter est moveri: saltare vero cuiusdam iam artificii: et positionis: et quemadmodum ea quidem naturaliter est. Saltatio vero positione vel arte. Ita quoque possibilitas ipsa significandi: et vox naturalis est. Significatio vero per vocem positionis est: non nature. Hactenus quidem de communi oratione locutus est: nunc autem transit ad species eius. Ait enim.

Enunciativa vero non omnis: sed illa in qua verum vel falsum inest. non autem in omnibus inest: ut deprecativa oratio quidem est: sed neque vera neque falsa. cetere quidem igitur relinquantur. rhetorice enim vel poetice convenientior consideratio est. enunciativa vero presentis speculationis est.

¶ Species quidem orationis multę sunt: sed eas varie partiuntur: at vero peripatetici quinqꝫ partibus omnes species orationis ac membra distribuunt. Orationis autem species dicimus perfectę: non eius quę est imperfecta. perfectas autem voco eas quę complent expediuntqꝫ sententiam. Et sit nobis hoc modo diuisio. Sit genus oratio, orationis aliud est imperfectū: quod sententiam non expedit ut si dicam plato in licio: aliud vero perfectum. Perfectę autem orationis alia est deprecatiua: ut adsit letitię bacchus dator. Alia imperatiua: ut accipe daqꝫ fidem. Alia interrogatiua: ut quo teneri pedes: an quo via ducit? in vrbem. Alia vocatiua: ut o qui res hominumqꝫ deumqꝫ eternis regis imperiis. Alia enunciatiua: ut dies est. dies non est. In hac sola quę est enunciatiua: veri falsiue natura perspicitur. In cęteris enim neqꝫ veritas neqꝫ falsitas inuenitur. ⁊ multi quidem plures species esse dicunt perfectę orationis. alij autem innumeras eorum differentias produnt. sed nihil ad nos. Cunctę enim species orationis aut oratoribus accōmodatę sunt aut poetis. sola enunciatiua philosophis. Ergo hoc dicit. Nō omnis oratio enunciatiua est. Sunt enī plurimę quę enunciatiuę non sunt: ut hę quas supra posui. Hęc autem sola est in qua verū falsumve inueniri queat. Quocirca quoniaꝫ illam in qua veritas vel falsitas inuenitur: dialecticis philosophisqꝫ est requirere. Cętere autem oratoribus atqꝫ poetis accommodatę sunt: iure de hac sola tractabit. id est de enunciatiua oratione. Hucusqꝫ ergo de partibus interpretationis: et de cōmuni oratione locutus est. Nunc autē astringit modum disputationis in speciem: ⁊ de vna specie orationis tractat: deqꝫ vna interpretatione quę est enūciatiua. Species nanqꝫ est enunciatio interpretationis: negatio vero et affirmatio enunciationis. Quare de enunciatiua oratione considerandi hinc cum ipso Aristotele cōmodissimum sumamus initium.

Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio: alię vero omnes coniunctione vnę. Necesse est autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo esse vel casu verbi. etenim hominis ratio si non est: aut fuit: aut erit: aut aliquid huiusmodi addatur: nondum est oratio enunciatiua. Quare autē vnum quidam est: et non multa animal gressibile bipes. Neqꝫ enim eo quod propinque dicuntur. vnum erit. est autem alterius hoc tractare negocij.

¶ Una oratio duplici modo tractatur: vel cum per se vna est: vel cum per aliquam coniunctionem iungitur. Vel certe ita dicendum est. Alię orationes naturaliter vnę sunt: alię vero positione. Et naturaliter vnę quidem sunt orationes quę non dissoluuntur in alias orationes: ut est sol oritur. Quę autem positione sunt vnę in alias orationes dissoluuntur: ut est. si homo est animal est. hęc enim in orationes alias separatur. et quemadmodū lignum vel lapis singillatim in propria natura consistunt et sunt vna; ex his autem facta nauis vel domus quę cum pluribus quidem consistit: vnę tamen arte sunt. non natura. Ita quoqꝫ in orationibus simplices eas et per se naturaliter vnas orationes dicimus: quę verbo tantū ⁊ nomine iunguntur. Compositas autē quę in alias (ut dictum est) orationes diuiduntur. multas enim orationes in huiusmodi orationibus coniunctio iungit: ut si dicam Plato est ⁊ socrates est. hęc coniunctio et vtrasqꝫ coniunxit. atqꝫ ideo vna videtur positione: quę naturaliter ⁊ per se vna nō fuerat. naturaliter autem vnius orationis duę partes sunt affirmatio ⁊ negatio. sed quoniā non ita dixit. est autem vna oratio enunciatiua affirmatio vel negatio. est enim vna coniunctione. Sed ait. Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio. deinde negatio. huiusmodi oritur questio. Utrum id ꝙ ait prima ad affirmationem referatur. ut sit posterior negatio. an id ꝙ ait prima ad simplicē retulerit orationem: ut secunda sit: quę ex orationibus iungit. quam dubitatem ipse dissoluit. Sic enī inquit. Est autē vna prima oratio enūciatiua affirmatio: ⁊ ut quam secundam diceret demōstraret ait. deinde negatio. ut primam affirmationem poneret: secundam negatiōem. Quod si ita dixisset. est autem vna prima enūciatiua oratio affirmatio: vel negatio deinde coniunctione vnę. ita oporteret intelligi tanquā si diceret illam esse primam orationē quę simplex esset: cuius partes affirmatio essent atqꝫ negatio. Secundam vero illam quę coniunctione quadam vna fieret: cum ex orationibus iungeretur. Sed quoniaꝫ id quod ait prima ad affirmatiōem iunxit dicens. est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio. ad negationem vero deinde subiunxit dicens: deinde negatio. Dicendum est primam eum orationem esse arbitrari affirmationem. Secundam vero negationem: cui deinde continenter apposuit. Sed rursus incurrimus Alexandri questionem. Per hoc enim negat affirmationem negationemqꝫ sub vno genere poni oportere id est sub enunciatione: ꝙ in his quę priora vel posteriora sunt: commune genus non potest inueniri. Sed hoc supra iam dictum est non oportere omnia quęcūqꝫ quolibet modo priora vel posteriora sunt. a genere communi secernere. Alioquin sic primę ⁊ secundę substantię sub vno genere substantię non ponentur. Sic etiam simplices ⁊ compositę orationes. quarum simplices propositiones primę sunt: posteriores compositę vno genere non continebuntur. Sed illa sola putanda sunt sub eodem genere poni non posse: quę ad substantiam priora vel posteriora esse cognoscimus. Quę vero ad suum esse equalia sunt: nihil prohibet sub eodem genere vtraqꝫ constitui. Ergo quoniam affirmationi ⁊ negationi hoc est esse. ꝙ in his veritas ⁊ falsitas reperitur. hęc autem est enunciatio: in qua scilicet veritatis ⁊ falsitatis constituta sit ratio. quoniam ad id quod veri falsiue significatiuę sunt neqꝫ affirmatio prior: neqꝫ negatio posterior est. Nullus dubitat quin equaliter participant affirmatio et negatio: eidē generi posse supponi. sed affirmatio ⁊ negatio equaliter participāt enūciatione: siquidem enunciatio veri falsiqꝫ vtitur significatione. ⁊ affirmatio ⁊ negatio veritatem atqꝫ mendacium equaliter monstrant. enunciatio igitur affirmationis ⁊ negationis genus esse ponenda est. Quod ergo ait. Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio; deinde negatio alię vero coniunctione vnę. Ita intelligendum est: ꝙ affirmationem primam; secundam vero negationem: cui addidit deinde: in prolatione posuerit. prior enim est affirmatio: posterior negatio in prolatione duntaxat; non secundum veri falsiqꝫ designationem. Quocirca nihil prohibet ⁊ priorem putari affirmationem negatione: ⁊ tamen vtrasqꝫ sub vno genere id est enunciatione constitui. Sed quod secutus est. Necesse est autem omnem orationem enunciatiuam ex verbo esse vel casu. huiusmodi est. volens Aristoteles distribuere dictionē: affirmationē: negationē: enunciationē: contradictionē: sensum cōfusū breuitate permiscuit

et nebulis obscuritatis implicauit: oportuit namque prius
quid esset dictio. post autem quid affirmatio: et negatio:
et rursus quid esset enunciatio et contradictio constituere.
Sed hoc interim pretermittit. nunc vero quemadmodum
constituatur enunciatio docet dicens. Nō omnis enun-
ciatio constet verbo: quoniam simplex dictio est nomē aut
verbum. Omnis enunciatio simplex huiusmodi est: ut
semper quidem vel verbum vel aliquid q̄ idem valeat:
tanquā si diceretur: verbum vel casum verbi in predica-
tione retineat. sed non semp subiectus terminus sit ex no-
mine: semper tamē predicatus ex verbo sit enim huiusmo
di propositio: que est sol oritur. in hac ergo propositione q̄
dico sol orit. subiectū est sol. q̄ vero dico orit predicatū. et
vtrasque has dictiones terminos voco. sed quodcunque prius
dicit in simplici enūciatione: illud subiectum est: vt in hac
sol. quod vero posterius: illud predicatū: ut in eadem ori-
tur. Ergo necesse est omnē enunciatiuā orationē si simplex
sit verbum in predicatione retinere: ut in eadem ipsa: cum
dico sol oritur. oritur verbum est. vel quod idem valeat: ut
est socrates nō ambulat. non ambulat enim infinitum ver
bum est: et verbū quidem non est: sed eandem vim retinet
quam verbū. Casus etiam verbi ponitur sepe: ut socrates
fuit. subiectus vero terminus non semp consistit in nomine
potest enim infinitū nomen habere ut cum dico, nō ho-
mo ambulat. potest et verbū: ut cum dico. ambulare moue
ri est. ergo (ut arbitror) plene monstratū est nō semp sub-
iectū nomen esse: sed semper predicatū in solo verbo consi
stere. Approbans ergo verba semper in predicationibus
poni. hoc addidit. nisi enim aut est aut fuit aut aliquid hu
iusmodi sit additū: aut q̄ idem valeat apponatur: enuncia-
tio non fit. cum enim dico homo est. est verbum in predica
tione proposui. Sin vero dico. homo viuit. idem valet
tanquā si dicam homo viuus est. Ergo non posse sine verbo
affirmationem negationēve constitui docuit per id quod
ait. etenim hominis ratio si non aut est: aut erit: aut fuit:
aut aliquid huiusmodi addatur: nondum est oratio enun-
ciatiua. Hoc enim dicere videtur. Diffinitio hominis est
verbi gratia animal gressibile bipes. et hec ratio est huma
ne substantie. ergo hec ratio nisi ei est. aut erit: aut fuit: aut
quodlibet verbum (sicut supra dictum est) apponatur: enū
ciatio non fit. neque enim verum neque falsum est. Si enim
dicam tantū animal gressibile bipes. nulla me veritas mē
daciumve consequit. Sin autem dixero animal gressibi-
le bipes est vel non est. affirmatio mox negatioque conficit
quas enunciationes esse quis dubitet. Sed cum de sim-
plicibus enunciationibus loqueret ait. hominis rationē
id est diffinitionē non esse enūciationem: nisi ei aut est: aut
erit: aut huiusmodi aliquid apponat. approbans scilicet
vnam esse et non multiplicem orationem diffinitionis hu-
mane: cui si est: aut erit: aut fuit adderetur: enunciationem
simplicē faceret. Cur vero vna sit talis oratio: causa querit
neque enim ex solis duobus terminis constat id quod dici-
mus animal gressibile bipes. et que nominat plura sunt.
quare ipse sibi instituit: et de sua propositione rationē quesi-
uit: quam nunc dicere supersedit. ait enim. Quare autem
vnum quidam est et non multa animal gressibile bipes.
neque enim in eo quod dicitur propinque vnum erit. Est
autē alterius hoc tractare negocij. Hoc scilicet querēs tan-
quā si ita ipse ex persona sua diceret. de simplicibus enūcia-
tionibus omnibus ipse loquebar. neque his propositionibus preter
ter verbum esse non posse. et ad hanc rem probandā exem
plum sumpsi diffinitionem hominis: cui nisi est: aut erit
aut fuit apponat: enunciationem non fieri dixi: quasi vna
et nō multiplex esset oratio ea per quā dicitur animal gres
sibile bipes: de qua fieri posset simplex enunciatio. Cur
autem esset vna oratio animal gressibile bipes: alterius in-
quit est hoc tractare negocij: cum de rebus: non de proposi
tionibus perspiciendū est. Nam non idcirco vna oratio est
quia continue dicitur: et coniuncte subiunct: animal gressibi
le bipes. hoc enim si ita esset: possemus et hanc orationem

que tam multa significat: vnam dicere si continue profera-
tur ut est socrates philosophus simus caluus senex. ergo
quemadmodū huiusmodi oratio sit multiplex et non vna
posterius dicemus. ergo nunc manifestum sit hanc oratio
nem que dicit. socrates philosophus simus caluus senex.
non esse vnam sed multiplicem. si ergo propinquitas pro
pinquitas proferendi ipsa continuatione vnam faceret ora
tionem: posset hec quoque vna esse oratio: que manifeste nō
vna esse docebitur. Quare nō idcirco erit vna oratio ea que
dicit animal gressibile bipes. quod cōtinue et propinque
profertur. Que autem causa sit ut vna sit: ipse dicere distu
lit. sed in libris eius operis quod μετὰ τὰ φυσικά
inscribitur: expediuit. Theophrastus autem in libro de af-
firmatione et negatione sic docuit: diffinitionem vnā sem-
per esse orationem: tamen oportere continuatim proferri.
illa enim vna oratio esse dicitur: que vnius substantie de
signatiua est. Diffinitio autē ut verbi gratia hominis ani
mal gressibile bipes: vna est oratio per hoc: quoniam vnū
subiectum id est hominē monstrat. Si ergo continue pro
feratur et non diuise: vna est oratio: et quia continue dici-
tur: et quia vnius rei substantiam monstrat. Sin vero quis
diuidat: et orationem vnam rem significantem proferendi
intermissiōe distribuat: multiplex fit oratio: ut si dicat ani
mal gressibile bipes. vnam rem mihi tota monstrat ora-
tio: et continue dicta est. Sin vero dicat animal: et rursus
gressibile: et sub intermissiōe repetat bipes: multiplex due
distributa intermissione oratio. Et rursum aduersum id
questio, et quis hoc non iure dubitet posse eam: que vna est
orationē intermissione proferendi fieri multiplicem: cum
continuatio proferendi non faceret vnam: que esset multi-
plex per naturam. Sicut enim in illis que multiplices sunt
naturaliter: non potest continuatio proferendi vnam face
re orationem. Sic quoque non debet que est vna naturali-
ter oratio: idcirco q̄ de vno subiecto dicatur: fieri multiplex
per intermissionem. Sed hoc ita soluitur. Nam cum ani
mal dicamus: et sub intermissiōe rursus gressibile: eodēque
modo iterum bipes: non hec ita dicimus. tanquā si in vnū
cuncta coniuncta sint. Quocirca quoniam est quidem ani
mal: rursus gressibile est: rursus bipes: quoniam plura
sunt: et pluraliter dicta id est distributa: non videntur ad
vnum subiectum distributa posse predicari. sicut cum di-
co socrates philosophus simus, caluus, senex. hec omnia
non est simplex oratio: nec si cōtinue proferatur: q̄ ad vnam
substantiam non tendunt. accidentia enim sunt: et extrin
secus veniunt. Probatur autem neque eas orationes: que
per diuisionem dicuntur: neque eas que non ad vnam sub-
stantiam tendunt: vnas esse hoc modo. si dicat quis ani-
mal. et rursus gressibile: et iterum bipes: non vnum est
animal: nec vnum gressibile: nec vnum bipes. Sin vero
dixero animal gressibile bipes cōtinue et propinque: vnū
est: quod tria ista iuncta significant id est homo. Conuer-
tamus nunc animū ad eas: que plura quidem signifi-
cant: sed continue proferunt: ut cum dico socrates philoso
phus caluus senex. videtur quasi quedam socratis esse dif
finitio philosophus caluus senex. sed non necesse est. si hu
iusmodi ratio socratis fuit: omnem quicunque philosophus
est senex caluus: etiam socratem esse. In multis ergo conti
nuatio ista valet accidere. Quocirca non vnum significat:
quamquam continue proferatur. Ergo si et omnibus vnum
quidem significetur: et continue proferatur: vna est ora-
tio: ut partes quedam rei definite sint ea que in diffinitio
ne ponuntur: non accidentia. et proficit quidem aliquid
continua prolatio ad perficiendam vnam orationem: sed
ipsa sola non sufficit: nisi vnumquodque subiectum sit. atque
ideo dixit Aristoteles animal gressibile bipes non idcirco
esse vnam orationem: q̄ propinque dicatur. nā neque suffi
cit ad constituendā vnam orationē propinquitas proferen
di: nihilque prohiberet que naturaliter essent multiplices: eas
continue et propinque prolatas vnas videri. sed huius rei rē ex
Aristo. ponere distulit. Sensus ergo huiusmodi est. Necesse est

tinquit omnem enunciatiuam orationem ex verbo esse vel
casu. Etenī hominis ratio: que et ipsa quoqꝫ oratio est: si
non est: aut erit: aut fuit: aut aliquid huiusmodi illi adda
tur: nondum est enunciatio. hoc vero in solis simplicibus
enunciationibus venit. In his autem que coniunctione
vne sunt (ut supra iam ait) non omnino est. Cum enim
dico dies est, vis tota in verbo est. Si autem cum con-
iunctione proferam si dies est, lux est, tota vis in con-
iunctione consistit. Veritatis enim aut falsitatis ratio-
nem sola coniunctio tenet: que conditionē proponit: cum
dicit. si dies est lux est. si enīz illud est. illud euenit. igitur
in coniūctione omnis vis huiusmōi propositiōis est. om
nis autē simplex propositio totā vim in verbo habet pos-
tam. Et quēadmodū in his: que hypothetice vel conditio
nales dicunt̄. cōiunctiōes vim propositiōis tenent. sic in
simplicibus propositiōibus p̄dicatio vim obtinet. vnde
et greci quoqꝫ tales propositiōes categorice, id est predica
tiue dicuntur scilicz que sunt simplices: quod in his totam
propositionē obtineat predicatio. atqꝫ ideo aristoteles ait
ex verbo vel casu fieri simplicē enūciationem. nam preter
id quod cōtinet totam propositionē predicatiuā. scilicz p̄-
ter predicatiōez enunciatio nō fit: nō est: ut negatio quoqꝫ
nō ad subiectū: sed ad predicatū semper aptetur. Nam cū
dico sol oritur: non est huius negatio. nō sol oritur: sed il-
la que est sol nō oritur. atqꝫ ideo negatio ad subiectum po
sita nō facit contrariā propositionē: ad predicatum vo red
dit contrariā. Recte igit̄ Aristoteles de subiecto nihil lo-
cutus est. Non enī predicatiuā propositionē subiectus ter
minus tenet: sed tantū predicatus: qui totam enūciatiōez
propria virtute confirmat.

**Est autem vna oratio enūciatiua que vnū
significat: vel coniūctione vna. plures vero:
que plura et nō vnum: vel incōiuncte. Nomē
ergo et verbū dictio sit sola: quoniā nō est di
cere sic aliquid significantem voce enunciare:
vel aliquo interrogāte: vel nō s; ipso p̄ferētē.**

¶ Hinc monstrat̄ quoniā tunc cum dixit. Est autē vna
p̄ria oratio enūciatiua affirmatio: deinde negatio. primaz
eum nō de ea oratione dixisse putandū est: que naturali-
ter vna est: sed de affirmatiōe. alioquin hic quoqꝫ repetēs
ita dixisset. Est autem oratio vna prima enunciatiua que
vnum significat. sed quoniā non ita dixit: manifestū est q̄
dudum ait primā: non ad orationē: que preter coniunctio
nem vna est: retulisse: sed ad affirmationē: quam negatio-
ne priorē esse constaret. sed hoc iaz supius dictū est. Quid
autem sibi velit hec enunciatio: paucis exponā. Multas
enim cōfusiones multosqꝫ in orationib⁹ errores hic locus
optime intellectus: veraciterqꝫ perceptus sustulit. et hec
est expositio: q̄ nullus ante Porphyrium expositorū vi-
dit. Non est idem namqꝫ vnā esse orationē et multiplicē.
quod simplicē et compositā: et distat vna a simplici: distat
etiam multiplex a cōposita. Est ergo vna oratio que vnū
significat: multiplex autē que non vnū sed plura. Sit autē
hoc in huiusmōi orationibus: ut cum dico. cato philosoph⁹ est
hec oratio non est vna. non enim vnum significat. potest
enim monstrare et catonem uticensem esse philosophū. po
test etiā ostendere et catonem censorinū oratorē esse philoso
phum. quia in re nō vna est oratio. atqꝫ idcirco in uticensi
quidem catone est vera: in oratore vero falsa. Huiusmodi
ergo orationes multas vocamus. Sin vero vnum signi
ficat. ut cum dicimus. in charta scribit̄. illam dicim⁹ vnā
ergo vna que sit vel multiplex oratio ex his intelligit̄ que
significant̄. si enim vnā significat rem. vna est. si multas.
multiplex. Simplices autem et composite orationes non
ad significationez: sed ad terminos ipsos dictionesqꝫ: que
in propositionibus sumunt̄: referende sunt. Et est quidē
simplex oratio enūciatiua: que ex solis duobus terminis
constat: ut est homo viuit. Sive autē his propositionib⁹
omnis addatur: ut est omnis homo viuit. siue nullus: ut
nullus lapis viuit. siue aliquis: ut aliquis homo viuit.
vel aliquis homo non viuit. quoniā termini ipsi duo sunt
simplex vocatur propositio. composita vero si ultra termi-
nos duos enunciat: ut est plato philosophus in liceo am-
bulat. hec enim quattuor sunt termini. vel si tres sint: ut
plato philosoph⁹ ambulat. hec quoqꝫ si eis omnis aut nul
lus aut aliquis addatur: eodez modo composite sunt. Er
go vna vel multiplex oratio intelligit̄: si vnum vel multa
significat. et de propria significatione semper iudicantur.
Simplex autem et composita non ex significatione: sed ex
verborum et nominū pluralitate cognoscitur. si enim vl
tra duos terminos habet propositio composita est. si duos
tantum simplex. si ergo semper oratio que simplex est. id
est que duobus terminis constat: vnaz tantū significanti
am retineret: indifferenter dici posset vna oratio et simplex
eadez enim vna esset: que etiam simplex. sed quoniam nō
omnis simplex vnum significat. non omnis simplex vna
est. Potest ergo fieri: ut simplex quidez sit propositio: mul
te tamen orationes: simplex quidem ad compositionē di-
ctionū: multe vero ad significationem sententiarū. quare
erit in hoc gemina differentia: ut vnam dicamus simplicē
vnamqꝫ orationē: alteram simplicem et plures orationes.
Rursus si omnes composite orationes plures etiam res
significarent: indifferenter diceremus multiplicem et com-
positam. sed quoniā fieri potest. ut propositio aliquotiēs
quidez constet ex numerosis pluribusqꝫ terminis q̄ sint
duo: vnam tamen sententiā monstret. Potest quidem fie
ri ut composita sit: vna tamen oratio sit significatione: com
posita dictione: ut est animal rationale mortale mentis et
discipline capax. hec quidem plura sunt: sed his vna sub
stātia subiecta est id est homo. Quare vna quoqꝫ sententia
est. Sin vero quis dicat. socrates et ambulat et loquitur: et
cogitat. multa sunt. diuersa sunt enim et q̄ ambulat: et q̄
loquitur: et q̄ cogitat. Quare erit aliquādo composita qui-
dem oratio: vna tamē. sed quoniā composita oratio aliquo
tiens quidem continue sine coniūctione dicatur: aliquoti-
ens coniūctione copulatur. fiunt hinc quattuor differentie
est enim vna oratio. composita ex terminis continuatim di
ctis et sine coniunctione vnam sententiam monstrans.
ut est animal rationale mortale mentis et discipline per-
ceptibile. hec enim oratio composita quidem est ex multis
terminis: sed coniunctionem non habet. nam q̄ dictum
est mentis et discipline perceptibile: hec coniūctio que est.
et nullam in tota propositione vim obtinet. neqꝫ enim cō
iungit propositionem: sed artem vel rem addit: cuius su-
sceptibilis homo esse videatur. et habet vnam substanti-
am subiectam: que est homo. Alia vero est composita ex ter
minis nulla coniunctione copulatis multiplex: et nō vnaz
significans propositionem: ut est plato atheniensis philo
sophus disputat. Aliud enim est esse platonem. aliō esse
philosophū. aliud esse atheniensem. aliud disputantem.
et hec coniūcta vnum aliquid non faciunt quasi substanti
am. Quare hec multiplex est. sed cum manifestuz est nulla
coniunctione copulari. Alia vero est composita ex propo-
sitionibus incōiunctis multiplex: ut est iupiter optimus
maximus est: Juno regina est: minerua dea sapientie est.
quas si quis sub vnum cōtinuerqꝫ proferat: plures qui-
dem propositiones sunt: et oratio multiplex: sed cōiunctio
ne carent. Alia vero est composita vel ex terminis vel ex p
positionibus coniūctione copulatis multiplex et multa si
gnificans: et ex terminis quidem composita: ut si quis di
cat. iupiter et apollo sunt dii. Ex propositionibus autem
coniūcta multa significans est: ut si quis dicat. et apollo va
tes est: et iupiter tonat. Est autem preter has alia composi
ta oratio ex propositionibus coniunctiōe coniūctis vnam
significans orationem: ut cum dico. si dies est lux est. due
enī propositiōes que sunt iste. dies est. lux est. si cōiunctiōe co
pulant̄. sed hec orō nō significat multa. neqꝫ. n. diē esse et
lucē p̄ponit esse. sed si dies est. lucē eē. Quocirca significat

consequentiā quandam non existentiam propositionis. non enī dicit verasq3 esse. sed si vna est alia est consequi: q vtrumq3 in vnam quodammodo intelligentiam congruit. Sed hic porphyrius propositionē extrinsecus ponit. idcirco q plura significare videbatur. ipsa enī propositionū pluralitas multitudinē similat significationū. sed (ut dictum est) non plures significat res. sed vnā consequētiā. Compositarū igitur et vnam rem significantiū propositionū duplex modus est. Aut enim ex terminis incōiunctis vnam rem significās cōposita oratio: ut animal rationale mortale est. Aut ex propositionib⁹ composita: ⁊ coniunctione copulata imaginē quidē externis plura significandi: vnā vero rem significās oratio: ut si dicamus. si dies ē lux est. Cum ergo hec sit distributio cōpositarum et simplicium orationū duplici modo vne orationes sunt. ⁊ duplici multe. Simplici autē incōposite ⁊ simplici composite. et vno quidem modo vna oratio dicit. cum sine cōiunctione nō est. Alio vero cum vnā rem significat. rursus vno dicitur modo oratio multiplex cū aliqua coniūctione non copulat: alio vero cū plura significat. atq3 hoc est quod ait. Est autē vna oratio enunciatiua que vnū significat: vel cōiunctione vnā. Plures autē que plura et nō vnū: vel incōiuncte. est enī (ut dictum est) dupliciter vna oratio: vl quādo cū cōiunctione est: vel cū vnā rem significat. Duplex autē oratio est: vel que multa significat. vel que sine cōiunctione cōiungitur. multas enī orationes vocauit eas: que sint multiplices: vel significationis pluralitatē tenent: vel preter coniūctiones sint. Quod autem ait. vel incōiūcte. totū complexus est. multiplex est enim propositio: vel si fuerit incōposita quēadmodū est. Cato philosophus est. Multiplex etiā vel si fuerit composita ex terminis preter cōiunctionē. quēadmodū dictum est: ut Plato atheniensis in liceo disputat. vel si composita sit ex propositionib⁹ preter cōiunctionē: quēadmoduz est. homo est. animal est. vel si composita sit ex terminis cōiunctione copulatis: ut et iupiter et appollo dii sunt vel si composita sit ex propositionibus p coniūctionem: quēadmodū est. ⁊ apollo vates est. ⁊ iupiter tonat. Cur autē dicit. plures aūt que plura. et non vnū addit. hoc est q sunt quedā que plura significent in sermonib⁹: vnū tamen in tota compositione demonstrent: ut est animal rationale mortale. hec enī omnia multa significant. aliud est enī aīal: aliud rōnale: aliud mortale. sed totū simul vnū est quod est homo. Cum autem dico socrates atheniēsis philosophus. ⁊ singula plura sunt ⁊ oīa simul plura nihilominus sunt. hec enim accidentia sunt: ⁊ nullā substantiā informat. atq3 hoc quidē dixit de orationib⁹: que vel coniūctione vne sunt: vel significatione: et rursus de multis que vel preter coniūctionem multe essent: vel significatiōe multiplici. Que vero in simplicibus atq3 cōpositis posterius dixit: cū ad id loci expositio venerit explicabit. nunc autē reuertamur ad ordinē. Igit quoniā supra dixerat simplicē propositionē quam cathegoricam grece dicit: nos predicatiuā interpretari possumus: semp verbi predicatiōe constitui: nō autē semp nomine subiecto: q aliquotiēs quidez vel infinitū nomen: vel casus noīs: vel verba subiecta sunt. Cum ergo dictionibus simplicib⁹ constitui dixerit simplicem orationē: ⁊ affirmationē negationēq3 orationēs esse constaret: manifestū fecit affirmationē ⁊ negationē dictione cōstitui ⁊ formari ita quidē ut affirmationē et negationē semp sola verbi dictio predicata: nō autem semp dictio nominis subiecta pficeret. Cum igitur hec ita proposuisset: nūc quid sit dictio. que predicatiuas. i. simplices propositiones format exponit dicens. Nomen ergo et verbum dictio sit sola. qd ideo ait dictio sit sola q sunt quedam dictiones simul etiā affirmationes vel simplices orationes. quod iam supra dictū est. Cur autē nomen et verbū sole sint dictiones mōstrat. quoniā non est dicere sic aliquid significantē voce enūciare: vel aliquo interrogāte vel nō sed ipso proferēte. Sensus huiusmodi est. Enūciatiua propositio his maxime duob⁹ format per propriā naturā atq3 substantiā. et per duos vsum atq3 tractatum et natura quidē ipsius est. ut in ea veritas inueniatur aut falsitas. vsus autē cū aliquid aut interrogādo proponit ⁊ respondet ut vtrū anima imortalis est. aut certe cum aliquis per suā sententiā enunciat atq3 profert. ut si quis dicat hoc ipm ex propria volūtate anima imortalis est. vnde diffinitio quoq3 enunciationis veluti quidē nature atq3 substantie talis redditur. Enunciatio est oratio: in qua verū falsumve est. Ex vsu vero eius atq3 tractatu enūciatiua oratio est quā interrogantes proponim⁹: ut verum vel falsum aliquid audiamus. et nostra vero prolatione. quā proponētes aliquid verū falsumve mōstram⁹. ergo cū omnis enūciatiua oratio aut in interrogatiōe posita sit: aut in spontanea prolatione: et in vtraq3 enūciationū natura ⁊ substantia illa verset: ut siue in interrogatiōe sit posita cum responsione coniuncta: verum habeat vel falsum siue per se prolata vtrūlibet retineat: dictiones inquit vel alio interrogante vel quolibet proferēte ⁊ sponte dicēte verum falsumve nō continēt. Si enim quis dicat interrogans. socrates ne disputat. alius respōdeat disputat. hoc q respondit disputat si cum tota interrogatione iungat. potest habere intellectū verū falsumve significantis orationis. Sin vero per se intelligat disputat: quamq3 alio interrogante respōderet: sine vero tamē falsoq3 relinquitur. Similiter etiā si quis dicat socrates vel ambulat nullo interrogante: sed ipse proferens nec verū aliquid nec falsū in designat. ergo verba et nomina dictiōes tātum sunt quoniā et simplices sunt. Erant. n. alie quedā dictiōes in orationibus noībus verbisq3 composite: sed nondū perfecte sententie: quoniā neq3 verū neq3 falsum: vel alio interrogante vel quolibet sponte proferēte significāt. Erunt enī alie quedā dictiones. que alio interrogante ⁊ quolibz spōte proferente verū falsumve retinerent. in his scilicz que erāt affirmationes aut negatiōes. Quocirca sensus ē mēt est. ordo autē verborū sic se habet. nomen ergo et verbum dictio sit sola: quoniā non possum⁹ dicere significantē aliquid sic voce. id est verbo vel nomine enūciare. Non enī possum⁹ dicere. quoniā qui solus verbo vel nomen significat aliquid: ille enūciat. vel aliquo interrogante: vel non sed ipso proferente tanq3 si sic diceret. verba ipsa et nomina dictiones sole sunt: quoniā verbis ⁊ nominibus significantem hominē aliquid non possum⁹ dicere quoniā enūciat quicq3. siue cum aliquis interroget: siue ipse sponte pferat simplicem dictionē. Enūciare autem est orationē dicere que verum falsumve designat.

Harū autē hec simplex quidē est enunciatio: ut aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo hec autem ex his coniūcta: vel ut oratio quedam iam composita.

¶ Quoniam superius de vnis orationibus atq3 pluribus dixerat vnam quidem posuit que aut coniunctione vna esset sedm prolationē aut significatione sedm propriā naturam: plures vero que aut coniūctione carerent: aut multa significatione sua complecterent: quoniā q aliud erat vna oratio: aliud simplex. aliud composita: aliud plures: post illa ad simplicem compositamq3 reuertit dicens simplicem esse orationem enūciatiuam. que duob⁹ terminis continetur: quorū vnum subiectum est. alterum predicatum. Quod vero ait. harum autē enunciatiuarū scilicet orationum dixit quarum hec quidem simplex est enunciatio. et que simplex est enunciatio: ipse proposuit dicens. ut aliquid de aliquo. subaudiendū est predicemus. ut sit hic sensus. Harum autē enunciatiuarū orationum est simplex enunciatio si aliquid vnum de vno aliquo predicemus: ut si dicā plato disputat: de aliquo platone aliquid id est disputat predicamus. ⁊ hec simplex est enunciatio. Ideo quoniam duobus terminis partibusq3 coniungitur. Si qua vero plures habeat terminos: et eius partes duorū terminorū multitudinē egrediantur. ille composite orationes dicuntur.

etenim enunciatio cōposita huiusmodi est. si dies est lux est. dies enim est. et lux est, due sunt simplices enūciationes: que coniuncte vnam cōpositam fecerunt. atque hoc est quod ait. hec autē. id est alia oratio ex his coniuncta. i. ex simplicibus enunciationibus: velut oratio quedā iam cōposita est. hec enim nō simplex est oratio. Simplex. n. oratio solas dictiones habet duas in partibus. cōposita vero etiā orationes sicut hec quā supra posuit. Et ergo hic ordo quē ipse cōstituit. prius enim de affirmatione et negatione: que prima esset que posterior: expediuit. deinde de vnis orationibus et de pluribus dixit. postremo de simplicibus atque compositis. Sz quoniā quedā in medio permiscuit: ea paululum diffusius ad eā sententie seriem continuauimus. Longū autē hyperbaton partiū coniunctione recidentes. neque enim simile videtur quod ait. Est autē vna prima oratio enūciatiua affirmatio deinde negatio: aliene coniunctione vne: et rursus cū dicit. Est vna oratio enūciatiua que vnū significat: vel coniunctione vna. Plures autē plura et nō vnum vel inconiuncte. vel cū rursus addit. harū autem hec simplex quidē est enunciatio: ut aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo: hec autem ex his coniuncta velut oratio iā composita. Sed illud quidē quod prius dixit. est autē vna prima oratio enūciatiua affirmatio: deinde negatio. ad hoc retulit: ut priorē affirmationem esse monstraret: posteriorem vero negationē. ait enim deinde negatio. vnde quod ait prima ad affirmationē ponendū est. quod vero sequitur est paulopost. Est autē oratio vna enunciatiua que vnū significat vel cōiunctione vna. Plures autē que plura et non vnū vel inconiuncte ad hoc retulit: ut doceret quas vnas esse orationes putari oporteret: expediens aut que vnum significarent aut quas cōiunctio vnas faceret: vel quas plures: aut que multa in significatione retinerēt: aut quarū corpus nulla esset cōiunctione compositū. Quod vero postremo addidit: harū autem hec quidem simplex est enūciatio: ut aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo. hec autē ex his cōiuncta velut oratio quedā iam composita. ad simplices orationes retulit atque compositas. Simplices dicens duobus solis terminis iunctas: compositas que ex simplicibus orationibus enūciatiuis coniungerētur: ut sit totus ordo hoc modo. Est autem vna prima oratio enūciatiua affirmatio: deinde negatio. et rursus intermissis que sequūtur hoc subiiciat. Est autem vna oratio enūciatiua que vnū significat. vel coniūctione vna. Plures autem que plurima et nō vnum vel inconiuncte. et post hoc intermissis quoque sequentibus hoc sequatur. harum autē hec quidem est simplex enunciatio: ut aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo: hec autem ex his coniūcta: velut oratio quedā iam composita. tanquam si sic diceret. Prima quidē inter enūciationes oratio affirmatiua est: secunda vero negatio. affirmationū autē et negationum vna oratio est. que vnū significat vel que coniunctione vna est. Multiplex autē vel cuius partes cōiunctiōe copulantur: que multa significat: vel que cōiunctione non iungitur. Harum autem simplex est que duobus terminis cōstat: ut aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo: alia vero cōposita: que ex simplicibus affirmationibus iungitur. Nō autē dicit aliquid de aliquo: vel aliquid ab aliquo tale est. aliquid. n. de aliquo affirmationē significat: ut cum dico socrates disputat: de aliquo socrate aliquid. i. disputat predicaui: et fit affirmatio. Si autē dico socrates non disputat. a socrate disputationē seiunxi et ab eo abstuli. et hec negatio est. Affirmatio. n. aliā rem de alia predicat eique cōiungit. Negatio vero a qualibet re quālibet rem predicando tollit. ergo hoc quod ait aliquid de aliquo: affirmationem simplicem significauit. quod dixit aliquid ab aliquo. negationē simplicem.

Est autē simplex enunciatio vox significatiua de eo quod est aliquid vel non est: quemadmodum tempora diuisa sunt. affirmatio vero est enūciatio alicuius de aliquo. negatio vero est enunciatio alicuius ab aliquo.

Postquam de multis atque vnis necnō simplicibus compositisque enūciationibus expediuit: enūciationem simplicem tractat: et eam diffinitiōe concludit dicens vocē eam esse significantē aliquid esse vel nō esse. Quod ergo ait vocem eā esse: ad genus retulit quod significatiuā: ad ipsius differentiā vocis. Nā de eo quod est et aut nō esset aliquid ad significatiuarum rerū rursus differentiā retulit habet enim secum ipsam vocem. qua proferatur ut significet quidā. quid autē significet aut circa quid designationem enunciatio retineat: ad differentiā significatiuarū pertinet vocū. ita enim dictum est tanquam si diceret. nō omnis enūciatio significat: sed esse aliquid aut nō esse. Ergo est enūciatio simplex vox significatiua de eo quod est esse aliquid vel nō esse. i. omnis enūciatio aut affirmatio aut negatio est. esse enim ponit affirmatio: nō esse negatio. sed quāta diffinitione breuitate cōstringitur quidā nō videntes in errorē stolidi falsitatis abducti sunt. contendūt enim affirmationis et negationis nō esse enunciationē genus. Nā si hec inquiunt diffinitio est enūciationis: omnis autē generis diffinitio propriis speciebus accōmodari potest (omne enim genus vniuoce de speciebus propriis predicatur) dubiū non est quin hec quoque diffinitio enūciationis: si eius enūciatio genus est: affirmationi negationique cōueniat: si tamē eius species he sunt. sed quis vnquam diceret affirmationi cōuenire hanc diffinitionem que est. vox enūciatiua de eo quod est aliquid esse vel nō esse. Neque enim fieri potest ut affirmatio vox sit significatiua de eo quod est esse et nō esse. sed tantū de eo quod est esse. negatio rursus non de eo quod est esse et de eo quod est nō esse: sed tantū de nō esse: nunquam etiā de esse. Interimit enim semper negatio iungit atque constituit affirmatio. Quare si hec diffinitio enūciationis ad affirmationē negationēque nō potest predicari: affirmatio et negatio enūciationis species nō sunt. qui mihi nimis videntur errare: quasi vero quicquam vetet vtrasque affirmationem et negationē simul eadē diffinitione cōcludere. Prius. n. dicere. affirmatio et negatio est vox significatiua de eo quod est esse aliquid vel nō esse. ut vox significatiua vtriusque cōmunis sit. de eo quod est esse aliquid affirmationis solius. de eo quod est nō esse solius sit negationis. Sed nihil potuit fieri breuius: nisi ut in eadē diffinitiōe et enūciationis naturā cōstitueret et ipsius faceret diuisionē. tanquam enim si ita dixisset. enūciatio vox est significatiua in qua verum falsumque designatur. huius autē vna species affirmatiua est: alia negatiua. ita ait. Enunciatio est vox significatiua de eo quod est aliquid vel non est. Nam quod dixit. de eo quod est aliquid vel nō est. tale est. ac si diceret que verū falsumque demonstrat. Omne enim quod esse ponit aliquid: ut si dicam dies est: vel nō esse: ut si dicam dies nō est. verū falsumue demōstrat. Si ergo aliquid ponatur esse vel nō esse: in eo veritas et falsitas inuenitur. est igitur in hoc quod ait vocem significatiuā esse de eo quod est aliquid vel non est. tanquam si diceret. Est enūciatio vox significatiua verum falsumque significans. Significatio namque de eo quod est esse aliquid vel nō esse veri falsique demōstratio est. sed in eadē diffinitiōe species admirabili breuitate partitus est. tanquam enim si diceret. vox enim significatiua est enūciatio in qua verū falsumque demōstratur. Sed vna eius pars affirmatiua est: alia negatiua. ita ait de eo quod est aliquid vel non est. Significatio. n. de eo quod est aliquid affirmatio est: de eo vero quod nō est negatio. ita id quod ait designatiuā esse vocem enūciationem de eo quod est aliquid aut nō est. vtrūque vna colligit intelligentia. hoc enim quod dixit de eo quod est aliquid aut non est. vtrunque significat et veri falsique demonstrationem: et affirmationis negationisque diuisionē. Sed alexander a propria sententia non desistit. nec alio quam ceteri tenetur errore. ait enim hic quoque apparere nō esse genus affirmationis et negationis enūciationem: quoniā ita in diffinitiōe enunciationis affirmatione et negatione ut partibus vsus est. Omne autē compositū atque omne equiuocū vel suis partibus vel suis significantiis definiri potest: ut si quis [illegible]

numerum diffinire volens dicat: ternarius numerus est qui ex uno duobusque coniunctus est: vel si quis hominem diffinire volens dicat homo est aut animal rationale mortale: aut huiusmodi coloribus vel metallo facta simulatio: ita nomen equiuocum ex his que ipsum nomen equiuocum designabant: ostensum est: hic ergo eodem modo. Enunciatio inquit est vox significatiua de eo quod est aliquid vel non est. tanquam si diceret. Enunciatio est vox aut affirmatiua aut negatiua. in eundem errorem labens: nec videns quemadmodum vna diffinitione et diuisione fecerit: et naturam enunciationis ostenderit: sed hanc expositionem (quod adhuc sciam) neque porphyrius neque vllus alius commentatorum vidit. Aspasius enim consentit Alexandro. dicit enim Alexander eodem modo hic diffinisse Aristotelem enunciationem sicut alibi quoque .i. in resolutoriis. illic enim ita propositionem que est enunciatio diffinitione conclusit dicens: Propositio ergo est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo: vel alicuius ab aliquo. Idem quoque Aspasius sequitur eum. Porphyrius autem se dicit admirabilem esse subtilitatem diffinitionis. ex sua enim vi affirmationis et negationis enunciatio diffinita est. ex terminis vero ipsa affirmatio atque negatio. affirmatio namque in duobus terminis constans aliquid alicui inesse significat. tota autem vis eius est aliquid annuere: negatio quoque aliquid alicui non inesse significat: sed tota vis eius est aliquid abnuere atque disiungere: vel rursus affirmatio aliquid alicui inesse designat: sed vis ipsius tota ponere aliquid est. cum enim aliquid alicui inesse demonstrat: ponit aliquid. rursus negatio quod aliquid alicui non inesse declarat: sed tota vis eius auferre est. Ergo inquit enunciationem ex tota vi affirmationis negationisque diffiniuit dicens: Enunciatio est vox significatiua de eo quod aliquid vel non est. Hoc autem ad negationis pertinet affirmationisque vim: tanquam si diceret: enunciatio est vox significatiua que ponit aliquid aut tollit: que proprie virtutes sunt affirmationis et negationis. Si enim ita dixisset: enunciatio est de eo quod est aliquid alicui vel non est. tunc ex terminis affirmationis vel negationis enunciationem diffinisse videretur. Cum autem dicat de eo quod est aliquid vel non est. de tota vtrorumque vi determinat. in hac enim affirmatione que dicit dies est: aliquid alicui secundum terminos adesse monstrauit. est enim diei applicuit sed tota huius propositionis vis est aliquid esse declarare: rursus cum dico dies non est: aliquid alicui non esse pronunciatio: sed tota vis est huius non esse dicere: quare manifestum est secundum porphyrium ex tota vi affirmationis et negationis enunciationem esse descriptam: ex suis vero terminis ipsam affirmationem et negationem. ait enim. affirmatio vero est enunciatio alicuius de aliquo. in affirmationis diffinitione genus sumens: enunciatio enim (vt dictum est) genus est affirmationis et negationis: quod ipse Aristo. plenius demonstrat: qui in vtrorumque diffinitione enunciationis nomen adscripsit dicens. affirmatio vero est enunciatio. hoc enim retulit ad genus. quod vero addidit alicuius de aliquo reduxit ad terminos: in simplicibus enim affirmatione aliquid de aliquo enunciando predicatur: ut in eo quod est dies est esse dicitur. Negatio quoque ita diffinita est: negatio est enunciatio alicuius ab aliquo. quantum ad enunciationem rursus a genere. Quantum alicuius ab aliquo rursus ad terminos. In hac enim negatione que est dies non est esse a die enunciando tollimus: sed ut non solum presentis temporis enunciationem diffinisse videretur: addidit enunciationis diffinitionem de aliis quoque temporibus intelligi. ait enim enunciatio est vox significatiua de eo quod est aliquid vel non est. adiecitque quemadmodum tempora diuisa sunt. diuisa enim sunt tempora in tribus. omne enim tempus aut futurum est aut presens aut preteritum aut ex his mixtum. Enunciatio est vox significatiua significans aut esse aliquid aut non esse. Sed quoniam hoc tempus presens designat: non solum de presenti inquit loquimur: sed etiam de his temporibus que diuiduntur: ut hic esse et non esse et in futurum veniat et in preteritum: ut aliquotiens sic esse et non esse significet. id est sic ponat atque auferat enunciatio: ut et presens tempus ponat et auferat: ut est socrates est: socrates non est: et preteritum ponat et auferat: ut socrates fuit: socrates non fuit. eodem quoque modo futurum socrates erit. socrates non erit. quod in his omnibus temporibus secundum esse aliquid vel non esse aliquid. id est secundum ponere et auferre tota enunciationis vis est: hoc ergo est quod ait: de eo quod est aliquid vel non est: quemadmodum tempora diuisa sunt: tanquam si diceret. de eo quod est aliquid vel non est. vox enunciatiua significat vel in presens vel in preteritum vel in futurum quemadmodum ipsa tempora diuiduntur. Cur autem talis ordo diffinitionis fuerit paucis absoluam. Prius enim de nomine: post de verbo: hinc de oratione: rursus de enunciatione: de hinc de affirmatione: postremo de negatione disseruit. Omne compositum suis partibus posterius est. omne genus suis partibus prius. ergo in compositis toto partes priores sunt: in generibus et speciebus partes toto posteriores. Rursus in compositis totum partibus posterius: in speciebus et generibus totum partibus prius est: ergo quoniam verba et nomina neque affirmationis neque negationis neque enunciationis neque orationis species erant: sed quedam horum omnium partes: quibus hec omnia iungerentur: oratio autem genus enunciationis: enunciatio affirmationis et negationis: affirmatio prior negatione scilicet secundum prolationem. sicut ipse testatus est. Ergo quoniam hec omnia et oratio et enunciatio et affirmatio et negatio verbis et nominibus coniunguntur: his omnibus nomina et verba priora sunt. Nomine autem res aut per se subsistens: aut tanquam per se subsistens significatur. verbo vero accidens designatur et velut alii accidens: quod ex supradictis planum est: quod autem per se consistit prius est: ergo id quod nomen significat prius est quam id quod verbum. quare prius verbo est nomen: ergo quoniam nomen et verbum oratione enunciatione affirmatione et negatione priora sunt: Partes enim priores sunt his que componunt: iure ante hec omnia definita sunt. Quoniam vero nomen prius est verbo: prius nomen: postea vero diffinitum est verbum. Sed quia omne genus speciebus suis prius est. post hec. id est nomen et verbum orationem diffinitione descripsit: que et proximum enunciationis genus esset: et superius affirmationis et negationis. post orationem vero enunciationem: que cum sit species orationis: affirmationis tamen et negationis esset genus. post enunciationem vero affirmationem que quamquam negationi equeua species esset secundum genus prius id est enunciationem in prolatione tamen prior est ut ipse supra iam docuit dicens. Est autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio: deinde negatio. Sed quoniam a nobis superius dictum est hos eum quinque res diffinire velle: quid sit dictio: quid enunciatio: quid affirmatio: quid negatio: quid contradictio: dictionem quid sit ostendit per id quod ait. Nomen ergo et verbum dictio sit sola. enunciationem vero per id quod ait. Est autem simplex enunciatio vox significatiua de eo quod est aliquid vel non est quemadmodum tempora diuisa sunt. Affirmationem vero per id quod ait. est autem affirmatio enunciatio alicuius de aliquo: negationem quoque diffiniuit dicens. Negatio vero alicuius enunciatio ab aliquo. Restat ergo de contradictione disserere. Quid sit ergo contradictio ipse prosequitur dicens.

Quoniam autem est enunciare et quod est non esse: et quod non est esse: et quod est esse: et quod est non esse et circa ea que sunt extra presens tempora similiter omne contingat quod quis affirmauerit negare: et quod negauerit affirmare. Quare manifestum est: quoniam omni affirmationi negatio est opposita: et omni negationi affirmatio. et sit hoc contradictio affirmatio et negatio opposite.

¶ Expeditis omnibus que sese explicaturum esse promiserat: nunc ad reliquam dictionem ordine venit: tanquam ab affir-

mationibus negationibuſqꝫ reperit dicens: omnib⁹ affirmationib⁹ poſſe ꝓprias negationes opponi: ⁊ oīb⁹ negationibus proprias rurſus ex aduerſo affirmationes poſſe cōſtitui. hoc autem hinc ſumit: quoniã nouim⁹ alias res eſſe: alias nō eſſe. ⁊ quoniã nos ipſi dicere poſſum⁹ ⁊ ſentire alias res eſſe: alias nō eſſe. Ex his quattuor enũciationibus fiunt geminę cõtradictiones. ſi quis enim id quod eſt dicat nõ eſſe: ut ſi uiuente ſocrate dicat ſocrates non uiuit: q̃ iō eſt negat ⁊ erit negatio falſa. Rurſus ſi quis id qđ non eſt eſſe cõfirmet: ut ſi non uiuente ſocrate dicat ſocrates uiuit. hęc rurſus affirmatio falſa eſt. Si quis etiã id quod eſt eſſe enũciatione cõſtituat: ut ſi uiuẽte ſocrate dicat: uiuit ſocrates: vera erit affirmatio. Sin vero quod non eſt eſſe negauerit: eſt negatio vera: ut ſi quis non uiuente ſocrate dicat ſocrates nõ uiuit. Ex his igit̃ id eſt ex affirmatione vera ⁊ negatione falſa: ⁊ rurſus ex negatione vera ⁊ affirmatione falſa quattuor quidẽ ſunt enũciationes: ſed in duab⁹ affirmatio in duabus negatio continet̃. Contradictiones vero duę. hoc ẽ enim quod ait: quoniã autem eſt enũciare ⁊ quod eſt non eſſe. falſam enunciationẽ negationis oſtendit: quodqꝫ addidit ⁊ qꝫ non eſt eſſe. falſam affirmationẽ in enunciatione ꝓpoſuit. illud quoqꝫ quod dixit ⁊ qꝫ eſt eſſe. enũciationẽ verã deſignat: quia id qđ eſt et vera affirmatione proferẽ: impſi⁹ quod ait. ⁊ qꝫ non eſt nõ eſſe: vere negationis ſpeciẽ dedit. Quare ⁊ ſi qꝫ eſt vere poteſt dici eſſe. ⁊ id quod eſt falſo poteſt prędicari nõ eſſe. ⁊ id qđ nõ eſt vere poteſt enũciari non eſſe. ⁊ id quod nõ eſt: falſo eſſe poterit affirmari. Manifeſtũ eſt omnẽ affirmationem habere aliquã cõtradictionẽ negationis oppoſitam: ⁊ omnem rurſus negationẽ affirmationis oppoſitione facere contradictionem. Certum ſi omne quod quis affirmauerit: negari poterit: ⁊ quod quis negat: poterit affirmari: quis dubitauerit nec affirmationem poſſe conſtitui: cui non negatio contradicat: nec negationem cuius nulla affirmatio valeat inueniri. Omnis igitur affirmatio negationem: ⁊ negatio habet oppoſitam affirmationẽ: eſt igitur contradictio affirmatio ⁊ negatio oppoſitę. quid aũt ſit oppoſitio poſterius dicendum eſt: aut quid ſit contradictio poſt diligentiſſima ratione monſtrabo. Quod autẽ ait: ⁊ circa ea quę ſunt extra pręſens tempora. tale eſt tanqꝫ ſi diceret. Sicut affirmatio ⁊ negatio in pręſenti tempore fieri poteſt: ita etiam vel in pręterito vel in futuro. nam ſicut poteſt id quod eſt eſſe conſtitui: ita poteſt id quod fuit fuiſſe ꝓponi ⁊ id quod futurum eſt: in ſpecie futuri temporis affirmari: vt cum dicimus ſocrates fuit. ſol ęſtate in cancro futur⁹ eſt. Eodem modo ergo ⁊ de futuro ⁊ de pręterito affirmatio ⁊ negatio conſtituunt̃ quemadmodũ de pręſenti: futurum autem ⁊ pręteritũ extrinſecus eſt ⁊ pręter pręſens tempus eſt. illud enim veniet: illud receſſit. Recte igitur ⁊ circa ea quę ſunt extra pręſens tempora. huiuſmodi poſſe affirmationes negat̃ue dixit euenire. circa enim pręteritum ⁊ futurum: quod eſt extrinſecus a pręſenti tempore ſimiliter omne cõtingit (vt ipſe ait) qꝫ quis affirmauerit negare: ⁊ quod quis negauerit affirmare. vnde fit vt in oībus temporibus illud conſtet omni affirmationi poſſe oppoſitã negationẽ: omniqꝫ negationi oppoſitam affirmationẽ poſſe conſtitui. Nunc autẽ qualis debeat ſumi oppoſitio in affirmatione ⁊ negatione demõſtrat. hoc enim eſt contradictio affirmatio ⁊ negatio oppoſitę. Quod ſi hę oppoſitę conſtituunt contradictionem: qualis in his debeat eſſe oppoſitio: quę contradictionem cõſtituit: recte proſequitur.

Dico autem opponi eiuſdem de eodem: non autem ęquiuoce: ⁊ quęcunqꝫ cętera taliũ determinauimus cõtra ſophiſticas importunitates.

¶ Cum duobus terminis ſimplex ꝓpoſitio cõſtet: ⁊ vn⁹ ſubiectus ſit: ⁊ alius prędicetur: ſubiectus autem ſit: qui primus dicitur: prędicatus vero qui poſterius: dicit illã oppoſitione affirmationẽ ⁊ negationem integram conſtituere contradictionẽ: quę idem ſubiectũ habent: idem etiã prędicatũ: vt ſubiectum neqꝫ prędicatum plura ſignificet: alioquin nõ erit cõtradictio neqꝫ aliqua oppoſitio: vt cum dico ſocrates albus eſt: ⁊ alius dicat ęthiops albus nõ eſt hęc affirmatio atqꝫ negatio nõ ſunt oppoſitę. Idcirco quia eſt aliud ſubiectũ ⁊ idem prędicatũ. In affirmatione enim ſocrates ſubiectus fuit in negatione ęthyops. Rurſus cũ dico ſocrates albus eſt: ⁊ alius dicit ſocrates philoſophus nõ eſt: nec hęc rurſus negatio contra affirmationẽ retinet oppoſitionẽ: ideo quia aliud prędicatũ in vtriſqꝫ ꝓponit̃ in affirmatione enim albũ prędicat̃ ad ſocratẽ: in negatione philoſophus. Quod ſi vtraqꝫ ſunt diuerſa: multomagis nulla fit oppoſitio: ut cum dico ſocrates philoſophus eſt. ſi reſpondeat alius plato. Romanus non eſt. hic neqꝫ idem ſubiectũ eſt: neqꝫ idem prędicatũ. ⁊ plus iſte diuerſę ſunt: ⁊ nulla contra ſe oppoſitione compoſitę: atqꝫ ideo poſſunt vtręqꝫ ſimul eſſe verę: ⁊ ſi ita cõtingit vtręqꝫ ſimul eſſe falſę: necnon etiã vna vera: altera falſa. Quę enim ſe non perimunt: nihil eas impedit aut vtraſqꝫ falſas: aut vtraſqꝫ veras: aut vnam verã: falſã alterã reperiri. quare quorum uel aliud ſubiectũ eſt: uel aliud prędicatũ: illa oppoſita eſſe non dicimus. vnde fit ut nec illa quoqꝫ quę plura ſignificant: ſi ſubiecta aut prędicata ſint: contradictoriam negationẽ valeant cuſtodire: ſi quis enim nomẽ ęquiuocum ſubiciat ⁊ aliud prędicet: ⁊ ſi quis cõtra huiuſmodi affirmationẽ cõſtituat negationem: nõ faciet oppoſitionẽ ut cum dico cato ſe vtice occidit. nomẽ hoc quod dicit̃ cato ęquiuocum eſt. poteſt enim ⁊ orator intelligi: ⁊ hic qui exercitum duxit in Africã. Si quis igit̃ dicat: cato ſe vtice occidit. poteſt fortaſſe intelligi de catone marcię. ſi quis reſpondeat cato ſe vtice nõ occidit. poteſt de catone cenſorino cõſtituiſſe negationẽ. Sed quoniã diuerſus eſt cato cenſorinus catone marcię: ⁊ nomẽ ipſum catonis diuerſa ſignificat: diuerſę erunt a ſe affirmatio ⁊ negatio: ⁊ nõ id omnino perimit negatio: quod cõſtituit affirmatio. Affirmatio enim cõſtituit marcię catonem ſe vtice peremiſſe. Negatio vero dicit catonem ſi ita cõtingit oratorem nõ ſe vtice peremiſſe. quare nõ cõſtituũt verũ inter ſe falſumqꝫ diuidentes: qꝫ a ſe diuerſę ſunt. nam vtrũqꝫ verũ eſt ⁊ qꝫ ſe cato vtice occidit ſcilicet marcię: ⁊ qꝫ ſe cato vtice nõ occidit ſcilicet orator atqꝫ hic ęquiuocũ ſubiectũ fecit: ut hęc affirmatio ⁊ negatio oppoſitionẽ nullo modo cõſtituerent. Quod ſi prędicatum fuerit ęquiuocũ: eodẽ modo contradictio non fit. Dicat enim quiſqꝫ cato fortis eſt ⁊ de catone prędicet fortitudinem mentis: aliuſqꝫ reſpondeat cato fortis nõ eſt ad imbecillitatẽ corporis ſpectans: ita igitur ęquiuocatio fortitudinis ambiguitatem fecit: quę oppoſitionẽ nulla ratione cõponeret. ⁊ ſi vterqꝫ termin⁹ ſubiectus ⁊ prędicat⁹ ęquiuoci fuerint: multomagis diuerſę a ſe erũt ꝓpoſitiones et non oppoſitę: nec inter ſe verum falſumqꝫ diuidentes: ſed vtraſqꝫ veras: interdũ vtraſqꝫ falſas eſſe cõtingit. Quare vnũ oportet eſſe ſubiectũ vnũqꝫ prędicatũ: ut id quod affirmatio prędicauit ⁊ iunxit: idẽ negatio diuidat ⁊ abiungat: ⁊ id de quo ſubiecto affirmatio p̃dicauit: de eodẽ negatio neget. Nã ſi ſit vterqꝫ ęquiuocus termin⁹ aut quilibet vn⁹ eorũ: fieri põt ut aliud tollat negatio quam affirmatio poſuerat. ita qꝫ nulla ſit oppoſitio. quare nõ ita faciẽdũ eſt: ſꝫ idẽ ſubiectũ ⁊ p̃dicatũ in affirmatione eſſe debet ⁊ idem in negatione: atqꝫ hoc eſt qđ ait: dico aũt opponi eiuſdem de eodẽ: nõ aũt ęquiuoce. Qđ enĩ ait eiuſdẽ ad p̃dicatũ retulit qđ de eodẽ ad ſubiectũ. ⁊ ſubaudiẽdũ eſt. dico aũt opponi negationẽ eiuſdẽ p̃dicati de eodẽ ſubiecto: ſꝫ ut non ſint ęquoca neqꝫ ſubiecta neqꝫ p̃dicata: ⁊ multomagis vtraqꝫ: ſꝫ vnũ aliqd ſignificẽt: qđ per hoc dixit: qđ ait. nõ autem ęquiuoce: nec ſola ſi nõ ſit equiuocatio: rõ firma eſt ad conſtituendã oppoſitionem. ⁊ Multa enĩ ſunt quę in ſophiſticis elenchis cõtra eos qui argumẽtis fallacib⁹ verę rõnis viã conant̃ euertere determinauit quẽadmodũ faciẽde eſſent ꝓpoſitiones ⁊ quẽadmodũ inueniẽda eſſet argumẽtorũ fal-

lacia: quod hic ait: ⁊ quecūqȝ cetera taliū determinam⁹ contra sophisticas importunitates: tanq̄ȝ si diceret. dico quidem opponi affirmationē negationi eiusdē pdicati de eodem subiecto: hoc et quecunqȝ alia sunt que in sophisticis elenchis determinata sunt cōtra argumentoꝝ importunitates. ⁊ hic quidē quoniā aliud negociū erat cōmodissime breuiterqȝ perstrinxit. nos aūt quid in sophisticis elēchis determinauerit ad cōstituendā oppositionis cōtradictionē quantū breuitas patit: nō grauamur opponere. Non enī solū si equiuocatio in propositionib⁹ collocet: nulla fit contradictio: verū etiam si vniuocatio in negatione ponitur: illa oppositio contradictionē penit⁹ non habebit: est enim oppositio habens contradictionē: in qua affirmatio si vera est: negatio falsa fit: si negatio vera est: falsa affirmatio videat. Positis ergo sm̄ vniuocationē terminis vtrasqȝ simul ⁊ affirmationē ⁊ negationē veras esse contingit: ut si quis dicat homo ambulat: homo nō ambulat: affirmatio de quodā homine vera est: negatio de speciali vera: sȝ specialis homo ⁊ particularis vniuoci sunt. Quo circa sumptis vniuocis contradictio nō fit: at vero nec si ad aliam ⁊ aliam partem affirmatio negatioqȝ ponat: fit in ipsis vlla veri falsiqȝ diuisio sed vtrasqȝ veras esse cōtingit. ut cum dico oculus albus est: oculus albus nō est. In alia enī parte albus est: in alia albus nō est: atqȝ ita negatio vera est ⁊ affirmatio: nec si ad aliud: atqȝ aliud referens dicat nulla inde contradictio pcreat: ut cum dico decem dupla sunt decem dupli nō sunt: nam si ad quinariū referam: vera est affirmatio: si ad senariū: vera negatio: nec si diuersum tēp⁹ in affirmatione ac negatione sumat: ut cum dico socrates sedet: socrates nō sedet. alio enim tempore sumptū sedere veram facit affirmationē: alio tempore non sedere verā facit negationem. Amplius quoqȝ si diuerso modo quis dicat in negatione quod iam in affirmatione proposuit: vim cōtradictionis intercipit. Si quis enim dicat affirmationem potestate: negationē vero actu: possunt affirmatio et negatio vno tempore cōgruēte veritate cōstitui; ut si quis dicat catulus videt: catulus nō videt. potestate enī videt: actu vero nō videt. Quo circa oportet siceri si faciēda est cōtradictio eiusdem (vt ipse ait) predicati de eodē subiecto nō equiuoce sed vniuoce: ad eandē partem: ad idē relatum ad idem temp⁹ eodem modo cōstitui. Que oīa in sophisticis elenchis diligentissime prosecut⁹ est. nūc pauca cōmemorans distulit in illis libris integrā disputationē. Est aūt enunciatio de eo quod est aliquid esse vel nō esse. Affirmatio quidē de eo quod est esse ut plato philosophus est. Negatio vero de eo quod est nō esse: ut plato philosoph⁹ nō est: hec vtraqȝ enūciatio plato philosophus est. plato philosophus nō est sese perimunt: ⁊ in contrariū quasi quodam locata litigio faciūt contradictionē. Cōtradictio vero est oppositio affirmationis ⁊ negationis. in qua neqȝ ambas falsas: neqȝ ambas veras esse cōtingit: sed vnam semper verā: alterā vero falsam. si qua autem sunt huiusmodi: in quibus verum falsumqȝ affirmatio negatioqȝ nō diuidat: in illis aliquid diuersum ⁊ nō ad oppositionē integram reperit. Dicit autem porphyri⁹ argumentū esse ad id quod dicimus affirmationē negationi ita oportere opponi: ut vna vera opposita in alteram mox falsitas veniat cōmunē inter nos cōsuetudinē colloquēdi. Cū īdo enim quis aliquid esse dixerit idē alius negauerit: vnum ipsorum verū dicere: mentiri aliū suspicamur. Amplius quoqȝ. Si aliquid aut est aut nō est mediumqȝ inter esse ⁊ non esse nihil poterit inueniri. affirmatio aūt ponit aliquid esse: idemqȝ aufert negatio: ⁊ ē contradictio affirmatio etiam negatio opposite: talis oppositio integram facit contradictionē: in qua affirmatio ⁊ negatio vtreqȝ vere simul esse nō possunt. Affirmationis autē negationisqȝ natura ad qualitatem quandā referē. Qualitas enim quedam est affirmatio atqȝ negatio: preter hunc vero qualitatem est etiam quantitas propositionū. de qua posterius paulo dicendum est. Sed volens Aristo. quid esset contradictio nos docere prius vbi esset ostendit. in oppositione enim contradictionē omnē necesse est esse. Quare quoniam cōtradictio in oppositione est. qualis autem oppositio hanc contradictionē faciat: adhuc ignota est. Estqȝ hec oppositio aut in qualitate ppositionū aut in quātitate aut in vtroqȝ. ⁊ de qualitate propositionū que in affirmatione ⁊ negatione consistit: dictum est: nūc de quantitate dicetur: ut ea quoqȝ cognita perspiciat: an in qualitate: an in quantitate: an in vtroqȝ ppositionū contradictio sit.

Quoniam autem sunt hec quidem rerum vniuersalia: illa vero singularia. Dico autem vniuersale: quod in pluribus natum est predicari: singulare vero quod non: vt homo quidem vniuersale: plato vero eorū que sunt singularia. necesse est autem enunciare: quoniaȝ inest aliquid aut non: aliquotiens quideȝ eorum alicui que sunt vniuersalia: aliquotiens autem eorum que sunt singularia.


℃ Omnis propositio significationis sue proprietatem ex subiectis intellectibus capit. Sȝ quoniā necesse est intellectus rerum esse similitudines: vis propositionū per intellectus ad res quoqȝ continuat. Atqȝ ideo cum aliquid vel affirmare cupimus vel negare: hoc ad intellectus ⁊ cōceptionis animi qualitatem refertur. Quod enim imaginatione intellectuqȝ concipimus: id in affirmatiōe aut in negatione ponentes affirmamus scilicet ⁊ negam⁹: ⁊ principaliter quidem ab intelligentia propositiones vim capiunt: ⁊ proprietatem. Secundo vero loco ex rebus sumunt: ex quibus ipsos intellectus constare necesse est. vnde fit ut ⁊ quantitate propositio ⁊ q̄litate participet. Qualitate quidem in ipsa affirmationis et negationis prolatione: quam ex proprio quis iudicio emittit ac pfert. quantitate vero ex subiectis rebus quas capiunt intellect⁹: videmus namqȝ alias esse in rebus huiusmodi qualitates: que in aliam conuenire nō possunt nisi in vnāquāqȝ particularem singularemqȝ substantiā. alia est enim qualitas singularis: ut platonis uel socratis: alia est que communicata cum pluribus totam se singulis ⁊ omnib⁹ prebet: ut est ipsa humanitas. Est enim quedam huiusmodi qualitas: que ⁊ in singulis tota fit: ⁊ in omnib⁹ tota. Quotienscūqȝ enim aliquid tale animo speculamur: nō in quālibet vnā personam per nomen hoc mentis cogitatione deducimur: sed in omnes eos quicūqȝ humanitatis diffinitione participant. vnde fit ut hec quidem sit cōmunis omnib⁹. illa vero prior incōmunicabilis quidem cunctis: vni tamen propria. Nam si nomen fingere liceret: illā singularē quandam qualitatē ⁊ incōmunicabilē alicui alij substantie suo ficto nomine nuncuparem: ut clarior fieret forma propositi. Age enim incōmunicabilis platonis illa proprietas platonitas appellatur. eo enim modo qualitate hanc platonitatem ficto vocabulo nuncupare possumus: quomodo hominis qualitatem dicimus humanitatē. Hec ergo platonitas solius vnius est hominis. ⁊ hoc nō cuiuslibet: sȝ solius platonis. humanitas vero ⁊ platonis ⁊ ceteroꝝ quicunqȝ hoc vocabulo continent. vnde fit ut quoniā platonitas in vnum cōuenit platonem: audientis anim⁹ platonis vocabulum ad vnam personā vnāqȝ particularē substantiam referat. Cum autē audit hominē ad plures animū intellectum referat: quoscūqȝ humanitatē cōtinere nouit: atqȝ ideo quoniā humanitas ⁊ omnibus hominib⁹ cōmunis est ⁊ in singulis tota est: equaliter cuncti homines retinent humanitatē sicut vnus homo. Si enim id ita non esset: nunqȝ specialis hominis diffinitio particularis hominis substantie conueniret. Quoniaȝ igitur hec ita sunt idcirco homo quidem dicitur vniuersale quiddam: ipsa vero platonitas ⁊ plato pticulare. His ergo ita positis quoniam vniuersalis illa qualitas ⁊ in omnibus potest ⁊ in singulis predicari: cum dicimus homo: ambiguum est et

dubitari potest: utrum de speciali dictum sit: an de aliquo particulari: idcirco q̄ nomē hominis et de omnib⁹ dici potest et de singulis quibusq̄: qui sub humanitatis specie continent̄. Quare indefinitū est utrum de omnib⁹ dictum sit id quod dicimus homo an de unaquaq̄ indiuidua hominis et particulari substantia. Hanc igitur qualitatē humanitatis si ambiguitate intellect⁹ separare nitamur: determināda est aut in pluralitate ostendenda: aut in unitate numeri colligenda. nam cum dicimus homo indefinitum est: utrum omnes dicamus unū. Sin vero additum fuerit omnis: ut sit predicatio omnis homo vel quidā: tūc fit distributio et determinatio uniuersalitatis: et nomen quidē quod uniuersale est id est homo uniuersaliter proferimus dicentes omnis homo: aut particulariter dicentes quidā homo. omnis enim nomē uniuersalitatis significatiuum est. Quocirca si omnis quod uniuersale significat: ad hominē quod idem ipsum uniuersale est adiungatur: res uniuersalis que est homo uniuersaliter predicat̄ scd̄m id q̄ diffinitio ei adijcitur quantitatis. Sin vero dictum fuerit quidā homo: tunc uniuersale quod est homo additur particularitate per id quod adiectū est quidam particulariter profert̄. et dicitur res uniuersalis prolata particulariter. Sed quoniā particularis est predicatio quidā homo: particularis rursus predicatio platonis. de uno eni dicit̄ quidam homo: et de uno dicit̄ plato. nō eodem modo particulares utreq̄ esse dicunt̄. plato enim unam ac definitā substantiam proprietatē q̄ demonstrat. que cōuenire in alius non potest. quidam homo vero quod dicit̄ particulariter ipsum nomē uniuersale determinat: sed si deesset quidam id quod dicimus homo uniuersale esset ac per hoc ambiguum permaneret: quod vero dicim⁹ plato nunq̄ esse poterit uniuersale. Nam et si quādo nomen hoc plato pluribus imponatur: nō tamen hoc nomen: idcirco erit uniuersale. Naq̄ humanitas ex singulorū hominū collecta naturis in unā quodāmodo redigit̄ intelligentiam atq̄ naturam. Nomē vero hoc q̄ dicimus plato multis scd̄m vocabulū fortasse cōmune esse videret̄: nulli tamē illa p̄prietas platonis cōueniret: que erat proprietatis aut nature eius platonis: qui fuit socratis auditor: licȝ eodē vocabulo nūcuparet̄. hoc vero ideo quoniȝ humanitas naturalis est. nomen vero proprium positionis. Nec hoc nunc dicit̄: q̄ nomen platonis de pluribus non potest predicari: sȝ proprietas platonis. Illa enim p̄prietas naturaliter de pluribus non dicit̄ sicut hominis: et ideo incōmunicabilis (ut dictū est) qualitas est ipsa platonitas: cōmunicabilis vero qualitas uniuersalis: que et in pluribus et in singulis est. unde fit ut cum dico omnis homo in numerū p̄positionem tendam. cum vero dico socrates aut plato: non in numerū emittaȝ: sed qualitatem proprietatemq̄ unius in sua indiuidua singularisq̄ substantia contringam ac predicē. Quare in hoc quoq̄ maxime he due particularitates quidam homo et plato distant: quod cū dico plato: queȝ hominem dixerim vocabulo designaui: proprietatemq̄ uniuscuiusq̄ quem nomino. Cum vero dico quidam homo: numerum tm̄ reieci: et ad unitatem propositionē redegi. De quo autem dicam: hec p̄ticularitas mihi nō subdidit: quidam eni homo potest esse et socrates et plato et cicero et unusquisq̄ singulorū: quorū p̄prietates a se in singularitatis rōne et natura diuerse sunt. unde cōmodissime Theophrastus huiusmodi p̄ticulares p̄positiōes: quales sunt: quidam homo iustus: p̄ticulares indefinitas vocauit. Partē namq̄ tollit̄ ex homine q̄ est uniuersale uel vocabulo vel natura. Que tamen ipsa sit pars et qua proprietate descripta non determinat nec definit. unde uniuersale vocauit quod de plurib⁹ naturaliter predicat̄: ut homo: nō quod positione quēadmodū nomen Alexandri de troiano et de macedone et philippi filio de plurib⁹ dicitur. hoc enim positione de pluribus dicit̄: illud natura. et persubtiliter ait: quod in pluribus natum est predicari. Est enim hec uniuersalitas naturalis. illam vero nominis neq̄ proprietatem que p̄ticularis est singularem vocauit dicens. Plato eorum que sunt singularia: quod autē secutus est dicens: Necesse est autem enunciare quoniā inest aliquid aut non aliquotiens quidem eorum alicui que sunt uniuersalia: aliquotiens autē eorum que sunt singularia: huiusmodi est tanq̄ si diceret. Omnis quidem affirmatio et negatio inesse aut non inesse demonstrat. Et quicquid enūciatur: aut de eo quod est esse proponit̄: ut plato philosophus est hec enim p̄positio platoni philosophiā inesse cōstituit: aut de eo quod est nō inesse: ut plato philosophus nō est: hec enim a platone philosophiā diuidens eideȝ philosophiā non inesse p̄ponit: ergo quoniā necesse est aut aliquid alicui inesse dicere: aut aliquid alicui non inesse: illud quoq̄ necesse est ut intelligamus cui inesse aliquid dicamus aut uniuersale esse: ut cū dicamus homo albus est: albedinem uniuersali rei inesse monstramus. id est homini: aut certe particulare ac singulare: ut si quis dicat socrates albus est albedinē enim socratis singulare substantie et proprietati incōmunicabili inesse significauit: sed in singularib⁹ siue affirmetur aliquid siue negetur: unus oppositiōis modus est: qui vim contradictionis obtineat: nam quoniā singulare atq̄ indiuiduū nulla sectione diuidit̄: scd̄m ipsuȝ q̄ȝ facta contradictio simplex erit. In his autē que in uniuersalibus fiunt nō est unus modus cōtradictionis. Nā cū dico socrates homo est: socrates homo non est: sola huiusmodi oppositio si omnia illa cōueniant: que cōtra argumētorum importunitates supra iam dicta sunt ad faciendam contradictionē idonea reperit̄. Sin vero tale aliquid subiectum sit: de quo aliqd̄ predicet̄ qd̄ sit uniuersale: et in pluribus (ut ipse ait) natū sit predicari: nō est simplex oppositio cōtradictionis. Sunt eni earū p̄positionū que de uniuersalibus rebus fiunt tres differētie. una que omnis cōplectit̄: ut cū dico omnis homo animal est. alia que ex indefinita multitudine et innumera pluralitate ad unā propositionis vim colligit atq̄ cōstringit. hec huiusmodi est tanq̄ si quis dicat quidaȝ hō aīal ē. alia vero est que neq̄ in pluralitatē p̄positionē tendit: neq̄ in particularitatem redigit: ut eam que sine ulla determinatione p̄ponit̄: ut est homo animal est: homo aīal nō est. huic eniȝ nec quidā quod particularitatis: nec oīs quod est uniuersalitatis adiunximus. unde fit et singularitas simpliciter predicatur: uniuersalitas vero aliquotiēs uniuersaliter: ut oīs homo aīal est: hō res uniuersalis uꝉiter predicata est. nā cū sit homo uniuersalis qd̄ ei adiectū est oīs uniuersalitateȝ uniuersaliter appellari facit. Rursus est: ut uniuersalitas p̄ticulariter predicet̄: ut cū dico quidā hō aīal est. quidā particulare determinat: sed iunctum ad hominē uniuersaleȝ substantiaȝ particulariter predicari fecit. Est quoq̄ uniuersale nō uniuersaliter predicare: quotiens sine adiectiōe uniuersalitatis uel particularitatis simpliciter nomē uniuersale ponit̄: ut est homo animal est. Determinationes autē dicunt̄: que rem uniuersalem uel in totū fundunt: ut omnis: uel in partem contrahūt: ut quidā. omnis vero uꝉ quidā quantitatē p̄positionis determināt: que quātitas iuncta cū qualitate p̄positionū quattuor variat̄ modis. Qualitas aūt propositionū in affirmatione et negatiōe est aut enim uniuersalē rem uniuersaliter predicat affirmatiue: ut omnis homo animal est. aut uniuersalē rem particulariter affirmatiue: ut quidā homo animal est: aut uniuersalem rem uniuersaliter negatiue: ut nullus homo lapis ē aut uniuersalē rem particulariter negatiue: ut quidaȝ homo lapis nō est. Oportet aūt in his que uniuersali determinatione proponunt̄ in ipsis determinationib⁹ fieri negationem: ut quoniā determinatio uniuersalis rei est uniuersaliter: cū dicamus omnis homo iustus est: si uniuersaliter negabim⁹: dicam⁹ nullus hō iustus est. et q̄ aio nullus eā uniuersalitatē que est oīs intercipit: nō eaȝ que est homo. Rursus si idem ipsum oīs homo iustus est: negare particulariter velim: dicā non omnis hō iustus est: per p̄ticularē negationem uniuersalitatis vim intercipiens. in

❡ Sensus huiusmodi est si vna res plura significet: ex quibus multis vnū effici nō possit: illa affirmatio in qua illō nomē vel p̄dicat̄ vel subicit̄: multa significat: ut in eo q̄ est hō q̄ dicimus hō significat aīal significat rōnale: significat mortale: sed ex his quę multa significat: vnu3 potest effici: qd est aīal rōnale mortale. Quare hoc nomen hō licet plura sint quę significet: tn̄ quasi cōiuncta in vnū quodāmō veniāt corpus: ⁊ vnū quidā ex se iuncta perficiūt: cū id dictū ita fuerit quasi ex his quę significet: vnū aliquid fiat: vnū q̄ tota illa iuncta p̄ficiūt nomē illud significare manifestū est. atq3 hoc est qd ait. Sin vero duob⁹ vnū nomē sit positū: ex quibus nō est vnū: non est vna affirmatio nec vna negatio. Si enī talis quilibz sermo plura significet: ex quibus iunctis vnū nequeat fieri corpus. nec possint ea quę significātur. vno illo noīe in vnā specīe substantie cōuenire: nō est illa vna affirmatio. Quale autē nomē sit q̄ positum vnā affirmationē nō faciat: idcirco q̄ plura significet: ex quibus vnū fieri nō possit exemplo solertissima virtute monstrauit dicens.

Ut si quis ponat hoc nomen tunica hoī et equo: quoniā tunica est alba: hęc nō est vna affirmatio: nec vna negatio. nihil enim differt hoc q̄ dicere quoniā ē homo ⁊ equus albus. Hoc autē nihil differt q̄ dicere est homo albus: ⁊ est equus albus.

❡ Si quis ponat hoī ⁊ equo nomē tunica inquit. ⁊ in ppositiōe nomē hęc ponat̄: illa propō nō vna sz multiplex est. nā si verbi gratia tunica hō atq3 equ⁹ dicat̄: ut cū dicit aliquis tunica aut hoīe3 aut equū designet. si quis dicat in propōe tunica alba est: nō est vna affirmatio. q̄ enī dicit tunica alba est: huiōi est: q̄si dicat hō ⁊ equus albus est. tunica enī hoīem atq3 equū significatiōe monstrauit. Qui vero dicit hō ⁊ equus albus est nihil differt: tanq̄ si dicat equ⁹ albus est ⁊ hō albus est. sed hę duę sunt propōes ⁊ non simplices. in his enī subiecta diuersa sunt. Quocirca si hę duę affirmatiōes sunt: duplex quoq3 illa est affirmatio quę dicit hō atq3 equus albus est. Quā si hęc rursus est duplex: quasi hoīem atq3 equū tunicā significare positū est: cum dicimus tunica alba est nō vnū sed plura significat. Quocirca si ea affirmatio quę multa designat: nō est vna: hec quoq3 affirmatio vna non erit. cuius aut p̄dicatio equiuoca fuerit aut subiectū. atq3 hoc est quod ait.

Si ergo hę multa significāt: et sunt plures. manifestū est. quoniā ⁊ prima multa vel nihil significat. neq3 enī aliquis est hō equus. quare nec in his necesse est hanc quidē contradictionē verā esse: illā vero falsam. In his ergo et quę sunt et quę facta sunt. necesse est affirmationē vel negationē veram vel falsam esse: in vniuersalibus quidē vniuersaliter semp hanc quidē veram: illam vero falsam esse: et in his quę sunt singularia: quēadmodū dictum est. In his vero quę in vniuersalibus nō vlīter dicunt̄: nō est necesse. dictū est autē ⁊ de his.

❡ Quā si inquit est equus albus ⁊ est hō alb⁹ multa significant. illa q3 p̄ria propō quę est tunica alba ē: ex qua hę supererūt: multa significat. aut si quis dicat nō eā multa significare: p̄cedit profecto nihil oīno propōis ipsius significatione mōstrari. Tūc enī multa vnū nomē significās in vnā significatiōem poterat p̄uenire: quotiēs ex his quę significat: vna posset cōiungi cōstituiq3 substantia ut in eo q̄ supposuit: cū hō aīal rōnale ⁊ mortale significet: que in vnum p̄nt cōiuncta cōgruere. Nūc aūt si tunica hoīe3 equūq3 significet multa designat: sz ea ipsa in vnū corpus nō veniunt. neq3 enī fieri p̄t: ut aliqs hō equus sit. quare aut multa significat q̄ verū est: aut si concēdat nō eā multa significare: sz quidā ex his quę significat iunctū. quā nihil est q̄ ex equo ⁊ hoīe p̄iūgat̄: nihil oīno significat. hoc. n. est qd dixit neq3 enī est aliqs hō equus. ⁊ hoc qdē sub vno accētu legēdū ē: nō discrete p̄nūciandū hō ⁊ rursus equ⁹: sz hōequ⁹: ut ex his iūctis nihil appareat oīno posse cōstitui. cur aūt hoc dixit: sequens mōstrat ordo. Si. n. ita faciēda propō est ut p̄ affirmatiō3 huiōi opponat̄ negatio: quę in oppōe verū falsumq3 diuidat: ut vna vera altera falsa sit: vnā oporz esse affirmatiōem ⁊ vnam negationem. qd p̄tingit si neq3 subiectum neq3 p̄dicatū multa significet. q̄ si plura designet ⁊ equiuocum sit: non erit in huiusmodi propositionibus

vna semp vera altera falsa. Herminius vero sic sentit. Quod ait Aristoteles. Si vero duobus vnū nomē est positū: ex quibus nō est vnū: nō est vna affirmatio nec vna negatio. ut in eo inquit q est homo gressibilis est. quoniā q dicimus gressibile potest ex bipes esse & quadrupes & multiplex animal demonstrari. Ex his inquit oibus vnum fit quod est pedes habens. Ista inquit huiusmōi affirmatio nō multa significat. sed sententiā aristotelis omnino non sequit. neqz eni ex his oibus vnū fit: nec quadrupes bipes & multipes pedes habere faciūt. hic eni numerus pedū est; non pedū cōstitutio. quare Herminius pretermittendus est. Huic autē expositioni quā supra disserui Aspasius & Porphyrius & Alexander in his quos in hunc librū edidere cōmentariis cōsensere. sed ne diutius nobis Aristotelis exemplū caliginis obscuritatē ferat: hoc in aliquo noto exemplo vocabuloqz videndū est. Cum eni dicim⁹. Aiax se peremit & Telamonis aiacem filiū & Oileū demōstrat: ex quib⁹ duob⁹ vnū fieri aliquid nō potest ex duob⁹ eni indiuiduis nihil omnino iūgitur. Quare huiusmodi propositio multa significat. sed hec hactenus. nūc autē determinat hec quę de propositiōib⁹ supra iā dixerat: non de omni tpe: sed de solis tantū preterito & pñti: quēadmodū se in veritate & falsitate habent disseruisse. In futuris vero nō idem est: quale de pñti & preterito in propositiōe iudiciū: idcirco quia iam vel cōtingit: vel cū est: definita veritas & falsitas in propositiōibus inuenit: ut cum dico brutus cōsulatum primus instituit sub rege tarquinio: dicat alius brutus cōsulatū non prim⁹ instituit sub rege tarquinio. Hęc vna vera altera falsa ē. etiā affirmatio definite vera est. definite falsa negatio. Rursus in presenti cū dicim⁹ vernū temp⁹ est: vernū temp⁹ nō est: si hoc verno tpe dictū sit: affirmatio vera est & definite vera: negatio falsa & definite falsa est. Quod si haud verno tempore dictū sit: definite falsa affirmatio: & definite est vera negatio. idcirco q siue in presenti siue in preterito veritas affirmationis negationisve iam cōtingit. in futuro vero nō eodē modo sese hz: ut cū dicimus: franci gothos superabunt: si quis negat franci gothos non superabūt; vna quidē vera est: altera falsa. Sz quę vera quę falsa sit: nullus ante exitū agnoscit: atqz hoc est quod ait. in his ergo quę sunt & quę facta sunt, necesse est affirmationem vel negationē verā vel falsam eē: in vniuersalib⁹ quidē vniuersaliter semp hanc quidē verā: illam vero falsam. Et in his quę sunt singularia: ut dictū est; ut nō modo vna semp vera sit altera falsa in tota contradictiōe. Sed illud quoqz habeat: ut in vna qualibet definite veritas aut falsitas reperiat. ita ut in his singularib⁹ veritas & falsitas in propositionib⁹ diuidat: in vniuersalibus autē si hę particularitate opponant (quēadmodum dictū est) vnā necesse est veram esse alterā falsā. Sz definita propositionū veritate vel falsitate sicut supra disserui. Quare in sequētib⁹ quędā de futuris tractāda sunt: & quoniā maius opus est quā hic breuiter dici posse videmus: & nos secūdi voluminis seriē longius extraxim⁹. hoc loco fastidiosam longitudinē terminemus.

Incipit cōmentariorū liber tertius.

Ea quę huius libri series cōtinebit: exponere altioris pene tractatus est: quam ut in logica disciplina cōueniat disputari. sz quoniā (ut sepe dictū est) orationib⁹ sensa proferimus: quib⁹ subiecta esse res manifestū est: nō est dubiū quin qđ in reb⁹ sit. id sepe trāsferat ad voces. quare mihi recte cōsiliū fuit subtilius magis Aristotelis sententias gemino ordine cōmentationis aperire. nunquid prior tenet editio: ingredientibus ad hec altiora & subtiliora quandā quodāmodo faciliorē semitam parat. Quod autē secūda editio in patefaciēdis subtilib⁹ sententiis elaborat. Hoc studio doctrinaqz prouectis legendā diligēdaqz proponit. quare prius quędā pauca dicenda sunt quatenus etiā de quib⁹ postea tractaturi sum⁹. hec ipsa legentibus nō videant ignota. Categoricas propositiones greci vocant: quę sine aliqua cōditione propositiōis pronunciantur: ut est dies est. sol est. homo est. sol calet &c. quę sine alicuius conditiōis nodo atqz ligamine proponunt. Sunt autē conditionales propositiōes huiusmōi. si dies est lux est: quas greci hypotheticas vocant. Conditionales autē dicunt: q talis quędā proponit cōditio: ut dicat si hoc est illud est. & illas quidē quas cathegoricas greci nomināt. latine pdicatiuas dicere possum⁹. Nam si cathegoria predicamentū est: quare nō quoqz categoricę propositiōes predicatiue dicant? Harum autē quędā sunt: quę cū sempiterna significent. sicut hę res quas significāt semp sunt: et nunqz a propria natura discedunt: ita quoqz ipsę propositiones imutabili significatione sunt: ut si quis dicat deus est deus imortalis est. hę namqz propositiōes sicut de imortalibus dicunt: ita quoqz sempiternā habent & necessariam significationē: neqz hoc in vnius tpis natura pficit. sed in omniū. Nam cū dicim⁹ deus imortalis est: vel immortalis fuit: vel imortalis erit: a propria significatiōis necessitate nō discrepant. necessarias autē propositiōes vocam⁹ in quib⁹ id quod dicit aut fuisse aut esse aut certe necesse ē euenire. & hę quidē quę sempiterna significāt: sempiternę necessitatis sunt. Nam etiā si in his nō sit manifesta veritatis natura: nihil tamen prohibet fixā esse necessitatis in natura constantiā: ut si nobis ignotum est: vtrū paria sint astra an imparia: nō tamē idcirco poterit euenire: ut nec paria nec imparia videant: sed sine vlla dubitatiōe aut paria sunt aut imparia. Omnis eni multitudo horū alterū retinet in natura. Quocirca & in his si quis dicat astra paria sunt: aliusqz respōdeat astra paria nō sunt. vel si quis dicat astra imparia sunt: aliusqz respondeat astra īparia non sunt: vnus horū verū ex necessitate proponit. & quāuis id q quilibet horū verū dixerit: nobis ignotū est: necesse est tamen imutabiliter esse quod dicit: atqz hę quidē sunt imutabiliter necessarię propositiōes. Alię vero sunt quę non sempiterna significantes sunt tamē & ipse necessarię: quousqz illa subiecta sunt. de quib⁹ propositio aliquid affirmat aut negat: ut cū dico homo mortalis est. quādiu homo est tādiu hominē esse mortalē necesse est. nā si quis dicat ignis calidus est: quādiu est ignis tamdiu ex necessitate vera est propositio. Alię vero sunt quę a natura necessitatis recedunt: & quędā tantū cōtingentia significant. sed hę aut equaliter se ad affirmationem negationemqz habentia sunt: aut ad vnū vergētia frequenti⁹. equaliter se quidē hñt: ut si quis dicat me hodie eē lauādū hodie me nō eē lauādū. Nihil.n. negō vel affirmatio fiet magis. vtreqz.n. eqliter necessarię nō sunt. Illę vero quę plus ad alterā partē vergunt: huiusmodi sunt: ut si quis dicat hominē in senectute canescere: hominē in senectute nō canescere: fit quidē frequētius: ut canescat: nō tamē interclusum est: ut nō canescat. Predicatiuarū autē propositionū natura ex rerū veritate & falsitate colligit. Quēadmodū se se res habent: ita se se propositiones habebūt quę res significant. Nā si in se res vllam retinent necessitatē: propositiōes quoqz necessarię sunt. sin vero tantū inesse significent: ut si quis dicat homo ambulat: homini inesse ambulationē monstrauit: preter aliquā necessitatē sunt tantū inesse significantes omni vacuę necessitate. Quod si res ipossibiles sunt: propositiōes quę illas res demonstrāt: impossibiles nominant. si vero res cōtingenter sunt venientes atqz abeūtes: quę illas produnt: contingētes propositiōes nūcupant. Quoniā autē temporū alia sunt futura: alia presentia: alia vero preterita: res qz subiectę temporibus his quoqz temporū diuersitatibus varię sunt. alię eni presentis tpis sunt alię futuri alię preteriti ē eodē quoqz modo propositiōes alię preteriti tpis significationē tenēt: ut cū dico grecos troiā euertere: alię presentis: ut francorū gothorūqz pugna cōmittit: alię futuri: ut persę & greci bello morituri sunt. & de preteritis quidē ex de presentibus: ut res ipse stabiles sunt & definite: sic & propositiōes.

Nam quod factū est. non est nō factū: ⁊ quod est nō factū nondū factū est. idcirco de eo ꝙ factum est. veꝝ est dicere de-
finite quoniā factū est. ⁊ falsum est dicere quoniā factū nō est. rursus de eo ꝙ factū non est verū est dicere quoniā fa-
ctū non est: falsum est quoniā factū est. ⁊ de presenti quoqꝫ ꝙ fit definitā habet naturā in eo ꝙ fit. definitāꝫ quoqꝫ in
ꝓpositionib⁹ veritatē falsitatēqꝫ habere necesse est. Naꝫ ꝙ fit definite veꝝ est dicere quoniā fit: falsum quoniā nō
fit. Qđ non fit veꝝ est dicere nō fieri: fieri autē falsum. De definitione ergo ꝓpositionū p̄teriti vel p̄ntis supra iaꝫ
dictū est. Nunc vero ad illarū ꝓpositionū veritatē falsitatemqꝫ disputationis ordinē ꝯuertit: que in futuro dicunt:
queqꝫ sunt cōtingentia. solet autē futura vocare: que eadē cōtingentia dicere cōsueuit. Contingēs autē s̄m Aristote-
licam sententiā est: q̄dcunqꝫ aut casus fert aut ex libero cu-
iuslibet arbitrio ⁊ ꝓpria volūtate venit aut facilitate na-
ture in vtrāqꝫ ptem redire possibile est: ut fiat. s. ⁊ non fi-
at. hec ergo in preterito quidē ⁊ p̄senti definitū ⁊ consti-
tutū habent euentū: que enī euenerūt nō euenisse non pos-
sunt. ⁊ que nūc fiunt ut nūc non fiant cū fiunt fieri nō po-
test. in his autē que in futuro sunt ⁊ cōtingentia sunt ⁊ fie-
ri potest aliquid ⁊ non fieri. Sed quoniā tres modos su-
pra posuimus contingētie: de quib⁹ melius in phisicis
tractauimus: singulorū subdamus exempla. Si hesterno
die egressus domo inueni amicū: quem in animo habebaꝫ
querere nō tamen tūc querebā: ut nō inuenirē quem inue-
ni anteq̄ʒ inuenirē fieri poterat. Cum autem inueni vel
postq̄ʒ inueni: ut nō inuenissem: fieri nō poterat. Rursus
si ipse sponte preterita nocte profectus sum in agrū: anteq̄ʒ
hoc fieret ut non proficiscerer fieri poterat. postq̄ʒ profect⁹
sum vel cū profectus sum: ut nō hoc fieret quod fiebat: aut
non factū esset qđ erat factuꝫ: fieri non valebat. Amplius
possibile est scindi hanc quā vestior tunicā. si hesterno die
scissa est cum scindebat̄ aut postq̄ʒ scissa est. ut non scinde-
ret̄ aut non esset scissa fieri nequibat. ante vero q̄ʒ scindere-
tur fieri poterat ut nō scinderet̄. ꝑspicuū ergo est in p̄sen-
tibus p̄teritis earundē reꝝ que sunt cōtingentes: defini-
tum cōstitutūqꝫ esse euentū. In futuris autē vnū quodli-
bet duorum fieri posse: vnum vō definitū non esse: sed in
vtraqꝫ pte vergere: ⁊ aut hoc quidē aut illud ex necessita-
te euenire: ut autem hoc quodlibet definite vel quodlibet
aliud definite fieri non posse. que enī contingētia sunt: in
vtraqꝫ parte contingūt. ꝙ autem dico tale est. egrediente
me hodie domo amicū inuenire aut nō inuenire necesse est
In omnib⁹ enī aut affirmatio est aut negatio: sed inuenire
sine dubio definite aut certe si hoc non est: rursus definite
nō inuenire nō est necesse quemadmodū hesterno die quo
amicū egrediens domo inueni definitū est: definitū est au-
tem ꝙ nō est veꝝ me non inuenisse. Non eodem modo in
his que sunt cōtingentia ⁊ futura: sed tantū aut hoc quidē
aut illđ est: ⁊ hoc ex necessitate. Qđ autē vna res vel quili-
bet vn⁹ euentus definitus ⁊ iā quasi certus sit: in futuris
fieri non potest. ⁊ in hac re dissimiles sunt propositiones
contingētium ⁊ futurorū his que sunt preteritorum vel p̄-
sentium. nam cum similes sint in eo ꝙ in his aut affirma-
tio est aut negatio: sicut etiam in his que sunt preterita vel
p̄sentia: in illo diuerse sunt ꝙ in his quidem. id est pre-
teritis ⁊ p̄sentibus rerum diffinitus euentus est. In fu-
turis vero ⁊ contingentibus indefinitus est ⁊ incertus.
Videntur tamen quedam p̄sentia vel preterita incerta ⁊
indefinita sed solum nobis ignorantibus non nature. nā
licet ignoremus nos vtrum astra paria sint an imparia.
vtrum tamen quodlibet definite in naturam stellarum ma-
nifestum est est. ⁊ hoc nobis quidē ignotum est: nature ve-
ro manifestū. Sed non ita hodie me visurum esse amicuꝫ
aut non visurū. nobis quidē quid eueniat ignotū est: no-
tum vero nature: nō enī hoc naturaliter. sꝫ casu euenit. q̄re
huiusmodi propositiones nō modo ad nostram: sed ad na-
turam ipsius notionē s̄m incertum euentū ⁊ inconstantem
veritatē atqꝫ mendaciū deriuabunt̄: talis enim est cōtin-
gentis nature: ut uel in vtraqꝫ parte equaliter sese habeat
ut hodie me esse lauandū uel hodie me non esse lauandum
uel in vna plus: minus in altera: ut hominē canescere in
senectute: uel hominē nō canescere in senectute. illud enim
plus sit: illud minus. Sed nihil prohibet id ꝙ rarius fit:
tamen fieri. de his ergo aristotelica subtilitas disputatura
primū a singularib⁹ inchoās ad vniuersalia tractatui viā
pandit. duobus enim modis contradictiones fiebant aut
in singularib⁹ aut in vniuersalib⁹ vniuersaliter predicatis
⁊ his oppositis. ingredit̄ aūt ex his tribus que supra iam
dicta sunt ex casu: ex libero arbitrio: ex possibilitate: que oīa
vno nomine vtrūlibet vocauit fingens. s. nomen ad hoc:
ꝙ nō vnius ⁊ certi euentus sunt ista: sꝫ vtriuslibet: ⁊ quo
modo cōtingit ea fieri uel nō fieri. hoc aūt monstratiuū est
nature instabilis ⁊ ad vtrāqꝫ partem sine vllius rei oblu-
ctatione vergētis. Nō aūt oportet arbitrari illa esse vtrū-
libet ⁊ contingentiū nature: quecūqꝫ nobis ignota sunt.
neqꝫ enim si nobis ignotū est a persis ad grecos missos le-
gatos: idcirco missos esse incerti euentus est. Nec si letale
signum in egrotantis facie medicina deprehēdit: ut aliud
esse nō possit: nisi ille moriat̄: nobis autē ignotū sit ꝓpter
artis imperitiā: idcirco illum egrum esse moriturū vtrūli-
bet ⁊ cōtingentis nature esse iudicandū est: sed illa sola ta-
lia sine dubio eē putāda sunt quecūqꝫ idcirco nobis igno-
ta sunt: ꝙ p ꝓpriā naturā qualem habeāt euentum sciri
non possunt: idcirco quoniā ꝓpria instabilitate nature
ad vtraqꝫ vertunt̄. i. ad affirmationis ⁊ negationis eue-
ntum ꝓpria instabilitate atqꝫ incōstantia ꝑmutant̄. Est
autem inter philosophos disputatio reꝝ que fiunt causis:
necessitate ne omnia fiant: an quedā casu. ⁊ in hoc Epicu-
reis ⁊ Stoicis ⁊ Peripateticis nostris magna contentio
est: quorū paulisper sententias explicemus. Peripatetici
enim: quorum Aristoteles princeps est: ⁊ casuꝫ ⁊ liberi ar-
bitrii iudicij ⁊ necessitatē in rebus que fiunt: quecūqꝫ agūt̄
cū grauissima auctoritate tū apertissima ratione cōfirmant
Et casum quidē esse in phisicis probāt: quotiens aliquid
agitur ⁊ non id euenit: propter quod illa res cepta est: que
agebat̄: id quod euenit ex casu euenisse putandū est: ut ca-
sus quidē non sine aliqua actione fit: quotiens aūt aliud
quiddam euenit p actionē que gerit̄: quaꝫ sperat̄: illud eue-
nisse casu peripatetica probat auctoritas. Si quis enī ter-
ram fodiens vel scrobem demittens agri cultus causa the-
saurum reperiat: casu ille thesaurus inuentus est nō sine
aliqua quidem actione. terra enim fossa est cuꝫ thesaurus
inuentus. Sed nō illa erat agentis intentio: ut thesaur⁹
inuenirēt. Ergo aliquid agenti homini ꝓpter aliud tamē
agenti res diuersa successit. Hoc igit̄ ex casu euenire dicit̄:
quodcūqꝫ p quālibet actionem euenit non ꝓpter eam rem
ceptam que aliquid agenti successerit. ⁊ hoc qđ in ipso reꝝ
natura est: ut non hoc ex nostra cōstaret ignorantia: ut non
idcirco quedā esse casu viderent̄: ꝙ nobis ignota essent: sꝫ
potius idcirco a nobis ignorent̄: ꝙ hec in natura q̄cunqꝫ
casu fiunt nullam necessitatis cōstantiam aut prouidētiā
modo tenerent. Stoici quidē omnia ex necessitate ⁊ proui-
dentiā fieri putantes: id quod ex casu fit: non s̄cdm ipsi⁹ na-
turam fortune: sed s̄cdm nr̄am ignorantiā metiunt̄: id enī
casu fieri putant: quod cū necessitate fit: tamen ab hoībus
ignorat̄. Et de libero quidē arbitrio eadem nobis pene il-
lisqꝫ cōtentio est. Nos enim liberū arbitriū ponim⁹ nul-
lo extrinsecus cogente in id quod nobis faciendū uel nō fa-
ciendum iudicantib⁹ ꝑpendentibusqꝫ videat̄: ad quā rem
p̄sumpta prius cogitatione ꝑficiendā ⁊ agendā venim⁹:
ut id quod fit: ex nobis ⁊ ex nr̄o principiuꝫ iudicio sumat
nullo extrinsecus aut violenter cogente: aut violēter im-
pediente. Stoici autem omnia necessitatibus dantes cō-
uerso quodam ordine liberum volūtatis arbitrium custo-
dire conant̄. dicūt enim naturaliter quidem animā habere
quandā voluntatē: ad quā ꝓpria natura ipsius volun-
tatis impellit̄. ⁊ sicut in corporib⁹ inanimatis quedā na-
turaliter grauia serūtur ad terrā: leuia sursuꝫ meant. ⁊ hec

natura fieri nullus dubitat: ita quoqꝫ in nobis ⁊ in ceteris animalibꝰ voluntatẽ quidem naturalẽ esse cunctis: ⁊ quicquid fit a nobis: scđm volũtatẽ que naturalis nobis est putant fieri. illud tamẽ addunt ꝙ ea voluntꝰ: que prouidentie illius necessitas imperauit: ut sit quidem nobis volũtas cõcessa naturaliter: ⁊ id quod facimꝰ voluntate facimus: que. s. in nobis est: ipsam tamẽ voluntatẽ illiꝰ prouidentie necessitate cõstringi. Ita fieri quidẽ omnia ex necessitate: ꝙ volũtas ipsa naturalis necessitatem sequat̃ fieri etiã ꝙ facimus ex nobis: ꝙ ipsa voluntas ex nobis est: ⁊ scđm animalis naturã. Nos autẽ liberum voluntatis arbitrium non id dicimꝰ: ꝙ quisqꝫ voluerit: sed ꝙ quisqꝫ iudicio ⁊ examinatiõe collegit. Alioquin multa quoqꝫ animalia habebũt liberũ voluntatis arbitrium. Illa enĩ videmus sponte quedam refugere: quibusdã sponte concurrere. Qđ si velle aliquid uel nolle recte liberi arbitrij vocabulo teneret̃: non solum hoc esset hominũ: sed ceterorũ quoqꝫ animaliũ: quibꝰ hanc liberi arbitrij potestatẽ abesse quis dubitet: sed est liberum arbitrium: ꝙ ipsa quoqꝫ vocabula produnt: liberum nobis de voluntate iudiciũ. Quotienscunqꝫ enim imaginationes quedaꝫ cõcurrunt animo ⁊ voluntatẽ irritant: eas ratio perpendit ⁊ de his iudicat: ⁊ qđ ei melius vide̕t cum arbitrio perpenderit ⁊ iudicatione collegerit facit: atqꝫ ideo quedam dulcia ⁊ speciẽ vtilitatis monstrantia spernimus: quedam amara licet volẽtes fortiter sustinemus: ideo non in voluntate: sed in iudicatione voluntatis liberum constat arbitriũ: ⁊ nõ in imaginatione: sed in ipsius imaginationis perpensione consistit: atqꝫ ideo quarundã actionũ nos ipsi principia nõ sequaces sumus. hoc est enim vti ratione vti iudicatione. Omne enĩ cõmune nobis est cũ ceteris animantibꝰ: sola ratione distũgimur. Quod si sola etiã iudicatiõe inter nos ⁊ cetera animalia est distantia: cur dubitemus ratione vti hoc esse qđ vti iudicatione: Quã si quis ex rebus tollat: rõnẽ hoĩs sustulit: hominis rõne sublata nec ipsa quoqꝫ humanitas permanebit. Melius igit̃ Peripatetici nostri ⁊ casum in rebus ipsis fortuitum dantes ⁊ preter illam necessitatem ⁊ liberum quoqꝫ arbitriũ neqꝫ in necessitate neqꝫ in eo ꝙ ex necessitate quidem non est: non tamẽ in nobis est: ut casus: sed in electione iudicationis ⁊ in voluntatis examinatione posuere. In eo autem ꝙ possibile esse dicit̃ est quedã inter Peripateticos ⁊ Stoicos dissensio: quaꝫ hoc modo paucis absoluimus. Illi enĩ diffiniũt possibile esse ꝙ possit fieri: ⁊ ꝙ fieri non prohibet̃ ut non fit: hoc ad nostrã possibilitatem. scilicet referentes: ut ꝙ nos possumus id possibile dicerent: Quod vero nobis impossibile esset: id possibile negarent. Peripatetici autem non in nobis hoc: sed in ipsa natura posuere: ut quedam ita possibilia essent fieri: ut essent possibilia non fieri: ut hunc calamũ frangi quidem possibile est ⁊ etiam non frangi. ⁊ hoc non ad nostram possibilitatem referunt: sed ad ipsius rei naturã. Cui sententie cõtraria est illa que dicit omnia fato fieri: cuiꝰ Stoici auctores sunt. quid enim fato fit: ex principalibus causis euenit. Sed si ita est: hoc quod nõ fiat nõ potest permutari. Nos autem dicimus ita quedam esse possibilia fieri: ut eadem sint possibilia nõ fieri: hoc nec ex necessitate uel ex possibilitate nostra metientes. His ergo expeditis illud addere sufficiat hoc Aristoteli firmum in sententia ⁊ disciplina retinenti facile fuisse contingentium propositionũ modum de futuris ostendere. id est equaliter se habere in affirmatione ⁊ negatione: ⁊ in vtraqꝫ parte facere: atqꝫ ideo determinatã euentus constantiam nõ habere: ꝙ nisi ita esset omnia ex necessitate fieri crederent̃: quod melius liquebit cum ad ipsa Aristotelis verba venerimus. Non autẽ incõmode neqꝫ incongrue Aristoteles de rebus alioribus ⁊ fortasse non pertinentibus ad artem logicam disputationem transtulit: cum de propositionibꝰ loqueret̃. Neqꝫ enĩ esset firmam rectitudinem ⁊ significantiam propositionũ constituere nisi hanc ex rebus ita esse probauisset. Predicatiue enim ꝓpositiones (vt dictuꝫ est) nõ in terminibus neqꝫ in cõplexione predicationũ: sed in rerũ significatione cõsistũt. Quare omnibꝰ que predictã erant explicatis ad ipsius Aristotelis sententias aperiẽdas enotandasqꝫ perueniamus. Categoricas ꝓpositiones que predicatiue latine possunt nominari (vt supra iam diximus) ex rebus quas ipse ꝓpositiones significat integra ratio enũciãdi normã diiudicat. Ille namqꝫ quas hypotheticas uel conditionales vocamus ex ipsa conditione viam propriã trahunt nõ ex his que significãt. Cũ enim dico si homo est animal est ⁊ si lapis est aĩal nõ est: illud est cõsequens illud repugnans. quare et repugnantia ⁊ ꝯsequẽtia ꝓpositionũ tota in propositione vis vertit̃: vnde fit ut non significatio sed conditio posita hypotheticarũ enũciationũ vim naturãqꝫ cõstituat. predicatiue vero ꝓpositiones (ut dictum est) ex rebus principaliter substantiã sumunt: atqꝫ ideo quoniam quedam res sunt presentis temporis quedam preteriti: sicut euentus ipsarum rerũ presentis temporis uel preteriti certus est. ita quoqꝫ predicatiuarũ propositionũ de preteritis ⁊ de presentibꝰ certa veritas falsitasqꝫ est. Erat aũt contradictionis modus duplex: aut enim vniuersales particularibus angulariter opponebant̃: aut singularis significatio affirmatiua singularem negationẽ cõtradictoria oppositione perimerat. Et in his vna vera semper altera falsa reperiebat̃. In his autem que essent indefinite non necesse erat vnam veram esse alterã falsam. sed in his in quibꝰ veritas ⁊ falsitas diuidebat̃: in his nõ solũ vna vera semper est altera falsa in preterito. scilicet et in presenti. Sed etiam vna certã ⁊ definitã veritatem retinet: certã ⁊ definitam altera falsitatẽ. In his aũt que sunt in futuro si necessarie quidẽ propositiones sunt: licet scđm tempꝰ futurũ dicant̃: necesse est tamẽ nõ modo vnã veram esse alteraꝫ falsam: sed etiam vnã definite veram alterã falsam definite: ut cum dico sol hoc anno verno tẽpore in arietem venturus est. Si hoc alius neget nõ soluꝫ vna vera est altera falsa: sed etiaꝫ in hoc vera est affirmatio definite falsa negatio sꝫ Aristoteles nõ solet illa futura vocare que sunt necessaria: sed potius que sunt cõtingentia. Contingentia autẽ sunt (vt supra diximus) quecũqꝫ uel adesse uel nõ adesse equaliter sese habẽt: ⁊ sicut ipsa indefinitum habẽt ⁊ esse ⁊ nõ esse: ita quoqꝫ de his affirmationes ⁊ negationes indefinitam habẽt veritatem uel falsitatem: cum vna semp vera sit altera falsa: sed que vera sit ⁊ que falsa nondũ in cõtingentibus notum est. Nam sicut que sunt necessaria esse: in his esse definitũ est: que autẽ sunt impossibilia eẽ: in his definitum nõ esse: ita quoqꝫ que possunt esse ⁊ possunt nõ esse in his neqꝫ esse neqꝫ nõ esse est definitum: sꝫ veritas ⁊ falsitas ex eo ꝙ est esse rei ⁊ ex eo ꝙ nõ est esse rei sumũt: nã si sit qđ dr̃ verũ ẽ si nõ sit ꝙ dr̃ falsuꝫ ẽ. Igit̃ in ꝯtingentibꝰ ⁊ futuris sicut ipsum esse instabile est ⁊ nõ esse: esse tamen aut non esse necesse est. Ita quoqꝫ in affirmationibꝰ cõtingentia ipsa prodentibus veritas quidẽ ⁊ falsitas in incerto est. Que enim vera sit que falsa scđm ipsarũ propositionũ naturam ignorat̃: necesse est tamen vnã verum esse alteram falsam. Porphyrius tamẽ quedã de stoica dialectica permisceret: que cũ latinis auribus nota non sint: nec hoc ipsum ꝙ in questione venit agnoscatur: atqꝫ ideo illa studio pretermittemus.

In singularibus vero ⁊ futuris non similiter. nam si omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est: ⁊ omne necesse est vel esse vel nõ esse. Quare si hic quidem dicat futurum aliquid: ille vero non dicat hoc idem ipsum. Manifestum est: quoniam necesse est verum dicere alterum ipsorum: si omnis affirmatio vera vel falsa est. vtreqꝫ enim non erunt simul in talibus. nam si verum est dicere: quoniam est album vel non album: necesse est album esse vel non album. Et si est album vel nõ album

verum est vel affirmare vel negare: et si non est: mentitur. ⁊ si mentitur: non est. Quare necesse est aut affirmationem aut negationē veram esse vel falsam. Nihil ergo neq₃ est: neq₃ fit. neq₃ casu: neq₃ vtrumlibet. nec erit: nec nō erit: sed ex necessitate omnia: ⁊ non vtrumlibet. aut enim qui dicit verus est: aut qui negat similiter enim vel fieret vel non fieret.

¶ Geminas esse cōtradictiones in propositionibus supra iam dictū est: ⁊ nūc quoq₃ cōmonstrat in quibus necesse est verā esse ⁊ alterā falsam. sed ea que dicunt de futuris ⁊ contingentibus melius intelligunt: si de his contingentibus loquantur que in singulari cōtradictione proueniūt. est enim vniuersaliū angularis cōtradictio in contingentibus huiusmodi. Cras oēs atheniēses bello nauali pugnaturi sunt. Cras nō omnes atheniēses bello nauali pugnaturi sunt. In singularibus aūt talis est. Cras socrates in palestra pugnaturus est. Cras socrates in palestra pugnaturus nō est. Nō autem oportet ignorare nō esse similiter contingentes has: que dicūt socrates morietur. ⁊ socrates nō morietur: ⁊ illas que dicūt socrates morietur cras. socrates non morietur cras. Ille enim superiores omnino contingētes nō sunt: sed sunt necessarie. Morietur enim socrates ex necessitate. he vero que tempus diffiniūt: nec ipse in numero contingentiū recipiunt: idcirco q nobis quidē cras moriturū esse socratē incertum est: Nature autē incertum nō est. Atq₃ ideo nec deo quoq₃ incertū est qui ipsam naturā optime nouit. Sz ille proprie contingētes sunt: q neq₃ in natura sunt neq₃ in necessitate: sed aut in casu aut in libero arbitrio aut in possibilitate nature. Ex casu quidem ut cū egredior domo ut amicū videam nō ob hoc egrediens. Ex libero arbitrio ut q possum et velle ⁊ nō velle: an velim hoc anteq₃ fiat incertum est. Ex possibilitate q cū fieri possit ⁊ nō fieri possit: ⁊ anteq₃ fiat q vtroq₃ modo pōt fieri incertū sit. Ideoq₃ cras socrates pugnaturus est in palestra contingēs est: q hoc ex libero venit arbitrio. Ergo in huiusmodi contingentibus si in futuro vna semper vera est altera falsa: ⁊ vna definite vera altera falsa definite: ⁊ res verbis cōgruēt: omnia necesse est esse uel nō esse: ⁊ quicquid fit ex necessitate fit: et nihil neq₃ possibile est esse quod possibile sit nō esse: neq₃ liberum erit arbitriū: neq₃ in rebus vllus casus erit in omnibus necessitate domināte. In his namq₃. i. in singularibus cōtradictionibus verū dicere vtraq₃ nō potest. Cōtradictorie enim erant que simul esse nō poterant: sed nec vtreq₃ negationes atq₃ affirmationes false esse in contradictoriis possunt. Ille enim cōtradictorie erant: que simul nō esse nō poterant. Quare vnus verum dicturus est vnus falsum: q si nihil dat in huiusmodi rebus. i. contingentibus instabili euentus ordine ⁊ valde incerta veritatis ⁊ falsitatis enūciatione prouenire: quicquid verū dicit in affirmatione definite: hoc definite esse necesse est: quicquid falsuz dicitur in negatione hoc non esse necesse est. Omnia igitur ex necessitate aut erunt aut ex necessitate nō erunt. Nihil ergo nec casus nec liberum arbitriuz nec possibilitas vlla in rebus est. Si quidem tenet cūcta necessitas. Aristoteles vero sumēs istam hypotheticā ppositionē si oē quod in futuro dicit aut definite verū aut falsum est definite: oia ex necessitate fieri ⁊ nihil casu nihil iudicio nihil possibilitate ex cōueniēti ordine monstrat: ⁊ hoc posito vnā. s. verā alterā falsam definite esse: oia ex necessitate cōtingere. Ex cōsensu rerum ppositionūq₃ oia fieri ex necessitate mōstrat hoc modo. Proponit enī hāc cōditionē ⁊ hanc verā esse ex rerum ipsarū necessitate cōfirmat. Et si aūt conditio si ois affirmatio uel negatio in futurū dicta vera uel falsa est definite: ⁊ omne quicqd fit ex necessitate fieri: et nihil neq₃ casu neq₃ ppria ⁊ libera volūtate atq₃ iudicio: Nec vero aliqua possibilitate que oia vtrumlibet vocabulo nuncupauit. Ponit enī hanc cōditionē dicens: Nā si ois affirmatio uel negatio vera uel falsa est subaudiēdū definite: ⁊ oē necesse est esse vel nō esse. Quare si hic quidē dicat futurū aliquid: ille vero nō dicat hoc idem ipsum: manifestū est qm̄ necesse est dicere verum alterū ipsorū: si ois affirmatio uel negatio vera uel falsa est. vtreq₃ enim non erūt simul in talibus. Ergo sensus huiusmodi est. Si ois inquit affirmatio vel negatio vera uel falsa est definite: ⁊ omne necesse est aut eē aut non esse: q uel affirmatio ponit uel negatio perimit. Nam si quilibet dixerit esse aliquid: et alius dixerit idem ipsum nō esse: vnus quidē affirmat: alius vero negat: sed in affirmatione ⁊ negatione que in cōtradictione ponunt vna semper vera est altera falsa. neq₃ enim fieri potest vt vtreq₃ sint vere. nō enim nūc sermo est aut de subcōtrariis aut de indefinitis nam ⁊ subcōtrarie. i. pticulariς negatio ⁊ affirmatio particularis: ⁊ indefinite vtreq₃ vere in eodē esse pōterāt. Cōtradictorie aūt minime. neq₃ enim fieri potest ut he que uel in singularibus cōtradictiones sunt uel in vniuersalibus angulariter opponuntur: simul vtreq₃ vere sint. hoc enī est q ait: vtreq₃ enim nō erunt simul in talibus. i. vtreq₃ enūciationes nō erunt vere in enūciationibus cōtradictoriis. posita ergo hac cōditione si omnis affirmatio definite vera uel falsa sit: omnia ex necessitate euenire. Hanc ipsam rerum ipsarū ⁊ propositionū cōsequentiā ⁊ similitudinē monstrare contendit dicens: Nam si verum est dicere quoniā est album uel nō album necesse est album esse uel nō album. ⁊ si est albū uel nō album: verum ē affirmare uel negare ⁊ si non est mentit: ⁊ si mentit non ē. quare necesse est esse affirmationē uel negationē veram eē vel falsam. Omnis inquit affirmatio omnisq₃ negatio cum rebus ipsis vel vera uel falsa est. huius autem rei ex presentibus exēpla sumit. Nam sicut se habent scdm necessitatem in presenti tēpore enūciationes: ita se habent ⁊ in futuro. Speculemur igit ⁊ in presenti que sit rerum ppositionū q₃ necessitas. Si qua enim propositio de qualibet re dicta vera est: illam rem quā dixit esse necesse est. Si enī dixerit quoniā nix alba est ⁊ hoc verum est: veritatē propositiōis sequit necessitas rei. Necesse est enim niuem esse albam: si ppositio que de eadē re predicata est: vera est. Nō si dixerit quis nō esse albam picem ⁊ hec vera est: Manifestum quoq₃ rem ppositionis consequi veritatez. Amplius āq₃ ⁊ ppositiones rerum necessitatē sequūt. si enī est aliqua res: verum est de ea dicere quoniaz est: et si non est aliqua res verum est ea dicere quoniam nō est ita scdm veritatem affirmationis uel negationis necessitas rei substantiā sequitur: ⁊ rerum necessitas propositionū cōmitat necessitatem: atq₃ hoc quidem in veris. In falsis quoq₃ idē est contrario. Nam si falsa est affirmatio: rem de qua loquit non esse necesse est: ut si falsa est affirmatio que dicit picem esse albam: nō esse albam picem necesse est. Rursus si falsa est negatio que dicit niuem nō esse albam: niuem esse albā necesse est. Rursus si nō est res affirmatio quoq₃ de eadez re necessario falsa est. Quod si rursus res nō sit: id quod pōt dicere falsa negatio: sine vlla dubitatione illa negatio falsa est: ⁊ hoc esse necesse est: ut quoniā de niue potest dicere falsa negatio quoniā alba nō est: hoc ipsum quod falsa negatio dicit. i. albam nō esse non est. Nix enim nō alba non est. Quare rerum necessitati falsitas vtraq₃ conuenit. nā si est aliquid: vere de eodem dicit quoniā est: ⁊ si vere dicit illam rem de qua vere dicit aliquid: esse necesse est: q si nō est id quod dicit falsa enunciatio est: ⁊ si enūciationes false sunt: res nō esse necesse est. Quod si hec ita sunt: propositū est autem omnē affirmationē ⁊ negationē verum esse definite: quoniā propositionū veritatē uel falsitatē rerū necessitas scdm esse uel nō esse consequit: esse quidē scdm veritatem ut dictū est: non esse scdm falsitatē: Nihil fit casu neq₃ libera voluntate neq₃ aliqua possibilitate. Nec enim que vtrūlibet vocamus talia sunt: que cum nōdum sunt facta ⁊ fieri possunt ⁊ nō fieri. si enim facta sunt non fieri potuerunt: ut hodie me librū virgilii legere: quod nondū feci potest quidem nō fieri: potest etiam fieri: quod si fecero potui

nō facere. hec igit̄ huiusmodi sunt q̄cūqȝ vtrūlibet dicūt̄. Utrumlibet autē quid sit ipse planius demōstrat dicēs.

Utrumlibet enim nihil magis sic vel non sic se habet aut habebit.

¶ Est enim vtrūlibet ꝙ adesse uel non adesse equaliter se habet. idest neqȝ illud esse necesse sit neqȝ nō esse necesse sit. Putauerunt aūt quidā: quoꝝ stoici quoqȝ sunt: Aristotelem dicere in futuro cōtingētes nec veras esse nec falsas ꝙ enim dixit nihil se magis adesse habere q̄ȝ ad non esse: hoc putauerunt tanq̄ȝ nihil eas interesset falsas an veras putari. neqȝ veras enim neqȝ falsas esse arbitrati sunt: sȝ falsum est. nō enim Aristo. hoc dicit ꝙ vtraqȝ nec vere nec false sint: sed ꝙ vna quidē ipsarū quelibet aut vera aut falsa est: non tamē quēadmodū in preteritis definite: nec quēadmodū in presentib⁹. sed enunciatiuarū vocū duplicem quodāmodo esse naturā: quarū quedā essent: in quib⁹ non modo verum et falsum inueniret̄: sed in quib⁹ etiā vnā esse definite veram: alteram definite falsam: in alijs vero vna quidem vera: altera falsa sed indefinite et cōmutabiliter: et hoc ꝑ suā naturā: nō ad nostram ignorantiā atqȝ noticiā. Quocirca recte dictum est si omnis affirmatio uel negatio verā definite esset: nihil fieri neqȝ esse uel casu uel a cōmuni nomine vtrūlibet nec esse aut non esse cōtingenter: sed aut esse aut non esse definite: sed magis ex necessitate omnia. hoc enim consequit̄ eum qui dicit aut eū qui affirmat verum esse: aut eum qui negat ꝙ si hoc verum esset: similiter cum veritate fieret: uel cū falsitate non fieri: et ꝙ vere sal se ve ab enūciationib⁹ diceba͞t. Quod si hoc impossibile est et sunt quedā res: que necessitate nō sunt. videmus autem quasdā esse casu: quasdā ex voluntate: quasdā ex ꝓpria possibilitate nature: frustra putat̄ sicut in preteritis: ita quoqȝ in futuris enunciationib⁹ vnam esse veram alterā falsam definite. Quare hec vna fuit eius argumētatio: aliam vero quasi ipse sibi opponens quandam questionem: ingreditur validiore tractatu.

Amplius si est album nunc: verū erat dicere prius: quoniam erit albū. quare semper fuit verum dicere quodlibet eorum que facta sunt: quoniam est vel erit: ꝙ si semper verum fuit dicere: quoniam est vel erit: non pōt hoc non esse: vel non futurum esse. Quod autem non potest non fieri: impossibile est non fieri. Et quod impossibile est non fieri: necesse est fieri. Omnia ergo que futura sunt: necesse est fieri: nihil igitur vtrumlibet: neqȝ casu erit. nā si casu: non ex necessitate.

¶ Ad destruendum non esse omnes enūciationes veras definite in futuro uel falsas ex eadem argumētationis virtute et ex eodem possibilitatis euentu diuersam tamē ingreditur rationis viam. Dudū enim ex his que nondū erāt facta: si vera futura esse predicerent̄ in rebus necessitatē solam esse posse collegit. nunc autem ex reb⁹ que facte sunt argumentationē capit. si vere anteq̄ȝ fierent predicerent̄: necessitatis nexu euentus rerū omniū contineri arbitrantur enim hi qui dicūt contingentiū quoqȝ propositionū stabilem esse in enunciationibus modū s̄cd̄m veritatē. s. atqȝ mendaciū: ꝙ omnia quecūqȝ facta sunt inquiunt potuere p̄dici quoniā fient. hoc enim in natura fuit ante: sed nobis hoc rei ips⁹ patefecit euētus. Quare si oīa quecūqȝ euenerunt sunt: et ea que sunt futura esse predici potuerūt: necesse est omnia que dicunt̄ aut definite vera esse aut definite falsa. quoniā definitus eoꝝ euentus s̄cd̄m presens tempus est. Quare in omnib⁹ in quib⁹ aliquid euenit verum erat dicere q̄m euenturū est: et si nondū adhuc factū est. hoc autem illis res probat verum fuisse tunc dici: quoniā euenit id qd̄ predici potuerat quod si predictū esset: res euentura definita veritate prediceret̄. hoc Aristoteles sumens ad idē impossibile validissima rōne perducit: et p̄sentis tēporis naturā cū futuri enūciatione cōiungit. Ait enim similiter esse de presentib⁹ enūciare s̄m veritatis necessitatē et de futuris. Nā si verū est dicere q̄m est aliquid: esse necesse ē. et si verū est dicere q̄m erit: futurū esse sine dubio necesse ē. Oia igit̄ ex necessitate futura sunt: ad idē impossibile. s. argumentationē trahēs. Sumit aūt hui⁹ impossibilitat̄ ordinē ex his ꝓpositionib⁹ que faciliores quidē ad intellectū sunt: idē tñ valent hoc mō. si semp inquit verum est dicere q̄m est uel erit: quicquid tūc fuit verū p̄dicere: illud nō potest nō esse nec nō futurū esse: quēadmodū enī id quod in presenti vere dicit̄ esse: hoc nō pōt nō esse: et vera de ea propositio fuit: que dicebat esse: ita quoqȝ in futuro que dicit aliquid futurū esse: illa si vera est: nō pōt nō futurum ēē ꝙ predicit. Qd̄ si nō pōt nō fieri qd̄ a vera ꝓpositione predicitur: impossibile est nō fieri. Idē enī est dicere nō pōt non fieri: qd̄ dicere impossibile est nō fieri: qd̄ aūt impossibile est nō fieri necesse est fieri. Impossibile enim esse idem necessitati valet cōtrarie predicatū: ut ipse post docuit. Nā qd̄ impossibile est esse necesse est nō esse. ꝙ enī ut sit possibile nō est: nō esse necesse est. Qd̄ si hoc est et cōtraria se eodem modo habebūt. ꝙ est impossibile nō esse: hoc esse necesse ē. Sȝ dictū est ea que vere predicūt̄ impossibile esse non esse hoc aūt est ex necessitate esse. Ea igit̄ que predicūt̄ ex necessitate futura sunt. Nihil igit̄ vtrūlibet neqȝ casu nec omnino s̄cd̄m liberū arbitriū: ꝙ vtrūlibet clausit totū significatio. nā ꝙ dicit vtrūlibet: possibilitatē et casum et liberum arbitriū tenet in significatione. Ergo nihil fit casu. Nam si quedā fieri casu dicat ille rursus in ea re perimit necessitatem. qd̄ enim casu est nō est ex necessitate. nihil aūt fit casu q̄m oīa ex necessitate proueniūt: quecūqȝ enūciatio vere p̄dixerit. euenit aūt huiusmodi impossibilitas ex eo ꝙ concessum est pri⁹ oīa quecūqȝ facta sunt definite vere predici potuisse. nā si ex necessitate cōtingit id qd̄ euenit verū fuit dicere q̄m erit. ꝙ si ex necessitate hoc nō cōtingit sȝ cōtingēter: nō potius verū fuit dicere q̄m erit: sȝ magis q̄m cōtingit esse. nā qui dicit erit: ille quādā necessitatē in ipsa predicatione ponit. hoc inde intelligit̄ ꝙ si vere dicat futurū esse id qd̄ p̄dicat̄: impossibile sit nō fieri. hoc aūt ex necessitate sit fieri. ergo qui dicit q̄m erit aliquid eoꝝ que cōtingēter eueniūt: in eo ꝙ futurū esse dicit id qd̄ cōtingenter euenit: fortasse mentit̄: uel si contigerit res illa: quā p̄dicat: ille tamē mentit⁹ est. nō enim euētus falsus est: sȝ modus p̄dicationis. Nāqȝ ita dicere cras bellū nauale cōtingēter eueniet: hoc est dicere ita eueniet si euenerit ut potuerit nō euenire. Hoc ergo qui dicit: verū dicit. Euentū enī cōtingenter p̄dixit. qui aūt ita dicit cras erit bellū nauale: quasi necesse esse sit: ita ꝓnūciat. ꝙ si euenerit nō iā idcirco qꝫ predixit: verū dixerit: q̄m id qd̄ cōtingēter euenturū erat: necessarie futurū esse predixit. Nō ergo in euētu est falsitas: sed in p̄dicationis mō. quēadmodū enī si quis socrate ambulāte dicat. Socrates ex necessitate ambulat: ille mētit⁹ est nō in eo ꝙ Socrates ambulat: sȝ in eo ꝙ ille ex necessitate eū ambulare p̄dicauit. ita q̄ȝ in hoc ꝙ dicit q̄m erit aliqd: etiā si hoc fiat. ille tñ falsus est nō in eo ꝙ factū est: sed in eo ꝙ ita factū nō est ut ille p̄dixit futurū. Qd̄ si verū esset definite: ex necessitate esset futurū. Igit̄ ex necessitate futurū esse p̄dixit qd̄cūqȝ sine vllo alio mō euēturum enunciauit. Quare nō in euētu rei: sȝ in p̄dicationis enūciatiōe falsitas inuenit̄: Oportȝ enī in cōtingētib⁹ ita aliqd p̄dicere si vera erit enūciatio: ut dicat qdē futurū esse aliquid: sed ita vt rursus relinquat esse possibile vt futurū nō sit. Hec aūt est cōtingētis nature ꝯtingēter in enūciatione p̄dicare. Qd̄ si quis simpliciter id qd̄ fortasse ꝯtingēter eueniet futurū ēē p̄dixit. ille rē ꝯtingētē necessarie futurā p̄dicit. ideo etiā si euenerit id qd̄ dixit: tñ ille mentit̄ in eo ꝙ hoc quidē ꝯtingenter euenit: ille aūt ex necessitate futurū ēē p̄dixerat. Cū ergo sint quattuor enūciatiōis et veritatꝭ et falsitatꝭ modi de his sȝ ꝓpōnib⁹ que in futuro p̄dicant̄: aut q̄m erit et nō erit id qd̄ dicit̄. s. ut affirmatio et negatio vera sit: aut q̄m nec erit

nec non erit ut affirmatio et negatio false sint: aut quoniam erit aut nō erit: ut una definite vera altera falsa: aut rursus quoniam erit aut nō erit: utrasque secundum veritatē aut falsitatē indefinite et equaliter ad veritatē mendaciumque vergentibus docuit quidē supra et esse et nō esse fieri non posse cum diceret. Utreque enim sic nō erunt in talibus. Docuit etiā aliquanto superius esse aut nō esse definite in contingentibus et futuris propositionibus esse nō posse. Huic illud addidit quod neque esse neque non esse. i. quod nec illud vere dici possit: posse utrasque invenire falsas: que dicuntur in futuro propositiones. Nō si neque utreque vere sunt: neque utreque false. neque una definite vera altera falsa definite. Restat ut una vera sit altera falsa: nō tamen definite: sed utrumlibet et instabili modo: ut hoc quidem aut hoc evenire necesse sit: ut tamen una res quelibet quasi necessarie et definite proveniat aut nō proveniat fieri non possit. Quemadmodum autē utrasque falsas non esse demonstraret: hic inchoat.

At vero nec quoniā verum est neutrū contingat dicere: ut quoniā neque erit: neque nō erit. primū enim cum sit affirmatio falsa: erit negatio nō vera. et cum hec sit falsa: contingit affirmationē esse nō veram. ad hec si verum dicere est: quoniā album est et magnū: oportet esse utrūque. si vero erit cras: oportet esse cras. si autem neque erit neque nō erit cras: non erit utrumlibet: ut navale bellum. oportebit enim neque fieri navale bellum: neque non fieri.

¶ Sensus huiusmodi argumentationis est: nec illud inquit dici poterit: quod contingentiū propositionū neutra vera est in futuro. hoc autem nihil differt dicere quam si quis dicat utrasque esse falsas. hoc enim impossibile est in contradictionibus. Nā utreque false inveniri nō possunt. hoc enim proprium contradictionū est: ut proprietatē subcontrariarū fugiant in eo quod simul vere esse nō possunt: ita quoque contrariarū proprietatē vitant: ut in eo quod false simul nō reperiuntur. habent ergo propriā naturā: ut neque false sint simul neque vere. quare una ipsarū semper vera. semper altera falsa. impossibile est igitur cum sit falsa negatio: non verā esse affirmationem. Rursus cum sit falsa affirmatio: negationē esse nō verum. Igitur nec hoc est dicere quod utreque non vere sint. Quod per hoc dixit quod ait: at vero nec quoniā neutrū verū est contingit dicere. i. nō nobis contingit dicere hoc est impossibile dicere: quoniam neutrā verū est. s. quod in affirmationibus negationibus que proponuntur contingentibus. s. et futuris. Qui autem Aristotelem arbitrati sunt utrasque propositiones in futuro falsas arbitrari. Si hec que nunc dicit diligentissime perlegissent: nunquam tantis laberentur erroribus. Neque enim idem est dicere neutra vera est quod dicere neutra vera est definite. futurum enim esse cras navale bellum et non futurū nō dicitur: quoniā utreque omnino false sint: sed quoniam neutra vera sit definite: aut quelibet ipsarū definite sit falsa: sed hec quidē vera illa vero falsa: nō tamen una ipsarū definite: sed quelibet illarum contingenter. His autem adiecit aliud quiddā dicens: si propositionū veritas ex rerum substantia pendet: ut quicquid verum est in propositionibus dicere hoc esse necesse est. quod si verum est dicere quoniam erit albū aliquid: veritatem propositionis sequitur rei necessarius eventus. Quod si quis dicat quālibet illā rem cras albā futurā: si hoc vere dixerit: cras ex necessitate alba futura est. Sic igitur si quis verū dicat neutrā verā esse propositionū earū que in futuro dicuntur: necesse est id quod dicitur et quod significatur ab illis propositionibus nec esse nec nō esse. falsa enim et affirmatio et negatio est nec quod affirmatio dicit fieri potest nec quod negatio: ergo ex necessitate neutrū fit vel quod affirmatio dicit vel quod negatio. Ergo si dicat affirmatio cras bellū navale futurū: quoniam falsa est: nō erit cras bellū navale. Rursus si idē neget negatio dicens: nō erit cras navale bellū: quoniam hec quoque falsa est erit cras navale bellum. Quare neque erit bellū navale quia affirmatio falsa est: neque nō erit bellū navale: quia negatio falsa est. Sed hanc ineptiā nec animus sibi fingere potest. Quis enim unquam dixerit aliquā rem ex necessitate nec esse nec non esse: quod ille scilicet dicit utrasque propositiones in futuro falsas existere.

Que ergo contingūt inconvenientia: hec sunt et alia huiusmodi. si omnis affirmationis et negationis: vel in his que in universalibus dicuntur universaliter: vel in his que sunt singularia: necesse est oppositarū hanc quidē veram esse: illam vero falsam. Nihil autē utrumlibet esse in his que fiunt: sed omnia esse fieri et fieri ex necessitate. Quare nō oportebit neque consiliari. neque negociari: quoniam si hoc faciamus: erit hoc: si vero non hoc: non erit hoc. nihil enim prohibet in millesimū annum hūc quidem dicere hoc futurum esse: illum vero non dicere. quare ex necessitate erit: quodlibet eorum verum erat dicere tunc.

¶ Omnia in futuro vel vera vel falsa definite esse in propositionibus arbitrantes impossibilitas illa consequitur. nihil enim neque ex libero voluntatis arbitrio: neque ex aliqua possibilitate neque ex casu quicquā fieri potest: sed omnia necessitati subiecta sunt: quamque quidā nō dubitaverūt dicere omnia ex necessitate esse et quibusdam artibus conati sunt id quod in nobis est cū rerū necessitate coniungere. Dicunt enim quidam quorum sunt stoici omnia quecunque fiunt fati provenire necessitate et omnia que fatalis agit ratio sine dubio ex necessitate contingere: sed illa esse sola in nobis et ex voluntate nostra: quecunque per voluntatē nostrā et per nosipsos vis fati complet ac perficit. neque enim inquiūt voluntas nostra in nobis est: sed idē volumus idemque nolumus: quicquid fati necessitas imperavit: ut voluntas nostra quoque ex fato pendere videatur: ita quoniam per voluntatē nostrā quedā ex nobis fiūt: et ea que fiūt in nobis fiunt: quoniamque voluntas ipsa ex necessitate fati est: etiā que nos nostra facimus volentes eo quod necessitas imperavit: ea ipsa impulsi facimus necessitate. Quare hoc modo significationē liberi arbitrij permutantes necessitate. et id quod in nobis est coniungere impossibiliter et copulare contendūt. Illud enim in nobis est liberū arbitriū quod sit omni necessitate vacuū: et ingenuū et sue potestatis: quorum nos domini quodammodo sumus vel faciendi vel nō faciendi: quod si voluntates quoque nostri fati nobis necessitas imperet in nobis voluntas ipsa nō erit sed in fato: nec erit liberū arbitrium sed potius serviens necessitati. unde fit: ut qui omnes actus eventuū necessitate constringūt dicant per hoc populum quoque nos nō flectere nisi fatalis quoque necessitas intulerit. Caput quoque non scalpere: quare nec lavare: nec agere aliquid. His etiā adiiciā vel aliquid feliciter vel aliquid infeliciter facere vel pati. unde fit ut neque casum: neque liberū arbitriū: nec possibile in rebus ullū esse concedant: quamvis liberū destruere metuentes arbitriū aliā ei fingā significationē per quā nihilominus libera hominis voluntas evertitur. Aristotelica vero auctoritas: ita hec in rebus posita et constituta esse confirmat ut non exponat nunc quid sit casus: quidve possibile: quidve in nobis: nec ea esse in rebus probat atque demonstrat: sed in tantū apud illū hec in rebus esse manifestū est: ut opinionē qua quis arbitratur enunciationes in futuro omnes veras esse. per hoc impossibilem esse dicat quod casum et possibilitatē: liberumque arbitriū evertat. Hec enim in rebus ita constituta putat: ut nō de his ulla eius sit demonstratio: sed impossibilis rō iudicet quecunque vel possibile: vel casum vel id quod in nobis est conatur evertere. et casum quidē quemadmodum definita in propositionibus futuris destruat veritas supra monstravit. Nunc autem quemadmodum eadem ipsa veritas definita futurarum et contingentium propositionum tollat liberi arbitrij facultatem maxima vi argumentationis exequitur dicens huiusmodi [illegible] timere [illegible] enunciationes [illegible] definite verā vel falsam esse contingat. sed nos secundum porphyrium [illegible] expositionem [illegible] id quod per [illegible]

ris: ob h̃ dixisse p̃diximꝰ ꝙ facilior sit intellectꝰ disputatio-
nis: si hec p̃riꝰ in singularibꝰ ꝯspiceref: de quibꝰ singulari-
bus diligentissime ploqutꝰ. Nũc de vniuersalibꝰ vliter p̃e-
dicatis. & de his que sũt ꝯtradictiões loquif. Ita eñi dic̃
De oĩs affirmationis & negatiõis uel in his que in vni-
uersalibꝰ dicũf vliter: uel in his q̃ sunt singularia: necesse
est oppositaꝝ hãc quidẽ eẽ verã: illã vero falsam. Alexan-
der aũt in singularibꝰ & futuris dixisse eũ arbitraf: tanq̃ꝫ si
diceref in his futuris que in generatiõe & corruptiõe sunt
Sũt .n. quedã futura que in generatiõe et corruptiõe nõ
sunt: ut qd̃ de sole & luna & de ceteris celestibꝰ ꝓnũciaf. hec
vero que sunt in rebꝰ his quaꝝ est nasci & corrũpi natura:
vnã semp nõ necesse est verã eẽ alterã falsaꝫ. Sꝫ neutram
ego ip̃robo expõnẽ. vtreq̃ꝫ eñi verissima rõe firmãf. Oĩs
ãt sensus talis est ꝙ necessitatẽ solã in rebus impare de-
struit Aristoteles. oẽ eñi quod natura ẽ: nõ frustra est. cõsi-
liari aũt hoies naturaliter habẽt. Nõ si necessitas in rebꝰ
sola dñabif: sine causa est ꝯsiliatio. Sꝫ ꝯsiliatio frustra nõ
est. natura eñi est. Nõ igif in rebꝰ põt cũcta necessitas. or-
do aũt se sic habet. Que ergo inquit cõtingãt incõuenientia
hec sunt & huiusmodi alia. s. qm̃ qui est in rebꝰ casus euertif.
Alia vero qm̃ possibilitas & liberi arbitrij volũtas anni-
hilatur. Et hec quomõ ꝯtingũt: ipse secutꝰ est dicẽs. Si oĩs
affirmationis & negationis uel in his que in vniuersalibꝰ
dicũf vliter: uel in his que sunt singularia necesse ẽ opposi-
tarũ hãc quidẽ verã esse: illã vero falsam. Nihil aũt vtrũ-
libet esse in his que fiũt. Sꝫ oĩa eẽ & fieri ex necessitate. tũc
eñi incõuenientia illa ꝯtingũt: si oĩs affirmatio uel negatio
definite vera uel falsa est: siue in his cõtradictiõibꝰ: que in
vniuersalibꝰ singulariter fiũt: siue in singularibꝰ. Tũc eñi
nihil est vtrũlibet: sꝫ ex necessitate oĩa: qm̃ veritatẽ & falsi-
tatẽ ꝓnũciationũ rerũ euentꝰ ex necessitate cõsequif. Quare (vt
ipse ait) nõ oportebit neq̃ꝫ ꝯsiliari neq̃ꝫ negociari quoniã
si hoc facimꝰ erit hoc: si võ nõ hoc nõ erit hoc. Euertif eniꝫ
ꝯsiliatio si frustra est. frustra aũt eã dicit esse: quisquis in re-
bus solã ponit fati necessitatẽ. Cur .n. quis ꝯsiliũ habeat
si nihil ex eo qd̃ ꝯsiliaf efficiet: cũ administret cũcta necessi-
tas? Quare nõ oportebit ꝯsiliari: uel si quis ꝯsiliaf nego-
ciari nõ debꝫ. Negociari aũt est actu aliquid & negocio age-
re: nõ lucrũ: sꝫ aliquã causaꝫ uel actũ. Nihil eñi ipse p actũ
suũ ꝯsiliũq̃ꝫ expediet: nisi fati necessitas iubeat. Docuit au-
tem quid eẽt ꝯsiliatio per id qd̃ ait: quoniã si hoc facimus
erit hoc: si vero nõ hoc nõ erit hoc. Ita eñi semp fit cõsiliatio
ut si sic scipio: ita ꝯsiliabif. Si in affricã exercitũ ducã cladẽ
hãnibalis ab italia remouebo. Sin vero nõ ducã: non eri-
pietur italia. hoc est eñi dicere. Si hoc faciaꝫ: ut si in affricã
exercitũ ducã: erit hoc. i. eripief italia. Si võ non hoc. i. si
hic mãsero: non erit hoc. i. non eripietur italia. Et in alijs
omnibus rebus eodem modo. simul autem monstrauit in
consilijs non esse necessitatem. Si enim hoc inquit faciam
hoc erit: & si hoc: non erit quod si necessitas esset in rebus si-
ue hoc quis faceret: siue non faceret quod necesse esset eue-
niret. Quare ꝙ consilij ratione fit: non fit violentia necessi-
tatis. adiunxit autem ei ꝙ est consiliari negociari & est or-
do hoc modo. Quare non oportebit neq̃ꝫ ꝯsiliari quoniaꝫ
si hoc facimus: erit hoc: Si vero nõ hoc: non erit hoc. nihil
eñi ꝓhibet in millesimũ annũ hũc quidẽ dicere hoc futurũ
esse hũc vero nõ dicere. Quare ex necessitate erit: quodlibꝫ
eorũ verũ erat dicere tũc. neq̃ꝫ negociari. i. actũ incipe atq̃ꝫ
negociũ gerere. prior est enim cõsiliatio: posterius negociũ
sꝫ negociũ post cõsiliationẽ posuit: & cũcta que ad cõsiliatio-
nis naturã addi oportebat: post negociatiõis subdidit in-
terpositionẽ. Est aũt ordo hoc modo. Si oĩa inquit neces-
sitas agit: nõ oportet cõsiliari: quoniaꝫ si hoc facimꝰ proue-
niet hoc nobis: si vero hoc nõ facimꝰ: nõ ꝓueniet. Nihil
enim prohibet frustra vnũ dicere: alterum negare dicentẽ
Si hoc facimꝰ hoc erit aut nõ erit. quod enim venturũ est
fiet: siue ille per consiliũ coniectet hoc posse fieri etiã si quid
aliud fecerit: siue ille per consiliũ neget hoc posse fieri etiam
si hoc quod dixit faciat. Ex necessitate eñi futurũ est: quic-
quid vnus eorum verum dixerit. Quod si consiliari non
oportet omnino: nec negociari oportebit. id est nullum in-
cipere negocium. Siue enim quis incipiat: siue non in-
cipiat quicquid ex necessitate est: sine vlla dubitatione ꝓ-
ueniet. quare nihil alter homo distabit ab altero homine.
Eo eñi meliores homines iudicamus: ꝙ meliores sunt in
consilio: sed vbi cõsiliatio frustra est cuncta necessitate facien-
te: homines quoq̃ꝫ inter se nihil differũt. ipsa enim cõsilia-
tio nihil differt: vtrũ bona an mala sit: cuꝫ ꝓuentus necessi-
tas in fati administratione cõsistat. Quare si boni consilij
homines laude digni sunt: mali ꝯsilij vituperatione. Nõ
aliter hoc erit iuste: nisi ut malus actus malũq̃ꝫ cõsilium &
ecõtra bonũ in nostra sit potestate & nõ in fato. Cum eniꝫ
nulla ex necessitate cõstringaf euentus rei: tunc & liberum
arbitriũ voluntatis est: ut nõ sit fatali seruiens necessitati.
Ergo neq̃ꝫ qui in hoc mũdo simplices reꝝ ordines posue-
re: recipiẽdi sunt: & hi qui in permixta hac mundana mole
nõ permixtas quoq̃ꝫ actoꝝ causas accipiũt: rei iudiandi.
Nam neq̃ꝫ qui casu oĩa euenire dicũt: recte arbitrãf: neq̃ꝫ
qui omnia necessitatis violentia fingũt: sana opinione te-
nenf: neq̃ꝫ enim oĩa ex libero esse arbitrio manifestum est:
sed horũ omniũ & cause mixte sunt & euentus. Sunt eniꝫ
quedã ex casu: sunt aliqua ex necessitate: quedã etiam vide-
mus libero teneri iudicio & actuũ quidẽ nostroꝝ volũtas
in nobis est. Nostra enim volũtas domina quodãmodo
est nostroꝝ actuum: & totius vite nostre: sed nõ eodeꝫ mo-
do euentus quoq̃ꝫ in nostra est potestate. pro alia nãq̃ꝫ re
aliquid ex libero arbitrio facientibꝰ ex eisdem veniẽs cau-
sis casus interstrepit: ut cũ scrobem deponens quis: ut fo-
diat vitem: si thesaurum inueniat: scrobem quidem depo-
nere ex libero venit arbitrio: ut tunc inueniret thesaurum
solus attulit casus: eam tamẽ causam habẽs casus: quam
volũtas attulit. Nisi eniꝫ foderetur scrobs: thesaurus nõ
esset inuentus. Quidam autem euẽtus nostris volũtatibꝰ
supponit. quosdam vero impedit quedã violẽta necessitas
Prandere eñi & legere & alia huiusmodi sicut ex nostra vo-
luntate sunt: ita quoq̃ꝫ eorũ pendet euentus ex nostra vo-
luntate. ꝙ si nunc imperare persis velit romanꝰ: arbitrium
quidem voluntatis in ipso est: sed hunc euentum durior
necessitas retinet: & ad perfectionẽ venire adducit. Ita quo-
q̃ꝫ omniũ rerum & casus & volũtas & necessitas dominãf.
Nec vna harum res in omnibꝰ ponẽda est: sed trium mixta
potentia: vnde fit ut peccantium magis animꝰ cõsideretur
potiusq̃ꝫ euentus: & puniatur animꝰ non perfectio: idcirco
ꝙ voluntas quidem nobis libera est: sed aliquotiẽs per-
fectionis ordo retinef. Quod si omnia uel casu uel necessi-
tate fierent nec laus digna bene facientibus: nec vltio de-
linquentibus: nec leges vlle essent iuste: que aut bonos
premiis: aut malis restituerent penas. Venio nunc ad il-
lud quod multis queritur modis an diuinatio maneat: si
non in rebus omnia ex necessitate cõtingant. nam ꝙ in ve-
ra predicatiõe est: idem est in scientia. & sicut cum quis ve-
rum predicat: ꝙ vere p̃dicif esse necesse est. Ita ꝙ qs futurũ
nouit: illud futurum esse necesse est. Sed diuinatio nõ no-
uit sic omnia: ut ex necessitate futura ꝓnũciet. atq̃ꝫ idcirco
frequẽter ita diuinaf: ꝙ facillime in vtrũ liberis agnosci-
tur. hoc quidẽ futurũ ẽ. Sꝫ si hoc fit: nõ eueniet. quasi in-
terdiu possit & alio nõ euenire. ꝙ si ita est necessitate non
euenit. vtrũ autem si omnia futura sciat deꝰ: oĩa esse necesse
est: ita querimꝰ. Si quis dicat dei scientiã de futuris euẽ-
tum rerum subsequi ex necessitate: is profecto cõuictꝰ ꝯuersus
est si omnia ex necessitate non contingunt: omnia deum sci-
re non posse. Nam scientiam dei sequitur euentuum ne-
cessitas. si necessitas euentuum non sit: diuina scientia pe-
rimitur. Et quis tam impia ratione animũ torqueat: vt
hoc de eo dicere audeat. Sed fortasse quis dicat: quoniam
euenire non potest: vt deus omnia futura non nouerit:
Hinc euenire: ut omnia ex necessitate sint: quoniã deo no-
ticiã rerũ futurarũ tollere nefas est. Sed si quis hoc dicat:
illi videndũ est. ꝙ deum dum oĩa scire conatur efficere: oĩa

nescire contendit. Binariũ enim numerũ esse imparem si quis se scire proponat: non ille nouerit: sed potius nescit. Ita quoq̧ nõ est potentie nosse: sed id arbitrari nosse potius impotentie est. quisquis ergo dicat deũ cuncta nosse. et ob hoc cuncta ex necessitate eẽ futura: is deũ dicit ex necessitate cuncta ventura credere: quecũq̧ ex necessitate nõ eueniunt. Nam si oĩa ex necessitate ventura nouit deus: in noticia sua fallit. non enĩ omnia ex necessitate eueniũt: sed aliqua contingenter. Ergo si que contingenter euentura sunt. ex necessitate euẽtura nouerit: in propria prouidentia falsus est. Nouit enĩ futura deus nõ ut ex necessitate eueniẽtia: sed ut contingenter: ita ut ⁊ aliud posse fieri non ignoret: ꝙ tamen fiat ex ipsorũ hominũ ⁊ actuũ ratione perficiat quare si quis oĩa ex necessitate fieri dicat: deo quoq̧ beniuolentiã subripiat necesse est. nihil enĩ illius benignitas parit: quando quidẽ cuncta necessitas administrat: ut ipse dei benefacere ex necessitate quodãmodo sit non ex ipsius voluntate nam si ex ipsius voluntate quedã fiunt: ut ipse nulla necessitate clandatur: nõ omnia ex necessitate contingunt. Quis igit̃ tam impie sapiens deũ quoq̧ necessitate constringat: qui si omnia ex necessitate fieri dicat: ista quoq̧ vis impossibilitatis eueniet. Quare ponendũ in reb⁹ est casu quedam posse: ⁊ voluntate effici. ⁊ necessitate cõstringi. Et ratio que vtrum vis horũ subtrahit: impossibilis iudicanda est. Non igit̃ immerito Aristoteles ad impossibilem rationẽ perduxit dicens et possibilitatẽ ⁊ casum et liberum arbitriũ deperire: quod fieri nequit: si omniũ futurarũ enunciationũ vna semper vera est definite: falsa semper altera definite. harum enĩ veritatẽ ⁊ falsitatem necessitas consequit̃: que ⁊ casum de rebus ⁊ liberũ subducat arbitrium. vnde nũc quoq̧ idem repetit dicens nihil impedire: vtrum aliquis ante mille annos aliquid futurum eẽ dicat: an alius neget. Non enim facit dicere vel negare cũcta que facienda sunt vel nõ facienda: sed si necesse est dicẽtem vel negantẽ res quoq̧ affirmatas vel negatas subsequi: etiam si illi non dicant: que illis dicentibus euenire necesse erat: etiam non dicentibus euenire necesse est. dicit autem hoc modo.

At vero nec hoc differt: si aliqui dixerint contradictionẽ: vel non dixerunt. manifestũ est enĩ: quoniã sic se habent res: et si non hic quidẽ affirmauerit. ille vero negauerit. nõ enĩ propter negare vel affirmare erit vel non erit nec in millesimũ annũ magis ꝙ in quãtolibet tempore. quare si in omni tempore sic se habebat. ut vnũ diceret̃ vere: necesse erat hoc fieri: et vnũquodq̧ eorũ que fiunt: sic semper se habebat: ut ex necessitate fieret. quãdo enĩ vere dicit quis: quoniã erit: non potest non fieri: et quod factũ est: verum erat dicere semper: quoniã erit. ꝙ si hec non sunt possibilia. videmus enĩ esse principiũ futurorũ et ab eo ꝙ consiliamur: atq̧ agimus aliquid.

¶ Euentus necessariũq̧ rerũ Aristoteles nõ ex predicentiũ veritate. sed ex ipsarũ rerum natura cõsiderans: ait: ꝙ licet nec esse sit quisquis de re aliqua vere predixerit: rem quam ante pronunciauerit: euenire. non tamẽ idcirco rerũ necessitas ex predicationis veritate pendet: sed omnino magis veritas ex rerũ potius necessitate perpendit̃. Non enim idcirco necesse est esse: quoniã verum aliquid predictũ est: sed quoniam necessario erat futurũ. idcirco de ea re potuit aliquid vere predici. ꝙ si ita est: eueniendi rei vel non eueniẽdi nõ est causa is qui predicit rem futurã esse vel negat. Non enim propter affirmationẽ vel negationẽ eẽ necesse est. sed idcirco ea eẽ necesse est que futura sunt: quia in natura propria habẽt necessitatẽ quandã. in qua si quis inciderit verũ

predixit. Ergo si quecunq̧ nunc facta sunt: verũ de his fuisset dicere quoniã erunt: siue ille dixisset siue nõ: hec que facta sunt erũt ex necessitate futura. nõ enĩ propter dicentem vel negantẽ in rebus necessitas est: sed propter rerũ necessitatẽ veritas in pronũciatione vel falsitas inuenit̃. quare si etiã ea que nũc facta sunt: vere potuissent predici qm̃ erũt: his ita positis rem necesse eẽt euenire: siue illi predicerent siue non: necesse est id ꝙ fit ex necessitate esse futurũ: ⁊ nihil omnino vtrũlibet in rebus est. namq̧ si nihil necessitatẽ rerum adiuuat dictio: ⁊ nihil interest: verũ quis predicat futurũ esse aliquid an neget: an nullus oĩno aliquid: nec in affirmatione nec in negatione predicat: manifestũ est ⁊ quoniã de eo nulla distãtia est: siue quis ante quodlibet multũ temp⁹ aliquid euenturũ vere esse predixit: siue ante quodlibet paucos dies vel horas vel momẽta. nihil enĩ interest. Siue enĩ quis ante mille annos prediceret ꝙ ex necessitate rei euẽture nihil moueret. ꝙ enĩ nihil interesset. vtrũ prediceret̃ an nõ prediceret̃: nihil quoq̧ interest an iuxta predicat̃ an longe. Quod si hec ita sunt ⁊ oĩa quecũq̧ euenerunt futura fuisse necesse est. totũ liberũ arbitriũ perit: totus casus absumit̃: rerũ possibilitas propter necessitatẽ omnis excludit̃. Simul autẽ aristo. pronũciationẽ euentuũq̧ cõtingens rerũ necessitatẽ ex ipsa propositionũ veritate cõfirmat dicens. Si hec ita sunt: ut in oĩ tempore se sic habeat: vnũ quodq̧ qđ factũ est ut hoc ipm̃ vere prediceret̃. necesse esset hoc fieri. i. necesse esset qđ predictũ est vere euenire: vnum quodq̧ enĩ eorũ que fiũt ⁊ vere predicunt̃ sic se habet: ut ex necessitate fiat. hoc autẽ cur fiat hec ratio est. qđ enĩ vere quis dicat: fieri necesse est. Illa enĩ veritas ex necessitate rerũ procreat̃. ꝙ si etiã id qđ factũ est veraciter pronũciaret̃ futurum: nulla esset dubitatio oĩa ex necessitate prouenire. Quod si hoc inquit impossibile est (videmus enĩ quasdã res ex principio liberi arbitrij ⁊ ex nostrorũ actuum fonte descẽdere) quid dubitamus friuolã rationẽ omniũ rerũ necessitatis excludere: ⁊ delectum humane vite interpositione necessitatis nõ absumere: que enĩ erit vlla differentia inter homines: si liberi arbitrij iudiciũ perit. cur postremũ leges condite? Cur rei publice iura? Cur responsa sunt? Cur instituta? Cur mores publici ⁊ priuati actus cõstitutionib⁹ principũ et iudiciorũ nexib⁹ continent̃: si certũ est nihil humanis licere propositis: frustra enĩ cũcta sunt: si liberũ arbitriũ nõ est. leges enĩ ⁊ cetera ad cõtinendos aĩos hominũ condita sẽmus Quod si seipsi animi nõ regũt: ⁊ eos aliqua quedã violentia necessitatis impellit: dubiũ non est quin vacue ille leges sint: que nihil sponte facientib⁹ proponunt̃. Sz hec quã sint impossibilia ipse Arist. probat: cui⁹ recta sententia neq̧ casum neq̧ necessitatẽ neq̧ possibilitatẽ in vtraq̧ parte naturẽ: neq̧ liberũ tollit arbitriũ: sed cũcta permiscens reb⁹ pluri mis arbitrat̃ mundũ cõpositũ nõ simplici vel casu vel necessitate vel libere voluntatis iudicio contineri. Quod si hec nõ sunt possibilia. videm⁹ enĩ esse principiũ futurorũ ⁊ ab eo ꝙ cõsiliamur atq̧ agim⁹ aliquid. Impossibilia inquit ista sunt ut omnia ex necessitate proueniãt. Sum⁹ enĩ quorũdã nos ipsi quoq̧ principia: ⁊ anim⁹ noster rõe formatus: actionesq̧ nostre ea rõe directe quarundã rerũ principiũ tenent. Hoc enĩ id quod in nobis est habere dicimur: nullo extra impediẽte vel cogẽte ad quod nobis videt̃ rõe iudicante prosilimus. Nec omnia necessitatib⁹ surripiẽda sunt. Omniũ nãq̧ animaliũ gen⁹ in eo ꝙ animalia sunt subiectum est aliud nature: aliud celestibus siderũ cursib⁹. aliud rõni quoq̧ mẽtis ⁊ animi cogitationi. Arbores namq̧ ⁊ aĩalia nõ rõnabilia. Illa quidẽ tantũ nature subiecta sunt. Pecora vero q: liberũ arbitriũ nõ habẽt: celestiũ etiã decretis. hoĩes autẽ ⁊ nature ⁊ siderib⁹ ⁊ proprie voluntati subiecti sunt. Multa enĩ natura dominante vel facim⁹ vel patimur ut mortẽ vel huiusmodi habitudinẽ corporis. Multa etiam secum rerum ipsarum necessitas trahit: ut ea que enĩ tacere volum⁹: nõ tñ facere valeam⁹. Multa aũt ꝑ voluntatẽ liberũ arbitriũ: que nobis volẽtib⁹ fiũt: q̃ nõ fierẽt nisi vellem⁹ vñ fit ut natura q̃ mor⁹ ẽ principiũ: ⁊ liberi ar. facultate

et animi quoq3 ratione particip̄et, anīa vero velut illigata corporibus: quibus natura dominat᷑: imaginationibus et cupiditatibus ꝛ iracundie ardoribus ceterisq3 que afferūt corpora: et ipsa cui illigata est natura participat. Cuncti autem diuine prouidentie subiecti ex illa quoq3 diuinorum voluntate pendemus. itaq3 nec celestium necessitas tota subruit᷑ nec casuum disputatio hec de rebus eliminat: et liberū firmat arbitrium. sed hec maiora sunt: quā ut nunc digne pertractari queant. Sumus igitur et nos quoq3 rerum principia et ex nostris consilijs atq3 scrib⁹ in rebus plurimi consistunt. Q̄ꝺ si ea que per hanc rationem afferunt᷑ perspicua sunt: q̄ vero ponitur id est affirmationes et negationes omnes in futuro veras esse non eque ꝑspicuum est: cur dubitamus mendacem subterfugere rationis viam ꝛ tenere ea que cū vera sint: tum manifesta sunt repudiatis is que nec veritate vlla firma sunt: nec perspicue clarescunt. Et quoniā iam supra dixerat: quare non oportebit neq3 consiliari: neq3 negociari. nunc hoc reddidit ad id quod ait: consiliari dicens nos esse principiū futurorum et ab eo q̄ consiliamur. ad id quod ait neq3 negociari reddidit id quod subiecit ab eo quod egimus. Quare tanta breuitate oratio constricta est: ut in ea teneat᷑ rationis ordinisq3 necessitas.

Et quoniam est omnino in his: que non semper actu sunt: esse possibile et nō esse similiter: in quibus vtrumq3 cōtingit et esse ꝛ non esse: quare fieri et non fieri. ꝛ multa nobis manifesta sunt sic se habentia: ut quoniā hanc vestem possibile est incidi: et non incidetur: sed prius exteretur. Similiter autem ꝛ non incidi possibile est. non enim esset eam prius exteri: nisi possibile esset non incidi. quare et in alijs facturis: que secundū potentiā huiusmodi dicunt᷑. manifestum igitur est: quoniā non omnia ex necessitate vel sunt vel fiunt: sed alia quidē vtrumlibet: et non magis vel affirmatio vel negatio vera est: alia vero magis quidem et in pluribus alterum: sed contingit fieri et alterum: alterum vero minime.

¶ Continuus quidē sensus est ex superioribus hoc modo: supra enim ait: q̄ si hec non sunt possibilia id est ut omnia necessitas administret. Videmus enim a nobis quoddam esse principium futurorū ꝛ a nostris actibus atq3 cōsilijs. his illud addit. quoniā sunt aliqua que possibilia sunt. esse cum non sint: ꝛ non esse cum sint. hec etiam simul auferentur: si necessitas in omnibus dominet᷑. et sensus quidem cum superioribus ita cōiunctus est. Q̄ꝺ autem habet argumētationis tota sententia. hoc modo perspiciendum est. possibile esse dicatur q̄ in vtramq3 partem facile nature sue ratione vertatur: ut cum non sit possibile sit esse: nec cum sit ut non sit res vlla prohibeat: ita ergo ꝛ q̄ possibile dicimus a necessitate seiungimus. Aliter enim dicitur possibile me esse ambulare: cum sedeam: aliter solē nunc esse in sagittario: ꝛ post paucos dies in aquariū trāsgredi. ita enim possibile illud est: ut etiam eē necesse sit. possibile autem dicere solemus q̄ et cum non sit esse possit. et cum sit non esse iterum possit. Si quis ergo omnia necessitati subiecerit. ille naturā possibilitatis intercipit. Tres ergo sunt sententie de possibilitate. Philo enim dicit possibile esse quod natura propria enunciationis suscipiat veritatem: ut cum dico me hodie esse Theocriti bucolica lecturum. hoc si nihil extra prohibeat: quantum in se est potest veraciter predicari. Eodem autē modo idem ipse philo necessarium esse definit: q̄ cum verum sit: quantum in se est nunq̄ possit susceptiuū esse mendacij. non necessarium autem esse determinat: q̄ quantum in se est possit suscipere falsitatem. impossibile vero secundū propriam naturā nunq̄ posse suscipere veritatem. Idem tamen ipse ꝛ contingens ꝛ possibile vnū esse confirmat. Diodorus possibile esse determinat: quod aut est aut erit: impossibile q̄ cum falsum sit: non erit verum. necessariū quod cū sit verū non erit falsum. Non necessariū quod aut iam est aut erit falsum. Stoici vero possibile quidem posuerūt quod susceptibile esset vere predicationis nihil prohibentib⁹ alijs que cum extra sint: cū ipso tamen fieri contingūt. Impossibile autem q̄ nullā vnq̄ suscipiat veritatem alijs extra euentum ipsius prohibētibus. Necessariū autem q̄ꝺ cū verum sit: falsā predicationē nulla ratione suscipiat. Sed si omnia ex necessitate fiunt in diodori sententiā non rectā sine vlla dubitatione veniendum est. Ille enim arbitrat⁹ est si quis in mari moreret᷑: eum in terra mortē non potuisse suscipere. q̄ neq3 philo neq3 stoici dicunt. sed q̄q̄ ista non dicant: tamē si vnam partē contradictionis euentu necessitatis metiunt᷑: idem cum diodoro sentire cogunt᷑. Nā si quis in mari mortuus est: illū necesse fuit in mari necari impossibile enī eum fuit in terra mortē suscipere. quod falsum est. Atq3 hec omnia impossibilia subire cogūtur. quicunq3 enī definite alteram cōtradictionis partē in futuro veram esse contendunt: solam necessitatē in rebus inducunt. Neq3 enim si quis naufragio perijt in pelago: idcirco si nunq̄ nauigasset imortalis in terra futurus fuisset. At vero non ex euentu rerū: sed ex natura euentus ipsos suscipientiū propositionū contradictiones iudicāde sunt. Si enim mihi omnia suppetunt nūc. ut athenas eam. etiam si non vadam: posse tamē me ire manifestū est. ꝛ cū iero potuisse non ire. Id quoq3 apud eos qui euentus ex rerum natura recta ratione diiudicant. indubitatū est. Nō ergo idem est possibile: ut sit necessariū. Sed quāq̄ quod necessariū est possibile sit: est tamen alia quedam extrinsecus possibilitatis natura: que ꝛ ab impossibili et a necessitate seiuncta est. Aristoteles enī hanc habens opinionē de his: que semper necesse est esse: ea putat nullam habere ad contraria cognationē: ut nix quoniā semper est frigida nūq̄ calori coniuncta est. Ignis quoq3 nunq̄ frigori cognatus est. Idcirco quoniā semper in frigoris cōtrarietate versatur id est in calore. Ergo omnia quecunq3 sunt necessaria: nullam ad cōtrariorum qualitatem: quā ipsa retinēt habent cognationē. Quod si quam cognationem haberet ignis ad frigus frustra esset illa cognatio. nunq̄ enī ignis se in frigoris qualitatē verteret: sed nouimus nihil propriū naturam frustra naturā solere perficere. Ergo illa sunt posita necessaria. quecunq3 ad cōtraria nullā habēt cognationē: quecunq3 autē habent: illa sunt nō necessaria. Et quoniā ad vtramq3 partē contrarietatis naturali quadā cognatione vident᷑ esse coniūcta: idcirco ad vtrāq3 partem eorū euentus possibilis est: ut lignū hoc. Potest enī secari sed nihilomin⁹ tamen habet ad cōtraria cognationē. Potest enī nō secari. ꝛ aqua quidē potest calescere. sed nihil eā prohibet ꝛ frigori quoq3 esse cōiunctā. Et vniuersaliter dicere est: quecūq3 neq3 semꝑ sunt: neq3 semꝑ nō sunt. sed aliquotiēs sunt: aliquotiēs non sunt: ea p hoc ipm q̄ sunt et nō sunt: habent aliquā ad contraria cognationē. Hec autē impossibiliū ꝛ necessariorū media sunt. Impossibile enim nunq̄ esse potest. Necessariū nunq̄ non eē. inter hec propria quorūdā natura est: que horum vtrorūq3 sit media: que ꝛ eē scilꝫ possit ꝛ non eē. ergo hoc nunc dicit. Videm⁹ inquit in his: que non semꝑ actu sunt. Illa vero nō semꝑ sunt actu: que ad vtraq3 ɔtraria habent cognationē. ignis semꝑ actu calidus est. aqua vero nō semꝑ. Quocirca videmus in his que non semꝑ sunt actu: eē quedā possibilia. ꝛ non. id est ut ꝛ sint ꝛ nō sint. quod in his euenit in quibus vtrumq3 contingat. id est ꝛ esse ꝛ non eē ut aquam ꝛ esse calidam ꝛ non esse. fieri quoq3 et non fieri calidam. Multaq3 nobis perspicua sunt ita se se habentia: ut in vtramq3 partem euentus sine vllo alterius rei impedimēto vertatur: ut vestem possibile est quidē secari. Sed

fortasse ita cõtingit: ut non ante ferro diuidat̃. ꝗ̃ eum exterat vetustas: et hoc fieri potest: ut quelibet vestis non ferro potius minutatim pereat. quã vsu ipso exterat̃. Similiter autem non solum eum secari possibile est: sed eum prius exteri ꝗ̃ secari: nõ enim esset possibile non secari nisi prius esset possibile exteri. Cum enim exteritur: non secat̃ hoc autẽ in quibus eueniat vniuersaliter monstrat. Euenit hoc inquit ĩ facturis. Facture autẽ sunt: in quibus ꝗ̃cũ generatio est atq; corruptio. Siue enĩ quid natura fiat siue arte: in his a faciendo facturã dixit. In his ergo facturis alia potestate quidem sunt alia actu: ut aqua quidẽ est calida possibilitate. Potest enĩ fieri calida: frigida autem actu est. Est enim frigida actu. hoc autẽ actu ⁊ potestate fieri ex materia venit. Nam cum sit materia contrarietatis susceptrix: ⁊ ipsa in se vtriusq; cõtrarietatis habeat cognationẽ: si ipsa per se cogitet̃: nihil eorũ habet que in se suscipit: ⁊ ipsa quidẽ nihil actu est: omnia tamẽ potestate. Suscipiens autẽ contraria ꝗ̃uis vnam habeat cõtrarietatẽ habet tamen ⁊ alterã simul: sed non actu: ut in eadẽ aqua. huius enĩ materia ⁊ caloris susceptrix est et frigoris. Sed cũ vtrũlibet eorũ susceperit vel calorẽ vel frigus: est quidez si ita contingit calida est enĩ simul ⁊ frigida. ⁊ non eodẽ modo. Nam fortasse actu calida est frigida potestate. Ergo quod potestate est in reb⁹: ex materia venit. Alioquin diuinis corporib⁹ nihil omnino est potestate: sed omne actu: ut in sole nunq̃ est lumen potestate: sed actu: nec potestate quidem vlla obscuritas: vel toto celo nulla quies. Ita ergo se sic habent ex materia: ut omnia ipsa essent potestate. nihil autem actu introducta: sed natura que in ipsa materia est: singulos pro ratiõe distribuit motus: ⁊ singulas qualitatũ proprietates singulis materie partib⁹ ponit: ut alias quidẽ natura ipsa necessarias res ordinauerit ita ut ꝗ̃diu res illa esset eius in ipsa proprietas pmaneret: ut igni calor. Nam ꝗ̃diu ignis est: tãdiu ignẽ calidũ esse necesse ẽ. aliis vero reb⁹ tales qualitates apposuit: quib⁹ carere possunt. Et illa quidẽ necessaria qualitas informat vniuscuiusq; substantiã. illa enĩ eius qualitas cũ ipsa materia ex natura cõiuncta est. Ille vero alie qualitates extra sunt: que admitti possunt ⁊ nõ admitti. atq; hinc est generatio ⁊ corruptio. Ex natura ergo ⁊ ex materia ista in rebus nõ necessaria possibilitas venit. Que in re casus quoq; aliquando subrepit: que est indeterminata causa et sine vlla ratione cadens. neq; enĩ casus natura est: que frustra nihil efficit. Nec liberũ est casus arbitriũ: quod in iudicio ⁊ ratiõe cõsistit. Sed extra est casus: qui propter aliã rem quibusdã factis ipse subitus ⁊ repulsus exorit̃. Et ex hac autẽ que est vtrũlibet possibilitate etiaz illa liberi arbitrij ratio venit. Si enĩ non esset fieri aliquid possibile: sed omnia aut ex necessitate essent aut ex necessitate nõ essent: liberũ arbitriũ non maneret. Recte igit̃ nec omnia casu ut Epicurus: nec omnia necessitate: ut Stoicus: nec rursus omnia libero arbitrio fieri proposuit. Sed cuncta pmiscens in pmixto mũdo pmixtas quoq; rerũ causas esse proposuit: ut alie quidem ex necessitate: alie vero casu: vel libero arbitrio: vel postremo possibilitate cõtingerent. Quorũ omniũ vnuz nomẽ est vtrũlibet vel in casu vel in voluntate vel in possibilitate. Sed horũ diuisionẽ fecit. Nã eorũ que sunt vtrũlibet alia sunt: que equaliter ad affirmationẽ ⁊ negationẽ se habent. ut est lecturũ me esse hodie virgiliũ ⁊ nõ lecturũ. Utroq; enĩ modo vtrũq; est. hoc est enĩ quod aut ⁊ nõ magis vel affirmatio vel negatio est. Equaliter enĩ ⁊ possuz legere virgiliũ nunc: et possum nõ legere. Alia vero sunt que nõ se equaliter habent sed ꝗ̃uis in vna re frequentius eueniat non tamẽ prohibitum est in altera prouenire: ut in eo quod est hominẽ in senectã canescere. In plurib⁹ quidẽ hoc contingit: sed contingat fieri et alterũ id est ut nõ canescat. Alterũ vero minime id est ut canescat. Ita ergo ex possibilitate et casu et libero arbitrio contradictionẽ in vna parte de futuro definite non esse verum vel falsum p firmissimã et validissimã argumẽtationẽ cõstituit. Post ãt adiicit hoc.

Igitur esse quod est quando est: ⁊ non esse quod nõ est quando nõ est: necesse est. sed nõ omne quod est necesse est esse: nec quod non est necesse est nõ esse. non enĩ idem est omne quod est necessario esse quando est: et simpliciter esse ex necessitate. Similiter autem et in eo quod non est.

¶ Duplex modus necessitatis ostendit̃: vnus qui cũ alicuius accidẽtis necessitate proponit̃. Alter qui simplici p̃dicatione profert̃: ut cũ dicimus solẽ moueri necesse est: nõ enĩ solem quia nũc mouet̃: sed quia nunq̃ non mouebit̃: idcirco in solis motu necessitas venit. Alter vero qui cuz conditione dicit̃: talis est: ut cũ dicimus socratẽ sedere necesse est cũ sedet: ⁊ non sedere necesse est cũ non sedet. Nam cum idẽ eodẽ tempore sedere ⁊ nõ sedere nõ possit. quicũq; sedet nõ potest nõ sedere tunc cum sedet. Igit̃ sedere necesse est. ergo tunc quãdo quis sedet cum sedere necesse est. fieri enĩ non potest ut cũ sedet nõ sedeat. Rursus quãdo quis non sedet: tunc cũ non sedet eum: non sedere eũ manifestuz est. Non enĩ potest idẽ sedere ⁊ non sedere: ⁊ potest ista esse cum cõditione necessitas: ut cũ sedet aliquis tunc cũ sedet ex necessitate sedeat. ⁊ cũ non sedet: tunc cũ non sedet: ex necessitate nõ sedeat. Sed ista cuz conditione que proponit̃ necessitas nõ illam simplicẽ secum trahit. Non enĩ q̃cũq; sedet: simpliciter eũ sedere necesse est: sed cum adiectione ea que est tunc cũ sedet: sicut solem dicim⁹ necesse est moueri. Nec hoc addimus: ut solẽ moueri necesse sit cũ mouet̃: sed tantũ simpliciter dicimus solẽ moueri necesse est. ⁊ hec necessitas simpliciter de sole dicta veritatẽ in oratione p̃ficit. At vero illa que cũ conditione dicit̃: ut cum dicimus socratẽ sedere necesse est tũc cum sedet id quod proponimus tunc cũ sedet: ⁊ hanc cõditionẽ temporis si a propositione diuidim⁹: de tota propositione veritas perit̃. Non enim possumus dicere quoniã ex necessitate Socrates sedet potest enĩ ⁊ non sedere. habet enĩ quandã conuenientiã ⁊ cognationẽ potestas socratis sicut ad sedendũ sic etiã ad non sedendũ. Ergo id quod dicimus ex necessitate Socratẽ sedere tunc cũ sedet ad accidens respiciẽtes proponim⁹. Nã quãdo accidit Socratẽ sedere: ⁊ eo tempe quo accidit: ei nõ accidisse nõ potest. sic enĩ fiet ut eadem res ⁊ accidat vno eodemq; tempe ⁊ nõ accidat: quod impossibile est. Idcirco accidens eius inspicientes dicim⁹: necesse est socratẽ sedere: sed nõ simpliciter: sed tũc cũ sedet. Et sicut simpliciter ethiopem dicere esse candidũ falsum est: verum tamẽ est in aliquo esse candidũ (In oculis enĩ et dentibus illi candor inest) ita quoq; falsum est Socratẽ ex necessitate sedere simpliciter. Verũ autẽ est hanc necessitatẽ in aliquo quodã ponere ⁊ nõ simpliciter predicari: ut dicamus tũc cum sedet. Quẽadmodum enĩ in sole dicimus quoniã solez moueri necesse est simpliciter: si ita dicamus Socratẽ sedere necesse est falsum est. Sin vero marmoreũ socratem dicamus: quoniã marmoreũ socratẽ sedere necesse est: si fortasse sedẽs formatus sit: verũ est: ⁊ simpliciter de tali Socrate necessitas poterit predicari. de ipso autẽ socrate simpliciter talis necessitas nõ dicit̃. Neq; enĩ fieri potest: ut socrates ex necessitate sedeat nisi fortasse cũ sedet. tunc enĩ cum sedet quoniã sedet ⁊ nõ potest nõ sedere: ex necessitate sedet. alioquin ex necessitate nõ sedet simpliciter: sed cõtingẽter. potest enĩ surgere. Quod autẽ ex necessitate simpliciter est: illã pmutare nõ potest necessitatẽ: ut quoniã simpliciter solem moueri necesse est: sol stare nulla ratione potest. hoc igitur Aristoteles dicit. omne quod est quãdo est: ⁊ omne quod non est quãdo nõ est: esse cum cõditione ⁊ non esse necesse est. Sz non sine conditione aut esse aut non esse simpliciter. hec enĩ solis illis necessitatib⁹ attributa sunt: quecunq; nullius potentie aut cognatiõis ad opposita sunt: ut sol ad quietẽ vel ignis ad frig⁹. Neq; enĩ idẽ est inq̃t Ar: ex necessitate eẽ aliquid quando est indiuidẽ vel nõ eẽ qñ non est. ⁊ simplr

dicere oĩa ex necessitate esse: vel non esse. illud enĩ conditione verum fit: in hac simplicitatis natura efficit veritatem. Similiter autẽ inquit ꝛ in eo ꝙ nõ est idem est. Non enĩ omne quod non est nõ esse necesse est: sed tunc cum non est tunc non esse necesse est: ꝛ hoc in cõditione rursus nõ simpliciter. Duabus igit̃ necessitatibus demonstratis vna, scilicet cõditionali altera simplici, Rursus ad cõtradictionem de futuro cõtingentiq; reuertit̃.

Et in contradictione eadẽ ratio est. Esse quidem vel nõ esse omne necesse est: ꝛ futurũ eẽ vel nõ: non tamen diuidentẽ dicere alterũ necessariũ. Dico autẽ necesse est quidẽ esse futurum bellũ nauale cras: vel non futuꝝ esse. sed non futurũ esse cras bellũ nauale necesse est. vel non futurũ esse. Futurũ autẽ vel esse vel non esse necesse est.

¶ Planissime quę sententia haberet̃ de cõtingentib⁹ propositionib⁹ ꝛ futuris exposuit dicens. In his totã quidez contradictionẽ dictã vnã quãlibet partẽ veram habere alteram falsam. Sed nõ ut aliquis diuidat atq; respondeat. Hanc quidẽ ex necessitate esse verã: illã vero ex necessitate alterã falsaz: ut in eo ꝙ dicimus. sol hodie occidet: sol hodie nõ occidet. facillime in his aliquis diuidẽs dicit: quoniã solem hodie occidere ex necessitate est verũ: non occidẽte ex necessitate falsum. Ita sese habet diuinorũ corpoꝝ ratio ꝛ natura: ut in his nulla cognatio sit ad opposita. atq; ideo vel ꝙ sunt: ex necessitate sunt: vel ꝙ nõ sunt: ex necessitate nõ sunt. Ea vero quę in generatione ꝛ corruptione sunt. nõ sunt ita. etenĩ habent hoc ipso ꝙ gignunt̃ ꝛ corrumpunt̃ ad opposita cognationẽ. atq; ideo in his nõ est vnã partẽ cõtradictionis assumere: et eã necessario esse p̄dicare: ꝛ rursus aliã necessario nõ esse proponere: q̄uis totius cõtradictionis vna quelibet pars vera sit altera falsa: sed incognite ꝛ indefinite: ꝛ non nobis: verũ natura ipsarũ rerum quę proponũtur dubitabilis. ut in ea propositione quę est socrates hodie lecturus est: socrates hodie lecturus nõ est: totius quidez cõtradictionis vna vera ẽ altera falsa. aut enĩ lecturus est. aut nõ lecturus: ꝛ hoc cõfuse ꝛ in tota oratione impspectũ. Sed nullus potest diuidere ꝛ respondere quoniã vera est lecturũ euz esse: vel certe quoniã est vera nõ eum esse lecturũ. Hoc autẽ non ꝙ audientes de futuro nesciam⁹: sed ꝙ eadẽ res et esse possit ꝛ nõ eẽ. Alioquin si ex nostra sciẽtia hoc eueniret ꝛ nõ ex ipsarũ rerum variabili ꝛ indefinito pꝛouẽtu: illa rursus impossibilitas cõtingeret: ut omnia necessitas administraret. Non enĩz propter sciẽtiã nostrã ꝙ ex necessitate ẽ euẽturũ est. Sed etiã si nos nesciamus: erit tamen aliquis rei euent⁹ constitutus: ꝛ indubitãter illã rem futurã esse necesse est. Ergo quoniã hoc fieri non potest ꝛ sunt quedã quę nõ ex necessitate prouentãt sed contingẽter: in his q̄cq̄ toti⁹ cõtradictionis in qualibet eius parte veritas inueniat̃ aut falsitas: non tamẽ ut aliquis diuidat ꝛ dicat hanc quidez veram esse: illã vero falsam: quod huiusmodi mõstrauit exemplo. Cras enĩ bellũ nauale fieri: aut non fieri necesse est: nõ tamen ex necessitate fiet cras: aut necessitate nõ fiet cras. Ut possit aliquis diuidere ꝛ pꝛedicare dicens cras fiet: ut hoc vere dicat ꝛ ita ex definito contingat. vel rursus cras non fiet: ꝛ hoc eodem modo proueniat: hoc fieri nõ potest: sed tamen indefinite quecunq; vna pars cõtradictionis vera est altera falsa: sed que euenerit. Euentus autem ipsorũ indiscretus est. ꝛ illud enĩ ꝛ illud poterit euenire. hoc autem idcirco est quoniã non est ex antiquiorib⁹ quibusdã causis pendens rerũ euẽtus. Ut quedã quodãmodo necessitatis catena sit: sed potius hec ex nostro arbitrio ꝛ libera voluntate sunt: in quib⁹ est nulla necessitas. Quõ si inquit similiter oratiões vere sunt quẽadmodũ ꝛ res: hoc sumpsit a Platone qui dicit similiter se habere orationes rebus: ꝛ cognatas quodãmodo esse in ipsa significatione: ut si sint res immutabiles ꝛ ratione stabili permanentes: oratio quoq; de his vera esset ꝛ necessaria. Sin vero essent res quę varietate nature nunq̄ perpetuo p̄manerent in orationibus quoq; firma veritas nõ esset: ꝛ nulla p huiusmodi orationes demonstratio proueniret. hoc ergo sumens A. ut optime dictũ ait.

Quare quoniã oratiões similiter vere sunt quemadmodũ ꝛ res. Manifestũ est: quoniã quęcunq; sic se habent: ut vtrũlibet sint: et contraria ipsoꝝ contingant: necesse est similiter se habere et contradictionẽ. Quod contingit in his: quę nõ semp sunt: ꝛ nõ semp non sunt.

¶ Necesse est ita contradictionẽ se habere: quę de illi⁹ nature instabilibus atq; indefinitis reb⁹ est. Quõ si res sint dubitabiles ꝛ indefinito variabiliq; pꝛouẽtu: contradictio quoq; quę de his rebus fit: variabili ꝛ indefinito p̄uentu fit. Quę autẽ essent huiusmodi res, quarũ euentus varius indefinitusq; constaret. planissime demõstrauit dicens ꝙ contingit in his quę non semp sunt ꝛ nõ semp nõ sunt. Ea enim sunt in quib⁹ contingit vtrũlibet quę neq; semp sunt (possunt enim corrũpi) neq; semper non sunt. possunt enĩ generari ꝛ fieri. Hęc enim sunt quę habẽt ad opposita cognationẽ: sicut in ipsa propria substantia rerũ ipsarũ euentus docet. Nam esse ad nõ esse oppositum est. Quod autez non fuit ꝛ generat̃ ꝛ fit: ex eo ꝙ non fuit est. Habuit igit̃ in hoc ad esse ꝛ nõ esse, id est ad opposita cognationem. Sin vero idem ip̄m quod est corrũpatur: ex eo ꝙ fuit nõ erit. habebit igitur rursus ad opposita cognationẽ. Quare ꝛ sicut harũ quę sunt in generatione ꝛ corruptione rerũ prouentus indefinitus est: ita quoq; ꝛ contradictionũ partes quãq̄ in tota contradictione vna vera sit altera falsa. Indefinitũ enim ꝛ indiscretũ est: quę vna haꝝ vera sit: quę altera falsa.

Hoꝝ enĩ necesse est alterã partẽ contradictionis veram esse vel falsam. Non tamẽ hoc vel illud: sed vtrũlibet: ꝛ magis quidẽ alteraz veraz: non tamẽ iam verã vel falsam. Quare manifestũ est: quoniã non est necesse omnis affirmationis ꝛ negationis oppositarũ hanc quidẽ veram: illã vero falsam esse.

¶ Docuit supra nos in his quę vtrũlibet sunt reb⁹ contradictionis vnam partẽ non esse definite veram: falsam vero esse alterã definite: nunc a frequentiori ꝛ a rariori argumentũ trahit. Supra namq; mõstrauit esse quasdã res quę frequentius quidẽ cõtingunt: non tamẽ interclusum sit: ut et opposita aliquãdo cõtingant. Contingit enim ut ei rarius infrequentiusq; contingãt. Ergo si in his quęcunq; in plurib⁹ eueniunt: non necesse est vnã veram esse alteram falsam. Idcirco quoniã quicunq; dixerit hominẽ in senecta canescere: ꝛ hoc ex necessitate esse protulerit: mentietur. Potest enĩ ꝛ non canescere. Si in his ergo non est definite vna vera: altera falsa: in quibus vna res frequentius venit: rarius altera: multo minus in his in quibus oppositoꝝ euentus equalis est. ꝛ verum est quidẽ dicere quoniã hoc contingit frequẽtius: non tamẽ omnino: quoniam cõtingit: idcirco ꝙ licet rarius tamen contingat oppositum. Quõ si neq; in his quę in pluribus pꝛedicantur vna definite vera est altera falsa: ꝛ multo min⁹ in his quorum equaliter indiscretus euentus est: manifestum est in futuris ꝛ contingẽtibus propositionibus non esse certam vnam: alterã falsam. hoc enim in principio ut monstraret validissima argumentatione contendit.

Neq; enĩz quẽadmodũ in his quę sunt: sic se habet etiã in his quę nõ sunt: possibilibus tamen esse vel non esse. sed quemadmodũ dictum est.

¶ Ad diuisionē temporū in principio factam totam reuocat questionē. Aut enim prius propositiones eas que fierent: aut in presenti: aut in futuro: aut in preterito predicari: et eas quidē que de preterito vel presenti dicerent̄: definitā veritatē vel falsitatem habere: siue in sempiternis et diuinis reb⁹ dicerent̄ siue in nascētib⁹ et moriētib⁹: in qb⁹ vtrūlibet contingeret: ut haberent ad opposita cognationē in sumimis vero: de diuinis quidē rebus aliquis et immutabilib⁹ loquer: eodem modo vnā veram definite: alterā falsam esse definite. Non enim habeat huiusmodi nature ad opposita cognationē. In his autem que in generatione et corruptione essent de futuro predicatis vel affirmatiue vel negatiue non eandē esse moduz veritatis definite: sed totius quidem cōtradictionis vnam partē veram esse: alteram falsam: definite autē vnam veram: definite alteraz falsam minime. Nunc autē non vtraqz tempora posuit presens scilicz et preteritū. Sed tantū presens. dixit eniz. Neqz eni quemadmodū in his que sunt id est que presentia sunt. Ad vero ut in his que nō sunt possibilib⁹ tamē esse: de futuris loquit̄ que cum nō sint: tamen esse possunt. Non eni sic se habet in presenti predicata propositio: quemadmodū in futuro in his. scilicz que vtrumlibet sunt: et in generatione et corruptione cōsistunt. In illis enim id est p̄sentibus et preteritis definite vna vera est altera fals. In his v. ro id est futuris et cōtingentibus veritas et falsitas propositionū nulla definitione cōstringitur. Sed quoniā de futuris propositionibus Aristotelicā sententiam quantum facultas fuit: diligenter expressimus: prolixitatē voluminis terminauimus.

Incipit cōmentariorū liber quartus.

Et quidem libri huius qui de interpretatione apō latinos apō grecos vero περὶ ἑρμηνείας inscribit̄: obscura oratio: ornis series obscurissimis adiecta sententijs atqz ideo non hoc magnis expedissem voluminibus: nisi etiā nihil labori cedens quam possem planissime quod in prima editione altitudinis et subtilitatis omiseram: secunda cōmentatione complerem. Sed danda est prolixitati venia: et operis longitudo libri obscuritate pensanda est. Sūt tamē gradus apō nos satisfacientes lectoris et diligentie et studio cupientis facillime magna cognoscere. Huius eniz libri post has geminas cōmentationes quoddā breuiariū faciemus: ita ut in quibusdā et fere in omnib⁹ Aristotelis ipsi⁹ verbis vtamur: tamen q̄ ille breuitate dixit obscure: nos aliquib⁹ additis dulciorē seriem adiectione faciamus: ut quasi inter textus breuitatem cōmentationisqz diffusionem medius ingrediat̄ stilus diffuse dicta colligens: et angustissime dicta diffundens: atqz hoc posterius. Nūc vero quoniā ab Aristotele supra mōstratum est: in futuro contingentiū propositionū veritatē et falsitatem non stabili neqz definite ratione esse diuisam: et quicquid supra latissima disputatio cōpleta est: nunc hec eius intentio est: ut categoricarū propositionū numerū tradat: queçunqz aut finito vel infinito nomine simpliciter fiunt. Primo enim volumine dictuz est nomen esse ut homo: infinitū nomen vero ut non homo. Predicatiue autē et categorice ꝓpositiones sunt. que duobus tantū simplicibus terminis cōstant. he autē sunt siue cum finito nomine. ut est homo ambulat: siue cū nomine infinito: ut est nō homo ambulat. Harum igit̄ propositionū categoricarū atqz simpliciū tradere numerū contendit. queçunqz fiūt adiectione nominis infiniti. Sed quoniaz propositiones omnes aut secundū qualitatē differūt. aut secundū quantitatē. Secundū qualitatē q̄ hec quidez affirmatiua: illa vero negatiua. Secundū quantitatē vero: q̄ hec quidē plura complectit̄. illa vero pauca. secundum quā differentiā he propositiones: que dicūt homo ambulat: et rursus nō homo ambulat a se differūt aut secunduz quantitatē: aut secundū qualitatē videamus. Nam q̄ dico homo ambulat: qualitatē quidē quandā substantie. id est hominē ambulare designat: et rem definitā atqz substantiam: que vnā speciē ambulabilē esse pronūciat. Dō autē dico nō homo ambulat: hominē quidē rem definitam tollo: innumerabilia vero significo. quare illa quidē que dicit homo ambulat videbit̄ secundū quantitatē poti⁹ discrepare ab ea que dicit. nō homo ambulat. An certe illō magis est veri⁹: ut q̄ dico homo ambulat: homo simplex nomen quasi affirmationi est proximū: q̄ vero dico non homo ambulat: non homo infinitū nomen negationi videbitur esse cōsimile. Sed affirmatio et negatio secundū qualitatē differūt. hec autem affirmationi sunt negationiqz cōsimilis. Qualitate igit̄ potius q̄ vlla discrepant quantitate. An magis illud est verius: q̄ quemadmodū se habz propositio que dicit Socrates ambulat ad eam que dicit quidam homo ambulat. Ita sese habet homo ambulat ad eaz que dicit nō homo ambulat. Propositio namqz que est quidā homo ambulat: si plures ambulant: necesse est vt vera sit. Si autē plures ambulent: ut Socrates ambulet non est necesse. possunt enim plures ambulare: et socrates nō ambulare. Sed cum plures ambulant: quidaz homo ambulat. hoc autem ideo euenit. Quia q̄ dicimus quidaz homo ambulat particularitatē iungimus vniuersalitati id est homini: et si qui sub ipsa vniuersalitate sunt id ē sub homine ambulantes sunt: eam que dicit quidā homo ambulat verum esse necesse est. At vero cuz dicitur Socrates ambulat: quoniā socrates circa vnius cuiusdam proprietatē est. Nisi ipse socrates ambulauerit: quā q̄ omnes homines ambulent: nō est verū dicere socrates ambulat. Sic ergo quidā homo ambulat: definite verū est: si plures ambulant. Non autē socrates ambulat: q̄uis plures ambulent: nisi ipse socrates ambulet. Sic etiam in eo q̄ est homo et nō homo: qui dicit homo ambulat: dicit quoniaz quoddam animal ambulat. et hoc nomine et qualitate determinat dicens homo ambulat. Qui vero dicit non homo ambulat: non quidē omnia subruit: sed hominē tantū. Cetera vero animalia ambulabilia esse pronunciat. Ergo siue equus: siue bos: siue leo ambulat: verū est non homo ambulat: sed nō est verū homo ambulat: si non homo ipse ambulet. Quare quemadmodū se habet quidā homo ambulat ad socrates ambulat. Quod illic si plures homines ambularent. verum erat quidā homo ambulat. Non etiā socrates ambulat: nisi ipse socrates ambularet. Ita quoqz in eo q̄ est homo ambulat et non hō ambulat: dici pōt. Naz si plura que sunt non homines ambulent: veruz est dicere quoniā non homo ambulat: non autē veruz est dicere quoniā hō ambulat: nisi ipse homo ambulet. et secundū definitionē ergo potius et proprietatez vident̄ discrepare quaz secundū aliquā totam quantitatē vel partē quantitatis. vel rursum secundū aliquaz qualitatez. Nam sicut posterius demonstrabit̄ ea que dicit non hō ambulat: affirmatio potius quam negatio est. atqz hec hactenus predixisse sufficiat.

Uoniam autem est affirmatio de aliquo significans aliquid. hoc autem est vel nomen vel innominatuz. vnum autem oportet esse et de vno id: quod est in affirmatione. Nomen autem dictum est: et innominatum prius. non homo enim nomen quidem non dico: sed nomen infinitum. Unum enim significat quodammodo infinitum nomen: quemadmodum et non currit non verbum dico: sed infinitum verbum.

eam negationē: manifestū est nullā esse in his discrepantiā immo in omnib⁹ simillimā cōsequentiā: et illos nihil per hanc rationē: quā volunt addere: recte differre: immo potius maioribus obscurā sententiā obscuritatibus īplicare sed potius ita intelligendū est: ut id quod ait. Quarū duę quidē ad affirmationē et negationē sese habebūt sm consequentiā ut priuatiōes: duę vero minime. ita accipiam⁹ tanq̄ si ita dixisset quattuor propositionū duarū simplicium duarū vero infinitarū: duas id ē affirmatiōes simplicē et infinitā sequūtur duę negatiōes simplex et infinita scilicet sicut priuationes quoq̄. In priuationib⁹ enī affirmationē simplicem sequebat̄ priuatoria negatio: et simplex negatio priuatoriā affirmationē. reliquę vero duę. i. simplex affirmatio et infinita affirmatio nullā habent cōsequentiā ad negationes id ē ad simplicē et infinitā: sicut nec priuatiōes quoq̄. nam affirmatio priuatoria nō sequebat̄ negationē simplicē: nec simplex affirmatio priuatoriā negationē ut dicamus hoc modo quare quattuor illę cū sint duę simplices duę infinitę quarū. i. duarū simpliciū et duarū infinitarū duę quidē. id ē negatiōes simplex et infinita ad duas affirmatiōes sequūtur. i. simplicē et infinitā. hoc est enī qđ ait. ad affirmationē et negationē sic se habebūt sm consequentiam id ē consequūtur negatiōes ad eas quę sunt affirmationes: sicut in priuatiōibus quoq̄ dicebat̄. duę vero id ē affirmatiōes simplex et infinita nō habēt se sm cōsequētiā ad duas negatiōes id ē simplicē et infinitā sicut priuationes quoq̄ se sm cōsequētiam nō habebāt. nam priuatoriam negationē nō sequebat̄ affirmatio simplex nec simplicē negatiōem priuatoria affirmatio. Est alia quoq̄ simplicior expositio quam Alexāder post multas alias expositiones. in quibus animaduertit: edidit hoc modo. Cum sint inquit quattuor propositiones quarū duę sunt infinitę: duę vero simplices: duę inquit infinitę equaliter se habent sm affirmationē et negationē ad priuatorias. duę vero simplices ad easdē priuatorias se similiter nō habēt hoc modo. affirmatiua enī infinita cōsentit affirmatiuę priuatorię. ea enim quę dicit infinita affirmatio est nō iustus homo: ei cōsentit affirmatiuę priuatorię quę dicit est iniustus homo. ea vero infinita negatio quę dicit non est non iustus homo: priuatorię negationi cōsentit quę dicit non est iniustus homo. atq̄ hę quidē duę id est infinita affirmatio et infinita negatio ita se habēt ad affirmationē et negationē ut priuatiōes id est eadem affirmant vel negant quę priuationes affirmāt vel negant. duę vero minime id ē duę simplices. minime se ita habent ad affirmationē et negationem sicut priuationes. nā omnino nō cōtingit simplex affirmatio priuatoriā affirmationē. ea enī quę dicit est iustus homo. nō cōsentit ei quę dicit est iniustus homo. nec rursus negatio simplex priuatorię negationi cōsentit. ea enim quę dicit nō est iustus homo quę est simplex negatio plurimū dissidet ab ea quę dicit: nō est iniustus homo quę est priuatoria negatio. ergo cum sint quattuor affirmatio simplex et negatio simplex: affirmatio infinita et negatio infinita: harū duę id est affirmatio infinita et negatio infinita ita aliquid affirmant vel negant ut priuatiōes. hoc ē enim quod ait. ita se sic habent ad affirmationē et negationem ut priuationes: duę vero minime. neq̄ enī ita affirmant et negant duę simplices sicut duę priuatorię. affirmatio namq̄ simplex ab affirmatione priuatoria discrepat. et rursus negatio simplex a negatiōe priuatoria longe dissidet atq̄ discordat. sed hęc (ut diximus) Alexandri expositio est post multas alias simplicior non tamen repudianda: sed illa superior verior esse videtur: quod Arist. ipse testatur. ait enim paulopost. hęc igitur quemadmodū in resolutoriis dictum est sic sunt disposita. hanc enim cōsequentiam quam in superiori expositione memoraui priuatoriarū et infinitarū ad simplices in primo libro priorū resolutoriū: quę analytica greci vocant: sine disposuit: dicit autē porphirius fuisse quosdam sui temporis: qui hunc exponerent locū. et quoniam ab herminio vel Aspasio vel Alexandro expositiōes singulas proferentes multa contraria et in expositionibus male ab illis editis et dissidentia reperierūt: arbitratos fuisse hunc librū Arist. ut dignū esset: exponi omnino nō posse: multosq̄ illo tempore viros totam huius libri preterisse doctrinam: q̄ inexplicabilem putarent esse caliginē. Nos autem breuissime hunc locum in prima editione preterimus: sed q̄ illic pro intellectus simplicitate breuiter posuimus: hic omni latitudine totam sententię vim et prolixitatē digessimus. quare quoniā superiora digne (ut mihi videt̄) expressimus: sequentis textus ordinē sententiāq̄ videamus.

Similiter autem se habent et si vniuersalis nominis sit affirmatio ut omnis est homo iustus Negatio. non omnis est homo iustus omnis est homo nō iustus. non omnis ē homo non iustus. Sed non similiter angulares cōtingit veras esse: contingit autē aliquando.

De infinitis quędam propositiōibus loquutus: nunc de his quę determinate sunt sm vniuersalitatis et particularitatis adiectionem dicit: q̄ etiam similiter ipse se habēt sicut ille quoq̄ quę sine vlla determinatione dicebant̄ simplex scilicet propositio atq̄ infinita. Quod vero ait. Similiter autē se habent et si vniuersalis nominis affirmatio sit: aliq ita intellexerūt. ut quod ait similiter referatur ad numerū propositionū et oppositionū. Nam sicut in his quę infinitę sunt et indeterminate duę sunt oppositiones: vna simplicis negationis et simplicis affirmationis: altera infinitę affirmationis et infinitę negationis: quattuor autē propositiones: quod supra iam dictum est: ita quoq̄ in his q̄ determinationem secundū vniuersalitatem et particularitatemq̄ habent: fiunt quattuor propositiōes et oppositio duplex. Oppositio enim vna est vniuersalis affirmationis simplicis et particularis negationis simplicis: ut est: omnis homo iustus est. non omnis homo iustus est. hęc est quidem vna oppositio. Alia vero infinitę vniuersalis affirmationis: et infinitę particularis negationis ut est: omnis homo non iustus est. non omnis homo non iustus est. Quare hic quoq̄ cū duę sint oppositiones: erunt sine dubio propositiones quattuor: sicut in his de quibus supra iam dixerat: quę scilicet determinatione carebant. Alij vero qui Aristotelis animū penitus inspexerunt: non tantum similiter solum se habere determinatas propositiones ad numerum oppositionum et propositionum: sed etiam ad consequentiam: neq̄ est consequentia negationum ad affirmationes in his propositionibus simplicibus et infinitis: quę preter determinationem dicuntur: eadem similitudo habetur in his quę cum determinatione proferuntur. Sed quoniā non in omnibus omnia similia habent: ideirco addidit notans: sed non similiter angulares contingit esse veras: contingit autē aliquando. Sensus autem totus huiusmodi est. Similiter inquit se habent hę propositiones quę secundū determinationem dicuntur infinitę ad simplices: et simplices ad infinitas: quemadmodum ille quoq̄ se habebant: quę sine determinatione indefinitę dicebantur. Sed habent quandam dissimilitudinem: q̄ angulares propositiones in his quę cum determinatione dicuntur: non eodē modo vere sunt: quemodo ille sunt quę sine determinatione proferebātur vel infinitę vel simplices. Videamus ergo prius an eadem in his quę determinate sunt consequentia sit: quę in his est quę indefinitę proferuntur. Post videamus quę sit in angularibus dissimilitudo. disponantur ergo non solum hę quę simplices: vel infinitę sunt. Sed etiam quę sunt priuatorię: et primo quidem disponantur hoc modo. Simplex quidem affirmatio sm̄ ponitur negatio. Et hę quidem indefinitę idest preter vniuersalitatis aut particularitatis adiectionem. sub his idest sub affirmatione quidem simplici ponatur negatio priuatoria: sub negatione vero simplici affirmatio priuatoria hę quoq̄ iure sua indefinitę. sub his

autem ponatur sub affirmatione privatoria ⁊ sub simplici negatione affirmatio infinita. Sub privatoria autem negatione ⁊ simplici affirmatione ponatur negativa infinita. ⁊ he quoqz indefinite ⁊ indeterminate sine ulla vel universalitate. Sub his autē disponantur he quas determinatas vel universalitatis quātitate vel particularitatis vocamus ⁊ primo quidem affirmatio universalis simplex cōtra hāc negatio particularis simplex. Sub affirmatione autē universali simplici ponatur negatio particularis privatoria. sub negatione autem pticulari simplici universalis affirmatio privatoria. rursus sub negatione particulari privatoria ⁊ sub affirmatione universali simplici ponatur negatio particularis infinita. Sub affirmatione vō universali privatoria: ⁊ sub negatione simplici particulari ponatur universalis affirmatio infinita, erit autē huiusmodi descriptio.

Affirmatio simplex	Homo iustus est
negatio privatoria	homo iniustus non est
negatio infinita	homo non iustus non est
Indefinite	
Homo iustus non est	Negatio simplex
homo iniustus est	affirmatio privatoria
homo non iustus est	affirmatio infinita.
Affirmatio vlis simplex	Omnis homo iustus est
negatio pticularis privatoria	nō omnis homo iniustus est
negatio pticularis īfinita	non oīs homo non iustus est
Definite	
Non oīs homo iustus ē	Negatio particularis simplex
omnis homo iniustus ē	affirmatio vlis pivatoria
omnis hō non iustus ē	affirmatio vlis infinita

In hoc ordine propositionum quem supra descripsimus ꝙ sint angulares manifestū ē. Sunt nāqz affirmatiōes quidem affirmationibus, negationes vō negationibus. ⁊ in his quidem que indefinite sunt eodem modo angulares sunt affirmationes. Simplex quidem affirmatio que dicit ē homo iustus. privatorie affirmationi que dicit ē homo iniustus: ⁊ infinite affirmationi que proponit ē homo non iustus angularis ē. Negatio vō simplex que ē non ē homo iustus: negationi privatorie que dicit non ē homo iniustus: ⁊ negationi infinite que ē non ē homo non iust⁹ angularis ē. Item si quis ad definitas propositiones aspiciat: idem sine aliqua dubitatione reperiet. Affirmatio enī universalis simplex que ē omnis homo iustus ē. affirmationi universali privatorie que enunciat omnis homo iniustus ē: ⁊ affirmationi universali infinite que dicit omnis ē homo non iustus: angularis ē. Item negatio particularis simplex que ē non omnis ē homo iustus: negatiōi particulari privatorie que dicit non omnis ē homo iniustus: ⁊ negationi particulari infinite que proponit non omnis ē homo non iustus: angularis ē. igitur affirmationes affirmationibus ⁊ negationes negationibus angulares sunt ⁊ in ordine indifinitarū propositionum: ⁊ in ordine definitarum. quocirca de earum consequentia speculandum ē. dictum ē enim prius ꝙ affirmationem indefinitā simplicem sequeretur privatoria ⁊ īfinita negatio: eas vō simplex affirmatio non sequeretur: rursus infinitam affirmationem privatoriamqz affirmationē sequitur simplex negatio: he vō simplicem negationem non sequuntur. Rursus si quis ad ordinem definitarū respiciat: idem inveniet affirmationem nāqz universalem simplicem sequitur particularis privatoria negatio ⁊ particularis infinita negatio. Nam si vera ē universalis affirmatio simplex que dicit. omnis ē homo iustus: vera ē etiam particularis privatoria negatio que dicit: nō omnis est homo iniustus. hoc autem idcirco evenit ꝙ ea que dicit non omnis homo iniustus est: idem potest quod simplex: ⁊ similis est ei que proponit quidam homo iustus est: particulari simplici affirmationi. nam si non omnis homo iniustus est. quidā hō iustus est. sed particularis affirmatio simplex sequitur universalem affirmativam simplicem. Quando enim vera est universalis affirmatio que dicit omnis homo est iustus: vera est ⁊ particularis affirmativa que proponit quidam homo iustus est. sed ei que dicit quidam homo iustus est: consentit particularis negatio privatoria que proponit nō omnis homo est iniustus. Quocirca etiam particularis negatio privatoria universali simplici affirmationi consentit. Sequitur igitur eam que dicit omnis est homo iust⁹ universalem. s. simplicem affirmationē: ea que proponit: nō omnis est homo iniustus: particularis negatio privatoria sed huic particulari negationi privatorie: que dicit nō omnis est homo iniustus: consentit particularis infinita negatio: que dicit non omnis est homo non iustus: ⁊ verum est si non omnis est homo iniustus: quā non omnis ē hō non iustus. idem enim est esse iniustum quod non iustū. sed particularis privatoria negatio sequitur simplicē universalem affirmationem. Infinita igitur negatio particularis sequitur simplicem affirmationem universalē: eiqz consentit: si prius affirmatio universalis vera sit. Quocirca eam que dicit omnis est homo iustus: universalem simplicem affirmativam sequūtur sine dubio particularis negatio privatoria: non omnis est homo iniustus: ⁊ particularis negativa infinita: non omnis est homo non iustus. Quare hic quoqz affirmationem negationes sequuntur. sed hoc non convertitur. quoniam enim (ut dictum est) negatio particularis privatoria que dicit: non omnis est homo iniustus: consentit particulari affirmationi simplici ei. s. que dicit: quidam homo iustus est. hanc autem particularem affirmativam non sequitur universalis affirmativa. neqz enim si verum est quendam hominem esse iustum: idcirco iam ⁊ omnem esse hominem iustum necesse est. quare non sequitur affirmatio universalis simplex. omnis est hō iustus. affirmationem particularem. quidam homo est iustus. potest enim hec vera idest particularis universalis eē falsa. sed particularis affirmatio simplex particulari negationi privatorie consentit. quare nec privatoriam particularem negationem simplex affirmatio sequitur universalis. Eam igitur que dicit non omnis est homo iniustus: non sequitur affirmatio universalis simplex que proponit omnis homo iustus est. sed particularis privatoria negatio consentit particulari negationi infinite. universalis igitur affirmatio simplex non sequitur particularem negationem infinitam. ea igitur que dicit omnis est homo iustus affirmatio universalis simplex non sequitur eam que dicit nō omnis est homo non iustus particularem infinitam negationem. due igitur negationes infinita ⁊ privatoria particulares sequuntur universalem simplicem affirmativam: sicut in his quoqz erat que sunt indefinite. due enim negationes infinita ⁊ privatoria indefinite simplicem affirmativam sequebantur indefinitam: sed non econverso. affirmatio enim universalis simplex non sequitur negationem particularem infinitam ⁊ privatoriam: sicut nec indefinita quoqz affirmatio simplex idefinitas sequebatur negationes privatoriam atqz infinitam. quare in hoc uno ordine similiter se habent definite his que sunt indefinite equaliter enim affirmationibus veris vere sunt negationes: negationum veritatem affirmationum veritas non sequitur: nec his consentit. Rursus in altera parte perspiciamus quēadmodum affirmationes universales privatoriam scz ⁊ infinitam particularis negatio simplex sequatur. nam affirmationem universalē privatoriam omnis est homo iniustus sequitur particularis negatio simplex. non omnis est homo iustus. ea enim que dicit omnis est homo iniustus: consentit simplici universali negationi que dicit nullus homo est iustus. nam si omnis est homo iniustus: nullus est homo iustus. Sed hanc idest universalem simplicem negativam sequitur particularis simplex negatio. nam si vera est quā nullus homo iustus est: vera ē quā

non omnis homo iustus est. sed vniuersalis negatio simplex vniuersali priuatorie affirmationi consentit. sequitur ergo particularis simplex negatiua que est non omnis hō iustus: vniuersalem affirmationem priuatoriam que proponit omnis est homo iniustus. sed hec vli affirmationi indefinite ↄsentit. idem enim significat oīs est homo iniustus: ⁊ omnis est homo non iustus. quare seqꝛ q̄ꝫ particularis negatio simplex que est non omnis est homo iustus: vlem affirmationē infinitā que dicit omnis ē homo non iustus. hic q̄ꝫ affirmationes vles priuatoriā atq̄ꝫ infinitā sequiꝛ particularis negatio simplex que est non omnis ē hō iustus. sed non conuertiꝛ. etenī quū simplicem negationem particularē que dicat non omnis est homo iustus: non sequitur vniuersalis negatio que ꝑponit nullus homo iustus est. neq̄ꝫ enim si vera ē non omnē hoīem esse iustum: vera est nullum hoīem esse iustū. hec aūt .s. vniuersalis simplex negatio ↄsentit vnāq̄ꝫ significat cū affirmatione vli. priuatoria. non sequitur igiꝛ vlis affirmatiua que dicit omnis est homo iniustus simplicem particularē negationē que ꝑponit non omnis est homo iustus: sicut nec eandem particularem negationem vlis negatio sequebaꝛ. sed priuatoria vniuersalis affirmatio ↄsentit cū infinita affirmatione vniuersali. igiꝛ particularem negationē que dicat non omnis ē homo iustus: vlis affirmatio infinita non seqꝛ que ꝑponit omnis est homo non iustus. quare hic q̄ꝫ affirmatiōes duas vles .s. priuatoriā atq̄ꝫ infinitā particularis simplex negatio seqꝛ: sicut affirmationes duas q̄ꝫ indefinitas negatiua indefinita sequebaꝛ. sed due affirmatiōes vles priuatoria ⁊ infinita non sequūꝛ particularem simplicem negationem: sicut due q̄ꝫ indefinite affirmationes priuatoria ⁊ infinita simplicem negationē non sequebanꝛ. sic igiꝛ se habēt definite indefinite in ↄsequentiam. singulares aūt non eodem modo se hñt. nam indefinitarū ꝑpositionū singulares simul veras esse ↄtingit. nam si vera est quū est homo iustus: que est indefinita affirmatio simplex: nihil ꝓhibet veram esse etiam que dicat est homo iniustus. ⁊ rursus eā que dicat est homo non iustus: que sunt indefinite affirmationes priuatoria ⁊ infinita. rursus negationes negationib⁹ que sunt singulares veras esse ↄtingit: vt ea que dicat non est homo iustus: si vera ē: nihil ꝓhibet verā esse etiā que dicit non est homo iniustus: et eam que ꝑponit non est homo non iustus. singulares ergo sibi indefinitas in veritate ↄsentire nihil ꝓhibet: sed in his terminis tm̄: vt in scđo huius opis volumine docuimus: que neq̄ꝫ naturalia sunt inesse neq̄ꝫ impossibilia. Si qs enī sic dicat est hō rōnalis: huic singulares vere esse non pñt: he .s. que dicunt: est homo irrationalis: ⁊ rursus est homo non rationalis. Rationalitas enī homini ꝑ naturā est. sic aūt ⁊ de impossibilibus dicendum est. ꝙ si sint talia que neq̄ꝫ impossibilia sint inesse nec nālia sint inesse: vt in ea ꝑpositione que dicat ē hō iustus: iustitiā neq̄ꝫ naturalē esse necesse ē homini: nec impossibilem esse. manifestū est quū singulares sibimet simꝑ in veritate consentiūt. atq̄ꝫ hoc idem de negatiuis q̄ꝫ singularibus recte diciꝛ. In his igiꝛ terminis qui nec naturales sunt nec impossibiles: simꝑ singulares ⁊ negatiōes negationibus ⁊ affirmatiōes affirmationibus simꝛ veras eē contingit: ⁊ hoc qdem in his que indefinite sunt. In his aūt que definite sunt ⁊ vlitatis particularitatis q̄ participes non eodemmodo sunt. In quibuslibet aūt terminis siue possibilibus siue naturalibus siue impossibilibus affirmatiōnes affirmationibus sibimet singularibus in veritate ↄsentire non pñt. negatiōes aūt negationibus singulares singularibus ī his tm̄ terminis qui neq̄ꝫ naturales neq̄ꝫ impossibiles sunt: in veritate poterūt conuenire. ⁊ primuꝫ quēadmodū affirmationes affirmationibus sibimet singularibus in veritate consentire non pñt: in quibuslibet terminis demonstrandū est. Ea que dicat omnis est hō iust⁹ ⁊ ea que dicat omnis est homo iniustus: que est .s. singularis: vere simul esse non pñt. Ea nāq̄ꝫ que dicat omnis est homo iniustus: nihil differt ab ea que ꝑponit nullus est homo iustus. sed omnis est hō iustus: ⁊ nullus est homo iustus: quū ↄrie sunt: simul vere esse non pñt. Sed ea que dicit nullus est homo iustus: conuenit atq̄ꝫ ↄsentit ei que proponit omnis homo est iniustus. Quare omnis homo iustus est ⁊ omnis homo est iniustus simul vere esse non pñt. sed eadem que ꝑponit omnis est homo iniustus: consentit (vt supra dictū est) ei que dicit omnis est hō non iustus. Quare nec in his hec in veritate consentire poterit ei que dicit quū oīs est homo iustus. affirmatio igiꝛ vlis simplex omnis est homo iustus: affirmationib⁹ vlibus priuatorie ⁊ infinite que sunt oīs est homo iniustus: ⁊ omnis ē homo non iustus: sibimet singularibus in veritate simul nulla rōne consentit: sicut in his que indefinite erant: ⁊ affirmationes affirmationibus ⁊ negatiōes negationibus in veritate poterāt ↄsentire. in his autē que sunt definite affirmationes singulares simul vere esse nō pñt. Recte igitur dictū est: quū in alijs omnib⁹ similis est ↄñtia diffinitarum ⁊ indefinitarū. affirmationibus enim ↄsentiunt ī veritate negationes: negationib⁹ aūt affirmatiōes non oīno consentiunt: que similitudo ↄñtie in vtrisq̄ꝫ est .s. ⁊ in his q̄ definite sunt: ⁊ in his que indefinite sunt. sed est distantia ꝙ non sic singulares contingit veras esse: ⁊ affirmatiōes affirmationib⁹ ⁊ negatiōes negationib⁹. indefinitē autem veras esse ↄtingit eas .s. que sunt singulares. in his aūt q̄ sūt definite: affirmatiōes affirmationib⁹ singulares veras esse aliquā nulla rōne ↄtingit. hoc aūt manifestū erit: si qs ⁊ ea sibi ꝑponat exempla: in qbus sunt termini naturales neq̄ꝫ impossibiles: ⁊ ea in qbus sunt possibiles ⁊ non naturales neq̄ꝫ impossibiles. in oībus enim inueniet affirmatiōes affirmationib⁹ definite definitas singulares simꝛ veras esse non posse. Qđ aūt addidit. ↄtingit aūt aliquādo. huiōi est quādoq̄ꝫ enim affirmatiōes affirmationib⁹ singulares definite simul vere esse non pñt qbuslibet ꝑpositis terminis: pōt tñ fieri vt negatiōes negationib⁹ vere inueniāꝛ: ⁊ sic hec similitudo ad infinitas singulares. nā sicut ille negatiōes negationib⁹ indefinite singulares vere simꝛ eē poterant in his que neq̄ꝫ naturalia sunt neq̄ꝫ impossibilia: ita hic q̄ꝫ .s. in ordine definitarū negatiōes definitas negationibus definitis singulares singularibus simꝛ veras esse ↄtingit in his que neq̄ꝫ sunt impossibiles nec naturales. negatio enim simplex particularis que dicit non oīs ē homo iustus: pōt simul vera esse cū ea que dicit non oīs est homo iniustus. pōt enī fieri vt qdam sint iusti: qdam sūt non sint iusti. ⁊ in eo vtreq̄ꝫ vere sunt. ⁊ ea que dicit n̄ oīs est homo iustus: qa sunt qdam iniusti: ⁊ ea que dicit non oīs est homo iniustus: qa poterunt aliqui esse iusti. sed hec consentit infinite negationi particulari que dicit non oīs ē homo non iustus. idem enī est dicere non oīs est homo iniustus: qđ non omnis est homo nō iustus. Quocirca ⁊ he sibi singulares simul vere esse pñt. nam si qdam sunt iusti quidā iniusti: verū est dicere quū non oīs est homo iustus: quia sunt qdam iniusti. Rursus verum est dicere nō oīs est homo non iustus: quia sunt qdam iusti. negationibus igitur negationes singulares definite simul vere esse pñt. Et hoc est simile indefinitis in qbus sicut affirmationes affirmationibus: ita q̄ꝫ in veritate singulares negatiōes negationibus ↄsentiunt. Sensus ergo totius huiusmōi ē. Aliter aūt singulares se habet .s. similis erit ↄñtia ꝑpositionum: quēadmodū fuerat indefinitē: etsi vlis noīe sit affirmatio idest etiam si definite affirmatiōes negationesq̄ꝫ ponanꝛ. vt per subiecta exempla monstrauit dicens: affirmationi simplici vniuersali oīs est homo iustus: opponi non oīs ē homo iustus particularem .s. simplicem. ⁊ rursus vniuersale affirmationem infinitam ꝑponens eam .s. que ē oīs est homo non iustus huic illam opposuit que dicit nō oīs est homo non iustus he inquit similiter se habēt ad consequentiam quēadmodū indefinite, quomodo aūt se ille habent ad ↄsequentiā supra monstratū est. sed non inquit similiter singulares ↄtingit veras eē. In his enī que erat indefinite: affirmationes affirmationib⁹ singulares simꝛ vere eē poterāt.

In his aūt que definite sunt simul vere esse non posse. Contingit aut aliqñ: vt similiter angulares vere sint in his que definite sunt quēadmodū et in indefinitis. negationes enim negationibus angulares o finite simul in veritate ꝯsentiunt. vt his qz inuicem iacebant: quas indefinitas supra descripsimus. Plenus est igitur huiusmodi intellectus. Herminus aūt hoc aliter sic exponit. similiter inquit duas faciunt oppositiones quattuor ꝓpositiões: si fuerint due simplices due infinite determinatione tñ adiecta hoc aūt sic monstrat. Proponit prius simplicem affirmationē vlem que dicit omnis est homo iustus. Contra hanc particularē simplicem negationem non omnis est homo iustus. sub affirmatione vli simplici affirmationē vlem infinitam que dicit ois est hō non iustus. Contra hanc sub negatione particulari simplici particularē negationē infinitā que ꝓponit non omnis ē homo non iustus.

Omnis est iustus homo	Non omnis est iustus homo
omnis est non iustus hō	non ois est non iustus homo.

His ergo ita dispositis due inquit sunt oppositiones. Contra enim eam que est omnis est iustus homo: opponitur illa que ꝓponit non omnis est iustus homo. hoc autē idcirco qm̄ sibi contradictorie opposite sunt vniuersalis affirmatio simplex et particularis negatio simplex. et est hec quidem vna oppositio. Rursus contra eandem affirmationē simplicē que dicit omnis est iustus homo: opponitur vlis affirmatio infinita que dicit omnis est non iustus homo et hoc ꝯtrario modo. Ea nāqz que dicit omnis est nō iustus homo idem significat eiqz consentit que dicit nullus homo iustus ē. sed hec que ꝓponit nullus homo iustus ē contrario modo opposita ē ei que ꝓponit omnis ē iustus homo. Quocirca etiā ea que dicit omnis ē non iustus hō: contrarie erit opposita ei que dicit omnis ē iustus homo. Est igit hic qz altera oppositio. due ergo sunt oppositiões quēadmoduz etiam in his que sunt indefinite. sz alio mō essent opposite tñ due erant oppositiões. sm diametrum aūt non contingit similiter veras esse: vt ipse ait. Ille enim qm̄ indefinite erant et sm diametrum que erant: simul veras esse contingebat et oēs oibus. Qd̄ si quis indefinitarū descriptiones. rei ar- diligenter agnoscit. hic aūt inqt hoc est in his que definite sunt: non idem est. Hoc sic mōstrat. Ea enim ꝓpositio que dicit omnis est iustus homo nō ꝯsentit ꝯtradictioni sue que dicit nō omnis est iustus homo Rursus ei que dicit omnis ē nō iustus hō: non consentit rursus ei que dicit non ois est nō iustus homo. hec.n. contrarie ꝗ sue consentiebat. quare cū vera est vlis affirmatio simplex que dicit ois est iustus homo sine dubio falsa est ea que dicit ois est non iustus hō. Sed hac falsa contradictio eius vera erit: vera est igitur ea que negat dicens non omnis est non iustus homo. Quocirca he due ꝓpositiones angulares vere aliquotiens inueniunt. omnis est iustus homo, non omnis est non iustus homo. contingit ergo aliqñ veras esse. sed non inquit oino. Nam si a particulari negatione infinita ceperis non idem est.i.non eadem veritas venit. hoc autem tali probatur modo. Si enim vera est qm̄ non omnis est non iustus homo falsa est ea que dicit omnis est non iustus homo. Est enim ei ꝯtradictorie opposita. hac aūt falsa que dicit ois est non iustus homo: non oino veram necesse est esse eam que ꝓponit omnis ē iustus homo. idcirco qm̄ he due sibi ꝯtrario loco opposite sunt Contrarias aūt ꝓpositiones simul falsas esse posse supra docuimus. ergo non necesse est si falsa est omnis est nō iustus homo. veram esse eam que dicit omnis est homo iust⁹ qd̄ si non necesse est hoc: pōt fieri vt vtreqz sint false. quare euenit aliqñ vera hac ꝓpositione que dicit non omnis est non iustus homo: falsa sit illa que ꝓponit omnis ē iustus homo. quare non sic sm diametrū in veritate sibi ꝓpositiones ꝯsentiunt. atqz hoc qd̄ Herminus non recta expositione dicit: ordinē turbat. Si qs aūt vel hoc qd̄ Herminus ait diligenter agnoscit: vel id qd̄ supra non diximus: cognoscit multā esse differentiā expositionis: et meliorem superiorem iudicans eiqz si qs nobis credit: recte consentiet.

Hec due igitur opposite sunt. alie autem ad id quod est non homo quasi subiectum aliquod addutum: vt est iustus non homo: non est iustus non homo. est non iustus non homo. nō est nō iustus non homo. magis autem plures his non erunt oppositiones. he autem extra illas ipse secūdū se erūt. vt nomine vtentes eo quod est non homo.

Supra iam dixerat oē subiectū aut ex noīe simplici et finito: aut ex noīe rursus infinito consistere: et eorū oppositiones ostendit quod essent due: et quattuor ꝓpositiones. due quidem simplex subiectū nomē hñtes. due vo infinitū. et post has qm̄ ē tertiū adiacēs ꝑdicaret: Illic qz duplicē oppositiones fieri dixit: cū.s. finitū nomen esset: vel infinitū predicatū. earūqz inter se eam ꝯsequentiam demonstrauit qualem haberent ꝑuato: et ad easdem ipsas simplices quibus ex finito noīe ꝓpositiones ꝯpararent: et qm̄ omnis huius varietas ꝓpositionū ita sit cum est tertium predicaret: vt aut subiectū et ꝑdicatū infinita sint: aut subiectū quidē finitū predicatū vo infinitū: de quibus supra locutus est: cū earū consequentiā demonstrauit. aut infinitū hñt subiectum et finitū vo ꝑdicatū: aut infinitū et subiectū et ꝑdicatū. et hñt quidem ꝓpositiones vtrūqz finitū: vt est homo iustus ē: homo iustus non est. finitū vo subiectū: infinitū ꝑdicatū vt est homo non iustus est: homo non iustus nō est. et harum quidem ꝯsequentia supra mōstrata ē. alie vo sunt que infinitū hñt subiectū et quasi noīe vtunt noīe infinito: vt nō homo iustus ē: non homo iustus ē. vtunt enim he ꝓpositiones subiecto.i.non homo vt noīe. ꝑdicato vo eo qd̄ est iustus. hoc ē enim qd̄ ait alie aūt ad non homo: vt ad subiectum aliqd̄ additum. Si quis enim ponat non homo quidem subiectū: et de hoc aut finitū nomen ꝑdicet vt ē iustus aut infinitū vt ē non iustus: vtroqz modo rursus duplicem faciet oppositionem. quattuor aūt sunt ꝓpōnes he.

Est non homo iustus.	Non est non homo iustus.
est non homo non iustus	non est non homo iustus

In his igitur quattuor propositionib⁹: oppositionib⁹ vo duplicibus non homo quidem subiectū ē. sed in superiori oppositione finitū quidem ꝑdicat nomen qd̄ ē iustus. in inferiore vo infinitū qd̄ ē non iustus. sed ille inquit que ꝑdicatum quidem infinitum hñt: subiectum vo finituz: vel quibus et predicatū finitū ē et subiectū: hñt aliquam ad se consequentiā. he vo quas postea memorauim⁹.i. que infinitū hñt subiectū: et predicatū vel finitū vel infinitū nullam hñt ꝯsequentiam ad eas propositiones: que sive finito ꝑdicato sive infinito et finito tñ subiecto ꝯsisterent. hoc enī est qd̄ ait. he aūt extra illas ipse sm se erunt.i.nullā ꝯsequentiam ad superiores que ex finito subiecto ꝯstarent: habere aut eas que infinitū subiectū i ꝓpositionū ordine retinerēt. Post qz igit enumerauit et eas que ex vtrisqz finitē consisterēt.i. ex subiecto et ꝑdicato: et illas que ex subiecto quidem finite: ꝑdicato vo infinito essent: his etiā illas que ex subiecto infinito essent et ex finito ꝑdicato: necnon illas addidit: que ex vtrisqz infinitis ꝯstare viderent. Postqz igit has enumerauit: ait. Magis aūt plures his non erūt oppositiones. omnis enim oppositio (qd̄ supra iam dictū est) aut est ex vtrisqz finitis vt est homo iustus nō est homo iust⁹ ue. aut ex finito quidem subiecto et infinito ꝑdicato: vt est homo non iustus est: homo non iustus non est: aut ex infinito quidem subiecto: finito vo ꝑdicato: vt est non homo iustus: nō est non homo iustus. aut ex infinitis quidem vtrisqz: vt est non homo non iustus est: non homo non iustus non est. vt aūt quinta oppositio reperiri possit: nulla ratione possibile est de his ergo hec dicta sunt: in quib⁹ est tertiū adiacēs ꝑdicatū.

In his vero in quibus est non conuenit: vt i

eo quod est currere: vel ambulare: idem facit sic positum: ac si est adderetur: vt est currit oīs homo: non currit omnis homo. currit omnis non homo: non currit omnis non homo. nō enim dicendum est non omnis homo. sȝ nō negationem ad id quod est homo addendū est. omnis non vniuersale significat: sed quoniam vniuersaliter. manifestum est autem ex eo quod est: currit homo: non currit homo. currit non homo: non currit nō homo. hec.n. ab illis differunt eo q̄ vniuersaliter non sunt quare omnis vel nullus nihil consignificat aliud: nisi quoniam vniuersaliter de nomine vel affirmationem: vel negationē, ergo ⁊ cetera eadem oportet apponi.

¶ Sunt quedā ꝓpositiones in q̄bus est qdē tertiū adiacens predicatū est: ⁊ h sono ipso ⁊ ꝓlatiōe dignoscit̄. alie vero sunt in q̄bus tale verbū predicat̄: qđ tertiū qdē adiacens nō p̄dicet̄. hȝ tn̄ ꝯiunctū atq; intra se verbū ē: que propositio si soluat̄ in p̄ncipiū atq; verbuȝ est: qđ aūt solo verbo dicit̄ predicatū: scđo p̄dicabit̄: tertio loco p̄dicabit̄ ē: ⁊ fit talis ꝓpositio tanq̄ si ꝓlatiōe q̄ȝ h̄eret est verbum. si q̄s enī dicat oīs hō currit: in hac ꝓpositiōe vnū sbm est alterq; predicatū. hō enī sbm est: predicatū aūt currit. neq; enim possumus arbitrari in hac ꝓpōne tres esse terminos idcirco q̄ oīs qdē termin⁹ non est: sȝ subiecti termini determinatio. Significat enī q̄ñ res vlis. i. hō vlr̄ subijciatur cursui: cū dr̄ oīs hō currit. nulla est enī hoīs exceptio vbi oēm currere determinatio est. ꝗ non ponit̄ loco termini id qđ dicim⁹ oīs: sed potius sbiecti termini determinatio ē. Quocirca in hac ꝓpōne que dicit oīs hō currit: duo sunt termini hō ⁊ currit. ꝗ in hac eadē q̄uis q̄ȝ verbū ē nō p̄dicet̄ in ꝓlatiōe tn̄ verbi qđ est currit significatiōe ꝯcludit̄. Si q̄s enī hanc ꝓpōnē que dicit oīs hō currit. soluat in p̄ncipiū atq; verbū faciet oīs hō currēs ē. ⁊ idē significat p̄ticipiū vbo ꝯiunctū: qđ significat vbū: qđ vtrūq; ꝯplectit̄ nā cū dico oīs hō currit. oīm hominū actionē p̄sto esse p̄nuncio. qđ si idē rursus dicā oīs hō currens ē: eandē actionem hominī rursus adesse ꝓnuncio. idē igit̄ significat verbū currit qđ currens est. ⁊ in eadē ꝓpōne que dicit oīs hō currit: lȝ in ꝓlatiōe ē non dicit̄: tn̄ tertiū p̄te p̄dicat̄: qđ hinc cognoscit̄ si tota ꝓpō soluat̄ in p̄ncipiū ⁊ atq; verbum. Quādo vero ē sicut ex noīe infinito sbiecto fit affirmatio: nō eodem mō ex infinito vbo affirmatio fieri pōt: sed mox in eā vis negōnis agnoscit̄. q̄ñ enī facim⁹ affirmationē dicentes oīs non hō currit. non hō. s. sbm infinitū ponētes: nō ita possum⁹ dicere affirmationē fieri cū ꝓponimus oīs hō nō currit hec enī iam negō ē. q̄re vbicūq; fuerit nō currit vel nō laborat vel non ambulat vel non legit in oīb⁹ negatio fit: in q̄buscūq; infinitū verbo p̄dicabit̄. Dubitabit aūt aliq̄s an si ex infinito vbo fieri affirmatio nō pōt: sed semꝑ negatio et h p̄dicamēto fit: ita q̄ȝ si eadē ꝓpō soluat̄ in p̄ncipiū atq; verbū: an ex infinito possit affirmatio fieri p̄ncipio. querit̄ enī an sicut in hac ꝓpositiōe que dicit oīs hō currit. q̄ ita ꝓponit dicens oīs hō nō currit: facere affirmationē nō pōt: sed sine dubio negationē facit: ita q̄ȝ si eadem soluat̄ in p̄ncipiū atq; verbum: vt si q̄s dicat oīs hō currens ē currens est si fiat infinitū nō currēs: ⁊ dicat̄ oīs hō non currēs est. an hec affirmatio sit an certe negō tn̄ idē valens tanq̄ si aliq̄s dicat oīs hō non ē currens. Sed fuerunt qui h tū ex mult̄ alijs: tum ex aliquo platonico syllogismo colligerent: vt qđ erca re diffinirent doctissimo: tum viroꝝ auctoritate cognosc̄ rent. ex duab⁹ enī negatiuis syllogismus fieri non pōt. i quodā enī dialogo Plato hmōi interrogat syllogismū. Sensus inquit nō ꝯtingit rōnem substantie. qđ non ꝯtingit rōnē substantie: nec ipsius veritatē notionē ꝯtingit. Sensus igit̄ veritatē non contingit

notionē. videt̄ enī ex oībus negatiuis fecisse syllogismuȝ qđ fieri non pōt. atq; ideo aiunt infinitū verbū qđ est nō contingit pro p̄ncipio infinito posuisse. i. non ꝯtingēs est est enim in plurib⁹ alijs inueniendi facultas frequent̄ verbum infinitū positū pro noīe infinito. q̄re vbū qdē dixere semꝑ facere negōneȝ: si infinitū apponat̄. P̄ticipia aūt vel noīa si sint infinita posse facere affirmationē. ⁊ id quo tienscūq; a magnis viris infinitū vbū ⁊ due negationes in syllogismo ponunt̄: hac rōne defendit̄. quo dicat̄ vbuȝ infinitū pro p̄ncipio eē positū: qđ p̄ncipiū noīs loco i ꝓpositione p̄dicet̄. ⁊ h qdē Alexander aphrodiseus arbitrabat̄ ceteriq; q̄ȝ plures. idcirco enī aiunt non posse fieri ex infinito verbo affirmationē. q̄ñ sicut ad verbū est iuncta p̄ticula negatiua mox totā ꝑficit negationē: sic etiam vba que sunt infinita vel que in se ꝯplectunt̄ vbū ē non faciunt infinitā affirmationē sed potius negatōeȝ. Si q̄s.n. sic dicat hō currens non est: nullus hanc dixerit affirmationem. Si quis vero sic dicit: hō non currit: idcirco nec hec propositio affirmatio est: q̄ñ currit ē vbū intra se ꝯtinet: ⁊ sicut ad est vbū p̄ticula negatiua iuncta nō facit affirmationem sed potius negationē: Ita q̄ȝ ad illud vbuȝ iuncta negatio q̄ intra se ꝯtinet ē verbū plenā ꝑficit negationē. Aristot. leo aut nō videt̄ ista discernere: sȝ illi attribuit: siue cū p̄ncipio ponat̄ ē verbū: siue sine p̄ncipio verbū illud qđ verbum ē est intra se claudat atq; ꝯplectit̄. dicit enī h modo. In his vero in q̄bus est non ꝯuenit: vt in eo q̄ est currere vel ambulare. idem faciūt sic posita ac si est adderet̄ ⁊ huius subiecit exemplū: vt est currit oīs hō. In hac enī ꝓpositione q̄ dicit currit oīs hō: non q̄dem ꝯuenit poni est verbū. ⁊ eodem mō vel si q̄s dicat oīs hō ambulat: hic q̄ȝ est verbum non ꝯuenit poni. sed hec talia sunt tanq̄ si est adderet̄ qđ exemplo docuit. nam sicut est currens oīs hō affirmatio ē cursus p̄sentiam mōstrans: Ita q̄ȝ currit oīs homo affirmatio est idem valens idemq; significans. has ex simplicib⁹ subiect̄ affirmationes in q̄bus est dici non ꝯuenit ꝯsequēter enumerat dicens. currit oīs hō. medium ponens determinationē que est oīs inter currit qđ est predicatio ⁊ sbm qđ est homo. Contra hanc opponit simplicem negationeȝ dicens non currit oīs hō. rursus facit affirmationē ex infinito noīe currit oīs non hō. huic opponit negationē infiniti noīs sbiecti non currit oīs non homo. ⁊ has idcirco proposuit: vt monstraret idem in his euenire in q̄bus ē non conuenit p̄dicari: q̄ in illis q̄ȝ in q̄bus est tertiū adiacens predicabat̄. sed q̄ñ in negationē infiniti noīs substituit. non currit oīs non homo. Ait non enī dicendū est non oīs homo sed non negatio ad id qđ est hō addenda est. Potest enim q̄s dicere non recte fecisse negationē eius affirmationis que est currit oīs non homo. hanc que dicit non currit omnis non hō. sed potius ita debuisse oppositionem constitui. currit oīs non homo. non currit non oīs hō. Ex h aūt demōstrat ita faciendā esse negationē: vt eam ipse disposuit. Dicit enī. non enī dicendū est non oīs homo: sed nō negatio ad homo addenda est. qui est sensus hmōi. quotiens facimus inquit negationē ꝯ hanc affirmationem que dicit currit oīs non homo: non est negatiua p̄ticula: nō adiungenda ei qđ est oīs: sed potius subiecto qđ est hō. Cuȝ enim ita dicimus currit oīs non homo: facienda est negatio. non currit omnis non homo. Non enī dicendum est non currit non oīs hō. i. non negatiua particula non ē adijcienda ad oīs sed potius ad homo. huius hec cā est q̄ oīs determinatio in terminoꝝ numero non ascribit̄: sȝ potius ad vim suam. i. ad determinationē. non enim aliq̄d vniuersale significat ipsum omnis: sed significat qdē vle qđ est homo vniuersalit̄. oīs aūt determinatio est: q̄ñ id qđ vle est. i. homo vniuersaliter predicat̄. non ergo aliq̄d vle significat determinatio oīs: sȝ poti⁹ q̄ vle nomē vlr̄ p̄dicat̄. Atq; ideo quotiēs in his negatio fit: ad sbm poti⁹ nomē iungimus negationē non ad determinationē. sed ne forte q̄s dubitet vt etiā in alijs q̄ȝ ita fieri oportere oppositiōes dicat. i his enim que sbiectū finitū hnt: cū dicimus oīs hō currit: si co-

tra hanc contradictorie opposita negatio ponitur ad determinationem negatiua particula est constituenda: vt contra eam que dicit omnis homo currit: ea sit que dicat non omnis homo currit. In his autem que ex infinito nomine subiecto fiunt: siue in affirmatione siue in negatione: a subiecto nomine non est separanda negatio. hoc autem ita esse facillima ratione cognoscitur: si determinationes paulisper auferantur: et in his propositionibus ex infinito nomine subiecto que sunt indefinite speculatio fiat. Sit enim affirmatio indefinita. non homo currit. contra hanc erit negatio non homo non currit. Si igitur he propositiones facte sint in vniuersalibus terminis vniuersalis enim terminus est homo: sed non haberent additam determinationem: quia non vniuersaliter predicantur. s. omnis: et seruata est et in affirmatione et negatione ad subiectum negatiua particula. Semper enim fiebat necessarie infinitum. etiam tunc quando additur aliquid quod determinet: non ad determinationem addenda est negatio: sed potius ad subiectum nomen: quod cum in affirmatione fuerit infinitum: hoc idem infinitum et in negatione reuertatur prouidendum est. sicut enim finitum terminum et simpliciter his indefinitis propositionibus ad affirmationem et negationem custodiri oportet: vt dicamus currit homo. non currit homo. ita quoque in ea propositione que est ex infinito nomine subiecto: eodem idem seruandum est: vt quod in affirmatione subiectum est: idem seruetur etiam in negatione quod si hoc in his que sunt indefinite venit: cur non etiam in illis idem fieri oportere videatur: que definite sunt: hoc solum enim definite ab indefinitis differunt: quod cum indefinite vniuersalia predicant preter vniuersalitatis determinationem: determinate et definite idem predicant vniuersaliter cum adiectione et significatione: quoniam vniuersaliter. Nihil igitur aliud omnis vel nullus significat: nisi quoniam id quod vniuersaliter dicit vniuersaliter predicatur. ergo omnia eadem que in affirmatione et negatione in indefinitis ponebantur. Eadem quoque et in his dem determinatis seruanda sunt. omnis enim et nullus non sunt termini: sed vniuersalis termini determinationes. His igitur ab Arist. decursis nos quoque a Syriano: cui philoxeno cognomen esse supra retulimus: propositionum omnium numerum: de quibus in hoc libri disputatione pependit: nimis ad rem pertinentes atque vtilem transferamus. et perspiciendum est in categoricis propositionibus quot indefinite sint. Quante enim fuerint indefinite: tot erunt vniuersales: tot particulares: tot singularium atque indiuiduorum propositiones: et prius quidem affirmationes perspiciamus hoc modo. quattuor modi sunt propositionum. aut enim indefinite sunt: aut vniuersales: aut particulares: aut singularium atque indiuiduorum. Si ergo perspiciantur quante sint indefinite affirmationes: et has si per quaternarium numerum multiplicauero: colligitur mihi numerus affirmationum: quem si duplico: colligitur etiam negationum hoc modo. Predicatur enim est aut ipsum solum aut certe tertium adiacens cum alio. et si solum predicatur aut ad nomen simplex atque finitum predicatum est: aut ad infinitum ex his que sunt affirmationes. est homo, est non homo. Quando autem est tertium adiacens predicatur: quattuor erunt affirmationes. aut cum subiectum infinitum est solum. vt est non homo iustus: aut cum predicatum infinitum est solum: vt est homo est non iustus. aut cum vtraque finita sunt: vt est iustus homo. aut cum vtraque infinita sunt. vt est non iustus non homo. Magis autem plures his non erunt oppositiones: vt ipse ait. cum igitur sex sint affirmationes. due quibus est predicatur: quattuor vero adiacentes: has si per quaternarium ducam. xxiiij. fient. quas rursus si binario numero multiplicem. xlviij. in summam succrescent. tot igitur erunt affirmationes: et negationes quecunque vel predicato est verbo vel adiacenti ex predicato fiunt. Quoniam quoniam tres sunt alie qualitates propositionum: que sunt necessarie contingentes et inesse tantum significantes: secundum quas qualitates ille omnes propositiones proferuntur: has. xlviij. propositiones si in ternarium numerum duxerimus. s. secundum propositionum qualitates. cxliiij. omnium propositionum predicatiuarum: de quibus hoc libro tractat: numerositas crescet. Sed nunc preter has tres qualitates eas que sunt. xlviij. propositiones cum negationibus suis: quas si per qualitates propositionis necessariam. s. et contingentem et inesse significantem multiplicauero. C. xliiij. fient: subiecti ascripsimus.

Est homo.	Non est homo.
est omnis homo	non est omnis homo
est quidam homo	non est quidam homo
est socrates	non est socrates
Est iustus non homo	Non est iustus non homo
est iustus omnis non homo	non est iustus omnis non homo
est iustus quidam non homo	non est iustus quidam non homo
est iustus non socrates	non est iustus non socrates
Est non homo	Non est non homo
est omnis non homo	non est omnis non homo
est quidam non homo	non est quidam non homo
est non socrates	non est non socrates
Est non iustus homo	Non est non iustus homo
est non iustus omnis homo	non est non iustus omnis homo
est non iustus quidam homo	non est non iustus quidam homo
est non iustus socrates	non est non iustus socrates
Est iustus homo	Non est iustus homo
est iustus omnis homo	non est iustus omnis homo
est iustus quidam homo	non est iustus quidam homo
est iustus socrates	non est iustus socrates

Est non iustus non homo
est non iustus omnis non homo
est non iustus quidam non homo
est non iustus non socrates

Non est non iustus non homo
non est non iustus omnis non homo
non est non iustus quidam non homo
non est non iustus non socrates

Has igitur propositiones Syriano calculis colligente. Nos quoque notarum dispositionem idcirco quoniam facilior fides debetur numero: si per exemplo pendant. Simul etiam quoniam male doctus de his propositionibus puerilissime contendebat: et affirmationes quidem negationum loco ponens: per negationes vero affirmationum totum ordinem confundebat. Quare nec quem illius oratio a recte rationis veritate traduceret: idcirco hanc ad clarioris memorie subsidium fecimus dispositionem.

Quoniam vero contraria est negatio ei que est omne animal est iustum illa que significat: quoniam nullum animal est iustum: he quidem manifestum est quoniam nunquam erunt neque vere simul: neque in eodem ipso. His vero opposite erunt aliquando: vt non omne animal iustum est: et est aliquod animal iustum.

¶ Hoc quoque diligentissime supra demonstratum est: quod contrarie aliquotiens verum falsumque diuiderent: si aut in rebus naturalibus aut in impossibilibus proponerentur: aliquotiens vero simul inueniri posse falsas: si res neque naturales neque impossibiles predicarent et contrarias autem esse docui est: si que affirmatiue vel negatiue vniuersalitatem facerent enumerationem. Quare nunc hoc dicit que sint inter contrarias: simul vere esse non possint: et hoc quidem non sine rerum determinatione locutus est. ait enim. Quoniam vero contraria est negatio ei que est: omne est animal iustum. s. affirmationi: illa que significat quoniam nullum est animal iustum scilicet negatio: he quidem inter quas sunt contrarie: simul vere esse non possunt: manifestum est quoniam nunquam erunt neque vere simul: neque in eodem: sed quod dicit neque vere simul. huiusmodi est. Nihil enim prohibet alio et alio tempore et affirmationem vniuersalem et negationem veraciter posse proponi: vt si quis dicat omnis homo iustus est. hoc si aureo seculo diceret: verissime proponeret. Vero si quis rursus dicat. Nullus homo iustus est. hoc si ferreo seculo enuntiaret erit vera propositio. Quare contrarie affirmationes et negationes vniuersales vere esse: quomodo manifestum est esse contrarias. sed non simul. Illa enim in aureo seculo vera contingit: illa in ferreo seculo. sed hec tempora diuersa sunt et non sunt simul. quare recte hoc quoque addidit vt diceret. manifestum est quoniam nunquam erunt neque vere simul. quod autem addidit neque in eodem. ad aliam

aliusdem rei determinationez valet. pñt enim rursus eodē tpe & simul vniuersalis affirmatio & vlis negatio vere esse: sed si non de eodē predicent: vt si qs dicat oīe aial rõnale est: hoc si de hoībus predicet: vera est affirmatio. q̄ si qs dicat nullū aial rõnale est: hoc si de eqs enunciet: vera erit vno eodēqz tpe cõtra vlem affirmationē vlis facta negatio: sed non de eodē. illa enim affirmatio de hominib⁹ facta est: hec vo de equis negatio. Quā ob rem verū est nunq̄ esse posse simul ɔtrarias veras: neqz in eodē. i. nec vno eodēqz tpe: nec de vno subiecto. Sed qm̄ his opposite erāt vli qdem affirmationi particularis negatio: vniuersali ãe negationi pticularis affirmatio: & has diximus idcirco sb contrarias dici: q̄ diuersa quodāmodo ɔtrariis patiantur. Manifestū est qm̄ sicut ɔtrarię verę simul esse non pñt. diuidunt tñ aliquotiens inter se veritatē & falsitatē. ita qz subcõtrarię diuidūt qdem inter se verū falsumqz aliquotiens: qm̄ ɔtrarię quoqz diuiserint. simul autē verę inueniri pñt: qm̄ qdem vniuersales & ɔtrarię simul vere nõ sunt: vt autē simul false sint: nulla rex rõne ɔtingit. Ergo ɔtrarias quidem simul veras esse atqz in eodē nūq̄ quisq̄ poterit inuenire. Subcõtrarię aūt quę vniuersalib⁹ & ɔtrariis opposite sunt: sibi inuicem cõparatas veras inueniri possibile est: vt in eo ipso exemplo qḋ ipse ṗposuit non oīe aial iustum est vera est. rursus ē aliqḋ animal iustū: hec quoqz vera est. Quare ɔtrarię simul vere esse non pñt. Subcontrarias simul veras nihil prohibet inueniri.

Sequuntur vero hec: hanc quidem que est: nullus homo est iustus: illa quę ē: omnis hō est non iustus. Illam vero quę est: aliqs hō iustus est: opposita: quoniam non omnis est homo non iustus. necesse est enim aliquē eē.

¶ De consequentiis ṗpositionū simpliciū atqz infinitarū supra sufficienter disseruit. Sed nunc hec est huic intētio non quę pticularis affirmatio quā vlem affirmationē vel negationē sequit̄ qḋ supra iam monstrauit. Sed quę vniuersalis negatio vniuersalē sequat̄ affirmationez: vel quę particularis negatio pticulari. s. affirmationi ɔ entiat: ṗponitqz has quattuor: dicens negationē simplicem vniuersalem & affirmationē infinitā vlem seq: & sibimet ɔsentire nec minus his opposite idest pticularē affirmationē simplicē: & pticularē infinitā negationē & in veritate & in falsitate se sequi: & a se nullo modo discrepare. Disponant̄ enī he quattuor prior affirmatio īfinita vniuersali quę dič oīs homo est non iustus. sub hac ei cõsentiens simplex vniuersalis negatio quę ṗponit nullus homo iustus ē. Rursus in altera parte contra affirmationē infinitā pticularis simplex affirmatio quę dicit est aliquis homo iust⁹: & sub hac particularis infinita negatio quę proponit non omnis est homo non iustus.

Oīs est hō non iustus	Est aliquis homo iustus
Nullus est homo iustus	Nō oīs est hō non iustus

His ergo ita dispositis si affirmatio vlis infinita vera sit ea quę dicit oīs est homo non iustus: vera est etiam ea quę proponit. nullus est homo iustus: quę est vniuersalis simplex negatio. hoc aūt melius in inferiorib⁹ cognoscitur exemplis. Dicat̄ enim oīs est homo non quadrupes. vera est. rursus est homo nullus quadrupes. hec quoqz vera ē q̄ si vna harꝫ falsa sit: falsa quoqz erit & altera. nam si falsa ē qm̄ omnis est homo non iustus: sicut vere quoqz falsa est: illa quoqz negatio simplex mendacissime predicabit: quę dicit nullus est homo iustus: quocirca affirmatio vniuersalis infinita: & negatio vniuersalis simplex sibimet consentiunt: vt vna vera alteram veram esse necesse sit. alteri⁹ falsitatem reliquę quoqz falsitas cõsequat̄. Idem quoqz venit in parte altera. nam si vera est qm̄ qdam homo iustus est: vera quoqz est qm̄ non omnis est homo non iustus. ē enim aliqs. Nam si qḋ dicit̄: non omnis: tātūdez est tanq̄ si quis dicat. quidam non est. qḋ in alio quoqz exēplo manifestius apparebit. Si quis dicat non omnis est homo iustus. hoc est dicere quidā homo iustus non est. ergo non omnis qdam non significat. Si quis ergo ita ṗponat quidam homo non iustus non est: quē dicit non esse non iniustum: iustum esse confirmat. Quare ille de quo dicit̄ qm̄ non iustus non est: erit iustus. Unde fit vt ea quę dič nō omnis est non iustus homo: ɔsentiat ei quę dicit quidam homo non iustus est. Sed hec non consentit ei quę dicit qdam homo iustus est. non igit̄ ɔsentit ei quę ṗponit non omnis homo est non iustus. Sed qm̄ hoc fortasse aliquatenus videt̄ obscurius: cõsequentię ipsarꝫ hoc modo sumēde sunt. Sitqz nobis hoc positū affirmationē vlem infinitam & negationē vlem simplicem sibimet ɔsentire: vt vnius veritatē & falsitatē alterius veritas aut falsitas ɔsequatur. Si falsa est affirmatio infinita vlis quę dicit omnis est homo non iustus: vera est huic opposita pticularis infinita negatio que ṗponit non omnis est homo nō iustus sed cum falsa est affirmatio vlis infinita: falsa quoqz vlis simplex negatio quę dicit nullus est homo iustus. sed hac falsa pticularem affirmationē: que huic cõtradictorię opposita est: verā esse necesse est: quę est. qdam homo iustus ē Quocirca qm̄ affirmatio vlis infinita falsa est: vera ē particularis īfinita negatio. & qm̄ vniuersalis negatio simplex falsa est: vera est simplex affirmatio pticularis. Sed affirmatio vniuersalis infinita & negatio vniuersalis simplex simul falsę sunt: & sibimet in falsitate consentiunt: simul igitur verę erunt simplex pticularis affirmatio: & infinita negatio pticularis. Rursus si vera est vniuersalis affirmatio infinita: falsa erit negatio pticularis infinita. ei enī contradictorię opposita est. Si rursus vera est vniuersalis simplex negatio: falsa est pticularis simplex affirmatio: sꝫ vniuersalis affirmatio infinita & vlis negatio simplex simul verę sunt. Simul igit̄ erūt falsę pticularis affirmatio simplex & pticularis infinita negatio. Quare he quoqz. s. particularis affirmatio simplex & pticularis infinita negatio sibimet in veritate & falsitate ɔsentiunt: & veritatē suam & mendatiuz inuicem ɔsequunt̄. Quare affirmatio qdem & negatio vtraqz vniuersalis hec simplex illa infinita sequātur sese sibiqz cõsentiunt. Particulares aūt. i. vniuersalibus opposite simplex affirmatiua & negatiua infinita ipse quoqz sibimet cõsentiūt. Quare rectus ordo est: vt sicut affirmationi vli infinitę consentit simplex vlis negatio: ita particulari affirmationi simplici pticularis negatio infinita consentiat.

Manifestum est autem: quoniam etiam in singularibus si est verum interrogatuz negare: quoniam & affirmare verum est: vt putas ne. Socrates sapiens est. non Socrates igit̄ non sapiens est. In vniuersalibus vero non est vera: quę similiter dicitur. vera autem negatio est: vt putas ne omnis homo sapiens ē non. omnis igitur homo nō sapiens est. hoc enim falsum. sed non igitur omnis homo sapiens est: vera est. hec enim opposita est: illa vero contraria.

¶ De consequētiis ṗpositionū disputās & ibi quēadmodum consentirent illū tractatū paruper egressus docere ṗposuit: quę veniant in responsionē de singularib⁹: si ad ṗdicationē eorꝫ se pticula negatiua apposita: quę rursus in his quę de vniuersalibus sunt ṗpositionibus: si ad predicationē addita pticula negatiua ɔcurrat. neqz enīz oportet sic facere enunciationes. Nō enī sic est q̄ ex vtraqz predicatione ɔtingit. hoc aūt ita manifestū est. si qs de singulari aliquo interrogatus negat: ille qui interrogauerit pōt facere ex infinito noīe predicato conclusionē illam. s. negationem iungens quā respondens ante negauerat. & hoc vere predicabit. De vniuersalibus aūt apparebit nō eam

dem veritatē posse cōtingere: si ex his affirmatio cōponat. Si qs eni interroget aliū putas ne Socrates sapiēs est: si ille rñdet non: vere ille concludit dicens. Socrates igit non sapiens est. Sit aūt hocquoqz in alio clariori exemplo manifestū. si interrogamus aliquē hoc mō. Socrates ne romanus est: atqz ille rñdeat non. nos vere concludere possumus. Socrates igitur nō romanus est. facientes ex negatione quā ille respondebat: et ex noīe: qđ in ꝓpositiōe nos p̄dicauimus: affirmationē ex infinito noīe que dicit. Socrates non sapiens est: vel Socrates non romanus ē. Has enim affirmationes esse ex infinito noīe supra monstratum est. Si igit eodem modo aliqs in vniuersalibus subiectis interroget dicens. oīs ne hō sapiens est. nos vtiqz respondebimus non. Tum ille eadem similitudine concludit. dicit enim. omnis igit homo non sapiens est. Quocirca nullus homo sapiens est. ei enim que dicit oīs hō non sapiens est consentire monstratū est ei que dicit nullus hō sapiens est. Videbit igit quodam modo ex vera responsione falsa illata eē cōclusio. cū nos dicimus negationē quidem nos respondisse non vt ea negatio ad p̄dicatū iungeret sed ad determinationem. neqz enim nos voluimꝰ ab omni hoīe sapientiā tollere: cum interrogante aliquo an oīs hō sapiens esset: nos negaremus. sed ab oīs potius. i. determinatione voluisse nos abstrahere sapientiam illud. s. significantes: qđ alicui esset et alicui non esset sapientia: vt qđ diximus non tantū valeret quantū si diceremus non oīs. igit si illa negatio ad nomen. i. sapiens iungit vlis fit affirmatio que dicit omnis hō non sapiens est ꝯsentiēs vli negationi: que ꝓponit. nullus homo sapiēs est. sed hec cōtraria est interrogationi. fuit enim interrogatio: oīs ne hō sapiens est. hec hz vlem affirmationē: cui ꝯtraria est vlis negatio: cui rursus negationi ꝯsentit vlis affirmatio infinita. Quocirca affirmationi quoqz vniuersali simplici: que in interrogatione est posita. i. oīs ne homo sapiens est: ꝯtraria ē ea que dicit ꝯclusio quā oīs homo non sapiens est. qđ si dicat non omnis homo non sapiens est: et vera est: et ei opposita est. Contra enim eam que dicit interrogationē oīs ne hō sapiens est. cui responsum fuit. non. et iuncta negatio fuerit ad oīs: particularis negatio fit dicens non oīs homo sapiens est: que est opposita vli affirmationi ei que in interrogatione est posita. hoc enim est qđ ait. hec est enim opposita: illa vero ꝯtraria. Per verba aūt sensus iste sic ꝯstat. Manifestū est aūt inquit qm in singularibꝰ vt est Socrates et quicqd indiuiduū est: si verū est interrogatū negare. i. si qđ aliqd qs interrogat vere ille negauerit: vt cū aliqs interrogat an romanus sit Socrates. ille neget: qm et affirmare verū ē. vt ille qui īterrogat ex negatione et noīe p̄dicato infinitam faciat affirmationē. et huius est exemplū putas ne Socrates sapiens est: Rñsio non. ꝯclusio. Socrates ē non sapiens est. sed hoc non sīlr in vniuersalibꝰ se hz. qđ p hoc mōstrat qđ ait. in vlibus vero non est vera que sīlr dicitur. i. non est vera affirmatio infinita facta ex p̄dicato nomine et rñdentis negatione: sed potius vera est negatio non affirmatio. huius exemplū tale est. nā interrogatio ē. Putas ne homo oīs sapiens est. Rñdeo nō. falsa cōclusio. oīs igit homo non sapiens est. hoc aūt falsum est et non sīlē est ei qđ supra de singulari subiecto p̄diximus. sed potius illa que dicit non oīs igit homo sapiens est: vt rñdentis negatio adiungat ad oīs: et fiat negatio particularis. hec enim est vera: hec aūt est etiā opposita. Nam cū affirmatio vlis interrogata esset ea que dicit omnis ne hō sapiēs est. ex negatiua particula factā est non oīs hō sapiens est in conclusione: et sunt opposite. Illa est enim affirmatio vlis: hec aūt particularis negatio: illa vero ꝯtraria. Nam si. non. negatio ad p̄dicatū iungat: fit vniuersalis affirmatio infinita que consentit vli negationi finite. sed ꝯ vlem affirmationē finitam que in interrogatione est posita: ꝯtraria est. Contraria igitur erit etiam illa: que vlis est affirmatio infinita. Que aūt ei est cur in singularibus vel affirmatio ex infinito nomine vel negatio sibimet finita ꝯsentiant. in vlibus autē vniuersalis affirmatio ex infinito noīe non cōsentiat particulari negationi finite: querendū est. et enim si quis dicat Socrates non sapiens est. et Socrates sapiens non est. idem est: et he due sibimet ꝯsentiūt. si quis aūt dicat oīs homo non sapiens est: et rursus non oīs homo sapiens est: he due non sibimet ꝯsentiūt. Sed hec ratio est: qđ in singularibus subiectis non sunt duplices oppositiones: sed vna tm̄. i. que negationē facit: In vniuersalibus vt vniuersalit̄ p̄dicatis duplex oppositio est vna ꝯtraria: vna vero ꝯdictoria. Sit ergo huiusmodi affirmatio que dicat Socrates sapiens est. ꝯtra hanc vna oppositio est q̄ ꝓponit Socrates sapiens non est. Si ergo dicat aliqs: Socrates non sapiens est. hec nullum alium habebit intellectū q̄ꝫ ea que dicit Socrates sapiens non est. vnam enim tm̄ solam diximꝰ in singularibus oppositionē. Quare quecūqz alie fuerint: eandem significationem ꝯseruent. in vlibus vero vniuersaliter p̄dicatis non eodem modo est. Nam si sit affirmatio vniuersalis que dicat omnis homo sapiens est: ꝯtra hanc etiā illa que dicat nullus hō sapiēs est: etiā illa que dicit nō oīs hō sapiēs est: et illa est ꝯtraria: hec ꝯdictoria. duplex ergo hec oppositio sibi non pōt cōsentire. illa enī totū tollit que est vniuersalis negatio: illa partē diffinite: que est particularis negatio. Sed vlis negatio vniuersali affirmationi ex infinito noīe ꝯsentit. diuersa igitur erit hec que est particularis finita negatione. et qm duplex est oppositio vniuersalibus: et simplex in singularibus: recte in eadem similitudine p̄dicationis non eadem veritas falsitasqz contingit.

Ille vero que sunt secūdū infinita contra iacentes nomina vel verba: vt in eo qđ est non homo: vel non iustus: quasi negationes sine nomine et verbo esse videbuntur: sed non sunt. Semper enim vel veram esse: vel falsam necesse est negationē. qui vero dixit non homo: nihil magis de homine: sed etiam minus verus vel falsus fuit: si non aliquid addatur.

¶ Nouimus ꝓpositiones ex infinitis fieri posse nominibus. has ergo dissoluēs Aristoteles sumit per se dictionem nominis infiniti: et de ea disputat: si contra finitum nomen comparet an quedam enunciatiua oppositio videatur. Si quis sumat id quod dicitur non homo: et oppōat contra id qđ dicimus homo: videbitur fortasse aliquatenꝰ facere oppositionē. qm eniꝫ omnis negatiua particula adiecta verbo: qđ continet ꝓpositionem: negationem facit: etiam si modus aliquis ꝓpositionis non p̄dicetur: qđ posterius demonstrandū est: ita etiam nomini videt cum adiecta fuerit negatiua particula: quādam facere negationem: vt si. non. particula iungatur ei qđ est homo: faciet nō homo. hoc est enim quod ait. ille vero que sunt sm̄ infinita nomina vel verba opposite: vt in eo qđ est non homo vel non iustus: quasi negationes sine nomine vel verbo esse videntur. Si quis enim dicat non currit: hec fit sine noīe negatio. qđ si quis dicat non homo: hec est negatio sine verbo. Que dictiones sm̄ infinitum nomen vel verbū opponuntur finito nomini vel verbo: quod est homo: et currit. videbuntur ergo he negationes sm̄ infinitum nomen vel verbum: que p̄dicantur: sed non sunt. Maxima enim ratio has negationes non esse cōuincit: qđ omnis negatio vel vera vel falsa est. qđ autem dicimus non homo vel nō currit: licet simplicia quoqz et finita homo scilicet atqz currit: nihil verū falsumue significent: tamen hec infinita multo minus aliquid verum aut falsum demonstrant: non qđ simplicia verum aliquid falsumue significent. Idcirco dicimus infinitas dictiones simplicibus minus verū aut falsum monstrare: Sed qđ quāqꝫ nihil verum falsumue designet simplex nomen aut verbum: tamen definitū quiddam ꝓponit in eo qđ est homo finitum quiddam est vera species. Is vero qui dicit non homo: presentem quidem speciem interimit infinitas tamen alias dat intelligere ipas nihil ponens. Quocirca quāqꝫ finita verba vel nomina

per se vera vel falsa esse non possunt: nisi cum alijs iuncta sint: tamen longe minus veritatis aut falsitatis capacia sunt nomina infinita vel verba. que nec hoc ipsum quidẽ quod significant ponunt: sed illud quidem perimũt nihilqȝ per se aliud in significatione constituunt. Postremo propinquius ad veritatis vel falsitatis finita sunt intellectꝰ. Minus igitur vera vel falsa est dictio nominis infiniti quã alicuius simplicis ⁊ finiti vocabuli.

Significat autẽ: est omnis non homo iustus nulli illarum idem: nec huic opposita ea que ẽ non est omnis non homo iustus. Illa vero que est: omnis non iustus non homo: illi que est: nullus iustus non homo: idem significat.

¶ Postq̃ de ppositionibus infinitũ habentibus predicatum sufficienti disputatiõe locutus est: earũqȝ oppositiões ostendit: consequẽtiasqȝ demonstrauit: in medio de infinitis nominibus q̃ non essent negationes breuiter permotauit: Nunc redit ad eas ppositiones que subiectũ habẽt infinitum: predicatũ vero vel finitũ vel infinitum: ⁊ primũ quidem an eedem sint idemqȝ significent habeantqȝ ordine aliquã consequentiã he ppositiões que ex infinito subiecto sunt: cũ his que ex infinito pdicato sunt vel ex vtrisqȝ finitis: docet. Ait enim has duas ppositiones que sunt. est omnis non homo iustus. non omnis est iustus nõ hõ nulli illarum idem significare: que aut ex vtrisqȝ finitis sũt: aut ex predicato infinito. ⁊ disponanẽ quidem ille: que aut ex vtrisqȝ finitis sunt: aut ex predicato infinito. ⁊ primũ quidem ponatur simplex affirmatio vniuersalis: sub hac negatio vniuersalis ex predicato infinito superiori simplici affirmationi consentiens. Contra vero ponatẽ vniuersalis simplex negatio. ⁊ sub hac vniuersalis ex infinito predicato affirmatio: quas constat sibimet consentire precedente affirmatione vniuersali que est ex infinito. s. predicato.



Cum igitur ita sint affirmationes ⁊ negatiões posite que simplex quidem subiectum habent: infinitum vero vel simplex predicatũ: nunc Aristoteles dicit: quõ he ppositiones que subiectum habent infinitum: nulli illarum superiorum quas disposuimus idem significant. hec enim que dicit est ois non homo iustus: non consentit ei que dicit est ois homo iustus: nec rursus ei que dicit est omnis homo non iustus nec his rursus que sunt. nullus est homo iustus: vel nullus est homo non iustus. he enim omnes hominem subiectum habent: ille vero non hominem. Quocirca nec huiꝰ negatio. s. vniuersalis affirmationis ex infinito subiecto particularis. s. negatio. cum nulla earum que finitum habent subiectum: poterit consentire. Ea enim que dicit nõ est omnis non homo iustus: neqȝ cum ea que pponit est omnis homo iustus: nec rursus cum ea que pponit ẽ ois homo non iustus: nec cum his que enunciant. nullus est homo iustus: vel nullus est homo non iustus. Sed non hoc dicit quõ ex infinito subiecto ppositiones diuerse sunt his que sunt vel ex finito predicato vel ex infinito subiecto tamen finito. possunt enim diuerse quidem esse predicationes idem tamen aliquotiens significare: vt ea que dič ois ẽ homo iniustus cum diuersa sit ab ea que dicit nullus ẽ homo iustus: idem tamen aliquãdo significat: si affirmatio priuatoria precesserit. Dictum est enim q̃ affirmationibus precedentibus negationes sine dubio sequerentur ergo hoc non dicit quõ diuerse sunt ppositiones ex infinito nomine subiecto his que sunt ex predicato vel finito vel infinito subiecto tamen finito: sed q̃ omnino sibi non consentiant: vel non idem significent. s. tota sint virtute propositionis dissimiles. Atqȝ quidem hec dicit de his que infinitum subiectum haberent infinitum vero vel finitum predicatum. Uenit autem nunc ad ipsarum consequentias q̃ ex infinito nomine subiecto constant. ⁊ ex vtroqȝ infinito ⁊ sicut supra cõsequentiã earum que ex vtrisqȝ finitẽ erãt vel ex infinito predicato docuit: ita quoqȝ econuerso que ex vtrisqȝ infinitis nominibus constant: vel ex infinito nomine subiecto: qualem ad se habent consequentiã: mõstrat dicens. Illa vero que est: omnis non iustus non homo. illi que est nullus iustus non homo: idem significat. has tñ duas ppositiones monstrat affirmatiuam. s. vniuersalem ex vtrisqȝ infinitis: que dicit. omnis non iustus non hõ. ei consentire que est vniuersalis negatio ex solo infinito subiecto: que dicit. nullus iustus non homo. In his autẽ subauditur particula est: vt sit tota ppositio. omnis nõ iustꝰ non homo est. ⁊ rursus nullus iustus non homo est. nam sicut in his que finitum habebant subiectũ: infinitum vero vel finitum predicatũ: affirmationẽ ex finito subiecto vel infinito predicato eam. s. que dicit est omnis homo nõ iustus: sequebaẽ simplex vniuersalis negatio: que ex vtrisqȝ finitis constat: nullus homo iustus est: Ita quoqȝ in his permutatis tñ subiectis idem venit. Nam sicut illic negatio ex vtrisqȝ finitis vniuersalis sequebaẽ affirmationem ex finito subiecto ⁊ infinito predicato: Ita quoqȝ affirmationem ex vtrisqȝ infinitis vniuersalem sequitẽ negatio ⁊ infinito subiecto. Ipsa quoqȝ vniuersalis ⁊ has duas quidem ppositiones ascripsit solam in his consequentiam spectans. Ceteras aũt quia putabat intellectu esse faciles persequi neglexit. Nos autem eas ne quid relictũ videaẽ apponimus: est enim consequentia hoc modo.

Est omnis non homo non iustus
nullus non homo iustus est

Est omnis non homo iustus
nullus non homo non iustus est

Quidam non homo iustus est
non omnis est non homo non iustus

Quidam non homo non iustus est
non omnis non homo iustus est

Has igitur si quis diligenter inspexerit duas comparationes duabus cõuenientissimã cõsequẽtiam consensũqȝ monstrabunt.

Incipit liber quintus.

[M]aximam operis huius emensi partem ea que sequuntẽ licet magnis questionibꝰ impedita tamen audacius atqȝ animosius exequemur. nec defatigari in singulis partibus oportet totius dialectice pdere aggressum atqȝ expedire doctrinam. itaqȝ reliquam cõmentationis seriem texamus.

Transposita vero nomina ⁊ verba idem significant: vt est albus homo: ⁊ est homo albus. nã si hoc non est: eiusdem multe erunt negationes. sed ostensum est: quia vna vnius est. eius enim que est: est albus homo: negatio est: nõ est albus homo. eius vero que est: est homo albus: si non eadem est ei que est: est albus hõ: erit negatio vel ea que est: non est non homo albus: vel ea que est: nõ est homo albus. Sed altera quidem est negatio eius que est: est nõ homo albus: alia vero eius que est: ẽ albus hõ quare erunt due vnius.

Docet nũc quõ si nomina ⁊ verba transferantẽ ⁊ aliud pus

aliud vero posterius predicetur: vnam sine dubio significationem retinere. Siue enim quis dicat, est homo albus: siue est albus homo: siue homo albus est: siue albus homo est: siue quolibet aliter ordinem predicationis permutet: eadem sine dubio significatio permanebit. Et hoc quidem fortasse oratoribus vel poetis non eodem modo perspiciendum est: quo dialecticis. Etenim quantum ad compositionem orationis spectat: maximum differt quo verba et nomina predicationis sue ordine proferantur. Multum enim interest in eo quod ait Cicero. ad hanc te amentiam natura peperit: voluntas exercuit: fortuna seruauit. ita dixisse vt dictum est: an ita. ad hanc te amentiam peperit natura: exercuit voluntas: seruauit fortuna. Sic enim minor est sententie magnitudo: minusque in ea lucet id quod si sic componatur eminet: et scite vel nolentibus hominum auribus animisque patefacit. Rursus cum dicat virgilius pacique imponere morem: potuisset seruare metrum: si ita dixisset. moremque imponere paci. sed esset debilior sonus: nec eo ictu versus tam preclare vt nunc compositus diceretur. ergo non idem valet oratoribus vel poetis verborum nominumque ordo mutatus. Qui enim ad compositionem spectant: multum in ordine sermonum ornamenti reperiet. Dialecticis vero quibus nulla est ad ornationis leporem cura loquendi. quibusque sola veritas perscrutatur: nihil differt quolibet ordine verba et nomina permutentur: cum tamen eandem vim quam prius in significatione retineant. Sed nec apud ipsos modis omnibus permutato ordine dictionis eadem semper vis significatioque seruatur. Hec enim particula que negatiua est idest non multum valet multamque differentiam perficit varijs adiecta locis. Si quis enim dicat homo albus non est: faciet indefinitam simplicem negationem. Si quis vero dicat. homo non albus est faciet indefinitam ex infinito predicato affirmationem. Si quis autem predicet non homo albus est: idem quoque constituit ex infinito subiecto indefinitam affirmationem. rursus si quis dicat homo. omnis homo non iustus est. hec consentit ei que dicit nullus homo iustus est. Quod si idem non ad vniuersalem determinationem ponatur: vt dicatur non omnis homo iustus est. non iam vniuersalis affirmatio infinite predicationis consentiens vniuersali simplici negationi fit: sed potius particularis negatio simplex: videsne igitur quam multas faciat differentias negatiua particula diuerse nominum predicationi coniuncta? Sed quamquam hec ita sint: potest tamen alio modo eadem diuersis in locis posita eandem vim significationemque seruare. si enim sic posita non particula cum vniuersalitate sua cum eadem ipsa sepius permutetur: idem sine dubio in significatione persistit. Si quis enim dicat non omnis homo albus est: particularis est simplex negatio. si quis vero sic dicat. homo non omnis albus est: eadem significatio est. Vel si hoc modo. homo albus non omnis est. nec hec a superiore significatione discedit. vel si quis amplius permutet dicens homo albus est non omnis: a superiore significatione nil discrepat. Eodem modo vel si quomodolibet aliter permutetur: cum propria tamen vniuersalitatis determinatione diuerso modo permutata idem semper necesse est in significatione seruetur. eodem modo si eadem non particula cum alio nomine vel verbo iuncta sepius transferatur. Vt cum dicimus homo iustus non est. Rursus homo non est iustus. rursus non est homo iustus. eadem significatio retinetur. Quocirca si sola particula negatiua permutata sit: et non eodem semper ordine predicetur: multas differentias faciet propositionum. Si vero iuncta cum alio nomine sepius (vt dictum est) transferatur eadem in translationibus omnibus significatio permanebit. His igitur ita dispositis videndum est: que sit Arist. demonstratio. verba et nomina transposita eandem semper vim significationemque subiicere. ait enim transposita vero verba et nomina idem significant: vt est homo albus. est albus homo hec enim transpositis nominibus atque verbis eandem retinent significationem. In illa enim prius albus est: posterius homo. in hac autem prior homo: posterior albus. quod si hoc falsum est: et non sint eedem: sed a se diuerse sunt. Impossibile aliquid inconueniensque contingit. erunt enim due negationes vnius affirmationis quod est impossibile. Ostensum enim est quoniam vna vnius est affirmationis negatio. Nunc igitur videamus si he affirmationes que dicunt est albus homo: et est homo albus: non sunt eedem: sed diuerse quemadmodum vnius affirmationis due sunt negationes. et primo quidem disponantur hoc modo. est albus homo. est homo albus. huius ergo propositionis que dicit est albus homo. erit negatio ea. s. que proponit non est albus homo. alia namque que esse possit rationabiliter non poterit inueniri. disponantur igitur rursus eedem et superior affirmatio cum propria negatione.

Est albus homo
non est albus homo
est homo albus

Cum igitur eius que dicit est albus homo. negatio sit ea que proponit non est albus homo. si ea que dicit est homo albus diuersa erit ab ea propositione que pronunciat est albus homo: alia erit eius negatio. sit ergo aut ea que dicit non est non homo albus: aut ea que dicit non est homo albus. Rursus igitur disponantur due quidem affirmationes prime alternatim posite: et econtrario confessa prioris negatio. Contra secundum vero vtraque he negationes quas diximus describantur.

Est albus homo	Non est albus homo
Est homo albus	Non est homo albus
non est non homo albus	

His igitur ita descriptis eius propositionis que dicit est homo albus: non potest esse illa negatio que dicit non est non homo albus. Illius est enim negatio que habet subiectum infinitum: que dicit: est non homo albus. similiter autem si quamlibet aliam quis posuerit negationem eius sine dubio alia reperitur affirmatio. Vnde fit vt relinquatur ea eius esse negatio que proponit non est homo albus. Est ergo negatio eius que dicit est homo albus ea que dicit non est homo albus. sed eius affirmationis que proponit est albus homo negatio est et illa que dicit non est homo albus. Quod probat ea res quod inter se verum falsumque diuidunt. nam si verum est esse album hominem: falsum est non esse hominem album. Quod si in aliquibus verum inuenitur: hoc secundum indiffinitionem propositionis agnoscitur non secundum negationis formam vt magis secundum quantitatem non sint sibi opposite potius quam secundum qualitatem. quod illa res monstrat si quis sic dicat Est albus omnis homo si contra hanc ponatur non est omnis homo albus: perspicuum est quoniam inter se et veritatem diuidunt et falsitatem. vnam enim veram esse necesse est. vnam falsam. quare etiam si determinationes auferantur: eadem oppositio redit licet sit indefinita. Nam sicut in ea que dicit omnis homo iustus est: non omnis homo iustus est: sublatis omnis et non omnis: homo iustus est: homo iustus non est: affirmatio et negatio opposite sunt: Ita quoque in his sublato omnis et non omnis ea que dicit est albus homo ei que dicit non est homo albus opposita est. additis enim determinationibus vna semper vera est: altera falsa sed diximus quoniam affirmationis eius que dicit est albus homo negatio est non est albus homo. Due igitur negationes non est albus homo: et non est homo albus vnius affirmationis sunt: que enunciat est homo albus. quod euenit si negationes he que dicunt non est homo albus: et non est albus homo a se diuerse sunt. quod ex eo contingit quod prius propositum est eam que dicit est albus homo diuersam esse ab ea que dicit est homo albus. quod si hoc impossibile est vt vna affirmatio duas habeat negationes. et perspicuum est contra eam affirmationem que dicit est homo albus vtrasque has

negationes quę dicunt non est albus homo et nō est homo albus opponi hę a se diuersę non sunt sibiq3 consentiunt: et tm̄ permutatione nominis distant. Ceteris autem omnibus eędem sunt. q si hę negationes eędē sunt: eędez q3 sunt affirmationes. Recte igitur dictum est qm̄ transposita nomina et verba eandem vim significationemq3 tenent Sensus ergo totus ita se habet. hoc autem modo ordo verborum. Transposita inquit nomina et verba idem significant. et est horum exemplum vt est homo albus: est albus homo. In his enim nomina transposita sunt. Nam si hoc non est. i. si non idem significant nomina et verba transposita: quiddam impossibile et inconueniens contingit. Aut enim eiusdem multę erunt negationes. i. eiusdem affirmationes multę negationes erunt. sed hoc impossibile ē. ostēsum est enim qm̄ vna vnius est. Duę ergo negationes vni opponi affirmationi: si verba et nomina trāsposita nō idem significant: sic demonstrat. eius enim quę est. est albus homo. s. affirmationis. negatio est non est albus homo. Contra illam enim affirmationem hęc negatio iustę opponitur. eius vero quę est. est homo albus. i. alterius affirmationis si non eadez est ei quę est. est albus homo. i. si diuersa est a priori ppositione quę dicit est albus homo: et non est ei eadem: ac si diceret si ei non consentit: erit negatio vel ea quę est non est albus homo: vel quęcunq3 alia: quā si qs ponat esse negationem vna ratione refellitur: quam hic q3 posuit. refellitur autem hoc modo. ait enim. Sed altera quidem est negatio eius quę est. est nō homo albus: altera vero eius quę est. est albus homo. Inter duas enim negationes quas posuit illam. s. quę dicit non est non homo albus: et eam quę proponit non est homo albus: illa quę dicit non est non homo albus negatio est affirmationis infinitū habentis subiectum: quę dicit: est non homo albus.. alia vero sc3 quę proponit nō est homo albus: eius est negatio quę est albus homo. cum eaenim verum diuidit atq3 falsum. Quare erunt duę negationes vnius affirmationis. sed hō impossibile est.

Quoniam igitur transposito nomine et verbo eadem fit affirmatio et negatio manifestū est.

Superiorem argumentationem hac huius sententię conclusione confirmat. fecit autem hunc sillm in secundo modo hypothetico: quem indemonstrabilem vocat hoc modo si primum est: secundum est: sed secundum non est: primū igitur non est. i. si transpositis verbis et nominibus non sunt eędem propositiones: vnius affirmationis duę sūt negationes. sed hoc impossibile est. Non igit diuersę sūt propositiones transpositis verbis et nominibus.

At vero vnum de pluribus: vel plura de vno affirmare vel negare: si non est vnum ex pluribus: non est affirmatio vna: neq3 negatio. Dico autem vnum: non si vnum nomen positum sit: non sit autez vnum ex illis: vt homo est fortasse et animal: et mansuetum: et bipes. sz ex his vnum fit. ex albo autem: et homine: et ambulare non est vnum. quare nec si vnū aliquid de his affirmet aliquis: erit affirmatio vna: sed vox quidem vna: affirmationes vero multę. nec si de vno ista: sed similiter plures.

¶ Multos talis loci huius caligo confundit: vt digne exequi et qd̄ ab Arist. dicebatur expedire nō possent. Nos autem supra iam diximus magnę fuisse curę apud peripateticę sectę principes diiudicare quę eēt vna affirmatio vł negatio: quę plures. Neq3 enim vocis sonitu cognoscunt aut numero terminorum. est enim vt vna quidem res de vna predicetur: et non sit vna enunciatio. potest etiam fieri: vt vel plures de vna re predicentur vel vna de plurib9 vna tamen ex his omnibus enunciatio fiat: quę res maximę apud eos cautelę fuit: vt vbi incidisset perspecta regula non lateret. Nam si quis dicat canis animal est. nō vna est enunciatio. canis enim multa significat. Si quis vero dicat homo animal rationale mortale est: vel animal rationale mortale homo. singulę enunciationes sunt: idcirco qm̄ quiddam vnum ex omnibus fieri potest. Nam de animali rationali atq3 mortali simul iunctis vnus homo perficitur. Item alia sunt quę plura predicantur: de quibus vnum aliquid effici constituiq3 non possit. neq3 eniz si illa de altero predicentur: neq3 si de illis aliud: vna affirmatio vel negatio est: sed tot dicendę sunt affirmationes esse: quot sint hę res: quę vel de vna predicantur: vel de quibus vna dicitur. vt cum dicimus. Socrates caluus phs ambulat: ex caluitię et phia et ambulatione nihil vnuz coniungitur: vt hęc quasi alicuius speciem forment. Quocirca siue hęc de vno predicentur: siue vnum de istis: non poterit vna esse enunciatio. et cōmuniter quidem totius propositi sensus huiusmodi est. Nunc autem ad ipsius Ar. verba veniamus. Dicit enim: At vero vnum de pluribus et plura de vno affirmare vel negare: si non est vnū ex pluribus: non est vna affirmatione: neq3 vna negatio. si ingt plura de vno predices: vt cum dicis phus simus caluus Socrates est: vel rursus cum vnum de pluribus predicas: cum dicis. Socrates simus phus caluus est. si ex his pluribus quę vel predicas vel subijcis: vnum aliquid nō fit. quēadmodum vnum fieri potest de his quę predicam9 substantia animata sensibilis: id quod est animal: non fit vna affirmatio nec vna negatio. quādo quidem plura vł predicantur vel subijciuntur: ex quibus congregata vna species non existit. q si vnum de vno aliquis predicauerit quorum nomen vnum plura significat: ex quib9 vnuz aliquid non fiat: rursus non est vna affirmatio nec vna negatio. Si quis eni dicat canis animal est: nomē est canis significat et latrabilem et celestem et marinum: ex quib9 iunctis nihil vnum efficitur. Quare qm̄ ex his plurib9 vnuz aliquid effici non potest: ex illo quoq3 canis nomine non fit vna affirmatio et vna negatio: q predicatur aut subijcitur: cum multa significet: ex quibus vnum fieri nō possit. quod per hoc ostendit q ait. dico autem vnuz nō si vnū nomen sit positum: non sit autem vnum ex illis. Potest enim fieri vt vnum nomen de vno predicetur. sed si vnuz ipsorum plura significat: ex quibus vnum non fit: nō est vna negatio vel affirmatio. neq3 enim vox vnam perficit enunciationem: sed eius quod significatur simplicitas: vł si plura sint in vnum collecta: aliquid vnum faciendi potentia. huius autem rei subiecit exemplum: quod plurimos fefellit dicens: vt homo est fortasse et animal et bipes et mansuetum. sed ex his vnum fit. ex albo autem et homine et ambulare non vnum. Putauerunt alij hunc ita dixisse vt ostenderet exempli gratia se hanc quasi diffinitionez dedisse: ne forte aliquis arbitretur hanc quasi veram hominis diffinitionem posuisse: quę est animal bipes mansuetum. Idcirco enim inquiunt dixit fortasse. et animal. et bipes. et mansuetum: Ne quis omnino putaret huiusmodi esse hominis diffinitionez Aristotelem arbitrari. Alij vero hoc non ita dictum accepere: sed potius in hanc sententiaz dictum Aristotelis scripturamq3 interpretati sunt: vt hō est quę et animal et bipes et mansuetum. sed ex his vnum fit. vt ita intelligeretur. homo quidem equaliter se habet ad id quod est homo: et ad id quod est animal bipes mansuetum. Quocirca si idem est et equum dicere hominez qd̄ animal. bipes. mansuetū. necesse est quotiens de vno plura hęc predicantur idest animal. bipes. mansuetum de homine: quoniam equale est homini quod vnum est: vnum quiddam predices: quis tres voces predicare videaris. Sed omnes hi nihil omnino intelligunt. sed est melior expositor quā Porphyrius dedit. volens ingt Aristoteles demonstrare quę vna esset affirmatio: quę non vna: dixit primo quoniam plura de vno predicare: vel plura vni subijcere non est vnam enunciationem facere: nisi ex illis pluribus vnum aliquid fieret. videns idem q adhuc plures

possent esse affirmationes etiam in his predicatis: que etsi plura sint: vnum tamen ex his fieri possit. hoc dixit homo est fortasse et animal, et bipes, et mansuetum. Quod autem dictum tale est. manifestum quidem sit quoniam si plura de vno predicentur: ex quibus vnum fieri non possit: vel plura subiiciantur vni: ex quibus vnum non fit: non est vna affirmatio nec vna negatio. Nunc autem tractemus de his pluribus: ex quibus vnum aliquid fieri possit. Inuenimus enim et in his in ipso modo enunciandi plures aliquotiens enunciationes et non vnam reperiri: quamquam ex pluribus vnum fieri aliquid possit. Si quis enim dicat animal rationale mortale homo est: simul iungens animal rationale mortale: quoniam continue dictum est: et ex his vnum aliquid fit: vna est affirmatio. Si vero sit aliquid interualli vt ita quis dicat homo animal: et rursus rationale: et aliquantulum requiescens dicat mortale est: non est vna affirmatio nec vna negatio. Hec enim intercapedo plurimas efficit enunciationes. rursus si cum coniunctione dicantur homo animal et rationale et mortale est. sic quoque multe sunt propositiones. Nec differt aliquid vel requiescendo: vel interponendo coniunctiones dicere: quam si quis dicat. homo animal est. homo rationale est. homo mortale est: que perspicue propositiones multe sunt. Videns ergo hoc Aristoteles. ita dixit. homo est fortasse et animal et bipes et mansuetum ad hoc inquit fortasse tanquam si ita diceret et de homine quidem et bipede et mansueto fit vnum: sed est aliquotiens forte vt plures propositiones sint: cum ea coniunctio quedam separat atque discernit. erit enim fortasse homo et animal: vt hec vna sit propositio: et bipes vt altera: et mansuetum rursus: vt altera. sed ex his omnibus vnum aliquid fit: que cum continue prolata sunt: quoniam ex his vnum aliquid efficitur: vna est propositio. non autem idem euenit in omnibus. ex albo enim et homine et ambulare non vnum fit. Si quis enim dicat Socrates homo albus ambulat: non est vna affirmatio: quoniam ex homine et albedine et ambulare nulla omnino species fit. Quare conclusio est: quoniam nec si de his pluribus: ex quibus vnum non fit: vnum aliquid predicetur: vt ex terreno latrabili et celesti et marino: quoniam vnum non fit: et de his vnum aliquid predicet: quod dicatur canis: huiusmodi nomen quod plura significat: ex quibus vnum non fit: si de altero predicetur: vel subiiciatur alteri: non fit vna affirmatio nec vna negatio. sed erit quidem vox vna: affirmationes vero plurime. siue enim vnum de pluribus predicetur: ex quibus vnum non fit: vel plura huiusmodi de vno: vel si vnum de vno predicetur: quod predicatum plura significet: ex quibus vnum non fit: siue illud predicatum alteri subiiciatur: omnino non fit vna affirmatio nec vna negatio. Est autem regula huiusmodi. vna affirmatio est. si aut duo termini singulas res significent: aut si plura ita de vno predicentur: vel vni subiiciantur: vt ex his vnum aliquid fieri possit: aut vnum nomen quod predicatur vel subiicitur: talia significet plura: que omnia vnam quodammodo speciem valeant congregare.

Si ergo dialectica interrogatio responsionis est petitio vel propositionis: vel alterius partis contradictionis: propositio vero vnius contradictionis pars est: non erit vna responsio ad hec. neque enim vna interrogatio: nec si sit vera. dictum est autem de his in topicis. Simul autem manifestum est: quoniam nec hoc ipsum quid est dialectica interrogatio est. oportet enim datum esse ex interrogatione eligere vtrum velit contradictionis partem enunciare. Sed oportet interrogantem determinare: vtrum hoc sit homo: an non hoc.

Quisquis dialectica vtitur interrogatione: hic aut simpliciter interrogat: atque vnam propositionem interrogatione ponit: vt contra eam sit vna responsio: aut vtrasque interrogans dicat: ad quas non sit simplex responsio: sed vna tota propositio respondetur. Si quis enim dicat interrogans Socrates animal est: contra hanc talis est responsio aut ita aut non. Si quis vero hoc modo interroget: Socrates animal est an non. contra hanc non est vna responsio. si enim respondetur ita: de qua annueris ignoratur de affirmatione an de negatione. rursus si non responderis: nescitur quam negare volueris affirmationem an negationem. Quare contra huiusmodi interrogationes tota propositio respondenda est idest altera pars contradictionis: aut tota affirmatio aut tota negatio: vt dicas aut est animal Socrates: aut si hoc non videtur: respondeas non est animal socrates. In his igitur que multa sunt: ex quibus vnum fieri nequit: si fiat vna interrogatio: et ipsa reprehensibilis est: et contra eam vna responsio. quisquis enim ea plura interrogat: ex quibus vnum esse non possit: multas facit interrogationes contra quas si simpliciter respondeatur: etiam si vera sit ipsa responsio: tamen iure reprehenditur. Contra enim multiplicem interrogationem multiplex debet esse responsio. Si quis enim dicat interrogans: Socrates philosophus est et legit et ambulat: quia potest fieri vt sit quidem philosophus: et legat non autem ambulet: vel ambulet: sed non legit: potest idem fieri: vt et legat et ambulet. contra huiusmodi propositionem non erit vna responsio. Nam qui ita interrogauit. Socrates philosophus est et legit et ambulat: aut imperite: aut captiose interrogauit. Contra quam interrogationem si contingerit Socratem philosophum esse et legere et ambulare: si respondeatur ita est: hec quoque responsio reprehenditur. Contra plures enim interrogationes vna responsio non debet adhiberi: etiam si per vnam illam vere respondeatur: sicut in hac quoque si et philosophus est et legit et ambulat. Quocirca si interrogatio dialectica responsionis petitio est: per quam responsionem fiat propositio: vt si dixerit quis interrogans dies est: alius respondeat non: fiet inde negatio dies non est. vel certe altera pars oppositionis: cum ita interrogatur dies est an dies non est? vt congrue respondeatur diem esse: aut diem non esse idest tota propositio. hec que ex his pluribus fiunt atque interrogantur: cum vnum ex his fieri non possit non sunt simplices interrogationes. quocirca nec ad eas reddenda est simplex responsio. de his autem se in topicis dixisse commemorat. Rursus quia dialectica interrogatio responsionis est petitio (vt supra dictum est) vel propositionis vel alterius partis contradictionis: quod paulopost demonstrabitur: Imperite illi interrogant: qui dicunt: vel quid est animal: vel quid est homo? oportet enim qui dialectice interrogat: dare ex interrogatione optionem: an sibi respondens affirmationem eligere velit an negationem. qui vero sic interrogat: vt quid est aliqua res velit dicere respondentem: non est illa interrogatio dialectica. Interrogat autem quidam hoc modo. putas ne anima ignis est: cum respondens negauerit: addit. nonne tibi videtur aliquid esse inter ignem atque aerem medium corpus: vt sit anima: cuius respondens hoc quoque abnuerit: ille persequitur: an fortasse magis tibi videtur aquam esse animam vel terram: Cumque ille neque terram neque aquam animam esse concesserit: tunc defessi interrogationibus ita interrogant: que res est ergo anima: hec autem non est interrogatio dialectica: sed potius discipuli ad magistrum aliquid discere cupientis. qui enim aliquid cupit addiscere: interrogat eum qui docere potest: quid sit de quo ambiget. Dialecticus autem (vt dictum est) ita interrogare debet: vt respondenti sit copia an affirmationem an negationem velit eligere. Oportet enim scire quoniam omnis interrogatio est petitio responsionis: Dialectica vero non cuiusdam responsionis: sed eius que in vtraque parte habeat oppositionem. ergo hoc ipsum quid est non est dialectica interrogatio. Oportet enim interrogare ita: vt ex interrogatione respondens possit eligere alteram con-

tradictionis partem. debet enim determinare et diffinire is qui interrogat: an hoc sit quod dicitur: an non: ut homo animal est an non: ut ille aut affirmationem respondeat aut negationem. quod autem dixit dialecticam interrogationem petitionem esse responsionis vel propositionis vel alterius partis contradictionis: huiusmodi est. Quisquis interrogat affirmationem: aut eandem expetit: ut auditor sibi respondeat: aut contradictionem: ut si quis sic interrogat. homo animal est: si ille annuerit: propositionem reddidit eam scilicet quam proposuit interrogans. si vero interrogante aliquo an homo animal sit: respondens dixerit non est: contradictionem respondisse videbitur. Ille enim affirmationem interrogavit: ille negationem respondit quod est contradictio. Rursus si negationem interroget: et ille respondeat negationem: eandem propositionem reddidit quam is qui interrogavit ante proposuit. Cum vero interrogante aliquo negationem: ille affirmationem responderit. contradictio responsa est. hoc est igitur quod ait. interrogationem responsionis esse petitionem: et cuius responsionis addidit: vel propositionis: si idem respondeat: quod ille interrogat: vel alterius partis contradictionis: si cum ille affirmationem interroget: ille responderit negationem: vel si cum ille negationem in interrogatione posuerit: ille affirmationem in responsione reddiderit. Interrogationis autem secundum peripateticos duplex species est: aut cum dialectica interrogatio est: aut cum non dialectica. Non dialectice autem interrogationis due species sunt: una quidem quando subiecto manentes accidens interrogamus: an illud accidat: ut cum videamus domum Ciceronis: si interrogemus: quis illic maneat: vel quando subiectum quidem ipsum et rem sumimus: quid autem illi accidat interrogamus: ut si ipsum Ciceronem quis videat: et interroget: quo divertat. et hec una species est eorum que secundum accidens non dialectice interrogamus. Altera vero quando proponentes nomen quid sit querimus aut genus aut differentiam aut diffinitionem reddentes: ut si quis interroget quid sit animal. vel cum diffinitionem aut aliquid superdictorum sumimus: et querimus cuius illa sint: ut si quis querat animal rationale mortale cuius sit diffinitio.

Quoniam vero hec quidem predicantur composita: ut unum sit omne predicamentum eorum que extra predicantur: alia vero non: que differentia est? de homine enim verum est dicere: et extra animal: et extra bipes: et hec ut unum. et hominem et album: et hec ut unum. sed non si citharedus est et bonus: et citharedus bonus. Si enim quoniam alterutrum dicitur: et utrunque dicetur: multa inconvenientia erunt. de homine enim verum est et hominem et album dicere. quare et omne. Rursus si album ipsum: et omne. quare erit homo albus albus: et hoc in infinitum. et rursus musicus albus ambulans: et hec eadem frequenter implicata. Amplius si socrates socrates est et homo et socrates homo. et si homo et bipes: et homo bipes.

Multa sunt que cum singulatim vere predicentur: si quis ea coniungat et predicet: veram predicationem tenent. Sunt autem aliqua: que si per se et disiuncta predicentur vera sunt: sin vero coniuncta dicantur: veritatem in predicatione non tenent. que ergo sit differentia eorum oportet agnoscere. si quis enim dicat. socrates animal est. verum dixerit. et si quis rursus predicet: quoniam socrates bipes est: hoc quoque verum est. que si coniuncta dicantur: ut est socrates animal bipes est: a propria veritate non discrepant. atque hec quidem in genere et differentia ea que substantialis est socrati. quod si de accidente quoque dicantur: poterit idem nihilominus evenire. Si quis enim sic dicat. socrates homo est verum est. et rursus socrates calvus est hoc quoque verum est. quod si iungat dicens socrates homo calvus est. verum rursus ex coniunctis faciet predicationem. Atque in his quidem ea que singillatim vere dicebantur: iuncta veraciter predicata sunt. Sunt autem alia in quibus singillatim quidem predicata vera sunt: iuncta vero qualitatem veritatis amittunt: ut si quis dicat quoniam Socrates bonus est verum est. Rursus socrates quidem citharedus est: sit quoque hoc verum est. Hec coniungere non necesse est: ut sit verum. Socrates bonus citharedus est. Potest enim bonus quidem esse homo: et cum sit citharedus non tamen esse bonus: sed in alia quidem re bonus: et in alia tantum artis illius cognitor: non tamen in ipsa perfectus. hoc autem facilius tali liquebit exemplo. Si quis enim dicat quoniam Tiberius Gracchus malus est verum est. rursus Tiberius Gracchus orator est. hec quoque verum est. si coniungens dicat: Tiberius malus orator est: falso dixerit. optimus enim orator fuit. Sed ne quis nos ita dicentes ignorare putet oratoris esse diffinitionem virum bonum dicendi peritum: hec ita dicta sunt ad exemplum potius quam ad veritatem. atque hec quidem proposita ab Aristotele. sunt: cuius in textu verbis sic constant. Quoniam vero inquit alia quidem predicantur coniuncta et composita: ut ex his unum predicamentum fiat eorum que extra vere predicata sunt. alia vero cum extra singillatim vere predicantur: iuncta verum non faciunt predicationem: Inquirendum est que eorum sit differentia. exempla autem horum talia sunt. Eorum quidem que extra predicantur vere: nec si coniuncta sunt: naturam veritatis amittunt tale exemplum est. de homine enim verum est dicere quoniam et animal et bipes. Rursus quoniam animal bipes: verum est de eodem homine dicere ut de socrate. de eodem quoque socrate et hominem extra et album si ita contingit verum est dicere et de eo predicare animal bipes a veritate non discrepat: atque hec quidem que extra singillatim predicantur vere: iuncta vera sunt. quod si de aliquo predicetur quoniam citharedus est: et verum sit: rursus quoniam bonus sit: et verum sit: non necesse est dicere quoniam bonus citharedus est. Potest enim solum esse quidem citharedus: bonus autem homo. huiusmodi quidem ille disposuit. quoniam autem videbantur quidam arbitrari: quod omnia que singillatim vere predicarentur: eadem quoque composita recte dicerentur. Contra hos dicit quoniam multa erunt inconvenientia multaque impossibilia sunt: si quis dicat omne quod singillatim predicatur veraciter: id iunctum vere predicari. De homine enim verum est dicere quoniam homo est: nam de socrate qui homo est: vere dicitur quoniam homo est. rursus vere de eodem dici potest quoniam albus est. Quare et si hec iungas: et ut unum predices: verum est dicere de aliquo homine: quoniam homo albus est. sed homo qui albus est: verum est dicere de eo quoniam albus est. quare etiam si iungas: erit predicatio socrates homo albus albus est. nam de socrate verum erat dicere quoniam homo albus est. sed de homine albo verum est dicere quoniam albus est. hec coniuncta socrates homo albus albus est faciunt. quod si de homine eodem albo. rursus album predicare velis: verum est: quocirca et si iungas erit igitur predicatio homo albus albus: albus est: atque hoc in infinitum. Rursus si quis de aliquo homine dicat: quoniam ille homo musicus est: si vere dicat adiiciatque: quoniam idem homo ambulans est: vere dicit: si iungat: quoniam ille homo ambulans musicus est. sed si verum est de aliquo homine predicare: quoniam sit ambulans musicus. de ambulante autem musico verum est dicere quoniam musicus est: erit ille homo ambulans musicus musicus. sed de eodem verum est dicere quoniam ambulans est. verum erit igitur de eo rursus dicere: quoniam homo ambulans ambulans musicus musicus est. Amplius quoniam socrates socrates est et rursus homo. erit igitur socrates socrates homo. sed et bipes erit igitur socrates socrates homo bipes. sed de socrate verum est dicere quoniam socrates homo bipes est. sed cum dixi hominem: de eo iam et bipedem dixi. omnis enim homo bipes est. verum est quoque de eo dicere quoniam bipes est: sed verum erat dicere quoniam socrates socrates homo bipes est: vera igitur predicatio erit. Socrates bipes bipes homo est. sed rursus hominem dixi: atque in eo aliud bipes nominavi. omnis enim

homo bipes est. Socrates igitur homo bipes bipes bipes est. ⁊ hoc in infinitum protracto superflua loquacitas inuenitur. non tantum fieri potest ut modis omnibus quicquid extra dicitur: id simul vere predicetur.

Quoniã ergo si quis simpliciter dicat complexiones fieri: plurima inconuenientia cõtingit dicere: manifestum est. quemadmodũ autem ponendum est: nunc dicamus. Eorũ igitur q̃ predicant̃ ⁊ de qbus p̃dicãt̃ q̃cũqз secũdũ accidẽs dicãt̃: vł de eodẽ: vł alterũ de altero: hec non erunt vnum: ut homo albus est et musicus. sed non est idem musicũ et albũ. accidentia enim sunt vtraqз eidem. nec si album musicum verum est dicere: tamen non erit album musicum vnũ aliquid. secundũ accidẽs enim albũ musicum dicitur. quare non erit album musicum vnũ aliquid. quocirca nec cytharedus bonũ simpliciter: sed animal bipes non enĩ sunt secundũ accidens. amplius nec queçunqз insunt in alio. quare neqз album frequenter neqз homo: homo animal est vel bipes. Insunt enĩ in homine animal ⁊ bipes.

¶ Que superius comprehendit: ea nunc apertissima ratione determinat dicens: de his solum extra predicatio venianter non posse vnam predicationem fieri verum: si coniuncta sint. queçunqз aut accidentia sunt eidem: aut cum vnum alij accidit: accidens aliud de illo accidenti predicatur. Si quis enim de socrate dicat: quoniã Socrates cytharedus est: rursus socrates bonus est. si vtraqз vere p̃dicet: duo accidentia de vno subiecto predicauit id est de socrate. Quocirca non potest ex his fieri vna predicatio: ut dicatur Socrates cytharedus bonus est. rursus si de Socrate: predicetur musicus: sit enim socrates musicus: de musico autem predicetur albus: et hoc fortasse sit verum: non tamen iam necesse est musicũ album esse. Si enim sit musicus socrates: si de eodem musico albus predicetur: predicatur quidẽ de socrate subiecto musicus. de musico autem q̃ est accidens predicatur album rursus aliud accidens. Ergo non potest hec vna fieri vera propositio: ut dicatur. socrates albus musicus est. neqз enim semp musicus albus esse potest: sed hanc naturã habent accidentia: ut veniant ⁊ recedant. ergo si eius qui musicus albus est: in sole stantis autem calor fuscauerit. non erit quidem albus cum sit musicus. Quocirca neqз tunc cum vere predicabat̃: quoniam socrates musicus albus est: neqз tunc fuit vera vtraqз predicatio. non enim habet naturã permanendi accidens: ut semper vere predicetur. Ratio autem verborũ sic constat. Quoniã igitur si quis inquit dicat omnino quomodolibet complexiones fieri. id est ut q̃ singillatim predicantur: eo hoc complexũ coniunctimqз proponat: plurima inconuenientia dicere contingit. Multa enĩ concurrũt impossibilia: sicut supra ipse monstrauit: tunc quando ad nimiã loquacitatẽ perducit eos eadem frequenter nomina repetentes. quemadmodũ ponendum est nunc dicimus id est quemadmodũ autem debeant: que singillatim vere dicant̃ iuncta predicari: nunc inquit dicimus. Omnia inquit q̃ predicantur de alio et rursus de quibus alia ponũtur duplici modo sunt: aut enim accidentia aut substãtialia sunt ⁊ alie quidem predicationes sunt secundũ accidens: quotiens aut accidentia duo de substantia: aut accidens de accidenti alicuius substantie predicatur. alia vero non secundũ accidens: quotiens aliquid de aliquo substantialiter dicitur. Eorũ igitur queçunqз sm̃ accidens dicũtur: eorum vel si duo sunt accidentia et de eodem predicẽtur: vel si alterum accidens de altero accidenti dicatur: ex his nõ pot̃ fi vna fieri propositio: neqз erit vnum si iuncta sint: ut homo et albus est et musicus. albũ enĩ musicum: quoniã in vnã formam nõ concurrunt: non faciunt vnam propositionem. Non enim idem est album et musicum. vtraqз enim eidem sunt accidentia: non tamen idẽ sunt. nec si album de musico predicemus id est accidens de accidenti: et hoc verum sit non tamẽ necesse est id q̃ musicũ est esse album. neqз enim est vnum aliquid. Accidentia enim id quod musicum est album est: quoniã enim ipsum cui musicũ accidit album est: idcirco musicũ albũ dicitur. nõ est autem idẽ musicũ albũ. Quocirca eadem ratione tenet̃: ut non possit idem esse cytharedus bonus: nec in vnum corpus coniuncta faciant vnum aliquid quamuis singillatim vere predicentur. q̃ si quis aliquid substantialiter predicet: duasqз res singillatim dicat: possunt in vnam propositionem redire: que substantialiter vere secunduз separatimqз ponũtur. homo enim cũ et animal sit et bipes: est animal bipes: et sit ex his vna predicatio. Nam neqз animal secundũ accidens inest homini nec bipes: quod per hoc ostendit quod ait. sed animal bipes. nõ sunt enim secundũ accidens. Addit quoqз illud quoniã nec ea iuncta recte ponũtur: queçũqз vel latenter vel in prolatione in aliquo terminorũ continẽtur: qui in propositione positi sunt. Idcirco enim de homine albo non debet dici albus: ut veniat predicatio homo albus albus: quoniã iam in homine albo cõtinetur album. rursus de homine idcirco non debet predicari bipes: quoniam licet non sit prolatum: tamẽ qui homo est bipes est. sed de homine si quis bipes p̃dicet: de re duos habente pedes neqз hac differẽtia quod est bipes: predicat bipes. quocirca erit hic quoqз homo bipes bipes. homo enim bipes continet intra se: et qui dicit hominẽ cum sua differentia dicit. Si quis ergo adhuc predicet bipes: de re duos habente pedes bipedẽ p̃dicauit. Erit ergo homo bipes bipes. sed ita predicari non debet. Continet̃ enim in homine bipes: id q̃ si rursus bipes predices: molestissimã facies repetitionem hoc enim est quod ait. Amplius nec queçunqз insunt in aliquo id est cõtinenter vel prolatione: ut in eo q̃ est homo albus cõtinetur in eo albus: quoniam prolatione iam dictum est. aut potestate ⁊ vi: ut in eo q̃ est homo continet̃ bipes: quamuis dictũ penitus non sit.

Verum autem est dicere de aliquo ⁊ simpliciter: ut quendam hominẽ hominẽ aut quẽdam albũ hominẽ hominẽ album non autem semper: sed quando in adiecto aliquid quidẽ oppositorum inest: quod consequitur contradictio: non verum: sed falsum est: ut hominem mortuum hominem dicere. quando autem non inest: verum est.

¶ Hec questio superiori cõtraria est. illic enĩ querebat̃ si q̃ singillatim p̃dicarent̃: an sp̃ vere eadẽ cõiũcta cõpositaqз dicerẽt̃ hic aũt cõuerso ordine id q̃ritur an ea q̃ cõposita vere p̃dicant̃ singillatim dicta vere dicãt̃. post obitũ enĩ socratis possum⁹ dicere hoc cadauer hõ mortu⁹ ẽ: ⁊ hoiem mortuũqз in generis vnã simul veram p̃dicationẽ facere. solũ autẽ hoiem dicere cadauer. illud nõ est verũ. Rursus eundẽ Socratẽ viuũ verũ est dicere q̃m aial bipes ẽ: ⁊ singillatim verũ ẽ dicere q̃m aial ẽ. quare querit̃ que sit huiusmodi differẽtia p̃dicationis: ut cũ cõiũcta dicunt̃ ⁊ vere de subiectis p̃dicant̃ alias q̃dẽ extra vere dici possunt: alias vero p̃ter illã cõiũctionẽ si simplicia dicant̃ falsa sunt. hoc autẽ q̃si dubitãs ostẽdit. ita enĩ legẽdũ est q̃si dubitãs diceret sic. Verũ ẽ aũt dicere de aliq̃ cõpositũ cõiunctũqз aliqd: ut de aliq̃ hoie ho̅iem. aut de aliq̃ albo albũ. ita ut est hoc aliqd simplr̃ p̃dicet̃. an vero non sp̃. Et dat regulã q̃ cognoscam⁹. an que cõposita dicũt̃: eadẽ singillatim dicere possint an minime. Quotiẽs enĩ talia sunt q̃ p̃dicant̃ cũ alio: ut in se nõ habeãt cõtradictionẽ p̃dicata prĩs dici ⁊ separata veracit̃. Quod si habent in se contradictionẽ aliquã: que predicantur et composita dicuntur: separata vere predicari non possunt: ut ea que dicit cadauer hoiem mortuũ vere dicãt. solũ

autem dicere hominem vere non potest: idcirco quoniam prius cum coniunctione predicauit dicens hominem mortuum: mortuusque adiacet hominis predicamento. cum hominem enim predicatum mortuum contradictionem tenet contra hominem. Est enim homo animal. mortuus vero non animal. ergo mortuus et homo contradictionem aliquam inter se habent. Illud enim est animal: illud vero non animal. Quo circa quoniam inter se habent hec quandam contrarietatem separatus homo de mortuo homine solus non dicitur. Eodem quoque modo est si quis dicat manum esse marmoream statue verum dicit. solum autem manum dicere eam que statue est falsum est. habet enim manus potestatem in dandi atque accipiendique: sed illa marmorea non habet. ergo est quedam contradictio inter manum et manum marmoream. quod illa dare atque accipere potest: illa non potest. hec enim sibi opponuntur contradictionis modo. Ergo quotienscunque tale aliquid predicatur: ut homo de cadauere: cui tale aliquid coniunctum sit atque adiaceat: quod faciat contradictionem contra predicatum ut hic adiacet mortuus homini. simulque predicatur de cadauere: ut faciat contra ipsum hominem contradictionem: eam que in se contineat: non potest separari vera predicatio: ut sigillatim dicatur. Si vero non sit ista contradictio potest: ut in eo quod est Socrates animal bipes est. animal et bipes nulla contradictione opponuntur. quocirca potest de eo et animal sigillatim atque simpliciter et bipes dici. sensus quidem est huiusmodi. Ordo autem se sic habet. dubitans enim dixit. Verum est autem aliquid dicere de aliquo composite et connexe: et rursus simpliciter: ut quendam hominem aut quendam album hominem. an certe non semper. sed tunc quando in adiecto id est in eo quod adiectum cum aliquo predicatur inest aliquid oppositorum talium que consequitur contradictio id est quam oppositionem mortui consequitur contradictio: ut oppositionem hominis et mortui sequatur contradictio. scilicet animal et non animal. Si igitur sic sint: non est verum simpliciter predicari sed falsum. ut hominem mortuum: quem coniuncte vere dicere possis: eundem hominem solum non vere predicabis. Quando enim hec oppositio in his que predicantur non est verum est quod coniuncte predicaueris: et simpliciter predicare. Adiectum est autem in quo venit aliquotiens oppositio huiusmodi: ut in eo quod est homo mortuus mortuus adicitur homini. Aliter enim vere homo de cadauere non potest predicari.

Vel etiam quando inest: semper non verum est: quando vero non inest: non semper verum est: ut homerus est aliquid: ut poeta. ergo etiam est. an non. Secundum accidens enim predicatur esse de homero: quoniam enim poeta: sed non secundum se predicatur de homero: quoniam est.

¶ Quoniam supra dixerat quando esset in adiecto contradictio non esse verum simpliciter predicare, quando vero non esset verum esse quod coniuncte diceret simpliciter dicere. hoc ipsum quoniam videbat in aliquibus non esse verum: consequenter emendat. Ait enim verum esse illud quod supra dictum est. quandocunque in adiecto esset aliqua contradictio non esse verum simpliciter predicare quod coniuncte diceretur. Quando autem non inest contradictio non semper verum est predicare simpliciter quod coniuncte vere diceretur. Sed aliquotiens quidem verum: aliquotiens autem falsum. huius rei tale exemplum est. Cum dico homerus poeta est: est et poeta coniuncte de homero vere predicaui. Sin vero dixero homerus est falsum est: quamquam non sit aliqua contradictio inter est et poetam: neque in adiecto est ulla oppositio talis: quam consequatur contradictio. cur autem hoc euenit talis ratio est. De Homero enim poetam quidem principaliter predicamus. cum dicimus Homerus poeta est. est autem verbum de poeta quidem predicamus principaliter: de homero autem secundo loco. non enim ideo predicamus esse quia Homerus est: sed quia poeta est. Sublato igitur eo quod principaliter predicatur id est poeta: licet nullam contradictionem habeat est quod adiaceat poete contra poetam: non fit vera predicatio dicendo homerus est. Secundum accidens enim est predicatur non principaliter sublata autem principali predicatione quod secundum accidens predicabatur continuo falsum reperitur. quod autem addidit.

Quare in quantiscunque predicamentis neque contrarietas inest: si diffinitiones pro nominibus dicantur et secundum se predicantur: et non secundum accidens: in his aliquid et simpliciter verum erit dicere. Quod autem non est: quoniam opinabile est: non est verum dicere esse aliquid. opinatio enim eius est: non quoniam est: sed quoniam non est.

¶ Ex his que supra dixerit vera narratione colligit dicens. Que cunque eo modo predicantur: ut neque in nominibus: neque in diffinitionibus propriis aliquam teneant contrarietatem: hec et extra simpliciterque predicata vera sunt: ut in eo quod est mortuus atque homo. hec quidem nominibus nullius contrarietatis contradictionisue sunt. Sed si horum pro nominibus diffinitiones reddantur: mox contrarietas oppositionis agnoscitur. Si quis enim hominis diffinitionem dederit dicet esse animal rationale. Si quis mortui dicet esse corpus vita priuatum atque inanimatum: et ex hoc tota vis contradictionis apparet. Quocirca si sumantur diffinitiones pro nominibus. et in his aliqua contrarietas inesse videbitur: vel si secundum accidens aliquid predicatur. ut est de homero: cum de eo poeta principaliter predicetur: non predicabuntur simpliciter vere: quecunque composite predicabuntur. quod si neque ulla contrarietas sit: et per se predicentur et non per accidens: quicquid composite vere dicitur: hoc et simpliciter vere predicatur. Quoniam autem fuerunt quidam qui hoc ipsum quod non est esse ducerent totum syllogismum his propositionibus contingentes. Quod non est opinabile est. quod autem opinabile est est ergo quod non est est. hoc ergo dicit si verum est predicare inquit de eo quod non est quoniam opinabile est: est quidem verbum de opinabili predicamus. de eo autem quod non est secundum accidens predicatur est. quoniam enim quod non est opinabile est: idcirco secundo loco de eo quod non est verbum est predicamus. Quare non possumus simpliciter dicere esse quod non est. Idcirco enim opinabile est quia non est. Scibile enim esset si per se esset non opinabile: sicut homerus idcirco esse dicitur. quia poeta est non quia per se est. Vel certe idcirco dicitur homerus esse poeta quia poesis ipsius extat ac permanet: sicut aliquos in filiis sepe viuere dicimus. Quocirca id quod non est idcirco esse dicitur opinabile: quoniam ipsius est opinatio. Non autem quoniam id quod non est per se aliquid esse potest. his ergo ante perstrictis atque ordine terminatis ad propositionum modorum in dyalectica utilissimam de propositionibus tractatum disputationemque conuertit. Restat nunc de propositionum modis oppositionibusque disserere. Multis enim dubitatum est rationibus an idem modus esset propositionum sine modo propositarum cum illarum quoque que propriis modis et qualitatibus terminantur. inchoat autem de his rebus dubitationem sic.

His vero determinatis perspiciendum est quemadmodum sese habent affirmationes et negationes ad se inuicem he. scilicet que sunt de possibili esse et non possibili: et de contingenti et non contingenti: et de impossibili: et necessario. habent enim aliquas dubitationes.

¶ Omnis propositio aut sine ullo modo simpliciter pronunciatur: ut socrates ambulat: ut dies est. vel quicquid simpliciter et sine ulla qualitate predicatur. Sunt autem

alie que cum proprijs dicuntur modis: ut est Socrates
velociter ambulat. Ambulationi enim socratis modus est
additus cum dicimus eum velociter ambulare. quomodo
enim ambulat significat: id quod de ambulatione eius ve-
lociter predicamus. Similiter autē si quis dicat: socrates
bene doctus est: quemadmodū sit doctus ostendit: nec solū
doctus dixit: sed modum quoqꝫ doctrine socratis adiūxit.
Sed quoniam sunt modi alij: per quos aliquid posse fie-
ri dicimus aliquid inesse: aliquid necesse eē: aliquid cōtin-
gere: queritur in his quoqꝫ quemadmodū fieri contradi-
ctionis debeat oppositio. in his enim propositionib⁹ que
simpliciter et sine vllo modo predicantur: facile locus cōtra
dictionis agnoscitur. Huius enim affirmationis que est
Socrates ambulat: negatio si ad verbuꝫ ponatur: ut est so
crates non ambulat: rectissime oppositione facta ambula-
re a socrate disiunxit. Rursus huius propositionis que ē
socrates philosophus est. si quis ad est verbum negationē
ponat: integram faciet negationem dicens. Socrates phi
losophus nō est. neqꝫ enim fieri potest: ut ad aliud in sim
plicibus affirmationibus negatio ponatur nisi ad id ver-
bum quod totius vim continet propositionis. Si quis
enim in hac propositione que est homo albus est: nō dicat
fieri negationem eam que est homo albus non est. Sꝫ po
tius homo non albus est: hoc modo falsum ostenditur p-
positū per lapidem. Interrogetur enim de eo an lapis ille
homo albus sit: ut si ille negauerit ponens negationē eius
que est homo albus est eam que dicit homo non albus ē:
dicatur ei si non est de hoc lapide vera affirmatio: que di-
cit homo albus est: vera erit de eo negatio scilicet ea que di
cit homo nō albus est. sꝫ hec quoqꝫ falsa est. Omnino enīꝫ
lapis homo non est. atqꝫ ideo de eo non poterit predicari.
quoniā homo nō albus est. Quod si neqꝫ affirmatio neqꝫ ne
gatio de eo vera est: hoc autem impossibile est ut contradi-
ctorie affirmationes et negatiōes de eodē predicate vtreqꝫ
false sint. Constat eius affirmationis que dicit homo al-
bus est non eē illā negationem que dicit homo non albus
est. Sed potius eam p quā proponiē quoniā homo alb⁹
non est. Nusqꝫ igitur alibi ponenda est negatio in his que
simpliciter et sine modo aliquo ponunē nisi ad verbū quod
totam continet propositionē. de his autem sufficienter su
pra iam diximus. In his autem in quibus modus ali-
quis apponitur: dubitatio est: an ad moduꝫ illum ponaē
negatiua particula: an locum suum seruet ad verbum: sicut
in his quoqꝫ propositionibus fiebat: que simpliciter et sine
vllo modo proponūtur. Nam si seruet locum suuꝫ negati-
ua particula: ut ponatur ad verbū: proprietas contradictio-
nis excidit: et verum inter se falsumqꝫ non diuidit. Mo
dus enī quidā est faciendi aliquid: quotiēs dicimus aliqd
possibile esse vel necesse eē: vel quicquid huiusmōi est. Er
go si quis dicat me nūc posse ambulare: idemqꝫ neget ne-
gationē ponens ad verbuꝫ quod est ambulare: dicatqꝫ me
posse non ambulare: affirmatio et negatio cōtradictorie de
eodem dicte vere simul inuenienē. Me namqꝫ et ambula
re posse et non ambulare manifestū est. Quod si in hoc modo
possibilitatis non recte verbo particula negatiua cōiun-
giē: etiam in his quoqꝫ que nullā habent differentiaꝫ: an
ad modū an ad verbū est ponatur negatio: custodienda est
talis oppositio: que huic speciei propositionū cōueniat: que
cū modo proferūtur: ut in hac propositiōe que dicit. socra-
tes velociter ambulat. siue quis ita neget: socrates veloci-
ter non ambulat: ad verbum ponēs negatiōem: siue sic. so
crates non velociter ambulat. modo negatiuam particulā
iungens: prope simile eē videbitur. diuidit enim cum af-
firmatione veritatem falsitatemqꝫ vtroqꝫ modo sparata ne
gatio. Sed quoniam sunt plures modi: in quibus si ad
verbum iungatur particula negatiua: non est negatio su-
perius enunciate affirmatiōis: idcirco seruanda est in om-
nibus fm modū propositionibus ista propositio: ut vno
eodemqꝫ modo cunctarū fieri oppositiones dicatur: ut in
illis quidē negatio que simplices sunt rem neget. In his
autem que cum modo sunt modum neget: ut in eo quod ē
Socrates ambulat: rem ipsam. id est ambulat neget: adi-
maturqꝫ propositio dicens Socrates non ambulat. In his
autem que cum modo sunt: rem quidem esse cōsentiat: mo
dum neget: ut in ea propositione que dicit Socrates velo
citer ambulat: negatio dicat Socrates nō velociter ambu
lat: ut siue ambulet: siue non ambulet: nulla sit differentia
Modum autem id est velociter ambulandi perimat et ad
uerso constituta negatio quamqꝫ hoc in quibusdā non fit
Simul enim cum modo ipso et rem perimi necesse est: ut
in eo quod est Socrates potest ambulare: socrates non po
test ambulare. et modū et rem modo ipsi coniuncta particu
la negationis intercipit. sed hoc in his fere euenit in qbus
non fieri quidē aliquid dicię: et actui ipsius non addię mo
dus: sed potius faciendi in futuro modus: ut si quis dicat
Socratem ambulare posse: non qꝫ iam ambulet: sed qꝫ eiꝫ
sit ambulare possibile. hic si possibili negatio cōiungaē etī
am rem ipsam tulisse videbitur: de qua illa possibilitas p-
dicabatur. si qs autē dicat quoniā Socrates velociter am
bulat: facere eūꝫ aliquid dicat: modūqꝫ illi actui iungit: ut
quemadmodū illud faciat quod facere dicit quilibet agno
scat: in his res quidē permanet: modus autem subtrahitur:
ut supra dictū est. An certe illud magis verius est dicen-
dum: quod semp huiusmodi propositiones modum qui-
dem auferunt: rem vero de qua modus ille pr: nō perimūt
et in quibus ponitur res: ut in eo quod est socrates veloci
ter ambulat: et in quibus prediceē actus ipse et p̄sens: q:
fiat atqꝫ agatur: manifestū est modum quidē subruit: rem
vero que fieri dicatur permanere: ut cum dicimus socrates
non velociter ambulat. Ambulare enim eū quidem non
subtractū est: sed tantū hec negatio velocitatem ab ambu-
latione disiunxit. In his autem que possibilitatē aliquid
in futuro faciēdi per modū ponunt: nullus omnino actus
ponitur: sed tantum modus ad quē modū iuncta negatio
modum quidē perimit. Sed res illa de qua modus pre-
dicabaē non permanet: idcirco quoniam nec tunc cum pre
dicabatur cū modo aliquid fieri agiue propositum est: ut si
quis dicat socratē possibile esse ambulare. positus quidē
modus est: res vero actu constituta nō est. Non enī dictū
est quoniā ambulat: sed quoniā eum possibile est ambula-
re. Hanc ergo possibilitatē tollit negatio in propositione
que dicit Socratem non possibile est ambulare. Sed in ea
dem propositione res de qua dicebatur modus ille non p
manet. hoc autem idcirco euenit quia nec in affirmatione
quidē posita est res de qua predicatus est modus. atqꝫ idō
non a negatiōe perempta est res: quippe quā negatio positā
non inuenit: sed tantū modū: qui etiam ab affirmatiōe cō
stitutus est. Magna autē distantia est an ad modū nega-
tio ponaē an ad verbū. nam si ad verbū ponaē predicatuꝫ
a subiecto disiungiē: ut est Socrates non ambulat. Nam
ambulat: quod est p̄dicatio a subiecto qd est Socrates di-
uisum est. Sin vero ad modū ponatur nō predicatio a sub
iecto diuidiē. Sed a predicatione potius disiungiē mod⁹
ut in eo quod est Socrates non velociter ambulat: nō am
bulationē a socrate, ppositio ista disiungit: sed velocitatē
ab ambulatione id est modū a predicato. et hoc in his faci-
lius euidentiusqꝫ apparet: queciīqꝫ ita predicanē: ut et fie-
ri et nō fieri posse dicanē. Oportet autē quid sit possibile:
quid necessariū quid inesse diffinire: eorūqꝫ significatiōes
ostendere: quod et nobis et ad huius loci subtilitatē pde-
rit: quē tractam⁹: et superiora queqꝫ de contingētibus
dicta sunt magis liquebunt: et analyticorū mentem nobis
apertissima luce vulgabit. Quattuor modi sunt quos ari
stote. in hoc libro de interpretatione disponit. Aut enī esse
aliquid dicitur: aut contingens esse: aut possibile esse: aut
necesse esse. Quorum contingens esse et possibile esse idē
significant. nec quicquid discrepat dicere cras posse esse cir-
censes. Et rursus contingere cras esse Circenses: nisi hoc
tantum: qꝫ possibile quidem potest priuatione subduci:
contingens vero minime. Contra enī id quod diciē pos

sibile esse: et negatio possibilitatis infert aliquotiẽs: ut est
nõ possibile est esse: et priuatio ut est impossibile esse. Nã
qđ dicimus impossibile esse: priuatio possibilitatis est. in
contingenti autem quamq̃ idem significet: sola tamẽ op-
ponit negatio. nulla eni priuatio reperit ut in eo quod est
contingens si hoc perimere volumus dicimus nõ contin
gens et hec negatio est. Incontingẽs autem nullus dixe-
rit: quod est priuatio. Cum ergo cõtingens esse et possibi-
le idem significent: multa in his diuersitas est sm porphi.
que sunt necessaria et esse tñ significantia: et cõtingẽtia vł
possibilia. Quod enim esse aliquid dicit: de presenti tem-
pore iudicatur. Si quid eni nunc alicui est: hoc esse predi-
cat. Quod vero ita inest: ut semp sit et nunq̃ mutetur: il-
lud necesse esse dicitur: ut soli motus: lunęq̃ cum terra ob-
sistit defectus. Quę autẽ contingere dicitur vel possibilia
esse: illorũ neq̃ sm presens: neq̃ sm aliquã immutabilita
tem speculamur aduentũ: sed tantũ respicimus: quantum
contingẽtis propositio pollicet. Quod eni posse esse vł cõ
tingere dicatur: nondũ quidem est: sed esse poterit. siue autẽ
eueniat siue nõ eueniat: quod tamẽ esse potest: cõtingens et
possibile dicit propositio. nõ eni ex euentu diiudicant hu
iusmodi propositiões: sed potius ex significatione hoc mo
do. Si quis eni dicat posse eẽ cras circenses: possibilis est
contingensq̃ affirmatio. Quod si cras sint Circenses: non
tamẽ est aliquid actu propositiõis cõtingentis vel possibi
lis priuatũ: ut necesse fuisse videat. quod illa possibiliter
promittebat. Quod si rursus non sint circenses oĩno nec sic
aliquid priuatũ est: ut necesse fuisse nõ esse circenses videa
tur. Non eni (ut dictũ est) sm euentũ ista iudicant sed se
cundũ propositiõis potius ipsius promissum. qđ eni dicit
quisq̃ dixerit cras posse eẽ circenses. hoc (ut opinor) siue
sint siue nõ sint: nulla tamẽ interclusum est necessitate: ne si
sint. Quare quattuor modorũ duo quidẽ idem sunt. id est
cõtingens et possibile. hi duo autem cum duob⁹ reliquis
atq̃ ipsi reliqui a se dissentiunt. Possibile eni et cõtingẽs
distat ab ea propositione quę dicit aliquid esse. hęc eniz sm
possibilitatẽ futuri temporis affirmationẽ proponit. illa
vero secundũ presentis actũ. Utręq̃ vero et ea quę esse et
ea quę possibile esse vel cõtingere esse significantia necessa-
ria propositione disiunctę sunt. necessitas eni nõ modo in
esse vult aliquid. sed etiã immutabiliter inesse: ut illud qđ
esse dicit nunq̃ esse nõ possit. Quocirca consequẽtie quoq̃
ordinis euidenter apparent. Quod eni est necessariũ: sine
eo quod est esse vel cõtingere esse vel possibile esse non dici
tur. Quicquid eni necessariũ est et est: et esse potest vel si eẽ
nõ posset nõ eẽt omnino. Nõ si non eẽt: nec necesse eẽ dice
retur. Quare omne necessariũ et esse dicitur et possibile. sed
nõ ęque omne: quod est: necessariũ est. possunt eniz quędã
esse: quę ut sint nõ necesse est: ut Socratem ambulare. vł ce
tera: quę de sepabilibus sumũtur accidentibus. vel rur-
sus quod cõtingit esse vel esse possibile est: mox esse nõ ne-
cesse est. Quare necesse eẽ quidẽ sequũtur esse et possibili-
tas. sed neq̃ esse neq̃ possibile eẽ necessitas vlla conseqt.
Rursus omne eẽ sequit posse eẽ. Quod eni est et potest eẽ.
Nam si esse non posset: sine vlla dubitatione non eẽt. pos
sibile autem eẽ non sequitur eẽ. Quod enim possibile est
esse potest et non eẽ: ut me possibile est nunc quidem pcede
re: sed hoc non est necesse. Non enim nunc procedo. quare
gradatim omnis est hec consequentia. necesse est namq̃ et
esse sequitur et possibilitas. Rursus eẽ eadem sequit pos-
sibilitas: possibilitatem autẽ nec eẽ sequitur nec necessitas
Liquet ergo quoniã duo modi sunt possibiliũ. vnũ quod
iam sequitur necessitatẽ alteram: quod nõ sequitur ipsa ne
cessitas. Nã cũ dico necesse est ut nunc sol moueat. hoc eti
am possibile est. cum dico possibile est nũc me sumere codi
cem nõ necesse est eẽ. Recte ergo ab aristote. paulopost du
bitat: an sit illud possibile quod necessitati conueniat. Sz
cum ad eadem loca venerimus: quid sibi ista possibilium si
militudo velit vel quemadmodũ discerni possit agnosce-
mus. Nunc autẽ quoniã affirmatiuarũ propositionũ con

sequentias explicuimus. negatiuarũ rursus consequẽtias
explorẽmus. Harũ namq̃ quattuor propositionũ quę fi-
unt ex eẽ et necesse eẽ ex possibili esse et contingere eẽ: quat
tuor negationes sunt non eẽ non necesse eẽ non possibile
eẽ non contingens eẽ. Sed quemadmodũ affirmationes
contingere eẽ et possibile eẽ eędem erant secundũ significa-
tionũ similitudinẽ: ita quoq̃ negationes eędem sunt. neq̃
enim discrepat quicq̃ dicere non possibile est: quã si enun-
ciet non cõtingit. Consequentię autem se in affirmatiuis
habebant hoc modo: ut necessarias propositiones sequerẽ-
tur eẽ aliquid significantes atq̃ possibiles. Eas autẽ quę
eẽ aliquid dicerent eędem possibiles sequerẽtur. sed neq̃
possibilibus eẽ aliquid significantes nec necessarię consen
tiebant. In negatiuis vero contra est. negationẽ eni pos
sibilitatis sequit et eius quę est eẽ aliqd significãtis nega-
tio et necessarię. Negationẽ vero necessarii neq̃ ei⁹ quod
est eẽ. neq̃ eius qđ est possibile eẽ negatio sequit. Dispo-
nant enim in ordine omnes hoc modo.

Possibile esse	non possibile esse.
Contingens esse	non contingens esse.
Esse	non esse.
Necesse esse	non necesse esse.

¶ Repetendũ igit breuiter est affirmatiuarũ consequen-
tias: ut quẽadmodũ e conuerso sint. In negatiuis euiden-
tius pateat. Esse sequitur possibilitas et contingentia.
Possibilitatẽ vero et contingentiã esse nõ sequitur. Ne-
cesse vero esse sequitur et eẽ et possibilitas et cõtingẽtia. pos
sibilitatẽ autem et contingentiã nec eẽ sequitur nec necessi
tas. In negationibus vero contra est. nõ posse eẽ et nõ cõ
tingere eẽ sequitur non eẽ. quicquid enim nõ potest eẽ nõ
est. non eẽ autem nõ posse eẽ non sequitur. quod enim nõ
est: nõ omnino interclusum est: ut esse nõ possit. Nunc eni
ego Traiani forum nõ video: sed non est necesse ut nõ vi-
deam. fieri eni potest ut propius accedens videam. Rur-
sus non posse eẽ et non cõtingens eẽ nec non esse sequit nec
non necesse eẽ. Quod eni nõ est: nõ videbit vere dici: quo
niã illud eẽ non potest: sed potius quoniã põt non eẽ vel
esse: quod est nõ necesse eẽ. quod eni eẽ non potest: nõ vide
bitur vere dici: quoniã illud nõ necesse est eẽ: sed potius:
quoniã illud necesse est nõ esse: id est nullam eẽntiam ha-
bere. Negationẽ autem necessitatis. i. non necesse eẽ: neq̃
non esse sequit neq̃ non possibile eẽ. Me enim ambulo
nõ necesse est ambulare. neq̃ eni ex necessitate quisq̃ am-
bulat. nec rursus quod nõ est necesse: id nõ potest fieri. qs-
quis eni ambulat nõ quidẽ ambulare illi necesse est sed ta
men potest. Atq̃ ideo quod nõ est necesse eẽ: non oĩno in-
terclusum est ut eẽ non possit. Et de nõ contingẽti eadẽ ra-
tio est. diuerso ergo modo q̃z in affirmationib⁹ negatiua cõ
uerso est. Illic eni necessitatẽ et eẽntia et possibilitas seque
bat. eẽntiam autẽ possibilitas. sed neq̃ possibilitatẽ eẽn-
tia vel necessitas. nec rursus necessitas eẽntiam sequebat
Hic autẽ non possibile eẽ et nõ eẽ et nõ necesse eẽ conseqt.
Sed neq̃ nõ necesse eẽ nõ eẽ sequit: neq̃ vtrasq̃ possibili
tatis negatio: quę nõ posse eẽ aliquid pponit. An magis
illud dicendũ est: qđ sicut se in affirmationibus habet: ita
quoq̃ in negationibus: ut theophrastus acutissime pspe-
xit. fuit enim cõsequentia in affirmatiuis: ut necessitatẽ et
eẽ consequeret et possibilitas: possibilitatẽ vero nec eẽ seq
ret nec necessitas. Idẽ quoq̃ penitus pspicientib⁹ in nega
tionib⁹ apparebit. veniẽs nanq̃ negatio in necessario faci
ensq̃ huiõi negatiõem quę dicit nõ necesse est eẽ vim ne-
cessitatis infringit et totã propositionẽ ad possibile ducit
quod eni nõ necesse est eẽ fracto rigore necessitatis ad possi
bilitatẽ perductũ est. sed possibilitatẽ nec eẽ seqbat nec ne
cessitas. rect̃ ergo fracta necitatẽ et ad possibilitatẽ pducta cũ
negatio dicit nõ necesse eẽ: nec nõ eẽ: nec nõ cõtigere eẽ consequitur
Rursus qui dicit possibile esse si ei disiunctio negationis
addatur: tollit possibilitatẽ ad necessitatis perpetuitatẽ ne-

particula forma totam propositionem revocat: ut est non possibile. quod enim est possibile non est adhuc quando dicitur sed in futuro. sic quidem negatio illius in necessitatem versa de eo quod est mutare non poterit. quod enim non possibile est esse fieri si potest ut sit. quod autem fieri non potest ut sit: necesse est ut non sit. ergo necessariam quandam vim habet propositio in qua dicimus non posse esse aliquid, sed necessitatem sequebatur et essentia et possibilitas. Non necesse autem esse ad possibilitatem respicit. Recte ergo non necesse esse: quod est iam possibilitatis sequitur propositionem que dicit non posse esse: quod est necessitatis. Alii ergo ordines propositionum sunt vis tamen eadem: ut necessitatem cuncta sequantur: possibilitatem vero necessitas non sequatur. Hic oritur questio difficilis. nam si necessitatem sequitur possibilitas: non necesse autem possibilitati consentaneum est: cur necesse esse non sequatur id quod dicimus non necesse esse. nam si possibilitas sequitur necessitatem non necesse autem esse sequitur possibilitatem. Sequi debet necessitatem ergo id quod non necesse est predicamus. Que hoc modo dissolvitur. non possibile esse quamquam vim habeat necessitatis: differt tamen a necessitate: quod illa affirmativam habet speciem: illud vero negativam. sic etiam possibile esse et non necesse esse differunt eo tantum quod illud est affirmativum: illud vero negativum: cum vis eadem significationis sit. Sed necessitatem affirmatio possibilitatis et contingentis sequebatur quamquam enim possibilitatem unitatem eique consentiat id quod dicimus non necesse esse. tamen quedam negatio est. Recte ergo affirmationem que est necesse esse: non sequitur negatio: per quam aliquid non necesse esse proponimus. Et hanc quidem huius solutionem questionis theophrastus vir doctissimus reperit. Nos autem his determinatis ad sequentia procedamus. Sunt enim ut ipse Aristoteles ait in his multe dubitationes. sed totius textus plenissimum sensum primo ponamus: qui et si longus est tamen ne intercisa videatur esse sententia non gravabor apponere.

Nam si eorum que complectuntur illę sibi invicem opposite sunt contradictiones: quecunque secundum esse et non esse disponuntur: ut eius: que est esse hominem negatio est non esse hominem: non esse non hominem. et eius que est esse album hominem: negatio ea que est non esse album hominem sed non esse non album hominem. Si enim de omnibus aut dictio est: aut negatio. lignum erit verum dicere esse non album hominem. Quod si hoc modo: et quantiscunque esse non additur: idem faciet id quod pro esse dicitur: ut eius quod est ambulat homo: negatio est non ea que est ambulat non homo: sed ea que est non ambulat homo. nihil enim differt dicere hominem ambulare: vel hominem ambulantem esse.

¶ Hec Aristoteles subtiliter disserens illud oportet agnoscere: quod multum differt ipsius possibilitatis vim naturamque diffinire vel proprie scientię qualitate concludere: et possibilem enunciationem qualis esse debeat iudicare. Namque in possibilis cognitione illud solum perspicitur: an id quod dicitur fieri possit et nullo extrinsecus impediente casu. quod etiam si accidat nihil de statu prioris possibilitatis permutatur. vero ipsius possibilis enunciationis diiudicatio plurimum differt: quod mox poterit ex ipsa de possibilibus enunciationibus disputatione cognosci. Nam sicut non est idem hominis diffinitionem respondere querentibus. et ipsam diffinitionem alio termino diffinitionis includere: ita non idem est de possibili enunciatione et quid ipsum possibile est tractare. Unde fit ut cum possibile atque contingens idem in significationibus sit diversum esse in enunciationibus videatur. Supra namque docuimus possibilitatem et contingentiam eiusdem significationis esse: ut quod contingeret fieri: idem esset possibile: et quod possibile esset idem quoque contingeret. Sed possibilis enunciatio non est eadem: que contingens. neque enim si quis possibilem affirmationem proponat eique opponat contingentem negationem: rectam faciet contradictionem. Si quis enim dicat quodlibet illud esse possibile: alius respondeat negans rem illam contingere: licet quantum in significatione est priorem possibilitatem abstulerit. non tamen dicenda est contradictio: in qua alii termini in negatione: alii in affirmatione enunciati sunt. Possibilis enim affirmatio de possibilitate negationem non de contingentia habere debebit. idem quoque in contingentibus. Neque enim si quis aliquid contingere dixerit: opponenda illi est possibilitatis negatio: licet idem sit possibile quod contingens. Constat ergo diversissimam esse rationem modi per se diiudicandi et enunciationis: que cum modo et qualitate predicatur. Unde fit ut quamquam idem in significationibus possibilitas et contingentia sint: quasi diverse ab aristotele in modorum ordine proponantur. Illud autem ignorandum non est quod Stoycis universalius videatur esse possibile a necessario. Dividunt enim enunciationes hoc modo. Enunciationum inquiunt alię sunt possibiles: alię impossibiles. Possibilium autem alię sunt necessarię: alię non necessarię. Rursus non necessarium alię possibiles alię impossibiles stulte atque improvide idem possibile et genus non necessarii et speciem constituentes. Novit autem Aristoteles id possibile quod non necessarium est: et id possibile rursus quod necessarium esse potest. Eodem namque modo non dicitur possibile esse quod vel ex falsitate in verum transit aliquando: vel rursus ex veritate transit in falsitatem: ut si quis dicat nunc quoniam dies est verum dixerit: idem si hoc nocte predicet falsum est. et hec veritas propositionis in falsum est permutata. Hec ergo que dam sunt possibilitates. ut eas esse et non esse contingat: que non eodem modo dicuntur quemadmodum illę que mutabilem naturam non habent: ut hec salicet quas necessarias diximus: ut si quis dicat solem moveri vel solem possibile esse moveri. hec nunquam ex veritate in falsitatem mutabuntur. Sed nunc de aristotelis et stoycorum dissensione tacendum est. Illud tamen solum studiosius perquirendum est: quo loco sit ponenda negatio in his propositionibus in quibus modus aliquis predicatur: aut que dicentur enunciationes esse possibiles contingentes et necessarię et que unque cum modo sint propositiones. Ille vero ter esse secundum modum sicut alię secundum se dicuntur: in quarum significationibus rei de qua predicantur subsistendi qualitas invenitur: ut cum dico Socrates bene loquitur. modus quidam est bene loquendi Socratem. Ergo sicut in his propositionibus: quecunque cuiuslibet illius rei subsistentiam promittunt: ad ipsam subsistentiam negatio ponitur: ut cum dicimus. Socrates est: adesse ponitur negatio cum negamus. Socrates non est. Ita quoque in his que modum subsistentie dant: ad eum modum ponenda est negatio: qui ad illam subsistentiam videtur adiectus: ut cum dicimus Socrates bene loquitur: modus ipsius rei est id quod predicamus bene. Ad hunc ergo modum et qualitatem ponenda est negatio. Possibiles autem propositiones vel contingentes eas esse dicimus: in quibus ipse modus monstratur et non potius esse de modo dicitur sed modus de eo quod est esse. Cum enim dicimus possibile est esse quidem quiddam dicimus: quemadmodum autem sit additum est id est possibile ut non necessarium neque alio aliquo modo: nisi tantum secundum potestatem dicatur. fit ergo esse subiectum. predicatum vero modus vel contingens vel possibile vel necessarium vel quilibet alius. atque hec quidem propositiones secundum modum dicuntur: in quibus de substantia nihil ambigitur. De modo autem et sola qualitate tractatur. Sin vero subiciatur modus quidem: predicetur vero esse: tunc de substantia rei queritur non de modo: ut si quis dicat possibile est: ut ipsum possibile in rebus esse pronunciet. huic propositioni nullus modus adiectus est. Cum enim dicimus possibile est modum habere: hoc ita per se non dicimus: sed sic generalem propositionem ablatam ita cum perspicimus quasi cum propositione esset coniuncta: quam si cum propria propositione iunximus quali modo predicetur apparet. Cum enim dicimus possibile est: ut modum significet: particula

propositionis est: quā si suo corpori aggregamus faciētes aliquā propositionē: quid mod' ille p̄dicat agnoscim⁹. age enī id qđ dicimus possibile est cōiungamus alijs predicamētis: atq3 inde vna enunciatio cōficiatur: dicamusq3 socratē ambulare possibile est. Uides ne modū in propositione possibile: ut etiā siue socrates ambulet: siue nō ambulet posse eū tamen ambulare ex ipso propositionis modo quilibet agnoscat. Ita ergo de toto auferētes ptem possibilem enūciationē quasi tota sit propositio speculamur: ut in his dictionib⁹ fieri solet: que pluralitatē determināt: ut si dubitamus: cōtra omnis an nullus ponat an nō omnis: ita eas speculamur quasi integras propositiōes: quas determinationes ꝓpositionū esse manifestū est. Concludēn ergo dicendū est in his que modū predicāt: oēs alie res subiecte sunt vel esse vel ambulare vel legere vel dicere vl' quid aliud cū aliquo modo fieri dicim⁹. in his autem vbi modus ipse subiicit: esse vero p̄r: ut sit integra ꝓpositio. nō est cū modo ꝓpositio. Sed ibi tantū de substantia modi ꝓponit: ut si quis dicat possibile est quidā in rebus dicit ēē possibile. ꝛ rursus contingēs est: quidā in rebus dicit esse quod cōtingat: ꝛ rursus necesse est: quidā esse dicit in reb⁹ quod sit necesse. hic nō de modo sed de solo esse tractat. quare quotiēs quidē esse subiicit: modus autē p̄r. ut cum dicimus Socratē ambulare possibile est. ad modū iungenda negatio est. Quotiēs vero modus subiicit: esse autē p̄dicat. ad esse ponēda est negatio: ut cū dicim⁹ possibile est. qr ita dicimus tanq3 si diceremus possibilitas est: ꝛ cum dicimus cōtingens est: ita dicimus tanq3 si dicerem⁹ contingētia est. ad esse ponenda negatio est: dicendūq3 est possibile nō est: quod idē valet tanq3 si dicerem⁹. possibilitas nō ē. Eodem quoq3 modo et de cōtingentia. Non autem perfecte speculantib⁹ idem semꝑ videtur subiectū: quod p̄io loco reperiri dicit. Idem predicatū semꝑ: quod secundo loco p̄dicat. In qbusdā enī verū est. In alijs vō ex significatione potius propositionū colligimus: quis terminꝰ subiect⁹ sit: qui vero predicatus. Nā cū dico homo animal est: prius mihi necesse est hominē dicere: post predicare animal. atq3 ideo subiectus dicit homo: animal vero predicatur. In his autē in quib⁹ modus addit: sicut est cū dicim⁹: socrates bene loquit. idem valet tanq3 si dicamus: socrates bene loquens est: ꝛ hic quidē bene prius dictū est: postea vero loquens est: ꝛ videt esse quidē subiectū id quod dictū est bene. Predicatum autem id quod dictū est loquēs est. Sed hoc falsū est. ꝛ hinc facillime potest inueniri: q2 loquentem quidē eum esse nullus ignorat: quisquis audit socratem bene loquentē esse. vim autē totius propositiōis modus cōtinet. in id enī intendēdus est anim⁹ nō si loquatur hoc enī indubitatū est. Nā qui eū bene dicit loqui: loqui quoq3 consentit. Quare ad modū intendendus est anim⁹ ad id quod dictū est bene: socrates enī bene loquit. qđ dixit loqui quidē nō sufficit dicere nisi etiā dicat bene. Continet ergo totā propositionē modus. sed rursus totā3 propositionē continet p̄dicatio. modus igit in his propositiōibus potius p̄dicatur. Concludendū est ergo vniuersaliter oī3 modoꝝ contradictionē non secundū esse verbū fieri. nec secundū id rursus verbū quod in se esse cōtineat: sed poti⁹ secundū modū. Cōtinere autē in se verba id quod est esse dicitur: ut cū dicim⁹ loquit. tantundē enī valet tanq3 si dicamus loquēs est. Quare quecūq3 propositiōes quēlibet illū in se retinuerint modū. Dubitandū nō est: quin nō ad id quod ponit esse: negatio iuste applicet. Sed potius ad eū modū: quo aliquid esse fieri ve pronūciet. Oīs nanq3 cū modo affirmatio talis est: ut nō intēdere debeat animū auditoꝝ ad id quod esse dicit. Sed ad id potius quđ illō esse dicat. ut cū dicim⁹: socrates bene loquit. nō perspiciendū est an loquat: sed potius illuc est dirigenda intentio est quēadmodū loquat. hoc enī videt continere totā propositionē. Ergo cōtra possibile esse nō est ea negatio: que dicit possibile nō esse: sed nō possibile esse. eodē modo ꝛ cōtra eā que dicit cōtingere esse: nō ea que enunciat cōtingere nō eē sed potius ea negatio est: que dicit nō contingere esse. Idē quoq3 in necessarijs impossibilibusq3 modis ceterisq3. q̄ nunc Arist. pro solita breuitate trāsgressus est: faciendum videt. Sed quoniā cōmentationis virtus est non solum vniuersaliter vim sensus exprimere: verū etiā textus ipsi⁹ sermonib⁹ ordinēq3 cōnectere que superius cōfuse dicta sunt nūc per sermonū ipsoꝝ ab aristotele dictoꝝ ordinē diuidamus. ¶ His vero determinatis perspiciendū est quēadmodū se habent negationes et affirmatiōes adinuicē he. sc3 que sunt de possibili esse et nō possibili esse et cōtingere et nō cōtingere et impossibili ꝛ de necessario. habent enī aliquas dubitationes. Perspiciendū inquit est de affirmationibus negationibusq3 qua ratione videāt opponi. In his propositionib⁹ quas quidā modus continet: ut in his que sunt possibiles vel contingētes vel necessarie vel impossibiles vel vere vel false vel bene vel male: vel quicquid aliqua qualitate p̄dicat. Habent enī inquit aliquas dubitatiōes et quas dubitationes habeant continuo eas subiicit. Nam si eoꝝ que cōplectūtur ille sibiinuicē opposite sunt cōtradictiones: quecunq3 secundū esse vel non esse disponūtur. Sensus totus hmōi est: in omnib⁹ complexionib⁹ propositionū illa in his oppositio valet: quecunq3 s̄m eē vl' nō esse fit: ut cū dicim⁹ homo est hui⁹ negatio ē homo nō est. Sed nō ea que dicit nō homo est. et rursus ei⁹ que proponit est albus homo illa negatio est que dicit nō est albus homo: nō ea que proponit est non albus hō. hoc ipm autē quoniā eius que dicit est homo albus negatio est que dicit nō est albus homo nō ea que proponit est nō albus homo sic demōstrat. Si enī de oībus aut dictio aut negatio: lignū erit verū dicere esse nō albū hominē. Breuiter dictū est: sed ita posse videt exponi. propositū inquit sit lignū de quo due enūciationes dicant. illud tamē nobis manifestū sit de omnib⁹ si affirmatio vera est falsam eē negationē eam. s. que contradictorie opponit. et si vera negatio est falsa affirmatio esse pronūciet. Igit de proposito ligno quoniā lignū hoc est albus homo hoc falsum est. Si igitur hec affirmatio falsa est: vera debet esse eius negatio. Si ergo ea est negatio affirmationis que dicit est alb⁹ homo: que negat dicēs est nō albus homo: hec negatio vere predicat de ligno dicente quolibet quod lignū hoc est nō albus homo. Sed hoc fieri nō potest. ꝑspicue enī falsum est lignum nō albū hominē esse. quod enī oīno non est homo: nec nō albus homo esse potest. false ergo sunt vtreq3 et affirmatio que dicit de ligno quoniā lignū est albus hō: ꝛ negatio de eo que dicit quoniā est nō albus homo. Quod si sunt false vtreq3 hec negatio illius affirmationis nō est. Querēda est ergo alia que cū ea diuidat verū atq3 falsum. Que in re nulla alia reperitur contra eā que dicit est alb⁹ homo preter eā que dicit nō est albus homo. nam si ea dicit esse affirmationis huius que dicit est alb⁹ homo negatio: que enūciat est nō albus homo: erit ut de ligno de quo affirmatio dicta falsa est: vera sit enunciata negatio. eritq3 de ligno verū dicere quoniā lignū hoc est non alb⁹ homo. sed hoc impossibile est. Constat ergo eam propositionē que dicit est nō albus homo illius affirmatiōis nō esse negationem que proponit est albus homo. Sed eā que dicit non est albus homo negationē esse eiusdē affirmatiōis que dicit est albus homo. Uides ne ergo ut prope in omnib⁹ affirmationes et negationes secundū esse vel nō esse fiant. Illa enī albū quidē esse dicit: illa negat album nō esse dicens rursus illa dicit hominē esse: illa vero negat dicēs hominē nō esse et in ceteris eodē modo est. Nō si hoc modo ꝛ in q̄n[illegible]tiscunq3 esse nō addit: idē3 faciet quod pro esse dicit: ut ei⁹ que est ambulat homo nō ea que est ambulat nō homo negatio est. Sed ea que est nō ambulat homo. Nihil enī [illegible] fert dicere hominē ambulare vel hominē ambulantē esse. Nec hoc solū inquit in his euenire potest ꝓpositionibus: que s̄m esse vel nō esse disponūtur. Sed etiā in his quecunq3 verbis talibus continētur: ut verba illa vim eius: quod est esse cōcludant: ut est homo ambulat. ambulat in

ſi cōtinet eſſe. Idem enim eſt ambulat quod ambulans eſt. Ad hec ergo ergo verba que in ꝑpoſitiōibus eſſe continēt apponenda negatio eſt. ſi enim omnis cōtradictio ſm̄ eſſe vel nō eſſe fit. hec autē verba eſſe proprie ſignificatiōe conclu dunt: quemadmodū verba hec ita ponūtur tanq̄ ſi hoc ipſuʒ eſſe poneret: manifeſtū eſt ad ea verba que eſſe continēt negationē poni oportere ad earū ſimilitudinē propoſitionū que ſecundū eſſe vel nō eſſe ſup̄ v dicta ratione ſibimet opponuntur. His ergo ante p̄dictis quid inconueniēs ex his poſſit eſſe proſequitur.

Quare ſi hoc modo in oībus: et eius que ē poſſibile eſt eſſe negatio eſt poſſibile eſt: non eſſe: ſed non ea que eſt non poſſibile eſt eē. videtur autē ideʒ poſſe et eſſe et non eſſe. oē enī quod eſt poſſibile diuidi vel ābulare: et non ābulare et non diuidi poſſibile eſt.

¶ Superius demonſtratū eſt quēadmodū in his que cōplectūtur enunciatiōibus ſecundū eſſe potius ꝛ nō eſſe herent oppoſitiones: nūc hoc dicit. Si hoc inquit in omnibꝰ propoſitiōibus faciendū eſt: ut earū cōtradictiōes ſecundū eſſe et nō eſſe ponant̄: in his que aliquid poſſibile eſſe p̄nunciāt: non ita ponēda negatio eſt: ut dicat nō poſſibile eſſe. Sed potius ſecundū nō eſſe conſtituēda eſt: ut dicat̄ poſſibile nō eſſe negationē eius eſſe que dicit poſſibile eē. Sed ſi hoc inquit dicimꝰ: affirmatio et negatio cōtradictorie verum inter ſe falſumq̄ nō diuidunt. omne eniʒ quod poteſt eſſe: idem etiā poteſt nō eſſe. Quod enī poteſt diuidi: idē poteſt non diuidi, ꝛ quod poteſt ambulare: ideʒ poteſt nō ambulare. Que autē ſit huiuſmodi poſſibilitas p̄ quā cum dicat̄ aliqd̄ fieri poſſe. Illud tamen relinquat̄ poſſe non fieri: conſequēter explanat dicens.

Ratio autē eſt: quoniā oē quod ſic poſſibile eſt: non ſp̄ in actu eſt. quare inerit etiā negatio. poteſt igitur et non ābulare quod eſt ābulabile: et non videri quod eſt viſibile. At vero īpoſſibile eſt de eodē oppoſitas eſſe veras dictiones. Non igitur eius que eſt: poſſibile eſt eſſe: negatio eſt. poſſibile eſt non eſſe. contingit eniʒ ex his aut ideʒ ipſuʒ dicere: et negare vel de eodē: aut non ſecundū eſſe et non eſſe: que opponūtur: fieri affirmatiōes et negationes. Si ergo illud īpoſſibile eſt: hoc erit magis eligendū. eſt igitur negatio eius que ē poſſibile eſſe: ea que eſt non poſſibile eſſe. ſed non ea: que eſt poſſibile non eſſe. eadē quoq̄ ratio eſt in eo quod eſt cōtingēs eſſe. etenī negatio eius ē nō cōtingēs eſſe. ꝛ in aliis quoq̄ ſili modo: ut in neceſſario et īpoſſibili.

possibilitas non consentit. Eiusdem rei reddens causas illud arguit: ꝙ impossibilitas necessitati idem valeret contrarie reddita. Quam rem emendare volens ita dixit. An certe inquit impossibile est sic poni necessarij cōtradictiōes: vt negationē .s. necessarij possibilitati ꝯsentire diceremus. Addidit aūt dubitationē quādā: q̄ ita sese hȝ. Nam quod est inquit necessariū esse: illud sine dubio possibile est esse. Nam si non .i. si quod necessarium est possibile non est: negatio possibilitatis consequitur. Necesse enī in omnibus rebus aut dicere idest affirmare aut certe negare. in omnibus nāqȝ rebus aut affirmatio vera est aut negatio. quare si non possibile est esse idest si hoc est nō possibile esse: ꝙ impossibile est fiet id quod necessarium est eē. Sequitur autem propositionem que dicit non possibile ē esse illa que proponit impossibile est esse ⁊ fit aliquid impossibile vt dicatur. igitur impossibile est esse id quod necesse est esse. sed hoc inconueniens est. ergo id docuit ꝙ necessitatem possibilitas sequeretur. Nunc autem aliud addit: quoniam supra dixit possibili propositioni necessarie affirmationis negationem consentire. nunc de eadem re dubitationem profert dicens. At vō illud quod possibile ē eē: non impossibile esse sequitur. Nam quod possibile ē hoc non est impossibile. sed quod non est impossibile esse: non necesse est esse. ergo si non impossibile est esse sequitur possibilitatem: non impossibilitatem autem sequitur id quod dicitur non necessarium esse: sequiturqȝ possibilem propositionem id quod dicimus non necessariū esse: nulli dubium quin si necessitatem possibilitas sequitur: sequat affirmationem necessariam negatio necessarij. Quare contingit ꝙ necessarium est esse: id ipsum non necessarium eē qđ est inconueniens. Constat ergo quoniam affirmationem possibilem non sequitur opposita negatio necessarie affirmationi: idcirco ꝙ illud remouenduȝ est vt supra diximꝰ ne sequatur possibilem affirmationem negatio necessarie: vt necessitatem possibilitas sequatur. Qđ quia fieri nullo modo potest: illud est remouendum: ne possibilitatem necessitati opposita negatio subsequatur. Igitur ea que dicit non necesse est esse non sequitur possibilitatem. Et q2 hec omnia in medio tacuerat: supradictis addidit. At vō neqȝ necessarium sequitur possibile esse. hoc scȝ sententie includens possibilitati non consentire necessarium. Nec hoc solum sed neqȝ illud quod dicimus necessarium non eē. hoc vlterius tractatum ipse planius mōstrat. Illi enim idest possibili vtraqȝ contingit accidere ⁊ esse scilicet ⁊ non esse. hoc autem idest necessarij sm̄ esse: ⁊ necessarij sm̄ nō eē: si vtrūlibet verum fuerit: non erunt illa vera. ⁊ hoc ipse exponit de possibili enim vtroqȝ ita dicit. Simul enim est possibile ⁊ eē ⁊ non eē. hoc est ergo quod ait. illi enim vtraqȝ contingit accidere. Sin vō inquit necesse est eē ⁊ non eē .i. si non potest non eē: ⁊ non poterit eē: non erit possibile vtrūqȝ: vt si eē necesse est non poterit non eē: vel si non eē necesse sit: non poterit eē. tres igitur propositiones nō necesse eē. necesse eē. necesse eē non eē. possibilitatem non sequuntur. Relinquitur ergo hoc idest vt quarta propositio que opponitur necessarie scđm nō eē affirmationi: possibilitatem sequitur idest non necessarium non eē seq possibile eē. sed quia possibile consentit necessario: hec quoqȝ consentit necessario. Nāqȝ hoc est quod dixit: hoc enim verum est ⁊ de necessitate eē. Nam qđ necesse est eē non necesse est vt non sit. hec igitur propositio que dicit non necesse est non eē contradictio eius affirmationis est que sequitur negationem possibilitatis eam scilicet que dicit non possibile eē. Nam cum affirmationem eam que est scilicet possibile eē sequatur necessarij scđm non eē negatio ea que proponit non necesse est non eē. Negationem possibilem eam scilicet que proponit nō possibile eē sequitur affirmatio necessaria scđm non eē que dicit necesse est non eē: quā eandē que proponit non possibile est eē que est scilicet negatio possibilitatis; impossibilis affirmatio sequitur: que proponit impossibile est eē. hoc est ergo quod ait. hec enim fit cōtradictio eius que sequitur id quod est non possibile esse. Nam cum possibilem affirmationem sequatur necessarie scđm non eē negatio que dicit non necesse est non eē: hec necessaria scđm non eē negatio contradictio est eius que sequitur negationem possibilitatis. Illud enim idest negationē possibilitatis sequitur: id quod est impossibile. Nā cum negatio possibilitatis sit que dicit non possibile esse: hanc sequitur ea que dicit impossibile est eē: cui consentit ea que dicit necesse eē non eē. Sequitur igitur possibilis propositionis negationem ea que dicit necesse eē non esse: cuius est contradictio ea que dicit non necesse est non esse. Fit ergo id quoqȝ vt contradictio contradictionem sequatur sed conuersim. Quod ait per hoc cum dixit. sequuntur igitur ⁊ he contradictiones sm̄ predictum modum eā scilicet vt affirmatio negationem: negatio vō sequatur affirmationem. ⁊ nihil quidem erit vel inconueniens vel impossibile ita positis consequentijs: vt affirmationem quidem possibilem negatio necessarij scđm non eē sequatur: negationi vō possibilis affirmatio necessaria scđm nō eē consentiat. Quibus explicatis alias rursus adijcit dubitationes.

Dubitabit autem aliquis si illud quod est necessarium esse possibile esse sequatur. Nam si non sequatur: contradictio sequetur non possibile esse: ⁊ si quis dicat non hanc esse contradictionem: necesse est ipsum dicere possibile non esse. sed vtreqȝ false sunt de necesse esse. At vō rursus idem videtur esse possibile incidi ⁊ non incidi: ⁊ esse ⁊ non esse. Quare erit necesse esse contingens non esse. hoc autem falsum est.

¶ Supra consequentias ita disposuit: vt precedens necessarium possibilitas sequeretur: nunc de eodem ipse ambigit. Siue enim disponat consentire necessario possibile siue quis neget vtrūqȝ videtur incongruum. Nam si quis neget possibilitatem necessitati congruere: id dicit quoniam possibilitatis negatio necessarie propositioni conuenit. Si quis enim abnuat propositioni que dicit aliqđ necesse esse consentire eam que proponit possibile esse: is illud abnuere non potest quin negatio possibilitatis necessitati consentiat: eritqȝ integra consequentia: que dicit si necesse est esse non possibile est esse: quando quidem illa falsa est consequentia que dicit si necesse est esse possibile est esse. Qđ si hoc fieri non potest: vt possibilitatis negatio necessarie cōsentiat affirmationi: illud verum ē affirmationem possibilem necessarie conuenire. Sȝ in hoc quoqȝ maior inerit difficultas. Omne nāqȝ quod possibile est esse: possibile est ⁊ non esse. Sed si possibilitas necessitatem sequitur: erit id quod necesse est vt possit esse ⁊ possit non esse sm̄ naturam scilicet possibilitatis: que ipsi conuenit necessitati. sed hoc impossibile est. Non igitur possibilitas sequitur necessitatem. ꝙ si possibilitas necessitatem non sequitur: negatio possibilitatis sequitur ea scȝ que est non possibile esse: eueniuntqȝ ea rursus incommoda que dudum cum eum locum tractaremus expressimus ꝙ si quis possibilitatis non velit esse negationem eam q̄ dicit non possibile esse: sed potius eam que dicit possibile esse non esse. quāqȝ ille non recto ordine affirmationi negationem accommodet: dictum supra sit quotiens cum modo propositiones dicuntur ad modos ipsos potius negationem poni oportere q̄ȝ ad verba: eandē tamen minus sunt: vt cum eo quoqȝ concesso quod ad defensionem vtile aliquibus videri possit: argumentationis falsam sententiam fregrimus penitus atqȝ altius si vitas

cõstituti. Sit ergo negatio possibilitatis quã ipse voluit. i. ea que dicit possibile eẽ nõ eẽ. sz hec q̃z necessitati nõ cõuenit Si quis enĩ dicat quoniã possibile esse necessariũ non sequitur: sequitur nos possibilis contradictio necessitatem. quod si quis contradictionem possibilis ponat eam que dicit possibile non esse: eamq̃z necessitati consentire putat: erit secundum eum recta consequentia: si necesse est esse: possibile est non esse: sed hoc fieri non potest. quod enim necesse est esse non potest non esse. si igitur possibilitas non sequitur necessitatem. erit enim quod necesse est contingens. Possibile nãq̃z et contingens idem valent. negationes possibilitatis siue ea que dicit non possibile esse. siue ea cuius sententia est possibile est non esse. necessitati conueniunt. sed vtrũq̃z impossibile est. quod si hec non sequuntur: sequitur ea que est earum affirmatio. i. possibilitatis. sed hoc quoq̃z fieri non potest vt sepius supra monstrauimus: Hec ergo huiusmodi questio in sequenti ordine ab ipso resoluitur. Nunc autem quoniã questionis supradicte talis sensus est: verba ipsa sermonũq̃z ordo videatur. Ait nãq̃z. Dubitabit enĩ inquit aliquis si illud quod est necessarium esse possibile esse sequatur. i. si necessitati possibilitas consentit. Nam si non sequitur. i. si negat aliquis vt possibilitas necessitatem sequatur: contradictio cõsequitur possibilitatis. Nam quod possibilitas nõ sequitur: contradictio possibilitatis sequitur ea. s. que dicit non possibile eẽ: et pretermisit quod ex his eẽt impossibile. Hoc autem est vt si necessitatem possibilitas non sequatur et contradictio possibilitatis consentiat: sit recta consequẽtia si necessariũ est eẽ non possibile est eẽ: quod est inconueniens. et si quis non hanc dicat eẽ contradictionem. i. si quis neget possibilitatis contradictionem eẽ que dicit non possibile eẽ illud certe necesse est ei dicere quod possibilitatis contradictio ea sit que dicit possibile eẽ non eẽ. sed vtreq̃z false sunt de necesse eẽ. Nam quod necesse est: fieri non potest vt non possibile sit. Et rursus quod necesse est: fieri non potest vt possibile sit non eẽ. Rursus videtur idem eẽ possibile incidi et non incidi. Possibilitas enim affirmationi negationiq̃z cõmunis est. nãq̃z et eẽ et non eẽ potest: quod possibile eẽ dicitur. hoc autem falsum est de necessario predicari. Necessarium nãq̃z si est: non eẽ non poterit: si non est: nulla rõe continget. quod si quis dicat quoniã possibilitas necessitatem sequitur: eadem possibilitas consentit cõtingenti: et erit necesse eẽ continget non eẽ: idest erit contingens id quod necesse eẽ predicatur. Nam si quod possibile est eẽ potest non eẽ. quod autem põt non eẽ contingit vt non sit: non dubiũ ẽ quin si necessitatem possibilitas sequitur: eam sequatur quoq̃z et contingentia. sed contingens possumus dicere in negatione: vt dicatur contingit non eẽ. Est igitur quod necesse est eẽ contingens non eẽ. hoc autem falsum est. atq̃z hic quidem ordo sermonum est vt in alijs fere omnibus perplexus atq̃z constrictus. alias enim similitudo enunciationum: alias id quod deest implicitã reddit obscuramq̃z sententiam. quod si quis Arist. verbis seriem nostre expositiõis annectat: et quod illic propter similitudinem confusum est: per expositionis nostre distinctionẽ ac separationez disgreget: quod vero in Aristotelis sermonibus minus est: hic cõpenset: sententie ratio totius elucebit. Nũc ergo quoniam proposuit questionem: eam continenter exequitur his vbis.

Manifestum est autem quoniam non omne possibile vel esse vel ambulare: et opposita valet. Sed est in quibus non sit verum. et primũ quidem in his que non secundum rationem possunt: vt ignis calefactibilis ẽ: et habet vim irrationabilem. ergo secundũ rationem potestates eedem plurimorum etiam contrariorũ sunt. Irrationabiles vero non omnes: sed quẽadmodum dictum est ignem non est possibile calefacere et non calefacere: neq̃z quecunq̃z alia semper agunt. Alia vero possunt et secundũ irrationabiles potestates simul opposita. sed hoc idcirco dictum est: quoniam non omnis potestas oppositorũ est. neq̃z quecũq̃z secundũ eandem speciem dicuntur.

Cum de possibilis et necessarij consequentia dubitasset cũq̃z si possibilitas necessitati cõsentiret: quod erat incõmodum: vel si possibilitas rursus necessitatem sequeretur: necessitas ipsa cui possibilitas consentiret in se et eẽ et non eẽ susciperet. Nunc incongruentem ambiguitatez ratiocinabili argumentatione dissoluit dicẽs. Non vere illud metuit: ne possibilitas necessitatem consequẽs ipsam naturã necessitatis atq̃z rigorem frangeret: vt id quod necesse eẽt: in contingentiaz permutetur. neq̃z enim inquit omne quod possibile est eẽ et possibile est non eẽ. Sunt enim plura que vnam tñ vim continent: et ad negationem nullo modo sunt apta: vt in his possibilitatibus quas irrationabilis actꝰ efficit. Nam cum sit possibile ignem calefacere: non ẽ possibile vt non calefaciat. Quare hec potestas non potest opposita. Si qua enim potestas opposita potest: illa et non eẽ potest et eẽ et facere et non facere. que vero non potest opposita: vnam rem tñ potest: que affirmationem tñ dat: negationem vero repudiat. Si quis enim ponat possibilitatẽ necessitati consentire: non idcirco iam necesse est ipsam necessitatem in contingentiam verti: cui contingenti. s. possibilitas consentit. Non enim inquit omne possibile vtrũq̃z potest idest et posse esse et posse non esse. Atq̃z ideo nõ omne possibile contingentie consentit. docet autẽ hoc his modis. In his inquit que non secundum rationem possunt: possibilitas que esse dicitur non valet opposita: vt ignem calefacere irrationabile est. nulla enim ratio est cur ignis calefaciat. Omnium nãq̃z que naturaliter fiunt nulla ratio est. ergo hec quorum potestas irrationabilis est non possunt opposita. vt ignis non potest calefacere et non calefacere. Si enim vtrũq̃z possunt opposita possunt. Calefacere enĩ et non calefacere opposita sunt. Cum ergo irrationabiles potestates opposita non habeant agendi facultatem: ille que secundum rationem fiunt ad oppositorum actum poterunt retineri: vt quicquid ex volũtate et rõne susceptũ est ad vtrũq̃z valeat. Medicinã nãq̃z mihi exercere et possibile ẽ et possibile nõ est. Vel rursus ambulare et non ambulare. Quod enim quisquis animi ratione vel appetentia vult: hoc ex ratione venire dicitur. Et in his omnibus illa potestas est que ad vtrũq̃z valeat idem ad affirmationem et negationem vt sit scilz et non sit. In his autem que sunt irrationabilia licet in solis venire possit: vt ea potestas que dicitur: nõ etiã possit opposita: tamen non omnis irrationabilis potestas opposita non potest. vt aqua est frigida et humida est. ergo et frigescere potest facile et humectari: sed eadem permutata in calidam potest frigescendi vim non habere: cum nõ possit humectandi amittere potestatem: dum aq̃ sit. Quocirca non omnis potestas valet opposita. sed valet quidẽ opposita potestas: ea que secundum rationabiles motus valuit. Illa vero potestas que opposita non valet: in solis irrationabilibus inuenitur licet non in omnibus. Sunt enim irrationabiles potestates que vtrũq̃z possunt: velud quod dictũ est de aque frigore. Et tota quidem sententie vis talis est. Nunc quis sit sermonum ordo explicetur. Manifestũ est inquit quoniã non omne possibile vel esse vel ambulare opposita valet. Quod ita dictũ esse manifestum est: non vt putaremus quod omne quod ambulare potest: vel quod eẽ põt: non possit opposita. i. non possit non esse. hoc enim videtur textus ostendere. sed nemo ita intelligat. potiusq̃z sic dictũ videatur. Manifestum est quoniam non omne possibile vt possibile frequenter solemus vsurpare cum dicimꝰ possibile esse ambulare: opposita valet. Neq̃z enim omnis potestas affirmatiõi negatiõiq̃z cõueniat. Sz sunt quedã que vnã tñ possunt: vt supra iam diximus atq̃z hoc agnus

intelligitur si ita dicam? Manifestu[m] est enim q[uonia]m no[n] o[mn]e pos sibile & opposita valet. q[uonia]m .s. possibile frequenter & de esse & de ambulare p[re]dicamus hoc ita cogita[n]s facilius q[uis] ag noscat: quid ipsius textus verba denunciant: cum etia[m] ad miniculari quis debeat obscuris sensibus patientia atq[ue] consensu: quod ad sententiam potius dicentis spectet: & si sermonum ratio ita non habeat. hoc ergo ita constituto ma nifestum est .s. non omnes potestates opposita valere: sed esse quasdam in quibus non sit verum dicere q[uonia]m opposi ta valent: & datur exemplum in his quidem que irratio nabiliter possunt .i. non s[ecundu]m aliqua[m] rationem: quar[um] .s. po testatum reddi ratio non potest: quod ipsar[um] sit natura: vt quoniam ignis calefactibilis est: idcirco de eo ratio reddi non potest. hoc na[m]q[ue] illi naturaliter adest: vt hec quidem ignis potestas non valeat opposita l[icet] sit irrationabilis. Que v[er]o rationabiles sunt & s[ecundu]m rationabilem potestatem ee[dem] plurimorum etiam co[n]trariorum sunt. Nam q[ui]bus ratio dominatur: ad vtraq[ue] opposita natura ipsor[um] apta est: vt eede[m] p[otes]tates sint plurimor[um] que sunt [contra]ria vt si est mihi possibile a[m]bulare: q[uonia]m hoc ex ratione & voluntate fit: sit possibile non ambulare. & est hoc potestatis non vnius sed plurimorum eoru[n]q[ue] contrariorum: l[icet] enim affirmatio & negatio sit quodammodo ambulare & non ambulare: tamen nunc ab Aristotele in contrarij vice disponitur. & hoc quidem in omnibus rationabilibus potestatib[us] pla num est eas plurimorum esse contrariorum & opposita va lere. que v[er]o s[ecundu]m rationem non sunt: l[icet] sint quedam que op posita valeant non tamen omnia. Nam cum aqua frigefa ciendi habeat potestatem quod irrationabile est. Est ei rur sus alia potestas calefaciendi: cum ipsa sit calefacta: sed no[n] in omnibus potestatibus irrationabilibus hoc inueniri potest. Ignis enim (vt dictum est) vnam calefaciendi tantum videtur habere potestate[m]. hoc enim est quod ait. Irrationabiles v[er]o non omnes .i. opposita valent: sed que admodum dictum est: ignem non est possibile calefacere & non: daturq[ue] in omnibus regula que non sint possibilia contrariorum ea .s. que semper vnam rem actu continent: vt ignis semper calet. sol semper mouetur: & cetera huius modi quod per h[oc] ait: quod dixit. Neq[ue] queca[n]q[ue] alia sem per agunt: alia v[er]o possunt quedam opposita: etiam s[ecundu]m ir rationabiles potestates: vt dictum est de aqua. Sed hoc idcirco dictum esse testatur vt cognosceremus nihil eueni re contrariorum: si quis diceret possibilitate[m] necessario co[n] sentire. Cum enim non omnis possibilitas contraria va leret: ea .s. necessitati consentit: que contraria non valet: s[ed] vnam rem semper agit. hoc est enim quod ait. Sed hoc q[ui] dem idcirco dictum est: q[uonia]m non omnis potestas opposito rum est: nec queca[n]q[ue] s[ecundu]m eandem speciem dicuntur q[uo]d ait Nec queca[n]q[ue] s[ecundu]m eandem speciem dicuntur tale est. Non modo omne quod dicitur possibile contrariorum esse non potest: sed etiam ea que sub eadem specie sunt: quedam co[n] traria non possunt: vt ea que sunt irrationabilium. Nam cum omnium irrationabilium in eo quod irrationabilia sunt: vna sit species: tamen ne in his quide[m] inueniri p[otes]t vt in omnibus eadem sit contrarior[um] potestas: vt de igne quod supra dictum est. Nam cum eius irrationabilis sit potestas: non tamen talis est vt ad contraria transferatur. Recte igitur dictum est: q[uonia]m neq[ue] que sub eadem specie sit poterunt omnia contrarior[um] esse potentia. Nam cu[m] ignis potestas cum alijs omnibus potestatibus irrationabili bus sub ea sit specie que irrationabilis est potestas: tame[n] non valet opposita. Atq[ue] hoc q[ui]dem q[uo]d attemperare possit totam questionem: non tamen validissime dissoluere p[re] diximus. Nu[n]c v[er]o maxime diriga[n]t dubitatione[m] ambigui tatemq[ue] constituat: ipse continuata oratione adiicit dice[n]s.

Quedam v[er]o potestates equiuoce su[n]t. Pos sibile enim non simpliciter dicitur: sed hoc q[ui] dem quoniam verum est vt in actu: vt possi bile est ambulare quonia[m] ambulat iam: & om nino possibile esse quoniam i[am] est actu q[uo]d dicitur possibile. Illud v[er]o quod forsitan ageret vt possibile est ambulare quoniam ambula bit: & hec quidem in mobilibus solis est pote stas. Illa v[er]o et in immobilibus. In vtrisq[ue] v[er]o verum est dicere non impossibile esse ambu lare: vel esse: & quod ambulat iam & agit & am bulabile est. hic ergo possibile non est veru[m] de necessario simpliciter dicere: alterum au[tem] dicere verum est. Quare quoniam partem vniuersale sequitur: illud quod ex necessitate est sequitur posse esse: sed non omne.

¶ Quid hec sententia contineret qua[m] nunc Aristoteles proposuit q[ui]nto quidem libror[um] diligenter expressimus & nunc eam breuiter exequamur. Expositio[n]is enim causa doctrineq[ue] hunc s[ecundu]m nobis expositionis summus labor e[st] non augendi pluralitate fastidij. Talis ergo est sententia to ta. Possibili quod frequenter in rebus dicimus non sim pliciter dicitur. Atq[ue] ideo q[uonia]m possibile a potestate tradu ctum est: vt ipsa quoq[ue] potestas equiuocum est. Hoc hinc manifestum est quod quedam possibilitates ad hoc dicun tur non q[uonia]m aguntur: sed q[uonia]m vt agantur nihil impedit: vt si de aliquo sano corpore omnibusq[ue] alijs que impedire poterant remotis sedente dicatur possibile esse ambulare eum: non q[uonia]m ambulat: sed q[uonia]m vt ambulet nihil omnino prohibet. Quedam v[er]o possibilitates ita dicuntur q[uonia]m ia[m] actu sunt atq[ue] aguntur: vt si quis de ambulante homine dicat: possibile esse eum ambulare. atq[ue] ideo ea possibili tas que non s[ecundu]m actum aliquem dicitur: sed s[ecundu]m id q[uo]d pos set agere dicitur eo q[uod] agere non prohibetur a potestate pos sibilitas nominatur. Hec v[er]o que iam agit atq[ue] in actu e[st] actus ipse possibilitas appellat[ur]. Due v[er]o sunt significa tiones possibilitatis: vna que eam possibilitate[m] designat: que est potestate: que s[ecundu]m actum non sit. Altera que ea[m] pos sibilitatem significat que actu sit. Hec au[tem] possibilitas que iam actu est: aut ex potestate ad actum transit: aut semper in actu naturaliter fuit: vt cum homo ex eo quod sedet no[n] ambulat potest ambulare: atq[ue] ideo ex potestate in actum vertitur. Sol v[er]o cum mouetur: nu[n]q[uam] ex potestate in actu[m] vertitur. Neq[ue] enim aliquando hunc motum non egit. Neq[ue] ignis vt nunc non caleret: aliquando non caluit. Ergo ea rursus possibilitas que s[ecundu]m actum aliquem dicit[ur] duas intra se species continet: vnam que talem actu[m] pos sibilitatis designet: que eq[ue] non esse non liceat. & hec dicit[ur] necessaria: nu[n]q[uam] ex potestate in actu[m] vertitur: sed i[n] actu naturaliter mansit: Alteram v[er]o qua[m] liceat & non esse: que s[ed] ex potestate in actum migrauit: & hoc non necessarium cu[m] sit actu: & hec talis possibilitas que ex potestate in actu[m] vertitur: in solis mobilibus est hoc est que moueri possu[n]t hec autem sunt corporalia. incorporalia v[er]o non moueri: q[ui] bus rationibus astruatur paulopost dicemus. Ille v[er]o q[ue] semper in actu proprie nature qualitate manseru[n]t: & i[n] mo bilibus inueniu[n]tur: vt igni calor qui semper actu & nu[n]q[uam] fuerit potestate: & in his que sunt imobilia. hec aute[m] sunt incorporalia & diuina. Quare possibilitas ea que ex pote state in actum migrauit solorum est corruptibilium & cor poralium. Ea v[er]o que semper actu sunt: diuinis corpora libusq[ue] co[m]munis est: vt igitur tota ratio breuiter attinga tur ita dicendum est: possibilitas equiuoca est & multa si gnificans. Est enim vna possibilitas: q[ue] ipsa q[ui]de[m] cu[m] no[n] sit in actu esse possit. Atq[ue] ideo de ea possibilitas p[re]dicat[ur]. Est autem alia que iam est actu. hec autem que iam actu e[st] non equiuoca est: sed genus. habet enim sub se species eam possibilitatem que actu quide[m] est: sed ex potestate mi grauit. Aliam v[er]o que actu est: sed ex potestate non migra uit. Et illa quidem que ex potestate non migrauit ipsa di citur necessaria que nu[n]q[uam] relinquit subiectum. Illa v[er]o q[ue]

ex potestate ad actum transit: sine ulla dubitatione dicitur non necessaria. Idcirco quod poterit relinquere aliquando subiectum: sed de his utrisque .s. que vel in potestate vel in actu possibilitates dicuntur: communis esse poterit predicatio: si dicamus utrasque esse non impossibiles. Nam et qui potest ambulare cum non ambulet et qui iam ambulat verum est de his dicere quoniam non est impossibile eos id agere quod possunt agere vel agunt. Cum vero sub significatione possibilitatis duo sint: una possibilitas que actu non est. Alia vero que actu est. Illa possibilitas que secundum potestatem dicitur necessarie non accommodatur: neque aliquando necessitati poterit consentire. Restat igitur ut sub ea possibilitate necessitas ponatur que actu est: sed ea quoque habet unam speciem: per quam ex potestate in actum migrat: que est non necessaria. Quare nec in hac quidem poni potest necessitas. Restat igitur ut quoniam id quod necesse est esse: nullus negat esse possibile. Sub possibili autem est et ea que potestate esse dicitur. Sed necessitas non ponitur: neque sub ea potestate que actu est et subiectum poterit relinquere: sed ponatur sub eo actu qui subiectum relinquere non potest: ut sic necessitas possibilitas que sit actu et subiectum nunquam relinquat: eo quod ad actum ex potestate non venerit. Species igitur quedam erit necessitas possibilitatis: siquidem illic ponitur ubi est ea possibilitas que actu semper est: quod si speciem sequitur genus: et ubi est species genus deesse non potest sequitur speciem suam .i. necessitatem generi proprium .i. possibilitas: sed non omne. Ea vero possibilitas necessitatem non sequitur que potestate tantum est non etiam actu: neque ea que cum sit actu relinquere subiectum potest: sed ea tantum que cum actu sit nunquam poterit alibi subiecto discedere. Sequitur ergo possibilitas necessitatem nihilque evenit impossibile: sed ea ut dictum est que in actu sit: et nunquam in subiecto natura esse desistat. Et totus quidem sensus huiusmodi est. ratio vero verborum ita constabit. Quedam vero inquit potestas equivoce sunt: sed hoc idcirco dictum est quoniam non omnis potestas equivoca est. Est enim potestas que ut genus sit ea .s. que secundum actum predicatur. Quemadmodum autem quedam potestates equivoce sint exequitur dicens. Possibile enim non simpliciter dicitur: et hoc particulariter: sed hoc quidem quoniam verum est ut in actu: ut possibile est ambulare: quoniam iam ambulat et omnino possibile est esse: quoniam iam est actu quod dicitur possibile. Hoc planius nihil poterit demonstrari quam si illud possibile dicatur: quod iam agitur. Quod si quis possibile esse negat: hoc ait et fieri atque esse dicit quod impossibile est: sed hoc omnem modum rationabilitatis excedit. Aliam vero partem significationis possibilitatis hanc dicit. Illud vero quod fortasse agit et dat huius exemplum ut possibile est ambulare quoniam ambulabit. Non ergo quod iam agit: sed quod fortasse aget .i. quod ut agat fortasse nihil prohibet. Et hoc quidem inquit in mobilibus solis est potestas. hec .s. potestas que potestate dicitur non secundum actum. Mobilia vero ut dictum est sola corpora dicit. Illa vero .i. que actu est: et in immobilibus. atque ideo addidit hoc cum dicit et in immobilibus: ut non suspicemur in solis esse divinis actus possibilitatem: sed etiam in mortalibus atque corporeis. In utrisque vero verum est dicere: non impossibile esse ambulare vel esse quod ambulat iam et quod agit et ambulabile. In utrisque inquit significationibus una predicatio poterit convenire: ut dicamus non esse impossibile vel ambulare quod iam ambulat: vel ambulare quod potest ambulare et non ambulat: quod per hoc ait quod dixit ambulabile. Ambulabile enim est quod non quidem ambulat possit tamen ambulare. his addit. sic igitur possibile non est verum de necessario simpliciter dicere .i. sic possibile quemadmodum equivoce possibilitas predicatur: non est verum de necessario simpliciter et universaliter atque omnino predicare: hoc est non omne possibile necessario consentire. Alterum autem .i. possibile verum est hoc est de necessario predicare. Illud .s. quod secundum actum dicitur immutabile. Quare quoniam partem suam .i. speciem .i. id quod est universale .i. genus sequitur illud quod ex necessitate est: quod .s. species est possibilitatis: sequitur posse esse .i. possibilitas: sed non inquit omne. Nam illa possibilitas que in actu predicatur et relinquere subiectum potest non sequitur necessitatem: sed ea tantum que cum in actu sit neque ex potestate in actum venit neque poterit subiectum relinquere: Atque hec quidem que Aristoteles dixit huiusmodi sunt. Que vero nos distulimus ut doceremus immobilia esse divina. Mobilia vero sola corpora vocari brevissime demonstrandum est. Sex motus species esse manifestum est: sicut in predicamentorum libro Aristoteles digessit: quamquam hoc in physicis permutaverit: sed nunc ita ponamus tanquam si omnino sex sint. Si secundum nullam motus speciem moveri divina atque incorporalia ratio declaraverit: ordine continuatur non moveri divina. Ergo que neque generantur neque corrumpuntur neque crescunt: neque minuuntur: neque de loco in locum transeunt: quippe que plenitudine nature sue ubique tota sunt: nec de deo aliquid intelligi fas est: nec rursus aliquibus passionibus permutantur. Quod si secundum nullum horum motuum divinarum rerum permutabilis est natura: manifestum est ea omnino non esse mobilia atque sex motus hos solis corporibus evenire. Atque hec quidem de pluribus que de ea re possunt dici rationibus atque argumentis libasse sufficiat. Nunc quoniam Aristoteles consentire necessario possibilitatem non omnem docuit: et que ei conveniret expressit. Rursus de ipsorum consequentia et quid primo et quid posterius poni debebat memorie subiicit dicens.

Est quidem fortasse principium quod necessarium est et quod non necessarium est omnium vel esse vel non esse et alia quemadmodum horum consequentia considerare oportet. Manifestum est autem ex his que dicta sunt quoniam quod ex necessitate est secundum actum est. Quare si priora sunt sempiterna: et que actu sunt potestate priora sunt. Et hec quidem sine potestate actu sunt: ut prime substantie. Alia vero sunt actu cum possibilitate: que natura priora sunt: tempore vero posteriora. Alia vero nunquam sunt actu: sed potestate solum.

Postquam de possibilis et necessarii consequentia quod videretur exposuit: hec ad emendationem quodammodo superioris ordinis apponit. Et quoniam superius alibi possibili inchoans ceteras omnes propositiones ad possibile et contingens et ad eorum consensum reduxit. Nunc hoc rationabiliter mutat: ut non potius alibi possibilitate inchoandum sit: sed alibi necessitate. Nam si quis advertat diligentius superiorem descriptionem: primo positum est possibile et contingens: et ad eadem cunctorum sensus relatus est. Nunc hoc permutandum videtur. Dixit enim fortasse hoc esse rectius ut magis propositionum consequentia alibi necessariis inchoetur. Est autem totus sensus huiusmodi. Quoniam inquit necessaria sempiterna sunt: que autem sempiterna sunt: omnium aliorum que sempiterna non sunt principium sunt: necesse est ut id quod necessarium est ceteris omnibus prius esse videatur: ergo consequentie quoque eodem modo faciende sunt: ut primum quidem necessitas: post vero possibilitas et cetera proponantur: sintque consequentie hoc modo.

Necesse esse	Non necesse esse
Non possibile non esse	Possibile non esse

Videsne igitur ut primo quidem necesse esse et non necesse esse propositum sit: secundo vero loco ad necessitatis cetera consensum consequentiamque relata sint. Hoc est ergo quod dixit fortasse principium quoddam esse omnium vel esse vel non esse id quod esset necessarium: ut alibi necessario speculandarum propositionum principium sumeretur quod esset aliarum propositionum vel non esse secundum consequentiam consensum constitueret: et quoniam prius positum est necesse esse huic consentit ea que dicit. Non possibile non esse. Illius ergo propositionis que dicit non esse possibile ut non sit: que .s.

non esse denunciat. Tollit enī possibile qḋ modus est p̄ncipiū est necessitas: cui sine vlla dubitatione ꝯsentit: ⁊ rursus qm̄ ei quę dicit non necesse esse consentit ea quę dicit possibile esse non esse huius ꝑpositionis quę aliquid esse constituit. i. possibile p̄ncipium est ea propositio quę dicit non necesse esse: Ergo siue affirmatiue necessitas ꝑponat̄ siue negatiue videt̄ quoddam p̄ncipium esse cęterorū: et cętera velut his. i. necessarijs consentientia iudicari oportere. Et hoc est qḋ ait. et alia quēadmodū ista consequentia considerare oportere. Cur aūt illud eueniat ꝯsequent̄ ostē dit dicēs. Qm̄ ea quę necessaria sunt actu sunt: vt frequēter supra monstratū est. Ea vō quę necessaria sunt sempiterna sunt: quę vō sempiterna sunt priora sunt his quoꝝ sunt huiusmodi p̄tātes quę in actu nondum sunt. Manifestum est qm̄ ⁊ quę actu sunt ⁊ ex potestate ad actū non venerunt priora sunt: sed de eo actu loquimur qui ex p̄tāte ad actum non venit: sed semper actu ꝓprię naturę constitutione ꝑmansit: vt cum ignis calet vel sol mouet̄ et cętera huiusmodi ita sunt vt actū nunq̄ relinquerint neq̄ ab his actus abfuerit aliqn̄: neq̄ ex p̄tāte ad hunc venerint actum: Qm̄ ergo huiusmodi fuerunt vt semp essent: quę aūt semp sunt ea oībus sunt priora: erunt etiam potestate s̄m ꝓpriam naturā p̄ora: sed quę priora sunt semp sempiterna sunt. ⁊ rursus eadem necessaria sunt actu ⁊ necesse ē: vt ea quę actu sunt his quę sunt p̄tāte p̄ora sint. Post hec fit reꝝ diuisio ab Aristotele hoc modo. Rerum alię sunt actu semp qui ex p̄tāte non venerit: ⁊ illę sunt quaꝝ nullę sunt p̄tātes: sed semp in actu sunt. Alię vō quę ex p̄tāte i actum remigrauerunt: quaꝝ quidem substantia ⁊ actus s̄m tempus posterior est p̄tāte. natura vō prior. In omnibus enim illud qḋ est actu prius est ⁊ nobilius q̄ȝ id qḋ p̄tāte est. Illud enim qḋ p̄tāte est adhuc ad actum festināt ⁊ ideo ꝑfectio quędam actus est: p̄tās vō adhuc quiddā est imꝑfectū: qḋ tunc ꝑficitur cū ad actum aliqn̄ ꝑuenit. Qḋ aūt ꝑfectum est eo qḋ est imꝑfectū generosius ⁊ p̄us esse manifestū est. Nam si res quę ad actuȝ suum ex p̄tāte venerūt prius fuerunt p̄tāte. post vō actu: ergo actus eaꝝ rerū posterior est p̄tāte si ad tempus referamus. p̄or vō eadē potestate si ad naturam: ⁊ hoc est qḋ ait. Alias res esse q̄ cuȝ possibilitate sunt ⁊ actu sunt: sed actum p̄tāte t̄p̄e quideȝ posteriorem hn̄t: natura vō p̄orem. Quasdam aūt res esse in q̄bus sola p̄tās sit nunq̄ actus: vt numerus infinitus Crescere enim numerus p̄ōt in infinita. Quicūq̄ vō numerus dictus sit vel centū vel mille vel decēmilia et cęteri finitus esse necesse est: ergo actu numerus nunq̄ est infinitus. Qm̄ vō p̄ōt in infinita concrescere. idcirco soluȝ p̄tāte est infinitus. Eodem quoq̄ modo ⁊ tempus. Quātūcūq̄ enim tempus dixeris finitum est: sed qm̄ tempus p̄ōt in infinita concrescere: idcirco dicimus tempus esse infinituȝ qḋ p̄tāte sit infinitum non actu. Nihil enim actu poterit esse infinitū. Qḋ aūt sup̄ adiecimus quę semp actu essent primas esse s̄bas non ita putandum est. Primas enī s̄bas dicere quēadmodū in categorijs vbi primas s̄bas indiuiduas dicit. hic aūt p̄mas s̄bas quę semp actu sunt: idcirco noiat quia vt dcm̄ est quę semp actu sunt p̄ncipalis cęterarum rerum sunt: atq̄ ideo p̄mas s̄bas eas esse necesse est.

Utrum autem contraria sit affirmatio negationi an affirmatio affirmationi ⁊ oratio orationi quę dicit quoniam omnis homo iustus est ei quę est: nullus homo iustus est: an omnis homo iustus est ei quę est omnis homo iniustus est: vt Callias iustus est. Callias iustus non est. Callias iniustus est: quę harum contraria est.

¶ Post ꝑpositionū consequentias ꝑtractatas ⁊ eas sub tili inq̄sitione dispositas: illḋ exorit̄ ingrendū: qḋ magnā vtilitatem ita p̄fert: vt quātum in eo vtilitat̄ sit prima quoq̄ fronte legentiū mentibus ingerat̄. Nam cū sit manifestū qm̄ affirmatōeȝ opposita negatio semp oppugnet maximeq̄ ꝑimat vlem affirmationē vlis negatio: qm̄q̄ non ignorat̄ qḋ affirmatio ꝑuatoria quę cōtrariū affirmat ipsi quoq̄ cōtrarij ꝑimat ꝑpōnem. Queritur quę magis ꝑimat magisq̄ oppugnet affirmatiuā vtrūne ea quę vlis negatio est: an ea quę contrarij vel ꝑuatiōis affirmatio. sit enim positum hanc esse affirmationē: quę ꝑponit. Omnis homo iustus est. hanc ergo duę ꝑimunt ꝑpōnes ⁊ vlis scȝ negatio quę dicit qm̄ nullus homo iustus est: ⁊ ea quę ꝑuationē iustitię p̄dicat affirmando ea. s. quę dicit. oīs homo iniustus est. Affirmatio igit̄ quę ꝑponit. omnis homo iustus est ꝑimit̄ ⁊ a negatiōe propria vli: quę dicit. nullus homo iustus est: ⁊ ab affirmatione ꝑuatoria q̄ proponit. oīs homo iniustus est. Cū igitur ab vtraq̄ ꝑimatur: quę aūt ꝑimit̄ ei quę eam ꝑimit videt̄ esse contraria: qm̄q̄ vt dcm̄ est a duab᷒ ꝑimitur: ⁊ duę vnius contrarię esse non p̄n̄t: quę duaꝝ ꝑpositionū quas supra memorauimus. i. negōnis vlis et ꝑuatorię affirmatiuę contraria sit vli affirmationi superius cōp̄hense querendum est. In qua re q̄ȝ sit vtilis questio nullus ignorat q cogitat: quia nisi hoc ab Aristotele questum enodatumq̄ esset magna foret dubitatio an illud reciperet̄: vt duo vni us possent esse cōtraria: qḋ manifeste fieri non p̄ōt. Nam cum duo vnam rem ꝑimant: quis esset qui dubitaret aut vnam rem duabus opponi: aut duabus vnam rem ꝑimētibus queri oportere quę magis eaꝝ videret̄ cōtraria. Cōtrarias autem dicimus: non s̄m eum modum quē Arist. in p̄dicamentis explicuit: sed tm̄ ad id qḋ res rem vel ꝑpositio ꝑimit ꝑpōnem: vt quasi hoc modo queraṫ. Affirmatio vlis s̄m quā magis ꝑimit̄: vtrūne s̄m eaȝ quę vlis est negatio aut s̄m eam quę vel priuationem p̄dicat vel quodlibet aliud qḋ ex ipsa oppositione vim cōtrarij representet. vnde etiam illud latere non oportet vli esse dubiū inter vlem affirmationem ꝑuatoriam: ⁊ vlem negōnem: quę esset opposita cōtrarię. Supra enim iam dcm̄ est affirmationi vli negōnem vlem esse contrariam. Sed hic vt dictū est: non hoc dicit̄: sed illḋ potius: quę magis ꝑimat rem. Nam quę magis ꝑimit ea prope modū videbitur eē magis ꝯria. Atq̄ ideo nō solū de vniuersalib᷒ ꝑposuit sed ne suspicaret̄ quis qḋ illam cōtrarietatem diceret quā vel in p̄dicamentis loquutus est: vel rursus supra cuȝ de vli affirmatione ⁊ negatiōe loqueret̄: de particularib᷒ adiecit: quibus non erant contrarię affirmatio ⁊ negatio. Nam si recte superius cōp̄hensa meminimus affirmatō vlis ⁊ negatio vlis cōtrarię esse dicebant̄. Nec solum hoc sed etiam s̄m iustum ⁊ iniustum cōstituit questionē quod habitus ⁊ priuatio potius est q̄ȝ vlla ꝯrietas. Quare vt diximus intelligendum est esse nunc in questione: quę ꝑpositio quā ꝑpōnem ꝑmę efficaciusq̄ destruat ac ꝑimat. huis inquirendę rei ratio existe hoc modo.

Nam si ea quę sunt in voce sequuntur ea quę sunt in anima: illic autē contraria est opinio cōtrarij: vt omnis homo iustus est: ei quę ē omnis homo iniustus: etiam in his quę sunt i voce affirmationibus necesse est similiter sese habere. Quod si neq̄ illic contrarij opinatio cōtraria est: nec affirmatio affirmationi contraria erit: sed ea quę est dicta negatio. Quare cōsiderandum est: quę opinatio vera falsę opinationi contraria est: verum negationis an certę ea quę contrarium esse opinatur. Dico auteȝ hoc modo. Est quędam opinatio vera boni: quoniam bonum est: alia vō falsa quoniā non bonum est. Alia vō q̄ malum est: quę nā ergo harū contraria est verę: ⁊ si est vna: s̄cdm̄ quā contraria.

¶ Hec est inuestigatio que magis sit vniuersali affirmationi contraria: vtrum ne priuatoria vniuersalis affirmatio an vniuersalis negatio. Hinc sumitur quod omnis fere proprietas: quam in vocibus necesse euenire est: ex opinionibus venit quas voces ipse significant. Quod igitur querendum in vocibus est: hoc prius est in opinionibus perspiciendum. Neque enim fieri potest vt cum vocum significationes ex opinionibus veniant: quas .s. voces ipse significant: non prius proprietates vocum in opinionibus reperiantur. Requirendum igitur est quemadmodum se ista in opinionibus posita habeant: vt quod in his fuerit repertum: ad voces rationabiliter transferatur. Queratur igitur prius in opinionibus hoc modo. Si opinio priuatoria vniuersalis affirmationis magis est contraria opinioni simplicis vniuersalis affirmationis quam opinio vniuersalis negationis: manifestum est quoniam priuatoria vniuersalis affirmatio magis perimit vniuersalem simplicem affirmationem quam vniuersalis negatio. Quod si illud magis non reperit: quod opinio vniuersalis negationis opinionem vniuersalis affirmationis magis perimat potius quam opinio priuatorie affirmationis. Constat quod vniuersalis negatio magis contraria est vniuersali affirmationi potiusque priuatoria affirmatio. Hoc autem vt inueniatur: ita faciendum est: ponatur opinio quedam vera: contra eam due false: quarum vna affirmatio sit priuatoria: altera vniuersalis negatio. De duabus igitur falsis quam mendaciorem esse inuenit: eam dicimus vere opinioni magis esse contrariam. Sint igitur tres opiniones vna vera due false, et sit quidem vera hec que id quod bonum est bonum esse arbitratur: ea .s. quam dicit Aristoteles opinionem esse boni quoniam bonus est. falsa vero vna que quod bonum est bonum non esse dicit: ea est quam dicit Aristoteles falsa boni quoniam non bonum. Reliqua que id quod bonum est malum esse arbitratur ea est que ab Aristotele dicta est opinio boni quoniam malum est. Ex his igitur tribus vna vera duabus falsis querendum est: que magis sit contraria vere: sed quia contingit sepe et negationem et priuationem vnum significare in his presertim contrariis in quibus nulla medietas inuenitur. Addit et si est vna: secundum quam contraria. Hoc autem huiusmodi est. In his contrariis in quibus nulla medietas est: idem negatio valet quod etiam priuatio. In his vero in quibus est quedam medietas affirmatio priuatoria et negatio non eiusdem significationis sunt. Age enim sint huiusmodi contraria que sint immediata genitum esse et ingenitum esse. In contrariis igitur immediatis idem priuatoria affirmatio quod negatio valet. In his autem que medietatem habent non idem. Neque enim equum est dicere quelibet illum esse malum: et rursus non esse bonum. Nam cum bonum negatur potest aliquid medium audientis animus suspicari. Cum vero malum ponitur tota audientis suspicatio in contrarium reiecta est. Atque ideo non idem significant: sed quia sepe (vt dictum est) priuatio vel contrarietas negationi consentit: quotiens tales quedam propositiones reperiuntur in quibus nihil negatione differt priuatoria affirmatio: querendum est vt Aristoteli videtur secundum quam potius propositionem vel opinionem vere affirmationi vel opinioni contraria propositio vel opinio fiat. Quamquam enim interdum idem significent alio tamen modo ipsis propositionibus vtimur. Nam qui negationem ponit: id quod est dicit non esse: qui vero priuationem id quod non est dicit esse. Cum igitur diuersum initium et diuersa intentio quodammodo sit propositionum sub eadem significatione: et que earum magis vere propositioni contraria sit: et secundum quem motum animi magis vera propositio perimatur querendum est. Hoc est enim quod ait: et si est vna secundum quam contraria. Non enim dicit quod omnino negatio et priuatio vnum sunt: sed in his in quibus idem sunt: hoc est in immediatis contrariis et que idem significant: quoniam non secundum vnum motum animi, vnam significationem dicunt: qui contrarium vel priuationem ponunt: et qui negationem secundum quam contraria magis est propositio: vtrum ne secundum eam que priuationem ponit: an secundum eam que negationem. Post hec quemadmodum sit contrarietatis natura designat.

Nam arbitrari contrarias opiniones definiri in eo quod contrariorum sunt: falsum est

Boni enim quoniam bonum est: et mali quoniam malum est eadem est fortasse opinio et vera siue plures siue vna sit. Sunt autem contraria ista: sed non in eo quod contrariorum sunt contraria: sed magis in eo quod contrarie.

¶ Sensus quidem breuiter expeditus: sed summa rationis veritate contextus est. Cum enim de contrariis disputat quemadmodum contrarie opiniones esse possint prima fronte disponit. Arbitrabantur enim quidam contrarias esse opiniones que de contrariis aliquid arbitrarentur: sed hoc falsum esse conuincitur. Neque enim si bonum et malum contrarium est: et aliquid de bono et malo opinetur mox necesse est: vt contrarietas subsequatur. Age enim quilibet de bono opinetur quoniam bonum est: rursus de malo opinetur quoniam malum est. Cum igitur idem de bono et malo opinetur: illud quoniam bonum est: hoc quoniam malum: tamen contrarie opiniones non sunt. Neque enim contrarium est opinari id quod bonum est bonum esse: et id quod malum est: malum esse: vtreque enim vere sunt. Opinionum autem contrarietas veritate et falsitate agnoscitur. Hoc autem modo huiusmodi opiniones contrarie esse possunt: que de eadem quedam modo affectione animi proficiscuntur .i. opiniones cognoscentes quicquid quod vere est. Non igitur si quis contrariorum aliquam opinionem habeat: et quicquid de contrariis arbitretur: statim necesse est subsequi in opinionibus contrarietatem: ergo non est contrarietas opinionum in ea arbitratione que contrariorum est vel que de contrariis habetur. Sed potius contrarietas in opinionibus tunc fit: quotiens de vna eademque re contrarie quis opinatur: vt quelibet res sit proposita bona: de ea si quis contrario modo opinetur quoniam bonum est de eadem rursus quoniam malum est: opinio que id quod est bonum bonum esse putat. vera est: Altera vero que id quod est bonum malum esse arbitratur: falsa est. Vera autem et falsa contrarie sunt. Recte igitur has opiniones: quas veritas falsitasque disiungit contrarias esse dicimus: et si non contrariorum sunt: sed de vna eademque re per contrarietatem dicte. Recte igitur dictum est non oportere definire contrarias opiniones in eo quod contrariorum sunt: sed potius in eo quod de eadem re contraria suspicentur. Ordo vero sermonum talis est. Nam arbitrari inquit contrarias opiniones definiri in eo quod contrariorum sunt .i. in eo quod quedam de contrariis opinentur falsum est. Quomodo autem falsum sit ipse declarat. Boni enim quoniam bonum est: et mali quoniam malum est: eadem fortasse est idest non sibi sunt contrarie opiniones: sed vereque idem sunt. Quemadmodum autem idem sint ipse subiungit dicens et vera. Idcirco enim idem sunt: quia vere sunt. Contrarietas autem in veritate vt dictum est et falsitate est posita. Quare si consentiant idem in veritate et in falsitate esse videbuntur. Nec hic numerositas impedit. Siue enim plures siue vna sit: in eo quod vere sunt idem sunt. Sunt autem inquit ista contraria .i. que in opinionibus versantur: sed non in eo quod vel contrariorum sunt vel de contrariis arbitrantur contrarie opiniones inueniuntur: sed ipsorum contrarietas inde nascitur: quod de vna re contrario modo opinantur. hoc est quod ait. sed magis in eo quod contrarie. Hic autem contrarie aduerbij loco positum est tanquam si diceret. sed magis ea re contrarie sunt quod contrarie opinantur: et subintelligimus de vna .s. re. Si enim de vna re non contrarie opinentur: sed de pluribus poterunt non esse contrarie. Quod facile cuncta perspiciens vnusquisque reperiet.

Si ergo est boni quoniam est bonum opinatio. alia vero quoniam non est bonum. Est vero quoniam aliquid aliud est: quod non est neque potest esse. Aliarum quidem nulla ponenda est: neque quecunque esse: quod non est: opinantur: neque quecunque non esse quod est. Infinite enim vtreque sunt: et que esse opinantur quod non est et que non esse quod est. sed in quibus est fallacia. Hec autem sunt ex his ex quibus sunt et generationes. ex oppositis vero generationes

quare etiam fallacie.

¶ Validam quidē sententiā breuissimis sermonib⁹ clausit: cuius ut breuiter dicendū sit hec vis est. Qui de contrarietate propositionū nosse quererbat: debebat prius que propositionū esse infinite constituere: atq3 ad eā vnam contrarietatis aptare. In omnib⁹ enī contrarijs vnū vni contrariū est. Si autē sit quedā in propositionib⁹ infinitas: ille tota infinitas propositionū vni propositioni cōtraria esse nō poterit. Hoc sumendo totū textū argumentationis ingredit. Atq3 non solū expectari oportet in propositionib⁹ quod falsa vere sit cōtraria. sed quod inter oēs falsas. illa falsa sit vere cōtraria: que vna est et nō infinita. Possunt autē esse infinite propositiōes et false: potest vna tantum earum quarū falsa. que vere cōtraria esse iudicabitur ponenda est. Volens ergo constituere quoniā negatio potius cōtraria sit affirmationi. quā affirmatio que contrariū ponit. hoc dicit. Potest inquit esse opinatio quedā que id quod est de vnaquaq3 re esse opinet. Est etiā alia que id quod nō est rem ipsā esse arbitret. Est autē alia que id qd̄ secū habet res illa proposita non eā3 habere putet. Est rursus alia que id quod est res ipsa: nō eā id esse arbitret. Ut autem hoc per paginā luceat: exemplū sumpsit ppositū de quo opinaret aliquis id quod est bonū. Si quis igit hoc bonū bonum esse opinet vere opinabit. Rursus si quis hoc esse bonu3 quod nō est bonū putet false opinabit: ut si quis arbitret quoniā bonū ledit: quoniā inutile est: quoniā bonū iniustum est. his eī de bono opinabitur que nō sunt: et hoc falsum est. Rursus qui id quod in se habet bonū nō habere arbitrat: his opinabit hoc modo. bonū non est vtile. bonum nō est iustū. bonū non est expetendū: et his quoq3 fallitur. Quod si quis sit qui hoc ipsū quod est bonū non esse bonū arbitret. ut nō putet bonū neq3 malū esse id qd̄ non est: neq3 expetendū esse id qd̄ in se hab3: sed id quod est ipsū bonū. i. ipsam boni essentiā ita arbitret bonū non esse bonum. Cetere igit omnes opiniones infinite sunt. Possumus enī p multa colligere falsa que cū non sint de vnaquaq3 re ea tamē esse dicamus: ut in eo ipso bono possum dicere quoniā malū est. possum quia turpe: quia iniustū: quia vitabile. quia periculosum est. et cetera quecūq3 in bono nulla inuenies et hec sunt infinita. Rursus possum dicere ea q̄ habet bonū nō esse in bono: ut si dicam bonū nō esse vtile bonū non esse expetendū: bonū nō esse qd̄ auget. atq3 hec quidē rursus infinita sunt. Sed quando id qd̄ est aliqua res auferre opinio hoc facere nisi semel nō potest. Neq3 enī aliqua p id esse possunt: si quod bonū est nō esse bonum arbitret: ergo cetere quecumq3 aut id quod nō est esse arbitrant: aut id quod habet in se bonū non habere arbitrant false sunt: sed in infinitū. Bonū autē nunc ita vsurpat: tāquā si dicat bonitas. Si quis autē ipsam bonitatē non esse bonā arbitret. his et falsus est et definito modo falsus est. Sed in falsis que definita sunt et vna numero: ea magis et proxime veris vident esse contraria. vna enī res semp vni rei est contraria. Quocirca hec sola magis cōtraria est que negat id quod est potius q̄3 ea que negat vel id quod in se se habet: vel affirmat quod in se non habet. Hoc autem ut cancaret non recto sermone vsus est: sed ad quandā aliā orationē detorsit. que res confusionē non minimā fecit. Na3 cum dixisset nō debere nos illas potius ponere cōtrarias vere opinioni que infinite sunt subiunxit: illud quod ait: sed in quib⁹ est fallacia. he autē sunt ex his ex quib⁹ sunt et generationes. hoc autē talez sententiā claudit. inquit opiniones veris opinionib⁹ opponendū esse cōtrarias in quibus principiū est fallacie. Fallacie autē ex his nascunt: ex quib⁹ etiā generatiōes. generationes autē in oppositis inueniuntur hoc autē tale est. Omnis generatio et permutatione eius qd̄ fuit surgit: nisi. n. id qd̄ fuit: prius esse desierit non potest esse generatio. Omne enī quod gignit in alia3 quodammodo formā substantie permutat. Ergo cū nō fuerit id quod futurum gignit et est quodā aliud q̄3 fuerit: et qui fallitur id quod est quelib3 res non esse arbitrat. Nam qui quod bonū est malū esse putat fallitur: sed fieri aliter nō potest: ut sit malū nisi non sit bonū: et de ceteris eode3 modo. Fallacia igitur est et principiū fallacie: cum quis id quod est aliqua res non eā esse arbitrat. Hec autē fallacia ex his est ex quib⁹ sunt generatiōes. Omnis enī generatio ut dixi: ex detrimento surgit: ut quod fit dulce nō fit ex albo: sed ex non dulci. Et rursus qd̄ fit album non fit ex duro: sed ex non albo. et cetere generatiōes ex generationib⁹ potius p̄ fiessunt: et est prima inde fallacia. Quod si ibi prima fallacia ex quib⁹ sunt generatiōes: vbi integerrima fallacia est et proxima vere opinioni. Non hec autē nisi in oppositis reperiuntur: hoc est in affirmationibus et negationibus: dubiū non est quin negationis opinatio magis cōtraria sit ei opinioni. que cōtrariū aliquid in arbitratione confirmat. Et sensus quidē huiusmodi est: verba autē sese sic habēt. Si ergo inquit est boni quoniā bonum est: opinatio que falsa vera est. Est autem quoniam non bonū est: que falsa est ac definita. Est vero quoniam aliquid aliud est: quod nō est neq3 potest esse. i. ea que id esse slenbit qd̄ nō est: alterum quidem omnium nulla ponenda est: neq3 quecūq3 esse qd̄ non est opinat. i. que id quod non est res pposita: eam esse putat: neq3 quecūq3 non esse quod est. i. neq3 ea que id qd̄ habet res pposita in opinionibus negat. Cur autem ille non opinant cōtrarie docet hoc modo. Infinite enī inquit vtreq3 sunt: et que esse opinantur qd̄ non est: et que nō esse quod est. sed que magis ponēda est. In quibus est inquit fallacia. i. id quibus principium fallacie est. Principiū autem fallacie vnde ducatur. ex his ducit ex quibus sunt et generationes. vnde aūt sunt generationes: ex oppositis. Omnis enim vt dictu3 est generatio ex eo quod non est id quod fuit quod. s. ad negationē3 vergit. Quare inquit etiā fallacia et principium fallacie in oppositis inuenit: vbi etiā generationes: ex quibus est ipsa fallacia.

Si ergo quod bonū est et bonū et non malum est: et hoc quidem sc̄dm se: illud vero secundū accidēs. Accidit enim ei malū nō esse magis autē est in vnoquoq3 vera que sc̄dm se est. etiam falsa siquide3 et vera. ergo ea que est quoniā non est bonū quod bonū est eius que sc̄dm se est falsa est. Illa vero que est quonia3 malū: est eius que est sc̄d3 accidēs. Quare magis erit falsa de bono ea que est negationis opinio q̄ ea que est contrarij.

¶ Licet hec omnia priore continentie cōmentario diligentissime explicuerimus: ne tū certa expositio huius libri esse videat hic quoq3 eadē repetentes explicabimus. Est nāq3 ingressus huius argumentatiōis talis. Si inquit vera posita ppositione plures sunt: que eam perimūt false: illa inter eas vere propositioni magis erit cōtraria: quecumq3 magis est falsa. Querendū igitur est: que inter plures falsas propositiones magis falsa sit: vt ea vere propositioni magis videat esse cōtraria. hoc aūt per veritatem ducendū est. Nam cum vere et per se aliquid dici possit: et per accidens: illud enī maxime veritatis naturam tenet: quod sc̄dm rem ipsam dicit potius q̄3 qd̄ sc̄dm accidens venit: vt si quis de bono opinet: quoniā bonum est: hic sc̄dm rem ipsam veram opinionem habet. Sin quis vero arbitretur quoniā bonū vtile est: verum quidem opinabit: sed ista veritas de bono per accidens fit boni. Accidit enim bono vt vtile quoq3 sit. Quare illa que bonum bonū esse arbitrat per se vera est. i. sc̄dm ipsam rem vera est. Illa vero que id quod bonū est vtile esse opinat per accidens boni vera est. In quā rem propter quod nature bonitatis est ea que id quod bonū est: bonu3 esse arbitrat: quam ea que id quod bonum est: vtile quoq3 sit: verior est illa que sc̄dm ipsam rem vera est: potius q̄3 que est sc̄dm accidens vera esse videatur. His igit ita con

stitutio ꝛ de falsitate idem dicendum est. falsa enim ppositio que illi vere contraria est: ea que sc̄dm se est magis falsa est: q̄ȝ ea que eam verā perimat. que s̄m accidēs est. Nã si verior est ea que de ipsa natura rei verū aliquid opinat: illa erit magis falsa que perimit veriorē: quod si illa q̄ȝ sit vera minus tamē quia de rei accidenti p̄nūciat: minꝰ quoqȝ illa erit falsa. que minus veriorē perimit. His igit ita constitutis videamꝰ nunc quēadmodū se in his habent opinionibus vel propositionibꝰ de quibꝰ nūc tractat̄. idēȝ igitur sit exemplū ut supradictū est. id quod bonū est: ꝛ bonum est: et non malū: sed quod bonū est: sed ipsam rem est Quod vero malū non est: accidit ei. nam id quod bonū est p naturā bonū est. quod vero malū nō est sc̄do loco ꝛ quasi accidenter est. Ergo opinio de bono quoniā bonū est: verior est propinquioqȝ nature ea opinione que est de bono: quoniā malū non est. Si igit ita est: et ea que veriorē opinionē perimit: magis falsa est: quā ea que verū: que q̄ȝ vera sit minus tamē est vera: manifestū est quoniā negatio magis falsior est q̄ȝ affirmatio: q̄ contrariū ponit. Nam negatio dicit nō est bonū quod bonū est. affirmatio vero malū esse quod bonū est: negatio que est nō esse bonū quod bonū est Illam sc̄dm se opinionē verā perimit: que dicit bonū esse quod bonū est. Illa vero affirmatio contrarij q̄ est malū esse quod bonū est: illā opinionē perimit verā que de bono s̄m accidens est. i. non malū eē quod bonum est. Constat igitur magis falsam eē opinionem que dicit non eē bonum: quod bonū est potius q̄ȝ ea que opinat̄ malū eē quod bonū est. Quod si est falsio: magis contraria magis igitur cōtraria est negationis opinio q̄ȝ contrarie affirmationis. Expedito igitur sensu verba ipsa demonstrāda sunt. Si ergo inquit qd̄ bonū est sit bonū et non sit malū et hoc quidē s̄m se. i. ut quod bonū sit: bonum eē dicatur. Illud vero s̄m accidens. hoc est quod bonū est: ut malum non sit. Accidit enim ei malū non eē. magis autē in vnoquoqȝ est vera: que s̄m se est. Nam qd̄ sc̄dm vniuscuiusqȝ naturā est propinquiꝰ est ei rei: qui est s̄m naturā. Quocirca et veritas s̄m rem: quia rei proxima est: verior est: q̄ȝ ea que s̄m accidens est. hoc est enī quod ait. Magis autē in vnoquoqȝ est vera que s̄m se est: qd̄ si hoc ita est etiaȝ falsa id est etiā illa falsitas est magis falsior q̄ȝ illaȝ perimit opinionē vel propositionē: que s̄m se vera est. Siquidē illa s̄m se vera: verior est q̄ȝ que s̄m accidens rei vera est. hoc est enī quod dicit. Siquidē et vera. hoc igit exponens exemplo cōfirmat. Ergo ea que est: quoniā non est bonū quod bonū est: eius que s̄m se est falsa est: hoc est illa que opponitur illi opinioni que s̄m se vera fuit. hoc enī hec verba demonstrāt: que dicit. Ergo ea que est quoniā nō est bonū quod bonū est. i. eius que s̄m se est falsa est. i. que sc̄dm bonum negat bonū eē per se vere propositiōis falsa est. i. opposita. falsitas enī veritati opponit̄. Illa vero que est quoniā malū est: eius que est s̄m accidēs. hoc est illa opinio: q̄ id quod bonū est: malū arbitrat̄ eē: falsa est: et apta ei propositioni. que est s̄m accidens vera. i. que opinabat̄ bonū non eē malū. Quare magis erit falsa de bono: ea que est negationis opinio: q̄ȝ ea que est contrarij. i. magis contraria est negatio que affirmatio contrarij. Siquidē cum sint de bono vtreqȝ predicate: falsior tamē negatio reperit̄. Sed quod dicit bono accidere: ut malū non sit: non ita intelligēdum est quemadmodum solemus dicere: subiecto aliquid accidere. Neqȝ enī fieri potest: sed accidere hic intelligendū est secūdo loco dici. principaliter enī quod est bonū dicitur bonū. Secūdo vero loco dicit̄ non est malum: hoc autem tractū est alibi similitudine substantie et accidentis. vnaqueqȝ enim substātia principaliter quidē subiecta est. secundo vero loco vel alba vel bipeda vel iacens: vel quicquid substantijs accidere potest.

Falsus autem est maxime circa singula: qui habet contrariam opinionē. Contraria enim eorum sunt que plurimū circa idem differūt

Quod si harum contraria est altera: magis vero contraria contradictiōis: manifestū est quoniam hec erit contraria.

Vis omnis argumentationis: ut breuissime expediat̄: huiusmodi est. Omne verū aut s̄m se verum est: aut sc̄dm accidens: q̄ necesse est etiam falsum: aut s̄m se falsum esse: aut per accidēs. Verum autē illud esse verius constat qd̄ sc̄dm se est potius q̄ȝ illud quod per accidens: qui vero cōtrariam de re aliquis habet opinionē q̄ȝ res ipsa est: necesse est ut plurimū falsus sit. Etenim contrarietas opinionū est quotiens de vna eademqȝ re longissime alibi se absistētes opiniones sunt. Quod igit̄ magis falsum est: hoc erit etiā contrariū. Illud enī quod magis alibi veritate abest: hoc magis falsum est. In opinionibꝰ vero que alibi se plurimū differunt: ea sunt contraria. illa igit̄ in opinionibꝰ contraria est que plurimū falsa est. Est autem ut dictū est plurimū falsa. que sc̄dm se falsa ē. i. que illam perimit propositionē que sc̄dm se vera ē. hec autem negatio ē. negatio igitur cōtraria est affirmationi potius q̄ȝ ea affirmatio que contrarium ponit. Talis igatur sensus his verbis includitur. Falsus est autem magis in qui circa singula qui habet contrariā opinionē. Quamq̄ȝ enī possit esse quilibet falsus: etiā si de eadē re contrariā non habeat opinionem ille tamē magis fallitur qui cōtrarium aliquid opinatur Hoc autē cur eueniat dicit. Contraria enim eorū sunt que plurimū circa idem differunt. Idcirco enim maxime falsa contraria opponūtur: quia contrarietas non nisi in plurimū discrepantibꝰ inuenit̄. Quod si harū contraria est altera. i. q̄ si harum propositionum vel que per se falsa est vel que per accidens: vnam contrariam esse necesse est: magis vero contraria contradictionis. hoc est magis autem falsa negatio. Hoc enī quod ait magis vero contraria hec. hoc sensit tanq̄ȝ si dixisset. magis vero falsa contradictionis est id est magis vero falsa negatio est: concludit: si illa ut dictum est superius ita sunt: manifestum eē quoniā hec. i. contradictionis erit contraria.

Illa vero que est quoniā malū est quod bonū est implicita est. Etenim qm̄ non bonū est necesse est forte idem ipsum opinari.

Postq̄ȝ idcirco cōtrariū potius negationē monstrauit esse: quod hec magis esset falsa q̄ȝ ea que contrariū affirmaret: ꝛ distinctione falsitatis contrariū esse propositionē opinionēqȝ: que rem propositam negaret edocuit. Nunc ex simplicibus: implicatisqȝ propositionibus opinionibꝰ qȝ idem nititur approbare. Dicit enim qd̄ ea affirmatio que contrarium ponit̄ implicata est non sit simplex. Idcirco autē implicata est quod que arbitrat̄ id quod bonum est malū esse: mox ille quoqȝ opinari necesse est id quod bonum est bonum non esse: Neqȝ enim aliter malum esse potest: nisi bonū non sit. Quare qui quod bonū est malū esse arbitratur: et rem bonā malum putat: et eandē ipsam nō esse bonum. Non igitur simplex est hec opinio de bono: quoniā malum est. cōtinet enim intra se illam quoniā non est bonum. Qui vero opinat̄ non esse bonū quod bonū est: non illi quoqȝ necesse est opinari quoniā malū est. Potest enī et non esse aliquid bonū et malū non esse. Atqȝ hoc quidem in his intimis rebus in quibus aliqua medietas poterit inueniri. hoc quoqȝ cautissime addidit. His igit̄ ita positis: quoniā contrarij opinio nō est simplex: simplex vero est negationis: necesse est ut contra simplicē opinionem: simplex potius videatur eē cōtrarium. Est autē simplex opinio boni: quoniā bonū est vera. Simplex vero boni: quoniā bonū non est falsa. Simplici igit̄ opinioni de bono quoniā bonū est: simplex erit contraria negatiōis: que est boni: quoniā non est bonum. Tota vero vis huius argumentationis hinc tracta est: quotiens vera est quedam propositio: et due que eam perimere possint: si vna earum nihil indigens alterius verā propositionem perimat. Ne

Si quis vero preter alteram eandem verã propositionẽ perimere nõ possit. illa magis dicenda cõtraria est: que sibi sufficiens nec reliquẽ indigens propositã propositionẽ perimere valet. veram autẽ propositionẽ de bono quoniã bonum est: soli negatio perimere potest: et ad illius vere interitũ est sibi ipsa sufficiens: que dicit quoniã bonũ non est. Illa vero que opinatur malũ esse sibi sola non sufficiet: nisi illa quoq̃ ei auxilietur: que est id quod bonũ est bonum non esse. Idcirco enim cõtraria illam aufert: quia secũ negationes trahit: manifestum est hanc que ad vere propositionis interitũ sibi ipsa sufficit: vere magis contrariã videri q̃ que sibi ipsa non sufficit nisi ei vis negatiue propositionis addatur.

Amplius si etiã similiter in alijs oportet se habere et hic videbitur bene esse dictũ. Aut enĩ vbiq̃ ea que est contradictionis: aut nusq̃. quibus vero non est cõtrarium: de his quidẽ est falsa ea que est vere opposita: ut qui hoĩem nõ putat hoĩem falsuz est. Si ergo he cõtrarie sunt etiam alie que sunt contradictionis.

¶ Quod de his inquit propositiõibus dicimus si hoc in omnib⁹ inuenit̃ firmũ debet eẽ quod dicim⁹. Neq̃ eniz verisimile est in alijs quidẽ propositionib⁹ negatiões esse contrarias. In alijs vero affirmatiões: que contrariũ ponunt. Sed si hoc in oĩbus propositionib⁹ inuenit̃ et cõtradictionibus ut cõtradictio potius contraria sit. i. negatio q̃ que contrariũ habet: nihil est dubiũ quin hec ratio cõstat in omnib⁹. Sin vero in alijs ea que contrariũ ponit magis contraria est q̃ negatio. Hic quoq̃ ita sese manifestũ est non habere. vbi enĩ inueniri potest contrarietas: in his dubitatio est quenã sit contraria: verũne ea que contrariũ affirmat: an ea que id quod propositũ est negat. Ergo in his in quib⁹ dubiũ non est: quẽadmodũ sit hoc speculandum est. Dubiũ autẽ non est in his in quib⁹ non est contrarietas: ut in substãtijs. Hic enim sole sunt contrarie negationes. Si ergo huic contrarie opinioni que est de homine quoniã homo est illa opponit̃: que est de homine quoniam homo nõ est: manifestũ est in alijs quoq̃ in quibus contrarietas inuenit̃. locũ contrarietatis negationẽ poti⁹ optinere. Nam si in his in quib⁹ contrarietas est: ut in bono vel malo manifestũ est non potius illã esse contrariam que bonũ negaret q̃ illam que maluz optineret: ei que id quod bonũ est bonũ esse arbitret̃: nec in his eam contrariam esse oporteret: in quib⁹ contrarietas nulla ẽ. Quid enĩ attinet cum de homine dicim⁹ quod contrariuz non habet ibi esse negationẽ contrariã. Cum vero de bono quod contrariũ habet ibi non esse. Sed potius eam que contrariuz poneret. Quecunq̃ enĩ vertit̃ negatio suam vim in omnibus seruare debet. Quod ergo dicit̃ ab Aristotele: ut breuiter explicẽ tale est: si in alijs negatio est contraria: hic q̃z negationẽ esse contrariã manifestũ est. Quod si in alijs minime in his quoq̃ que supraposuit: sed in oĩbus alijs in quib⁹ contrarietas nõ inuenit̃. Contradictio cõtrarietatis locum tenet: et in his igit̃ in quib⁹ est cõtrarietas eundẽ locum neq̃ aliũ tenebit: quod his verbis explicauit: Amplius si etiã in alijs similiter oportet se habere: et hic videbitur bene esse dictũ. Nam si in omnib⁹ alijs ita se habere necesse est: et in his que supradicta sunt ita sese habere: et id qđ dictũ est optime dictũ esse videbit̃. Aut enĩ vbiq̃ ea que ẽ contradictiõis: aut nusq̃ alicubi quidẽ contrariã reperiet̃ Alicubi vero minime. quib⁹ vero non est contrariuz ut in substantijs in quib⁹ nulla est contrarietas. Hoc eniz nos si bene meminim⁹ predicamẽta docuerũt. De his est quidem falsa ea que ẽ opposita vere. id ẽ in his inuenit̃ quidẽ opposita falsa opinio vere opinioni: sed que sit illa manifestum ẽ. Nam vbi nulla cõtrarietas est liquet cõtradictionis esse cõtrarietatem: ut qui hominẽ non putat hominẽ falsus ẽ. Hec enim sola contrarietas vere propositiõis inuenit̃. Si ergo he contrarie sunt: et ille alie que sunt contradictionis. i. si in his que cõtrarietatẽ non habẽt: negationes sunt contrarie (necesse est enĩ aliquas esse contrarias) in alijs omnib⁹ etiã in quib⁹ est aliqua contrarietas: ut bono et malo negatio locũ obtineat contrarietatis.

Amplius similiter se habent boni quoniã bonũ est et non boni quoniã non bonũ est: et super has boni quoniã non bonũ est. et nõ boni quoniã bonũ ẽ. Illi ergo que nõ boni quoniã non bonũ est vere opinioni quenã est cõtraria. Non eniz ea que dicit quoniã malũ est simul enĩ aliquando erunt vere. Nunq̃ autẽ vera vere contraria est. Est enĩ quidã nõ bonum malũ. quia cõtingit simul esse veras. At vero nec illa que est qm̃ non malũ vera enim et hec. simul eniz et he erunt. Relinquit̃ ergo ei que est non boni quoniã non bonũ est vere contraria ea que est non boni quoniã bonum est falsa eniz hec: quare et ea que est boni quoniam nõ bonũ est ei que est boni qm̃ bonũ ẽ.

¶ Quecunq̃ superius dicta sunt: ea rursus validiore per proportionẽ argumẽtatione confirmat. Proportio autẽ est rerũ inter semetipsam similitudo. Si igit̃ positẽ sint res quattuor: quarũ due sunt precedentes. reliquẽ sequentes et sic se habet prima ad scđam quẽadmodũ tertia ad quartam: necesse est ita se habere primã ad tertiã quemadmodũ fuerit scđa ad quartã. Hoc eniz iñ3 breuiter facilimeq̃ numeris agnoscim⁹. Sit enĩ prim⁹ nũerus. ij. scđus. vi. rursus inchoantib⁹. Tertius. iiij. Quartus. xij. In his igit̃ precedentes quidẽ sunt duo quattuor. sequẽtes vero sex et duodecim. Sunt autẽ ut duo ad sex ita quattuor ad duodecim. Nam sicut duo senarij tertia pars ẽ: ita quaternarius duodenarij tertia pars est. Quocirca sicut quaternari⁹ precedens ad sequentẽ. ita alius p̄cedẽs ad aliũ sequẽtem erit: et ut precedẽs ad p̄cedẽtẽ ita sequẽs ad sequentẽ. sz ad q̃tuor qui sunt p̄cedentes duo medietas ẽ. et sex igit̃ ad duodeciz medietas est. Ergo in oĩ p̄portione hoc respiciẽdũ est q̄ si de quattuor p̄positis reb⁹ sicut p̄ia est ad scđam ita tertia ad quartã: erit ut p̄ia ad tertiã ita scđa ad quartã. Ita igit̃ numeroz p̄portio ad propositionũ vim naturãq̃ transfert̃. sunt q̃z due propositiões p̄ie quarũ vna precedẽs altera sequẽs: et alie rursus due quarũ vna precedẽs altera similiter sequens. et in his sit aliqua similitudo. Sit enim prima boni quoniam bonum est. hanc sequatur boni quoniam non bonum est. Rursus sit precedens tertia nõ boni quoniam non bonum est. hanc autem sequens quarta non boni quoniam bonum est.

	Precedentes.		Sequentes.
.i.	Boni qm̃ bonũ est.	.ij.	Boni qm̃ bonũ nõ ẽ.
.iij.	Nõ boni qm̃ ñ bonũ ẽ.	iiij.	Nõ boni qm̃ bonũ ẽ.

¶ Perspiciatur igitur in his que sit similitudo p̄portionum. Est enim ut prima boni quoniã bonũ est ad secundam boni: quoniam bonum non est: ita tertia non boni: qm̃ bonũ nõ est ad quartã nõ boni qm̃ bonũ est. Nã sicut boni qm̃ bonũ est vera p̄põ est: falsa aũt boni qm̃ nõ ẽ bonũ: ita q̃z nõ boni qm̃ nõ est bonũ vera p̄põ est: falsa autẽ nõ boni qm̃ est bonũ. Qđ si ita est et eodẽ mõ sese hz opinio boni qm̃ bonum est ad opinionẽ que est boni qm̃ bonũ nõ est. quẽadmodũ etiã opinio nõ boni qm̃ nõ bonum est ad opinionẽ nõ boni qm̃ bonũ ẽ: et quẽadmodũ se habz prima ad tertiã: ita sese habebit secunda ad quartã. Quẽadmodũ sese habet igit̃ boni qm̃ bonum est ad eã que est nõ boni qm̃ non bonum est: cum vtreq̃ sint vere ita sese habet opinio boni: quoniam bonum non est ad opinio

nem non boni quoniam bonum est: quod ipse quoque vereque sunt falsae. nam sicut illae simul verae: ita illae simul falsae. Quocirca ut est prima ad tertiam ita secunda ad quartam. Ostensa igitur hac propositione immutato ordine eedem disponantur. sed sit prior opinio ea quae est non boni: quoniam bonum non est eamque sequatur boni quoniam bonum est: et sub his praecedens tertia non boni quoniam bonum est: quarta sequens boni quoniam bonum non est.

Precedentes			Sequentes
Non boni quoniam bonum non est.	i. vera	ii. vera.	Boni quoniam bonum est.
Non boni quoniam bonum est.	iii. falsa.	iiii. falsa.	Boni quoniam bonum non est.

Ut igitur superius demonstratum est ita sese habet opinio non boni quoniam non bonum est ad eam opinionem quae est boni quoniam bonum est quemadmodum non boni quoniam bonum est ad eam quae est boni quoniam non bonum est. Ut enim illae simul verae ita hae simul falsae eademque proportio est. Quocirca erit sic prima quae est non boni quoniam non bonum est ad tertiam eam quae est non boni quoniam bonum est: ita erit secunda boni quoniam bonum est ad quartam boni quoniam non est bonum. Requirendum igitur est quemadmodum sit prima ad tertiam: ut ex eo speculemur quemadmodum sit secunda ad quartam. Dico enim quoniam huic opinioni quae arbitratur non esse bonum quod bonum est: quoniam contraria est quae arbitratur id quod bonum non est bonum esse. Atque enim si positus est contra eam opinionem quae id quod bonum non est bonum putat sit ea quae id quod bonum non est malum putat sed hoc fieri non potest. Contrariae enim opiniones simul numquam verae sunt. possunt autem simul hae esse verae. Si quis enim parricidium quod non est bonum putat non esse bonum, idem quoque parricidium quod per naturam non est bonum malum putat: verae utraque opinione arbitratur. igitur non est contraria opinio ea quae id quod bonum non est non bonum putat ei quae id quod bonum non est malum arbitratur. Rursus ponatur eadem opinioni de non bono quoniam non est bonum contraria ea quae arbitratur id quod non est bonum non esse malum. Id quoque contrarium non est. Fieri enim potest ut id quod bonum non est nec malum sit. Neque enim omnia quaecumque bona non sunt: mala sunt statim: sed est ut bona quidem non sint et nec mala sint. Si quis enim lapidem nec quicquam iacentem quod per se bonum non est non bonum esse putat: vere arbitratur: idem ipsum lapidem quod per se bonum non est si non malum putet nihil eius opinioni falsitatis incurrit. Quare quoniam ea quae est non boni quoniam non bonum est et cum ea quae est non boni quoniam malum est: et cum ea quae non boni quoniam non est malum vera aliquotiens invenitur: neuter contraria est. Restat igitur ut ei sit contraria opinio non boni quoniam bonum est: quoniam opinatur id quod non est bonum esse. haec autem est non boni quoniam bonum est: quoniam opinatur id quod non est bonum bonum esse. Contraria igitur est non boni quoniam non bonum est ei quae est non boni quoniam bonum est. Sed hic ita sese habet opinio non boni quoniam bonum est ad opinionem non boni quoniam non bonum est: quemadmodum opinio boni quoniam bonum est ad eandem opinionem quae est boni quoniam non bonum est. Sed prima tertiaque contrariae. Secunda igitur quartaque secundum similitudinem proportionis sunt sine ulla dubitatione contrariae. Potest vero et simplicius intelligi hoc modo. si boni quoniam bonum est opinio et non boni quoniam non bonum est opinio similes secundum veritatem sunt: boni autem quoniam non est bonum: et rursus non boni quoniam bonum est ipse quoque similes secundum falsitatem sunt: si una falsarum uni verarum opinionum inventa fuerit contraria, erit reliqua falsa reliquae verae contraria quod sola efficit similitudo. Ostenditur autem una falsa uni verae quemadmodum supra exposuimus contraria hoc est ea quae dicit id quod non est bonum bonum esse ei quae arbitratur id quod non est bonum non esse bonum. Relinquitur igitur ea quae arbitratur id quod bonum est non esse bonum contraria esse ei quae opinatur id quod bonum est esse bonum. Quia in re colligitur negationem potius secundum

contrarium ponentem affirmationem verae affirmationi esse contrariam. Perplexa igitur sententia his modis quibus diximus expedita est. sed se sic habet ordo sermonum. Amplius inquit similiter se habet boni quoniam bonum est, et non boni quoniam non bonum est quae utraeque verae sunt. et super has boni quoniam non bonum est: et non boni quoniam bonum est. quae sunt utraeque mendaces. Illi ergo quae est non boni quoniam non bonum est verae opinioni quae nam est contraria. Hoc quasi interrogativo modo dictum est. Non ea quae dicit quoniam malum est quoniam simul aliquando esse poterunt verae. hoc autem in contrariis non potest inveniri. numquam enim verae vera contraria est. quemadmodum autem fieri potest ut simul sint verae quoniam est quiddam non bonum malum. quare contingit simul veras esse. At vero nec illa quae est non malum. Simul enim et hae erunt. i. possunt aliquando simul esse verae in his praesertim rebus quae inter bonum malumque sunt. Relinquitur ergo ei quae est non boni quoniam non bonum est quae si vera est contraria ea quae est non boni quoniam bonum est quae falsa est et simul vera non potest inveniri. Quare ad similitudinem superius positam revertitur: ut dicat et eam quae est boni quoniam non bonum est contrariam ei quae est bonum quoniam bonum est: quod si quis ea quae superius dicta sunt diligentius intuetur: nec in totius sententiae statu nec quicquam in ordine fallitur.

Manifestum est autem quoniam nihil interest: nec si universaliter ponamus affirmationem. huic enim universalis negatio erit contraria: ut opinioni quae opinatur: quoniam omne quod est bonum bonum est: ea quae est: quoniam nihil horum quae bona sunt bonum est.

¶ In superiori argumentatione omnia de infinitis explicavit. Sed quoniam fortasse aliquis poterat suspicari non eandem rationem esse posse in his propositionibus quae sunt definitae: atque in his aliquid interesse: utrum eadem demonstratio eis quae definitae sunt eveniret hoc addidit nihil interest utrum eandem demonstrationem quam ipse superius in propositionibus indefinitis fecit: quisque faciat in universalibus quae iam sine dubio definitae sunt. Si quis enim secundum indefinitarum propositionum superiorem dispositionem definitas disponat: easque secundum praedictum modum speculetur: non aliam universalis affirmationis opinioni contrariam reperiret: quam eam quae universalis negationis opinio. Nihil enim interest inter indefinitas definitasque propositiones: nisi quod indefinitae quidem sine determinatione definitae vero cum augmento determinationis sunt: vel universalitatis vel particularitatis. hoc est enim quod ait: nihil interest nec si universaliter ponatur affirmatio. universali namque affirmationi universalis contraria erit negatio: ut opinioni quae opinatur quoniam omne quod est bonum bonum est. quae scilicet est universalis affirmationis: ea fit contraria quae est: quoniam nihil eorum quae bona sunt bonum est: hoc est opinio universalis negationis. hoc autem cur fiat ostendit.

Nam eius quae est boni quoniam bonum est si universaliter sit bonum: eadem est ei quae opinatur quicquid bonum est: quoniam bonum est. Hoc autem nihil differt ab eo quod est: quoniam omne quod est bonum bonum est. Similiter autem et in non bono.

¶ Gradatim indefinitam propositionem ad similitudinem universalis adducit. dicit autem quaecumque fuerit indefinita propositio et si quod in sermone solemus dicere quicquid addatur universalis fit: ut nihil omnino differat ea quae ad rem in affirmatione omne praedicat: ut ea opinio vel propositio quae est de bono quoniam bonum est. hoc est. si opinatur quoniam bonum bonum est. huic si addatur quicquid ut ita dicamus quicquid bonum est bonum est: nihil differt ab ea quae opinatur omne bonum bonum est. Quare eadem vis est superioris demonstrationis in propositionibus indefinitis quae etiam in his quae

particulã quiddam distant: sed nõ ad qualitatẽ nec ad vim propositionis sed ad quantitatẽ refertur. Uniuersalitas enim quantitati opponitur. Et sensus quidem huiusmodi est: verba vero sic sunt. Superius proposuerat nihil interesse an indefinita esset propositio an vniuersalis. Cur autem nihil intersit hoc modo dicit. Nam ea quę est boni quõ bonum est. i. indefinita affirmatio: si vniuersaliter sit bonum. i. si bonum vniuersaliter proferat: eadem est ei quę opinatur quicquid bonum est: quõ bonum est. i. nihil discrepat ab ea opinione quę opinatur quicquid bonũ est bonum esse. huiusmodi autem opinio nihil differt ab ea q̃ aperte vniuersaliter proponit: quę est omne quod est bonum bonum est. Similiter autem et in non bono. i. non bonum eadem ratione dicimus. Ea nãq; propositio vł opinio quę opinatur non bonum esse: si ei addatur vniuersalitas: nihil differt ab ea quę vniuersaliter aperte pponit: quę est omne quod bonum non est non est bonum.

Quare si in opinione sic se habet: Sunt autẽ hę quę sunt in voce affirmationes et negationes notę eorum quę sunt in anima: Manifestum est quoniam affirmationi contraria quidem negatio est circa idem vniuersalis: vt ei quę est quoniam omne bonum bonũ est: vel quoniam omnis homo bonus est: ea quę est quoniam nullum vel nullus. Contradictorię autem quoniam non omne: aut non omnis.

¶ Superiores omnes argumentationes ad bonum tollit: redigitq; ad conclusionem omnem questionis vim. Supra enim negationes et affirmationes earum contrarietates de opinionib⁹ pensare oportere praedixerat. Nũc vero quõ in opinionibus reperit illam contrariam esse quę esset vniuersalis negatio: id iam refert ad propositiones: quo manifestum est quõ voces sunt et significatiuę: passiones animi designare. In principio enim libri significatiuas voces passiones animę monstrare veraciter docuit. nunc ea velut probaturus quõ in opinionibus illa contraria vniuersali affirmationi reperta esset: quę esset vniuersalis negatio: potius q̃ ea quę contrarium vniuersali affirmatiõi affirmaret: idem quoq; arbitratur in vocibus prouenire hoc est affirmationi vniuersali non affirmationem contrariam rem ponentem: sed vniuersalem negationem esse cõtrariam. contradictorias vero eas quę cum affirmatio vniuersalis esset: particularis negatio inueniretur. Atq; hoc quidem planissime dictũ est: nec aliquis in verbis error est. sed nos vt cetera nihil ambiguum relinquentes ipsorũ quoq; verborũ sensum cõtextũq; ordinem prosequimur. Ait enim. Quare si in opinione se sic habet. i. q̃ opinio negationis contraria inuenitur opinioni affirmationis potius q̃ contrarium ponens affirmatio. Sunt autem hę q̃ sunt in voce affirmationes et negationes notę earum quę sunt in anima. Nam sicut in voce affirmatio et negatio est: ita quoq; etiam in opinione cum ipse animus in cogitatiõe sua aliquid affirmat: aut aliquid negat. quod nos alio loco diligentius expediuimus. ergo quõ affirmationes et negationes quę sunt in voce notę earum sunt affirmationũ vel negationũ quę sũt in anima. manifestũ est quõ est affirmationi contraria quidem negatio circa idem vniuersalis. circa idem autem addidit ne disiunctim affirmatiões et negationes cõtrarias diceremus: sed sit affirmatio et negatio esset de vna eademq; re: et illam quidem vniuersaliter affirmare illam vero vniuersaliter negare. Earum autem hęc sunt exempla: vt ei quę est quõ omne bonum bonũ est: vel quõ omnis homo bonus est: ea quę est quõ nullum. i. nullum bonum bonum est quę cõtraria est: vel q̃ nullus hoc est nullus homo bonus est. Contradictoria autẽ aut non omnis idest non omnis homo bonus est contra eam quę dicit omnis homo bonus est. aut non omne hoc est nõ omne bonum bonum est contra eam quę dicit quõ omne bonum bonum est. Constat igitur in his propositionibus quas supra posuit illam magis esse contrariam affirmationi quę dicit omnis homo iustus est eam quę dicit nullus homo iustus est potius q̃ eam quę dicit omnis homo iniustus est.

Manifestum est autem quoniam et verã verę non contingat esse contrariam: nec opinionem: nec contradictionem. Contrarię enim sunt quę circa opposita sunt. circa eadem autẽ contingat verum dicere eundem. simul autẽ non contingit eidem inesse contraria.

¶ Post hęc libri terminum expedit in ea speculatione et demonstratione: per quã licet verum sit manifestũq; omnibus duas propositiones veras non esse contrarias: nihilominus idipsum monstrare conatur. Est autem huius argumentationis ingressus huiusmodi ea quę sunt contraria: opposita sunt: opposita vero non possunt eidem simul inesse. Cõtraria igitur eidem simul inesse non possunt. de quib⁹ autẽ simul aliquid verum dici potest: illa simul eidẽ inesse possunt: quę vero simul eidem inesse non possunt: de his simul verę propositiones affirmatio et negatio esse non possunt. Sed contraria simul eidem inesse nõ possunt. quę igitur simul verum dicunt: contrarię non sunt. idcirco quõ de quibus affirmatio et negatio simul verę esse possunt: illa simul eidẽ insunt. Quocirca quę simul verę sunt contrarię non sunt. Sensus quidem hic est: verba autem sic constant. Manifestum est autem inquit quõ et verum verę non contingit esse contrariam idest duas veras propositiones nõ posse esse contrarias nec opinionem nec contradictionem: si opinio non est vera verę contraria: multo magis nec contradictio quę ex opinionibus venit. Contradictionem autẽ hic pro contrarietate posuit. de ea enim non agebat. Contrarię enim sunt quę circa opposita sunt idest. omne cõtrarium est oppositum. Circa autem eadem contingit verum eundem dicere: idcirco q̃ de his solis et negatio et affirmatio verę simul esse possunt: quę eidem simul esse contingit: simul autem eidem non contingit inesse contraria: vt concludatur quõ de quibus et affirmatio et negatio simul verę sunt: ea simul eidem inesse possunt. contraria vero simul eidem inesse non possunt. quę ergo simul verę sunt: nõ possunt esse contraria.

PERORATIO

Noster quoq; labor iam tranquillo constat portu. nihil enim (vt arbitror) relictum est: quod ad plenam huius libri noticiam pertineret. Quare si rem propositam studio diligentiaq; perfecimus: erit gratum his qui hac iam rerũ scientia complectendarum cupiditate tenebuntur. Sin vero minus id effecimus: quod nobis propositum fuit: vt obscurissimas huius libri sententias enodaremus: Labori nostro nihil vt aliis nocituro et si nõ oportuit obloquar.

FINIS

Eiusdem de diuisionibus liber Incipit.

Q Uam magnos studiosis afferat fructus sciencia diuidendi: quaq3 apud peripateticam disciplinam semper hec fuerit in honore noticia: docet et Andronici diligentissimi senis de diuisione liber editus: et hic idē a Plotino grauissimo philosopho comprobatus: et in libro Platonis qui sophistes inscribitur commentarijs a Porphirio repetitus: et ab eodem per hanc introductionis laudata in Cathegorias vtilitas. Dicit enim fore necessariā generis speciei differentie proprij accidentisq3 peritiam: tum propter alia multa: tum propter vtilitatē que est maxima partiendi. Quare quoniam maximus vsus facilimaq3 doctrina est ego quoq3 id sicut pleraq3 omnia romanis auribus tradens introductionis modo habita in eandem rem competenti subtilitate tractatione et moderata breuitate perscripsi: vt nec anxietas occuse orationis et nō perfecte sententie: legentium mentibus ingeratur: nec superuacuam loquacitatem harum rerum inexpertes rudes insolentesq3 noui audientium mentes habere est equum. Nec vllus liuor: id quod et arduum natura est et ignotū nostris. nobis autem magno labore et legentium vtilitate digessum: obliquis morsibus obtrectationis obfuscet. Denique potius viam studijs nunc ignoscendo: nunc etiam cōprobando q̄3 frena bonis artibus stringant: dum quicquid nouum est impudenti obstinatione repudiāt. Quis eniz non videat plurimum ad bonarum artium defectum valere: si apud mentes hominum nunq̄3 sit desperatio discipliendi. Sed hec hactenus.

Nunc diuisionis ipsius nomen diuidendū est: et sm vnāquamq3 diuisionis vocabulum vniuscuiusq3 propositi proprietates partesq3 tradende sunt. Diuisio nāq3 multis modis dicitur. Est enim diuisio generis in species. Est rursus diuisio: cum totum in proprias diuiditur partes. Est alia cum vox significans multa in significationes proprias recipit sectionem. Preter has autem tres ē alia diuisio que sm accidens fieri dicitur. Huius autem est triplex modus: vnus cum subiectum in accidentia separamus. Alter cum accidens in substantias diuidimus. Tercius cū accidens in accidētia secamus. hoc ita fit: si vtraq3 eidem subiecto inesse videantur. Sed harum omnium exempla subdēnda sunt: quatenus huius totius ratio diuisionis elucescat ¶ Genus diuidimus in species: cum dicimus animalium alia sunt rationalia: alia irrationalia. Rationalium alia mortalia: alia immortalia. Uel cū dicimus colorum alia quidem alba sunt: alia nigra: alia media. Oportet autem omnem diuisionē generis in species: aut in duas partes fieri: aut in plures. Sed neq3 infinite species esse generis possunt: nec minus duabus. Hoc autem cur eueniat posterius demonstrandum est.

¶ Totum vero in partes diuiditur: quotiens in ea: ex quibus est compositum: vnumquodq3 resoluimus: vt cum dico domus aliud est tectum: aliud paries: aliud fundamentum: et hominem coniungi anima et corpore. Cumq3 hominis dicimus partes esse Catonem Uirgilium Ciceronem et singulos: qui cum particulares sint: vim tamen totius hominis iungunt atq3 componunt. Neq3 enim homo genus nec singuli homines species: sed partes quibus totus homo coniungitur. ¶ Uocis autem in significationes proprias diuisio fit: quotiens vna vox multa significans aperitur: et eius pluralitas significationis ostenditur: vt cum dico canis quod est nomen: et hunc quadrupedem latrabilemq3 designat: et celestem qui adorionis pedem morbidum micat. Est quoq3 alius marinus canis qui in immoderatam corporis magnitudinē excrescens cetulentia appellatur. Sed huius diuisionis duplex modus est: Aut enim vnum nomē multa significat: aut oratio iam nominibus verbisq3 composita: et nomen quidem multa significat: vt id quod super posui. oratio vero multa designat: vt est aio te eacida romanos vincere posse. et nominis quidem per significationes proprias diuisio equiuocationis partitio nuncupatur. orationis vero in significationes proprias distributio ambiguitatis discretio est: quā greci amphibolian vocant: ita vt nomen multa significans equiuocum, oratio vero multa designans amphibola atq3 ambigua predicatur. ¶ Eorum autem que sm accidens diuiduntur: subiecti in accidentia diuisio est: vt cum dicimus omnium hominum alij sunt nigri: alij sunt candidi: alij medij coloris. Hec enim accidentia sūt hominibus non horum species: et homo his subiectus nō horum genus est. ¶ Accidentis vero in substantias sectio euenit: vt est omnium que expetuntur: alia in anima alia in corporibus sita sunt. Anime nāq3 atq3 corpori id quod expetitur: accidens non genus est: vt boni quod est situm in anima: et in corpore non sunt hec species sed substantie.

¶ Accidentium vero in accidentia diuisio est: vt omnium candidorum alia sunt dura vt margarita: alia liquentia: vt lac. Liquor nāq3 et albedo atq3 duricies hec sunt accidencia. Sed album in dura atq3 liquida separatum est. Cum ergo sic dicimus accidens: in alia accidentia separamus. sed huiusmodi diuisio vicissim semper in alterutra permutatur. Possumus enim dicere eorū que dura sunt alia sunt nigra alia alba. et rursus eorum que liquida sunt alia sunt alba et alia sunt nigra. Sed hec rursus conuersa diuidimus eorum que sunt nigra: alia sunt liquentia: alia dura. et eorum que sunt alba: alia sunt liquētia: alia sunt dura. ¶ Differt autem huiusmodi diuisio ab omnibus que supradicte sunt. Nam neq3 significationē partiri possumus in voces vbi vox in proprias significationes discernatur. Nec partes in totum diuiduntur: q̄ uis totum separetur in partes: nec species secantur in genera: licz genus in species diuidatur. Quod vero superius dictū est hanc diuisionem ita fieri: si vtraq3 contingerent eidem inesse subiecto: si attentius perspicitur liquet. Nam cum dicimus eorum que sunt dura alia esse alba: alia nigra: vt est lapis atq3 ebenus: manifestum est ebeno vtraq3 inesse et duritiem et nigredinem. In ceteris quoq3 id diligēs lector inueniet. ¶ Quibus autem summa operatio veritatis inquiritur his prius intelligendum est que sit omnium horum proprietas simul: quibusq3 inter se sigillatim differentijs segregentur. Omnis enim vocis et generis totiusq3 diuisio sm se diuisio nuncupatur. Reliquam vero tres in accidentis distributione ponuntur. Secūdum se autem diuisionis huiusmodi differentia est. Differt eniz diuisio generis a vocis diuisione: q2 vox quidem in proprias significationes separatur. Genus vero non in significationes: sed in quasdaz a se quodammodo procreationes disiungitur: et genus semper speciei proprie totum est: vt vniuersalius in natura: equiuocatio vero vniuersalior quidem significata re dicitur tm̄ in voce: non etiam totum in natura. Illo quoq3 modo a vocis distributione diuiditur q2 nihil habent cōmune preter solum nomen que sub voce sunt: Que vero sub genere collocantur: et nomen generis diffinitionem suscipiunt. Amplius quoq3 non eadē apud omnes vocis distributio est. Quod enim apud nos dicitur canis cum eius multe significationes in lingua romana sint: simpliciter fortasse predicatur in barbara: cum ea que apud nos vno nomine nuncupantur: illi pluribus fortasse significent. Generis vero apud omnes eadem diuisio distributioq3 permanet. Unde fit vt vocis quidez diuisio ad positionem consuetudinemq3 pertineat: generis vero ad naturam. Nam quod apud omnes idem est nature est. Consuetudinis vero est: quod apud aliquos permutatur. Et hec quidem sunt differentie generis distributionis et vocis. Generis quoq3 sectio a totius distributiōe seiungitur: q2 totius diuisio sm quantitatem fit. Partes enim totam substantiam coniungentes actu: aut ratione

animi et cogitatione separantur. Generis vero distributio qualitate perficitur. Nam cum hominem sub animali locauero: tunc qualitate diuisio facta est. Quale namque animal est homo: idcirco quoniam quadam qualitate formatur. Unde quale animal sit homo interrogatus respondebit aut rationale aut certe mortale. ¶ Amplius genus omne naturaliter prius est proprijs speciebus: totum autem posterius partibus posterius est. Partes autem que totum coniungunt: sed compositi sui perfectionem alias natura tantum alias ratione quoque temporis antecedunt. Unde fit vt genus in posteriora, totum vero in priora soluamus. Hinc quoque illud vere dicitur: si genus interimatur statim species deperire. Si species interempta sit: non peremptum genus in natura consistere. Contra euenit in toto. Nam si pars totius pereat: totum non erit cuius pars vna sit interempta. Sed si totum pereat partes permanent distribute: vt si de integra domo quis abstulerit tectum totum quod ante fuit interimit. Sed perempto toto parietes et fundamenta constabunt. ¶ Amplius quoque genus speciebus materia est. Nam sicut es accepta forma transit in statuam: ita genus accepta differentia transit in speciem. Totius vero partium multitudo materia est, forma vero earundem partium compositio. Nam sicut species constat ex genere et differentia: ita totum constat ex partibus: vnde fit vt totum ab vnaquaque parte sua partium ipsarum compositione differat: species vero a genere differentie coniunctione. Amplius quoque species idem per quod genus est vt homo est idem quod animal: et virtus idem est quod habitus. Partes vero non semper idem sunt quod totum. Neque enim manus idem est quod homo: nec idem paries quod domus. Et in his que dissimiles partes habent: hoc clarum est: Sed non eodem modo in his que similes habent partes: vt in eris virgula: cuius partes que sunt continue quoniam eiusdem sunt eris: videntur idem esse quod totum est: sed falso. Fortasse enim idem sunt partes huiusmodi in substantia non etiam in quantitate. ¶ Restat autem vocis et totius distributionis differentias dare. Differunt autem quod totum quidem constat ex partibus. Vox vero non constat ex his que significat: et fit totius diuisio quidem in partes: vocis autem non fit in partes: sed in eas res: quas ipsa vox significat. vnde fit vt sublata parte vna totum pereat: sublata vna re quam vox significat multa designans: vox illa permanet.

¶ Nunc ergo quoniam secundum se diuisionis differentie dicte sunt; generis distributio pertractetur. Primum quidem genus quod sit diffiniendum est. Genus est quod predicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quid est species vero est quam sub genere collocamus. Differentia est: qua aliud ab alio distare proponimus. Et est quidem genus quod interroganti quod queque res sit: conuenit responderi. Differentia est que ad qualis percunctationem rectissime respondetur. Nam cum quis interrogat quid est homo: recte animal. Qualis est homo conuenienter rationalis respondetur. ¶ Diuiditur autem genus alias in species: alias in differentias: si species quibus oportet genus diuidi nominibus carent: vt cum dico animalium alia rationalia sunt: alia irrationalia. Rationale et irrationale sunt differentie. Sed quoniam speciei huius que est animal rationale: nomen vnum non est: idcirco pro specie differentiam ponimus: eamque superiori generi copulamus. omnis enim differentia in proprium genus veniens speciem facit. Unde fit vt materia quedam genus sit forma differentia. Cum autem proprijs nominibus species appellantur non in differentias sed in species fit recta generis diuisio vnde est vt ex pluribus terminis diffinitio colligatur. Si enim omnes species suis nominibus appellarentur: ex duobus solis terminis omnis fieret diffinitio: vt cum dico quid est homo quid mihi necesse esset dicere animal rationale mortale: si animal rationale esset proprio nomine nuncupatum: quod cum reliqua quoque differentia idest mortali iunctum diffinitionem hominis verissima ratione et integra conclusione perficeret. Nunc autem ad diffinitionem specierum integras diuisio necessaria est: et fortasse in eodem diuisionis et diffinitionis ratio versatur. Nam diuisionibus iunctis vna componitur diffinitio. ¶ Sed quoniam alia sunt equiuoca alia vniuoca: et que sunt vniuoca ipsa in generum suscipimus sectiones. Que vero sunt equiuoca in his diuisio sola significationis est. videndum est prius quid sit equiuocum quid vniuocum: ne cum illa fefellerint equiuocum nomen quasi in species: ita in significatiuas voces resoluamus. vnde fit vt rursus ad diuisionem necessaria sit diffinitio. Quid enim sit equiuocum quid vniuocum diffinitione colligimus. ¶ Sunt autem differentie alie per se: alie vero per accidens: et harum alie sunt consequentes statim: alie relinquentes statim. Relinquentes huiusmodi sunt: vt dormire vel sedere vel stare vel vigilare. persequentes vero vt capilli crispi: si non sint amissi: et glauci oculi: si non sint quadam extrinsecus debilitate turbati. Sed hec ad diuisionem generis sumenda non sunt. Neque enim ad diffinitiones sunt commoda. omne enim quod ad diuisionem generis aptum est: idem ad diffinitionem rectissime congregamus. Illa vero que per se sunt sola ad diuisionem generis apta sunt. Hec enim informant et perficiunt vniuscuiusque substantiam: vt hominis rationalitas et mortalitas. Sed has quemadmodum probare possimus vtrum ex eo sint genere statim relinquentium an persequentium. an in substantia permanentium hoc modo est videndum. Neque enim sufficit scire quas in diuisione sumamus: nisi illud quoque cognitum sit: quemadmodum easdem ipsas que sumende: et que reijciende sunt rectissime cognoscamus. Uidendum ergo primum est: vtrum proposita differentia omni possit: et semper inesse subiecto. quod si ipsa vel actu vel ratione seiungitur: hec a diuisione generis separanda est. Si enim sepe et actu et ratione seiunguntur: ex eorum genere sunt: que statim relinquunt: vt sedere: quod frequentius quidem separatur et actu ipso a subiecto diuidit. Que vero ratione sola a subiecto diuiduntur: ea sunt consequentium differentiarum: vt glaucis oculis esse a subiecto ratione seiungimus: vt cum dico animal est luminibus glaucis: vt quilibet homo. quod si hic non esset huiusmodi: non eum res aliqua esse hominem prohiberet. Aliud rursus est quod non possit ratione separari: quod si separatum sit: species interimatur: vt cum dicimus inesse homini vt solus numerare possit: vel geometriam discere. quod si hec possibilitas ab homini seiungitur homo ipse non permaneret. Sed he non statim earum differentiarum sunt que substantie insunt. Nam non idcirco homo est quoniam hec facere potest: sed quoniam rationalis est atque mortalis. He igitur differentie per quas species constituitur: ipse et in diffinitione speciei: vt hominis: et in generis eius diuisione quod continet et sub se est vt ipsum hominem collocantur. et vniuersaliter dicendum est: quecumque differentie huiusmodi sunt: vt non modo preter eas species esse non possit: sed per eas solas fit: he vel in diuisione generis: vel in speciei diffinitione sumende sunt. ¶ Quoniam vero quedam sunt: que differunt: que contra se in diuisionibus poni non debent: vt in animali rationale et bipes. Nullus enim dicit animalium alia sunt rationalia: alia duos pedes habentia: idcirco quod rationale et bipes licet differant: nulla tamen a se oppositione seiunguntur. Constat quecumque a se aliqua oppositione differunt eas solas differentias sub genere positas: genus ipsum posse disiungere. Sunt autem quattuor oppositiones: aut vt contraria: vt bonum malo: aut vt habitus et priuatio: vt visus et cecitas. Quare sunt et quedam res: in quibus discernere difficultas sit: vtrum in contrarijs an in priuatione et habitu eas oporteat collocari: vt sunt motus: quies: sanitas: egritudo: vigilatio: somnus: lux: tenebre. Sed hec aliqas nunc de reliquis oppositionibus dicendum est. Tertia

oppositio est que est secundum affirmationem et negationem: vt So. viuit: So. non viuit. Quarta que secundum relationem: vt pater filius: dominus seruus. Secundum quas igitur harum oppositionum quattuor diuisio generis fit: rectissime inde in nostra notum est. Manifestum est enim et oppositiones esse quattuor: et genera et species per opposita separari. Nunc ergo dicendum est: secundum quam oppositionem harum quattuor vel quemadmodum species a genere disiungi conueniat. Et prima quidem sit oppositio contradictionis. Voco autem contradictionis oppositionem: que affirmatione et negatione proponitur. In hac igitur negatio per se nullam speciem facit. Nam cum dico homo vel equus: vel aliquid huiusmodi species sunt. Quicquid autem negatione quis protulerit: speciem non declarat. Non enim esse hominem species non est. omnis enim species constituit esse. Negatio vero quicquid proponit ab eo quod est esse disiungit: vt cum dico homo: quasi de quadam locutus sum. Cum vero non homo substantiam hominis negatione destruxi. Nec igitur per se fit diuisio generis in species negatione. Necesse est autem sepe speciem negationi componere: cum eam quam simplici nomine speciem volumus designare: nullo vocabulo nuncupatur: vt cum dico imparium numerorum alij sunt primi vt tres quinque septem. Alij non primi vt nouem. et rursus figurarum alie sunt rectilinee: alie non rectilinee: et colorum alij sunt albi alij nigri: alij nec albi nec nigri. Ergo quoniam vnum nomen speciebus positum non est: eas negatione proferre necesse est. Hoc igitur cogit interdum necessitas non natura. Ideoque quotiens negatione facimus diuisionem: prius aut affirmatio: aut simpliciter dicendum est nomen: vt est numerorum alij sunt primi alij non primi. Nam si prius negatio dicta sit: tardior fit ei rei quam proponimus intellectus. Nam cum primum dicis esse aliquos primos numeros: cum quales sint primi exemplo vel diffinitione docueris: quales non sunt primi: mox auditor intelligit. Sin vero contrario feceris: aut neutrum subito: aut tardius vtrumque cognoscit. Diuisio enim quoniam propter apertissimam generis naturam reperta est: debet potius ad intelligibiliora declinare. Amplius quoque prior est affirmatio: posterior vero negatio. Quod autem primum est. in diuisione quoque primus oportet ordinari. Necesse quoque est semper infinitis finita esse priora: vt equale inequali: virtutem vitio: certum incerto: stabile et fixum instabili et mutabili. Sed omnia que aut definita parte orationis aut affirmatione proferuntur: plus finita sunt: quam aut nomen cum particula negatiua: aut tota negatio. Quare finito potius quam infinito est faciendum diuisio. Sed si cui per hec quedam parerent emtacta aut obscuriora sunt fortasse quam ipse desiderat: nihil ad me faciliorem cognitionem pollicentem. Neque enim rudibus hec totius artis: sed imbutis et vlteriore pene loco progressis legenda et discenda proponimus. Qui vero huius operis idest dialectici ordo sit: cum de ordine peripatetice discipline mihi dicendum esset: diligenter exposui. Hec quidem dicta sunt de oppositione quam affirmatio et negatio constituunt.

¶ Illa vero que secundum habitum priuationemque fit: ipsa quoque videtur superiori esse consimilis. Negat enim quodam modo priuatio habitus: sed differt quod semper quidem potest esse negatio. priuatio autem non semper: sed tunc quando habere habitum possibile est. hoc vero nos iam predicamenta docuere. Quare forma quedam intelligitur esse priuatio. Non enim tantum priuat: sed etiam certa seipsam priuatam quecunque disponit. Neque enim cecitas oculum solum priuat lumine: sed ipsa quoque secundum se priuatum luce disponit. cecus enim dicitur ad priuationem quodam modo dispositus et affectus. et hoc quoque Aristoteles testatur in phisicis. Vnde fit vt priuationis differentia ad generis diuisionem frequenter vtamur. Sed hic quoque eodem modo sicut in contradictione faciendum est. prius enim ponendus est habitus: qui est affirmationi consimilis. post vero priuatio que negationi. Aliquotiens tamen priuationes quedam habitus vocabulis proferuntur: vt orbus: cecus: viduus. Aliquotiens tamen particula priuationis: vt cum dicimus finitum infinitum: et equale: inequale. Sed in his equale et finitum in diuisione ponenda sunt prima priuationis secunda. Ac de oppositione quidem priuationis et habitus hec dicta sufficiant. ¶ Contrariorum vero oppositio dubitatur fortasse an secundum priuationem et habitum esse videatur vt album et nigrum: an album quidem priuatio nigri sit: nigrum vero albi. Sed hec alias. Nunc autem ita tractandum est tanquam si sit aliud oppositionis genus: sicut est predicamentis ab ipso quoque Aristotele dispositum. In contrarijs autem generum multa diuisio est. Fere enim cunctas differentias in contraria ducimus. Sed quoniam contrariorum alia sunt medio carentia: alia mediata: ita quoque diuisio facienda est: vt colorum: alia sunt nigra: alia sunt alba: alia neutra. Fieret autem omnis diffinitio omnisque diuisio duobus terminis nisi (vt supra dictum est) indigentia que sepe existit in nomine prohiberet. Quo autem modo vtreque duobus terminis fierent: erit manifestum hoc modo. Cum enim dico animalium alia rationalia sunt: alia irrationalia: animal rationale ad hominis diffinitionem contendit. Sed quoniam animalis rationalis vnum nomen non est: posui eum ponamus ei nomen. a. litteram. Rursus. a. littere quod est animal rationale: alia mortalia sunt: alia immortalia. Volentes igitur diffinitionem hominis reddere dicemus. homo est. a. mortale. Nam si est hominis diffinitio animal rationale mortale: animal vero rationale per. a. litteram significatur. idem senti. a. mortale tanquam si diceretur animal rationale mortale. a. enim (vt dictum est) animal rationale significat. Sic ergo. a. littera et mortali duobus terminis facta est hominis diffinitio. quod si reperirentur in omnibus quoque nomina duobus terminis semper tota fieret diffinitio. Diuisio quoque nominibus positis quoniam semper in duos terminos secatur: manifestum est: si quis generi et differentie cum deest nomen imponat: vt cum dicimus figurarum que sunt trilatere: alie sunt equilatere: alie duo latera habentes equalia alie tota inequalia sunt. Trina igitur diuisio si sic proferretur fieret duplex: figurarum que sunt trilatere: alie sunt equales: alie inequales: Inequalium alie sunt duo latera tantum habentes: alie tria inequalia idest omnia: et cum dicimus rerum omnium alia sunt mala: alia sunt bona: alia indifferentia: que scilicet neque bona: neque mala sunt sed si ita diceret gemina fieret diuisio. Rerum omnium alia sunt differentia: alia indifferentia. Differentium alia sunt bona alia mala. Ita ergo diuisio omnis in gemina secaretur: si speciebus et differentijs vocabula non deessent. Quartam vero oppositionem diximus que est secundum ad aliquid: vt pater filius: dominus seruus: duplum dimidium: sensibile: sensus. Hec igitur nullam habent substantialem differentiam: qua a se inuicem discrepent: imo potius habent huiusmodi cognationem que ad se inuicem referuntur: ac sine se esse non possunt. Non est ergo generis in relatiuas partes facienda diuisio: sed tota huiusmodi sermo a genere separanda est. Neque enim hominis est species seruus aut dominus: nec numeri duplum aut dimidium. Cum igitur quattuor sint differentie oppositionum affirmationis et negationis: si non necesse est: semper tamen relationis reijcienda est diuisio priuationis et habitus: et contrariorum sumende. Variis autem contrarietas in differentijs ponenda est: nec non et priuatio idcirco quoniam quiddam contra habitum contrarium videtur opponere: vt est finitum et infinitum. Quanquam enim priuatio sit infinitum: tamen contrarij imaginatione formatur. Est quedam namque (vt dictum est) forma. Dignum vero inquisitu est. vtrum in species aut in differentias recte genera diuidantur. Diffinitio namque diuisionis generis est in species proximas distributio. Oportet igitur secundum naturam diuisionis secundum diffinitionem in proprias species semper fieri generis disgregationem. Sed hoc interdum fieri nequit propter eam quam supra

e: addidimus causam. Multis enim speciebus non sunt nomina. Atq; ideo quoniam quedam sunt genera prima quedam vltima: quedam media: primum quidem vt substantia: vltimum vt animal: medium vt corpus: corpus nanq; animalis genus est: substantia corporis. Sed quemadmodum neq; super substantiam quicq; inueniri potest quod generis loco valeat collocari: sic neq; sub animali: hominis species nanq; non genus est. Quare antiquior videbitur speciei diuisio: si indigentia nominum non sit. quod si his non abundamus: genera prima vsq; ad vltima conueniet in differentias separare. Hoc autem fit hoc modo: vt primum genus in suas differentias disgregemus non in posterioris: et rursus posterius in suas: sed non in posterioris. Neq; enim eedem sunt differentie corporis que animalis. Si quis enim dicat: substantia aliud corporale: aliud incorporale: recte diuisionem fecerit. he nanq; differentie proprie substantie sunt. Si vero dicat: substantiarum alia sunt animata: alia inanimata: hic non recte substantie differentias segregauit. Corporis nanq; differentie he sunt non substantie idest secundi generis non primi. Quare manifestum est secundum proprias differentias: non secundum posterioris generis priorum generum diuisionem faciendam esse. Quotiens autem genus aut in differentias: aut in species dissoluitur: post diuisionem factam mox diffinitiones: aut exempla subdenda sunt. Sed siq; diffinitionibus non abundet: satis est exempla subijcere: vt cum dicimus corporum alia sunt animata subijciamus vt homines vel feram. alia inanimata: vt lapides. oportet autem diuisionem quoq; sicut terminum: neq; diminutam esse: neq; superfluum. Nam neq; plures species quam sub genere sunt: oportet apponi nec pauciores: vt in se ipsa diuisio: sicut terminus conuertatur. Conuertitur enim terminus sic virtus est mentis habitus optimus. Rursus mentis habitus optimus virtus est. sic etiam diuisio. omne enim genus eorum aliquid que sunt species erit. Rursus quelibet species proprium genus est. Fit autem generis eiusdem diuisio multipliciter vt omnium corporum: et quecunq; sunt alicuius magnitudinis. Sicut enim circulum in semicirculos: et in eos quos greci vocant tomeas: nos diuisiones possumus dicere: distribuimus: et tetragonum alias ducta per angulum diametro in triangula: alias in parallelogramata: alias in tetragona separamus. Ita quoq; genus vt eorum dicimus numerorum alij sunt pares: alij impares: et rursus alij primi: alij non primi. Triangulorum alia sunt equilatera: alia duo sola latera equalia habentia: alia totis inequalibus lateribus. et rursus triangulorum alias sunt rectangula: alia acutos habentia tres angulos: alia obtusum vnum. Sic igitur generis vnius fit multiplex diuisio. Illud autem scire perutile est: quoniam genus vna quodam modo multarum specierum similitudo est: que earum omnium conuenientiam substantialem monstret. atq; ideo collectiuum plurimarum specierum genus est. Disiunctiue vero vnius generis species: que quoniam differentijs informant (vt dictum est) idcirco sub vno genere minus duabus speciebus esse non possunt. omnis enim differentia in differentium pluralitate consistit. Sed de diuisione generis et speciei pplura dicta sunt. Patet igitur insistentibus viam preceptor per diuisionem generis ad speciei diffinitionem facultas aperitur. Oportet autem non solum quas ad diffinitionem sumamus differentias adiscere: sed ipsius diffinitionis artem diligentissima cognitione complecti. Et illud quidem an vlla possit diffinitio demonstrari: et quemadmodum per demonstrationem valeat inueniri: et quecunq; de ea subtilius in postremis analeticis ab Aristotele pertractata sunt pretermittam. Solam tamen exequar diffiniendi regulam. Rerum enim alie sunt superiores: alie inferiores: alie medie. Superiores quidem diffinitio nulla complectitur: idcirco quod earum superiora genera inueniri non possunt. Porro autem inferiores vt sunt indiuidua: ipse quoq; specificis differentijs carent. Quocirca a diffinitione quoq; secluse sunt. Medie igitur que et habent genera: et de alijs generibus: vel de speciebus: vel de indiuiduis predicantur sub diffinitione cadere possunt. Data igitur huiusmodi specie que et genus habeat: et de posterioribus predicatur: sumo eius summo genus: et illius generis differentias diuido: et adiungo differentiam generi: et video vtrum illa iuncta cum genere equalis possit esse cum specie ea: quam circumscribendam diffinitione suscepi. quod si minor fuerit specie: illam rursus differentiam quam dudum cum genere posueramus quasi genus ponimus: eamq; in alias suas differentias separamus: et rursus has duas differentias superiori generi coniungimus: et si equauit speciem diffinitio speciei esse dicetur. Si vero minus fuerit secundas differentias rursus in alias separamus. Quas omnes coniungimus cum genere: et rursus speculamur: si omnes differentie cum genere equales sint speciei: que diffinitur. et postremo totiens differentias differentijs distribuimus vsq; dum etiam iuncte generi speciem equali diffinitione describant. Huius autem rei clariorem facient exempla notitiam hoc modo. Sit enim nobis propositum quod diffinire velimus nomen vocabulum nominis de pluribus nominibus predicatur: et quedam species est continens sub se indiuidua. Diffinitio ergo nomen sic. sumo eius genus quod est vox: et diuido illud vocum alie sunt significatiue: alie vero minime. vox non significatiua nihil ad nomen. et enim nomen significat. Sumo ergo differentiam que est significatiua. et cum genere iungo. i. cum voce: et dico vox significatiua: et tunc respicio vtrum genus hoc et differentia nomini sint equalia. Sed nondum sunt equalia. potest enim vox significatiua esse et non esse nomen. Sunt enim quedam voces: que dolores designant alie que animi passiones naturaliter que nomina non sunt vt interiectiones. Rursus ipsam vocem significatiuam in alias differentias diuido vocum significatiuarum alie sunt secundum positionem hominum alie naturaliter: et vox quidem significans naturaliter nihil ad nomen. vox vero significans secundum positionem hominum nomini congruit. Quocirca has duas differentias significatiuam et secundum positionem iungo cum voce. i. cum genere: et dico nomen est vox significatiua secundum placitum. Sed rursus mihi non equatur ad nomen. Sunt nanq; et verba voces significatiue et secundum positionem. Non igitur solius nominis diffinitio est. Distribuo iterum differentiam que est secundum positionem. et dico secundum positionem vocum significatiuarum alie cum tempore: alie sine tempore: et differentia quidem cum tempore nomini non coniungitur: idcirco quod verborum est significare tempora: nominum vero minime. Restat ergo vt congruat illa differentia que est sine tempore. Iungo igitur has tres differentias generi: et dico: nomen est vox significatiua ad placitum sine tempore. Sed rursus mihi non plena conclusio diffinitionis occurrit. potest enim et vox significatiuam et secundum positionem et sine tempore esse: et nomen non esse vnum: sed nomina iuncta que est oratio: vt Socrates cum Platone et discipulis: sed quamq; imperfecta sit hec oratio: tamen oratio est. Quocirca vltima differentia que est sine tempore: alijs item differentijs diuidenda est: et dicemus. vocum significatiuarum secundum positionem sine tempore: alie sunt quarum pars aliquid significat extra. hoc pertinet ad orationem: alie quarum pars nihil extra significat. hoc pertinet ad nomen. Nominis enim pars nihil extra significat. Fit ergo diffinitio sic. Nomen est vox significatiua ad placitum sine tempore: cuius nulla pars extra significat separata. Vides ne igitur quam recta diffinitio constituta sit: Nam quod dixi vocem. a. ceteris sonis nomen disiunxi: quod significatiuam apposui: nomen ab non significatiuis vocibus separaui. quod secundum placitum et sine tempore a naturaliter significatiuis vocibus: et a verbis proprietas nominis disiuncta est. quod eius partes nihil significare extra proposui ab oratione disiunxi: cuius partes aliquid separate extra significant. vnde fit: vt quodcunq; nomen

fuerit: illa diffinitione claudatur: ⁊ vbicūq̄ hec oratio dif finitionis aptabitur: illud esse nomen non dubites. Illud quoq̄ dicendum est: q̄ genus in diuisione totum est: in dif finitione pars. ⁊ sic diffinitio est: quasi quedam partes to tum coniungant: ⁊ sic est diuisio quasi totū soluatur in par tes: ⁊ est similis diuisio generis totius diuisioni: diffinitio totius compositioni. Nāq̄ in diuisiōe generis animal to tum est hominis. Intra se enim complectitur hominem. In diffinitione vo pars est. species nāq̄ genus cum aliqs differentijs iunctum componit: vt cum dico animalium alia sunt rationalia: alia irrationalia: ⁊ rursus rationaliū alia sunt mortalia: alia immortalia: animal rationalis to tum est. ⁊ rursus rationale mortalis ⁊ hec tria sunt hoīs. Si vero in diffinitione dicam animal rationale morta le. tria hec vnum hominem coniungunt. Utrarū pars ipsius hominis ⁊ genus ⁊ differentia reperitur. Sic ergo in diuisione genus est totum species pars. Eodem quoq̄ modo differentie totum sunt: species in quas ille eiuidun tur: partes sunt. In diffinitione vo ⁊ genus ⁊ differentie partes sunt. Diffinita vo species totum. sed hec hacten⁹. Nunc de ea diuisione dicimus que est totius in partes. Hec enim erit secunda diuisio post generis diuisionem. Quod enim dicimus totum multipliciter significamus. Totum nāq̄ est quod continuum est: vt corpus vel linea vel aliquid huiusmodi. Dicimus quoq̄ totum qd̄ non continuum est: vt totum gregem: vel totum populū: vel totum exercitum. Dicimus totum quod vniuersale est: vt hominem vel equum. Hi enim totum sunt suarum ptiū idest hominum vel equorum: vnde ⁊ particularem vnum quēq̄ hominem dicimus. Dicitur quoq̄ totum quod ex quibusdam virtutibus constat: vt anime alia est potētia sapiendi: alia sentiendi: alia vegetandi. Tot igitur modis cum totum dicatur: facienda est diuisio totius. Primo qdem si continuum fuerit in eas partes: ex quibus ipsum totū constare perspicitur. Aliter enim non fit diuisio. Homi enim corpus in partes suas ita diuidimus in caput: in ma nus: in toracem: ⁊ pedes: ⁊ si quo alio modo in proprias partes fit recta diuisio. Quorum autem multiplex est com positio: multiplex est diuisio: vt animal quidem separatur in partes eas que sibi similes hn̄t partes in carnes ⁊ ossa. Rursus in eas que sibi non habent similes partes in ma nus in pedes. Eodē quoq̄ mō ⁊ nauis ⁊ domus. Librū quoq̄ in versus atq̄ hos in sermones: hos autem in sylla bas. syllabas in litteras soluimus. Itaq̄ fit vt syllabe ⁊ lit tere ⁊ nomina: ⁊ versus partes quedam totius libri esse videantur. alio tamen modo accepte nō partes totius: sed partes partium sunt. Oportet autem non omnia specula ri quasi actu diuidantur: sed quasi animo ⁊ ratione: vt vinū aque mixtum diuidimus in vina aque mixta hec actu. di uidimus etiam in vinum ⁊ aquam: ex quibus mixtum ē hec ratione. hec enim iam mixta actu separari nō possunt. Fit autem diuisio totius ⁊ in materiam atq̄ formaȝ. Aliter enim constat statua ex ptibus suis: aliter ex materia ⁊ for ma idest ere ⁊ specie. Similiter autem etiaȝ tota illa di uidenda sunt: que continua non sunt. eodem quoq̄ modo ⁊ ea que sunt vniuersalia: vt hominū alij sunt in Europa alij in Affrica: alij in Asia. Eius quoq̄ totius qd̄ ex vir tutibus constat: hoc modo facienda est diuisio anime alia pars est in virgultis alia in animalibus. ⁊ rursus eius q̄ constat in animalibus: alia est rationalis: alia sensibilis ē. Et rursus hec alijs subdiuisionibus dissipantur. Sȝ nō est anima horum genus: sed totuȝ. partes enim he anime sunt. sed non vt in quantitate: sed vt in aliqua potestate ⁊ virtute. Ex his enim potentijs substantia anime iungit. vnde fit vt quiddam simile habeant huiusmodi diuisio ⁊ generis: ⁊ totius diuisioni. Nam q̄ si quelibet pars eius fuerit: anime predicatio eam sequitur: ad generis diuisio nem refertur: cuius vbicūq̄ species fuerit: ipsum mox cō sequitur genus. q̄ autem non omnis anima omnib⁹ parti

bus iungitur: sed alia alijs: hoc ad totius naturam refer ri necesse est. ¶ Restat vt de vocis in significatiōes diuisio ne tractemus. Fit autem vocis diuisio tribus modis. Di uiditur enim in significatiōes plures: vt equiuoca vel am bigua. Plures enim res vnaȝ nomen designāt: vt canis. Plures rursus vna oratio: vt cum dico grecos vicisse tro ianos. Alio autem modo sm̄ modum. hec enim non plura significant: sed multis modis: vt cum dicimus infinitum vnam rem significat: cuius terminus inueniri nō possit. Sed hoc dicimus aut sm̄ mensuram: aut sm̄ multitudi nem: aut sm̄ speciem sm̄ mensuram: vt est infinitum esse mundum. magnitudine enim dicimus infinitū sm̄ mul titudinem vt est infinitam esse corporum diuisionem. infi nitam nāq̄ diuisionum multitudinem significam⁹. Rur sus sm̄ speciē: vt infinitas dicimus figuras. Infinite enī sunt species figurarum. Dicimus etiam infinitum aliqd sm̄ tempus: vt infinitum dicimus mundū: cuius termi nus sm̄ tempus inueniri non possit. Eodem quoq̄ modo infinitum dicimus deum: cuius superne vite terminus i ueniri sm̄ tempus non possit. Sic igitur hec vox nō plu ra significat sm̄ se sȝ multimode de singulis predicat. vnū tamen ipsa significat. Alter vo modus sm̄ determinatiōes. Quotiens enim sine determinatione dicitur vox illa. fac in intellectu dubitationem: vt est homo. hec enī vox mul ta significat. Nulla enim diffinitione conclusa audiens in telligentis multis capiatur fructibus: erroribusq̄ tradu catur. Quod enim quisq̄ auditor intelligat vbi id quod di cens loquitur: nulla determinatione conclude. Nisi enim quis ita diffiniat dicens. Omnis homo ambulat: aut cer te quidam homo ambulat: ⁊ nisi hunc noīe si ita contin git designet. Intellectus audientis quod rationabiliter in telligit non habet. Sunt etiam alie determinationes: vt si quis dicat: da mihi: quod dare debeas: nullus intelligit nisi intellectus ⁊ certa ratio addatur determinationis: vel si qs dicat ad me veni: quo veniat: vel quando veniat nisi determinatione non cognoscatur⁹. Est autē quidem omne ambiguum dubitabile: non omne tamen dubitabile est ambiguum. Hec enim que dicta sunt dubitabilia: quidē sunt non tamen ambigua. In ambiguis enim vterq̄ au ditor rationabiliter seipsum intellexisse arbitratur: vt si qs dicat. audio grecos vicisse troianos: vnus potest intellige re q̄ greci troianos vicerint: alius q̄ troiani grecos. ⁊ hec vterq̄ dicentis ipsius sermonibus rationabiliter intelli git. Cum autē dico da mihi: quod dare debeat: nullus ex ipsis sermonibus rationabiliter auditor intelligit. Quod enim ego non dixi: ille potius suspicabitur q̄ aliqua rōne id quod a me prolatum non est: perspicaciter videat. Tot igitur modis cum vocis diuisio fiat: aut per significantias aut per modum significationum: aut per determinationes In his que sm̄ significantiam diuiduntur: non solum di uidende sunt significationes: sed etiam diuersas res esse q̄ significantur: diffinitione demonstrandū est. Aristoteles enim hec in topicis diligenter precepit: vt in his que di cunt̄ bona: alia sunt bona vt ea que boni retinent qualita tem: alia que ipsa quidem a qualitate nulla dicunt̄: sed q̄ bona rem faciunt. idcirco bona dicuntur. Oportet autem maxime exercere hanc artem (vt ipse Aristoteles ait) con tra sophisticas importunitates. Si enim nulla subiecta sit res quā significat vox: significatiua esse non dicitur. Si vo vna res sit quā significat vox dicitur simplex. q̄ si plu res multiplex idest multa significans. Diuidenda ergo hec recte sunt: ne in aliquo sillogismo capiamur. Sin vo am phibola oratio. i. ambigua est euenit: vt aliquotiens vtroq̄ modo sint possibilia que significantur: vt id quod superius dixi. potuit enī fieri vt greci vincerent troianos: ⁊ troiani grecos superarent. Sunt vo alia que impossibilia sunt: vt cum dico hominem comedere panem: significat quidē q̄ homo panem comedat. rursus q̄ panis hominem come dat: sed hoc impossibile est. ergo quoniam ne ad contentiones

ventitur possibilia et impossibilia o ual ncia sunt. Quotiens ad veritatem possibilia sola dicenda impossibilia relinquenda sunt. ¶ Quoniam vero plures species plura significantium vocum sunt dicendum est: quia alie in particula multiplicitatis significationem habent: alie in tota oratione. Et earum que in particula habent: pars ipsa equiuoca dicitur. Tota vero ipsa oratio secundum equiuocationem multiplex. Illa vero que in oratione tota significationis multiplicitatem retinet: ambigua nuncupatur. Diuidunt autem significationes equiuocarum secundum equiuocationem vnius particule orationum diffinitione: vt cum dico homo viuit intelligitur et verus et pictus. Diuiditur autem hoc modo: animal rationale mortale viuit: quod verum est. animalis rationalis mortalis assimilatio viuit: quod falsum est. Diuiditur etiam qualibet actione que determinet: vel generis vel casus: vel alicuius articuli: vt cum dico: Canna Romanorum sanguine sordidit: et calamum demonstrat et fluuium sed diuidimus quidem sic articulo vt dicamus hic canna Romanorum sanguine sordidit: vel genere vt canna Romanorum plenus sanguine fuit vel casu: vel numero. In illo enim tantum singularis. in illo pluralis: et de alijs quidem eodem modo. Sunt autem alia secundum accentum: alia secundum ortographiam. Secundum accentum vt pone pone. Secundum ortographiam: vt queror: et queror: ab inquisitione: et querela. Et rursus hec secundum ortographiam ipsam diuiduntur: vel secundum actionem et passionem quia queror ab inquisitione passiuum est: queror autem a querela agentis est. ¶ Ambiguarum vero orationum facienda est diuisio: aut per adiectionem: aut per diminutionem: aut per diuisionem: aut per aliquam transmutationem: vt cum dicitur: audio troianos vicisse grecos ita dicamus. Audio quod greci vicere troianos. Hec enim ambiguitas quolibet eorum modo soluitur. Non tamen ita diuidenda est omnis vocum significatio tanquam generis significatio. In genere enim omnes species enumerantur. In ambiguitate vero tante sufficiunt: quante ad eum sermonem possunt esse vtiles quem alterutra nectit oratio. Sic de vocis quidem diuisione sufficienter dictum est. Est autem et de generis: totiusque diuisione propositum atque expeditum Quare de omnibus secundum se partitionibus diligentissime pertractatum est. Nunc autem de eis diuisionibus dicemus: que per accidens fuerint. Harum autem commune preceptum est: quicquid ipsorum diuiditur in opposita disgregari: vt cum subiectum in accidentia diuidimus non dicimus corporum alia sunt alba: alia sunt dulcia que opposita non sunt: sed corporum alia sunt alba: alia sunt nigra: alia neutra. Eodem quoque modo in alijs secundum accidens diuisionibus diuidendum est atque illud maxime perspiciendum est: ne quid vltra dicatur: aut minus: sicut fit in generis diuisione. Non enim oportet relinqui aliquod accidens ex eadem oppositione: quod subiecto illi inest quod non in diuisione dicatur Neque vero addi aliquid quod subiecto inesse non possit. Posterior quidem peripatetice secta prudentie differentias diuisionum diligentissime ratione per se perspexit: et per se diuisionem ab ea que est secundum accidens: ipsasque inter se disiunxit ac distribuit. Antiquiores autem indifferenter: et accidente pro genere: et accidentibus pro speciebus aut differentijs vtebantur. Unde nobis per opportuna vtilitas visa est: et communiones harum diuisionum prodere: et eas proprijs differentijs disgregare. Et de diuisione quidem omni quantum introductionis breuitas patiebatur: diligenter expressimus.

Anicij Manlij Seuerini Boetij ex consularis patricij Liber diffinitionibus Incipit.

[D]icendi ac disputandi prima semper oratio est etiam dialecticis auctoribus et ipso. M. Tullio sepius admonente que dicitur diffinitio. Quippe cum in certamine contentioneque nihil possit (quod tamen in dictione constat) aliquando deduci nisi de quo futura pugna est prius fuerit in definitione definitum vt possit inter vtrumque qui initurus est ea lites et manifestu quid sit illud de quo in futura questione tractabitur. vnde non solam commoditatem generis perspicienda est virtus definiendi: quia per hanc orationem res semper euoluitur. Et quia illa sit que illud de quo queritur explicat: verum etiam quod principaliter semper adhibita maximum lumen et manifestum parit rei que in contrarium deducta habet questionem. Etenim si verba aut nota omnibus extitissent. aut vnam significantiam sui semper tenerent et non ambiguo vel obscuro dicto audientes fallerent: et loquentes sub diuersa interpretatione acciperent omnino definitio necessaria minime crederetur. At cum nomina rebus imposita vocesque singule per existimationem eius qui ita res appellandas esse censuit ita sint illiture et ita arte composite vt nota quadam in rerum significatione non apta declaratione ducerent audientes. Necessarium ad modum arbitror noscere quid sit definitio quibusque speciebus ac partibus compleatur; vt facillime et eam rem quam declarat possit ostendere: et tollit tamen cognitis modis in dicendo sua virtute fastidium: ac prius eiusdem ipsius vt ordinem per precepta seruare videamur definitionis adhibenda est definitio. Definitio est vt. M. Tullius in topicis ait oratio que id quod definit explicat quid sit hoc ita potest: et ita intelligi necesse est: vt et in quo genere sit definitio declarandum esse videatur et quid comprehendat et quemadmodum perfecte eadem definitio definita est. Nomina vel voces interdum res significant interdum sensa interdum singula dicta: interdum orationes. et quamquam his omnibus iaceat ac dicatur orationibus generaliter videtur esse quod dicimus: res tamen proprio nomine et certa significatione aliud esse videatur quam sensum est aliud quam dictum singulare atque vnicum aliud quam oratio. Ergo definitio non facit vox est non rei alicuius: aut corporalis: aut incorporalis sed est oratio. Etenim talis dictio que exprimit quid sit id de quo queritur sine dubio appellatur oratio: vt oratio est exordium et narratio et cetera que partes orationis esse dicimus. Ita ergo et definitio oratio est. Sed quoniam hoc generale nomen est quod vel dictum conuenit et exponi: narrationi: inuocationi: predicationi: ceterisque singulis que vtique orationes esse dicuntur vt id quod generaliter appositum est possit ad id deduci de quo queritur adiecta est species. Querebamus enim quid esset definitio ad quam rem declarandam. M. Tullius adiecit que id quod definit explicat quod sit talis oratio non nisi definitio est. Nam oratio quidem est que non explicat quod definit: sed quod gestum est et item alie singule orationes in suis officijs actionibusque constitute aliud sunt et oratio que id quod definit explicat quid sit: ita adiecta est species: vt cum genus superius sit oratio species sit que id quod definit. Postremo tamen adiunctum sit quo certius id et quo magis proprium declaret quod definitum est explicat quid sit. Sunt enim alie orationes que explicant magis quale quid sit: aut quantum sit. At vero hec nihil horum sed tantum quid sit explicat. Diuersa est enim in ista petitione cognitio quippe cum aliud est scire quale sit et quid sit explicare. hoc enim in percipienda rei substantia pertinet illud in qualitate noscenda. et hec quidem Cicerone sit adhibita definitio. Nos tamen aptius id ipsum quid sit definitio nostra explanatione faciamus. Omne quod demonstratur oratione: aut an sit: aut quid sit: aut quale sit ostenditur quia cum adhibetur oratio ad declarationem rei alicuius an sit non est definitio. Item cum quale sit aliquid oratione monstratur: pari modo definitio non erit: cum vero quid sit ostenditur quod inter: an sit et quale sit medium est hec est definitio. Ita scilicet medium vt an sit nulla iam sit dubitatio. Item quale sit non eius qui requirit sed qui definit sit in scientia collocatum. Medium in quo hoc genus quod ostendit idipsum de quo queritur quid sit definitio nuncupatur. Omnis definitio in questione rem habet incertam. Omnis res si certa est definitione non eget si incerta est neque res est et queritur definitione monstrari. Omnis enim res si modo iam res est quemadmodum diximus certa

est. Cū vo iam certa est ⁊ qualitates suas habeat quibus cū facile cōprehēdit facile qd sit agnoscit. Nunq̄ȝ eni quid sit intelligi pt nisi quale sit fuerit cōprehēsum. Ois diffinitio aut reprobāde cā: aut si res in q̄ōne versat augēde aut si vel apud aduersariū vel apud auditorē quelibet iā nota res est cōfirmāde assumit. Nihilominus tn̄ diffinitio ut res eadē que nota ē et certa et firma teneat adhibet. Ois diffinitio: aūt rhetorica ē orō aut dialectica si est rhetorica originē et ptentiōe suscipiēs p rei de qua q̄rit ptes suas se diuidet nec i vni⁹ tractatu a suis reb⁹ tota ꝯsistet: ut cū vniuscui⁹ q̄ȝ rei plena ⁊ certa pfectio nota sit: cūctis p ptes sibi eandē distribuāt dicta certantiū. Sepulture violationē rē enī ct cā plenāq̄ȝ et pfectā retinem⁹ cum in eruto sepulcro est etiā anim⁹ ⁊ factū violātis ut studio eruendi ⁊ pfanādi inanes hoc quispiaȝ videat aggressus. Ergo vti dixim⁹ violatio sepulture ꝯstat et aīo ⁊ facto. Plenaq̄ȝ ipsa res ē violati sepulchri: i. ex his duob⁹ apud sepulcrū gdā ut auferret ornamenta. Itē sepulchri violator re⁹ in iudiciū defertur. sine dubio diffinitiuā ordem et cōtentionē exprimēte qd sit violatio sepulture necessario cā desiderat: sed singul' ptib⁹ totius facti ac pleni vtūt oratores, ut sepulture violationeȝ ponat vn⁹ qd aptū sit sepulchrū. Contra ali⁹ sepulture violationē dicat in aīo ꝯtineri ita existit diffinitiue ordis iste tractat⁹, ut cū totū qd agnoscit in sepulture violatiōe p ptes suas fuerit distributū: easq̄ȝ ptes oratores singli tenuerint. ꝯtēdendi genere diffinitiōe vti videant. Sȝ nō recte dicit hmōi definitio cū nō sit certa nō plena nō integra diffinitio nisi cū totū quicqd ipsi⁹ rei ē de qua querit exprimēs quid sit orō declarauit. vex hec captiosa ⁊ falsa est. nō certa rethorꝫ diffinitio. Est alia etiā q̄ rhetorib⁹ accōmodata cognoscit: que lōge a virtute diffiniēdi plenissime separat q̄ p collectiōȝ nō quid sit ont: sȝ hoc ē a fili cū aliud sit orōe concludit: ut cū querit qd sit accipe: vtiq̄ȝ re ppria vera certa nihil aliud ē nisi ppria manu aliqd ab aliquo oblatā sumere p collectionē. m. tulli⁹ definit pecunias accepisse verrē cuȝ comites socij muniisq̄ȝ pecunias acceperit. Comites illi tui man⁹ erāt tue. Itē in nullo exēplo cū q̄rit qd sit inimicus dicam⁹ inimicū esse eū qui aliqd mali moliu⁹ sit hoc cicero collectiōe vtēs dicit. Inimicū esse qui facit ꝯtra oēm rem voluntatē. honorē. dignitatē. Ex quib⁹ colligimus hmōi diffinitiōes ꝯtētioni oratorꝫ maxie ꝯuenire lōge tn̄ a vtute diffinitiōis eē discretas. Sȝ he diffinitiones q̄ oratorib⁹ apte sunt et pocius sui explicatiōe in orōe certū ordinē cōtinent. De qua re pcepta in rethoricis sunt a. m. tullio cōstituta: ita ut ois diffinitio hīc orō que explicat de q̄ q̄rit qd sit his mēbris ptibusq̄ȝ teneat. Primū vti breuit di de quo querit quid sit orō nrā ꝯtineat. ⁊ hec appellat diffinitio. Deinde ei⁹ diffinitiōis supponat approbatio qua illō ondim⁹ ut id ipm qd breuiter in diffinitiōe posuim⁹ id ita eē argumētor rōib⁹ approbem⁹. Deinde tertio loco inducim⁹ deductiōȝ eiusdē diffinitiōis in eā spēm de qua q̄stio est. ⁊ de q̄ iudiciū est ꝯstitutū: ut cū generalr rē diffinierim⁹ ⁊ ita eē de quo q̄rit dixerim⁹. postea approbatiōȝ ꝯstituerim⁹ vex esse qd diffinim⁹. Tertio loco ondemus hoc ē qd gestū est vel id eē de quo q̄rit. Que orōis ps appellat deductio generis ad spēm. Quarto loco in orōe nrā destructiōȝ diffinitiōis aduersę ptis. hoc ē vti quēadmodū aduersarij diffinierit id ipm de quo diffinitiōȝ ꝯstituim⁹ ꝯponam⁹: eāq̄ȝ aduersariorꝫ diffinitiōȝ vitiosā eē docam⁹ que quēadmodū vitiosa sit: postea declarabim⁹. Hȝ eni ptes suas certas integras de qb⁹ nūc dicere sufficiem⁹ Est diffinitio inimicitiaꝝ apud. m. tulliū breuis ita collocata. An tu maiores inimicitias putas eē quā ꝯtrās dois voluntates ⁊ ꝯsilia studia: hec vti dixim⁹ diffinitio rethorica est. ⁊ breuis orō ꝯclusa qd sint inimicitie. Postq̄ȝ diffinitiōȝ adhibet approbatio fidē ac religionē sanctissimam in vita qui putat pōt ne ei nō inimic⁹ eē qui fama spoliauerit oīa? Deīq̄ȝ reliqua que sequit in quo qd aīa aduertere illō licet posse ꝯtingi ⁊ approbatiōȝ diffinitiōis ⁊ deductiōȝ diffinitiōis in spēm. Naq̄ȝ hec. m. tulli⁹ inimicitias eē ꝯtria studia ⁊ dissilēs voluntates approbat ita ut spēciē ipam de qua querebat factā vbis includat potuit eniȝ approbatio fieri illas eē inimicitias que ꝯtrās ꝯtinēt voluptates: ⁊ in rōnib⁹ supponēdis talis dictio ꝯponi cū fidē alius seruet infidelis sit ali⁹. Nulla dubitatio est qn tali aīo nō inter se affici inimici eē credant. Itē religioso viro irreligiosus inimicus ē. Alia ergo si ex diuersis studijs et volūtatib⁹ supposita dicerent sola eēt approbatio. n̄ etiā deductio generis in spēm: at cū nūc ita nectit dictio fidem sanctissimā in vita qui putat: religionē qui colēdā eē existimat his sine dubio inimicus ē ei qui fama spoliauit oīa: tēpla violauit: delubra polluit. Hic etiā iā veris idē factum de quo querit ita specialr cōtinet ⁊ includit. ut simul cuȝ approbatiōe ⁊ deductiōe diffinitiōis in spēm clausum teneat. post adiungit ut dixim⁹ destructio diffinitiōis aduerse ptis: sed p ꝯcisionē. i. simulā an si ꝯtra rē meā fecissȝ iniuriā aliquis iure et me inimicū eē pūtet. Ponamus igit aduerse ptis diffinitiōȝ talē. Inimicitie sunt cū contra rem meā aut fecit al quis: aut dixi iniuriā. Hāc diffinitionē sic destruit. m. tulli⁹ ut ꝯcessero q̄ ita ē diffinitiuȝ nihilominus et alio mō sunt inimicitie cū aliquis faciat cōtra oēm rē honorē et dignitatē. Talis igit sp circa rethoricā diffinitionē p mēbra quattuor resistet orō: ut sit diffinitio approbatio diffinitiōis: deductio diffinitiōis ad spēȝ. Deinde postrema deductio diffinitionis ptis aduerse. sed hec apta rethoricis nō etiā philosophis eē videt. Illa aūt que phorꝫ ppria est etiā oratorib⁹ ꝯducit eaq̄ȝ sibi ⁊ ad materiaȝ suā ⁊ ad proprie ornamentū dictiōis adiūgit orator. Ois eni recte orator exprimit q̄ sunt in dicēdo phorꝫ. Nā et vo vtit argumēto qd est phorꝫ ppriū vtit etiā necessario. At ꝯ phs in disputatiōibus ꝓprijs rethorꝫ cūcta cōdemnat. neq̄ȝ eni adiūgit aliqn signū. neq̄ȝ qd credibile dr. ⁊ oē probabile penitus a virtute sui sermōis excludit ea. Ergo diffinitio que est philosophorꝫ propria in rebus exprimēdis que explicat quid sit quale sit quēadmodū mēbris suis cōstare debeat exponemus. Diffinitiōes eē principia disputandi et supradixim⁹. ⁊. m. tullius probat: tū in dialogis oibus: tū etiā in eo libro qui topica inscribit: in quo docet primū argumentorꝫ locū esse diffinitionē hoc est a toto cui loco qui appellat a toto necessario adhibēda est diffinitio: ut ita argumentū locus a toto sit diffinitio. Porro ut supdixim⁹ explicandi argumēti: qd a toto est dicit definitio, ergo ꝓcepta et dialecticorꝫ et philosophorꝫ oīm illud tenere debemus nō eē diffinitiōȝ nisi solā que in ea re quā diffinire volumus pruīsq̄ȝ eius rei eē intelligimus declaret atq̄ȝ ostendat substantiā. hoc ut aptius fiat. si docebim⁹ nullaȝ esse diffinitionē certam integram approbandā nisi eā quā dicūt philosophi substantialē grece οὐσιώδης appellatur. Quid autē substātia sit alibi explicandū. Ad cognitionem interim illud accedat quotiens de aliquo queritur quid sit tunc posse esse certam ac substantialem diffinitionem. quotiens eius rei de qua querit (uti diximus) genus ponimus etiā cetera p differētias in orōe subiungimus. Non alienū videtur exemplū ponere et sic ad reliq̄ que sunt obscura trāsire. Querit homo quid sit hinc vtiq̄ȝ genus est aial. Cum igit in diffinitione q̄ explicabo quid sit hō: aial dixero ac deinde reliqua cōnecta erit substantialis diffinitio. Substantiā enim hois declaraui cum dixi animal. Item cū quero quid sit albū aut nigrꝫ. si dixero albū est color: quia color genus est ab hoc de quo quero albū vel nigrū iam substantialis erit diffinitio que incipit a genere ac sic cetera connectet. Hec substantialis esse dicitur et hec propria: ⁊ hec integra hec a philosophis pbata: ita ut alio mō facta diffinitio nunq̄ȝ esse dicat. vex a quibusdā hoc nomē etiā ad alia que alio modo diffiniūtur sepe trāsfertur. Ergo hec substantialis diffinitio a Marco Tullio sic explicatur. Oportere nos posito genere eius rei de qua queritur subiungere precaute alia que vicina esse possunt discretis cōmunionibus separemus, et tamdiu interponamus differētias: quādiu ad proprium eius de quo querit

esse autem orationem aut enunciationem negatiuam illa pre
sus argumenta monstrabunt que infinitum nomē ab ora
tione aut negatione diuidebant. Sed quoniam principa
liter presentia queqꝫ sentimus: his autem rebus quas p̄
senti sensu concipimus: indita esse a mortalibus vocabu-
la manifestum est. Recte dicis verbum semper significatio
nem temporis habere presentis: ut currit aut vincit. Cur
ret autem aut vincet: et cucurrerit aut vicerit: non sunt ver-
ba: sed verborum casus. scilꝫ quia a presentis temporis si-
gnificatione flectuntur. est ergo verbi plena diffinitio sic.
verbum est vox significatiua sm placitum cum significatio
ne temporis cuius nulla pars significatiua ē separata ali
quid finitū designans et presens. Restat igitur ut de ora
tione dicamus. sed prius videtur esse monstrandū verum
ne nomen et verbum sola in partibus orationis ponātur
an ut grammatici volunt et reliquas orationis partibus de
beant aggregari. Grammatici enim considerantes vocum
figuras octo orationis partes annumerāt. Philosophi ve
ro quorum omnis de nomine verboqꝫ tractatus in signifi
catione est: duas tantum orationis partes esse docuerunt:
quicqd plenā significationē tenet siquidē sine tempore si-
gnificat nomen vocantes: verbum vero si cum tempore.
atqꝫ ideo aduerbia quidem atqꝫ pronomina nominib⁹ iun
gunt sine tempore enim quiddam constitutum definitūqꝫ
significant. nec interest ꝙ flecti casibus nequeunt: non est
hoc nominum proprium ut casibus inflectantur. Sunt
enim nomina que a grammaticis aptota nominant. parti
cipium vero quia temporis significationem trahit et si ca-
sibus effertur: verbo tamen recte coniungitur. Interiectio-
nes autem siquidem naturaliter significent nec verbo nec
nomini copulande sunt: verbi enim ac nominis diffinitio
nes non habent esse naturalia: sed ad ponentis placitum
constituta: atqꝫ ideo nec in orationis partibus numerabū
tur. Oratio enim positione significat: nam si naturaliter si-
gnificaret oratio: non diuerse gentes oratione loquerentur
Si que vero interiectionum positione significant: quoni-
am finitam sine tempore affectionem designant: recte nomi
nibus annumerātur. Que vero ipse quidem nulla propria
significatione nituntur cum alijs vero iuncte designant: ut
coniunctiones atqꝫ propositiones. ille ne partes quidem
orationis esse dicende sunt: oratio enim ex significatiuis p
tibus iuncta est. Quocirca recte nomen ac verbum sole ora
tionis partes esse dicuntur.

Ratio est vox significatiua sm placitum: cuius p-
o tes aliquid extra significāt: Oratio igitur habet si-
mul cum verbo et nomine cōe ꝙ vox est ꝙ signifi-
catiua est: ꝙ sm placitū est: separatim vero cū nomie illi cōe
est ꝙ aliqū sine tpe est: ut virgilianus quē supra diximus
versus Nerine galathea thimo mihi dulcior hyble: et qui
sequit. Candidior cignis hedera formosior alba. Cum ver-
bo autē ꝙ interdū cum temporis significatione profertur.
ut si quā tui coridonis habet te cura: venito. Differt autem
ab utroqꝫ ꝙ partes orationis a tota separate oratiōe signi
ficent. sunt enim partes orationis nomē et verbum que si
gnificatiua esse dum ea diffiniremus ostendimus: signifi
cant igitur partes oratiōis ut dictio nō ut affirmatio: quā
ꝙ aliquotiens quidē ut affirmatio: sed non semper tamen
semper autem ut dictio: est enim dictio simplex verbi ac no
minis nūcupatio. nam cum dicimus si dies est: lux est: hāc
totam orationē si diuidere in partes velimus. s. dies ē lux
est: utraqꝫ pars ut affirmatio significabit dies est: lux ē af-

firmationes esse manifestū est. at si minutatim tota orationis mēbra carpamus: usqz in nomina ac verba postrema fiet resolutio. Diximus enim partes esse superius posite orationis dies et lux et est: que per se prolata non sunt affirmationes. solū possibile est veluti si quis dicat lux est: huius partes sunt: lux atqz est quas non esse affirmationes: sed simplices dictiones nullus ignorat. cum igitur oratio quidem non semp in affirmationē solui queat: semp autē in simplices dictiones: recte dictum est orationis partes extra aliquid designare non ut affirmationes: sed potius dictiones. Orationis autem species: ut arctissime diuidam⁹ sunt quinqz. Interrogatiua: ut quo te men pedes an quo via ducit: in vrbem? Imperatiua: ut suggere tela mihi. Inuocatiua. ut dij maris et terre tempestatūqz potentes. Deprecatiua ferte viam venti facilem et spirate secundi. Enūciatiua: est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula. Quarum quidē preter enunciationē nulla vel esse aliqd vel non esse designat. Cetere namqz vel interrogāt: vel inuocant: vel imperāt: vel precantur. Enunciatio vero semper esse aliquid aut non esse significat. Atqz ideo sola enunciatio est: in qua veritas vel falsitas inueniri queant. unde etiam enunciationis nascitur diffinitio. est enim enunciatio que verum falsum ve denunciat. Hanc etiam proloquium vel propositionē Tulius vocat: que quidem partim simplex partim cōposita: simplex est que condictione se posita esse aliquid vel non esse proponit ut plato philosophus est. Composita vero que ex duabus simplicibus copulante condictione consistit: ut plato si doctus est philosophus est. Simplicium vero enunciationum alias in qualitate secsalias in quātitate differentias inuenimus. in qualitate quidem qꝛ alia affirmatiua: alia negatiua est. enūciatio affirmatiua est enunciatio aliquid de aliquo significans: ut plato philosophus est. philosophū de platone predicamus. Negatiua vero est enunciatio aliquid ab aliquo predicatione seiungens: ut plato philosophus non est. philosophū enim a platone tali predicatione seiunximus. secū dum quantitatē vero differentie enunciationū sunt qꝛ alie quidem vniuersales: alie particulares: alie indefinite: alie singulares. vniuersales sunt que siue affirment siue negēt vniuersaliter tamen enūciant vniuersale subiectum: ut omnis homo sapiēs est. nullus homo sapiens est. homo vniuersale quiddā est: multos enim sub se indiuiduos coheret et continet: qui vniuersaliter enunciatꝰ dum ei omnis: vel nullus adiungitur. Particulares vero que vel affirmando vel negando ambitum subiecti vniuersalis in partem redigunt: ut quidaꝫ homo sapiens est: quidam homo sapiens non est: hic enim vniuersalitas hominis adiecta particulari determinatione minuta est atqz in partem redacta. indefinite vero sunt que absqz vniuersalitatis et particularitatis determinatiōe dicuntur: ut est homo sapiēs: nō est homo sapiens. Singulares vero sunt que de singulari aliquid et de indiuiduo affirmando negandove proponūt ut socrates sapiens est: socrates sapiens nō est. Differt autem particularis propositio a singulari: qꝛ particularis quidem vnū aliquem subicit: nec quis sit iste designat: ut quidam homo sapiens est: quis iste homo sit propositio non declarat. Singularis vero vnum aliquem sumit: et quis iste sit significat ut socrates sapiens est. vnum enim et hūc socratem sapientēꝫ esse proposuit. Amplius particularis omnis vniuersalem quidem terminum ponit: sed ei detrahit vniuersalitatem cum qualitatē particularitatis adiungit: ut in propositione: quidā homo sapiens est. homo vniuersalis est terminus: multos enim propria predicatione concludit. Sed quia dicitꝰ quidam ad vnū: homo redigitꝰ. qui vniuersale persisteret nisi particularitas fuisset adiuncta. in singularibus vero propositionibus predicato termino semper indiuiduū supponitur ut socrates sapiens est. socrates enim singularis est atqz indiuiduus. Idcirco igitꝰ illa particularis propositio que partem ex vniuersalitate detrahit. hec singularis que in singularis atqz indiuidui predicatione consistit. Simpliciuꝫ vero enunciationū partes sunt subiectum atqz predicatum: subiectū est quod predicati suscipit dictionem. ut in ea propositione que est plato philosophus est: plato subiectum est: de ipso enim philosophꝰ predicatur: et in eo philosophi suscipit dictionem. Predicatum vero est quod dicitur de subiecto: ut in eadem propositione philosophus dicitur de platone subiecto. semper enī quod subiectum est vel minus est vel equale predicato: minus quidem ut in ea propositione de qua paulo ante tractauimus: plato enim philosophi nomē non potest equare: neqz solus plato philosophus est: equalis vero est subiectus terminus predicato ut si quis dicat homo risibilis ē: homo enim qui subiectus est terminꝰ predicato risibili coequatur: vnde fit ut possit reddi reciproca predicatio. sꝫ ut vices subiectum predicatūqz permutent: fiatqz subiectuꝫ qđ erat antea predicatum: versaqz ordine predicetur quod fuerat ante subiectum: ut si dicatur quod risibile est homo est. omnia enim que sunt equalia de semetipsis predicantur. ut vero id quod subiectuꝫ est maius possit esse predicato. nulla prorsus enunciatione contingit. ipsa enim predicata natura minora esse non patitur. Sed qꝛ equale ut maius est id semper de equali vel minore predicatur. Has vero enunciationū partes id est predicatum atqz subiectū terminos appellamus. Termini vero dicūtur qꝛ in eos postrema fit resolutio. itaqz in singularibus vel indefinitis propositionibus duos terminos semp inuenimus et verbum quod propositiones determinet qualitatem ut in propositione qua dicimus socrates sapiens est: socrates quidem ac sapiens terminos esse manifestū est: est vero verbum nō est terminus: sed designatio qualitatis: et qualis propositio sit negatiua an affirmatiua significat: et nunc quidem solo est verbo propositioni accommodato facta est affirmatio. At si non quod est aduerbiū negatiuum esset adiunctuꝫ: ita diceretur. socrates sapiens non est. atqz hoc modo mutata q̄litate fieret de affirmatione negatio: est igitꝰ et non est non sunt termini: sed ut dictum est significatio qualitatis: eadeꝫ omnia etiam in indefinita propositione conueniūt: qꝛ si sint tales orationes: socrates est: dies est: est vi gemina fungitꝰ scilꝫ predicati: est enim verbum de socrate vel die predicatū vel significatione qualitatis. idem namqz est: solum positū affirmationem efficit: cum negatiuo aduerbio negationem: ac sunt propositiones que differentias secum habeant qualitatum: ut sunt vniuersales ac particulares: eadem vis p̄manet terminoꝝ: omnis enim ac nullus et quidam terminis non annumeratꝰ: sed enunciationum significant qualitatem. Atqz ideo recte quod subicitꝰ ac predicatur termini nuncupati sunt: quoniam in eos tantū resoluitur propositio. Cetera enim que simplicibus enunciationibus adiunguntur: aut qualitatē propositionū retinent: aut quantitatem significāt. Propositionū vero simpliciū alie sunt: que in nulla parte conueniūt: ut plato philosophus est: et virtus bona est: vtreqz enim aliud quiddā de alio predicatur nec habent aliquid in proponenda ratione cōmune illa enī platonē philosophū dicit. illa virtutem bonam esse pronūciat. alie vero sunt que aliqua terminorū participatione iūguntur. id autem duobus fieri modis potest: aut enim ordine eodem: aut per ordinis commutationem. Eodem vero ordine duplici modo: si vel simplices termīos in vtrisqz constituas: vel si per oppositionem fiat participatio terminorū: quod tribus neqz amplius continget modis: nam vel predicato vel subiecto: vel vtrisqz terminis negatio copulatur. Ordinis etiam commutatione conueniunt duobus modis: aut enim per simplicem terminorum predicationem: aut per eorundem terminorum oppositionem: hec

quoque oppositio terminorum triplicem recipit modũ: cum negatio vel predicato vel subiecto: vel vtrisque coniungitur. ille vero que altero termino participant ꝛ tribus modis: vel cum in vna propositione quod predicatur: in altera subiectum est: vel cum idem in vtrisque predicatur: vel cum idẽ in vtrisque subiectus est: et quoniam omniũ sibimet conuenientium propositionũ ordinatissimã fecimus diuisionem nunc de singulis quibusque tractemus: ac primum de ea propositionũ conuenientia que cum vtrisque participet terminis participandi tamen ordinem seruent. ea est huiusmõi. omnis homo sapiens est: nullus homo sapiẽs est: vtraque enĩ propositio hominem subicit: et predicat sapientem: et cum vtroque termino cõgruant: sicut tamen diuerse: quoniã hec affirmatio est illa negatio: et hoc quidem exempli gratia dictum sit. plenius vero fiet de tali participatione tractat⁹. hoc modo cunctarum simpliciũ propositionũ differentias vel in qualitate vel in quantitate sitas esse ostendimus: in quantitate cum vniuersaliter pronũciant vel particulariter: vel indefinite vel singulariter proferũtur. in qualitate vero cum he quidem affirmatiue sunt: ille vero negatiue. Si igitur duas affirmatiuas aggregamus: fiunt mixte cum vtrisque octo differentie. que simul qualitatem quantitatemque contineant. Sunt autem mixte he: affirmatio vniuersalis: negatio vniuersalis: affirmatio particularis: negatio particularis: affirmatio indefinita: negatio indefinita: affirmatio singularis: negatio singularis. Quarũ quidem indefinitas singularesque segregemus: et de vniuersalibus ac particularibus disseramus. Describatur ergo vniuersalis primũ affirmatio. omnis homo iustus est: cuius aduersum tenet locum negatiua propositio vniuersal'. nullus homo iustus est. item sub vniuersali affirmatione ponatur particularis affirmatio: quidã homo iustus est: hãc aduersa frõte respiciat: sitque vniuersali negatiue supposita particularis negatio. quidam homo iustus non est.

Vlis affirmatio.	Vlis negatio.
Omnis homo iustus est.	Nullus hõ iustus ẽ.
Quidã homo iustus est.	Quidã hõ iust⁹ nõ est
Particularis affirma.	Particularis neg.

¶ Harum igit' affirmatio atque negatio vniuersalis qualitate quidem discrepant: sed quantitate concordant: nam q hec quidem affirmatio est: illa vero negatiua est: sunt in qualitate diuerse. quia vero vtraque vniuersalis est: quantitate conueniũt. harum igitur vel vtrasque falsas: vel vnam veram: alterã falsam recipere possibile est: vtrasque autem simul vere nequeunt inueniri: nam in proposita descriptiõe affirmatio que est. omnis homo iustus est; ꝛ negatio que est. nullus homo iustus est. cum vtreque sint vniuersales: neutra tamen est vera. at si sit affirmatio. omnis homo animal est: atque vniuersaliter denegetur ita. nullus homo animal est: vel ita omnis homo lapis est: nullus homo lapis est; vnam veram alteram falsam esse necesse est. Atque ideo quotiens ea predicatur que et cõuenire subiecto et ab eo valeant segregari: et vniuersaliter illa confirmat: hec denegat vtrasque falsas contingit: velut superius positis declaratur exemplis: iusticia enim cum esse in hominibus possit: non tamen ita hominibus inhesit: ut ab his separari nullo modo queat: atque ideo neque omnis homo iustus est: neque omnis homo iustus non est. contingit vtrasque mentiri. at si tale sit qd a subiecto abstrahi separarique non possit: vel quod nunque possit euenire subiecto: et que vniuersaliter affirmatiua est: vniuersaliter abnuatur: euenit vni veritatẽ alteri semper adesse mendaciũ. sed ita ut si a subiecto quod predicatur non potest segregari: vera sit semper affirmatio: falsa negatio. at si quod euenire non potest predicatur. affirmatio quidẽ falsa fit: sed vera fit negatio: nam quoniam animal non ab homine potest segregari que hominẽ animal esse confirmat: vera est: falsa vero illa que denegat. item si quod non potest fieri predicetur: fiatque affirmatio. omnẽ hominem esse lapidem: idque aduersa propositio neget: nullũque hominẽ lapidem esse concedat. negatio quidem veritati: affirmatio autem iuncta est mendatio: simul autem veras et affirmationẽ vniuersalem: vniuersalemque negationẽ nulla poterunt exempla monstrare. atque ideo vniuersalis quidem affirmatio vniuersalisque negatio contraria dicũtur. nam ut in contrarijs aliquid mediũ continentibus potest neutrũ inesse subiecto: ut corpus neque nigrum sit neque albũ: quoniam est quod preter ea esse possit ut rubeum: itemque in cõtrarijs medietate carentibus necesse est alterum semper inesse subiecto: ut omne animal aut dormit aut vigilat: quoniam inter dormire ac vigilare nihil mediũ est: ut autem simul atque in eodem vtraque contraria reperiantur fieri nequit. ita etiam in vniuersalibus affirmatione ac negatiõe ut vtreque false sint: exemplo contrariorum aliquid medium claudunt: vel altera vera: falsa vero altera: sicut in contrarijs que medio carent fieri posse manifestum est: sed impossibile est: ut vtrisque sententia in veritate conueniat: sicut nulla contraria simul esse patiuntur. Atque ideo vniuersalis affirmatio vniuersalisque negatio contrarie nominãtur. He igitur non cum vim ipsa semper aduersitate conseruãt ut eis sit perpetua atque inconciliata discordia: nec se semper inuicem perimũt. que cum sententia dissideant: cõmuni tamen falsitate concordant. si igitur earum vna summota sit: non necesse est ut esse altera consequatur: fieri enim potest ut neutra sit: velut si omnẽ iustum esse hominẽ destruat: non est consequens ut nullus homo sit iustus. que sub his propositionibus collocantur id est particularis affirmatio atque negatio subcontrarie nomen habent: idcirco q vniuersalitati particulare cõmune subiectũ est. cum igitur vniuersales intelliguntur esse cõtrarie: subcontrarias eẽ necesse est que sub vniuersalibus collocantur. Horum quoque quantitas eadem: quoniã vtreque sunt particulares. diuersa qualitas intelligitur: quoniam affirmatio est illa vero negatio. sed quamque contrarijs videantur esse subiecte: cõuerso tamen modo particulares in veritate sibimet: non in falsitate consentiunt. nam ut hec verum: falsum illa pronunciet: atque vtreque sint vere facile propositis declaratur exemplis: ut vero vtreque false sint: non potest inueniri. nam si quidem quod neque separari neque possit adesse subiecto: alterutra enunciet propositio: vna est veritati: altera cognata mendacio: et si quidem quod a subiecto separari nõ potest predicetur: affirmatio sola veritatis calculũ tenet. at si qđ subiecto impossibile adesse dicatur: sola optinet negatio veritatem. ut si quis enunciet: quidam homo animal est: et alius neget: quidam homo animal non est. vel ita. quidam homo lapis est. quidam homo lapis non est. vtraque affirmationũ negationumque oppositio verum inter se falsumque partitur. Sed in prioribus quidẽ affirmatio: in posterioribus autem vera negatio est. at si quod euenire quidem possit: sed a subiecto tamen aliquando valeat segregari: affirmatio particularis negatioque pronuncietur: vtrasque veras esse necesse est: ut quidam homo iustus est: quidam homo iustus non est. ut vero vtreque false sint: nulla poterunt exempla cõgnere. quocirca ne iste quidem quas subcontrarias appellamus semper se seinuicem perimũt quandoquidem aliquotiens in veritate concordant. at si omnibus differentijs dissident: o ac seinuicem destruentes inuenire conemur: respiciende sunt angulares. he vero sunt vniuersalis affirmatio et negatio particularis: vel vniuersalis negatio et affirmatio particularis. his enim tanta inter se discordia manifesta est ut neque in falsitate vnque neque in veritate vnque conueniant: semperque necesse est cum affirmatio sit vera negationem esse mendacem: cum negationi adsit

veritas: affirmationi esse propriam falsitatem: at primum cum geminas esse propositionum differentias diximus in qualitate scilicet et quantitate: harum et qualitas diuisa esse probatur et quantitas. nam quod hec affirmatio est illa negatio: in qualitate dissentiunt. quod vero hec vniuersalis illa particularis quantitate discordant. item neque in falsitate neque in veritate vnquam poterunt conuenire: siue enim de his que a subiecto abesse non possunt: vnam semper veram esse necesse est alteram falsam: nam si talis terminus predicatur: ut cum vel adesse subiecto vel non adesse contingat: vniuersales semper false sunt. particulares vere sunt. si quis enim ita proponat: omnis homo iustus est. atque alius neget. quidam homo iustus non est. vniuersalis affirmatio falsa est: particularis est vera negatio. Similiter autem si quis ita pronunciet. nullus homo iustus est: vniuersalis negationis falsa: particularis affirmationis vera sententia est: ita in his que vel adesse subiecto vel abesse contingant. vniuersales falsitati coniuncte sunt: particulares obtinent veritatem. at si tales termini sint: qui separari atque a subiecto diuidi nequeant: siue illa sit vniuersalis siue particularis. herebit semper affirmationi veritas: negationi mendacium ut si quis vniuersaliter enunciet. omnem hominem esse animal: aliusque particulariter neget: quendam hominem non esse animal. affirmatio vniuersalis verum loquitur: particularis negatiue falsa sententia est. item si quis vniuersaliter negando proponat nullum hominem esse animal: particularem affirmationem veritas sequitur: herebit vniuersalis negatio falsitati: quod si sint que predicantur: ut nunquam possint adesse subiecto: seu ille vniuersaliter seu particulariter proponantur. negationes ornat veritas affirmationes falsitas decolorat. Si quis enim affirmat dicens omnem hominem lapidem esse. aliusque quendam hominem non esse lapidem respondeat. vniuersalem affirmationem falsitas: particularem negationem veritas tenet. quod si ita quis vniuersaliter neget. nullus homo lapis est: et particulariter affirmet quidam homo lapis est. vniuersali constat negationi veritas: particularis affirmatio non caret falsitate. Quoquo igitur modo predicata vel subiecta mutaueris: si tamen vniuersalem affirmatiuam particulari negatiue: vel vniuersalem negatiuam particulari affirmatiue conferas: et singulariter considerationi committas: si hec falsa: illam veram contingit: et si hec vera est. illam falsam necesse est inueniri. atque idcirco has inter se oppositas et contradictorias nuncupamus: et hactenus quidem affirmationes et negationes aduersis inter modis conferentes: quid in eis discordie ac diuersitatis esset ostendimus. nunc vniuersalem affirmationem particulari affirmatiue: et vniuersalem negationem particulari negatiue ad veritatis falsitatisque conuenientiam comparemus. harum namque inter se nulla discordia est: atque ideo non de earum dissensu: sed de consensu potius videtur esse querendum. Primum igitur vniuersalis affirmatio et particularis affirmatio subalterne dicuntur. quoniam altera subiacet alteri id est particularis affirmatio vniuersali affirmationi supposita est atque subiecta velut pars intra totius semper ambitum latet. idemque de vniuersali et particulari negatiue dicendum est. subalterne enim vocantur: quod superior atque amplior vniuersalis negatio intra se particularem negationem claudit et continet. Hec igitur tali ratione consentiunt: si enim vniuersales in veritate precedant particulares veras esse necesse est: ut si quis vniuersaliter affirmando proponat. omnem hominem animal esse: que cum sit vera: particularis sibi affirmationis veritatem comitem trahit: ea vero est. quidam homo animal est: nam si verum est omnem hominem esse animal: verum est esse aliquem. item si quis vniuersaliter enunciet nullum hominem esse lapidem: verum dixerit: at subiecta ei particularis negatio idem retinet: nec mentitur qui dixerit. quendam hominem lapidem non esse: ita igitur vniuersalibus affirmatione ac negatione vera dicentibus: particularis affirmatio et negatio veram vniuersalium sententiam consequuntur. at si vniuersales false sint non necesse est particulares vniuersalium consensu prebere mendacium velut in his vniuersalibus que proponunt omnem hominem esse iustum vel nullum hominem esse iustum: que cum vna sit affirmatio: altera vero negatio: vtreque sunt false: sed eas particularium falsitas non ex necessitate consequitur. nam et quendam hominem esse iustum: que particularis est affirmatio: vere quis dixerit. atque ideo falsis vniuersalibus particulares veras esse non necesse est. quod enim vniuersalis affirmatio falsa dicatur. omnem hominem esse lapidem. errat particularis affirmatio: que proponit quendam hominem esse lapidem: at si vniuersalis negatio falsa proponatur. nullum hominem esse animal: non idcirco particularis erit vera negatio: si pronunciet quendam hominem non esse animal. atque ideo vniuersalibus quidem in veritate manentibus particularis necesse est vniuersalium consentire veritati. at si vniuersalibus falsitas inhereat: particularis tum veras: tum etiam falsas esse possibile est: veras quidem si quid tale predicetur quod adesse subiecto possit et subiecto valeat separari: falsas esse vtrasque affirmationem quidem particularem: si in eo sit vniuersalis falsa affirmatio: quod subiecto non potest conuenire: negationem particularem. si in eo vniuersalis negatio mentiatur quod a subiecto non potest segregari: ut posita superius exempla declarant. quod si ad veritatis et falsitatis consequentiam particularis propositiones locum principem sortiantur. contraria eis vniuersales propositiones ratione conueniunt: nam si sint false particulares: vniuersales falsas esse necesse est. sin vero particulares vere sint: tum vniuersales vere sunt: tum etiam false: nam si particularis affirmatio est falsa: que dicit: aliquem hominem esse lapidem: vniuersalis quoque affirmatio falsa est. que proponit omnem hominem esse lapidem: item si particularis est falsa negatio: que decernit quendam hominem non esse animal: falsa erit vniuersalis negatio que nullum hominem animal esse contendit. at si particularis affirmatio vel negatio vere sunt: idque predicetur quod a subiecto diuidi ac segregari queat: affirmationem negationemque vniuersales non est dubium posse mentiri. ut quoniam vera sunt particulares que proponunt quendam hominem esse iustum et quendam hominem non esse iustum. his superpositas vniuersales falsas esse manifestum est: ut ea que dicit. omnis homo iustus est: et nullus homo iustus est. at si quid tale affirmatio particularis pronunciet: quo subiectum carere non possit: vera erit supposita affirmatio vniuersalis: ut cum aliquis enunciat. quendam hominem esse animal: huic vniuersalis affirmatio in veritate consentit: que est: omnis homo animal est. at si quid particularis negatio tale proponat: quod subiecto nequeat inherere veritatem particularis negationis vniuersalis negatiue veritas necesse est consequatur. ut cum aliquis dicit. quendam hominem lapidem non esse: consonat vniuersalis veritas propositionis: que nullum hominem lapidem esse pronunciat. quo fit ut precedentibus quidem vniuersalibus veris particulares veras esse necesse sit. Precedentibus vero in falsitate particularibus vniuersalium veritas subsequatur. Manentibus vero vniuersalibus falsis particulares mendacium dicere non sit necesse: sicut ne vera quidem particularibus proponentibus veram vniuersalium necesse est esse sententiam. Et hoc quidem exempla docuerunt: ut autem firma demonstratione clarescat: vtilis ad euidentiam rerum descriptio proponatur.



¶ Ex his ergo que superius dicta sunt intelligi potest contrarias quidem vel verum inter se falsumque diuidere: vel simul posse mentiri: veras simul esse non posse: subcontrarias vero vel vtrasque veras esse: vel alteram veram: alteram falsam: nunquam tamen simul proferre mendacium. Angulares autem neque in veritate vnquam neque in mendacio consonare: sed vni semper veram alteri semper falsam esse sententiam. nunc demonstrandum est vniuersalibus veris particulares non posse mentiri. falsis autem vniuersalibus posse particulares non falsa proferre. Dico enim si vniuersalis affirmatio sit vera particularem quoque affirmationem veram futuram: nam si falsa est erit vera que particulari affirmationi opponitur vniuersalis negatio. sed posita est vera affirmatio vniuersalis hoc igitur modo vtrasque simul veras esse contingit. affirmationem scilicet vniuersalem: vniuersalemque negationem: quod euenire non posse monstratum est: non igitur fieri potest: ut affirmatiua vniuersali vera proposita particularis affirmatio mentiatur. Rursus si vera est vniuersalis negatio particularem quoque negationem veram esse concedo. nam si falsam quis dixerit: vniuersalem affirmationem que est ei opposita: veram necessario esse fatebitur. at si vniuersalis negatio vera esse proposita est simul igitur vniuersales negationem et affirmationem veras esse contingit: quod fieri non posse superius posita exempla docuerunt: at si falsa est vniuersalis affirmatio particularis vel falsum poterit enunciare vel verum: quo posito nihil impossibile committatur siue enim falsa sit erit vera negatio vniuersalis seu vera illa sit vniuersalem negationem falsitas optinebit. Quo fit ut falsa vniuersali affirmatione vniuersalis negatio: tum ei falsitate consonet: tum ab ea veritate discordet: quod non esse impossibile superioribus docetur exemplis. Eodem quoque modo et si vniuersalis negatio falsa sit: particularem negationem vel veram vel falsam esse possibile est: neque ideo aliquid sequitur inconueniens. Particulari namque negatione vera vniuersalis affirmatio mentiatur: eadem falsa verum vniuersalis affirmatio pronunciat quo fit ut falsa vniuersali negatione proposita. affirmationem vniuersalem tum veram tum falsam rationis demonstret euentus: quod impossibile non est. rursus si particulares false sint: vniuersalis quoque falsitas sequitur: nam si particularis affirmatiua pronunciet mendacium vniuersali quoque affirmationi falsitas inherebit: nam si hec vera est. falsa erit ei opposita negatio particularis. sed affirmationem particularem constituimus esse mendacem simul igitur particularis affirmatio et negatio falsa sunt: quod esse inconueniens precedens tractatus declarauit: item si particularis negatio falsa dicatur: vniuersalis quoque negationis falsitas consonabit: nam si negatio vniuersalis vera est: falsa est opposita que est affirmatio particularis: quo modo vtrasque particulares affirmationem. scilicet ac negationem simul falsas esse contingit: quod fieri non posse predictimus at si vera sit affirmatio particularis falsa vel vera vniuersalis affirmatio esse potest. sed siue falsa sit particularem negationem veram esse necesse est. siue vera sit habebit particularis negatiua mendacium. Sed cum vera sit affirmatio particularis negationem particularem vel falsam esse vel veram nihil est impossibile. Rursus si negatio particularis teneat veritatem: vniuersalis negatio vel veritatem tenere potest vel proferre mendacium. Nam si vera est oppositam affirmationem particularem falsam esse manifestum est. si falsa est veritatem particularis affirmatiua custodiet quo fit ut si particularis negatio teneat veritatem affirmatio particularis vera vel falsa sit. quorum neutrum impossibile non esse premissa docuerunt: atque hec quidem de vniuersalibus dicta sufficiant. Nunc de indefinitis ac singularibus disseramus. quarum quidem indefinite sunt quibus nulla significatio determinationis adiungitur: sed preter vniuersalis et particularis intelligentiam quantitatis proferuntur ut homo iustus est homo iustus non est. quibus tametsi (ut dictum est.) nulla significatio determinationis adiungatur. vim tamen optinent particularium propositionum. Namque ut ille quas subcontrarias in priore descriptione signauimus: alias quidem inter se verum falsumque distribuunt. alias quidem in dicenda veritate conspirant nunquam tamen simul videntur posse mentiri. ita etiam indefinite si quidem tale est quod enunciant quod subiecte semper inesse necesse sit affirmatio est vera: falsa negatio. ut in his propositionibus. homo animal est: homo animal non est. at si id in indefinitis propositionibus efferatur quod subiecti natura non suscipit: negatio quidem vera est. sed affirmatio tincta est falsitate: ut si quis dicat: homo lapis est: homo lapis non est: ut vero vtreque in pronuncianda falsitate consentiant: non potest inueniri. Eedem tamen ab vniuersalibus affirmatiuis: atque negatiuis ita dissentiunt. ut quoquo modo subiecta permutes: vna semper veritatis: altera sit semper plena mendacii. Exemplum vero huiusmodi predicatum quod subiecto semper inhereat hoc est. omnis homo animal est. homo animal non est: nullus homo animal est: homo animal est. Hic indefinite vi eadem funguntur qua et particularis. huius vero quod nunquam inheret. hoc est. omnis homo lapis est. homo lapis non est. Nullus homo lapis est. homo lapis est. in his quoque indefinite vniuersalibus opposite per vnamquamque oppositionem vnam veram falsam alteram reddiderunt: item quod suscipere subiecti naturam valeat et possit amittere. Omnis homo iustus est. homo iustus non est. Nullus homo iustus est. homo iustus est. in his etiam indefinite particularibus immutate sunt: que vniuersalibus obiecta per vnamquamque propositionum aduersitatem: vni semper verum: alteri diuisore mendacium. Preterea quoquo modo terminorum exempla ponantur si affirmationes affirmationibus negationes negationibus comparemus. vniuersalibus veris indefinitarum veritas prouenit: ut cum vere sunt. omnem hominem esse animal: et nullum hominem esse lapidem constat veritas indefinitis que proponunt: et hominem animal esse: et hominem lapidem non esse. At si vniuersalium falsitas antecedat indefinitarum vel veritas: vel mendacium variabitur. hoc modo. falsa enim est vniuersalis enunciatio que proponit. omnem hominem esse iustum: sed ea que dicit hominem esse iustum: tenet in humane nature parte veritatis. Nam si non habet omnis homo iustitiam cum tamen aliquis habeat: vere dici potest hominem esse iustum. Item cum proponitur vniuersaliter. Nullus

homo iustus est: falsum est. At si id indefinitę denegetur: a veritate non discrepat. Nam cum sit aliquis homo non iustus: non mentietur qui pronunciauerit hominem esse non iustum. Item cum sit falsa quę vniuersaliter affirmat dicens. omnem hominem esse lapidem: falsa est quę idem indefinita enunciatione confirmat dicens hominem esse lapidem. Rursus cum sit falsa negatio per quam proponitur. nullum hominem esse animal: falsa est indefinita negatio quę pronunciat hominem non esse animal. Hic quoqꝫ particularium similitudo seruata est. Nam in subalternis vera vniuersalitas veritatē particularitatis trahebat. Falsa vō vniuersalitas nec veritatis nec mendacij necessitatē particularibus afferebat. Eadem omnia vniuersaliū atqꝫ indefinitarum collatione proueniunt. Rursus indefinitas primum falsas constet: vniuersales quoqꝫ necesse ē eē mendaces: vt si falsum sit esse hominem iustum: falsū erit omnem hominem esse iustum. quando quidem non capit veritatem: si iustus vel vnus homo non fuerit. Item si indefinita negatio mentiatur: verum vniuersalis negatio si habebit: veluti si falsa sit ea quę dicit hominem non esse iustum: quando quidem non potest vniuersaliter ab homine denegari: si vel vni hominum probabitur adesse iusticia. At si indefinitę sententiam veritatis optineant: vniuersales tum veras tum eueniet esse mendaces: velut cum dicimus hominem esse iustum verū est. est enim homo qui iusticia non caret: huius vniuersalis negatio mentietur: cū quis dixerit nullum hominem esse iustum. At si id affirmabitur indefinitę quod a subiecto diuelli seiunctiqꝫ nō possit: vera nihilominus erit affirmatiua quę proponit omnē hominem esse animal. At si id quod subiecti naturam nō recipit proponit indefinita negatio: veluti si dicat hominē lapidem non esse nihil ab eius veritate vniuersalis negatiua dissentiet: vt ea quę nullū animal esse proponit. Nihil igitur dubium est indefinitas particularibus esse consimiles: eandemqꝫ vim veritatis ac falsitatis significationibus optinere: de quibus sufficienter dictum est. Nunc de singularibus explicemus quę nihil superioribus similes extant. Illę nāqꝫ quoniam constituebant vniuersale subiectū de quo prędicatum terminum dicerent: ideirco suscipiebant et differentias quantitatis. Nam quod vniuersale est ⁊ vniuersaliter ⁊ particulariter ⁊ indefinitę poterit pronunciari. At hę quę vnum aliquid ponunt singulariter atqꝫ indiuiduę: differentias quantitatis habere non possunt: atqꝫ idō sola in eis relinquitur discrepantia qualitatis. qꝫ hęc qdē affirmatio: illa vō negatio. Semper igitur inter se affirmatio ⁊ negatio singularis verum falsumqꝫ distribuent. Si non cętera impediant quę sensum in alias atqꝫ in alias significationes solent deflectere ac detorquere. Cum vō vnū atqꝫ idem prędicatum atqꝫ subiectum in affirmatione ⁊ negatione constituerit: vno eodemqꝫ sumptum tempore: vno eodemqꝫ prolatum modo: ad vnum atqꝫ idem relatum: de vna atqꝫ eadem parte propositum: necesse est ex his vnam semper esse veram: alteram semper esse falsam. Nam siue ęquiuocos terminos sumant: siue non ad idem tempus procedant: siue alius vtrisqꝫ insit modus: siue ad alias partes vel ad aliquid aliud referantur veras vtrasqꝫ esse contingit. Si ge enim ęquiuocum terminū sumat affirmatio: dicatqꝫ Cato vtice se peremit: negetqꝫ negatio: Cato se vticę non peremit. Hic igitur vtręqꝫ sunt verę quoniam Cato ęquiuocum est. Nāqꝫ Cato prętorius vticę sibi manus intulit: Cato vō censorius minime. Item proponatur affirmatiua hoc modo. Nocte lucet. negatio respondeat. nocte non lucet Hic igitur lucere ęquiuocum est. Atqꝫ ideo nihil impedit quo minus vtręqꝫ in veritate permaneant. Affirmatio nāqꝫ cum dicit lucere nocte: lunę loquitur lucem. Illa vō cum neget de solis luce significat. Hic igitur ęquiuocum prędicatum vtrasqꝫ verum conseruare permisit. Item si quis de Socrate proponat dicēs. Socrates sedet. Atqꝫ alius neget. Socrates non sedet: vtręqꝫ verę esse queunt: si ad diuersa tempora referantur. Potest enim nūc quidem Socrates sedere: alio vō tempore non sedere. Rursus si qs humani oculi colorem nigrum esse confirmet: aliusqꝫ nigrum non esse contendat: vterqꝫ verum loquentur: si ad singulas oculi partes affirmatio negatioqꝫ referantur. Nam qđ circa orbem est qui medius pupillam tenet: albū est. Ipse vero orbis niger visit. Rursus si de Socrate inter duos locato quis dixerit Socrates dexter est: aliusqꝫ respondeat Socrates dexter non est: vtrisqꝫ constare veritas potest. Ad eum qui cum sinistra Socratis est: dexter est. Ad eum vero cuius leuo lateris pars Socratis dextra coniungit: dexter non est. Item si quis ouum animal esse constituat: aliusqꝫ ouum animal esse neget: vterqꝫ a veritate non dissonant. Nāqꝫ ouum potestate animal est: actu animal non est: ita igitur inter se singularium subiectorum propositiones verum falsumqꝫ distribuent: vt vna veritatē necesse sit habere: alteram mendatium. Si neqꝫ quod subiectum ē neqꝫ quod prędicatum: aliqua sit ęquiuocatione confusū ad idem tempus ad easdem partes ad eundem modū: eandemqꝫ rem ad quam affirmatio retulit: ea quę proponuntur in negatione afferatur: vt si quis de Socrate pronunciet Socrates caluus est: Socrates caluus nō est. Si igitur de Socrate eodem affirmatio negatioqꝫ proponant. si eandem caluiti significationem affirmatio sumpserit ⁊ negatio: si eandem vtrę capitis partem loquantur: si vel actū vtręqꝫ potestatemue significent: si nulla diuersitate temporis errtur ambage: Si non ad alium affirmatio: ad alium negatio referatur: vna semper veritati coniūcta est retinet semper altera falsitatem.

Quoniam de ea conuenientia propositionū: quę vtrisqꝫ simplicibus terminis eodemqꝫ ordine captaretur expleuimus nunc de ea participatione dicendum est quę ⁊ vtrosqꝫ terminos ⁊ eundem ordinem seruatur. hoc autem (vt dictū est) tribus contingere modis potest. aut enim prędicatus tātū: aut subiectus terminus: aut vterqꝫ cum negatione proponitur. Ac tunc enunciatio vel ab infinito subiecto: vel ab infinito prędicato: vel ab infinitis vtrisqꝫ consistit. Quotiens enim nomini negatio subiungitur: nomen redditur infinitum. Atqꝫ ideo per oppositionem participatio fieri dicitur. Nomini enim simplici semper infinitum nomen opponitur: vt homo non homo: animal non animal: ⁊ cętera. quę cum ita sint disponantur simplices atqꝫ ex earum natura cęteras colligamus. Primo igitur propositionum series describatur ea. s. quę vtrisqꝫ iungatur finitis: propositisqꝫ simplicibus ita ex infinitis omnibus copulatarū propositionum ordo iungatur: vt affirmationes affirmationibus: negationes negationibus aduersis frontibus collocentur.

Omnis hō rōnalis est	Omnis nō hō ñ rōnalis ē
Nullus hō rationalis est	Nullus nō hō nō rōnalis ē
Quidam hō rōnalis est	Quidam nō hō nō rōnalis ē
Quidam hō rōnalis ñ est	Quidā nō hō nō rōalis ñ ē
Omnis hō grāmatic⁹ ē	Omnis nō hō ñ grāmatic⁹ ē
Nullus hō grāmatic⁹ est	Nullus nō hō ñ grāmatic⁹ ē
Quidam hō grāmatic⁹ est	Quidā nō hō ñ grāmatic⁹ ē
Quidā hō grāmatic⁹ nō ē	Quidā ñ hō ñ grāmatic⁹ ñ ē
Omnis homo lapis est	Omnis nō hō nō lapis est
Nullus homo lapis est	Nullus nō hō non lapis est
Quidam homo lapis ē	Quidam non hō nō lapis ē
Quidam hō lapis nō est	Quidā nō hō nō lapis ñ ē

Omnis homo iustus est	Omnis non hō nō iust⁹ est
Nullus homo iustus est	Nullus nō hō nō iustus est
Quidam homo iust⁹ est	Quidam nō hō nō iustus ē
Quidam hō iustus nō ē	Quidam nō hō nō iust⁹ ñ ē

Omnis homo risibilis ē	Omnis nō hō nō risibilis ē
Nullus homo risibilis ē	Nullus nō hō ñ risibilis est
Quidam homo risibilis ē	Quidam nō hō ñ risibilis est
Quidam hō risibilis nō ē	Quidā nō hō nō risibil' ñ est

Harum igitur talis est consonanda falsitate vel veritate proprietas. vt affirmationes quidem inter se vniuersales particularesq; negationes vel in veritate: vel in mendatio consentire queant: vel verum inter se falsumq; diuidere. Si quid enim de subiecto tale prędicetur quod vel subiecto nequeat segregari: vt ab homine rationabilitas: vel a subiecto quidem recedere queat sed subiecti naturam ñ possit ęquare: vt hominis grāmaticus: vnam veram alteram falsam esse prouenict. Nam qui dicit omnis homo rationalis est verum loquitur: & qui dixerit. omnis non homo nō rationalis est: mentietur. Diuinę nāq; substantię: rōnis quidem compotes sunt: sed homines non sunt. Item si qs pronunciet. omnis homo grāmaticus est falsuz dixerit. At qui proponit omnis non homo non grāmaticus est: verū dixerit. Nam qui homo non est grāmaticus esse non pōt. At si id de subiecto prędicetur: qd vel nunq̄ subiecto valeat conuenire: vt lapis homini: vel conueniens ab eo possit abscedere cum sit maius atq; vniuersalius subiecto: vt iusticia homini. simul veritasq; falsitas prouenit. Nam si quis dicat omnis homo lapis est falsam fecerit propositionē. Eodem quoq; modo qui dixerit. omnis non homo non lapis est: cum si lex homo non sit: sed lapis. Item propositio omnis homo iustus est falsa est: cuius sequitur falsitatem. omnis non homo non iustus est. Nam diuinis substantijs adest semper iusticia: cum non sit humanitas. At si qd tale de subiecto prędicetur quod & semper ei copuletur: neq; tamen subiectum possit excedere: vt risibile homini: vtriq; sententia in significanda veritate cōcurrit. omnis homo risibilis est vera est. omnis non homo non risibilis est. hęc retinet veritatem. Nam quia risibile hominis proprium est recte dicitur non esse risibile quicquid homo non fuerit. Eadem omnia in particulari negatione redduntur. Nam sive quę sunt maiora subiecto atq; ab eo discedere nequeūt: vt rationabilitas ab homine: vel quę discedunt quidez sz sunt minora subiecto: vt grāmaticus homine: de subiecto prędicentur: vnam veram alteram falsam faciunt. Nam q dicit quidam homo rationalis non est: falsum proposuit: qui vō respondet. quidam non homo non rationalis non est: verum loquitur. Diuina quippe substantia non est qdam homo: sed carere non potest humanę ratione naturę. Item quidam homo grāmaticus non est vera est: sed falsa ē si dicam. quidam non homo non grāmaticus non est. Cuz illud sit verius quoniam qui homo non fuerit non potest esse grammaticus. At si quę vel nunq̄ de subiecto possunt verę prędicari: vt lapis de homine: vel prędicātur quidē & sunt maiora subiecto: sed ab eo discedere separariq; patiuntur: vt iusticia ab homine: veras protinus vtrasq; cōseruant. Nam qui dicit. quidam homo lapis non est verum dixerit. At si quis respondeat. quidaz non homo nō lapis non est: his quoq; verum dixerit. siquidem de silice vel de huiusmodi cęteris velit intelligi: quę cū non sint hōies nō lapides non sunt. Item quidam homo iustus non est ꝓpositio veritatem tenet. Sed ne illa quidem falsa est quę ꝓponit quēdam non hominem non iustum non esse: h enim vt dictum est diuinis substantijs inuenitur: vt iusticiam teneant q̄uis ab hominis diffinitione seiunctę sunt. Itez si id quod abesse non potest & sit ęquale subiecto de eodem subiecto prędicetur: vt risibile homini incurrit vtrisq; mendatium. Nam quidam homo risibilis non est: falsa est. cuius falsitati sese emulam pręstat quę proponit. quidam nō homo non risibile non est: quasi qui homo non sit possit esse risibilis. Ita igitur quidem in affirmationibus vniuersalibus & particularibus negatiuis veritas falsitasq; & simul aliquotiens inuenitur & inter vtrasq; diuiditur. Negationes vō vniuersales & particulares affirmationes non simili respondent modo. Sed negationes quidem vniuersales vnam verum dicere alteram falsum: simul vtrasq; falsas esse possibile ē. Simul autē veras nunq̄ esse contingit. Nam si id qd adesse subiecto non potest prędicetur vt lapis homini: vnam veram faciunt alteram falsam: vt est Nullus homo lapis est vera est: falsa est quę proponit nullus non homo non lapis est. Omnia quippe animalia pręter hominem ita non sunt lapides sicut ab hominū natura seiuncta sunt. quicquid vō aliud de subiecto prędicetur: nec tn constare veritas potest: vt si quis ꝓponat. Nullus hō rationalis est falsum dixerit. Aliusq; respondeat. nullus non homo non rationalis est: hanc quoq; continget ratio mentiri: equus quippe nō hō est: nec eū quis dixerit rōnis esse participem. vt autem simul verę sint nullus poterit terminus approbare. Particulares autem affirmatiuę in differentiam veritatis falsitatisq; discedūt. quotiens aliquid tale de subiecto dicitur quod nunq̄ possit adesse subiecto: vt lapis. Nam si quis enunciet quidam homo lapis est: falsa propositio est. At si quis respondeat. quidam non hō non lapis est tenet contrariam veritatem: equus quippe non homo est nec lapis esse dicitur. quicquid vō aliud de subiecto prędicabitur: est eas in veritatis significationē cōuenire: vt quidam homo rationalis est vera est. quidā non homo non rationalis est huic quoq; veritas constat equus quippe non homo est nec ratione subsistit: vt vō simul falsę sint: nullis reperietur exemplis. Ad hunc igitur moduz & de cęteris quę vel subiectum vel prędicatum retinent infinitum ad veritatis falsitatisq; consensum enunciationuz proprietas consideranda est: de quibus modo breuiter qd eueniat tetigisse sufficiat. singula vō lectoris exploranda diligentię & per conuenientes terminos rimanda permittimus. disponantur igitur propositiones quę ex vtrisq; simplicibus terminis constant: easq; quarum subiectum tātū abnuatur: ex aduersa parte respiciant.

Simplices.	Ex subiectis infinitis.
Omnis homo rationalis ē	Omnis nō homo rōnalis ē
Nullus hō rōnalis est	Nullus non hō rōnalis est
Quidam hō rōnalis est	Quidā nō hō rationalis est
Quidā hō rōnalis nō est	Quidā nō hō rationalis ñ ē
Omnis hō risibilis est	Omnis non hō risibilis est
Nullus hō risibilis est	Nullus non hō risibilis est
Quidam hō risibilis est	Quidam non hō risibilis est
Quidam hō risibilis ñ ē	Quidam nō hō risibilis ñ ē
Omnis homo iustus est	Omnis non homo iust⁹ est
Nullus hō iustus est	Nullus non homo iust⁹ est
Quidam hō iustus est	Quidam non homo iust⁹ est
Quidam homo iustus ñ ē	Quidam nō hō iust⁹ nō est
Omnis hō grāmaticus ē	Omnis nō hō grāmatic⁹ est
Nullus hō grāmatic⁹ est	Nullus nō hō grāmatic⁹ est
Quidam hō grāmaticus ē	Quidā nō hō grāmaticus ē
Quidam hō grāmatic⁹ ñ ē	Quidā nō hō grāmatic⁹ ñ ē

Omnis homo lapis est	Omnis non homo lapis ē
Nullus homo lapis est	Nullus non homo lapis est
Quidam homo lapis est	Quidam nō homo lapis est
Quidam homo lapis ñ ē	Quidam non hō lapis nō ē

In harum igitur affirmationibus quidem vniuersalibus veritas ꝛ falsitas distribuitur: si quid tale de subiecto predicetur quod abesse nō possit: siue illud maius sit vt aīal homine: siue equale vt risibile homini. In his enim vnam veram alteram falsam esse necesse est. quicquid vō preter ea fuerit predicatum vnam semper veritas: alteram semꝑ falsitas sequetur: vt autem simul vere sint nequit ostendi: particularium vō in affirmationibus quidem siquidem ea ꝑdicentur que valeant transire subiectum: siue ab eo separari nequeunt: vt animal ab homine: seu possint: vt iustitia ab homine: loquitur vtraqꝫ vera sententia. quicquid vero preter ea fuerit predicatum: vnam veritas alteram falsitas tenet. false vō simul nequeunt inueniri. Negationes vero particulares siquidem id predicent quod a subiecto ñ possit abscedere: siue illud maius sit vt rationale homine: seu eq̄le: vt risibile homini: vni constabit veritas altera mentiet̄. Si quid vō preter ea fuerit predicatū: veras semꝑ vtrasqꝫ constat: vt in eas cōmunis falsitas nunqꝫ possit incidere.

Item disponātur in ordinem primum quidem simplices: has e regione respiciant que subiecto simplici denegantur predicato.

Simplices.	Ex infinito predicato.
Omnis homo lapis est	Omnis homo non lapis est
Nullus homo lapis est	Nullus homo non lapis est
Quidam homo lapis est	Quidam homo nō lapis est
Quidaꝫ homo lapis nō ē	Quidam hō non lapis nō ē
Omnis homo animal ē	Omnis homo nō animal ē
Nullus homo animal ē	Nullus homo non animal ē
Quidam homo aīal est	Quidam homo non aīal est
Quidam homo aīal nō est	Quidam homo nō aīal nō ē
Omnis homo risibilis ē	Omnis hō non risibilis est
Nullus homo risibilis ē	Nullus homo nō risibilis ē
Quidam homo risibilis ē	Quidam hō nō risibilis est
Quidaꝫ hō risibilis nō est	Quidam hō nō risibilis ñ ē
Omnis homo iustus est	Omnis homo non iust⁹ est
Nullus homo iustus est	Nullus homo non iustus ē
Quidam hō iustus est	Quidam homo nō iustus ē
Quidam hō iustus nō est	Quidam hō non iust⁹ nō est
Omnis hō grāmaticus ē	Omnis hō nō grāmatic⁹ est
Nullus hō grāmatic⁹ est	Nullus hō nō grāmatic⁹ est
Quidam hō grāmatic⁹ est	Quidā hō nō grāmatic⁹ est
Quidam hō grāmatic⁹ ñ ē	Quidā hō nō grāmatic⁹ ñ ē

subiectum: vel in quantitate ut paria. Que vero sibi dissidentia coniunguntur: partim a se differentia sunt tantum, partim adversa: sed adversa partim in qualitate: ut contraria vel repugnantia: partim in quantitate: ut maius aut minus. Que cum ita sint: manifestum est: et amica sibi cognationis relatione coniungi: et dissidentia hoc ipso quod sibi adversa sint: ad se invicem comparari. Nam que amica sunt: amicis amica sunt, et dissidentia a dissidentibus dissident. Ita igitur et genus forme genus est: et forma generis forma: et antecedentia consequentium: et consequentia antecedentium: et causa effectuum causa et effectus causarum effectus: et coniugata coniugatis coniugata sunt: et similia similibus similia: et coniuncta coniunctis coniuncta: et paria paribus paria: et differentia differentibus differentia: et maiora minoribus maiora: et minora maioribus minora sunt: et contraria contrariis contraria: et repugnantia repugnantibus repugnantia sunt. Affecta igitur sunt que cum a se invicem diversa sint ad se invicem tamen referuntur. Sed quo ordine Tullius superius descripsit locos: nos diffinitiones eisdem apponemus. Eorum igitur que ad se invicem affecta dicuntur in Marci T. disputatione prima sunt coniugata. Sed coniugata vocat: quecunque ab uno nomine varia prolatione flectuntur ut a iusticia iustus iustum iuste. Hec inter se atque ipsa iusticia unde eorum vocabulum flexit: coniugata dicuntur. Genus vero quod de multis specie differentibus in eo quod quid est predicatur vel ut animal dicitur de homine atque equo que specie differunt. et in eo quod quid sit predicatur. Interrogantibus enim nobis quid sit homo vel equus. Respondetur animal. Quod genus licet necesse sit ab eo esse diversum cuius genus est: cognatum est ei tamen quoniam ad id substantie relatione coniungitur. Species etiam est. de qua genus superius predicatur quam Cicero formam vocavit velut homo animalis. Similitudo est diversarum rerum eadem qualitas. Nam omnia que sibi sunt similia: eandem necesse est habere qualitatem. et quoniam ipsum sibi simile esse nihil potest aliud necesse est simile consideretur. Sed aliud esse non poterit nisi fuerit in aliqua parte diversum. Ergo similia a se in aliis quidem re diversa sunt: in aliis vero congruunt. In ea vero re que sunt qualitate congruunt in ea esse similia intelliguntur: que ad se similitudinis ipsius copulatione referuntur. Differentia est que unumquodque differt ab alio: ut homo ab equo rationabilitatis differentia discrepat. Hec igitur predicatione quidem proprie nature ad ea refertur: quorum est differentia ut rationabilitas ad hominem. Dissimilitudinis vero ratione ad ea a quibus discrepat id cuius est differentia ut rationabilitas ad bovem. Contraria vero sunt que in eodem posita genere longissime a se discrepant ut album atque nigrum. Que licet in uno qualitatis genere ponantur: a se tamen quam longissime recedunt ea quoque ad se referri nullus ignorat. Aliud est enim quod sunt: aliud quod contraria sunt. Non enim nigrum est quod est. Quod vero contrarium est ab albo plurimum discrepans est. Coniuncta vero sunt: que vicinitatem rei finitimam naturam tenent velut timori pallor adiunctus est. Hec talia sunt ut sepius quidem adiunctis sibi coherescant: neque tamen ex necessitate his quibus vicina sunt: adesse cogantur. Nam sepe timori pallor assistit: non tamen semper veluti cum dissimulatione premitur metus atque ideo verisimilia ex adiunctis argumenta nascuntur. Nam quecunque coniuncta sunt eis his quibus adherent indicio esse solent. Sed de his in posteriore disputatione diligentius disseremus. Antecedentia vero sunt quibus positis aliud necesse est consequi ut quoniam bellum est: est inimicicias. Hec ordinis necessitatem tenent. Consequentia enim ab antecedentibus separari non queunt quoniam vero quicquid: id quod antecedit insequitur ut: inimicicie bellum consequuntur. Nam si bellum est: inimicicias esse necesse est habetque locum hic illud notabile et spectandum: quod sepe que naturaliter priora sunt: tamen ipsa sunt consequentia. Sepe et naturaliter antecedunt: et in propositione priora sunt. Namque inimicicie prius existere quam bella solent. Sed non possumus proponere inimicicias ut bella sequantur. Non enim possumus vere dicere si inimicicie sunt bellum est sed proponimus bellum: et inimicicie que natura priores sunt subsequuntur ita si bellum: est inimicicie sunt. Nunc igitur inimicicie que naturaliter bellum precedunt: eadem bella in propositione continentur at si dicam si superbus est: odiosus est. Superbia et naturaliter et in propositione odium precedit. Prius enim superbiam convenit existere post vero atque ex eadem superbia veniens odium sequitur. Hec interest utrum naturaliter quelibet res antecedat aliquam an vero consequatur dum id in propositione annotemus eam esse rem antecedentem: que sive naturaliter prior sit sive posterior: alterius tamen rem secum necessario trahat. Repugnantia vero intelliguntur que talia sunt ut id quod alterum contrariorum nullum iunctum est reliquo contrario comparatur ut quoniam amicicie atque inimicicie contraria sunt. Inimicicias vero consequitur nocendi voluntas: amicicia et nocendi voluntas repugnantia sunt. Hec quoque ad se contrarietatis similitudine referuntur. Causa est: que precedente aliud efficitur ut causa diei est solis ortus. Effectum est quod precedens causa perficit ut dies quem solis ortus emittit. Maiorum vero comparatio est: quotiens ei quod minus est: id quod maius est comparatur ut si nemo innocens pellitur in exilium ex illo magis ne Tullius quidem qui non innocens solum: verum etiam et patrie fuit liberator plus est enim patrie esse liberatorem quam innocentem. Parium vero quotiens inter se paria comparantur: ut si hic civis innocens pelli in exilium non debet: quoniam innocens est: nec ille quidem qui est innocens carere patria iuste potest. Minorum vero quotiens minora maioribus conferuntur ut si Ciceronem liberatorem patrie premio nemo dignum putavit nemo cum puter premio dignum. qui cum tantum innocens fuerit: nulla in rempublicam contulit merita. Hec itaque omnia cognata sibi esse: et ad se referri invicem: et se velut e regione respicere nullus ignorat. Nam ut de cognatis primum loquamur: et iusticia ad id quod iustum vel id quod iuste fieri potest spectat: et eum qui iustus est perficit. Cetera quoque habent ad se non modo vocabuli cognationem: verum etiam cuiusdam nature congruentiam: ita tamen ut a se diversa sint. Neque idem est iusticia quod iustus. Nam enim quicquid ab aliquo inflectitur est diversum: idemque cognatum: a quo etiam probatur inflexum. Genus etiam cognatum esse ei cuius genus est id est speciei quam Cicero formam vocavit: dubium non est. Genus enim speciei genus est: et species generis species itaque ad se invicem referuntur: licet idem genus ac species non sint. Illud sane videndum est: quoniam quas nos species nuncupamus: eas Cicero formas vocat. Cui quidem dum quod dicit intelligam: concedam libenter quibus voluerit uti nominibus: mihi vero non idem concedi potest. Nam qui explanationis luce professus est: in his verbis debet que sunt in usu posita versari. Id autem quod supponitur generi vel species quam forma potius nuncupari usus obtinuit. Iam vero simile nisi simili simile esse non potest: et quod differt nisi a dissimili differre non potest. Contraria etiam contrariis intelliguntur esse contraria. Coniuncta etiam coniunctis adherescunt et que sunt antecedentia: aliquid quod potest consequi antecedunt. Id etiam quod est consequens illud quod antecessit insequitur. Sed etiam repugnans repugnanti sibimet intelligitur inimicum. Causa etiam effectus sui causa est. Quod enim quis causa efficit: eius rei quam efficit causa est effectus quoque cause alicuius effectus. Comparatio vero maiora respicit minorum vero maiora parium paria atque in omnibus ea ratio est deprehendi: ut cum per se res quedam sint diverse ab his: ad que referuntur: affecta tamen esse dum comparantur appareant diversa vero esse ab his ad que referantur: illa res approbat: quoniam nihil ad se ipsum referri potest. Que cum ita sint: iure affecta sunt nuncupata que omnia eius loci qui ex affectis dicitur species: vel forme sunt ipso etiam teste Cicerone qui ait. Sed hoc genus in plures partes distributum est. Cum enim genus dixit quas scindit a genere species esse signavit. Preterea omnia hec et nomen generis suscipiunt et diffinitionem. Affecta enim sunt ad aliquid: que ad id ad quod affecta sunt: referuntur. Coniugata vero et genus et forma et cetera ad ea semper ad que sunt affecta referuntur. Sed ut in superioribus locis dictum est: qui in ipso de quo agitur herebant: id est ex toto: ex partibus: ex nota ut ex toto eo intelligeretur termino: qui fuisset in questione propositus. Itemque ex eius partibus atque ex eius nota. Eodem modo etiam in his que affecta sunt dicimus ad eum terminum affecta considerari qui subiecti vel predicati loco positus continet questionem. Superest nunc illud dicere: cur que affecta sunt in ipso de quo agitur esse dicantur: etenim in ipso de quo agitur termino quattuor locos esse signavit Cicero id est ex toto: ex partibus: ex nota: ex affectis. Quorum tria quidem superiora manifestum est inherere: de quo agitur termino. Diffinitio enim cuiuslibet rei quod totum est: in illo ipso est: quod diffinit. Partes etiam in ipso illo sunt: que collectione conficiunt. Nota etiam in illo est: quod appellatione signat affecta vero extrinsecus posita videntur quippe que referuntur ad id ad quod affecta sunt: que non referentur nisi extrinsecus posita intelligerentur. Cur igitur ea etiam que affecta sunt ad id de quo agitur: inter eos numeravit locos: qui ipsi de quo queritur termino coherent: dicendum est. Quoniam id quod adhe-

rere dicitur: non idē est ei: cui adherere predicatur. Que cum diuersa sint: cognatione tamen quādā intelliguntur esse coniuncta: velut nō idē est diffinitio: qd ipsa res que diffinitiōe describitur. Si enim diffinitio clarius efficit id quod diffinit nihil vero ipsum sese clarius q̄ē efficere pōt. Manifestū est id qđ diffinitur a diffinitione esse diuersū. Sz idcirco herere diffinitionē in eo qđ diffinitur dicimus: q est ei cognata atq3 coniuncta. Quippe que dū eius proprietatē significet: ab eius substantia nō recedit. Partes etiā ac note diuerse sūt ab eo: qđ vel copulāt: vel designāt. Sed qz ille propositum terminū iungūt: ille signāt: habētes aliquā cū proposito termino cognationē: in ipso de quo agitur herere perhibentur. Ita etiā in affectis licet extrinsecus sint neq3 idē sint q ea sūt ad q̄ intelligūtur affecta. Necessario tn̄ qz aliq3 cognationē cū his habere considerantur. in ipsis herere dicuntur ad q̄ affecta sūt. Qui vero eorū naturalis ordo sit: vel q̄ differētia: vel q̄ sit alia locorū partitio: licet in topicis differētijs opportunius expediendū sit: tamen cum exempla Ciceronis que in his explicandis attulit: exposuero subiungam.

Coniugata dicuntur: q̄ sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autē generis verba sunt que orta ab vno varie cōmutantur vt sapiēs sapiēter sapientia. hec verborū cōiugatio dicitur ex q̄ huiusmodi ē argumentum. Si cōpascuus ager est. Ius est compascere.

¶ Diffinitio coniugatorū a Cicerōe prolata talis est. Cōiugata dicuntur: que sunt ex verbis generis eiusdem: id est q̄ ab vno verbo varijs inflectuntur modis. Ex eodē quippe genere verba sunt. Iusticia iustus: iuste: iustū: & quecūq3 alia in diuersas possūt vocabulorū spēs inflecti. Quecūq3 enim ab vno quolibet orta varie cōmutantur hec a grecis quidem σύζυγα dicuntur apud latinos vero coniugata. Vn̄ qđ greci συζυγίας dicūt nos cōiugatiōes appellamus. Hec aūt sunt vt sapiens sapiēter sapientia: & quecūq3 in varias partes orationis: variasq3 inflexiōes: ab vno quodā ducta certantur. Ex cōiugatis igitur argumenti nascentis hoc exemplū est. Sit enim dubitabile: an in aliquo agro mihi atq3 vicino simul pascere liceat pecus. Id aūt est: an ius sit cōpascere subiectum igitur est ager compascere vero predicatum. Faciemus igitur argumentum hoc modo hic de quo queritur ager cōpascuus ē in cōpascuo aūt licet cōpascere in hoc igitur agro licet cōpascere. Hic igitur cōpascēdi iuris argumentū ex cōpascuo sumptū est ex cōiugato videlicet. Cōpascere enim & cōpascuū cōiugata sūt. Sumptū vero est argumentum ius esse cōpascere: qm̄ sit ager cōpascuus: sed cōiugatū est compascuū ei qđ est cōpascere. A cōiugatis igitur sūptū est argumentū: q cōiugatū in ipso ē de quo agitur: id est in cōpascēdo oīa enim ex eodē fluūt: & sibi sunt cōiunctia: atq3 se respiciētia. Factū est igitur argumentū ex eo qđ est in ipso ab affectis id est a cōiugatis. Maxima vero propositio cōiugatorum in eo q coniugata sunt: vnā atq3 eandē esse naturā: vel sic cui conuenit aliquid: huic etiā cōiugatū eius posse sociari.

A genere sic ducitur argumentum. Quoniā argentum oē mulieri legatum est: nō pōt ea pecunia: que numerata domi relicta est: nō esse legata. Forma enim a genere quo ad suum nomē retinet: nunq̄ seiungitur: numerata autē pecunia nomē argenti retinet. Legata igitur videtur.

¶ Genus ē quod de qualibet specie in eo q̄ qd est predicatur. In eo aūt q quid est predicari dicitur: q de qualibet specie interrogātibus qd sit id responderi cōuenit: & eius de q̄ respōdetur speciei substantiā mōstrat. Semper vero genus propria specie maius est eāq3 intra ambitū sue predicatiōis includit. Quo fit: vt q̄uis in alia quoq3 dispartiatur genus posset spēm tn̄ suā nullo mō derelinq̄t velut aīal predicat qd de homine: & hoīs substātiā mōstrat interrogātibus enim nobis qd est homo aīal respōdetur. Sed tn̄ deduci in alia pōt: velut in equum atq3 bouē: q̄ aīalia nuncupantur. Sz ita deducitur in diuersa: vt vnāquāq3 earū spēm q̄s cōtinet: nō relinquat. Vbicūq3 enim fuerit hō necesse est vt sit aīal hō enim aīal est. Idēq3 de boue: ac de ceteris. Ergo in pdo demōstratū est nomē generis a spē nullo mō separari q si aliqn̄ generis vocabulum vel enūciatur: necesse ē oīs spēs designari: vt si qs dicat oē aīal & hoīez designabis & bouē: & ceteras oēs spēs sub aīalis nomine collocatas. Que cū ita sint. Quidā testamēto mulieri argētū oē legauerat. Queritur an ei etiā numerata pecūia sit legata. Numerata igitur pecunia in hac q̄stiōe subiectū est. legata vo predicatū. Cōsidero igitur in alterutro eorū qd nā insit: vt ex eo qđ in ipso ē aliqđ argumētū requirā video subiectū terminū. q ē numerata pecunia: hr̄e argētū genus q. s. a[illegible] ē ad spēm suā ad q̄ refert. Que enim ad seinuicē referūtur affecta sūt: ergo qm̄ argentū omne legatū ē: & genus spēm propriā nō relinq̄t: necesse ē vt numerata quoq3 pecunia sit legata. Nā cū oē nomē generis legatū sit. nihil de speciebus vr̄ exceptū velut si qs dicat oē aīal viuere nō in arbitro: hominem tn̄: vel bouē vel equum: vel singillatim cetera: vel vnum: vel plura viuere dicit: vt tn̄ aliq̄ cū sint aīalia: vite munere carere contendat: sed oē prorsus quicquid fuerit aīalia: viuere proponit. Cū igitur oē genus id est oē argētū legatum sit: nulla spēs excipitur. At numerata pecūia argentum est sit igitur vt numerata quoq3 pecunia legati vocabulo possit includi. Est igitur q̄stio qdē vt dictū est. An numerata pecunia legata sit argumētū ab eo q in ipso est id est a genere: q inest proprie speciei: qđ ita inest: vt ad id referatur: hoc aūt est argentū: ab affectis vero a genere predicatur enim vt genus argentū de numerata pecunia. Interrogātibus enim nos qd sit numerata pecunia: iure respōdemus argētū. Maxima propositio est: cui cōuenit oē genus: eidē vnāquāq3 speciē cōuenire. Quam Marcus quoq3 Tullius diuersis qdē verbis sed eadem significatione proposuit dicens. Forma enim a genere quoad suū nomen retinet: nūquā seiungatur.

A forma generis: quā interdum quo planius accipiatur: partē licet noīare: hoc modo. Si ita Fabie pecunia legata ē a viro: si ei viro materfamilias esset. Si ea in manum nō cōuenerat: nihil debetur. Genus enim ē vxor eius due forme: vna matrum familias: he sunt que in manū cōuenere. Altera earū q̄ tm̄mō vxores habētur q̄ in parte cū fuerit Fabia. Legatū ei nō videtur.

¶ Species est q̄ proprijs differentijs informata sub predicatiōe generis collocatur. Differentie vo proprie a ceteris eā spēbus separant atq3 seiungūt velut hō cum sit aīalis spēs differētijs informatur rōnabilitatis atq3 mortalitatis & seiungitur ab his aīalibus: q̄ eterna sunt velut sol a Platōicis creditur & ab his aīalibus q̄ sunt ratiōis expertia. Cū igitur oēs spēs inter se proprijs differētijs distent: necesse est q de altera spāliter dicitur: id in aīalia non posse trasferri velut qđ de homine dicitur specialiter: idē de equo: atq3 boue non posse intelligi. Dicitur aūt de specie: quotiēs genus ipsū velut in quādā cōtrahitur portionē. Velut si qs dicat. Illud aīal sibi adduci debere: qđ sit rōnale & mortale. Nō vtiq3 de equo vel boue: aut de ceteris: nisi tn̄ de hoīe dictū eē intelligitur vt igitur generaliter dictū genus oīs spēs claudit. Cū qs dicit oē aīal: sic qlibet aīal designatū spēm facit que cū ita sint: a forma generis id est a spē generis tale sit argumentū q̄ formā generis Cicero partē sepe nominat q̄d id q oī planius fiat. Nomen enim nomē partis ē q̄ forme. Quo aūt differt forma a partibus & nos illuc iam supius diximus: & paulopost a Cicerōe ipso latius explicabitur. Nūc de proposito videamus exēplo. Vxoris spēs sit due vna matrūfamilias: alia vsu q̄ coi generis noīe vxores vocātur sit vero id sepe vt species eisdem noībus nūcupentur: q̄bus & genera materfamilias vero esse nō poterat nisi q̄ cōuenisset in manū: hec aūt certa erat species nuptiarum. Tribus enim modis vxor habebatur: vsu farre: coemptiōe: sed confarreatio solis pōtificibus cōueniebat. Que aūt in manū p co

emptionē cōuenerāt: hę matresfamilias uocabātur. Quę vo usu vel farre: minime. Coemptio vero certis solēnitatib⁹ peragebat̄ ꝛ sese in coemēdo inuicē interrogabant vir ita: an sibi mulier materfamilias esse uellet illa respōdebat uelle. Itē mulier interrogabat an vir sibi paterfamilias esse vellet. Ille respondebat velle. Itaqꝫ mulier viri conueniebat in manū ꝛ vocabātur hę nuptię per coemptionē: ꝛ erat mulier materfamilias viro loco filię. Quā solennitatem in suis institutis. Ulpianus exponit. Quidā igitur extremo iudicio dē Fabię vxori legauit argentū: siquidē. Fabia et nō vxor tm̄ verū etiā certa species vxoris id est materfamilias esset q̄ritur an vxori Fabię legatū sit argentū. Uxor Fabia subiectū est legatū argentū prędicatū. Quero igit̄ quod nā ex his argumētū sumere possim: quę in questione sunt posita. ac video vxori duas inesse formas: quarū vna tm̄ vxor ē altera materfamilias: quę in manū cōuentione perficitur q̄ si Fabia in manū nō conuenit: nec materfamilias fuit: id est nō fuit ea species vxoris: cui argentū omne legatum. Quo circa q̄m id quod de alia specie dicitur in aliā dici non cōuenit cūqꝫ. Fabia pręter eam speciē sit: quę in manū cōuenerit: id est quę materfamilias sit ꝛ vir matrifamilias legauerit argentū nō videt̄ Fabię esse legatū. Questio igitur vt dictū est an vxori Fabię omne argentum legatum sit subiectū vxor Fabia prędicatū vero legatū argentū argumentū ab eo quod est in ipso de quo queritur: id est ab eo quod ē in vxore de qua querit̄. Est autem in vxore: de qua queritur species vxoris: ea scilicet quę in manū non cōuenit: quę ad eam affecta est. Omnis enim species ad suū genus refertur id est omnis forma factum est igitur argumentum ab eo: q̄ est in ipso ab affectis a forma generis. Maxima propositio est: quod de vna specie dicitur: idē in alteram non cōuenire.

A similitudīe hoc modo. Si ędes eręę corruerunt: uitiumue faciunt quarum usufructus legatus est: hęres restituere nō debet nec reficere: nō magis q̄ seruum restituere si is: cuius usufructus legatus esset: deperisset.

¶ Similia dicūtur: quę eiusdem sunt qualitatis: et quib⁹ hoc modo sumitur argumentum. Quidam testamēto ędiū vsumfructum legauit. i. cōcessit ędes: vt his alius dum viueret: uteretur hę ceperunt uel vitium facere. i. ruinam minari vel etiam corruerunt. Petit igit̄ ab herede is cui ędiū vsusfructus legatus est: vt earum sibi ędium quę a testatore legata sunt: damna compenset: ꝛ ędes quę vitiū fecerūt vel corruerūt restituat. Queritur an earum ędium quarū vsusfructus legatus sit vitium vel ruinam heres restituere cogatur. Hic igitur subiecta quidem oratio est: veluti quidam terminus ędium quarū vsusfructus legatus sit: ruina vel vitium. Prędicata vero oratio loco termini constituta: ab herede restitutio. Sumo igitur a simili argumentū hoc modo. Quoniā si quis serui usumfructum legauerit: isqꝫ seruus aliquo modo deperierit non cogitur restituere heres seruum. Ne nunc quidem cogetur heres restituere ędes. q̄ in vsumfructum legatę ruinā: vitiumue fecerūt. Similis est enim serui vsusfructus legatio ędium vsusfructus legationi. Simile etiam seruum in vsumfructum legatum si deperierit: ab herede nō restitui ꝛ ędium in vsumfructum legatarum vitium ruinamue ab herede non refici. Et igitur questio quidem: an ędium in vsumfructum legatarum vitium vel ruinā heres restituere cogatur. Termini vero subiectus quidem ędium in vsumfructum legatarum vitium vel ruinam: prędicatus autem ab herede restitutio. Argumentum vero ab eo quod in ipso est: id est ab eo quod inest vel ruinę vel vicio ędiū in vsufructū legatarū. Id aūt est affectū. i. similitudo. Ois enim similitudo ei inesse perpenditur: quod est simile. Similitudo vero est serui usufructus legati pereuntis: quem restituere heres non cogitur. Maxima vero propositio similibus rebus eadem conuenire.

A differētia: nō si uxori uir legauit argētum omne quod suū esset. Idcirco quę in nominibus fuerunt legata sunt. Multum enim differt in arcane positū sit argētū an i tabulis debeat̄.

¶ In rebus plurimum differētib⁹ quod de altera earum dicitur: nō videt̄ in alteram cōuenire. Id cum ita sit quidā argentum suum omne legauit vxori. Illa pecuniam quoqꝫ quę in nominibus debebatur: suam esse dicebat: quod omnis pecunia nomine vocaret̄ argēti. Queritur an id quoqꝫ argentū q̄ in nominib⁹ debebatur: legatū sit hic igitur subiect⁹ est terminus argentū: quod in noībus debetur legatū vero prędicatus. A differentia igitur faciemus argumentationem hoc modo. Idem de plurimum differentibus rebus intelligi nō pōt. Plurimū vero differt argētum in arca ne sit positū: an in nominibus debeatur. Nā quę posita in arca pecunia est: iuris est nostri. In nominibus vero debita nō est nostra. Nam quod mutuum datur ex me: fit accipientis: atqꝫ ideo non cogitur eandem ipsam pecuniam debitor restituere creditori sed aliam tantam. In arca vero posita pecunia: ꝛ in nominibus debita: nō sunt argenti vel pecunię species: sed differentię. Nam argenti species signatū ac nō signatū eē dicitę sit. Qualitas vo pecunię in possessione positę uł nō positę s3 nō mōis oib⁹ alienę in his differētiis constat: vt alia sit in arca posita: reliqua in nominibus debeatur: atqꝫ hoc idcirco dictum est: ne quis non a differētiis: sed a specie argumentationem ductam putaret. Qualitas enim substantialis non speciebus: sed differentiis annumerat̄. Cum igitur suū omne quod fuerit argētum: uir vxori legauerit cūqꝫ manifestū sit: id ad eam ptinere: q̄ fuerit suū legantis. i. qđ in arca fuerit cōditū nō pōt intelligi de eo quod in nominibus debebatur. Quoniam sicut dictum est id quod in nominibus debetur: ab eo quod in arca positum ē: plurimū differt. Facta ē igitur argumentatio ab eo: quod in ipso inerat: de quo querebatur. Querebatur vero de argēto in nominib⁹ debito. In hoc vero inerat propria differentia: qua ab alio differebat argento: eo scilicet quod in arca positum fuerit. Id vero est affectū id est differentia. Maxima vero propositio: de rebus plurimum differentibus idē intelligi non posse.

A cōtrario autem sic. Nō dēt ea mulier: cui uir bonorum suorum usumfructum legauit cellis uinarijs ꝛ olearijs plenis relictis: putare id ad se ptinere. Usus enī nō abusus legatus est: ea sunt inter se contraria.

¶ Quod de aliqua re dicitur: id in eius cōtrarium nō pōt cōuenire. Idem enim de duobus cōtrarijs intelligi nullo mō pōt. Quidā igit̄ supreme volūtatis arbitrio vxori bonorū suorū vsufructū legauit: mulier igitur cellas vinarias oleariasqꝫ p̄enas ad vsufructū proprium deuocabat. Querit̄ an penus quoqꝫ vsufructus legatus sit penus igitur subiectus est legatio predicatum a contrario: igitur sumitur argumentum hoc modo vtimur his quę nobis vtentibus permanent his vero abutimur quę nobis vtentibus peūt ergo cū pmanere: ac perire cōtraria sint: vsus quoqꝫ atqꝫ abusus ↄtraria necesse est iudicentur: q̄ si cetera qdē vtendo permanēt: cellę aūt vinarię atqꝫ olearię vtēdo cōsumūtur aliarū qdē rerū vsufructus esse pōt: penus vero nō pōt vsus esse: sed potius abusus: ergo cū vir vxori vsufructū bonorū legauerit: nō potuit legare cōtrariū: q̄ est abusus est vero abusus vini atqꝫ olei vinū igitur atqꝫ oleū ad vsufructū mulieris nō pōt ptinere. Argumentū ab eo q̄ in ipso ē: de quo agit̄ id ē ab vsufructus legatione atqꝫ ab affecto id est cōtrario: contraria vero in cōtrarijs nō ita sūt tāq̄ diffinitio in eo q̄ diffinit̄: sed tāq̄ relatio. Ois enī relatio i relatiuis: oīaqꝫ cōtraria nō id q̄ sūt. i. q̄litates: sed hoc ipsū q̄ cōtraria sunt: in cōtrarijs eē dicūtur q: nō sm̄ q̄litatē ppriā: sed sm̄ plurimā distantiā sibi inuicē conferantur. Maxima propositio est. Quod alicui conuenit: id eius contrario non conuenire.

Ab adiunctis si ea mulier testamentum fecit que se capite nunquam diminuit: non videtur ex edicto pretoris secundum eas tabulas possessio dari. Adiungitur enim: ut secundum servorum, secundum exulum, secundum puerulorum tabulas possessio videatur ex edicto dari.

Adiuncta sunt: que proximum ac finitimum locum tenent: ut si unum eorum quolibet extiterit modo alterum quoque vel extitisse vel extare vel extiturum esse videatur. hec enim sibi quasi vicina sunt. Que vero in existendo sibi sunt proxima: hec vel antecedere rem volunt: ut amor stuprum: vel simul esse: ut pallor et timor. vel evenire posterius: ut post iracundiam cedes. Atque est adiunctorum natura ut separari quidem possint: tamen se sibi invicem monstrent. Nam neque qui amavit necessario potitus est: et sepe qui potitus est non amavit. Nec qui pallet necessario timet: et sepe non timens pallet. nec ex necessitate iratus occidit et occidit sepe aliquis non iratus. sed tamen si de singulis inquiratur cum concubuisse qui amavit et pallere qui timet: et occidisse qui fuerit iratus: verisimile est non quod ita necesse sit sed quia ex invicem vicina colliguntur. Nam quod ad exemplum attinet huius argumenti hec similitudo est. Capitis diminutio est prioris status permutatio. Id multis fieri modis solet vel maxima: vel media vel minima. Maxima est cum et libertas et civitas amittitur ut deportatio. Media vero in qua civitas amittitur: et retinetur libertas ut in latinas colonias transmigratio. Minima cum nec civitas nec libertas amittitur: sed status prioris qualitatis immutatur velut adoptatio aut quibuslibet aliis modis prior status retenta civitate poterit immutari. Mulieres vero antiquo iure tutela perpetua continebat recedebat vero a tutoris potestate que in manum viri convenissent itaque fiebat eis prioris status permutatio et erat capite diminuta que viro convenisset in manum. Quedam igitur que si nunquam capite diminuisset, id est que in manum viri minime convenisset sine tutoris auctoritate testamentum facit. Queritur an secundum eius tabulas ex edicto pretoris debeat dari possessio. Hic subiectus quidem terminus mulieris nunquam capite diminute tabule: predicatus vero possessionis concessio. Sumitur ergo ab adiunctis argumentum hoc modo. Nam si secundum mulieris tabulas nunquam capite diminute possessio detur: in hec causa est ut non secundum puerulorum quoque et servorum tabulas ex edicto pretoris possessio permittatur. Quid enim obstare potest ne secundum mulieris nunquam capite diminute tabulas possessio deferatur. Id scilicet quod ea que testamentum confecerat: sui non fuerit iuris. quod idem et de pueris et de servis dici potest. Horum enim etas illorum conditio in alterius fecit esse potestate. Adiungitur ergo si secundum mulieris que in suo iure non esset tabulas possessio detur secundum puerulorum quoque et servorum tabulas possessionem dari: qui sui iuris minime sunt: Quoniam quidem illi sub tutoris: illi sunt sub dominium potestate. Proximum namque est rei de qua queritur: quod eius est consequens: et postea existens ut secundum servorum puerorumque tabulas bonorum possessio detur illud quod est in questione constitutum. Queritur enim an secundum mulieris tabulas nunquam capite diminute possessio detur. Quam rem consequitur: ut si id fiat: secundum servorum quoque puerorumque tabulas deferatur. Quod quia fieri non oportet ne rei quidem precedentis existere debebit exemplum. Nec tamen necessaria est consequutio: sed vicina. Nam fieri potest: ut id recipiatur solum secundum mulieris tabulas possessionem dari: non vero id ut secundum tabulas servorum: vel puerorum possessio concedatur. Sed proximum est: ut qui nunc hoc recepit posterius illud admittat. Est igitur argumentum ab adiunctis, id est ab eo quod in ipso heret de quo queritur: est autem questio de mulieris nunquam capite diminute tabulis: ab affectis scilicet ab adiunctis. [illegible] posterior ex adiunctis adiuncta predicat.

Ab antecedentibus autem et consequentibus et repugnantibus hoc modo. Ab antecedentibus. Si viri culpa factum sit divortium: et si mulier nuncium remisit tamen pro liberis manere nihil oportet.

Antecedentia sunt quibus positis aliud necessario consequitur: licet illud quod antecedit minus sit atque posterius. Minus quidem: ut si homo est: animal est. hoc enim minus est animali: et tamen posito homine consequitur: ut animal sit. Posterius vero ut si peperit cum viro concubuit. posterius est enim peperisse quam concubuisse cum viro. aliquotiens vero et quod equale: et quod simul et quod prius est ponitur ut antecedens. Equale quidem ut si homo est: risibilis est. Simul vero: ut si terre obiectu est luna: deficit: et hec sibi convertuntur: ut prima sint antecedentia ut si risibilis est homo est: et si luna deficit terre adest obiectio. Ante vero prius est: ut si aurora est dies ortus est. Prius est enim aurora quam solis ortus. Illud enim in omnibus manet positis antecedentibus necessario consequentia trahi. Exempli vero talis est explanatio. Civitatis Romane iure liberi retinentur in patrum arbitrio usque dum tertia mancipatione solvantur: ergo si quando divortium intercessisset culpa mulieris parte quadam dotis pro liberorum numero multabatur. De qua re Paulus institutorum libro secundo titulo de dotibus ita disseruit. Si divortium est matrimonii: et hoc sine culpa mulieris factum est dos integra repetetur quod si culpa mulieris factum est divortium in singulos liberos sexta pars dotis a marito retinetur usque ad dimidiam partem dumtaxat dotis. Quare quoniam quod ex dote conquiritur liberorum est: qui liberi in patris potestate sunt id apud virum necesse est permanere. Facto igitur divortio contenditur. An dotis pars pro liberis id est vel liberorum causa: vel quia pro numero liberorum retinebatur: apud virum debeat permanere. Hic subiectum quidem est factum divortium a muliere nuntiatum predicatum vero apud virum sexte partis dotis post divortium permansio. Questio an post divortium factum muliere nuntium remittente sextam dotis partem apud virum manere oporteat. Quero igitur si ab antecedentibus argumentum faciendum est quod antecedat quid consequatur. At si viri culpa factum est divortium: video mulierem dotis parte non mulctari. etiam si prima repudium nuntiasset. Quod enim antecessit ut viri culpa fieret divortium id non permittit ut dotis pars mulieri pereat: que prima repudium nuntiat. Non enim quod prior repudium nuntiavit: dotis parte mulctanda est. sed absolvenda potius damno: quod non sua factum est: sed viri culpa divortium. Igitur antecedens est viri culpa factum divortium. consequens vero dotis partem non retineri. Nam si hoc est illud est argumentationem vero faciam hoc modo. Si viri culpa factum est divortium: etiam si mulier repudium nuntium misit nullo modo tamen dotis pars mulctanda est sed viri culpa divortium factum est. Non igitur iure mulier dotis parte mulctabitur quod si non mulctabitur dotis parte, nihil in viri domo liberorum causa dotis nomine relinquetur. Sed non mulctabitur dotis parte: nihil igitur apud virum dotis pro liberis relinquetur utriusque vero conclusio syllogismi est hec. Si igitur viri culpa factum est divortium: pro liberis manere nihil oportet. Argumentum ab eo quod in ipso est de quo agitur. Versatur quippe intentio de dotis parte: eiusque apud virum post divortium quod uxor prima nuntiaverat retentione hoc vero antecessit viri culpa quod quia precedens est adiectum est. Omne enim quod precedit ad id quod sequitur necesse est ut referatur. Maxima propositio est: ubi est antecedens sine dubio erit consequens. ut in hac questione est antecedens id est viri culpa factum divortium. Ibi igitur consequens erit sextam non retineri. Cur autem ita superius argumentum conclusionibus intexuerim: cum de his Marco Tullio latius exequente tractavero: evidentius apparebit.

A consequentibus si mulier cum fuisset nupta cum eo: cum quo connubium non esset nuncium remisit: quoniam qui nati sunt: patrem non sequuntur: pro liberis manere nihil oportet.

Consequentia sunt: que cum fuerint antecedentia posita consequuntur velut si dicamus. Si homo est animal est animal est consequens. sed in proposito exemplo non satis ap

mal est consequens: sed in proposito exemplo non satis apparet a consequentibus argumentū: sed ab antecedentibus potius: qđ paulopost sequebᵗ. Filii non iure suscepti in patrum non erant ptāte: sed matres potius sequebanť. Non aūt omnibus erat cōnubiū cū Romanis: nec erant nuptię iure contractę: quę non erāt inter ciuē Romanū: ciuemqꝫ Romanā: nisi eis aut princeps: populus sue ciuitatē vel connubiū pmisisset. Eo. s. modo: vt in ptātem parentū liberi redigerenť. Illud q3 videndū q ex impari matrimonio suscepti: non patrem sed matrē sequanť. ergo quę dā romana vel cum latino: vel cum peregrino: vel cum seruo: cum quo cōnubii ius non erat: nuptias fecit: dotem contulit: factūqꝫ inter eos diuortio: pcendiť: an nuptę mulieris cū eo: cum q̄ cōnubii ius non erat: apud virū dotis pars post diuortiū debeat pmanere. Hic subiectū quidē est. nupta mulier: cū quo cōnubiū non erat. pdicatū vō dotis ptis apud virū post diuortiū retentionis iure pmansio. Sumiť ergo a cōsequentibꝰ argumentū hoc mō. Nam q: nuptias fecit cum eo: cum quo cōnubii ius nullum est: id cōsequiť: vt liberi patrē non sequanť. Si aūt liberi patrem nō sequūť: nec in patris quidē sunt ptāte. at si in patris ptāte non sunt: matriqꝫ applicanť: apud virū dotis pars non poterit pmanere. Hic igiť antecedens est: cū eo cum quo cōnubii ius non erat: nuptię. Consequēs nihil pro liberis dotis nōie manere oportere. Cōcludiť argumentatio: qm̄ non pmisso cōnubio liberi qui procreantur: patrem non sequunť: Ne dotis quidē pars apud patrem pro liberis manere d3: qui quidē non patrem filii: sed matrē sequunť. Probatū est igiť pro liberis manere nihil oportere ex h q cū eo mulier nuptias fecit: cū quo cōnubii ius non erat. hoc vō erat antecedens. Non ergo a cōsēti sed ab antecedenti potius fcm̄ dependiť argumentū. q si per id q nihil dotis nōie manere oporteret: pbareť eam nuptias cum eo fecisse: qui cū cōnubii ius non esset: recte a consequentibus argumentū fcm̄ esse diceret. Fieret vō a consequētibus argumentū: si ita poneret. Si quid ex dote pro liberis manere oporteret: q: patrem liberi sequūť cum eo nupta esset mulier: cū quo cōnubii ius erat assumo qđ est consequens: Sed mulier cum eo nupta nō est cum quo cōnubii ius erat: concludo antecedens. Nihil igiť dotis pro liberis manere oportebit: q: patrem liberi nō sequunť. Argumentū ab eo qđ in ipso est: de quo quęritur. Quęritur enim de his nuptiis quarū nullū fuerit iure cōnubiū. Ex affectis. Omne enim cōns ad id qđ pręcedit refertur. Maxima propositio est. vbi consequēs non est: ibi ne antecedens quidē esse potest. at de his erit alius vberiꝰ differendi locus.

A repugnātibus si paterfamilias vxori ancillarum vsumfructum legauit a filio: neqꝫ a secūdo herede: mortuo filio mulier vsumfructū non āmittet. quod enim semel testamento alicui datum est: id ab eo inuito cui datum est. auferri non potest. pugnat enim rectę accipere: ꝛ inuitum reddere.

C Secundus heres diciť qui heredi instituto substituitur velut si quis filium instituat heredem: scribatqꝫ: si his filius intra pubertatē decesserit: nepotem: vel quēlibet aliū heredem esse oportere. Nepos igiť vel quilibet alius secūdus heres diciť. repugnantia sunt: quę (vt dictū est) contra consequūť: si ipsis contrariis cōparenť. Quidam igiť heredē testamento scripsit filium: eiqꝫ secundū substituit heredem vxoriqꝫ suę ancillarū vsumfructū legauit a filio: dixitqꝫ vt vxori filius eius vsumfructū ancillarū pmitteret: neqꝫ illud adiecit: vt etiam secundus heres eundem vsumfructū mulieri cōcederet. Successit filius: ꝛ mulieri ancillarū contulit vsumfructū. Illo mortuo intra pubertatem: agit secundus heres: ꝛ vsumfructū ancillarū mulieri extorquere conatur dicens vsumfructū ei a filio legatū: a se vō minime. Quęritur vtrum ea mulier legatū: qđ testamento acceperat: inuita possit amittere. Hic igitur subiectū est legatū qđ testamēti iure rectę accepit. Pdicatum vō inuitam posse amittere. Sumo igitur argumentū a repugnantibus. Repugnās vō est: si id qđ contrario consequens est: alteri contrario cōparatur. velut in hoc ipso: qđ tractamus: exemplo rectę accipe ꝛ nō rectę accipere contraria sunt: sed non rectę accipere comitať inuitum reddere. Iure enim inuitus reddit qui nō rectę accepit. Repugnat igitur inuitū reddere ei qđ est rectę accipe. Faciemus igitur argumentum sic. Qui testamento accepit rectę accepit. Quod aūt rectę accipiť: inuito ei q semel rectę acceperit auferri non pōt. At mulier testō vsumfructū ancillarū accepit. Idem igitur inuitę non poterit auferri. Argumentū ab eo qđ in ipso est: de quo agitur. i. de eo qđ rectę acceptum est. In ipso vō est velut affectus cōtrarietatis mō vt superius dictū est. Est aūt argumentū a repugnāti. Maxima propositio est repugnantia conuenire nō posse.

Ab efficientibus causis hoc modo. Omnibus est ius parietem directū ad parietem cōmunem adiungere: vel solidum vel fornicatū. At si quis in pariete cōmuni demoliendo dāni infecti promiserit: non debebit pręstare: q fornix vitii fecerit. Non enim eius vitio: qui demolitus est: dānum factū est sed eius operis vitio quod ita edificatum est: vt suspendi non posset.

C Cāꝝ quidē multa sunt genera quę Cicero paulopost eius diuidit. Sed nunc de efficientiū cāꝝ differit argumento. Efficiens vō causa est quę pręcedente aliquid effectum est: non tempore: sed pprietate naturę. velut in hoc qđ nūc declaramus exemplo. Dāni infecti pmissio est quotiēs qs promittit. Si qđ dānū eius opera contigerit: sua restitutione esse pensandū. Ius aūt est parieti cōi parietem alium vel fornicatū idest arcū hñtem: vel directū cōtinuūqꝫ coniungere. Quidam igitur ad parietem cōem alium extrinsecus parietē iunxit: deditqꝫ satis dāni infecti. Cōis aūt paries fornicatus fuit. i. arcū hñs vel ligni eam fabricā sustinēs. adiungente igitur eo q satisdederat: ꝛ vt adiungeret: demoliente ptem parietis: quo iunctura coheresceret: vitium cōis paries fecit. quęriť an dāni infecti pmissio cogat eū qui pmiserit vitium restituere. Subiectus terminus: dāni infecti pmissio pdicatus vitii restitutio. Sumimus igitur argumentū a cāis hoc mō. Si enim is q dāni pmisit infecti: eius vitii cā fuit: restituere d3 vitiū qđ eius accidit culpa. q si ea natura parietis fuit: vt suspendi: sustinerīqꝫ non posset. fornicati. n. parietis non ea natura est: vt suspendi queat: parietis potius forma: quā demolientis culpa vitium fecisse videbiť. atqꝫ ita nō cogitur restaurare vitiū qui se dāni infecti pmissione cōstrinxerit. Fiet igitur argumentatio hoc mō. si penes parietis formā cōstitit: vt eo adiungente parietem: qui dāni infecti pmiserat vitiū fieret: id vitium qui pmisit soluere nō cogiť. Fuit autē cā paries vt vitiū fieret: qui ea fuit natura: vt suspendi sustinerīqꝫ non posset. Non igiť qđ fornix vitium fecerit: restaurare d3 qui dāni promisit infecti. Argumētū ab eo qđ in ipso est de quo agitur idest in vitii restitutione. ex affecto idest cā. Causa enim vitii forma est parietis: non culpa cōiungentis parietem. Itaqꝫ fcm̄ est vt fornix vitiū faceret: quę causa vitii cū absit ab eo qui parietem iunxit: abest etiā eiusdem vitii restauratio. Maxima propositio. vnāquāqꝫ rem ex causis spectari oportere.

Ab effectis rebus hoc modo. Cū mulier viro in manum cōuenit: omnia quę mulieris fuerint: viri fiunt dotis nomine.

C Effecta sunt quę aliquibus efficiunť causis: non tpe pcedentibus: sed natura velut si querať. Vxore defuncta q̄

in manū viri cōuenit: an eius bona ad virū ptineant. In qua q̄ōne bona vxoris defuncte: q̄ in manū viri puenit: subiectū est. ad virꝫ aūt ptinere predicatū est. Quero igitur argumentū ab effecto: dispicioq̄ȝ quid pfecerit ipa ī manū viri conuentio: atq̄ȝ ex eo argumentū traho. id aūt est. eius viri dotis nōie fieri: queq̄ȝ mulieris fuere. Ipsa igit in manus cōuentio: oīa que mulieris fuere: viri fecit dotꝭ nōie Non precedēs tempore: sed statim ppa vi nature. Nam vt in manum queq̄ȝ puenerit: mox eius bona dotis nōie virꝫ sequunt. Facio igitur argumentū sic. Si mulier q̄ defuncta est: in manū puenit: in manū puenientis mulieris bona viri fiunt dotis nōie. Hec ēt bona de qbus agit viri sunt. Argumentū ex eo q̄ð in ipso est: de quo agit: ptinetur Agitur enim de eius bonis que in manū puenerit. s. ab effectis idest a cause effectis. Effectum nāq̄ȝ est in manū conuentionis: oīa que mulieris sunt: viri fieri dotis nomine. Quod sꝫ hic q̄ȝ non ab effectis. sed a cā factū argumentum monstret esse. Ostensum est enim fieri viri dotis nomine: quicq̄d mulieris fuerit: ex eo q̄ð mulier in manū puenerit sed hec causa est: vt que mulieris sunt: viri fiunt dot nōie. Sed dicat quis ex eo q̄ð ea que mulieris erant viri fiunt dotis nōie id approbari q̄ defuncte bona ad virꝫ debeant ptinere: sed que mulieris sunt: ea viri fieri dotis nōie: et bona ad virꝫ ptinere: vel idem est: vel neutrū alteri causa est: vel si quis dicat eam esse cām: vt bona mulieris viro debeant cedere q̄ per in manus puentionē: viri facta sunt dotꝭ nōie a causa rursus: ac non ab effectis factū esse argumentū putabit: idest a dote. ab effectis vō non oportet aliud nisi causaꝫ probari. Esset vō ex effectis argumentū: vt ex eo cā pbaretur hoc mō. Si questio esset an mulier in manum viri cōuenisset: et indubitatum haberet oīa que fuissent mulieris: viri facta dotis nōie dicerent ita. Si omnia que fuere mulieris: viri facta sunt dotis nōie. Sed oīa que fuere mulieris viri facta sunt dotis nomine. mulier igitur in manū viri puenit. Maxima propositio. causas ab effectis suis non separari.

A comparatione aūt omnia valent que sunt huiusmodi. Quod in re maiore valet: valeat ī minore. Ut si in vrbe fines non regunĕtur: nec aqua in vrbe arceatur. Item cōtra. Quod ī minore valet: valeat in maiore. Licet idem exemplum cōuertere. Item quod in re pari valet: valeat in hac q̄ par est. Ut q̄m auctoritas vsus fundi bienniū est: sit etiam ediū. At in lege edes non appellantur: et sunt ceteroꝝ omniuꝫ quoꝝ annuus ē vsus: valeat equitas que paribus in causis paria iura desiderat.

C Comparatione locus qui dicitur: Tripartito scinditur. Aut enim a cōparatione maioꝝ. aut a cōparatione minoꝝ aut a cōparatione parium nascitur. A cōparatione igit maiorum est: quotiens maiora minoribus cōparant: hoc mō vt quod in re maiore valet: valeat in minore. Sit enim q̄ð an in vrbe aquā liceat arceri. In hac igitur subiectus ē terminus. In vrbe aqua. Predicatꝰ vō est ius arcendi. Regi fines dicunt: quotiens vniusq̄sq̄ȝ ager ppriis finibꝰ terminatur. Arcet vō aquam qui eam per sua spatia meare nō patitur. Facimus igit argumentū sic. Cū plus est regi fines: minus vō arceri aquam. si in ciuitate fines nō regunt quod maius est: ne id q̄dem q̄ð minus est: fiet: vt aqua in ciuitate arceatur. Hic igitur sumptum est argumentum ab eo q̄ð in ipso heret: de quo queritur. Querit vō de arcende aque iure ab effecto. s. idest a maiore q̄ð refert ad id q̄ð minus est. Notandū vō q̄ Tullius maximā ppōnem argumentationi induxit hoc mō. Q̄ð in re maiore valet: valeat in minore: et deinceps ea nisus argumentationē expediuit: vt manifestius appareat id: q̄ð primo volumine cōmemoratum est: has maximas ppositiones aliquotiens quidem argumentationibus includi: vt in presenti monstrat exemplo. alias vō vires argumentationibus dare: vt in superioribus exemplis locoꝝ. q̄ð si idem puertamus exemplū dicemus q̄ð in re minore valet: valeat etiam in maiore. At in vrbe aqua arcetur: reguntur igitur fines. Hic tū q̄ð pmutatur hoc modo. Queritur enim an in vrbe fines oporteat regi. Sed a minore sumit argumentū idest ab arcēda aqua vt sit hic q̄ȝ argumentū ab eo q̄ð in ipso est: idest ab eo q̄ð ē in regendis finibus: Ab effecto. s. id est a minore. Id enim q̄ð minus est: Affectū est. Illud nāq̄ȝ respicit ad quod comparatur. Hic q̄ȝ maxima ppositio a Tullio posita est: eaq̄ȝ est. Q̄ð enim in re minore valet: valeat etiā in maiore. A paribus vō fit similiter cōparatio. necesse est enī vt valeat equitas que paribus in rebus paria iura desiderat. Pluriū maꝫ igit reꝝ vsucapio ānua est: vt si q̄s eas āno continuo fuerit vsus: et firma iuris auctoritate possideat. velut rem mobilem: fundi vō vsucapio biennij tpis spatio continet. de edibus in lege nihil ascriptum est. Querit ergo vsus ediū vno ne anno an biennio capiatur. Facimus a paribus argumentationē: et q̄m imobiliū equa possessio esse ... vō ī mobiles sunt: vt biennio fundus vsucapit: ita etiam oportet edes vsucapere biennio possidentē. Equitas enim paribus in rebus paria iura desiderat. Que etiā maxima propositio a Tullio clarissime posita est: sed exemplū restrictius datū est nec promptissime ad intelligendū. Ita nāq̄ȝ ait: vt q̄m vsus auctoritas fundi bienniū est: sit etiam ediū. hi igitur ediū vsus auctoritate biēnio fieri sentit. Sꝫ adijcit at in lege edes non appellant: et sic sunt ceteroꝝ omniū q̄ȝ annuus est vsus. hic rursus edes in his videt ponere: que annuo vsu capiunt: et concludit nihil diffiniens: nisi valeat equitas que paribus in causis paria iura desiderat. Sꝫ videtur ita dixisse: q̄m imobiles sunt edes: vt fundus: biēnio vō fundus vsucapit: edes q̄ȝ biennio vsucapient: et sibi ipse rursus opponit. sed in lege. xij. tabularꝫ de edibus nihil ascriptum est: et inter eas relicte sunt res taciturnitate legis quaꝝ est vsus annuus. Nam cum de fundo prescriberet lex biennij vsucapionē tacuit edes. et his potius hac taciturnitate eas iunxit: quaꝝ annuus ē vsus. Sed soluit obiectionem: ita. s. equitas paribus in rebus paria iura desiderat. Itaq̄ȝ q̄m eque fundus atq̄ȝ edes īmobiles sunt eq̄ȝ biennio vsucapient. factū est igit hic quoq̄ȝ argumentum ab eo q̄ð in ipso est: de quo agit. i. ab affecto pari. Nam cū agat de ediū possessione: argumentū sumptū est ab vsucapione fundoꝝ. Expeditis igitur his locis qui in ipso de q̄ agitur inherebant. Nunc iam loci eius que dixit esse extrinsecus: ponit exemplū. Hic vō est qui sumitur ab auctoritate iudicij locus valde pbabilis: etiam si non maxime necessarius. Que enim necessaria sunt: hec ex ppa psiderant nā. Que vō pbabilia sunt: pluriumoꝝ iudiciū expectāt. ea nāq̄ȝ sunt pbabilia: que vident vel oībus: vel pluribus: vel maxime famosis: atq̄ȝ ppulis: vel sꝫ vnāquāq̄ȝ artē sciamq̄ȝ eruditis: vt q̄ð medico in medicina. geometre ī geometria: ceterisq̄ȝ in ppa studioꝝ facultate versatis. de quo extrinsecus loco sic loquitur.

Que autem assumuntur extrinsecus: ea maxime ex auctoritate ducuntur. Itaq̄ȝ greci tales argumentatōes ἀτέχνους vocant. i. artis expertes: vt si ita respondeas.

C Alia quippe argumēta sunt: que ipse elicit orator: atq̄ȝ ipse quodāmodo ex designatis locis sibi cōparat: et ppa facultate cōgit. Alia q̄ extrinsecus posita nō ipse inuenit: sed presentibus vtitur et paratis: velut testimonia: tabule: fama ceteraq̄ȝ de quibus. M. T. latius tractaturus est. Nō. n. sibi ipse testimonia parat orator: sed paratis vtitur. nec ipse iudiciū facit sed iam posito ac spontaneo. rumore veniente vtit ad cām. atq̄ȝ idcirco hos locos greci ἀτέχνους vocant. i. inartificiales. atq̄ȝ vt Tullius dixit artis expertes. q̄ enim nō pprio oratoris artificio cōparant: sed extrinsecus

ueniētia subministrant: hec iure artis expertia appellata sunt. huius exemplum est: vt si ita respondeas.

Quon. am. P. Sceuola id solum esse ambitus ędium diceret quātum parietis cōis tegendi causa tectum proiceret̄: ex quo tecto in eius ędes qui protexisset aqua deflueret: id tibi ius videri.

¶ Solum ambitus ędium est quātum soli ędiū circuitus claudit. Sceuola igitur dicit id esse ambitus ędium soluꝫ qd tecti diffusiōe tegeret̄. Manifestū est enim tecta latius fundi: nec parietibus adequari vt stillicidiū longius cadat. que cum ita sint: quidam parietem cōem tegere nitebat̄. ꝗrit̄ an sit aliqd ius tegendi. respōdeas tu inqt Cicero Trebati id ius esse tegendi parietis cōis: vt in eius qui tegat aliud quodlibet tectū stillicidii aqua fundat̄ aliās non eē iuris: vt tegat quis parietem stillicidio in vicini tecta defluente. Nec enim stillicidii seruitus noua nisi cōsentiente vicino nihil iuris habet. Sed si huic responso opponat̄. ne sic qdē vt tegat esse iuris: qm̄ qdē ędiū solū tātū est quātū cuiusqꝫ parietes claudunt. Qui vero tegat tectū longius mittit. Tu inquit responsum tuū Sceuolę auctoritate firmabis. dicēs Sceuolam dixisse hoc esse soluꝫ ambitus ędiū quātū tectū proiceret̄: non quātū parietes ambirent. Iure est igit̄ ꝓijcere tectum: qui intra ambitū adhuc suarū ędiū tegit: sed ita vt in suum tectū aqua defluat: nec vicino noua noceat seruitute. In qua quōne neqꝫ a subiecto neqꝫ a predicato termino ductū est argumentū qd in his locis cōsiderari moris ē: q in ipsis herent de quibus agit̄ terminis: vt in oibus exēplis est diligentissime declaratū. Sed qꝛ sumit̄ argumentū extrinsecus: dubitationi iudiciū cuiuslibet opponit̄: vt nunc Sceuolę cuius auctoritate responsum est. atqꝫ ideo ex loco qui vocatur extrinsecus sumptū dicitur argumentum.

His igitur locis qui sunt expositi ad omne argumentum tanq̄ elemētis quibusdam significatio ꝛ demonstratio ad reperiendum dat̄. Utrum igatur satis est: tibi quidē tam acuto ꝛ tam occupato puto. Sed qm̄ auiduꝫ hominē ad has discendi epulas recepi: sic accipiam: vt reliquiarum sit potius aliquid: q̄ te hinc patiar non satiatum discedere.

¶ Omne elementū principiū est eius rei: cuius elementū esse ꝑpendit̄. Nam eius qd ex elementis fit: ipsa elementa necesse est loco esse ꝑncipij. ergo qm̄ loci supius designati argumentoꝝ q̄si quędā ꝑncipia sunt: ipsi enim sunt q ꝯtinēt argumenta. oīne aūt qd ꝯtinet: eius qd ꝯtinet̄ ꝑncipium. Idcirco ait Cicero veluti quędā elementa argumentoꝝ videri locos hos quos supius posuit. cautissimeqꝫ adiecit q̄si quędam elemēta. Nō enim integre elementa: sed q̄si i similitudine elemētoꝝ sunt hi loci: q in argument̄ efficiēdis sumūtur. Idcirco qm̄ argumentoꝝ quędaꝫ vident̄ esse ꝑncipia. alioqn elemētū oīne minima pars est eius: cuius elemētū est: ꝛ id qd ex element̄ efficit̄: partis vice ꝯiungit: vt littere orōnē. at vero locus non ps argumenti sed totū ē. est enim significatio quędā: ꝛ demōstratio ad repiendū argumentum data: vt si locū respexeris: noueris vbi condit̄: vn̄ duci debeat argumētū. Sed reliqua ad Trebatiū expeditissime dicta sunt. blandit̄qꝫ ei etiā breuia posse sufficere acuminis prerogatiua presertim cū sit iuris occupatiōe destrictus: ꝛ tps legendi plura nō hēat. Sed qm̄ vt inqt auidissimū studij ad has doctrinaꝝ epulas recepit: nō vult degustatū: sed satiatū relinquere: vt ne desit aliqd: sed de pleno etiam relinquat. factaqꝫ est a cōuiuando trāslatio iucundissima. Declaratis oibus igit̄ locis eoꝝqꝫ exemplis diligenter expositis pauca quędam de locoꝝ vi atqꝫ ordine disputabo: qb⁹ plenissime dis[illegible] ratione expeditis ad ea que restant explanāda transgrediar: sed id tertio iam volumine faciendum est: qm̄ secundus liber habet ꝓprium modum.

Eiusdē Boetij i Topica Ciceronis cōmētarioꝝ li. iij⁹.

Atqꝫ latiorē. M. T. diuisionē de numeratis supius locis aggrediar: pauca vt sum pollicitus de vi atqꝫ ordine locoꝝ mihi videnē esse tractanda: vt eoꝝ natura diligētius cognita facilior se argumentoꝝ copia subministret.

Primū igitur qm̄ loci omnes diuisi sunt in eos: q in ipso herent: de quo queritur: ꝛ in eos qui extrinsecus assumerentur: videndū est qui nā sunt hi loci qui in ipso herent: de quo querit̄: vel quid ab ipso differant: in quibus herere dicuntur. atqꝫ illud qdem planissime expeditum est: ipsos dici terminos illos qui in qōne versant̄: hoꝝ esse alterum predicatū: alteꝝ vero subiectū supior expeditio patefecit. Ab eo igit̄ termino de quo agit̄ qd differt locus a toto: quando quidē idē est ipm esse qd totū. neqꝫ enim est aliud esse quēlibet terminū in qōne ꝓpositū: q̄ totū esse terminū eundē qui in qōne est ꝯstitutus. de ptibus qꝫ idem dicem⁹. nam si oēs ptes efficiunt id cuius ptes sunt terminiqꝫ in qōne ꝓpositū sue ptes efficiunt: non est dubiū qn ptes q̄ in vnū conuenientes id esse qd ipm est in qōne ꝓpositū rectissime intelligant̄. Notatio vero eodē mō illud ipm est qd in qōne ꝓponit̄. rem enim vnāquāqꝫ oīne vocabulū designat ac denotat. fit igitur vt totū: ptes: ac nota idem qd est ipm de q̄ querit̄ esse videant̄. In tanta igit̄ similitudine reꝝ danda est differentia. neqꝫ enim vt dcm̄ est: si locus heret in eo ipso: de quo querit̄: atqꝫ ab ipso de quo querit̄ capi non ꝑ dē argumentū: fieri pōt vt locus idem esse possit: qd ipsum est. Sed hec differentia est: ipm est qd confuse ac singulariter intelligit̄: vt hō in eo inest totuꝫ suū: quod est diffinitio. Ipsius igit̄ totū ab eo quod ipm est intelligentia separatur quod illud qdē singulariter intelligit̄. h vero sub generis ac diffꝫ enumeratiōe mōstrat̄. Diuidit enim diffinitio atqꝫ dispergit. totūqꝫ patefacit: qd in re ipsa singulari intelligebat̄. De ptibus qꝫ eadem rō est. Si enim ad mēbroꝝ multitudinē: vel spēꝝ diuisionē enumerationē singlarē termini referas intellectū: statim ipsius ac ptium differentias cōphendas. Nota etiā ab eo cuius nota est facile distat qꝛ illud vox est significatio est: illud res significationi supposita. eoꝝ vero q̄ affecta sunt: nō sunt dubię dicę ab his q̄ affecta esse monstrant̄. Quis enim idem dicat esse ꝯiugatū: quod est id cui cōiugatū est: Quis idem esse iustū quod iusticiā: Quis genus idem quod formā: qs ꝯtraria: qs similia: qm̄ qdem neqꝫ ꝯtrariū sibi ipsi ꝯtrariū esse pōt. nec sile sibi ipsi sile. nec gen⁹ sibi metipsi genus: ꝛ de ceteris eadē rō est. Nūc illud dicēdum est: ꝓpter quod ista ꝯmisimus. qmqꝫ enim ab illis tribus locis qui primi ꝓpositi sunt: argumenta sumunt̄: idest a toto: a ptibus: a nota: fit vt ipse qdē terminus ad c⁹ fidē querit̄ argumētū intra quālibet eaꝝ reꝝ ꝯtineat̄: que cum ad argumētū ducte fuerint: loci esse monstrant̄. velut cum fit argumētū a toto: ipse qdē terminus cui fides affert intra totū cōphēdit̄. totū vero ipm quod est diffinitio: res est: Sigdeꝫ orōneꝫ rem vocari placet: at si ex ea sumit̄ argumentū fit locus. iam ipm qdē de quo agit̄: intra totū clauditur: a quo toto cū fit argumētū: fit ipsum totū loc⁹ quod totum. qm̄ claudit terminū qui in qōne versat̄: eidem termino videt̄ inherere. quo fit vt locus q̄ qui a toto ē: eidem inhereat termino: de quo in qōne dubitat̄. ptium qꝫ enumeratio eūdem terminū claudit: cū ptes [illegible] cōiūgit. Ipsaqꝫ ptiū enumeratio res quędam est: [illegible] enumeranda est. sed si ab ea ducitur argumentū: fit locus. Sꝫ qm̄ ptium multitudo in eodem termino est: quē ꝯuentus ptium iungit: necesse est cum q̄ loci q est a ꝯiunctione ptiū [illegible] illi termino de quo querit̄ inherere. Nota etiā rē designat: ꝛ significatione aliquo mō cōprehendit. a qua si ducit̄ argumentum fit locus. ꝛ qm̄ nomē eius ei videt̄ adherere [illegible] intelligentiā signat: locus q̄ꝫ q est a notatione in ipso heret: de quo versat̄ intentio. At in affectis que in [illegible] decem partes diuisa sunt: nō idem est. Nā qm̄ respicientia quedā [illegible] [illegible] sunt: ꝛ quasi extrinsecus ꝯstituta nō videt̄ eodē modo ꝯiuncta esse cū termino: quo [illegible]

a locoꝝ ptium enumeratione: a nota esse predicti sunt: sꝫ tñ
id qđ affectū est: ad aliqđ dicit. Id vō aliqđ iunctū est illi: ꝑ
qđ ad eius ducit relationē: ac sine eo eē nūq̄ pōt: quare cū
ipso nascitur: ꝛ quodāmodo altero dicto intelligit alterum
Nam si id de quo querit: eiusq̄ affecta ppendas: ea que p
hibent affecta: extra id de quo ambigit: posita esse ɔsiderēs
nihil enim eoꝝ que sunt ad aliquid: ex seipso esse pōt: sꝫ est
semꝑ ex altero. vt enim in predicamentis ondit: oia que ad
aliqđ dicunt opposita sunt: nō tñ ita disiuncta sunt: vt cētera
sint distributa: sed qm̄ relatiua predicatiōe iūgunt: necesse
est aliquo mō in ipso sint. ad qđ vident affecta. etiā qppe
affectū ex eo q affectū est: suscipit formā: ꝛ sine eo esse nō pōt
ꝛ dicto altero alterius se statim subijcit intellect⁹: vt cū dire
ro dimidiū: duplū intelligit ꝛ cū patrē noiauero: filius ad
intelligentiā venit. ꝛ oia quecunq̄ ad aliquid sunt: ex sese
pendent: nec a seinuicem deserunt. igit oīne affectū ꝛ ad ip
sum respicit: ad qđ refert: ꝛ in ipso est. ad ipm̄ qdem respic.
qm̄ ad affectū suū velut ad aliquid relatiue more predica-
tionis refert. In ipso vō est: q ea est affectoꝝ natura: vt alte
rū existat ab altero. sicq̄ ipsa possideant: qn qdem ꝛ id quod
affectū vocat: eius est termini ad quē ɔsideraī affectū: ꝛ ter-
minus in qōne ꝑpositus affecto suo intelligit esse cōnex⁹.
Que cū ita sint cū argumentū sumit a cōiugatio: qm̄ id qđ
cōiugatū est: affectū est ad id qđ ex ex altera parte ē ɔiugatū.
Id quidem de quo querit in altrinsecus posito ɔiugato he
ret. In vō locus vñ argumentū trahit: ab altero ducit con-
iugato. veluti si cōpascuus ager est: ius est cōpascere. Igit
compascere atq̄ cōpascuū ɔiugata sunt. sꝫ querebat an ius
esset cōpascere. Tractum vō est argumentum a compascuo.
Itaq̄ terminus quidē de quo fuit questio: in altero coniu-
gato positus deꝑhendit. i. in cōpascendo. Locus vō vñ
argumentū tractuꝫ est: in altero est idest in cōpascuo. Item
quotiens a genere ducit argumentū: id de quo queritur: in
forma herere necesse est: vt cū ondit legata esse numerata
pecunia: qm̄ fuerit argumētum oīne legatū. Querit enim
de numerata pecunia: que est spēs argenti. ꝛ argumentum
tractum est ab argento. i. a genere. Itaq̄ ipm̄ de quo quere
batur in forma fuit: idest in specie. Argumentū vō tractuꝫ
est ab affecto. i. a genere q si a forma generis argumentum
fiat: ɔuerso mō est. Id quidē qđ querit in genere esse mon-
stratur. Ipm̄ vō vñ sumptum est argumentū: in forma eē
perpendit. Nam cū querat an legatū sit vxori: ondit non
esse legatū: q2 non fuerit vxori tm̄ legatū: sed matrifamili
as vxori. Vxor vero genus est: materfamilias spēs vxo-
ris. Querit igitur de vxore idest de genere: argumentum
factū est a matrefamilias idest a forma. Quotiens vō a simi-
litudine trahit argumentū: qm̄ id qđ sile est: non sibi sꝫ alij
sile esse ppendit: Res quidē de qua querit: in vno eorum
que sunt silia posita est. at vō locus in altero: velut cū que
ritur an heres restituere vitium ex namue cogatur ediuꝫ
in vsumfructū relictaꝝ. In hoc igit qđ est: locus vō in silū-
tudine: q2 non oportet heredē edes restituere: sicut nec man
cipium: si id aliqua rōne deperierat. Cum igit silia sit ediuꝫ
vsusfructus atq̄ mancipij: qđ querit in edium vsufructu
positū est. Locus vō in vsufructu mancipij. In oīa quoq̄
idem est. eoꝝ nāq̄ que differunt in altero positū est id qđ q̄
ritur. In altero vō illud a quo id quod est ambiguū cōpro-
batur: vt cū querit an id ꝗꝫ argentū qđ in noibus debeat:
legatum sit. Hic igit illud est: qđ dubitat. In eo vō q ab
hoc differt locus: a quo ondit minime legatū esse argentuꝫ
qđ in noibus debeatur: q2 multū differt in archa ne sit posi-
tum: an in noibus scriptū. A ɔtrario ꝗꝫ idē est: vt in eo qđ
queritur: an vsusfructus penus legatus sit. In vsufructu
igitur qđ est. sed ꝓbat minime esse legatus: q2 non pōt eē
vsus earū reꝝ: que vtendo pereunt sed potius abusus. In
abusu igitur locus est. s. in altero ɔtrarioꝝ: cū fuerit in vsu
qđ. Ab adiūctis etiā locus eodē mō ab eo qđ querit segre-
gatus est: vt in vno adiuncto sit qđ: in altero vō sit locus.
Nam cum querat an sm̄ mulieris tabulas nūq̄ capite di-

minute possessio detur: In hoc qđ est: at in huius adiuncto
locus. ondit enim minime dari debere possessionem: q2
sit proximū: vt sm̄ pueroꝝ atq̄ seruoꝝ tabulas bonorum
possessio ɔcedat. Ab antecedentibus vō ita est locus: vt qđ
sit in ɔñtibus. Nam qđ querit an aliquid dotis noie pro
liberis manere oporteat. Sumitur argumentū nullo mō
manere oportere ex antecedentibus: q viri culpa factū ē di
uortiū. locus itaq̄ in antecedenti: qđ vō in ɔñ: i. Cōsequu
tum est enim vt culpa sua diuortiū: nihil apud patrem p
liberis ꝑmanere: cum viri culpa precesserit. A ɔñtibus vō
si sit argumentū: res que dubia est in añtibus esse deꝑhē
ditur. velut cum querit an diuortio facto cum eo cum quo
connubiū non erat: dotis noie aliquid pro liberis manere
oporteat. fit argumētū sic. Si quid ex dote pro liberis ma
nere oporteret: q2 patrem liberi sequerent: ei cꝫ eo nupta eēt
mulier: qui cum cōnubij ius esset: hic antecedēs est. si qđ ex
dote pro liberis manere oporteret. ꝛ in eo questio an aliqđ
manere oporteat. ɔñs cum eo mulier nupta: qui cū connu
bij ius esset: a quo sumitur argumentū idest a ɔñti. Nam
cum manifestū sit: non cum eo esse nuptam: cū quo cōnubij
ius erat: ondit q minime patrem liberi sequātur: atq̄ id
circo nihil pro liberis manere oportere. Hic igit res qdem
que dubitat: in antecedēti est in eo. s. an ex dote pro liberis
aliquid manere oporteat. argumentū vō in eo loco: qui est i
ɔñtibus idest in muliere que nupta est cū eo: cū q̄ nulla erāt
iura cōnubij. A repugnantibus etiam quotiens argumen
ta sumunt: res quidem dubia in altero repugnanti: In ad
uerso vō locus est argumenti: vt cū querit an possit inui-
ta mulier reddere legatū: qđ recte testamento semel accepit.
Locus a repugnanti minime posse inuitam reddere: quod
recte accepit. Questio igit est in eo: q intelligit inuitā red-
dere. argumentū vō in altero repugnanti. idest in eo qđ i-
telligit recte accipere. Pugnat enim inuitā reddere: ꝛ recte
accipere. sed questio in vno eoꝝ est. locus in altero. Quoti
ens vō a causis efficientibus ducitur argumentū: qōnem i
effectis esse necesse est: vt in exemplo quo querit: an qui sar-
tis dederit dāni infecti: vitium parietis prestare cogatur.
In hoc igit idest vitio parietis questio est. sed de causa tra-
hitur argumentuꝫ. Dicit enim non oportere prestare: qm̄
natura parietis causa fuerit vitij: non his qui de prestādo
vitio satisdedisset. Effectū igitur cause vitiū parietis fuit.
Itaq̄ qđ quidem in effecto. locus vō esse ɔsideraī ex causa.
At si ab effectis aliquid approbetur: locus in effecto. qđ in
causa est ɔstituta veluti cū querit an mulier quedam cuius
bona viri facta sint dotis noie: in viri manum conuenerit.
Qm̄ ergo in manū conuentione pficitur: vt bona mulieris
post eius mortem vir adipiscat: argumentuꝫ ducamus ab
effectis. Efficitur enim per in manū ɔuētionē: vt quecūq̄
sunt mulieris: viri fiant dotis noie. ergo cū ea que mulieris
fuere: vir noie dotis adipiscit: mulierem in manū viri ne-
cesse est ɔuenire. Questio itaq̄ de muliere est: an in manū
conuenerit. argumentū vō ab effecto cause. i. in manū cōuē
tionis. hoc vō est: q ea que fuere mulieris: vir noie dotis
acquirit. quo fit vt qđ queritur in causa. locus vō sit in ef-
fectis. A comparatione vō maioꝝ si fuerit argumentū: qđ
erit in minoribus vt si queratur an in vrbe aqua debeat ar
ceri: defendaturq̄ minime debere. neq̄ enim fines regun
tur. ita in aqua arcenda quod minus est questio est. loc⁹ vō
in finibus regendis: quod maius est. Contrarie vō si a mi
nore argumentū ducatur: erit id quod dubitatur in re ma-
iore: vt si dubitet an fines in ciuitate regantur. Respōdea
mus minime: quoniam ne aqua quidem arcet. Ita id qđ
dubitatur: in re maiore ɔsistit. illud vō vnde argumentuꝫ
sumitur in minore. ꝛ in comparatiōe parium similis ratio
est. In vno enim eoꝝ que sunt paria questio consistit: in al-
tero locus intelligitur argumenti veluti cum queritur an
edium vsus biennio capiatur: id approbamus quoniam
fundorum quoq̄. Cum igitur paria sint fundus atq̄ edes
questio quidem de edibus est. argumentū vō ducitur a fū-

do. Ac de vi quidem locorum: quoq; a se modo questiões & sedes argumentorum reperiantur. hec dicta sint. Nunc eoꝝ ordinem breuissime cōmemorabo. Ex hoc itaq; oritur omne iudicium qui locus prior: qui sit posterior existimandus: si eos terminos consideremus: qui in proposita questiōe versantur. Queçunq; enim his terminis propinquiora sunt: hec rectissime priora numerantur. Posteriora vero quātum a propositis longissime queq; recesserint. id autem tali ratione clarescet. Primum nāq; locorū est diuisa pluralitas in eos qui in ipso sunt: de quo agitur: & in eos qui assumuntur extrinsecus: in quo preposítos esse intelligimus eos locos: qui in ipso sunt: his locis qui trahuntur extrinsecus. hic vero locus qui in ipso est: in primas quattuor distribuitur partes: quarum prima est diffinitio qui locus a toto est nuncupatus: idcirco aūt primus a toto ponitur: quoniam nihil est alicui tam proximum q̄ propria diffinitio. consequitur enumeratio partium: quia post diffinitionem proximū locum partes tenere debent: que totū id cuius partes dicunt esse: coniūgunt. Hic apponitur nota: que quasi conuerso modo diffinitio est. Nam sicut diffinitio explicat: qd̄ implicite nota designat. ita nota inuoluit & confuse indicat: quod patefacit atq; expedit diffinitio. Nota vero tertia ideo est: q: diffinitio substantiam tenet. partitio ea dinumerat: que totum compositum iungunt. nota vero nihil efficit sed tātū designat. Post hec que in ipsis terminis principaliter herent: illa que sunt affecta numerantur: que iam non ipsis insunt terminis: sed eosdem velut extrinsecus posita consequūt atq; idcirco solum in ipsis esse dicuntur: quoniam sine his esse non possunt: quorum prima sunt coniugata. Nihil enim inter affecta sic proximum est: q̄ quod & rei nomine participat: nisi q̄ parua nominis inflexione seiūgitur. Nam id quod iustum est: & iusticia participat & inflexo iusticie nomine nuncupatur. & in ceteris quidem coniugatis idem est. Post hec adnumeratum est genus. Genus vero q̄ cuiuslibet vniuersaliter substantiam monstrat: & q̄ multoꝝ specie diuersorum substantialis est similitudo: qd̄ a propositis terminis paulo longius q̄ coniugata seiungitur: q: tametsi substantiam monstrat: tamen ne inflexo quidem vocabulo eius termini nomine copulatur: sed longe lateq; diuerso. Huic adiuncta est species: quā formam Tullius appellauit q: nihil est tam proximum generi q̄ species. species vero est substantialis indiuiduoꝝ similitudo: & qd̄ sub genere ponit. Post hāc similitudo est constituta. etenim post illud idem quod in substantiis intelligitur: illud idem recte ponit: qd̄ in qualitate esse perpenditur. Paulatim vero res incipit a similitudine recedere: nec statim ad contrarium venit: sed prius differentia locum statuit. Nam remota similitudine nihil aliud occurrit prius: nisi differentia. post hanc a contrario locū duxit id est a maxima differentia. rursus ad amica sibi affecta conuertitur: sed non eo modo amica quo sunt similia: adiuncta enim proponit que non sunt integre similitudinis: sed inter se indicij & veluti cuiusdam rerum sibi coherentiū propinquitatis. post adiūcta vero antecedentia Tullius posuit. Post id enim quod aliquo modo iunctum est: aliquid necesse est aut antecedens: aut cōsequens intelligat. prius itaq; antecedens: post consequens collocatum est. Post hec repugnantia dixit: vt quodāmodo duplex ordo contrarietatum ac similitudinum nasceretur. Prius enim posuit a simili: a differentia: a contrario: atq; hic vniuersus ordo est: similium & contrarioꝝ. Rursus ab adiunctis: ab antecedentibus: a consequentibus: a repugnantibus. hic rursus secundus ordo similium: & cōtrarioꝝ esse deprehenditur. Sz primus valde euidentior: q̄ secūdus. plus est enim simile esse q̄ adiunctum. Plus est differre q̄ antecedere vel consequi: plus esse contrarium: q̄ repugnans: & in suo queq; plenam retinent formam. velut q: similitudo ꝓpinquitatem quādam tenere debet: propinquius est id: quod est illi ei: cui simile esse consideratur: q̄ id quod adiunctum est ei: cui naturali vicinitate coniungit. Rursus quoniam differentia dissimilitudinis auctor est: dissimilius est id: quod ab alio differt: q̄ id quod consequitur: vel antecedit. Rursus quū contrarium longissime ab eo cui cōtrarium est: oportet abscedere: longius abscedit cōtrarium q̄ repugnans. Post hec quid aliud restare poterat: q̄ effectorum causas querere? Aut post effectoꝝ cās aliud q̄ ipsaꝝ cāꝝ perquirere effect⁹. Preterea a comparatione loci postremū ordinem tenēt: q: siue similitudinē siue dissimilitudinē in sola obtinēt quātitate. & de locoꝝ ordine satis dictum est. Illud preterea cōsiderandum puto: Nū hi quoq; argumentoꝝ loci qui i ipso herent: de quo queritur affecta iure nominentur. quīquidez que affecta sunt idcirco esse dicuntur affecta: q: sunt ad aliquid: & propositi termini relatione nectuntur. Nam & diffinitio alicuius est diffinitio. & totum partium totum est. & nota significati nota est. sed inspicienda natura est singuloꝝ & videndū nū similiter hec ad aliquid referantur vt cetera. Nam diffinitio rē quā diffinit: quodāmodo explicat: atq; conformat. Item partes rei cuius partes sunt: ꝑsa coniūctione pficiunt. Nota vero eius intellectū cōiter tenet. & cū hec cetera que vocantur affecta non faciant: iure hec nō inter affecta ponunt. Sed in eo ipso q̄ veluti efficiunt atq; conformant: inesse dicantur. Sed quū de vi atq; ordine locoꝝ sufficienter dictū est. nunc ad sequentia transeamus. Preter omnia enim que superius dicta sunt: illud animaduertēdū maxime est: q: non si quid in argumentis fuerit sumptum illud eoꝝ argumentoꝝ locus dicendus est: nisi non solum insit argumentis: verū etiam ab eo argumenta nascuntur. id qd̄ dico planiore liquebit exemplo. Si quod enim fuerit argumentum: in quo sumatur genus: vel species: non statim illud argumentū ex genere: vel specie tractū esse dicit nisi ex argumento vires generis vel speciei qualitas subministret. sit enim sit questio. an idem sit animali esse: quod viuere. fiet argumentatio sic. Non idem est animali esse qd̄ viuere q: ne in animato qdem idem est esse: qd̄ mori. Plurima quippe sunt inanimata: neq; moriūt. Nam q̄ nū q̄ vixere: ne mori quidem posse manifestū est. Hic igit inanimatum genus est lapidum ac fusiliū metalloꝝ. & sumptum est in argumento: sed non ex genere factū est argumentum: licet in eodem genus videatur inclusum: sed potius a contrario. Nāq; cōtrariū est vite quidem mors: animali autem inanimatum. sed mori non sequitur inanimatū. igitur nec animali quidem viuere. Non ergo ex genere locus iste dicendus est: sed potius ex contrario. q̄uis genus huiusmōi contineat argumentum. Tunc enim locus esset a genere: si ab animalibus vel a viuendi genere argumentatio traheretur: velut si ita fieret argumentum: animali esse substantia ē ipsum vero viuere substantia non est: sed in substantiā venit Non est igitur idem viuere quod animali esse. a substātia igitur tractum est argumentū a genere videlicet animalis. hoc igitur argumentum & genus cōtinet: & ex genere ductū est. in priore vero & si genus continet: a cōtrario tamen ductū esse perpendit. Illud enim semp speculandum est: non qd in argumento sit: sed ex quo ducatur argumentū. & in ceteris quidem eadem ratio tenenda est. neq; est enim in singulis laborandum. Si quos enim diligentia ducat se superius expositionis exercuit: facile in reliquis colliget: quod vno declaratur exemplo.

Quando igitur vnusquisq; eorum locorum: quos exposui: sua quedam habet membra: ea quā subtilissime persequamur: & primum de ipsa diffinitione dicitur. Diffinitio est oratio: que id quod diffinitur explicat quid sit.

¶ Propositis breuiter argumentoꝝ locis: eosdem subtilius atq; enodatius statuit per suas partes & conuenientia membra partitur. Ita enim locorum omniū diligentius natura considerabitur: si non confuse solum: verum etiam distributim: & in suaꝝ partium proprietate noscantur. Dat vero hic multam inueniendoꝝ copiam argumentorum. et

enim de diffinitione dicamus: Si cunctas aliquis diffinitionum partes agnouerit: ex omnibus sibi poterit argumenta conquirere: eritque in inueniendis copiosior argumentis eo qui: quot sint diffinitionis species ignorat. Ex tot enim diffinitionum partibus argumenta producet: quantas quis diffinitionum partes esse cognouerit. Is vero habebit plurimam locorum talium facultatem: quem diffinitionum diuersitas non latebit. Ob hoc igitur. M. T. quos confuse atque indigeste posuit locos: nunc eosdem diligentiore ratione partitur. ac primum illud persiore consideratione tractandum est: quod vt dictum est: etiam loci ipsi res quedam sunt sed esse intelliguntur loci: cum ab his trahitur argumentum ergo nunc Cicero non principaliter locos: sed res ipsas diuidit: que ad argumentum ducere spectent sumunt locorum Diffinitio namque et pars et nota: res quedam sunt: sed cum ab his argumentum ducitur: loci fiunt. Cum igitur. M. T. res ipsas ita vt sunt naturaliter partiatur: simul cum rebus diuidit locos. Si enim res vna est: a qua duci poterit argumentum: tum vnus est etiam locus. at si illa diuiditur: quot partes eius rei fuerint: tot erunt etiam loci generis eiusdem: de quibus argumenta nascuntur. Que cum ita sint: eiusque primus omnium locus a toto sit: idest a diffinitione prius quid sit diffinitio declarat. vt patefacta rei natura species eius vel membra conuenienti ordine partiatur. Diffinitio inquit est oratio que id quod diffinitur: explicat quid sit. sicut diffinitio est hominis animal rationale mortale. oratio vero cautissime est explicat. Nam quod nomen confuse denunciat: id diffinitio per quedam substantialia membra diffundit. Quod enim confuse nomine hominis declaratur: id aperit atque explicat diffinitio: dicens hominem esse animal rationale et mortale. Nam nisi ita dixisset: potuerat esse communis diffinitio generi quod velut hoc modo. Diffinitio est: que designat quid est id quod diffinitur. Sed genus quoque designat quid est id. de quo predicatur sed non explicat. Sola enim diffinitio explicat quid sit: que oratione perficitur. Genus vero et cetera que singulis plerumque vocibus proferuntur minime Explicat autem diffinitio id. quod diffinitur: non quoque modo idest non in eo quod quale vel quantum est: non in quolibet aliorum predicamentorum: sed quid sit idest eius quod diffinitur substantiam monstrat. Ea vero diffinitio substantiam digerit: que ex genere differentiisque constituitur. hec namque vniuscuiusque substantiam signat. sicut in his dictum est vbi de genere: ac specie: differentia: proprio accidentique dictum est. Ergo omnis diffinitio explicat: quid sit id: quod diffinitur. Aristoteles vero eodem pene modo diffinitionem determinat dicens. Diffinitio est oratio quid est esse significans. Nunc. M. T. partitur hoc modo.

Diffinitionum autem duo sunt genera prima: vnum earum rerum que sunt: alterum earum rerum: que intelliguntur. Esse ea dico que cerni: tangique possunt vt fundum: edes: parietem: stillicidium: mancipium: pecudem. supellectilem: penus etc. Quo ex genere quedam interdum nobis diffinienda sunt Earum autem rerum que non sunt: non esse rursus ea dico: que tangi: demonstrarique non possunt. Cerni tamen animo: atque intelligi possunt: vt si vsucapionem: si tutelam: si gentem diffinias. Quarum rerum nullum subest quasi corpus. est tamen quedam conformatio insignita et impressa intelligentie quam notionem voco: ea sepe in argumentando diffinitione explicanda est.

¶ Omnem diffinitionem manifestum est ad aliquid dici: alicuius est enim semper diffinitio. Que vero ad aliquid dicuntur quandam proprietatem ex his sumant necesse est: ad que referuntur. Quo fit vt ex his rebus quas determinat diffinitio in ipsas diffinitiones quedam proprietas transferatur: sed quia quod ad aliquid refertur: id non potest idem esse et ad quod dicitur: propriam quoque ipsum quod refertur ad aliud: formam necesse est possidere. Eoque fit: vt in diffinitionibus: et sua cuique insit forma: et ea quam ab his accipiunt: que diffiniuntur considerentur. Quod. M. T. videns primum diuidit diffinitiones secundum ea que diffiniuntur: quarum genera duo esse proponit: vnum earum rerum que sunt: alterum earum: que intelliguntur. Has igitur diffinitionum differentias ex his videtur sumpsisse: que in diffinitione monstrantur. Omnia enim que diffiniuntur: aut corporalia sunt: aut incorporalia. Res enim omnes in hec primitus diuiduntur. Ea vero que corporalia sunt: esse dicit: ea que incorporalia sunt: non esse: Non quod omnino ea que incorporalia sunt: non sint: alioquin nec diffinitionem susciperent. Nam si diffinitio est: qua explicatur id: quod diffinitur quid sit: eius rei: que omnino non est: nec quid sit explicatio vlla esse potest. Sed quia humanum genus sensibus degit id maxime esse arbitratur: quod sensuum comprehensioni subiicitur. Quis enim sibi non magis lapidem scire videatur: aut hominem: quam iusticiam vel hereditatem: vel quicquid aliud non sensibus: sed intelligentia comprehendit: vnde fit: vt propter euidentiam cognitionis ea magis esse videantur: que subiecta sunt sensibus: ea minime que intelligentie ratione capiuntur. sed id sciendum est. M. T. ad hominum protulisse opinionem: non ad veritatem. Nam vt inter optime philosophantes constat: illa maxime sunt que longe a sensibus segregata sunt: illa minus que opiniones sensibus subministrant. Unde etiam idem Cicero in timeo a. r. quid est quod semper sit nec vllum habeat ortum: et quod gignatur: nec vnquam sit: Quorum alterum intelligentie ratione comprehendit: alterum affert opinioni sensus rationis expers. Hic igitur id quod semper sit: rationi adiecit: id vero quod nunquam sit sensibus iunxit. Sed vt dictum est: corpora esse: et incorporea non esse: non ad veritatem sed ad communem quorumlibet hominum opinionum locutus est. Ponit igitur exempla earum quidem rerum que sunt: formas quasdam corporalium rerum: vt fundum: edes: parietes: stillicidium: atque id genus: que corporalia esse hac ratione ostendit: quoniam cerni tangique possunt. Earum vero rerum que non sunt: exempla posuit vsucapionem: tutelam: gentem: ceteraque: que si incorporea: que ex hoc incorporea esse monstrauit: quod aut cerni tangi demonstrarique non posse: sed intelligentia atque animo comprehendi. Cur vero ea non esse dixerit: supposuit rationem dicens: nullum quasi corpus earum rerum esse: nec molem aliquam: que feriat sensum: Quod enim corpus esse potest vsucapionis. Nam ipsa que capiuntur: corporea sunt: ipsa vero vsucapio corporea non est. Ipsa enim per vetudi consuetudinem possidendi firmitudo quod nam corpus habere potest: Item quod quis tutela regit: corporale quidem namque est. Ipsa vero cura tutele atque ipsum ius alium tuendi: nihil omnino corporis habere potest. homines quoque qui in eadem gentilitate sunt: corporei sunt. Ipsa vero gentilitas idest communis nominis liberorum societas: vt Scipionum Ualeriorum: et brutorum: certe incorporea est: sed quedam earum rerum incorporalis animi conceptio est: atque intelligentia quam notionem vocauit. Ipsa enim imaginatio vsucapionis vel tutele atque intellectus incorporalis rei notio dicitur: quam greci ἔννοιαν vocant. Diuisit igitur diffinitionem in has duas partes: scilicet secundum subiecti differentias: vt alias quidem esse diceret diffinitiones earum rerum: que sunt idest corporalium: alias vero rerum que non sunt: idest incorporalium. Hic queri potest: quod etiam superius breuiter commemoraui: Quo nam modo diffinitio non inter affecta numeretur: cum omnis diffinitio ad aliquid esse videatur. Uero enim affecta esse dicta sunt similitudo: contrarium: etc. quoniam semper ad aliquid referuntur. Quod si etiam diffinitio refertur ad aliquid: nec est absolute ac proprie considerationis: ea quoque inter affecta ponenda est. sed occurritur: quoniam ea que affecta sunt tanquam vmbre quedam corporis: ita extra posita non possunt id relinquere: ad quod probantur affecta: et aut omnino substantiam eorum ad que affecta sunt: non signant: vt contrarium: simile et cetera. aut si quando designant vna quedam pars intelligitur esse substantie: velut: genus: species: differentia. Non enim genus tota substantia est speciei: quan-

doquidē non solum genus speciem format: sed differentia quoqꝫ: nec differentia totam substantiam continet formę: quādoquidē non sola differentia speciē perficit: sed etiā genus. Ipsa vero species quędā generis pars est. at vero diffinitio et si ad aliquid est: tamen totā substantiā monstrat: atqꝫ exequatur ei rei: quā diffinit: et substantiā perficit: ut neqꝫ extraposita sit: sicut similitudo et cōtraria: neqꝫ ps eius substantię sit: quā diffinitione determinat. sed potius ipsa substantia sit. At de hac quidē re satis dictū est. idem vero de partibus dici potest. Nam coniunctę partes totū id efficiunt: cuius partes sunt. Nota quoqꝫ totum signat id: quod designat: atqꝫ omnia coequātur: et diffinitio diffinito et partes toti: et nota rei: quā significatione declarat: si nō sit vniuoca: vel equiuoca: vel si res que designat nō sit multiuoca. Sane illud dubitari rectę potest: cur cū dixisset duo genera esse diffinitionū. non ipsas diffinitiones partitus est sed quę diffiniuntur id est corporale atqꝫ incorporale. Ob idcirco dictum videtur: quia diffinitio cū sit ad aliquid ut dictum est: quandam capit ex is: quorum substantiam determinat: qualitatem.

Atqꝫ etiā diffinitiones alię sunt partitionum alię diuisionū. Partitionū cum res ea q̄ proposita est quasi in membra discerpitur: ut si qs ius ciuile dicat id esse quod in legibus: senatus cōsultis: rebus iudicatis: iurisperitorū auctoritate: edictis magistratuum: more: equitate cōsistit. Diuisionum autē diffinitio formas omnis cōplectitur: quę sub eo genere sunt: qd̄ diffinitur hoc modo. Abalienatio est eius rei: q̄ mancipi est: aut traditio alteri nexu: aut in iure cessio: inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

¶ Quoniā diffinitio ita ex subiecta re quā diffinit proprietatem capit: ut tamen formā propriam nō relinquat. idcirco post eas differentias diffinitionū: quę ab is rebus tractę sunt: quę diffiniebantur: nunc a propria forma diffinitionum differentias tradit. Propria vero forma vniuscuiusqꝫ compositi in suis partibus cōstat. itaqꝫ ex partibus diffinitionū tales differentias docet: qꝛ alię diffinitiones per diuisionem: alię per partitionem fiunt. Diffinitur eniꝫ res quęlibet dum aut eius species omnes enumerātur aut partes. Partes vero a specie quid differant: paulo posterius dicam. nunc exponenda arbitror Ciceronis exēpla dat enim partitionis exemplū hoc. Sit enim propositum diffinire quid sit ius ciuile: dicemus ita. Ius ciuile est quod in legibus. Senatusconsultis: rebus iudicatis. iurisperitorū auctoritate: edictis magistratuū: more: equitate consistit. Lex igitur est: quam populus centuriatis comitijs iusserit. Senatusconsulta sunt: quę fuerint senatus auctoritate decreta. Res iudicatę sunt quę inter eos qui super aliqua re ambigunt: sententia iudicum fuerint constitutę: quarum exemplo ceterę quoqꝫ iudicantur. iurisperitorum auctoritas est eorum: qui ex duodecim tabulis: vel ex edictis magistratuū ius ciuile interpretati sunt: probatę ciuium iudicio creditęqꝫ sententię. Edicta magistratuū sunt quę pretores vrbani: vel peregrini: vel ędiles curules iura dixere. Mos est: quod in ciuitate solitum est fieri. equitas est. quod naturalis ratio persuasit. Hęc igitur oīa vnam formam iuris efficiunt: tanquā partes velut hominem caput: brachia: torax: venter: crura: atqꝫ pedes. Partitio est: ut ipse ait: quę vnāquamqꝫ rem propositam quasi in membra discerpit. Alteram vero partem diffinitionis: quę per diuisionem specierum fit: tali monstrat exemplo. Diffinit enim quid sit abalienatio eius rei: quę mancipi est: dicens Abalienatio est eius rei quę mancipi est: aut traditio alteri nexu: aut cessio in iure: inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Nam iure ciuili fieri aliquid non inter alios nisi inter ciues romanos potest: quorum est etiam ius ciuile: qd̄ duodecim tabulis continetur. Omnes vero res quę abalienari possunt: id est quę a nostro ad alterius transire dominiū possunt: mancipi dicę sunt. Mancipi res veteres appellabant: quę ita abalienabantur: ut ea abalienatio p quandam nexus fieret solennitatem. Nexus vero est quędā iuris solennitas: quę fiebat eo modo: quo in institutionibus Caius exponit. Eiusdem autem Caii libro primo institutionum de nexu faciendo hęc verba sunt. Est autem mancipatio: ut et supra quoqꝫ indicauimus: imaginaria quędā venditio. quod ipsum ius proprium roma. est ciuiū. eaqꝫ res ita agitur. adhibitis non minus quā quinqꝫ testibus ciuibus roma. puberibus: et preterea alio eiusdem conditionis: qui libram eneam teneat qui appellatur libripens: is qui mancipium accipit: es tenens ita dicat. Hunc ego hominem ex iure quiritium meū esse aio. isqꝫ mihi emptus est hoc ere: eneaqꝫ libra. Deinde ere percutit libram: idqꝫ es dat ei: a quo mancipium accipit: quasi precij loco. Quęcumqꝫ igitur res lege duodecim tabularū aliter nisi p hanc solennitatem abalienari non poterat. sui iuris autem ceterę res nec mancipi vocabantur. cędem vero etiam in iure cedebantur. Cessio vero tali fiebat modo: ut secundo cōmentario idem Caius exposuit: in iure autem cessio fit hoc modo: apud magistratū populi roma. vel apud pretorem: vel apd̄ presidē prouincię: is cui res in iure ceditur: rem tenēs ita vendicat. Hunc ego hominē ex iure quiritiū meū esse aio. Deinde postquā hic vēdicauerit: pretor interrogat eū qui cedit: an contra vindicet: quo negante: aut tacente: tūc ei qui vindicauerit: eam rem addicit: idqꝫ legis actio vocabatur. Res igitur quę mancipi sunt: aut nexu ut dictum est: abalienabātur: aut in iure cessione. Has autem solennitates quasdam esse iuris ex superioribus Caii verbis ostenditur. At si ea res: quę mancipi est: nulla solennitate inter posita tradatur: abalienari non poterit: nisi ab eo cui traditur vsucapiatur. Quę cum ita sint: rectę diffinita est secundū diuisionē abalienatio rei mancipi. Scilicet q̄ aut nexus traditione: aut in iure cessione perficitur. Nam pura traditione abalienatio rei mancipi non explicatur. Species vero has esse non partes hinc intelligitur: quia si qs nexu abalienet rem mancipi: id quod suū fuit: in alterius potestatem pleno iure transfulerit. qꝛ si etiā in iure cedat: plenum abalienationis ius erit: vbi autem plenum nomen eius qꝛ diuidunt partes suscipiunt: illud genus et has species esse: paulolū quoqꝫ dialectica cognitione imbutus intelligit. Quę cum ita sint: diuisit Cicero diffinitionem in duas partes: vnam quę partiū enumeratione fieret. alteram quę per partiū diuisionē. Utraqꝫ vero diffinitio partes enumerat. Sed hoc interest. quia hęc quidem species illa vero membra partitur. Hic suborit questio valde difficilis. Nam si diffinitio est etiam partitio. mirū videri potest. quemadmodū alter sit a diffinitione locus. alter a partium enumeratione. que res maximā confusionem prestat. Nam cum superius in locorū enumeratione alter a diffinitione locus. alter sit a partium enumeratione propositus cumqꝫ enumerationem nunc partiū vel diuisionem diffinitionis species esse confirmet. non est dubiū. quin cū idez sit partiū enumeratio quod diffinitio (idem namqꝫ est species quod genus) idem locus sit a diffinitione: qui ē a partium enumeratione. Cuius questionis valde difficilis facilior absolutio est: si diffinitionum ipsarum formas: ac differentias colligamus. Multis namqꝫ fieri modis diffinitio potest: inter quos vnus est verus atqꝫ integer diffinitionis modus: qui etiam substantialis dicitur. Reliqui per abusionē diffinitiones vocantur. De quibus omnibus paulo posterius integram faciam diuisionem. Nunc in cōmune sic differam. Nam quia omnis diffinitio explicat: quid sit id quod diffinitur. Explicatio autem fit duobus modis: vno quidem cum pro re minime cognita planius aliquid affertur. Alio vero cum fit quadam partium enumeratione. De priore quidem modo posterius.

Nunc vero de enumeratione partiū ita dicendū est: q̄ omnis diffinitio que per partiū enumeratione fit: quasi quedam partitio recte intelligit. Dictum est: id quod in nomine confuse significaret: in diffinitione que fit enumeratiōe partiū aperiri atq̧ explicari. Quod fieri nō potest nisi per quandam partiū nuncupationem. Nihil eniz dum explicatur oratione: totum simul dici potest. Que cum ita sint: cumq̧ omnis huiusmodi diffinitio quedā sit partium distributio: quatuor id modis fieri potest. Aut enim substātiales partes explicantur: aut proprietatis partes dicunt: aut quasi totius membra enumerant: aut tanquā species diuiduntur. Substantiales partes explicantur: cum ex genere ac differentiis diffinitio constituitur. Genus enim quod singulariter predicatur: speciei totum est. Id etiam genus sumptum in diffinitione pars quedam fit. Non enī solum speciem complet: nisi adiiciantur etiam differentie. in quibus eadem ratio que in genere est. Nam cum ipe singulariter dicte totam speciez claudant: in diffinitione sumpte partes speciei fiunt: quia non sole speciem quidem esse designant: sed etiam genus: huius exemplū est. Homo est animal rationale mortale. Cum ergo tota diffinitio homini coequetur: totiusq̧ diffinitionis partes sint: tum animal: tum rationale: tum mortale: ipsius hominis partes esse videntur singula que eiusdem diffinitionis partes sunt. hec igitur proprio nomine diffinitio nuncupatur. Item est illa diffinitio: quando in vnum accidentia colliguntur: atq̧ ex his vnum aliquid efficitur: et est veluti quedam partium enumeratio: non in substantia: sed in quadam accidentium collectione positarum. huius exemplū est. Animal est: quod moueri propria voluntate possit. Animali namq̧ et motus est accidens: et voluntas: et possibilitas: sed hec iuncta perficiunt animal: non substantialiter constituentia: sed per quedam accidentia: designantia: que animalis quasi quedam partes sunt: et hec descriptio nuncupatur. At si nō accidentia rei: sed quasi membra quedam dicamus: ex quibus componitur: atq̧ coniūgitur: atq̧ inde diffinitionē facere tentemus: hoc mō dicem⁹. Domus est: q̄ fundamētis parietib⁹ tectoq̧ consistit. hic membra quedā sumpta sunt ad diffinitionem: quibus res tota coniūgitur: et hec vocat per enumeratione partium diffinitio. At si quis ita diffiniat: ut non in diffinitiōe ponat membra: sed species: a diuisione specierum diffinitio nuncupatur: velut si quis hoc modo pronunciet. Animal est substantia: que vel sensu tantum: vel sensu et ratiōe nitatur. hec igitur quattuor a se differre manifestum est. In ea namq̧ diffinitione que p̄ substantiales partes efficitur: singule partes maiores esse videntur: et substantialiter vniuersaliores ab ea re: quam diffiniunt: ut animal maius ab homine: mortale etiā atq̧ rationale. Singula hominis transgrediūtur naturam: que in vnum conuenientia: eidem quo sigillatim maiora sunt: coequātur. Accidentia vero que in diffinitione ponūt: omnino a substātie ratione disiuncta sunt. In ea quoq̧ diffinitione que ex partiū enumeratione perficit: talia sunt que enumerant: ut singula totius diffiniti nomen capere non possint. atq̧ idcirco eodem minora sunt: ut fundamēta nō possint domus vocabulo nuncupari: et fundamēta domo minora sunt: itemq̧ cetere partes. At vero in ea diffinitione que per diuisionem fit: singule quidem partes tota ea re que diffinitur minores sunt. totum tamen diffinite rei nomen excipiūt: ut rationale nomē capit animalis: eodē modo irrationale. Quibus ita discretis quotienscumq̧ ab ea diffinitione que per substātiales partes efficit: vel ab ea q̄ per accidentium enumeratione colligitur: argumētatio fit a diffinitiōe id est a toto tractum dicitur argumentū. Quotiens vero ab ea: que vel per membrorū enumerationem: vel per specierum diuisionem perficitur argumentatio fit ab enim ratione partium argumentum ductum esse perhibetur. Sed. M. T. quia iam partitionem diffinitiōis ingressus est: etiam hanc interposuit: que non ad diffinitionis: sed ad locum enumerationis partium pertinebat. huius vero rei argumentum est: quia cum post de eisdē locis latius tractans de enumeratione partium loqueretur: nullā aliam enumeratione partium posuit: nisi eam quam nunc diffinitionis speciem dixit. nec tamen est arbitrādū: omnē partitionē diffinitionis locum posse obtinere: ut si quis sic dicat. fundamenta: parietes et tectum domus est. id non est necesse. Potest namq̧ esse porticus publicis vsib⁹ destinata. potest item aliud quodlibet: ut theatrum: quod propter ampliores sonitus exhibendos regi solet. Sed id nūc intelligere nos oportet. posse per partitionem aliqd bene diffiniri: cum partiuz illa collectio vnam rem tantum possit efficere. ut si nihil est aliud quod fundamenta: parietes: atq̧ tectum posset habere: nisi domus iure diffinitio facta esse videretur: domum esse q̄ fundamenta parietes tectumq̧ perficerent.

Sunt etiam alia genera diffinitionum: sed ad huius libri institutum illa nihil pertinent. Tantū est dicēdū: qui sit diffinitiōis modus.

¶ Nunc locū victorinus vnius voluminis serie aggressus exponere: et omnes diffinitionū differentias enumerare: multas interserit: que diffinitiones esse pene ab omnibus reclament. Inter diffinitiones enim ponit et nomen: quod specialiter Aristoteli in omni doctrinarū genere peritissimo non videtur: peritigatq̧ id in topicis nomine fieri diffinitionē: veluti si quis dicat. quid est conticescere? et respondeat tacere. he nullo mō diffinitiones habēde sunt. quod etiam ex ipsius. M. T. diffinitione approbari potest: p̄ quā diffinitio quid esset ostendit. dixit esse enim diffinitionē orationē: que id quod diffinitur: explicat quid sit sed cum nomen non sit oratio: manifestum est nomine diffinitionem non posse constitui: tuz presertim ne omnia: quidem: que oratione promūtur: atq̧ aliud ostendūt: proprio diffinitionis noīe signentur: veluti descriptiōes: omniaq̧ alia que non ex substantialibus partibus: sed ex quolibet alio modo cōiunctis efficitur. quod ne ipse quidem victorinus ignorat sed videtur id diffinitionis loco ipse sibi Victorinus ad disserendi sumpsisse propositū: q̄ quoquo modo rem subiectā possit ostendere. Idcirco enī nomen quoq̧ in diffinitionū numerum recepit: quoniā sepe notiore vocabulo fit clarius: quod ignoratione antea prolatum latebat. Idcirco etiam nos superius diximus explicationem fieri duobus modis. Uno quidem: cuz pro re minime cognita planius aliquid afferatur. Alio vero cum fit per quandam partium enumerationē: ut ea quidem explicatio in q̄ notius aliquid affertur nominis sit: ea vero que fit per partium enumerationē orationis. quamq̄ etiam in ipsis orationibus semper planius aliquid afferatur: quo notius fiat illud: de quo differitur. Ut igit nihil expositō pretermittat: et diffinitiōis proprietas appareat. Itaq̧ omnia in noticiam deducant. ut nec vera diffinitio nesciatur: et que nō sit proprie veraq̧ diffinitio sub scientiam cadat. Talis diffinitionum differentia facienda est. Diffinitionum enim alie proprie diffinitiones sunt: alie abusiuo nuncupantur modo ac proprie quidē diffinitiones sunt: que ex genere differentiisq̧ consistunt: velut hic. Homo est animal rationale mortale. hic enim animal genus est. rationale vero et mortale differentie. Earum vero diffinitionū que nō proprie: sed abutēdo diffinitiones vocantur: alie sunt: que singulis nominibus denorant: alie vero quas explicat: ac depromit oratio. Atq̧ illarum quidem diffinitionū que tantum nomine signātur: alie sunt que. κατὰ ἀντίλεξιν id est ad verbū fiunt cum pro nomine redditur nomen: velut si dicat aliquis. Quid est conticescere: et respondeat tacere. quid est haurit: paurit: alie vero que exempli gratia ponunt: ut cum volum⁹ designare: quid est substantia. exempli gratia dicimus: ut homo. Hec vocatur grece τύπος: que idcirco ut dictum est. inter diffinitiones ponitur. quā id q̄ quolibet mō aliqd designat: ei⁹ q̄ designat: et si nō proprie tū aliquo mō videt eē diffinitio. Earū vo diffinitionū

¶ De similitudis loco plane atq3 expedite disseruit: omnemq3 aperuit intellectū: similitudinū diuidens formas: prescripsitq3 apertissime: quibus magis ex similitudine argumenta contingerent. id est philosophis atq3 oratorib9. & enim similitudo persuasionibus videtur aptissima. Nā q in vnam vel plures extra eam de qua queritur causam cadere solet: facile credi potest in eam quoq3 de qua ambigatur conuenire. Idcirco ex similitudine tracte argumentationes magnum oratoribus vsum prestant: philosophis quoq3 quoniā non in omnib9 questionibus demonstratione vtunt: sed aliquotiens vniuersalis colligunt: quo id facilius persuadeant: quod nituntur ostendere. inde similitudo rerum sepe est cōquirenda. atq3 idcirco locus a similitudine oratoribus maxime philosophisq3 conducit: non tamen solis. Omnes enim loci cōmunes sunt cuiusq3 materie: sed in alias vberius incidūt: in alijs angustius inueniunt. Quocirca cognitis atq3 ante perceptis locis questiones ipse: que tractabunt: quibus vti debeat: solertē animū poterunt admonere. Omnis vero similitudo duplex est. aut enim ex pluribus rebus similitudo colligitur: & inductio nuncupat. quod greci pagogē nomināt. aut singule res per similitudinem comparantur. ac prior quidem huiusmodi est. si tutor fidem prestare debet. si socius: si cui mandaueris: si qui fiduciam acceperit: debet etiam procurator. nam cum in talibus rebus fides prestari debeat: vnaq3 similitudo sit in fide prestanda: tam in tutore quā socio: atq3 ei cui mandatum sit: eiq3 qui fiduciam accepit: debet eadē similitudo procuratori etiam conuenire. fiduciam vero accepit: cuicūq3 res aliqua mancipat. ut eam mancipanti remancipet: velut si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet: ut ei cum tempus q suspectū est preterierit: reddat. hec mancipatio fiduciaria nominat. idcirco q restituēdi fides interponit. hac similitudinis collectione plurimū Socrates esse vsus dicitur: ut in Platonis aliorumq3 eius sectatorum voluminibus inuenitur. Quotiens vero vna res vni rei per similitudinē comparatur. hoc modo colligitur argumentū. regendorum finium arbitri esse dicuntur: qui finalia litigia discernunt. ut si fuerit de finibus orta contentio: eorum dirimat arbitrio. sed fines in agrorum tantū limitibus esse dicūtur. arbitri autē finium regendorum in ciuitate esse non possunt. Item arcen aquā in agris tantū dici solet vbi si ex aliquo loco aqua pluuia colligatur: & defluens in campos vicini pascua frugesue corrumpat: arbitri arcende aque a magistratibus statuebant. querit ergo an in vrbe arcende aque arbitrū possimus adigere. & argumentū capitur ex similitudine: si regendorū finium: quia soliue agri sunt: in vrbe arbitrū adigere non possis. ne aque quidem arcende: quia solorū esse vr agrorum: in vrbe arbitrē possis adigere. hic igitur vna res vni rei similitudine coniuncta est. ex eodem etiam similitudinis loco alia sumi proponit: que vocantur exempla. veluti Crassus in causa curiana: que fuit huiusmodi: quidam pregnantem vxorem relinquens scripsit heredē p9 humū: eiq3 alium substituit scdm qui Curius vocabatur ea conditione ut si posthumus: qui intra menses decē proximos nasceretur: ante moreretur quā in suam tutelā peruenisset. id est ante obiret diem quā testamentum iure facere posset: secundus heres succederet. quod si ad id temp9 peruenisset: quo iam firmo iudicio in suam tutelam recept9 iure ciuili instituto posset herede desungi: secundus heres. id est Curius non succederet. que vocatur substitutio pupillaris. questitū est an valeret ita instituta ratio. Crassus igitur plurima protulit exempla: quibus ita institutus heres obtinuisset hereditatem: que exemplorum cōmemoratio iudices mouit. dicit etiam ipsos quoq3 iurisconsultos vti sepius exemplis: veluti cū fingitur propositio vel causa: ut casus de quo agitur per similitudinē intelligat. hoc modo si quis enim iurisperitus adijciat id: quod non iure contractum est: nullius esse momenti. adhibeatq3 exēplū tale. velut si quis rem non mancipi mancipauerit: num idcirco aut rem alienauit: aut se eo facto potuit obligasse? minime. Quod enim non iure contractū est: nil retinet firmitatis. & alia huiusmodi apud iurisperitos inueniuntur: in quibus oratores maxime valent. quibus etiā intantū fingere licet: ut eorum oratione etiā mortui sepe ab inferis excitentur. quod Tullius in ea facit oratione qua Celiū defendit. sed latior inquit est illorū campus id est oratorum: quibus spaciari ac deuagari licet. nec idcirco minus ceteris quoq3 facultatibus similitudines prosunt: quoniā eadem argumenta maximis minimisq3 causis conueniunt. quo fit ut loci quoq3 argumentorum diuersarū artium questionibus accōmodentur.

Sequitur similitudinē differentia: res maxime cōtraria superiori: sed est eiusdē facultat dissimile & simile inuenire. eius generis hec sunt. non quēadmodū quod mulieri debeas:

recte ipsi mulieri sine tutore auctore soluas. ita quod pupillo aut pupille debeas: recte possis eodē modo soluere.

¶ Eiusdē facultatis est similitudines differētiasq; cognoscere. qui. n. scit: quid sit idem: nosse poterit: quid sit diuersum. Omnis vero similitudo idem aliquid esse constituit quod enim idem est secundū qualitatē: id simile esse necesse est. Omnis quippe res: aut substantia eedem sunt aut q̄litate: aut ceteris predicamentis. quod si ita est: et animus intelligere hoc idem in pluribus predicamētis potest. sed cum hoc ipsum idem in predicamētis notat: eodem modo in eisdem predicamentis: quod diuersum est intuet. sed simile idem est. differentia vero diuersum. Idem igitur animus eademq; intelligentia similitudinē differentiamq; cognoscit. Differentiaꝝ vero multe sunt species. alie quippe sunt substantiales: ut homini rationale. alie non substātiales. sed inseparabiles: ut nigrū ethiopi: atq; coruo. alie vero mobiles neq; constātes: ut sedere stare: et huiuscemōi cetere quibus et ab alijs hominibus et a nobis ipsis sepe distamus. Item differentie alie aliquo modo sunt generū diuisibiles. aliquo modo vero specierū constitutiue. sed si a cōstitutiuis argumentū ducatur velut a genere ducitur. naȝ sicut genus continet speciem: ita differentie continent species. sane si differentie cōstitutiue ut genera intelligent: fides ab his ad ea pbabit: que constituūt. hec. n. talium differentiaꝝ veluti quedam forme sunt. sin vero sint diuisibiles siquidē ad ea probanda: que diuidunt: eorum ducitur fides: a forma argumentū fieri videtur. nam tales differentie eorum que diuidunt forme quedam sunt: q̄ si ad ea probanda referūtur: que in contrariā partem genus diuidunt tunc proprie a differentia fieri argumentū videtur: q: contrarie veluti differentie comparātur. Quod vero ad exemplū attinet Tullij huiusmodi est. Mulieres antiquitus perpetua tutela tenebant. pupilli item sub tutoribus agūt sed mulieribus si quid debitū fuisset: sine tutoris auctoritate poterat solui. pupillis vero minime. ergo si queratur: an id quod debeat pupillo cuilibet: remittente tutore possit exolui. a differentia sumit argumentū sic. Non sicut mulieri sine tutoris auctoritate debitū possis exoluere: eodem modo nisi auctoritas tutoris accesserit pupillo soluere: qđ debeas possis. ille enim ppetua tutela etiam prouecta iam etate continebātur. illorum tutele certus annorū numerus terminū facit. atq; idcirco solui pupillo sine tutoris auctoritate non potest. Differt enim persona mulieꝝ a persona pupilloꝝ: vel in eo q̄ pupilli non perpetua reguntur tutela. mulieres vero perpetua: vel q̄ pupillus nullū sue etiā ministrande vtilitatis iudicium habere potest. cum sit aliqd mulieribus et si nō firmus in explicanda familiaris rei vtilitate delectus.

Deinceps locus est qui a contrario dicitur. Contrarioꝝ autem genera sunt plura. vnum eorum que in eodem genere plurimū differunt: ut sapientia stultitia. eodem autē genere dicūtur: quibus propositis occurrūt tanq̄ e regione quadam contraria: ut celeritati tarditas non debilitas. ex quibus contrarijs argumenta talia existunt. Si stultitiaȝ fugimus: sapientiam sequamur: et bonitatē: si maliciaȝ. hec que ex eodem genere contraria sunt: appellantur aduersa. Sunt alia contraria: que priuantia licet appellemus latine: grece appellant στερητικά. Prepositio enim in priuat verbum ea vi quā haberet: si in ꝓpositū si fuissȝ: ut dignitas idignitas. hūanitas: ihūanitas: et cetera generis eiusdem. quoꝝ tractatio est eadē: que superiorū: que aduersa dixi. Nā alia quoq; sunt contrariorū genera: velut ea que cū aliquo cōferuntur: ut duplum. simplū. multa. pauca. longum. breue. maius, minus. Sūt etiam alia valde contraria: que appellant negātia (ea ἀποφατικά. greci) contraria aientibus: ut si hoc est. illud non est. Quid enim opus exemplo est? tantum intelligat in argumento querēdo. contrarijs omnibus contraria non conuenire.

¶ Diuiso differentie loco nunc de contrarijs tractat. atq; vt rerū ordo clarius colliquescat: pauca mihi ex Aristotele sumenda sunt. que ille vir omniū longe doctissim⁹ de hac diuisione tractauit. quamq̄. M. Tullius re quidē Aristoteli fere consentit: sed ab eo nominū interpretatione diuisus est. Nam que Aristoteles opposita id est, ἀντικείμενα. vocat: ea Tullius contraria noiat: sed hec paulo posterius: nunc aristotelis diuisio cōsideretur. Oppositorū igit̄ scdm aristotelem alia sunt cōtraria. alia priuatio et habitus. alia relatiua. alia cōtradictoria. Contraria quidē: ut album: atq; nigrū habitus vero et priuatio: ut visus et cecitas. dignitas et indignitas. Relatiua vero ut pater. fili⁹ domin⁹ seruus. Contradictoria ut est dies. nō est dies. horum omniū tales inter se differentie considerant. Naȝ que contraria sunt. prtim mediata sunt. partim vo medio carēt. mediata sunt. ut albū nigrum. est enim hoꝝ quilibet medius alius color: ut rubeus vel pallidus. Et hoꝝ contrariorū non necesse est alteruȝ semper inesse corpibus. Neq; enim omne corpus aut albū: aut nigrū est. sed aliquotiens in hoꝝ medietate est constitutū: ut sit rubeū vel pallidum. Immediata vero contraria sunt: quoꝝ nihil mediū poterit inueniri: ut grauitas et leuitas. hoꝝ enim nihil est mediū. Nam que leuia sunt: sursum ferūtur. que grauia deorsum Quod autē sit corpus: quod neq; sursum: neq; deorsum ferat: nihil poterit inueniri. Sed immediata contraria talia sunt: ut alterū eoꝝ cui potest accidere: semp inhereat. ut in proposito superius exemplo. Necesse est enīȝ omne corpus vel leue esse vel graue: quia leuitas et grauitas mediuȝ non habēt. q̄ preterea inesse corporibus possit. At ea que in priuatione et habitu sunt: ut cecitas et visus: distant qdem ab is contrarijs: que claudūt aliquā medietatē. q̄ ipsa medietatē nō habēt ab his vero cōtrarijs differūt: q̄ sunt immediata. quoniā hoꝝ cōtrarioꝝ alteꝝ semp subiecto inesse necesse est: ut corpori grauitatē vel leuitatē. priuationē vero et habitū non semp: ut cū sit habitus quidē visus: priuatio autē cecitas. nō omne quod videri potest: aut videt aut cecū est. infans quippe nondū editus neq; videt qui a nondū processit in lucē: neq; cecus est: quia nondū habuit visum: quē potuissȝ amittere. idē de catulis dici potest: qui statim nati nequeūt intueri. nam tunc eos nec cecos dicere possumus nec vidētes. Et postremo cōtraria semp in suis qualitatibus cōsiderant. priuationes autē nō q̄ ipse sint aliquid: sȝ ex habitus absentia colligūtur. neq; enī cecitas est aliquid: sed a visus intelligit abscessu. tam vero priuatio q̄ ꝯrietas differt a relatiōis oppositiōe eo qđ neq; ꝯria neq; priuatoria simul esse possunt. idem enim vno eodēq; tempore: vno eodēq; in loco albū nigrūq;: vel videns cecūq; esse nō poterit. sed relatiua a se nequeūt separi. neq; enī pt esse filius sine patre. nec seruus si dns nō sit. ampli⁹ ꝯtraria ad se et priuatoria nō referūtur. Nemo enī dicit albū nigri vel nigrū albi: vel cecitatē visus vel visum cecitatis. que vero in relatiōe sunt posita in ipsa relatiōis predicatiōe ꝯsistunt. pt duplū dimidij. dns serui et cetera ad hūc modum tā vero cōtraria q̄ etiā relationes differunt a cōtradictionibus q̄ cōtradictiōes quidē semp in ordē cōstitut: et in altera eaꝝ parte veritas: in altera falsitas inuenit. cōtraria vero et priuatoria et relatiōes in simplicib⁹ partib⁹ ordis et in his neq; veritas neq; falsitas inest. nā cū dico albū. nigꝝ. ceca-

tas. visus. vīs. serꝰ simplices orōis ptes sunt: neq3 verū neq3 mendaciū continētes. in simplicibꝰ enī ptibꝰ orōis veritas vel falsitas nulla est. cū autē dico dies est. dies non est. vtreq3 ppositiones. vna in affirmatione altera in negatione posita: orationes sunt. sed. M. Tullius non tā propriis nominibꝰ quam notioribꝰ vtit̄. ait enī contrarioꝝ alia esse quę aduersa vocent̄: alia quę priuantia: alia quę in comparatione sint. alia quę aientia ⁊ negantia nūcupant̄. sed quę cōtraria nominat: opposita verius dicerentur: quę aduersa dicūtur. cōtrarioꝝ melius susciperent nomē. quę in collatione noīat: ea relatiua vel ad aliquid certꝰ vocarētur. sed vtat̄ noībꝰ ut volet: dū res ipsę certa ꝓprietatis suę vōce signent̄. nos vero in cęteris quos edidimꝰ libris eo nūcupauimus modo: quo superius in Aristotelis dictū est diuisione. sm. M. T. igit̄ cōtrarioꝝ alia sunt aduersa: ut sapiētia stulticia. alia priuātia ut dignitas ⁊ indignitas. alia vo quę cū aliquo cōferūtur. ut duplū simplū. alia vero quę appellant̄ negātia a cōtrario aientibꝰ cōstituta. ut si hoc ē: illud nō ē. aduersa igit̄ sunt: quę sub vno genere posita plurimū differūt. ut albū nigrūq3 a se plurimū distant sub vno genere posita sub colore. Itē celeritati tarditas aduersa ē: posita vtraq3 sub motu. neq3 enī celeritati debilitas opponēda est: quia debilitati firma valitudo cōtraria est. qđ in diuisione omisit Cicero: sed docuit exēplo. illa quoq3 dicunt̄ aduersa: q̄ in diuersis generibꝰ ita plurimū a se discrepare intelligūtur. ut sapia stulticię. Illa enī sub genere boni est: hęc vero sub mali. q̄q̄ huiusmōi exemplū priuatiōe potiꝰ spectare videat̄. nā stulticia priuatio sapię est. nec quicq̄ ē aliud stulticia nisi sapię ⁊ dōis absentia. sed q̄ sint: q̄ priuātia Cicero appellet: posteriꝰ demōstrabo. Ex his hoc mō argumēta sument̄. Si stulticiā fugimus: sapiam sequamur. si bonitatē appetimꝰ: maliciā fugiamꝰ. q̄q̄ malicia quoq3 secūdū eundē modū qui supiꝰ dictꝰ est: priuatiōibꝰ possit adiūgi. Priuātia vero sm Ciceronē sunt: q̄ grece. στερητικα. appellant̄: quę habent eā ptē orōis ppositā: quę cū fuerit addita. sp sere aliqđ demit. ea est in ꝑposito. hęc enī syllaba cui fuerit apposita demit sere aliqđ ex ea vi: q̄ esset ea q̄libꝫ habitura: si in syllabā ppositā nō hr̄et. ut hūanitati inhūanitas. nāq3 prepositio in id de quo dr̄ hūanitate priuauit. ut dignitas ⁊ indignitas. ⁊ tulliꝰ quidē ea tantū priuātia eē cōfirmat: in qbuscūq3 syllaba ista ꝑponit̄. priuantiū quippe natura sm Tulliū huiꝰ syllabę cōmēoratione finit̄. a peripateticis vero accepimꝰ priuatiōes tā cū simplicibꝰ noībus: tū cum priuatorijs syllabis efferri. simplicibus noībus: ut cecitas. Cū priuantibꝰ vero syllabis. ut indignitas. inhūanitas. quocirca sm M. T. cecitas ñ erit priuatio visus: sed et aduersum atq3 idcirco forsitan stulticiā inter aduersa numerauit. qm̄ non habet in syllabā ex q̄ priuatiōes arbitrat̄ existere. Ex quibꝰ eodē modo ut in superiꝰ positis aduersis argumēta ducūtur. In humanitatē auersemur. si hūanitas cōsectanda est. Illa vero cōtraria ut ait tullius: quę cū aliquo cōferūtur: talia sunt ut duplum simpli. Id tantundē est tanq̄ si diceret. duplū dimidij. simplum enī dupli dimidiū est. ⁊ pater filij. ea quę sunt sp reciprocātia. aliquotiēs quidē sepriō casu: aliquotiēs vo gtō. nā filius patris est filius. ⁊ pater filij. hęc sc̄dm gtīn cōuersio est. ⁊ duplū simplo duplū est. hęc sc̄dm septimū casum sunt etiā quę actio: ut pauca ad multa: ⁊ magnū ad paruū. Item negātia sunt: quę in affirmationibꝰ ⁊ negationibꝰ posita sunt. ut si hoc est: illud non est. veluti si dies est nox ñ est. atq3 hanc oppositionē Cicero dicit valde esse contrariā. Ex quibꝰ dibus secūdū supius dictū modū argumētoꝝ facultas est. nā ex relatiuis cōtrarijs ita suminus argumentum. si pater est fieri nō potest quin et filius sit. Ex negantibus autē quę. ἀποφατικά. (ut ait) greci vocant: ita si sol supra terrā fuit: nox esse nō potuit. hęc enī affirmatio illam perimit negationē. cur vero hęc negantia esse cōstituerit mirandū est. Nam quę negantia sunt: aientibꝰ opponūtur ⁊ simul esse non possunt. ut diē esse ac diem nō esse. hoc vero est consequēs cum ita dicat̄. si hoc est: illud nō est. ut si dies est: nox non est. at qui affirmationē negationēq3 valde tullius dicit esse cōtrariā. sed in hac consequētia nequūt esse cōtraria. Nam quod est consequēs contrariū non est.

Ab adiunctis autē posui equidē exemplum. Paulo ante multa adiungi: quę suscipienda essent: si statuissemus ex edicto secundum eas tabulas possessionē dari quas is instituisset. cui testi factio nulla esset. Sed locus is magis ad coniecturales causas: quę versantur in iudicijs valet. Cum querit̄ quid aut sit: aut euenerit: aut futurum sit: aut qđ omnino fieri possit. Ac loci quidē ipsius forma talis est. Admonet autem hic locus: ut querat̄: quid ante rem: quid cum re: qđ post rem euenerit. nihil hoc ad ius Ad Ciceronē inquiebat Gallus noster: siquis ad eum quid tale retulerat: ut de facto quereretur. Tu tamen patiare nullum a me artis institutę locum pretermitti: ne si nihil nisi quod ad te pertineat scribendum putaris: nimium te amare videar. Est enim magna ex parte locus hic oratorius: non modo non iurisconsultoꝝ: sed ne philosophoꝝ quidē. Ante rem enī querunt̄: quę talia sunt apparatus: colloquia: locus: constitutum conuiuium. cum re autē pedum crepitus: strepitus hominum corporum vmbrę: ⁊ siquid eiusmodi est. At post rem: pallor: rubor: titubatio: ⁊ si qua alia signa conturbatiōis ⁊ cōscientię. Preterea restinctus ignis: gladius cruentus: cęteraq3 quę suspicionē facti possunt mouere.

¶ Quid sit ab adiunctis locus breui superius mōstrauit exemplo: eo scꝫ quo dixit. si secundū mulieris nunq̄ capite diminutę tabulas possessio bonorū datur: consequens esse: ut secundū quoq3 puerorū ⁊ seruorū possessio permitteret̄. sed nunc formam ipsum ⁊ quasi substantiā loci monstrare proponit: quę est huiusmodi. ab adiunctis enī locus est. cum ex eo quod proponit̄ aliquid aliud vel esse vel fuisse: vel futurū esse argumentatione colligitur. ut in eo ipso: quod dudum posuit exemplo. approbat̄ enī non debere secundū mulieris nunq̄ capite diminutę tabulas bonorū possessionē dari. quia si id fuerit positum: id futurū est: ut scd̄m pueroꝝ quoq3 ac seruorū tabulas bonoꝝ possessio pmittat̄. Talia vero sunt quę dicunt̄ adiūcta: ut circa rē sere quę querunt̄: inueniant̄. neq3 tñ necesse sit ei semp adherere. ⁊ forma quidē huiꝰ loci talis est: ut hanc quoq3 diffinitionem possit admittere. ab adiūctis locus est cū ex aliquibus: q̄ sunt proxima eis: de quibꝰ querit̄ rebus: id qđ querit̄ vel fuisse: vel esse vel futurū esse monstrat̄. qui locꝰ ē cōiecturalibꝰ causis maxime necessariꝰ. Cum enī de facto queritur tū si id factū est quod dubitat̄: quid vel fuerit vel sit vel futurū sit: considerari solet: multa enī sunt quę vniuscuiusq3 adiuncta rei variorū euentu temporū colligunt̄. Idcirco. n. quid ante rem: quid cū re: quid post rem euenerit. in coniecturalibus causis inquirit̄: quę ab oratoribus tractant̄ solis: neq3 iurisconsultis in huiusmōi negocijs cū rethorica facultate vlla cōmunio est. iuris enim peritus de facti qualitate: nō etiam de ipsius facti veritate uidet. idcirco quotiens ad gallum peritū iuris facti questio deferebatur: nihil ad nos inquiebat: ⁊ ad Ciceronē potius cōsulentes. id est ad rethorē remittebat. In quo tullius facete ad trebatium iocū misceuit dicens: q̄q̄ locus hic ab adiunctis cōiecturalibus causis maxime est vtilis: nihil consultorū iuris prudentiā iuuet. patere me tñ inquit nullā suscepti opis partē pterire. ne si in hoc libro nihil preter tuę artis exempla cō

scripsero: tūc tantū gratię videatur addictus ab adiunctis vero locus: qui non modo iurisċōsultis: sꝫ ne philosophis quidē preter oratores non patet: tū sępe temporū ratione tractādus est. Nam de facto si querit̃: quid vel ante id vel cum eo vel post fuerit necesse est vestigari. ante rem quidē hoc modo apparatus. verisimile est enī efficisse aliquē: qd̄ ante efficiendū pauit colloquia. fieri enī potuit: ut amauerit: qui sępe fuerit collocutus. Locus velut cū ꝫ ad aliquid faciendū opportunus locus eligitur. Constitutū conuiuiū velut si quis constituto ante cōuiuio in eo fecisse aliquid arguatur: capiaturqꝫ cōiectura facti ex eo ipso quod sit conuiuiū constitutum: atqꝫ hęc omniū ante rem de qua querit̃ exempla sunt. Cum re vō hoc modo. Pedū crepitus: velut si esse in quempiā locum aliquis accusetur: peduꝫ crepitu deprehensus esse probabit̃. vel si fuisse adulter in cubiculo et vmbra corporis designet̃. hęc cum ipsis de quib⁹ queritur inspecta eisdem tamē intelligūtur adiuncta. Postremo vero si quas conscientię maculas pallor rubor titubatioqꝫ prodiderit: restinctus ignis. velut si clam factum aliquid extincto igni velimus ostendere: ut tutius noticiam sub mouentib⁹ tenebris cōmitteretur. Itē gladius cruentus peractū facinus monstrat. Hęc omnia post rem facto intelliguntur adiuncta. ⁊ semꝑ ante rem: cum re: ⁊ post rē secūdum rationē temporū intelligendū est. neqꝫ ita ut in antecedentibus ⁊ cōsequentib⁹. Illic enim naturę ratio consideratur. Omnia quippe simul sunt. nam quod antecedit: si positum sit statim est id quod consequit̃. ut si ponas hominē statim animal esse necesse est. nec ante secundū temp⁹ esse homo dici potest. post vero subsequi animal: ut ante aliqs apparatus est secundū tempus posterior effectus. Itaqꝫ illic antecedentia ⁊ consequētia nominātur: hic ante rem: cū re: ⁊ post rem. Idcirco ꝙ illud qui rem nō secundū tempus sed secundū principalitatē naturę secum simul aliquid trahentis antecedens dicit̃ vel consequēs: id quod antecedēs comitat̃. Ea vero quę secundū temporis priorē posteriorēue rationē considerant̃: sunt adiuncta: idcirco ante rem: cū re ⁊ post rem cepere vocabulum.

Deinceps est locus dialecticorum proprius ex consequentibus ⁊ antecedentibus ⁊ repugnantibus. Naꝫ coniuncta de quibus paulo ante dictum est: non semper eueniūt. Consequentia autem semper. Ea enim dico consequentia quę rem necessario consequunt̃. itēqꝫ ⁊ antecedentia ⁊ repugnantia. Quicquid enī antecedit quamqꝫ rem: id coheret cum re necessario. ⁊ quicquid repugnat: id eiusmodi est: ut cohęrere nunquā possit.

¶ Expedito adiunctorū loco: nunc de antecedentibus et cōsequentibus ⁊ repugnantib⁹ disserit. Qui locus cum sit vnus in tria velut mēbra diuisus est. M. quidē tulli⁹ loci huius vocabulū tacuit. mihi autē totus conditionalis appelland⁹ videt̃. Cuius cū promptissime natura claruerit: nomē quoqꝫ ei: quod nos posuim⁹ recte inditū manifesti⁹ apparebit. primū igit̃ singularū partiū diffinitio prodēda est. itaqꝫ antecedens est: quo posito aliud necesse est consequtur. item consequēs aliquius est. quod esse necesse est. si illud cui est consequēs precessisse cōstiterit. Repugnans est quod simul cū ea cui repugnare dicit̃ esse non possit. antecedentiū igit̃ atqꝫ consequentiū ⁊ repugnantiū vnū locum esse prediximus: qui quō sit vnus paucis ostēdā. Primū igitur dū quęreret̃ quo nā modo vnus esset locus a consequentib⁹ ⁊ antecedentib⁹ ⁊ repugnantib⁹: dicebat̃: quoniā eiusdē mentis est: atqꝫ intelligentię: tā cōsentanea sibimet qꝫ dissidentia peruidere. idcirco hūc quoqꝫ locū vnū videri. Consentaneorū namqꝫ duę sunt ptes: antecedens vna altera consequēs. Nam cū altero precedēte comitatur alterum: illa sibi in ipsa naturę consequētia cōsentire necesse ē.

Repugnantiū vero tam ⁊ si duę ptes sunt vnū tamen est vtriusqꝫ vocabulū. vtraqꝫ enī repugnantia nominat̃. duo vero esse: quę sibimet repugnent. atqꝫ a se dissentiant nullus ignorat. sed eo distant ꝙ antecedentiū ⁊ consequentiuꝫ duo sunt noīa: licet vnus vtriusqꝫ cōsensus: repugnātibus vero vnū nomen est: cū sit vnus in vtrisqꝫ dissensus. ergo eadē mens: eadēqꝫ intelligentię ratio: id qd̄ ꝓcedit ⁊ id quod comitat̃ intelligit. neqꝫ enīꝫ fieri potest ut antecedēs aliqd intelligat̃: nisi in eodē quid sit consequēs cōsideret̃. Eodeꝫ quoqꝫ modo nec consequēs nisi appareat qd ꝓcedat. item repugnās aliquid intelligere nemo potest: nisi intelligat cui repugnet. sed quoniā eadē ratio potest similia dissimiliaqꝫ perspicere: antecedentiū vero ⁊ consequentiū consensus quidam: ⁊ per naturę similitudinem concordia est. Dissensus vero in repugnantib⁹: ac dissimilitudo necesse est ut vna atqꝫ eadem ratio ⁊ antecedentiū consequentiūqꝫ naturaꝫ ⁊ repugnantiū spectet. quo fit ut vnus quoqꝫ locus sit: queꝫ vna intelligentia comprehendit. sed hic opponebat̃. Cur igitur aliū ex similitudine: alium ex contrario locum Marcus tullius superius enumerauit. Nam secundū propositam rationem: quoniam similitudinē ⁊ contrarietatem intelligentia vna perpendit: vnus locus similiū contrariorumqꝫ esse debuisset. sed respondebatur. quoniam non eodem modo sibi antecedentia ⁊ consequētia consentire dicūtur: sicut ea: quę similia nūcupantur. In his namqꝫ vna tantum qualitas inuenitur: ⁊ secundū eandē qualitatem similia esse dicuntur. at in antecedentibus ⁊ consequentib⁹ non qualitatis similitudo: sed quidam naturę consensus est. et quę similia sunt sine se esse possunt. antecedentia vero ⁊ cōsequentia sine se esse non possunt. atqꝫ idcirco non videtur esse consequentiū ⁊ antecedentiū cum similitudine vlla cōmunio naturę: quę ratio non valde videtur idonea: nec explicat: quod demonstrare conatur. illud certe firmissimum esse constat: ꝙ huius loci tractatus conditionalibus semꝑ propositionib⁹ accōmodaret̃. Conditionalis vero propositio est: quę cum conditione pronunciat esse aliquid: si aliud fuerit. veluti cum dicimus. si dies est lucet. Hęc igit̃ rerum consequentia facile in repugnantiā vertitur. Nam si rebus consequētibus negatio interponatur: ex consequentibus repugnantia redduntur hoc modo. Si dies est. lux ē. Repugnantia fiunt ita. Si dies est: lux non est. repugnāt enim diem esse ⁊ lucem non esse. Quę repugnantia in conditione consistit. Dicimus enim si dies est: lux non est. nā dici contrariū est nox. Consequens vero noctis: lucem non esse. quare esse diem ⁊ non esse lucem repugnat. Argumentum vero est hanc repugnantiam in conditione consistere. quia si conditio deficeret: nulla est repugnantia hoc modo. dies est. lux non est. vtręqꝫ enim disiuncte propositiōes suas sententias gerunt: nec qui ēꝫ intelligūtur hie cōe. atqꝫ ideo diuersis acceptę tꝑib⁹ verę sunt: nec repugnāt. nam sicut in his propositionib⁹ dies est: lux est: nulla est cōsequētia: qm̄ cōditio deest: q̄ ꝓpositionē facit cōnexā: sed vtręqꝫ a se disiuncte suā sententiā claudūt: ita in his quib⁹ ꝓponitur. dies est. lux non est. nulla est repugnātia: qm̄ seruat suam vtraqꝫ separata sententiā. at si his cōditio interueniat superiorū quidē ita sententia copulat̃: ut ꝯsequētes fiant. posteriorū vero ita ut repugnantes hoc modo: si dies est lux est. Hęc consequens propositio ex duabus per conditionē mediam effecta est vna. At sic fit ita. Si dies est lux nō est. repugnat. Negatū enim quod sequitur: repugnare necesse est. Amplius argumentū quod ex antecedentibus ⁊ consequentibus fit: ex vnius propositionis connexę partib⁹ nascitur. nam conditionalis propositionis cōnexę vna ps est antecedēs alia cōsequens. ꝙ si a repugnātib⁹ argumentuꝫ fiat. rursus ab vnius propositionis mēbris tale argumētū nasci oportebit. igitur ex his propositionibus dies est. lux est. vna esse non potest nisi conditione copulentur: ut vnū sit antecedēs: aliud cōsequēs: ⁊ ideo in his ex antecedēti ⁊ consequēti argumentū esse nō potest: quoniā duę sunt etiā ex illis quoqꝫ ꝓpositionibus quę sunt dies est lux nō

est: vna esse non poterit: nisi conditionis adiectione in vnius quodammodo propositionis sententiam reducantur. cuius propositionis partes sunt repugnantes. Nam vt in connexa propositione vna pars antecedens: alia est consequens. ita in repugnanti vtraque pars propositionis a semet inuicem repugnat atque dissidet. Amplius repugnans propositio connexe partem contrariam tenet. nam vt in illa quod antecedit semper id quod sequitur trahit: ita in hac propositione partes simul esse non possunt. Contrarie vero omnes sub eodem genere poni solent. Cum igitur connexa propositio in conditione est constituta: repugnans quoque in conditione consistit. quod si et connexam propositionem et repugnantem conditio facit: non est dubium quin locus hic inter conditionales versetur: ac sit vnus positus in conditione diuisus partibus. idest in antecedentem consequentemque et repugnantem. Connexe namque propositionis vna pars antecedens est: alia consequens. Repugnantis vero propositionis vtraque repugnat ac dissidet. Itaque connexe propositionis partes antecedens et consequens sunt: repugnantis vero repugnantes partes sunt. Nec illud intelligentiam turbet quod dicimus dies est et lux est: quasi sibi conuenire consentiant. Item dies est et lux non est: quasi a se dissentiant atque discordent. nam connexa est propositio si cum aliud aduenerit aliud consequatur. Item repugnans si vno posito falso aliud interimatur: quod esse non potest: nisi id vis conditionis efficiat. Quocirca aperte demonstratum esse arbitror conditionalem hunc locum vocari: et recte vnum esse a Marco Tullio constitutum. quando vero fiat ab antecedentibus et consequentibus et repugnantibus argumentum postea dicam. sed quoniam nullius facultatis alterius est quid quamque rem consequatur: vel cuique quid repugnet inspicere nisi dialectice tantum: que huius quoque maxime rei peritiam profitetur. Idcirco ait hunc esse locum totum dialecticorum: qui etiam ab adiunctis longe diuersus est. Primum quod adiuncta precedere quidem atque comitari inuicem possunt: non vero efficere atque implere naturam: veluti ambulationem pedum strepitus signare quidem ac denuntiare potest: efficere vero non potest. Neque enim ambulationem efficit pedum strepitus. nec vero ex necessitate ambulatio vt pedum strepitus fiat auctor est. sed sepe ita ambulatur: vt nullius pedum strepitus exaudiatur. sepe non minimo motu mouentur pedes: ac strepere preter ambulationem queunt. Precedentia vero et consequentia et repugnantia nunquam desunt: ideirco non semper inueniuntur adiuncta: propositoque termino: quem probare decreuimus: sepe ex adiunctis argumenta deficiunt: quia ipsa quoque aliquotiens deesse videntur adiuncta. Precedentia vero et consequentia et repugnantia nunquam desunt: omne enim quicquid in rebus est: habet quod se aut sequatur naturaliter: aut precedat. Est etiam a quo nature diuersitate dissideat: velut hominem sequitur quidem animal: precedit vero substantiam. dicimus enim si homo est animal est. substantiam vero precedit. cum proponimus. si animal est substantia est. Repugnat vero mortuo cum enunciamus. Si animal est: mortuum non est. Preterea que sunt adiuncta temporibus distributa sunt: vt ante rem: cum re: vel post rem. que vero sunt antecedentia: consequentia et repugnantia quolibet in temporibus sint nihil refert. Nam pora sepe temporibus comitantur: et temporibus posteriora precedunt: et que simul temporibus sunt: alias precedunt alias vero consequuntur: vt superius quoque sepe diximus. Amplius que antecedentia sunt et consequentia relinquere sese non possunt: nec sibi repugnantia coherere: et sunt necessario sibimet connexa vel contra. que vero sunt adiuncta nihil obtinent necessitatis: quia et iuncta sibimet: et a se separari queunt. Que cum ita sint: quedam difficultas vehementer oboritur. videtur enim minus intuentibus: nihil his locis differre hos locos: qui dicti sunt vel a genere vel a specie vel a contrariis. Nam genus semper speciem sequitur. speciem genus precedit: contraria simul esse non possunt. Que soluenda est hoc modo. Primum quia non omne consequens genus est: nec species antecedens. Repugnantia vero non ipsa contraria: sed contrariorum sunt consequentia. vt in locorum: qui a Marco Tullio propositi sunt expositione monstrauimus de hac quia cum a genere fit argumentum: ipsum genus assumitur eodem quoque modo species. cum ad ea est quod volumus approbare. cum vero ab antecedentibus et consequentibus aliquid monstrare contendimus eo quod in conditionali propositione precessit: vtimur in assumptione etiam si non fuerit genus. Item si a contrariis argumentum fiat. etiam si species non fuerit consequentia conditionalis propositionis dicitur argumentum. veluti cum ita dicimus. Si ignis est. leuis est. Ignis autem antecedit leuitas sequitur. sed neutrum neutrum est genus aut species. assumitur itaque atque ignis est. Nunc igitur id quod antecedebat assumpsi. ex quo monstratur conclusio. leuis igitur est. At si ita assumatur. sed non est leuis: id quod consequebatur assumpsi. Concluditur ergo atque monstratur. non est igitur ignis. video igitur vt de his precedentibus et consequentibus nunc loquimur: que in conditionali propositione posita: vel precedere vel consequi intelliguntur. Cum vero fit ex genere argumentum: species [illegible] in est. de qua aliquid probare intendimus. genus quidem assumimus: non quasi precedens: sed quasi continens vt quicquid esse consideratur in genere: id etiam forme quoque debeat aptari. Genus enim quo ad permanet: a sua specie non recedit. cum vero de specie sumimus argumentum genus quidem est: de quo aliquid queritur: sed id laboramus: vt id: quod de genere conamur ostendere: ex specie possit facilius agnosci. Vt cum vxori fabie relictum fuisset legatum: si materfamilias fuisset: quoniam non conuenerit in manum. scilicet ab in manus conuentione: que species est vxoris: vxorem quod est matrisfamilie genus: a legati iure seiungimus: et legatum ad speciem idest matremfamilias deriuamus: sed illud internus dispiciendum videtur. Num locus ab antecedentibus et consequentibus totus superuacaneus esse videatur: cum quolibet modo fuerint ex eo argumentationes posite: a ceteris locis: quos superius descripsimus: non recedant. Nam quodcunque ab antecedentibus et consequentibus ducitur argumentum: id vel a toto: vel a partibus: vel a coniugatis: vel ab aliquo reliquorum tractum esse perpenditur. hoc modo. si vtilis est equitas constituta ad res suas optinendas: vtile est ius ciuile: at id quod precedit: quod sequitur igitur. Hoc est a diffinitione argumentum. scilicet ab assumptione precedentis. At si ita dicam. sed non est vtile ius ciuile. non est igitur vtilis equitas constituta ad res suas optinendas. hic per consequentis assumptionem a diffinitionis loco sumptum est argumentum. Item a partium enumeratione. si neque censu neque ceteris: neque est liber. at censu vel ceteris. est igitur liber. at non est liber: neque censu igitur neque ceteris manumissus est. sed notandum est que sit vis vniuscuiusque argumentationis et quam non proferatur. Sunt enim argumenta que predicatiuis apta sint syllogismis. vt a diffinitione sic. Ius ciuile est equitas constituta et reliqua. Id vero vtile est. vtile est igitur ius ciuile. Item a partibus: qui neque censu neque vindicta: neque testamento est manumissus: hic ex seruitute liber factus non est. Stichus vero neque testamento: neque censu: neque vindicta manumissus est. Stichus igitur liber non est. et in ceteris eodem modo. Omnia vero quecunque per categoricum syllogismum proferri possunt: eadem per conditionale dici queunt. Omnis namque predicatiua propositio in conditionalem verti potest. hoc modo. Omnis homo animal est predicatiua est. hec facile vertitur in conditionalem ita. si homo est animal est. Non vero omnis conditionalis in predicatiuam verti potest. velut hec. si peperit cum viro concubuit. Nemo enim dicere potest ipsum peperisse id esse quod cum viro concubere: quomodo dicimus hominem id esse quod animal sit. alia enim ratio est in his propositionibus que ita dicuntur: que peperit: cum viro concubuit. hec enim similis est ei que dicit si peperit cum viro concubuit. sed predicatiua propositio id esse subiectum dicit: quod fuerit predicatum. Conditionalis vero id ponit: vt si id quod antecedens fuerit comitetur necessario quod subsequitur. Cum vero predicatiua est propositio: si vertatur in conditionalem: alia nimirum redditur propositio. Nam cum dicitur omnis homo animal est. ipse homo animal esse proponitur. cum vero si homo est animal est. non id sentitur: vt ille qui homo est animal sit: sed proposito esse hominem consequi vt sit animal. ergo conditionalis syllogismus in antecessione et consecutione positus licet per diffinitionem: licet per partium enumerationem: licet per coniugationem et quolibet alio fiat modo: tamen in propria forma se continent: et est conditionalis. idest vtens propria conditione: vt quodammodo cetera argumenta a [illegible] nature videatur habere subiecta: vt cum fit a diffinitione argumentum siquidem per predicatiuam formam fac[illegible]

rit syllogismus: a diffinitione deductum esse dicatur. Sin vero per hypothesin facta fuerit argumentatio: conditionalis fit syllogismus: quem discernat assumptio: verum ab antecedentis: an a consequentis parte promatur. Quo fit vt etsi per ceteros locos conditionale argumentum feratur: tamē suam quandam habeat formam: quiquidem in antecessione et consecutione est constitutus. Tunc enim diffinitio partes: coniugatio etc. veluti res ipse fiunt: at non locus cum venerint in conditionem. at si conditio cessaverit ipsis perfectum videretur argumentum quod si propositionem conditio copulaverit: ipsa quidem ea sunt: que in propositionibus continentur: veluti quedam argumenti partes. locus vero in conditione est constitutus. atque hec ita dicta sunt: quasi aliter conditionalis hic locus tractari non valeat: nisi eorum aliquem: quos prediximus includat. nam potest preter eos etiam sepe reperiri: vt cum dicimus. Si homo est: risibilis est. Si coruus est: niger est. hic enim nec diffinitionem: nec partes: nec vllum alium locum superius enumeratorum continet argumentum. Amplius facile est in singulis eorum differentias peruidere. locus quippe a toto a substantia trahitur. a partibus vero a rei compositione. nam in simplicibus terminis tale argumentum non potest inueniri. a nota ab interpretatione. a coniugatis: ab eo quod ex eodem vtrumque diducitur. a genere: a continenti: a forma: ab eo quod continetur. a differentia: ab eo quod discrepat: a similibus: ab eadem qualitate: a contrarijs: ab eo quod a se longe diuersa sint. a causis efficientibus: ab effectis: ab his que vim alterius efficientie susceperunt. ab adiunctis a vicinitate nature. a comparatione maiorum: parium: vel minorum: a relatione ad equalem vel inequalem quantitatem: ab antecedentibus vero longe alius modus est. Constat enim in eo quod si propositum quid fuerit: aliud quiddam modis omnibus existet: quod consequens appellatur. huius vero intelligentio consistit in eo quod precedente: quolibet aliud subsecutum est repugnantium vero intelligentia consistit: non modo quod neque sequi neque antecedere possunt: verum etiam quod simul esse non possunt. que in conditione consistere dubium non est. His igitur ita expeditis: quoniam M. T. proprietatem loci: vt in transcursu potuit: euidenter expressit: nunc quibus modis eodem loco vti conueniat: adiungit: Que Topicorum pars: quoniam diligentius explananda est: finem quarto volumini faciam Quinto cetera reddituri.

Eiusdem Boetij in Ciceronis Topica cōmentariorum liber quintus.

E omnibus quidem hypotheticis syllogismis Patrici rhetorum peritissime: plene habundanterque digessimus his libris: quos de eorum principaliter institutione conscripsimus: a quibus integram perfectamque doctrinam: cui reuoluendi illa vacuum tempus est: lector accipiet. Sed quia nunc Ciceronis topica sumpsimus exponenda: atque in his aliquorum M. T. modorum meminit: dicendum mihi breuiter existimo de his septem conditionalibus syllogismis: que eorum natura sit: propositionumque contextio: vt cum hec ad scientiam rite prelibata peruenerint: Tulliana facilius noscantur exempla. Omne igitur quod in questione dubitatur: aut verisimilibus: aut necessarijs probabitur argumentis. argumentum vero omne aut in syllogismi ordinem cadet: aut ex syllogismo vires accipiet. Syllogismus vero omnis propositionibus constat. Propositiones autem omnes vel simplices sunt: vel composite. Simplices que simplicibus orationis partibus coniunguntur. Copulantur autem in compositam propositionem simplices orationis partes nomen et verbum: veluti cum dicimus dies est: vel dies vernus est: vel dies serenus est. hic enim omnem vim propositionis nomen continet et verbum. Omnis autem simplex propositio ex subiecto predicatoque consistit. Subiectum est: de quo dicitur id quod predicatur. Predicatum est quod de eo dicitur quod subiectum est. verbum autem aliquotiens predicato nomini adiungitur. aliquotiens ipsum predicatur. predicato nomini adiungitur in hac propositione: que dicit. dies serenus est. dies enim subiectus est. serenus predicatur. est vero verbum sereno adiunctum est: quod diximus esse predicatum. At si talis sit propositio: que solo nomine constet et verbo veluti cum dicimus dies est. tunc dies subijcitur. est verbum sine dubio predicatur. sine verbo autem nulla est propositio. Omnis enim propositio vel vera vel falsa est. nisi autem verbum sit quolibet adiunctum: quo esse aliquid aut non esse dicatur: nulla veritas aut falsitas in propositionibus deprehenditur. sepe autem propositiones etiam ex totis orationibus constant: vt si dicamus. transire in Affricam vtile est romanis. hic enim subiectum quidem est transire in Affricam. vtile autem romanis predicatum. esse vero predicato coniungitur. Huiusmodi igitur omnes propositiones predicatiue dicuntur. predicatiue vero appellantur: quia aliud de alio predicant. Omnesque qui ex his propositionibus fiunt syllogismi: secundum enuntiationum suarum formas predicatiui appellantur. Ex his autem predicatiuis propositionibus existunt composite propositiones: quarum alie quidem copulatiua coniunctione nectuntur: vt et dies est et lux est. alie vero per conditionem fiunt: que etiam conditionales enunciationes vocantur. He vero sunt: que coniunctione quadam partibus interposita ad coniunctam conditionemque ducuntur. Age enim sint due propositiones predicatiue. vna quidem que dicit animal est: alia vero que proponit homo est. His si coniunctio interueniat: faciet: si homo est: animal est. Vides igitur vt duas predicatiuas propositiones in vnam conditionem coniunctio copulauerit. Que cum ita sint: omnes he propositiones hypothetice. i. conditionales vocantur: atque ex his syllogismi tales existunt: quibus hypotheticis vel conditionalibus nomen est. Omnis autem hypothetica propositio vel per connexionem fit vel per disiunctionem. Per connexionem hoc modo. Si dies est: lux est. Per disiunctionem ita: vt dies est: aut nox est. Earum vero que per connexionem fiunt alie ex duabus affirmatiuis copulate sunt: vt si dies est lux est. namque dies est: et lux est: vtreque aliquid affirmant: alie ex duabus negatiuis: vt si lux non est: dies non est. vtraque negatio est. alie vero ex affirmatiua negatiuaque coniuncte sunt. vt si dies est: nox non est. Alie vero ex negatiua atque affirmatiua copulantur. vt si dies non est: nox est. omnes tamen in connexione sunt posite. Aut enim affirmatio affirmationem sequitur. aut negatio negationem: et hec connexa est: aut affirmationem negatio: aut negationem affirmatio. sed ex connexis repugnantes manifestum est nasci. namque vbi affirmatio sequitur affirmationem: his si media negatio interposita sit: repugnantiam facit hoc modo. si dies est lux est. hic affirmatio sequitur affirmationem. at cum dico si dies est: lux non est: repugnant inter se partes propositionis connexe interposita negatione. Item quotiens negatio sequitur negationem: si posteriori propositionis parti negatiuum demitur aduerbium: repugnantes fiunt: hoc modo. si animal non est: homo non est. hec connexa est ex duabus propositis negatiuis. At si posteriori parti: homo non est: negatiuum detrahatur aduerbium: fiet. si animal non est homo est: quod repugnat. at si affirmatio negationem sequatur: siue posteriori parti negatio iungatur siue priori auferatur: repugnantes fiunt. hoc modo si dies non est nox est. hic igitur affirmatio sequitur negationem. siue igitur posteriori parti nox est: negatio copuletur. vt sit ita si dies non est: nox non est. siue priori auferatur. vt sit ita si dies est: nox est repugnantem fieri propositionem necesse est. quod si negatio affirmationem sequatur: et posteriori parti negatiuum aduerbium subtrahatur: propositionis connexe partes in repugnantiam cadunt. hoc modo. si vigilat non stertit: hic affirmationem sequitur negatio sed si posteriori parti idest non stertit: negatio demitur: net: si vigilat stertit: et erit repugnans. sed in connexis atque disiunctis propositionibus illud intelligendum est: quod in earum partibus et vis questionis includitur et argumenti. Age enim dubitetur: an lux sit. idque approbandum sit: eo quod dies est. Si igitur ita fiat propositio. si dies est: lux est. ea quidem pars totius propositionis que sequitur. i. lux est: questionis est. De ea namque queritur: an lux sit. Ea vero que prior est: idest dies est. vim continet argumenti. Ex eo enim quod dies est: lux esse probabitur. et in ceteris quidem vel connexis: vel disiunctis eadem ratio est. In omnibus vero his quoniam syllogis

mus atque argumentatio ad demonstrandam partem alterutram questionis accommodantur. questio vero omnis dubitabilis est. Oportet syllogismos: qui accommodantur ambigue questioni: indubitabiles esse atque perspicuos. qui ut sint tales ex claris atque apertis et in veritate patentibus propositionibus necesse est consistere. propositiones vero partim per se note sunt: partim aliquibus probationibus indigebunt. Omnis vero syllogismus enunciatione proposita habet aliquam partis assumptionem: ut quod est in questione concludat. hoc modo. si dies est: lux est. ut igitur lucem esse demonstrem: assumam unam partem propositionis superius constitute: dicamque: sed dies est: ac tunc demum id quod est in questione concludam. lux est igitur. ergo cum ad syllogismi conclusionem: et tota enunciatione in proponendo et in assumendo parte enunciationis utamur: necesse est: ut ea quibus utimur nil habeant dubitabile: Siquidem ex his ea que sunt ambigua capient fidem. quod si propositio aliquotiens quidem per se nota est atque perspicua: aliquotiens vero probationis indigens invenitur: assumptio quoque aliquotiens per se vera esse notabitur: aliquotiens approbationis indiget adiumentis. Quo fit: ut si et propositio et assumptio demonstrande sint: quinque partitus (ut Cicero etiam in rhetoricis auctor est) syllogismus fiat constans ex propositione eiusque probatione: assumptione eiusdemque probatione et conclusione: quod si neutra sit approbanda tripartitus fit: Ex propositione. scilicet et assumptione et conclusione. quod si altera earum demonstranda sit: fit quadripartitus: ex propositione. scilicet et assumptione: atque unius earum approbatione et conclusione. Conclusionis vero ipsius approbatio precedente propositione atque assumptione perficitur. que cum ita sint: cumque omnis propositio hypothetica in connexionem disiunctionemque dividatur: in connexis propositionibus aliud dicimus precedens: aliud consequens. Idem autem consequens et connexum vocamus. velut in hac propositione. si dies est: lux est: Dies est precedit. annectitur: lux est. In disiunctis autem non est eadem ratio: quia cum ea que proponuntur simul esse non possint: nullo modo dicuntur esse connexa. Precedens autem et subsequens inde iudicatur: quia quod primum ponitur: iure antecedens vocatur quod posterius iure subsequens dicitur. Ex his igitur propositionibus: que connexe sunt: fit primus et secundus hypotheticorum syllogismorum modus. addita vero negatione propositioni connexe ex duabus affirmationibus copulate: atque insuper denegata tertius accedit. ex disiunctis vero propositionibus diverso modo assumptionibus factis: quartus et quintus. Utrisque vero per negationem compositis: sextus et septimus. atque he septem sunt hypothetice conclusiones. Quarum M. T. in Topicis meminit. quarum omnium deinceps ordo atque exempla subdenda sunt. Primus igitur modus est cum in connexa propositione assumpto eo quod precedit: volumus monstrare quod sequitur ita esse oportere: ut est in connexione prolatum. In quo si id quod connexum est: ac sequitur assumpserimus: nullus omnino fit syllogismus. Huius exemplum tale est si dies est: lucet. si igitur lucere monstremus: assumamus necesse est diem esse hoc modo. atqui dies est. consequitur ergo ex necessitate lucere. quod si lucere assumamus: atque ita dicamus. atqui lucet. non necesse est diem esse: atque ideo nulla necessitas evenit conclusionis: ubi nulla necessitas est: nec syllogismus quidem intelligi potest. Est igitur primus modus in hanc formam. Si dies est: lucet. dies autem est. lucet igitur. Inveniuntur tamen in quibus equo modo valet assumptio: sive precedens: sive subsequens assumatur. ut in homine atque risibili. Si enim homo est: risibile est. atqui homo est. risibile igitur est. atqui risibile est homo igitur est. Sed in his hec causa est. quia homo atque risibile equi sunt termini atque idcirco uno posito alterum comitari necesse est. sed quia hoc in omnibus non est: idcirco dicimus non esse universale: ut assumpto posteriore quod precedebat probetur. Secundus vero modus est: quotiens assumpto posteriore atque consequenti quod ante cesserat aufertur: hoc modo. Si dies est lucet.

hic si assumamus non lucere: contrario modo atque in propositione prolatum est assumamus dicentes. atqui non lucet: ex eo igitur sequitur non esse diem. quod si diem negemus. i. quod antecedit in assumptione contrario modo atque positum est in propositione proferamus: non tollitur quod est connexum: ut si dicamus atqui non est dies: non mox sequitur non lucere. Potest enim non esse dies: et tamen lucere. Est igitur secundi modi forma huiusmodi. Si dies est lucet atqui non lucet. non est igitur dies. Primus igitur modus assumit quod precessit: ut approbet quod connexum est. non potest vero assumere quod connexum est: ut probet quod precessit. Secundus autem assumit e contrario quod sequitur: ut quod precessit evertat. non potest autem e contrario assumere quod precessit: ut id quod connexum est auferatur. Tertius modus est: cum inter partes connexe: atque ex duabus affirmationibus copulate propositionis negatio interponitur: eaque ipsa negatio denegetur que propositio ὑπεραποφατική greco sermone appellatur. ut in hac ipsa quam superius proposuimus. si dies est: lux est. si inter has propositiones negatio interveniat: fiet hoc modo. Si dies est: lux non est. ac si ulterius denegemus erit ita. non si dies est: lux non est. cuius propositionis ista sententia est. quia si dies est: fieri non potest ut lux non sit. Que propositio superabnegativa appellatur. talesque sunt dictiones: in quibus negatio preponitur negationi ut non est dies. et rursus. Nec non Ausonii troia gens missa coloni. In hac igitur si priorem partem: idest diem esse in assumptione ponamus: consequetur etiam lucem esse. hoc modo non si dies est: lux non est. atqui dies est. lux igitur est. Qui modus a superioribus plurimum distat: quod in eo modo qui fit ab antecedentibus ponitur antecedens: ut id: quod sequitur astruatur. In modo vero a consequentibus perimitur consequens ut id quod precesserat auferatur. In hoc vero neutrum est. nam neque antecedens ponitur ut quod sequitur confirmet: nec interimitur subsequens: ut id quod precesserat evertatur. sed ponitur antecedens ut id quod sequitur interimatur. hic autem propositionis modus partes inter se suas continet repugnantes. adversum quippe est: ac repugnat: si dies est: non esse lucem. sed idcirco rata propositio est: quia consequentium repugnantia facta per mediam negationem alia negatione destituitur: et ad vim affirmationis omnino revocatur. nam quia consequens esse intelligitur: ac verum si dies est esse lucem: repugnat: ac falsum est. si dies est non esse lucem. que denegata rursus vera est ita. Non si dies est: lux non est: et fit consimilis affirmationi. si dies est: lux est. quia facit affirmationem geminata negatio. Similiter vero fiunt ex repugnantibus propositionis partibus argumenta: vel si duabus negationibus: vel si negatione et affirmatione: vel si affirmatione et negatione iungatur. Quomodo vero fiat ex talibus connexis repugnantes superius dictum est. Fit vero ex ea propositione: que duabus iungitur negativis ex repugnanti argumentum hoc modo. Sit propositio. Si non est lux: dies non est. fiat repugnans ita. si non est lux: est dies huic iungamus negationem: ut fiat vera ita. Non si lux non est: dies est. atqui lux non est. dies igitur non est. Item fit ex negatione atque affirmatione propositio hec. Si dies non est nox est. huic addatur ex posteriore parte negatio: et fit ita. Si dies non est: nox non est. fit repugnans. hec nihilominus abnuatur ut fit vera. non si dies non est: nox non est. assumimusque atqui dies non est. Concludimus. nox igitur est. Item si ex eadem propositione: que ex negativa affirmativaque coniungitur: et dicit si dies non est: nox est. a priori parte negatio subtrahatur: fiet repugnans. hoc modo. si dies est: nox est. huic apponatur negatio: ut vera esse possit hoc modo. non si dies est: nox est. assumamusque. atqui dies est. concluditur. nox igitur non est. At si sit ex affirmatione et negatione propositio coniuncta: velut hec. si vigilat non stertit: demitur posteriori parti negatio ut fiat ita. Si vigilat stertit. Sed hec repugnat. Tota rursus propositio denegetur: ut vera fiat hoc modo. Non si vigilat stertit: assumimus atqui vigilat. Concludamus necesse est. non stertit igitur. Sed

hę quattuor: ex repugnantibus cōclusiones in tertio modo consistere intelliguntur. quarum quidem Tullius tres cōmemorauit: vnāq; precepto docuit: eam quam propositō talis efficit: quę duabus iungitur affirmatiuis. Duas vero exemplo. s. eam: quę ex tali propositione nascitur: quā due copulant negationes: & eam: quę ex tali connexa procreatur quę ex affirmatione negationeq; consistit. Reliquam vero preterijt: quod illarum similitudine etiam in tertium conclusionis modū videbatur incidere. Quartus modus in disiunctiōe cōsistit, hoc modo: Aut dies est: aut nox est: sed dies est: nox igitur non est. huius hęc ratio est. quia disiunctiua enumeratione proposita prior pars eius assumitur affirmando: vt subsequens auferatur. ex ea enim propositione: quę dicit aut dies est: aut nox est: assumimus: atqui dies est. s. affirmantes esse diem. quam affirmationem assumptionis consequitur non esse noctem. Quintus modus est: cum in eadem disiunctiua propositione: id quod primum est: negando assumitur: vt id quod est posterius inferatur. hoc modo aut dies est: aut nox est. atqui dies non est. per negationē scʒ facta est assumptio: consequitur esse noctē. Sextus vero modus ac septimus ex quarti & quinti modi disiunctiua propositione deducuntur. vna negatione. s. adiecta: & disiunctiua propositione detracta: additaq; coniunctiua his propositionibus: quę superius in disiunctione sunt positę hoc mō. Non & dies est: & nox est. Dudū igitur in disiunctiua ita fuit: vt aut dies est: aut nox est. Ex hac igitur propositione sublata aut coniunctione: quę erat disiunctiua adiecimus & quę copulatiua est: preposuimusq; negationem. Itaq; fecimus ex partibus disiunctiuę propositionis copulatis addita negatione propositionem sexti: atq; septimi modi: quę est. Non & dies est. & nox est. In qua si assumatur esse diē noctem non esse consequitur. atqui dies est. nō est igit nox. Septimus vero modus est: cum prima pars propositionis negando assumitur: vt posterior subsequatur. hoc modo. Non & dies est & nox est. atqui dies non est. Nox igitur est Atq; hic modus propositionum in solis his inueniri pōt quorum alterum esse necesse est. vt diem vel noctem. egritudinem vel salutem. & quicquid medium non habet. Quo autem modo omnium syllogismorum conditionalium veritas sese habeat: his diligentissime explicauimus libris: quos de hypotheticis conscripsimus syllogismis. Nunc vero: non quod de his perfectior consideratio inueniri potest: apposuimus: sed id: quod ad explanandū. M. T. sententiā poterat accōmodari. vt igitur cuncta: quę diximus breuiter colligantur. Primus modus est: quotiens in connexa propositione primum vt in propositiōe locatur: assumitur: vt consequatur sm̄ hoc modo. Si dies est: lux est. atqui dies est: lux igitur est. Scd̄us modus est: quotiens in cōnexa propositione scd̄m econtrario assumitur: quā in propositione locatum est: vt id quod primum est auferatur. hoc modo. Si dies est: lux est. atqui non est lux. non est igitur dies. Tertius modus est: cum connexe propositionis partes ex affirmationibus iunctę negatione diuiditur: totiq; propositiōi negatio rursus adiungitur: assumiturq;: quod prius est: vt in propositione est enunciatum: vt econtrario concludatur sm̄ quā in propositione prolatum est. hoc modo. Non si dies est: lux non est. atqui dies est. lux igitur est. hic ergo posito quod precedebat. idest esse diem: euersum est: quod sequebatur. idest non esse lucem: negationē quippe affirmatio dissoluit: vel cum connexe propositionis negationibus iunctę secundę parti negatio detrahitur: totaq; propositio denegatur: positaq; priore propositionis parte interimitur: quod subsequitur. hoc modo. Non si lux non est: dies est. atqui lux non est: dies igitur non est. vel si connexe propositiōis ex negatione atq; affirmatione composite secundę parti negatio iungatur: eaq; insuper denegetur: ponaturq; quod prius est: vt id quod sequitur auferatur: hoc modo. Nō si dies non est. nox non est. atqui dies non est: nox igitur est. vel si in eadem propositione: quę ex negatione atq; affirmatione copulata est: priori parti negatio subtrahatur: eaq; denegetur: ponaturq; quod primum est: vt id: quod sequitur auferatur hoc modo. Non si dies est: nox ē. atqui dies. nox igitur non est. vel si connexe propositionis ex affirmatione et negatiōe copulate posteriori parti negatio demiatur: totaq; insuper denegetur: positoq; priore: id quod sequit̄ interimatur. hoc modo. Non si vigilat stertit: atqui vigilat. nō stertit igitur. Atq; hęc omnia in tertio esse intelliguntur mō atq; ex repugnantibus fiunt: & semper id: quod antecedit ponitur: vt id quod sequitur auferatur. Nam sicut in propositione conditionali: qua negata repugnantia partiū fit vera: prima pars proponitur: siue affirmatiuę siue negatiuę: ita ea reddit assumptio. Sed vt prima pars fuerit assumpta reliqua contraria enumeratione concluditur. nam si assumptio fuerit affirmatiua erit negatiua conclusio. Si assumptio negatiua: erit cōclusio affirmatiua. Quartus modus est: cum in disiunctiua propositione primū ponitur: vt auferatur scd̄m: hoc modo. aut dies est: aut nox est. atqui dies est: non est igitur nox. Quintus modus est: quotiens i disiunctiua propositione aufertur quod prius est: vt ponatur scd̄m: hoc modo. aut dies est: aut nox est. non est autē dies: nox igitur est. Sextus modus cum his rebus: quę in disiūctionem venire possunt: idest contrarijs vel repugnantib⁹ medietate carentibus negatio preponitur: & copulatiuę cōiunctiones adiunguntur: ponitur quod primum est: vt id quod est subsequens auferatur: hoc modo. Non & dies & nox est. dies autem est. nox igitur non est. Septim⁹ modus est: cum in eadem propositione aufertur id: quod precedit: vt ponatur id: quod consequit̄ hoc modo. Non & dies est: & nox est. atqui dies non est: nox igitur est. His igitur ita predictis ad Ciceronis verba veniamus.

Cum tripartito igitur distribuatur locus hic in consecutionem antecessionem repugnantiam: reperiendi argumenti locus est simplex: tractandi triplex. Nam quid interest: cum hoc sumpseris: Pecuniam numeratam mulieri deberi: cui sit argentum omne legatum: Utrū hoc modo concludas argumentum. Si pecunia signata argentū est: legata est mulieri. Est autem pecunia signata argentum. legata igit̄. An illo modo. Si numerata pecunia non ē legata: non est numerata pecunia argentum. est autem numerata pecunia argētum: legata igit̄ est. An illo modo. nō & legatum argētum est: & nō est legata numerata pecūia. Legatum āt argētum est. legata igitur numerata pecūia est.

¶ Eum locum: qui ex antecedentibus & consequentibus: & repugnantibus esset: vnum recte videri: eūq; in conditiōe esse positum: sed trina partitione distribui: superius explicatum est: idq;. M. T. euidentius notat dicens. Intellectum quidem eius: considerationemq; in conditione positam vnam esse: sed per argumentationis tractationem tripartito diuidi. Cuius rei per primum ac secundum & tertium hypotheticorum syllogismorum modum sicut paulo superius diximus: exempla subiecit. Quę quoniam implicatiora videntur: quā vt primo statim auditu comprehendantur: visum paulisper est: apertiorib⁹ exemplis animū lectoris imbuere: vt in facilioribus primum exercitata intelligentia sine magno negotio: quę sunt difficiliora perpēdat. Ab antecedentibus igitur argumētatio fit: quotiens enunciata cōditione propositionis sumitur id: qd̄ antecessit vt id: qd̄ sequitur inferatur. hoc modo. Sit enim dubiū. an Tullius animal sit: concedaturq; eundem Ciceronem esse hominem: & sit rata propositio hęc. Tullius si homo est animal est. homo antecedit. animal sequitur. Si igitur ex antecedenti velim facere argumentationem: assumam id: qd̄ precedit hoc modo. sed homo est Cicero: cōsequitur animal esse Ciceronem. & est hic primus: quem supra diximus modus

dus. Rursus a consequenti argumentatio fit: quotiens in conditione proposita id quod consequitur tollit assumptio: ut id quod praecesserat interimatur, hoc modo. Si homo est Cicero animal est. antecedit homo sequitur animal. si igitur ex consequentibus facere argumentum velim: dicam atqui non est animal: sequitur esse ne hominem quidem: sed id perspicue falsum est. esse enim hominem constat. falsum est igitur animal non esse. Tullius igitur animal est. et hic dictorum superius secundus est modus. quod si a repugnantibus fiat in tertio .s. modo dictarum superius conclusionum faciemus ita. Non si homo est Tullius animal non est. repugnat enim esse hominem et animal non esse. hic si assumamus esse hominem et animal quoque esse: recta ratione concludimus hoc modo. atqui homo est: animal igitur est. atque hic quidem modus ex ea propositione concreta conversus est. que ex duabus iuncta est affirmationibus. hic igitur tribus modis Tullius qui homo esset: animal quoque esse monstratus est. Nunc quidem dum id: quod antecedit: assumimus: idest esse hominem. Nunc vero dum id: quod consequitur. in assumptione denegamus. idest non esse animal. Nunc autem repugnantiam denegantes eorum: que sibi sunt consequentia posito quod praecedebat id quod sequebatur intulimus. quibus ita praecognitis nunc M. T. tractemus exempla. Cum enim dixisset loca in consecutione antecessione et repugnantia posita: reperiendi quidem argumenti simplicem esse intellectum: tractandi autem triplicem adiecit. Nam quid interest cum tibi sumpseris ad demonstrandum pecuniam numeratam mulieri deberi: cui sit argentum omne legatum: utrum id ab antecedentibus an a consequentibus: an a repugnantibus probes. Namque eadem sententia in conclusione colligitur. et argumentationum diversitas non in re: sed in antecedentium et consequentium et repugnantium tractatu est constituta. Primum igitur ponatur: quod testamento aliquis omne suum argentum mulieri legaverit: queraturque an numerata pecunia mulieri legata sit. Concedaturque numeratam etiam pecuniam argentum appellari. Argumentabitur in primo modo ex antecedentibus tali ratione contextum. Proponimus enim si pecunia signata: numerataque argentum est: eadem pecunia numerata atque signata legata mulieri est. Hic igitur praecedit numeratam atque signatam pecuniam argentum esse: sequitur legatam esse mulieri. Id igitur quod praecessit assumimus dicentes: at est signata ac numerata pecunia argentum. concludimus. numeratam signatamque pecuniam mulieri esse legatam: eritque totius argumentationis hic textus. Si pecunia signata: numerataque argentum est: legata mulieri est. At est pecunia signata numerataque argentum. igitur legata est mulieri. In quo si ad saepius praemissa plurimisque exemplis superius enodata lectoris animus revertatur. Hanc argumentationem in primo modo ab antecedentibus esse compositam non ignorabit a consequentibus vero hoc modo. Si numerata pecunia non est legata mulieri cui sit argentum omne legatum: numerata pecunia non est argentum. Hic igitur praecedit numeratam pecuniam non esse legatam: cum sit argentum omne legatum: sequitur numeratam pecuniam argentum non esse. Si igitur id quod est posterius auferamus. idest numeratam pecuniam non esse argentum: dicemus. Atqui est numerata pecunia argentum. affirmatio namque tollit negationem. Sequitur igitur ut pars praecedens auferatur: ea que erat non esse legatam mulieri pecuniam numeratam: cum argentum ei fuisset omne legatum. Sed cum sit omnis negatio affirmatione consumitur dicimusque in conclusione. Est igitur numerata pecunia mulieri legata: cum ei sit argentum omne legatum: eritque huiusmodi argumentatio. Si non est mulieri legata pecunia numerata. cum ei sit argentum omne legatum non est argentum numerata pecunia. Atqui est argentum numerata pecunia. legata est igitur mulieri numerata pecunia: cum ei fuerit argentum omne legatum. Sed quod Tullius brevitatis causa praeterit: idest illam partem propositionis: que ait. Cum sit mulieri omne argentum legatum: nos apertioris causa intelligentie. Subiunximus. nec pluribus lectorem debet: quod etiam in superioribus exemplis in secundo modo per negationem facta fuerit semper assumptio: et per negationem rursus illata conclusio: nunc per affirmationem et assumptio et conclusio facta est. Cuius rei evidentissima ratio est. nam cum in superioribus exemplis prima propositio ex affirmationibus fuerit constituta: atque in secundo modo assumptio id quod sequebatur auferret: ita ut interimeret id quod praecedebat: necessarium erat duplicem affirmationem gemina negatione consumi. hoc modo. Si dies est lux est. utraque in affirmatione sunt constitute. Ut igitur posterior pars. idest lux est. que affirmatio est: interimatur: denegandum est. Dicam igitur atqui non est lux. quo fit ut praecedentem quoque partem: idest dies est: quam affirmationem esse manifestum est: negatione tollamus concludentes. Dies igitur non est. At in hoc Ciceronis exemplo utraque pars prime atque hypothetice propositionis negationibus enunciata est: que in assumptione vel conclusione non aliis nisi affirmationibus auferuntur hoc modo. Est enim tale Ciceronis exemplum. Si legata non est mulieri numerata pecunia: non est numerata pecunia argentum. vides ut sit utraque negatio. Nam et non esse legatam mulieri pecuniam numeratam: et non esse numeratam pecuniam argentum: utraque in negatione sunt posite. quod si auferenda est per assumptionem propositionis consequens pars: quoniam negatio est: non esse numeratam pecuniam argentum: dicendum est argentum est pecunia numerata. quod si in conclusione auferenda est pars praecedens ea: que negatio est. idest: non esse legatam mulieri pecuniam numeratam: dicendum est: Legata igitur mulieri numerata pecunia est. Et secundus quidem modus a consequentibus factus huiusmodi est. Illud tamen est diligentius annotandum: quod superius Tullius cum locorum omnium breviter exempla disponeret: loci huius: qui a consequentibus ducitur: incidentibus secundo conditionalium syllogismorum modo subiecit exemplum. potiusque primo convenit modo: qui non a consequentibus conclusionem: sed ab antecedentibus facit. Ita quippe posuit a consequentibus. si mulier cum fuisset nupta cum eo: cum quo connubium concessum non esset: nuntium remisit: quoniam qui nati sunt: patrem non sequuntur: pro liberis manere nihil oportet. Hic igitur cum queritur. an dotis pars apud virum debeat permanere id quod praecedit assumitur: ut fiat rata conclusio hoc modo. Mulier cum eo nupta est qui cum connubium non fuit concluditur. Quoniam igitur qui nati sunt patrem non sequuntur: pro liberis manere nihil oportet. et ita non est a consequentibus argumentum. quia non id quod consequebatur assumptum est: sed id quod praecedebat. Erat quippe antecedens: nupta mulier praeter connubii ius: sequebatur: cum filii patrem non sequebantur: pro eis nihil ex dote retineri. Sic igitur Tullius pro eo quod est a consequentibus argumentum ab antecedentibus potius dedit exemplum. Potest vero fieri a consequentibus argumentum ita si id: de quo queritur prius ponatur et id: quod assumendum est: posterius hoc modo. Si quid ex dote pro liberis manere oportebit: quia patrem liberi sequuntur: cum eo nupta est mulier: qui cum connubii ius esset. Demo igitur id quod consequitur per negationem ita: sed non est nupta mulier cum eo qui cum connubii ius erat. atque ideo qui nati sunt patrem non sequuntur. Perimitur ergo in conclusione id quod in propositione praecesserat ita. pro liberis igitur manere nihil oportet. Sed de secundo modo ista sufficiant: nihil namque ut arbitror praetermissum est. Tertius modus a repugnantibus longe perspicuus hoc modo. Non si legatum argentum est non est legata mulieri pecunia numerata. Hic namque consequens erat. Si argentum esset omne legatum: pecuniam quoque numeratam fuisse legatam: ut igitur fieret repugnans. huic consequenti interposita negatio est: diximusque. Si argentum omne legatum esset: numeratam pecuniam non esset legatam. quod quia pugnat et falsum est: ad veritatem alia negatione reducitur sic. Non si legatum argentum est: non est legata numerata pecunia: ut si ei affirmationi conveniat: quod dicit. si legatum argentum est legatam esse

pecuniam numeratam. Assumimus igitur huic propositiōi argentum omne esse legatum: ⁊ pseqtur omnem numeratam pecuniam mulieri esse legatam: vt sit forma argumētationis huiusmodi. Non si legatum argentum est: non est legata numerata pecunia. Atqui legatum argentum est. Legata est igitur numerata pecunia. M. vo. T. ppositionem ita formauit. Non ⁊ legatum argentum est: ⁊ non est legata numerata pecunia: sed nos idcirco causalem coniunctionem apposuimus eam: que est si. vt ex quo esset genere talis ppositio monstraremus. Namq3 cōnexo negatione addita fit repugnans. Cōnexum vo nulla re: que vt si cōiūctio posset ondere: quā3 idem efficiat etiam copulatiua cōiunctio. Nam que cōnexa sunt etiam cōiuncta esse intelliguntur ex hoc qd paulo ante diximus. Quod argumentum ex ea propositione pfectum est: que duabus affirmationib⁹ copulata vni ⁊ iuncta negatione insup denegata est. In quibus igitur illud est approbatum: pecuniam numeratā mulieri deberi cum sit argentum omne legatum. Sed nunc quidem ex supra descriptis propositionibus id quod antecedebat assumpsimus: Nunc vo id: quod consequebatur: Nunc autem id qd repugnabat. Hec de explanandis Ciceronis exemplis vt arbitror satis. Illud aūt dubitationem mouere potest. Nā si qs minus callidus ad Ciceronis exēpla respiciat: eundem locum arbitrabitur esse a genere: quē ab antecedentibus ⁊ consequentibus ⁊ repugnātibus eē diximus: Illo falsus errore: q in vtrisq3 locis eodem vtit exemplo. Argenti videlicet ⁊ numerate pecunie: sed diligētius intuenti in eisdem rebus diuersus argumentationum videbitur tractatus esse. Aliud quippe est dicere: cum argēti species sit numerata pecunia: si genus legatū sit: ⁊ spēm esse legatum. qm nūq3 species a genere separat. Aliud est in conditione enumerationem proponere: ⁊ eiusdem partibus assumendis argumentationē varia ratiocinatione formare: vt superius demonstratū est. cū presertim huiusmōi ex consequentibus: antecedentibus ⁊ repugnātibus argumentationes etiā preter genera ac species fieri possint: velut nos superius indicauimus in die atq3 luce. Nā neq3 dies lucis: neq3 lux diei species aut genus est. Sed id tm̄ in his cōsiderari debet: quia posito altero alterū necessaria ratione subsequitur. Differunt igitur loci a genere vl' a specie ab eo loco: qui in conditiōe est constitutus: quoniam illi ex vniuersalitatis ac partis ratione ducuntur. hic autem in cōsequentie ac repugnantie ordine tractatur. Post hec igitur Tullius hypotheticorū syllogismorū modos: cōclusionesq3 dinumerat hoc modo.

Appellant autē dialectici eam conclusionem argumenti: in qua cum primum assumpseris: consequitur id quod annexum est: primum conclusionis modum. cum id quod annexum est negaris: vt id quoq3: cui fuerit annexum: negandum sit. Secundus appellatur concludendi modus. Cum autem aliqua coniuncta negaris: ⁊ his alia negatio rursus adiungitur: Et ex his vnum aut plura sumpseris: vt quod relinquitur: tollendum sit: is tertius appellat' cōclusionis modus: ex hoc illa rhetorum ex contrarijs conclusa: que ipsi enthymemata appellant: non q omnis sententia proprio nomine enthymema non dicatur. Sed vt Homerus propter excellentiā cōmune poetarū nomen efficit apud grecos suum: Sic cum omnis sententia Enthymema dicatur: Quia videt' ea que ex contrarijs conficiatur: acutissima: sola proprie nomen cōmune possedit. Eius generis hec sūt. Hunc metuere alterum in metu non ponere? Eam quam nihil accusas: damnas? Bene quam meritā esse: existimas male mereri? Id quod scis prodest: nihil id quod nescis obest? Hoc disserendi genus attingit omnino vestras quoq3 in respondendo disputationes. Sed philosophorum magis: quibus cū oratoribus illa ex repugnantibus sententijs cōmunis conclusio que a dialecticis tertius modus: a Rhetorib⁹ Enthymema dicitur. Reliqui dialecticorum modi plures sunt: qui ex disiunctionibus constant: vt hoc aut illud hoc autem non igitur illud. Itemq3 aut hoc aut illud. non autem hoc illud igitur. Que conclusiones idcirco rate sūt: q in disiunctione plus vno verum eē nō pōt. Atq3 ex his conclusionibus quas supra scripsi prior quartus: posterior quintus a dialecticis modus appellatur. Deinde addunt coniunctionum negātiam: sic. Non ⁊ hoc est ⁊ illud. hoc autem est. non igitur illud: hoc modo est sextus. Septimus autem. non ⁊ hoc ⁊ illud. nō autem hoc: illud igitur. Ex his modis conclusiones innumerabiles nascuntur: in quibus est tota fere dialectica. Sed ne he quidē quas exposui: ad hanc institutionem necessarie.

¶ Et si multipliciter superius cūcta digessim⁹: nec expositionis indiget repetita totiens disputatio: erit tn̄ opere pretium: si quā breuissime potero. M. T. verbis mediocris lucem cōmentationis interseram. Septem igitur modis hypotheticos enumerans ait. Cum in cōnexis ppositionibus id: qd est primū assumitur: vt cōcludatur scd'm. Primū a dialecticis est primū modum vocari hoc modo. Si hoc est illud est quod dicit hi primum est. qd vo ait: illud scd'm. assumitur ergo q primum est: atqui hoc est. concludit' igit' id qd scd'm est: illud igitur est: velut in his rursus exemplis. Si homo est: animal est assumitur. atqui homo est. concluditur: animal igitur est. Scd'm vo modum ait esse Tullius cōnexis ppositiōibus tertium: in quo cum scd'm negatur: sequit': vt id etiā quod primum est: abnegetur. hoc modo. si hoc est: illud est. Illud autem non est. igitur ne hoc quidē est. In exemplis ita. Si homo est: animal est: animal aūt non est: homo igitur non est. Tullius ita dicit. Cum id qd annexum est negaris: vt id quoq3 cui fuerit annexum negandum sit. scd'm esse modū quasi connexa propositione affirmatiuis partibus iuncta. vniuersaliter aūt rectius diceretur: cum id qd annexum est idest scd'm perimitur: perimi illud quoq3 cui annexum est idest primū. vt si affirmatiuū est id: quod annexum est: negatione perimatur: si vo negatiuū: affirmatione. ⁊ de eo q3 cui annexum est: idest primo idem est: vt si in cōnexa ppositione affirmatur: in conclusione denegat' scd'm nunc propositum Ciceronis exemplum. Si vo negatiua sit ppositiōis pars: in conclusione contraria affirmatiōe tollatur. Tertiū vo modum ait esse Cicero: cum ea que coniuncta sunt: denegantur: ⁊ his alia negatio rursus adiungitur: vt q: si dicamus. Non ⁊ homo ⁊ non animal est. atq3 ex his vnum ponit': vt qd relinquit' auferatur: hoc modo. Ponimus esse hominē dicentes. Atqui homo est. Quod ergo relinquitur. non est animal aufertur atq3 concluditur. animal igitur est. Fit argumentatio hmōi. Non ⁊ homo est: ⁊ non animal. atqui homo est. animal igitur est. Ex his nasci dicit enthymemata ex cōtrarijs conclusa: quibus plurimum rhetores vti solent: atq3 hec enthymemata nuncupantur non q eodem nomine omnis inuētio nuncupari non possit. Enthymema nāq3 est mentis cōceptio. qd potest omnibus inuentionibus conuenire: Sz quia hec inuenta: que breuiter ex contrarijs colligunt' magis cetere acuta sunt ppter excellentiā spēmq3 inuentionis cōmune enthymematis nomen ppriū factū est: vt hec a rhetorib⁹

quasi ꝓprio nōie entimemata vocent̄. Sicut grecis quoqꝫ poeta homer⁹ poeta tantū dicit̄, ⁊ quisqꝫ ex homero aliqd ꝓferret: ita dicere cōsueuit. Hunc verum poeta locut⁹ est et tūc non ali⁹ intelligit̄ preter homerū: nō quo ceteri non sint poete: sed ꝙ excellētia eius cōe nomē vertit in propriū. Fiunt vero hec entimemata hoc mō ex cōtrarijs videlꝫ tertia hūc metuere alterū in metu nō ponere. velut si de lētulo ⁊ cetego: ceterisqꝫ diceretur. Paucos ciues interfici metuis: ne res publica intereat nihil laboras? Cōnexū quippe est ut quicūqꝫ noluerit interire paucos ciues: rēpub. multo magis nolit extingui. Quib⁹ cū interponit̄ negatio: fit ex repugnantib⁹ argumētū. sed hoc breuiter Tulli⁹ enunciauit. nos vero argumētū in syllogismū redigam⁹ a repugnātib⁹ scꝫ ex quo entimemata nasci solent hoc mō. Sit connexū. si quis metuit ciues paucos interfici: is metuit interire rempub. His interponit̄ negatio sic. Si qs metuit ciues paucos interfici: is nō metuit interire rēpublicā. iungitur alia negatio. Nō si qs metuit paucos ciues interfici: nō metuit interire rēpub. Que due negatiōes vni affirmatiōi pares sunt. que dicit. Si qs metuit hoc metuit ⁊ illud. Cui⁹ quidē assumptio est. at metuit hoc. cōclusio sequit̄. metuit igit̄ illud. que tantūdē valet: si negando interroget̄ ita. hoc metuis. illud nō metuis? Sed quia nō totus (ut supra posuimus) in his argumētationibus ponit̄ syllogismus sꝫ ꝓpositio cui⁹ assumptio ⁊ cōclusio note sunt: idcirco entimema dicit̄: quasi breuis animi ꝯceptio. Et in ceteris exēplis idem mod⁹ est. Sed hec quidē Ciceronis similitudo nō tā ex repugnātib⁹ quā ex cōtrarijs argumentū intelligit̄ ꝯtinere. Metuere quippe ⁊ nō metuere ꝯtraria sunt: nisi hec ipsa verbor ꝓlatio a ꝯtrarijs argumētū ad repugnātiā retrahat. Nā ꝙ dicit hūc metuere: alterū in metu nō ponere: tale est ut repugnātia videant̄. Etenim metuere ⁊ nō metuere vere cōtraria sunt. In metu autē nō ponere: ⁊ metuere planione ipsa tam cōtraria quā repugnātia intelligunt̄: licet eadem ꝓbet̄ esse sententia. His adiecit alia rursus exēpla. eā quam nihil accusas: damnas. Huius entimematis talis est integer syllogismus. non si nihil accusas dānas. sed nihil accusas: non dānas igit̄. Venit ergo hoc argumētū ex ea propositione connexa: que ex duab⁹ ꝯponit̄ negatiuis ita. Si nihil accusas: non dānas. Posteriori vero parti detracta negatio est. ⁊ insup tota est ꝓpositio denegata hoc modo. nāꝫ si nihil accusas: damnas: ⁊ ex ea factū est argumentū: quod positūꝫ in interrogatione efficit entimema hoc. quāꝫ nihil accusas damnas? bene quā meritā esse autumas male mereri. huius quoqꝫ entimematis talis ē collectio. Nō ⁊ bñ meritā esse autumas ⁊ male mereri. atqui bene meritā esse autumas. nō male igit̄ mereri. qd̄ entimema ex ꝓpōne cōnexa ꝓficit̄: que cōstat ex affirmatione ⁊ negatiōe. ita. Si bene meritā esse autumas: nō male mereri. Cui⁹ ex posteriore pte dempta negatione: totaqꝫ propositione denegata fiet ꝓpositio. Non si bene meritā esse autumas: male mereri: quod interrogatione deductū facit entimema. bene quā meritā esse autumas: male mereri? Itēꝫ id qd̄ scis ꝓdest: nihil id quod nescis obest? hoc quoqꝫ entimema tali nectit̄ syllogismo. Nā si id qd̄ scis ꝓdest. ⁊ id quod nescis nō obest: atqui id qd̄ scis ꝓdest. obest igit̄ id qd̄ nescis. hoc argumentū ex ea propositiōe cōposita est: que duab⁹ affirmatiōib⁹ iuncta accepit mediā negationē ⁊ insup denegata est. Quod interrogatūꝫ fit entimema hoc modo. id quod scis prodest: nihil id qd̄ nescis obest? Omniū vero supius exēplor illa sententia est. Nam quā quisquā nihil accusat: eā dānare recte nō potest. Et eā quā bene meritā esse autumat. male eandē mereri turpe est. ⁊ si id quod scit quisqꝫ in eā ꝓderit oberit si est contrariū id qd̄ nescit. Hunc vero locū cōem esse oratorib⁹: ac philosophis dicit. Sed apud illos tertiū modū: apud rhetores entimema nūcupari. Reliq inqt modi plures sunt. nā cū tres supius enumerasset modos. adiungens quattuor: plures dixit. Hi sunt in disiunctionib⁹ constitutui hoc mō. aut hoc aut illud. hoc autē. nō igit̄ illd̄. qui est quart⁹ mod⁹ a nobis quoqꝫ supra posit⁹ ita. aut dies est aut nox est. Dies autē est. nō igit̄ nox est. ⁊ sic quod ait Cicero hoc ad precedēs spectat. ꝙ vero ait illud: ad cōsequēs: siue in cōnexis ꝓpositionib⁹ siue disiūctis. item aut hoc aut illud non autē hoc. illud igit̄. Hic quoqꝫ quintus mod⁹ ē velut in his exemplis: aut dies aut nox est. nō autē dies. nox igit̄ est. Quartū conclusionū necessitatē ex eo dicit euenire. quia que in disiunctione sunt posita. mediū nō videntur admittere. ut esse aliud preter eor alterū possit. atqꝫ ideo vno sublato alterū esse: vnoqꝫ posito alterū nō eē cōcludit̄. ꝙ si sit mediū: quod preter alterutrū esse possit: nec vera est ꝓpositio: nec rata ꝯclusio: velut in his: aut albū est: aut nigrū id falsum est. Esse enim preter ea rubrūꝫ pōt. Sꝫ si ponam⁹ esse albū: vel auferam⁹: nō necesse erit nō esse vel esse nigrū. quia rubrū esse: qd̄ est mediū pōt. Deinde inquit Tullius addūt coniunctionū negātiā in disiunctiuis scꝫ ꝓpositiōibus hoc mō. Non ⁊ hoc ⁊ illud. hoc autē nō igit̄ illud. id est nō ⁊ nox ⁊ dies ē. nox autē est. nō igit̄ dies est. Hic igit̄ sextus mod⁹ esse predict⁹ est. Septim⁹ autē est ex eadē veniens ꝓpositiōe hoc mō. Non ⁊ hoc ⁊ illud nō autē hoc. illud igit̄. velut si ita dicam⁹: nō ⁊ nox ⁊ dies est. nō autem nox est. dies igit̄ est. Que propositiōes nisi in disiunctis. medioqꝫ carētib⁹ reb⁹ ratā cōclusionē habere nō poterit. age enim ita dicam⁹. Non ⁊ albū ⁊ nigrū. ponamusqꝫ nō esse album nō cōsequit̄ ut sit nigrū. pōt enim esse qd̄ mediū ē. Huiusmōi igit̄ ꝑ negationē cōiūctionū (ut tullius ait) ꝓpositio si ratas factura est ꝯclusiones in disiunctis rebus: medioqꝫ carētib⁹ accōmodat̄. alias nō erit rata cōclusio. Distat vero ꝓpositio tertij modi a propositiōe sexti ⁊ septimi. ꝙ tertij modi ꝓpositō ex cōiunctis nascit̄. Hec sexti ⁊ septimi ex disiunctis terminis cōsistit: ut in supiorib⁹ patꝫ exēplis. Ex his igit̄ inqt modis cōclusiōes innūerabiles nascūtur vn⁹ enim qlibet hor modor infinitis ꝯclusionib⁹ aptari pt: veluti prim⁹ ac secund⁹ i oib⁹ q̄ sibi cōnexa sunt: qr̄ nullus ē numer⁹. si qs ꝓsequi velet. itēqꝫ repugnātiū infinita ē multitudo: in quib⁹ terti⁹ mod⁹ est vtil̄. itē plura disiuncta sunt in quib⁹ quartus ⁊ quintus ⁊ sextus ⁊ septim⁹ plurimum valēt. Atqꝫ in his inqt oīs fere est dialectica: sꝫ ad topicos locos tres primi modi sunt necessarij: q antecessionē ꝯsecutionē: ⁊ repugnantiā tenēt. Reliq vero cōplende disputationis magis gratia quā q ad hanc institutionē necessarij fuerint videntur adiecti.

Proximus est locus rer efficientiū: q̄ cause appellant̄. Deinde rer effectar ab efficientibus causis: har exēpla ut reliquor locor paulo ant̄ posui: ⁊ qdē ex iure ciuili. sed hec patēt latius. Causar. n. genera duo sunt: vnum qd̄ vi sua id qd̄ sub ea subiectum est certe efficit ut ignis accēdit. Alterū ꝙ naturā efficiendi nō habꝫ sed sine quo effici nō possit ut si qs eo cām statue velit dicere: ꝙ sine eo nō posset effici. Huius generis causar sine quo nō efficit̄. Alia sūt quieta: nihil agentia: stolida quodāmō. ut locus tpo: materia: ferramēta ⁊ cetera generis eiusdē. Alia āt ꝓcursionē quādā adhibēt ad efficiēdum ⁊ quedā afferunt ꝑ se adiumēta: ⁊ si nō necessaria: ut amori cōgressio cām attulerat: amor flagicio. Ex hoc genere cār ex eternitate pēdentium fatum a stoicis nectit̄. atqꝫ ut car cār sine qbus effici nō pōt: genera diuisi: sic etiā efficientium diuidi possunt. Sunt enim alie cause q̄ plane efficiāt nulla re adiuuante: alie que adiuuari velint ut sapiētia efficit sapiētes sola ꝑ se. beatos efficiat: nec ne sola per se: questio est.

¶ Post eū locū qui in cōditione est cōstitut⁹: ꝯsequēs erat is: qui cōsiderabat̄ ex causis. post hūc is enūciatus loc⁹ est

qui in effectis causarum positus argumenta praestabat. Quorum quidem superius .M. T. exempla posuit, nunc eadem latius tractat. Cum igitur Aristoteles quattuor posuerit causas quibus unumquodque constat. Primam quae movendi principium est, secundam ex qua fit aliquid quam materiam vocat. Tertiam eandem ac speciem quae unumquodque format. Quartam finem propter quem quodlibet efficitur. At vero .M. Tullius principalem causarum divisionem facit in eas quae efficiunt aliquid, et in eas sine quibus effici nequeat, ut id quod efficit ad eam causam conferatur in qua motus principium constitutum est. Id vero sine quo non fit aliquid, tum ad intellectum materiae transferatur, vel eorum quae continenti materiae efficientis adiuvant facultatem, tum ad reliquas causas ducatur: ut paulo posterius apparebit. Earum igitur causarum quae vi sua id quod sub eas subiectum est efficiunt tale ponit exemplum ut ignis accendit. Nam accensionis ipsius causa ignis est, et id efficere potest atque illud quod accenditur movet atque permutat. Eam vero causam sine qua id quod faciendum est fieri nequit, ab una eius parte designat, veluti cum dicit aes causam esse statuae quod sine eo statua non possit existere. Haec autem ut per faciendam divisionem clarescet: non ea ipsa est causa sine qua non efficitur, sed pars eius esse monstrabitur. Eam vero causam sine qua id quod faciendum est effici non potest dividit hoc modo. Alia enim eius sunt genera nihil agentia: sola quodammodo ac per se nisi agendi extra motus accesserit immobilia, horum exempla: ut locus, tempus, materia, instrumentum. Omne enim quod fit locum necesse est habere subiectum in quo nisi aliquid fiat: locus ipse immobilis est ad aliquid explicandum. Itemque materia et instrumenta nisi manu moveantur artificis, ipsa naturaliter nihil egerint. Tempus quoque operationi subiectum est: quod si desit, nihil ipsum propriae naturae ratione perfecerit. Atque haec quidem sunt quae nihil per se agunt, sed causae sunt si his efficientis operatio supervenit. Alia vero quae in motu posita praecursionem quandam ad efficientiam ac praeparationem videntur afferre, ut amoris causa est congressio, quae praecessit ut amor flagraret. Ex his inquit causis stoica disputatio fatum connectit. Fatum enim dicunt esse praecedentium causarum subsequentiumque rerum complexionem quandam et cohaerentiae [illegible] coniunctam hoc modo. Ideo profectus est peregre: quia parentum iracundiam ferre non poterat. Ideo parentum iracundiam non ferebat: quia amicae amore detinebatur. Idcirco amabat, quod saepe fuerat ante congressus. Ideo congressus est quia aliquid ut congrederetur praecessit. Itaque ordine praecedentium consequentiumque rerum fatum (ut dicunt) a stoicis nectitur. Item dividit eam causam quae vi sua efficit aliquid in eam quae ad efficiendum sibi sufficiat, et in eam quae extrinsecus adminiculationis indigeat. Sufficit igitur sibi ad efficiendum causa, ut sapientia efficere sapientes per se nullo penitus adiuta solet. Sed haec an sola beatos efficere possit quaeritur: an ei sint extrinsecus addenda quae veniunt vel fortunae bona vel corporis. Itaque eae quae vi sua efficiunt causae aliquid aut tales sunt ac ei sint extrinsecus adiumenta quaerenda: veluti artifici instrumenta quaedam quibus id quod efficiendum est explicet atque conformet. Horum vero omnium quae Tullius statuit in alterutra divisione causarum, illa quidem quae vi sua explicant ea quorum causae sunt, omnia tam per se ad efficiendum valentia quam quae extrinsecus cuiusmodi [?] indigentia, in ea Aristotelicae divisionis causa locabuntur quae est principium motus. Quamquam de sapientia tale causae non conveniat exemplum, sed potius ad rationem formamque contendat. Namque sapientia ratione quadam atque forma efficit sapientes. Earum vero causarum quam Tullius refert sine quibus non fit aliquid, materia quidem tempus et locus, id est ex quo fit vel in quo fit, quae sunt efficientis subiecta naturae: ut uno intellectu comprehendantur, vel materia sunt vel materiae vice supposita. Intra vero eas causas sunt quae ad finem spectant, sed non ipsa finis, quia non finis intra respicit [?] sed hunc finem. Iudicia namque propter aliquem finem parantur. Sed mirum videri potest congressionem amoris causam non inter eas numeravit, quae habent efficiendi vim: sed inter eas posuerit causas sine quibus effici non potest, cum agat aliquid atque moveat. Nam ipsa congressio [illegible] videtur efficere, similisque est ei causae quae ipsa quidem habet efficiendi vim, sed sine adminiculo non potest. Veluti cum [illegible] sapientia sola beatum possit efficere. Sed Macrobius [illegible] has tres differentias causarum quae efficiendi vim habent, cum esse facultatem: ut etiam si adiumentis extrinsecus indigeant, effectus tamen earum ad id spectet quod efficiendum est. At in his quae sunt praecursionis, etiam si eis antecedentibus aliquid existit, non tamen id quod existere intelligitur praecursio principaliter operatur. Sed ista quidem veluti sub quadam occasione parturit, illa vero res quae existere de aliis operantibus nascitur: velut in congressione solitum fieri est. Forsitan enim non propter amorem quisque congreditur. Sed praecedente congressione amor exstitit, quem non congressio principaliter operabatur. Itaque quoniam praeter congressionem amor existere non potuit, recte inter eas causas locata videtur sine quibus non efficitur. Quoniam vero non efficit vi sua, quoniam quidem nec principaliter ut efficiat spectat, sed tamen ea antecedente aliquid existit: recte inter praecursiones, non inter efficientes causas est collocata.

Quare cum in disputationem inciderit causa efficiens aliquid necessario, sine dubitatione licebit quod efficitur ab ea causa concludere. Cum autem talis causa erit, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessaria conclusio non sequitur. Atque illud quidem genus causarum quod habet vim efficiendi necessariam, errorem afferre non fere solet. Hoc autem sine quo non efficitur, saepe conturbat. Non enim si sine parentibus filii esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Hoc igitur sine quo non fit, ab eo in quo certe fit diligenter est separandum. Illud enim est tanquam: Utinam ne in nemore Pelio cecidissent abiegnae ad terram trabes. Nisi enim cecidissent abiegnae ad terram trabes: argo illa facta non esset. Nec tamen fuit in eis trabibus efficiendi vis necessaria. At cum in Aiacis navem crispisulcans igneum fulmen iniectum est: inflammatur navis necessario.

¶ Primae quidem causarum divisio secundum Tullium fuit in eas quae efficerent aliquid, et eas sine quibus effici non posset: atque illud quidem quod efficeret in geminas ut prius est: scilicet in id quod efficiendum aliquid necessariam vim possideret: neque ullius indigeret extrinsecus adiumentis: et in id quod nisi aliis adiutamentis operari atque efficere non posset. Ac primum quidem de ea loquitur causa quae efficiendi vim tenet. Earum enim causarum quae efficiendi necessitas est, statim secum conclusionem connexam trahit. Dicta enim causa quae necessario aliquid efficiat, effectus etiam necesse est consequatur: veluti si solem affulsisse eius diceremus, lucem quoque affulsisse monstrabitur. Aut cum aliquem adesse sapientiam diceremus, sapientem necesse est esse fateamur. At in his causis efficientibus quae extra positis indigent adiumentis non eadem ratio est. Neque enim ut quisque homo causa dicitur, ita necesse est effectum sequi. Non enim homo causa necessario efficit quod vult nisi extra positis auxiliis adiuvetur. Idemque est etiam in ea causa quae ipsa quidem efficiendi vim non habet, sed sine ea non provenit effectus. Nam ut Tullius quoque commemorat: nullam in efficiendis rebus adhibet necessitatem. Atque ideo dicta causa non statim sequitur effectus. Neque enim si congressus est, mox amavit, nec si fuit aes, statuam quoque fuisse necesse est. Ex quo aliarum causarum partitio nascitur. Aliae namque causae sunt necessariae, aliae minime. Non necessariarum aliae sunt efficientes, aliae sine quibus non efficitur. Necessariarum vero causarum conclusio non solet conturbare, ut enim haec causa fuerit dicta, statim in conclusione sequitur effectus. Non necessariae vero quae sunt partim efficientes, quod nunc tacuit, si paulo ante praedixit: non habent subsequentem effectus sui conclusionem. Neque enim si liberi sine parentibus non sunt, idcirco in parentibus efficiendi causa necessaria fuit, cum videamus in hominum esse potestate ne gignant. Ea vero causa quae ipsa quidem non efficit, sed sine ipsa effici non potest, huiusmodi est quemadmodum Enniano versu declaratur. Nisi enim cecidissent abiegnae trabes ad terram, argo illa facta non esset. Ex

trabibus omnemque ergo facta est. sed nulla inerat trabibus necessitas ut ex eis fieret navis. At vero ea causa: que est efficiens: et que in se suam continet necessitatem talis est. Quale cum in Aiacis crispi navim igneum fulmen fulcans iniectum est statim enim accendi necesse est navim: quia ignis accendendi necessaria causa est: et sensus quidem est huiusmodi. Ordo autem paulo confusior est: ait enim hoc modo atque illud quidem genus causarum: quod habet vim efficiendi necessariam: errorem afferre non fere solet. hoc autem sine quo non efficitur sepe conturbat. quod cum dixisset: cumque vel utriusque vel alterius exemplum ponere debuisset: neutro convenientem exemplo similitudinem dedit. Namque cum vel necessariam causam efficientem: vel eam sine qua non efficitur: proposuisset: tertie cause posuit exemplum: que efficiat quidem aliquid: sed non sine extra positis adiumentis hoc modo. Non enim si sine parentibus filii esse non possunt: propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Parentes enim et maxime masculi sexus efficiens causa est: sed non sine femina: id est non sine materia quadam: et ea causa sine qua fieri non possit: cum ipsa vim efficiendi non habeat. itaque nec cause necessarie et efficientis posuit exemplum. nec eius sine qua fieri nihil possit: sed efficientis quidem. non tamen necessarie. sed videtur tacuisse in propositione id: cuius posuit exemplum. ita enim apertius dici potuisset: atque illud quidem genus causarum: quod habet vim efficiendi necessariam errorem afferre non fere solet. hoc autem quod non habet efficiendi vim necessariam: vel hoc sine quo non efficitur. sepe conturbat. itaque sic intelligendum est. quasi ita sit dictum. nam de necessaria causa nullum posuit exemplum. Quod vero subicit: utriusque cause convenit posterius enumeratis: tam efficienti non necessarie: quam eius sine qua nihil efficitur. Parentes namque tam masculini sexus quam feminini esse dicuntur. quorum quidem masculini sexus ea causa est: que efficiat: sed non necessaria. Feminini vero ea: que non efficiat: sed sine qua esse non possit. que cum ita sint discernende sunt cause et providenda necessitas: nec omnis causa premittenda ut subsequatur effectus sed ea tantum in qua est efficiendi necessitas: etiam si extrinsecus adiumenta defuerint.

Atque etiam est causarum dissimilitudo quod alie sunt ut sine ulla appetitione animi: sine voluntate: sine opinione suum quasi opus efficiant: velut omne intereat quod ortum est. Alie autem aut voluntate efficiunt: aut perturbatione animi: aut habitu: aut natura: aut arte: aut casu. Voluntate ut tu cum hunc libellum legis. perturbatione: ut si quis eventum horum temporum timeat. habitu ut qui facile et cito irascatur. natura ut vicium in dies crescat. arte. ut bene pingat. Casu ut prospere naviget. nihil horum sine causa. nec quicquam omnino. sed huiusmodi cause non necessarie.

¶ Facit aliam rursus causarum divisionem ita. Causarum enim alie sunt que sua quadam vi sine appetitione: sine voluntate: sine opinione: unum atque eundem efficiendis rebus ordinem tenent. ut est interire omnia: que orta sunt. Nam quia ortum est idcirco etiam necesse est interire. nec tamen ipse ortus ut cetera intereant: vel appetitu aliquo vel voluntate: vel opinione efficit. sed ita est ab eterno rerum status: ut quicquid ortum est. quia accepit esse. aliquando etiam esse desistat. Item alie sunt cause: que aut in voluntate: aut in perturbatione animi: aut in habitu: aut in natura: aut in arte: casu ve consistunt. Voluntate: ut si querat aliquis cur Trebatius librum legat. respondebitur. quia legendi voluntas est. Perturbatione animi: ut si quis timore pallescat. aut urbem fugiat bellis civilibus conturbatus. Habitu: ut si idcirco Trebatius facile de iuris ratione responderit: quoniam multo usu constantem civilis scientie habitum tenet: vel si quis idcirco irascatur facile: quia eius animus per iracundie habitum efferatus est. Natura ut si quis idcirco dicatur irasci: quia naturaliter iracundus est: ideoque ei in dies vicium crescat. Arte: ut si idcirco bene quisque pingat: quia eius artis peritus esse proponatur. Casu ut que in nostra potestate nullo modo sunt: fiunt tamen: velut in marito presertim tempore prosperitas navigandi. atque horum omnium nihil causa vacuum est nec quicquam est in rebus. quod non aliqua causa perficiat. Omnia enim que fiunt: habent aliquam rationem: cur facta sint. quam si quis reddere possit causam quoque reddiderit. Idem enim est causa propter quam unumquodque fit. Omnes vero cause: que vel ex voluntate: vel perturbatione animi intelliguntur: ad eam causam pertinent: que est movendi principium: ut in Aristotelica diximus divisione. Hec enim ut aliquid efficiatur: movendi principium sunt: at in arte vel habitu vel natura illa causa est: que in ratione consistit. Species enim ac ratio uniuscuiusque efficiende rei in arte et habitu et natura posita est. Casus vero exterior causa: nec inter principales annumeratur secundum Aristotelem. Secundum vero Marcum Tullium casus est latens effecte rei causa. quod quale sit paulo posterius designabitur.

Omnium autem causarum in aliis inest constantia: in aliis non inest: in natura et in arte constantia est. In ceteris nulla. Sed tamen earum causarum: que non sunt constantes alie sunt perspicue: alie latent. Perspicue sunt: que appetitionem animi iudiciumque tangunt. Latent: que subiecte sunt fortune. Cum enim nihil sine causa fiat: hoc ipsum scilicet fortune eventus obscura causa latenter efficitur. Atque etiam ea: que fiunt partim sint ignorata: partim voluntaria. Ignorata que necessitate sunt. voluntaria que consilio. Que autem fortuna vel ignorata: vel voluntaria. Nam iacere telum voluntatis est. Ferire quem nolueris: fortune. Ex quo aries subicitur ille in vestris actionibus: si telum manu fugit magis quam iecit. Cadunt etiam in ignorationem atque imprudentiam perturbationes animi quem sunt voluntarie obiurgatione enim et admonitione deiciuntur. tamen habent tantos motus: ut ea que voluntaria sunt: aut necessaria interdum: aut certe ignorata videantur.

¶ Rursusque causarum divisionem aliam claram ac perspicuam prodit. Causarum namque alie sunt constantes: alie vero inconstantes. Constantes sunt: quarum non fere variatur effectus. Inconstantes vero: que huc atque illuc facilioribus mutationibus transferuntur. Omnia igitur: que ex natura atque arte descendunt: constantia sunt. Natura quippe atque ars suum semper opus efficiunt: nisi subiecte materie obsistat incertum. Nam quod unus idemque artifex ex eadem sepe materia: non admodum similes statuas format: non est hec in arte varietas. Sed tum in artificis manu: que integritatem artis assequi non potest: tum in ipsa materia: que efficientie atque forme non equaliter cedit. Idem est in natura. servat namque constantiam suam cum hominem format ex homine. Itaque similia in ceteris ex similibus gignit. ut cum monstruosum aliquid effert: non nature vicio: sed materie potius applicatur ex qua id quod efficere contendebat: non ita potuit natura explicare. sed inter constantes causas habitus quoque debuit adiungi. Nam quod ex habitu cuiusque fit: id constans: nec mutabile esse solet. Quandoquidem idcirco habitus dicitur: quia diuturnitate habendi in nature similitudinem vertitur. Sed fortassis illud tullius vidit: quod natura atque ars non tam in effectibus constantes quam in propria ratione esse intelliguntur: interdum enim ut quod ars ac natura delinquit: materie sepius imputetur. ha

bitus vero ipse cõsuetudine quadã collectus ẽ: qui non rõ
ne aliquid ꝗ propria constãtia. sed vsu facit: atqꝫ idcirco for
sitan habitũ: qui inter cetera preter artẽ vel naturã videba
tur esse cõstantior: a causis constantibus segregauit. Ex ve
ro que nõ sunt constantia: in ea diuidit que sunt perspicua
ꝛ in ea que latent. Perspicua sunt: que ab animi quodlibꝫ
motu vel appetitione vel iudicij ratione profecta sunt. La
tent vero: que fortune subiacent. Nã quia non ignorat ani
mus: in quã partem declinet: qui tam et si boni aliquando
iudicium: nunquã tamen eius rei quam efficit: notionem
relinquit: preter eos qui funditus mente capiũtur: ꝛ in q
bus iam nulla volũtas est: necesse est nota esse: que ex vo
luntate vel animi iudicio fiunt. Fortuna vero atqꝫ casus sp
ignotus est. Cuius quidẽ natura eque incerta est: atqꝫ ea:
que ipsis casibus fiunt. Sed mar. tullius diffinit esse ca
sum: euentũ causis latentibus effectũ: que nõ videtur inte
gra diffinitio. Quid enim si adhuc lateret quibus causis so
laris defectus ꝛ lunaris cõtingeret: num idcirco casu ac for
tuna fierent: que constantibus celi motibus administran
tur. An casus quidem putarẽ ab is: qui defectus rationẽ
reperire non possent. per se autẽ consideratus nullo quidẽ
modo esset casus. Sed mar. tullius nõ qui videretur esse
casus is: qui eius naturã minime pspexissent sed quid om
nino fortune euentus esset: diffinitionis ratione mõstra
bat. Euentũ vero latentibus causis Cicero casum esse ita
concludit. Cum omnia certis de causis fiant: quorũ ratio
cognoscitur: eorum euentus casu fieri non putatur. sed pu
tatur aliquid fieri casu eorum: quorum causa nulla ratiõe co
gnoscitur. Ex quo venit ut fortune sit euentus: qui latenti
bus causis efficitur. Hic igitur in rebus quidẽ ipsis cõstã
tiam ponit: casum vero non re: sed opinione metitur. Quo
fit ut si alter effecte rei nouerit causam: id quod accidit non
sit fortune euentus. Idem tamen fortune euentus sit: si ra
tionem alter ignoret. Quod vero omniũ rerum causas esse
dicit: non determinat quales. atqꝫ ideo nec de fortuna ipsa
quorum euentuum causa sit: monstrat. Nec me sic͛ bomi
num mentes arrogantie notent: ꝙ velut affectata auctori
tate tullianis sententijs impugnem: cum aduersus eas a
liquid videbitur non nostra: sed ab antiquissimis tractata
compensem. ꝙ si nostra quoqꝫ diceremus: oporteret tamẽ
eos non personarum vetustatem: sed eorum que proponũ
tur considerare rationem. nec odisse potius, que aduersus
magni nominis viros dicuntur: quã cõtraria si possent ar
gumentatione reuincere. Nam si eis Mar. tullius in dif
finitione rerũ nimiũ placꝫ: que nam est inuidia nos quoqꝫ
Aristotelicã rationẽ probare? ꝙ si intemperanter molestissi
mi esse pergũt: audiant. M. tul. secundo tusculanarũ di
sputationũ libro adhortantẽ potius atqꝫ ad certamen vo
cantem hoc modo. Sed tamen tantũ abest: ut scribi contra
nos nolimus: ut id etiam maxime optemus. Ipsa enĩ gre
cie philosophia nunquã in honore tantum fuisset: nisi do
ctissimorũ contentionibus. dissensionibusqꝫ creuisset. quã
ob rem hortor omnes: qui facere id possunt. ut eius quoqꝫ
generis laudem iam languenti grecie eripiant: ꝛ transferãt
in hanc vrbem: sicut reliquas omnes: que quidem erant ex
petende: studio atqꝫ industria sua maiores nostri transtule
re: ꝛ rursus nos: qui sequimur probabilia: nec vltra quã
quod verisimile occurrat: progredi possumus ꝛ refelli sine
pertinacia ꝛ refellere sine iracundia parati sumus. quocirca
que malum ratio est ipsius. Mar. tul. voluntatem iudici
umqꝫ conuellere: cum eiusdem contra nos sententijs atqꝫ au
ctoritate nitantẽ. sed si cui cõmẽtarios nostros inspicere va
cuum fuerit. sciat hec nos ex Aristotelis secundo phisicorꝫ
volumine aduertisse. que tam ꝛ si altioris philosophie di
sputationes tangũt non est tamẽ studijs inuidendũ. si re
toricis quoqꝫ ac dialecticis disputationibus admiscẽ͛.
que sunt profundiora nature. neqꝫ pigrescere ac dilassari ani
mos dignum est. quos intentiores ac vegetos ipsa rerum
ambiguitas ꝛ variarũ cognitio speculationũ debent effice
re. cum presertim ea librorũ natura sit: ut ad legendũ studĩ

osos teneat: nullũ cogat ignauũ. Dicamus igiẽ quid euen
tus sit fortune: vel quarũ rerum fors causa esse dicaẽ. Om
nia igitur fiunt vel immutabiliter: ac semper ut ꝙ sol orit
vel sepius: ut ꝙ equus quadrupes nascitur: vel raro: ut si
equus cũ quinqꝫ vel tribus pedibus procreeẽ: vel eque ut
in quibus faciendarũ rerũ nihil interest: quo potius volũ
tatem vergamus. atqꝫ illud quidẽ quod semp fit: nihil hꝫ
oppositũ: quod vllo modo aliter fiat. Id vero quod sepe cõ
tingit habet aduersum id quod rarius euenit. neqꝫ enim se
pius fieret: ac nõ semp: nisi diuersum raro quidem: sed ali
quãdo cõtingeret. Quod igiẽ ex fortuna fit: in sempiternis
nõ est. Quis enim casu solẽ dicat oriri? ne in his quidẽ: q
frequẽtius fiunt. Nullus enĩ casu equũ dixerit eẽ quadru
pedem. Nec vero in is: que fieri equaliter solent. Nã que
voluntaria sunt: nõ videnẽ esse fortuita. Restat igiẽ ut in
his fortune euentus sit: que rarius fiũt. Eorum vero que fi
unt: partim finẽ aliquẽ spectãt: partim minime. Quis. n.
finis esse potest. si manũ extendã si genua complicẽ. atqꝫ ali
quid iacens humi tollam: quod nullis vsibus applicem?
At vero ea: que aliquẽ finem spectãt partim voluntatis sunt
partim nature. Voluntatis ut si quis idcirco domo egre
diatur ut videat amicũ. Nature: ut quod in animalibus.
Omnia que ab ea fiunt certã animalis respiciunt vtilitatẽ
atqꝫ ad huius salutẽ. conseruationẽqꝫ omniũ membrorũ
momẽta sunt constituta. Casum igitur ac fortuitos euen
tus in his esse ponimus: que cũ rarius fiant: in is tamẽ p
accidens eueniũt: que propter aliud fiũt. Veluti quis egres
sus domo ut amicũ videret preteriẽs cadẽte desup lapide
ictus est. id igiẽ quod euenit. in rariore causa ponendũ est.
accessit vero ei voluntati: que certũ respiciebat finẽ. Ea vo
fuit domo egrediendi causa: ut amicũ viderꝫ. Rursus: quia
lapis naturaliter grauis est: grauitas vero terrã petit. Ca
sus quidem lapidis propter aliquid naturaliter factus est
Ad id enĩ lapidis natura tendebat: ut in suũ locũ pondus
veniens cõquiesceret. Sed huic naturali intentioni accidit
id. quod rarius euenit. ut caderet: quo fit ut sit fortuna
vel casus causa p accidens rarius euenientiũ in his rebus
que propter aliquid fiũt. que cum ita sint: cũqꝫ diffinitio Ari
stotelica a Tulliana plurimũ discrepet: illud tñ in vtrisqꝫ
constat id quod fortune subiectũ est: incertis casib' semper
esse suppositũ. Nã licet in his rebus sepe fortuna suas ex
periatur act': que voluntarie sunt: ꝛ ad aliquẽ finẽ referũ
tur: extra tamen accidit quod fortune est. nec ab eo fine ve
nit: quem sibi animus ante perstruxerat. Sed cum Cicero
diuisisset causas in eas: que perspicue sunt: ꝛ in eas que la
terent. Cumqꝫ eas que pspicue sunt: diceret eẽ. que appe
titionẽ animi: iudiciũqꝫ tangerẽt: manifestũ est eũ vel ar
tem: vel voluntatẽ: vel perturbationẽ: vel habitũ in his
causis ponere: que pspicue sunt. Volũtas quippe atqꝫ ani
mi perturbatio in appetitione ponĩ. Sepe enĩ perturba
tione aliquid appetimus: artẽ vero vel habitũ in iudicio
arte namqꝫ iudicamus. habitus vero ad vtrũqꝫ pertinet.
Nã ꝛ volũtates cõsuetas mitigat: ꝛ multo vsu peritiaqꝫ fit q̃
dam cõstantia iudicandi. Casum in nõ perspicuis posuit.
De natura incertũ est: vtrũ inter pspicuas: an inter latẽtes
ipsam naturã collocet. Nã si inter latentes. ipsam naturam
casum videreẽ putare. Cui' opinionis nulla rõ est. Qꝫ si
inter pspicuas: que nã appetitio aĩ: vel iudiciũ in natura ẽ
Neqꝫ enĩ appetẽdo aliquid vel iudicãdo faciat natura: ni
si forte quĩ et ipsa sepe habilitas quedã mẽtis ꝛ corporis est
[illegible]. Que habilitas ad vnã quamqꝫ rem adiuuat voluntatẽ
id enim maxime volumus: ad qð habiles sumus. Natura
inter pspicuas causas poniẽ. que iudicio quoqꝫ coniũcta ẽ
ut si naturaliter sano quisqꝫ iudicio præditus est: ꝛ appetitio
ni etiã si naturaliter aliquid anim' petat. his adiungit alia
causarũ diuisionẽ. Ait enĩ alias causas eẽ voluntarias: ali
as ignoratas. voluntarias eas: quecunqꝫ ex iudicio veniunt
animi. Ignoratas in quibus necessitas domina est. id est
in quibus aut ea nõ volumus. aut ne si velimus quidẽ
aliter facere possum' ut in natura atqꝫ casu. Necessitatem.

quasi nature grauia deorsum feratur. necessitate licet factum dicimus. ut aliquis ignorās iacto trās'piciē lapide preteriētem hominē peremerit. que necessitas talis est. nō quo aliter fieri nō potuisset. nisi ut lapide iacto periret. sed q: voluntas defuit: z non idcirco: que voluit fecit. Prior vō necessitas talis est: in qua nulla volūtas est: vel ea: que est: ne id quod cupit efficiat: validiore necessitate cōstringit. Nam cum lapis deorsum propria grauitate deponit: nulla voluntas est. sed tantū nature necessitas. at si homo deorsum cadat: est quidē non cadendi volūtas: sed ferri quo nō vult validior nature causa cōpellit. Volūtatē vero a fortuitis euētibus vno eodēqz aptissimo secreuit exēplo: veluti si telum manu iaciat: nolen sqz feriat pteretiuntē. Nā iecisse ex voluntatis pricipio nascit. Idcirco eni iecit: quia voluit. Ignorauit vero q pteriret. neqz eni iaceret: si se pcussurū preuidere potuisset. Neqz iecit: quia voluit percutere. Si autē non ignorasset non pcutere potuisset. Unde etiā machinamentū quoddā atqz defēsio in iurisperitorū responsionib' inuenit. hoc modo. Si telū manu fugit magis q̄ iecit. Nam si quis cedis accuset. optima solet esse defensio. Si alia si supparit fugisse manu telum: z magis q̄ voluisset iecisse: ut si volūtati: que pdēnat in culpis: sed ignorātie factū tribuat. De pturbationib' animor paulo cōfusius iudicatū ē. Dubitari enim potest: ex voluntate an necessitate an ex ignorātia venerit: quod perturbatiōe peccatur. vident enim esse voluntaria peccata. qm qui perturbat' est appetit aliquid: aut fugit. sed in hoc perturbatio ei' apparet q nō fugienda vitat: z nō appetenda nimiū exoptat. Porro autē: quoniam in pturbationib' sunt cōfusa iudicia. neqz eni aliter id qd fugiēdū est sepe appetūt pturbati nisi obcecato: obscuratoqz iudicio. qd vō fit a cōfusiōe sepe tale ē: ut nollet admisisse q fecit z euenit: ut si int volūtarias: sz int ignoratas vl necessarias cās alor pturbatio sit. In tm̄ vō q pturbat' ē: a vera discretione discedit: vt in eam possit sepe recta bn̄ cōsulentiū admonitione reduci. Quo fit vt alor pturbatio sine a causis voluntarijs segreget: z aut in ignorantia: aut i necessitate ponat. Nā q sit tn̄ hn̄t tantos motus: vt ea q̄ voluntaria sunt: aut necessaria interdū: aut certe ignorata videant: ita intelligendū est: qm oīs animi passio iudicium turbat. Cōfundit vō rectam discretionē si acrior fuerit: quā vt rōnis retinaculis temperet. z fit quedam ex pturbatiōibus veluti violenta necessitas: vt dubiū sit vtrū is q aliquid pturbatus aīo facit: ignorās faciat. veluti cum casu ignorans delinquit: cum futur nō pundet casum: an sciēs faciat: sed necessitate ducat. Qd igit dixit aut necessaria eē aut ignorata: z diuisit a necessarijs ignorata: non pugnat cū id qd supius dixit ea que ignorata sunt esse necessaria. Nā id qd est ignoratū ita quodāmodo diuidit. Ignoratorū alia quadā necessitate fiunt: dū aut nulla voluntas est: aut ea q̄ est necessitati nequit obsistere. Alia casu cū in his faciendis: q ignorant: nulla voluntas est. q igitur dixit pturbationes animi aut in necessarijs causis poni: aut in ignoratis: id sine dubio sensisse intelligit: pturbatiōes animi: aut in his esse ignoratis in quibus ea necessitas est: vt voluntas obstare non possit: aut in his in qbus nulla volūtas est: sed sit delictum cecitate iudicij: velut in his qui imoderatiue amoris cupiditati deseruiūt: aut enim cōfuso iudicio ab honestate discedunt: z dum quasi bonū appetūt: in malū decidunt ignorantes. atqz ita in casu quodam atqz errore ponit amor imodicus. aut nouit qdem qd appetit esse vitandū sz maioris actu cupiditatis impellitur: atqz inter ea necessaria ponitur que aut non habent voluntatem: aut eam ita infirmam ac debilem: vt nullo modo validioribus passionibus obnitatur.

Eiusdem Boetij in Ciceronis Topica Cōmentarior Liber sextus.

f Ore quosdam Patricii Rhetor peritissimenon dubitauerim: qui hunc in Topicis altiorem ex philosophia tractatum varie obtrectatione reprehendant: quia inter logicam disputationē physicam interposuit. Hi vero sunt: vel quibus hoc totum philosophari displicerat: vel qui in argumētor locis naturales admisceri causas oportuisse non existimēt. sed ōtra priores quidem: z a. M. T. z ab ipsa quodāmodo humana rōe: q in motu posita aliqd semp inqrit atqz amore sciē neqz decipi patit: neqz vllo mō a veritatē rōne traduci: sepe multūqz responsum est. His vō qui sequestrādas ab oratoria facultate phie disciplinas put'ent: ridendō breuit cēsuimo. rōe quidē repiri qd pōt. sed id melius atqz facilius artifex faciet: si in opere ōstruendi artis facultatē atqz elegantiam cōparet. In argumentis q̄z idem eē manifestū est. vt nāqz naturalis ingenij argumēta pmunt. Sed ars facultatē imitata nature viam quādam rōnemqz repit: qua id effici facilius ac melius possit. In qua re illor necesse est repbēdat error: qui rhetoricā facultatē naturalē esse dixerunt: qm qlibet totius artis alienus z intendere in alter crimen: z sese purgare solet: z argumento aliqd pbare ōtendit. Reprehendendi que sunt qui eandē facultatē in sola arte positam eē dixerūt. Oportuit enim eos aiaduertere. Omnē qdē artē sui materiā effectus ex natura suscipe: sed in ea tn̄ rōne ppria facultatem elegantiāqz experiri. Hec itaqz que artiū ratio perficit: ab imperitis etiam fieri: vt cūqz ōtigerit pōt. Bn̄ aūt ac facile nemo efficit nisi artis rōne fuerit instruct'. Cū igitur totius opis hec sit intētio: vt argumēta q̄ ōfusa z velut clausa natura suppeditat: artificialiter vestigent: qd sit p qd efficere id qd pmittit ars valeat: sub exempli notatōe demonstrat. vt eni facilius argumēta repiant: illa res efficiet: si demonstrent loci in qbus argumēta sunt collocata. Et enim vt si quis aliqd querat facilius id inuestigare possit atqz inuenire si locus ei mōstret vbi sit positū id qd inquirit. ita etiam cum quis argumentum inuenire conatur: si ei locus vbi argumentum sit positum declaretur: facili' argumentum quod querit valeat inuenire. ita enim Aristoteles z ita Tullius appellat eas sedes in quibus argumēta sunt collocata. id est locos qui ab Aristotele Topica vocati sunt. Sed quoniā de sedibus argumētor loqmur hi cuiusmodi sint paulo altius expediamus. Locus enim non vno modo intelligit. Ac relinquamus quidē eos locos: quos victorinus frustra: atqz incōuenienter interserit velut eos: qui corpora cōcludunt. Ac simpliciter intelligamus eos locos argumentor esse: qui intra se continent argumenta. in quibus exponendis posterius quid sit quod dicimus clarius apparebit. Nunc cōmuniter de tota locorum ratione deqz argumentatione: ac de questionib' z propositionibus earūqz terminis videtur esse tractandum. Ac primū quoniā locus qui tractatur in topicis: non cuiuslibet rei: sed tantum locus est argumenti. Exposito prī' argumenti intellectu deinceps de loci ratione tractabimus. Diffinit igitur Tullius argumentum hoc modo. Argumentum est ratio: que rei dubie faciat fidem. Sumpsit igitur rationē ut genus. Omnes enim iniuriosi sunt: qui orationis virtutem a sapientie ratione seiungunt: aliamqz eē dicendi artem velint. aliā intelligendi. Nam si nihil oratiōe aliud agimus nisi internus cogitata vulgamus: que malū ratio est orationis eleganciā a sententiarū grauitate seponere. que porro sententiarū grauitas esse potest sine earum rerū de quibus dicendū ē comphensione. que vero alia disciplina naturā proprietatemqz rerū omniū docet: vel que omnino eorum que intelligi possunt scientiā profitet. Nisi hec tantum ex qua nos pauca presumpsim' philosophia: q longe aliter de his ipsis in proprio sapientium tractatu disputare solet. Neqz ita cursim ut nos: que si ut in illorum libris solet prolixius disserenda sumpsissem: que sunt in

sentientium hominū temeritatē protectus suos culpare vo lentium quibus preceptoribus ꝓfecerent: si studiosi potius quā querculi esse mallent. Sed his contentionibꝰ neqꝫ an tiqua caruit etas: nec nos ita delicati sumus: ut quibꝰ pa tientia doctissimorū hominū sepius obstitit: ferre nolimꝰ cum ⁊ pluribus prodesse possimus ⁊ sapientum iudicia consequamur. ad quem finem hic noster labor ⁊ totius ope ris summa contendit. Sed hec hactenus. nunc suscepte ex positionis ordinem persequamur.

Toto igitur loco causarum explicato: ex ea rum differentia in magnis quidem causis vel oratorum: vel philosophorū magna argumē torum suppetit copia: in vestris autem si non vberior: at fortasse subtilior: priuata enim iudi cia maximarum quidem rerum. In iuriscōsul torum mihi videntur esse prudentia. Nam ⁊ adsunt multum: ⁊ adhibentur in consilia: ⁊ pa tronis diligentibus ad eorum prudentiam cō fugientibus hastas ministrant. In omnibus igitur iudicijs: in quibus ex fide bona est addi tum primus causaruꝫ vsus est. ut inter bonos bene agi oportet. In primisqꝫ in arbitrio rei vxorię: in quo est quid melius: ęquius: parati esse debent. Illi dolum malum. illi fidem bo nam. illi ęquum bonum. illi quid socius socio. Quid eum qui negocia aliena curasset: ei cu ius ea negocia fuissent. Quid cum qui man dasset: eumue cui mandatum esset: alterum al teri prestare oporteret. Quid virum vxori. qd vxorem viro tradiderunt. Licebit igitur dili genter cognitis argumentorum locis: nō mo do oratoribus ⁊ philosophis: sed iuris etiam peritis copiosę de consultationibus suis di sputare.

¶ Diuiso causarum loco atqꝫ ordine suis partibus distri buto: de loci eiusdem facultate: quibusqꝫ vberius qbusqꝫ angustius accommodetur: vti sępe Ciceroni mos est: disse rit. Primuꝫ enim inquit oratoribus ac philosophis quo rum in disputationibus larga materia est: multa ex causa rum loco argumentorum suppetit copia. Cōmunis quip pe oratoribus ac philosophis hic locus ē: prospicitur qui est a causis. His naturas rerum quod est philosophię pro prium: illis ꝙ oratorię facultatis est facta probantibꝰ. Nā ⁊ cum res quęlibet queritur: eius causę ⁊ philosophis ve stigari solent. Quibus premissis ut superius dictuꝫ est co mitatur statim quod concludenduꝫ est. ⁊ oratores ad suspi tionem mouendam detergendamue factorum causas reg runt. Hoc quippe stabile in hominum mentibus manet: quod neqꝫ factum neqꝫ res vlla preter illam omniuꝫ prin cipem naturam sine proprijs causis possit existere. quo fit ut vberrimus causarum vsus sit in rhetorum orationibꝰ: philosophorumqꝫ tractatu. sed ut hunc libellum Marcus Tullius scribens pleraqꝫ omnia Trebatio dedisse videa tur. Hunc locum iuris quoqꝫ consultis attributum esse de monstrat dicens. ⁊ si non tam vberes oportunitates habe at hic locus in iurisperitorum responsionibus: subtiliꝰ ter te atqꝫ acutius pro ipsius artis natura tractari potest. sꝫ vbertatem quę deerat: subtilitate quę poterat inesse com pensans. Habent enim etiam ipsi proprium campum in quo eorum virtus possit enitere. Est enim iurisconsulto rum prouincia priuatarum questio causarum: maximeqꝫ in illis negocijs hic causarum locus examinabitur: in qui bus bonę fidei iudicia nectuntur. In is eniꝫ qui fuerit ani mus contrahentium queri solet. qui deprehendi vix pote rit: nisi precedentibus causis intelligatur. In is igitur iu dicijs in quibus additur: ut ex bona fide iudicēt: id est vbi ita iudices pantur: ut non strictas inter litigantes stipu lationes sed bonam fidem querant. Plurimus causarum vsus est additur ut inter bonos bene agi oportet. conside rantur mores inquiruntur consilia. Statuitur quibus quidqꝫ de causis administratum sit. In primisqꝫ in iudi cio vxorię rei vberrimus causarum tractatus est. Est au tem iudicium vxorię rei. quotiens post diuortium de do te contentio est. Dos enim licet matrimonio constante in bonis viri sit: est tamen in vxoris iure ⁊ post diuortium velut res vxoris peti potest. Quę quidem dos interdum his conditionibus dari solebat: ut si inter viruꝫ vxoremqꝫ diuortium contigisset: ꝙ melius ęquius esset: apud viruꝫ remaneret: reliquum dotis restitueretur vxori. id est ut qd ex dote iudicatum fuisset melius ęquius esse: ut apud virū maneret: id vir sibi retineret: quod vero non esset melius ęquius apud virum manere: id vxor post diuortium reci peret. In quo iudicio non tantum boni natura spectari so let: verum etiam comparatio bonorum fit: ut non tā quod ęquum: sed melius ęquiusqꝫ est id sequenduꝫ sit. Quę om nia ex precedentibus causis inuestigari solent. Nam si vi ri culpa diuortium factuꝫ est: ęquius melius est nihil apd̄ virum manere. Si mulieris est culpa: ęquius melius est sextans retineri. In hisqꝫ omnibus peritissimi iurisconsul ti esse debent. quo fit ut Trebatium quoqꝫ hortetur ad stu dium. Multa enim esse dicit quę eorum operam expectēt. illi enim inquit dolum malum. illi bonaꝫ fidem. illi ęquū ⁊ bonum. illi etiaꝫ quid socius socio prestare debeat. quid is qui alienum in se gerendum sponte negocium suscepis set: ei cuius id negocium fuerit. quid is qui mandauerit ei cui mandauerit suorum negociorum actiones. quid vir vxori. quid vxor viro tradiderunt. quę omnia ad posterio ra causę sunt atqꝫ exinde iudicia sumuntur. idcirco eniꝫ ver bi gratia quodlibet illud iudex pronunciare debet in vxo ris ac viri causa. quia virum hoc prestare oportet vxori. idcirco etiam mandator ei cui mandauerit: obligatus esse iudicandus est. quia inter mandatorem susceptoremqꝫ ne gocij illud est obseruandū. omnia quoqꝫ quę quisqꝫ alte ri prestare debꝫ ea in tractandis iudicandisqꝫ negocijs cau sę sunt. quocirca rectę concludit diligenter cognitis argumē torum locis ⁊ oratoribus ⁊ philosophis ⁊ iurisconsultis argumentorum copiam nō defuturam.

Coniunctus huic causarum loco illę locus est: qui efficitur ex causis. ut eniꝫ causa quid sit effectum indicat: sic ꝙ effectum est: quę fuerit causa demonstrat. hic locus suppeditare solet oratoribus ⁊ poetis: sępe etiam philosophis. sꝫ is qui ornate ⁊ copiosę loqui possunt: mirabi lem copiam dicendi: cum denunciant quid ex quaqꝫ re sit futurum. Causarum enim cogni tio cognitionē euentorum facit.

¶ Omnia quę ad se referuntur rectę dicuntur esse coniun cta. ipsa enim relatio rerum efficit coniunctionem ꝙ si cau sa alicuius causa est: non alterius nisi sui effectus est causa. itemqꝫ si est aliquis effectus: ex causarum principijs ve nit. iurę igitur ab effectis locus: causarum loco debet esse coniunctus. quoniam vero semper quę ad se referunt̄ ęqn tur: necesse est: quę vbertas sit causarum: eadem quoqꝫ sit effectorum. Quoniam enim causa preter effectum esse non potest: cum sit causa semper effectum: necesse est ut ex euen tibus quoqꝫ atqꝫ effectibus plurima argumenta suppe

Eiusdem de differentijs Topicis liber primus.

OMnis ratio disserendi quã logicen peripate
tici veteres appellauerũt: in duas distribuitur
partes: vnam inueniendi. alteram iudicandi
Et ea quidem pars quę iudiciũ purgat: atqꝫ
instruit: ab illis analyticę vocata est: a nobis
potest resolutoria nuncupari. Ea vero quę inueniendi facul
tatem subministrat: a grecis topicę: a nobis localis dicitur
Ac de illa quidem parte quę iudicandi magistra est: alias
disputabitur. Nunc vero consilium est aperire qui sint loci:
et quę eorum differentię et qui etiam quibus apti sint syl
logismis. Nec id simpliciter atqꝫ vniformiter videtur esse
faciendum: verum duplex est tradenda partitio: vna quidem
a grecis voluminibus eruta. Altera vero ex. M. Tullij to
picis sumpta. Atqꝫ in his illud ad perfectionem specula
tionis est astruendũ: vt quibus vtraqꝫ modis diuisio dif
ferat: quibusqꝫ conueniat explicetur quoqꝫ modo altera al
teram vicissim possit includere. et nunc quidem non in singu
lis immorabimur: sed de tota diuisione cõmuniter disseremus
Locorum tamen ex quibus argumenta nascuntur diffinitio
nes: exempla differentiasqꝫ colligentes. Singula vero pro
qualitate operis diligentius in his. viij. voluminibus ex
pedita sunt: quibus Aristotelis topica in latinam vertimus
orationem: vel his. vij. quibus. M. Tullij Topicis luce
plenę expositionis insudimus Illic igitur cuncta sunt pro
prijs atqꝫ enodatis partibus expedita. Hic vero quę alias
per membra patefacta sunt: cõmuni speculatione tractant
Nec dialecticos solũ locos: sed etiam rhetoricos quę hi in
ter se atqꝫ a dialecticis differant: cura est exequendi: vt om
nibus vndiqꝫ locis plena consideratiõe propositis eorũqꝫ
differentijs inter se et cõitatibus pernotatis et argumento
rum copia comparetur et locorum clara possit esse distinctio
Ut igitur cuncta perspicuis rationibus consistant: paulo al
tius ordiendum est. ¶ Propositio est oratio verum fal
sumue significans: vt si quis dicat celum esse volubile. hec
et enunciatio et proloquium nuncupatur. ¶ Questio vero est
in dubitationem ambiguitatemqꝫ adducta propositio: vt
si quis querat: an celum sit volubile. ¶ Conclusio est argu
mentis approbata propositio: vt si quis celum ab alijs re
bus probet esse volubile. ¶ Enunciatio quippe sine sui tamen
causa dicitur: siue ad aliud afferatur approbandum propositio
est: si de ipsa queratur questio est: si ipsa est approbata cõ
clusio est. Idem igitur est propositio questio et conclusio: sed
differunt modo supradicto.

Argumentum est ratio rei dubię faciens fidem. Nõ
vero idem est argumentum et argumentatio. Nam
vis sententię ratioqꝫ ea quę clauditur oratione cũ
aliquid probatur ambiguum argumentum vocatur. Ipsa
vero argumenti elocutio: argumentatio dicitur. Quo fit vt
argumentum quidem virtus et mens argumentationis sit
atqꝫ sententia. Argumentatio vero argumenti per orationem
explicatio. ¶ Locus autem sedes argumenti vel id: vnde
ad propositam questionem conueniens trahitur argumen
tum. Quę cum ita sint: singulorum natura diligentius tra
ctanda est: eorũqꝫ per species ac mẽbra figurasqꝫ diuisio fa
cienda est. Ac prius de propositione dicendum est. Hanc
esse diximus orationem verum vel mendatium continen
tem. Huius duę sunt species affirmatio vna: altera vero ne
gatio. Affirmatio vt si quis sic efferat celum esse volubile.
Negatio si quis ita pronunciet celũ volubile non esse. Ha
rum vero alię sunt vniuersales: alię particulares: alię indefi
nitę: alię singulares. vniuersales vt si quis ita proponat.
omnis homo iustus est: nullus homo iustus est. Parti
culares vero vt si quis hoc modo dicat. Quidam homo iu
stus est. Quidam homo iustus non est. Indefinitę hoc
modo. homo iustus est. homo iustus non est. Singulares
vero quę indiuiduũ: aut quid singulare pronunt: vt Cato
iustus est. Cato iustus nõ est. Et enim Cato indiuiduus

est ac singularis. Harum vero alias predicatiuas: alias con
ditionales. ¶ Predicatiuę sunt quę simpliciter propo
nuntur. i. quibus nulla vis conditionis adiungitur: vt si
quis celum esse volubile simpliciter dicat. At si conditio
huic copuletur: fit ex duabus propositionibus vna condi
tionalis hoc modo. Celum si rotundũ est volubile est. Id
enim conditio hec efficit: vt ita demum celum volubile est
intelligatur si sit rotundum. Cum igitur alię propositiões
predicatiuę sunt: alię conditionales: predicatiuarum partes
terminos appellamus. hi sunt predicatus terminus et sub
iectus. Terminos autem verba voco et nomina quibus
propositio cõnectitur: vt in ea propositione qua dicimus.
homo iustus est. hec duo nomina. i. iustus et homo propõis
partes vocamus: easdem etiam terminos dicimus. Quo
rum quidem alter subiectus est: alter predicatus. subiectus
est terminus qui minor est: predicatus vero qui maior est: vt
in ea propositione qua dicitur homo iustus est. homo quidem
minus est quam iustum. Non enim in solo homine esse potest
iusticia: verum etiam in incorporeis substantijs diuinisqꝫ
Atqꝫ ideo maior est terminus iustus homo vero minor.
quo fit vt homo quidem subiectus terminus sit: iustus vero
predicatus. Cum vero huiusmodi propositiones simplices
alterum habent predicatum terminum: alterum vero subiectũ
a maioris priuilegio partis predicatiua propositio vocata
est. Sepe autem euenit: vt hi termini sibi inuicem inueni
antur equales hoc modo. homo risibile est. homo namqꝫ et risi
bile vterqꝫ sibi equus est terminus. Nam neqꝫ risibile vl
tra hominem porrigitur: neqꝫ homo vltra risibile. Sed in
his necesse est hoc euenire: vt siquidem inequales termini
sint: maior semper de subiecto predicetur. Si vero equales
vterqꝫ conuersa predicatiõe de se dicatur. vt vero minor de
maiori predicetur: in nulla propositione cõtingit. ¶ Fieri
autem potest vt propositionum partes quas terminos dicimus
non solum in nominibus: verum in orationibus inueniant.
Nam sepe oratio de oratiõe predicatur hoc modo. Socrates
cum Platone et discipulis de philosophię ratione pertractat. hec
quippe oratio quę est cum Platone et discipulis subiecta
est. Illa vero quę est de philosophię ratione pertractat predicatur.
Rursus aliquãdo nomen subiectum est: oratio predicatur
hoc modo. Socrates de philosophię ratione pertractat. hic enim
Socrates subiectus solus est: oratio vero quę dicimus de
philosophię ratione pertractat predicatur. Euenit etiam vt suppo
natur oratio: et simplex vocabulum predicetur hoc modo. Si
militudo cum superis diuinisqꝫ substãtijs iusticia est. hec
enim oratio per quã profertur similitudo cum superis di
uinisqꝫ substantijs subijcitur: iusticia vero predicatur. Sed
de huiusmodi propositionibus in his cõmentarijs: quos in
περὶ ἑρμηνείας Aristotelis libro conscripsimus: dili
gentius disseruimus. ¶ Conditionalium vero propositio
num quas greci hypotheticas vocãt: partes sunt simpli
ces propositiones. Cum propositionis hypothetice pars qui
dem ea quę prius dicitur antecedens: quę posterius conse
quens appellatur: vt in hac propositione quę dicit. Si ce
lum rotundum est volubile est. Rotundum esse antecedit
volubile esse consequitur. Harum quoqꝫ alię simplices cõ
ditionales: alię vero coniuncte: simplices sunt quę predicati
uas habent propositiones in partibus: vt ea est quã supe
rius diximus. Si celum rotundum est volubile est. Ro
tundum est enim et volubile est: vtręqꝫ diuisę ac sigillatim
intellectę predicatiuę sunt. Coniunctarum vero multiplex dif
ferentia est: de quibus in his voluminibus diligentissime
perspeximus: quę de hypotheticis composuimus syllogis
mis. Simplicium vero hypotheticarum propositionum quat
tuor sunt differentię. aut enim ex duabus affirmatiuis ca
tegoricis constant: vt si rotundum est volubile est. vtraqꝫ
enim affirmatiua est. aut ex duabus negatiuis vt si celum
rotundum non est: volubile non est. Nam rotundum non
esse et volubile non esse: vtręqꝫ negatiões sunt: aut ex affir
matiua et negatiua: vt si quadratum est volubile non est.

Quadratum enim esse affirmatio est: volubile non esse negatio est. Aut ex negativa et affirmativa: ut si rotundum non est: stabile est. Rotundum non esse negatio est: stabile vero esse affirmatio. ¶ Propositionum quoque aliae sunt per se notae: et quarum probatio nequeat inveniri: aliae quas tamen animus audientis probet eisque consentiat: tamen possunt aliis superioribus approbari. Et illae quidem quarum probatio nulla est: maximae ac principales vocantur: quod his illas necesse est approbari: quae ut demonstrari valeant: non recusant. Est autem maxima propositio ut haec: si de aequalibus aequalia demas, aequalia quae relinquuntur sunt. Ita enim hoc per se notum est: ut aliud notius quo probari valeat: non possit esse. Quae propositiones cum fidem sui natura gerant: non solum alieno ad fidem non egent adiumento: verum ceteris quoque probationis solent esse principium. Igitur per se notae propositiones: quibus nihil est notius, indemonstrabiles: ac maximae et principales vocantur. Quae vero quamvis auditoris iudicio comprobentur: habent tamen aliquid notius naturaliter: ex quo si de eis fiat quaestio: velut ex alieno fidem capiant: hae demonstrabiles ac minores posterioresque dicuntur. Et de propositionibus quidem ista sufficiant. ¶ Quaestio vero dubitabilis est propositio in qua necesse est eadem fere omnia considerari: quae dudum in propositione dicta sunt. Aliae namque sunt simplices: aliae compositae. Simplices ut hae quae ex simplici propositione ostenduntur hoc modo: ut si quaeratur an sit caelum volubile. Haec enim ab ea venit propositione quae dicit esse caelum volubile. At si ex conditionali composita propositione principium sumat: ipsa erit conditionalis atque composita hoc modo. an si caelum rotundum est volubile est. haec namque a conditionali propositione sumpsit initium quae est. Si caelum rotundum est: volubile est. Et quaestio ergo alia quidem praedicativa est: alia conditionalis. Quo fit ut eaedem sint partes quoque quaestionis: quae dudum esse dictae sunt propositionis. ¶ Praedicativae igitur quaestiones habent terminum praedicatum atque subiectum: ut in ea qua dubitatur: an caelum sit volubile. Nam volubile praedicatur: caelum vero subiectum est. Maior enim est terminus volubile quam caelum. Neque enim solum caelum volubile dici potest. Quae vero coniuncta est quaestio: habebit partes quod antecedit: et quod sequitur: ut in ea quae dicitur: an si caelum rotundum est volubile est. Antecedit quidem rotundum esse. sequitur vero volubile esse. Quae cum ita sint. in praedicativa sola quaestione dubitatur: an subiecto termino praedicatus inhaereat. In hypotheticis vero quaestionibus id tantum quaeritur: an illam rem quae praecedit: comitetur id quod sequens esse proponitur. Omnia vero quae de praedicativis propositionibus dicta sunt. i. quod aliae universales: aliae particulares: aliae indefinitae: aliae singulares: eadem dici etiam in praedicativa quaestione conveniet. Hoc enim tantum quaestio a propositione diversa est: quod propositio vel enunciativa simpliciter: vel aliud probans oratio est verum: falsumve significans. Quaestio vero cum sit ipsa quidem oratio: tamen est dubitabilis propositio. Addita igitur dubitatione quae in propositione considerantur: eadem etiam convenit in quaestione tractari. ¶ Quaestionis autem duae sunt species: una quae dicitur a dialecticis thesis. haec huiusmodi est. quae de re ceteris circumstantiis nuda quaerat ac disserat. Quales a dialecticis maxime ad disputationem sumuntur: ut voluptasne summum bonum sit? Ducendane uxor? haec a nobis propositio vel propositum dicitur. Altera vero est quae vocatur a graecis hypothesis: a nobis dicitur causa: haec quaestio est personis temporibus factis ceterisque circumstantiis implicita ea est huiusmodi. Iurene Cicero in exilium dubio. R. P. tempore detrudatur quia iniussu Ro. populi cives Romanos necavit. Huius autem duplicis quaestionis subdivisiones alias esse necesse est. et thesis quidem pluris: hypothesis vero oratoribus attributa est. Sed eius quidem quaestionis quae est hypothesis posterius divisiones dabo.

¶ Nunc vero de theseos divisione pertractabo quae in quattuor dividitur species. In omni enim dialectica quaestione praedicativus dubitatur: an ei quod subiectum est: id quod praedicatur inhaereat. Cum vero aliquid alicui inesse proponitur: id aut maius aderit eo de quo praedicatur eique substantialiter inesse contenditur. Aut maius quidem eo erit: sed non de eius substantia praedicabitur: aut ei erit aequale: et in substantia praedicabitur. aut ei erit aequale: et minime eius substantiam continebit. Nam ut id quod minus est de eo quod maius est praedicemus fieri non potest. Sed si tale est quod in quaestione proponitur ut subiecto sit maius: et de subiecti substantia praedicetur erit genus. omne enim genus est maius eo de quo praedicatur: et de substantia eius dicitur: ut animal hominis. At si maius quidem fuerit: sed minime de substantia eius praedicetur: erit accidens: ut album homini. Quod si aequale quidem sit: sed substantiale. subiecti erit diffinitio: ut animal rationale mortale homini. haec namque convertitur: et subiecti. i. hominis substantiam monstrat. Quod si aequale quidem sit: sed a ratione substantiae seiunctum erit proprium: ut risibile homini. Itaque dialecticae simplices quaestiones: aut de genere: aut de accidenti: aut de diffinitione: aut de proprio sunt. Possunt vero fieri etiam de differentia: cum quaeritur caelestia corpora an rationalia sint necne: vel cum dubitatur ea ne sit tyranni ac principis differentia quod hic legibus sumpsit imperium. Ille violenta dominatione populum premit. Sed tunc idem est de differentia quaerere: quantum si de genere dubitetur. Aut enim constitutiva erit differentia: aut divisibilis. Sed si constitutiva fuerit: quasi generis optinet locum ut rationabilitas homini: vel si ratione degunt caelestia corpora: caelestibus quoque corporibus. At si divisibilis velut species consideratur. omnis enim species cum divisibili differentia est. quod si differentia nunc quidem generis: nunc vero speciei loco est: ambigi non potest: cum de ea quaeritur de genere dubitari. ¶ Accidere vero potest ut aliquid in certamen comparatione ducatur: velut cum ambigitur: an melior sit fortitudo iustitia. Sed haec quaestio in accidentis necesse est dubitatione ponatur. Namque ad comparationem nihil nisi accidens venit. hoc enim solum recipit magis et minus. ¶ Rursus potest fieri de eo quod est idem certamen: ut an idem sit utile quod honestum. Sed haec quaestio diffinitioni est aggreganda. Quarum enim rerum eadem est diffinitio ipsae quoque sunt eaedem. Quarum vero diversa substantiae ratio est. ipsae etiam sunt diversae. Igitur simplicis dialecticae quaestionis recte quattuor species esse dicuntur: de quibus sufficienter dictum est. ¶ Nunc igitur de conditionalibus quaestionibus tractandum est: quarum quidam aliae constant ex affirmativis duabus: aliae ex duabus negativis: aliae ex affirmatione et negatione: aliae ex negatione et affirmatione. Si igitur ex duabus affirmationibus conditionalis constat propositio: id quaeritur an affirmatio affirmationem sequatur. quod si ex duabus negationibus propositio iuncta sit. id in disceptatione est. an negatio negationem comitetur. quod si ex affirmatione et negatione: vel negatione et affirmatione copuletur id ambigitur: an affirmationem negatio an affirmatio negationem comitetur. At prius quidem eius quaestionis divisio facienda est: in qua disceptatur: an affirmationem affirmatio consequatur: quae praedicativarum quaestionum non effugit divisionem. Nam ut praecedat aliquid et aliud consequatur: in his fere rebus evenire solet quas paulo superius commemoravi. Speciem quippe sequitur genus vel differentia vel diffinitio vel proprium vel inseparabile accidens. Item proprium aut diffinitionem sequitur species. proprium vero sequitur differentia et diffinitio: et diffinitionem sequitur proprium vel differentia hoc modo. Nam si homo est animal est. et si homo est rationale est. et si homo est: animal rationale et mortale est. et si homo est risibile est. Si ethiops est niger est. Si risibile est homo est. Si animal rationale mortale est homo est. Si risibile rationale est. Si risibile est animal rationale mortale est. Si animal rationale mortale est. risibile vel bipes est. Praeter haec autem alias quidem effectus causam: alias quidem effectum causa sequitur effectus causam ita. Si sol praesto

est lucet effectum causa hoc modo. Si quid exustum est ignis afflauit: vel sic. Si sol videtur lucet. Item totum sequuntur partes: vt si integra domus est: et tectum et parietes et fundamentum consistunt. Modus etiam sequitur nomen principale: vt si iusticia bona est: et quod iuste bonum est. Nomen etiam principale sequitur modum: vt si quod iuste est bonum est: et iusticia bona est. Accidentia quoque comitantur id quod subiectum est: vt si album est corpus est. Que autem ita sunt: conditionalis quoque simplicis ex duabus affirmationibus copulate: illa fere diuisio est questionis que in ea vel de genere vel de proprio vel de diffinitione vel de accidenti: vel de causa atque affectu vel toto ac partibus vel de modo ac principali nomen dubitetur. Atque hec de ea questione intelligenda sunt que cum sit hypothetica simplex: et duabus tamen iungitur affirmatiuis. In hisdem etiam differentiis illas quoque consistere necesse est questiones. que ab his veniunt propositionibus que ex vtraque negatione consistunt. Nam si genus non est species non est. Item si differentia vel diffinitio vel proprium non sit species non erit. Et de ceteris quidem que superius dicta sunt eodem modo considerandum est. Quicquid enim antecedit et vt aliud consequatur: si id quod sequitur non fuerit: nec illud est quod antecedit. Earum vero questionum que ex affirmatione et negatione constant: illa fere diuisio est: que vel in diuersis generibus vel in diuersis speciebus vel in contrariis: vel in priuatione atque habitu continentur. vt enim affirmationem negatio consequatur: aut diuersum ponitur genus: vt quod ab eo diuersum est abnuatur hoc modo. Si homo est albedo non est: vel si substantia est qualitas non est. vel si sub eodem genere diuerse species proponantur hoc modo. Si homo est equus non est. vel si contraria: si album est nigrum non est. vel si priuationes: si cecus est non videt. et postremo in omnibus: quecunque eadem non sunt euenit. Si vnum est alterum non est. Ita vt propositam affirmationem negatio comitetur: aut diuersa erunt genera: aut diuerse species: aut contraria: aut priuantia: vel quolibet alio modo sibi inuicem inconuenientia. Ut autem negationem affirmatio consequatur que erat quarta conditionalis propositionis differentia: fieri non potest nisi in his contrariis que medio carent: et quorum alterum semper inesse necesse est hoc modo. Si dies non est nox est. Si tenebre non sunt lux est.

¶ Facta igitur predicatiuarum questionum ac conditionalium diuisione illud insuper videtur esse addendum: quod omnis questio vel ex ratione disserendi vel ex naturali vel ex morali trahitur speculatione. Ex disserendi ratione hoc modo an affirmatio et negatio species sint enunciationis. Ex naturali ita an celum rotundum sit. Ex morali sic. an virtus ad beatitudinem sola sufficiat. Preterea questio omnis vel simplex vel composita est. Simplex affirmatione et negatione diuiditur ita vt totum alterius affirmare alteri negare necesse sit hoc modo. an celum rotundum sit nec ne. hic enim vna pars questionis affirmationem tenet alia negationem. Nam cum alter esse defendit affirmat: alter vero negat cum non esse contendit. Composita vero questio est que in plures distrahitur affirmationes hoc modo. vtrum celum rotundum sit an quadratum an longum an cuiuslibet alterius forme: hinc enim plures affirmationes probare necesse est: qui diuersa defendunt. Et de questione quidem quantum ad presens negocium pertinebat sufficienter dictum est.

¶ Conclusio vero est argumentis approbata propositio: de qua eadem fere dici possunt que de propositione. Que quoniam diligenter superius explicata sunt: de argumento deinceps tractandum videtur. ¶ Argumentum est ratio rei dubie faciens fidem. Hanc semper notiorem questione esse necesse est. Nam si ignota notis probantur: argumentum vero rem dubiam probat: necesse est vt quod ad fidem questionis affertur: sit ipsa notius questione. ¶ Argumentorum vero omnium alia sunt probabilia et necessaria: alia vero probabilia et non necessaria: alia sunt necessaria sed non probabilia: alia nec probabilia nec necessaria. Probabile vero est quod videtur vel omnibus vel pluribus vel sapientibus: et his vel omnibus vel pluribus vel maxime notis atque precipuis: vel quod vnicuique artifici secundum propriam facultatem: vt de medicina medico: gubernatori de nauibus gubernandis: et preterea quod videtur ei cum quo sermo conseritur: vel ipsi qui iudicat. In quo nihil attinet an verum falsumue sit argumentum: si tamen veri similitudinem tenet. Necessarium vero est quod vt dicitur ita est atque aliter esse non potest. Et probabile ac necessarium est: vt hoc est si quid cuilibet rei sit additum totum maius efficitur. Neque enim quisque ab hac propositione dissentiet: et ita sese habere necesse est. Probabilia vero ac non necessaria sunt: quibus facile animus acquiescit: sed veritatis non tenent firmitatem: vt hoc. Si mater est diligit filium. necessaria vero sunt ac non probabilia: que ita sese vt dicuntur habere necesse est sed his facile non consentit auditor: vt est hoc obiectu lunaris corporis solis euenire defectum. Neque necessaria vero neque probabilia sunt que neque in opinione hominum neque in veritate consistunt: vt hoc habere que non perdiderit cornua Diogenem. Quoniam habet id quisque quod non perdiderit. Que quidem nec argumenta dici possunt. Argumenta enim rei dubie faciunt fidem. Ex his autem nulla fides est que neque in opinione hominum neque in veritate sunt constituta. Dici autem potest nec illa quidem esse argumenta que cum sint necessaria: minime tamen audientibus approbantur. Nam si rei dubie sit fides: cogendus est animus auditoris per ea quibus ipse acquiescit: vt conclusioni quoque quam nondum probat possit accedere. Quod si que tantum necessaria sunt ac non probabilia: non probat ille qui iudicat: necesse est: vt ne illud quidem probet: quod ex huiusmodi ratione conficitur. Itaque euenit ex huiusmodi ratione que tantum necessaria sunt ac non probabilia: non esse argumenta. Sed non est ita: atque hec interpretatio non recte probabilitatis intelligentiam tenet. Ea sunt enim probabilia: quibus sponte atque vltro consensus adiungitur scilicet vt mox audita sunt approbentur. Que vero necessaria sunt ac non probabilia: aliis probabilibus ac necessariis argumentis antea demonstrantur. Cognitaque et credita ad vlterius rei de qua dubitatur: fidem trahuntur: vt sunt speculationes omnes .i. theoremata que in geometria considerantur. Nam que illic proponuntur non sunt talia: vt his sponte animus discentis accedat. Sed quoniam demonstrantur aliis argumentis: illa quoque scita et cognita ad aliarum speculationum fidem ducuntur. Itaque que probabilia non sunt sed necessaria. his quidem auditoribus: quibus nondum demonstrata sunt: ad aliud aliquid approbandum argumenta esse non possunt. His autem qui prioribus rationibus eorum: quibus non acquiescebant fidem ceperunt possunt ea si quid ambigunt ad argumentum vocare. ¶ Sed quia quattuor facultatibus disserendi omne artificium continetur: dicendum est: que quibus vti nouerit argumentis vt cui potissimum discipline locorum atque argumentorum pareatur vbertas euidenter appareat. Quattuor igitur facultatibus earumque velut opificibus disserendi omnis ratio subiecta. i. dialectico: oratori: philosopho sophiste. Quorum quidem dialecticus atque orator in communi argumentorum materia versantur. Uterque enim siue sint necessaria siue minime probabilia tamen argumenta sequitur. His igitur ille due species argumenti famulantur que sunt probabile ac necessarium: probabile ac non necessarium. Philosophus vero ac demonstrator de sola veritate pertractat. atque ideo siue sint probabilia siue non: nihil refert dummodo sint necessaria. Hic quoque duabus speciebus vtitur argumenti que sunt probabile ac necessarium: necessarium ac non probabile. Patet igitur in quo philosophus ab oratore ac dialectico in propria consideratione

dissideat in eo scilicet ꝙ illius probabilitatem huic veritatē constat esse propositam. Quarta vero species argumenti: quam neq̃ argumentum quidem recte dici potest: vt monstrauimus supra: sophisticis solis attributa est. Topicorū vero intentio est verisimilium argumentorum copia demōstrare. Designatis enim locis ex quibus probabilia argumenta ducuntur: habundans ⁊ copiosa necesse est fiat materia disserendi. Sed quoniam (vt supra dictum est) probabilium argumentorum alia sunt necessaria alia non necessaria cum loca probabilium argumentorum dicuntur: euenit vt necessariorum quoq̃ dicantur. Quo fit vt oratoribus quidē ac dialecticis hec principaliter facultas paretur. Secundo vero loco philosophis. Nam in quo probabilia quidem omnia cōquiruntur: dialectici atq̃ oratores iuuantur. In quibus vero probabilia ac necessaria docentur philosophie demōstrationi ministratur vbertas. Nō modo igitur dialecticus atq̃ orator: verum etiam demonstrator: ac vere argumentationis effector habet quod expositis locis possit assumere cum inter argumentorum probabilium locos necessariorum quoq̃ principia traditio mixta contineat. Illa vero argumenta: que necessaria quidē sūt: sed non probabilia: atq̃ illud vltimum genus scilicet nec probabile nec necessarium: a proposita operis consideratiōe seiunctum est: nisi quod interdum quidam sophistici loci exercendi gratia lectoribus adhibebuntur. Quocirca topicorum pariter vtilitas intentioq̃ patefacta est. His enim ⁊ dicendi facultas ⁊ inuestigatio veritatis augetur. Nam ꝙ dialecticos atq̃ oratores locorum iuuat agnitio: orationi per inuentionem copiam prestat. ꝙ vero necessariorum doctrinam locorum philosophis tradit. viam quodammodo veritatis illustrat. Quo magis peruestiganda est rimandaq̃ interius disciplina: atq̃ cum cognitione percepta fit: vsu atq̃ exercitatione firmanda. Magnum enim aliquid locorum consideratio pollicetur scilicet inueniendi vias. Quod quidem hi qui sunt huius rationis expertes: soli prorsus deputant ingenio: neq̃ intelligunt quantum hac consideratione queratur que in artem redigit vim ⁊ potestatem nature. Sed de his hactenus. Nunc de reliquis explicemus.

De differentijs Topicis Liber secundus.

Omnia que superioris serie voluminis expedita sunt: minus forsitan eruditis superuacanea quodammodo ⁊ quasi dependentia videbūtur. Nam cum de differentijs topicis librorum titulū legerint: omissis doctrine gradibus statim ad finē operis tendunt. Mihi autem vel necessarium videtur quod nisi sit precognitum: ad vlteriora discentis animus peruenire non possit. hi quoq̃ qui nunc omnem primi voluminis disputationem superfluam putant: si cuncta perlegant contextionemq̃ operis mente ac ratione collustrent: desinent profecto iudicare superfluum: quod necessario viderint in parte operis collocatum. Atq̃ hec hactenus. sed quoniam de his que ante posuimus. i. de propositione questione conclusione argumēto sufficienter dictum est: nunc de argumentatione tractemus. Argumentatio est per orationem argumenti explicatio. Huius autem species due sunt: vna quidē que syllogismus: altera que vocatur inductio. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis ⁊ concessis: aliud quiddam per ea ipsa que concessa sunt: euenire necesse est quam sint ipsa que concessa sunt. Huius diffinitionis rationem secundo quidem in his commentarijs quibus institutionem in categoricos syllogismos plene continet. Sed propter intellectus facilitatem idem breuiter aperiemus exemplo. Sit enim syllogismus hic. omnis homo animal est: omne animal substantia est. omnis igitur homo substantia est. Totum igitur hoc oratio est: in qua positis quibusdam ⁊ concessis. i. duabus propositionibus que sunt. oīs homo animal est. omne animal substantia est: per ea ipsa que concessa sunt: efficitur aliquid id. s. quod est conclusio. omnis homo substantia est. per propositiōes enim que cōcesse sunt: consequentia necessario conclusionis infertur. Sunt autem propositiones. omnis homo animal est. ⁊ oē animal substantia est: atq̃ ex his efficitur aliud quiddam: q̃ sunt ipsa que concessa sunt. Concluditur enim omnis homo substantia est. Quod longe diuersum est: ⁊ ab ea ꝓpositione que dicit. omnis homo animal est. ⁊ ab ea que ꝓponit. omne animal esse substantiam. Syllogismorū vero alij predicatiui sunt: qui categorici vocantur: alij cōditionales: quos hypotheticos dicimus. Et predicatiui quidem sunt: qui ex omnibus predicatiuis propositionibus connectuntur: vt his quē exempli gratia superius annotaui. omnibus enim predicatiuis propositionibus texitur. Hypothetici vero sunt: quorum propositiones conditione nectuntur. vt hic. Si dies est lux est. est autem dies: lux igitur est. propositio enim prima conditionem tenet hanc quoniam lux est si dies est. Atq̃ ideo syllogismus hic hypotheticus. i. cōditionalis vocatur. Inductio vero est oratio per quam fit a particularibus ad vniuersalia ꝓgressio hoc modo. Si in regendis nauibus non sorte sed arte eligitur gubernator: si in regendis equis auriga nō sortis euentu sed artis cōmendatione assumitur. Si in administranda republica non sors principem facit: sed peritia moderandi. similiaq̃ in pluribus conquiruntur: quibus infertur ⁊ in omni quoq̃ re quā quisq̃ regi atq̃ administrari grauiter volet: non sorte accomodat sed arte rectorem. vides igitur quo modo per singulas res currat oratio: vt ad vniuersale perueniat. Nam cum non sorte regi nauim sed arte currum rem publicam collegisset quasi in ceteris q̃ ita se habeat quod vniuersale erat concludit hoc modo. In omnibus quoq̃ rebus non sorte ductum sed arte principē debere preponi. Sepe autem multorum collecta particularitas aliud quiddam particulare demonstrat: vt si quis dicat. Si neq̃ nauibus neq̃ curribus neq̃ agris sorte ꝓponuntur rectores: neq̃ rebus quidem publicis rectores sorte ducendi sunt. Quod argumentationis genus maxime solet esse probabile: ⁊ si non equam syllogismo habeat firmitatem. Syllogismus nāq̃ ab vniuersalibus in particularia decurrit: estq̃ in eo si veris propositionibus contexatur: firma atq̃ incōmutabilis veritas. Atq̃ inductio habet maximam probabilitatem: sed interdū veritate deficit vt in hac. Qui scit canere cantor est: ⁊ qui luctari luctator est: quiq̃ edificare edificator est. Quibus multis simili ratiōe collectis inferri potest. qui scit igitur malum: malus est. quod non procedit. Mali quippe noticia deesse non potest bono. virtus enim sese diligit ⁊ aspernatur contraria: nec vitare vitium nisi cognitū queat. His igitur duobus velut principijs ⁊ generibus argumentandi. duo quidem alij deprehenduntur argumentationis modi. vnus quidem syllogismo: alter vero inductioni suppositus. In quibus quidem promptum sit considerare: ꝙ ille quidem a syllogismo: ille vero ab inductione ducat exordium: nō tamen aut hic syllogismum: aut ille impleat inductionē. Hi sūt sunt entimema: atq̃ exemplum. Entimema quippe ē imperfectus syllogismus. i. oratio in qua nō omnibus antea propositionibus constitutis infertur festinata conclusio: vt si quis ita dicat. homo animal est. substantia igitur est. pretermisit enim alteram propositionem qua proponit: omne animal est substantia. Ergo quoniam entimema ab vniuersalibus ad particularia probanda contendit: quasi simile syllogismo est. ꝙ vero omnibus que conueniunt syllogismo non vtitur propositionibus a syllogismi rōne discedit atq̃ ideo imperfectus vocatus est syllogismus. Exemplū quoq̃ inductioni simili ratione copulatur ⁊ ab ea dissidet.

Est enim exemplum quod per particulare propositũ. par
ticulare quoddam contendit ostendere hoc modo. Oportet
a Tullio consule necari Catilinam: cum a Scipione gra-
cus fuerit interemptus. Approbatum est enim Catilinã
a Cicerone debere perimi q a Scipione gracus interempt⁹
est. Quę vtraq particularia esse ac non vniuersalia singu
larium designat interpositio personarum. Quoniam igit
pars parte approbatur quasi inductionis similitudinẽ te
net id quod exemplum vocamus. q vero non plures qbus
id efficiat colligit partes ab inductione discedit. Ita igit
duę sunt argumentandi species principales: vna quę dici
tur syllogismus: altera quę vocatur inductio. Sub his aũt
& velut ex his manantia enthimema atq exemplum. Quę
quidem omnia ex syllogismo ducuntur: & ex syllogismo vi
res accipiunt. siue enim enthimema: siue inductio: siue exem-
plum ex syllogismo q maxime fidem capit. Quod in prio
ribus resolutorijs quę ab Aristotele transtulimus: demõ
stratum est. Quocirca satis est de syllogismo disserere quasi
principali & ceteras argumentationis species continente.
¶ Restat nũc qd sit locus aperire. Locus nanq (vt M.
Tullio placet) sedes argumenti est. Cuius diffinitionis
quę sit vis: paucis absoluam. Argumenti enim sedes par
tim maxima propositio intelligi potest: partim maximę p
positionis differentia. Nam cum sint aliae propositiones q
cum per se notę sint: tamen nihil vlterius habeant quo de-
monstrarentur: atq maximę & principales vocentur: sintq
aliae quarum fidem primę ac maximę suppleant propositio
nes necesse est: vt omnium quę dubitantur: illę antiquissi
mam teneant probationem: quę ita alijs facere fidem pos-
sunt: vt ipsis nihil notius queat inueniri. Nam si argu-
mentum est quod rei dubię facit fidem: idq notius esse: & p
babilius esse oportet q illud est quod probatur necesse est
vt argumentis omnibus illa maximam fidem tribuant:
quę ita per se nota sunt: vt aliena probatione non egeant.
Sed huiusmodi propositio quidem aliquotiens intra am
bitum argumenti continetur. aliquotiens vero extra posita
argumenti vires supplet ac perficit. Exemplum quidem ẽ
eius argumenti quod maximam propositionem tenet hu-
iusmodi. Sit enim quęstio an sit regnum melius consula-
tu. Ita igitur dicemus. Regnum diuturnius est q consu
latus: cum vtrunq sit bonum. At vero quod diuturnius est
bonum eo quod parui temporis est: melius est. Regnum
igitur melius est q consulatus. Huic igitur argumenta-
tioni maxima propositio. i. locus insertus est. illa scilicet q
quę sunt diuturniora bona: melioris sũt meriti q ea quę
parui temporis sunt. hoc enim ita notum est: vt extrinsec⁹
probatione non egeat: & ipsum alijs possit esse probatio.
Atq ideo propositio hęc totam continet probationẽ. & cuz
inde nascitur argumentũ: recte locus. i. argumenti sedes
vocatur. Ut vero extra posita propositio maxima vires affe-
rat argumento: tale sit exemplum. Sit propositum demõ
strare: quoniam inuidus sapiens non est. Qui enim inui-
dus est: alienis affligitur bonis. Sapiens autem bonis
non affligitur alienis. Inuidus igitur sapiens non est. In
hac igitur argumentatione propositio quidem maxima nõ
videtur inclusa: sed argumentationi vires ipsa maxima p
positio subministrat. Est enim huic syllogismo fides ex ea
propositione per quam cognoscimus. Quorum diuersa ẽ
diffinitio: ipsa quoq esse diuersa. Est autem in diffinitiõe
inuidi alienis bonis tabescere. Quod quoniam non venit
in sapientem: idcirco inuidus a sapiẽte seiungitur. Est igi
tur vno quidem modo locus (vt dictum est) maxima &
vniuersalis & principalis & indemonstrabilis: atq per se
nota propositio: quę in argumentationibus vel inter ipsas
propositiones vel extrinsecus posita: vim tamen argumen
tis & conclusionibus subministrat. Ideo autem vniuersa-
les & maximę propositiones loci sunt dicte: quoniam ipsę
sunt quę continent ceteras propositiones: & per eas fit con

sequens & rata conclusio. Ac sicut locus in se corporis con-
tinet quantitatem: ita hę propositiões quę sunt maximę:
intra se omnem vim posteriorum atq ipsius conclusionis
consequentiam tenent. & vno quidem modo locus. i. argu
menti sedes dicitur maxima principalisq propositio fidez
ceteris subministrans. Alio vero modo loci vocantur maxi
marum differentię propositionum: quę scz ab his ducunt
terminis qui in quęstione sunt constituti. De quibus de-
inceps disserendum est. Cum enim sint plurimę proposi-
tiones quę maximę vocantur: hęq inter se dissimiles: qui
buscunq differentijs inter se discrepent: eas omnes locos vo
camus. Nam si ipsę propositiones maximę argumentorũ
loci sunt: & differentias earum argumentorũ locus esse ne-
cesse est. Nam vniuscuiusq substantia proprijs differen
tijs constat: vt hominis ex rationalitate quę eius est diffe-
rentia. Et hi loci qui sunt differentia propositionum ipsis
propositionibus vniuersaliores existunt: velut vniuersa-
lior est rationalitas homine. Atq ideo pauciores hi loci cẽ
deprehenduntur qui in differentijs positi sunt q propositi-
tiones ipsę quarum sunt differentię. Omnia enim q vni
uersaliora sunt pauciora esse contingit. Et ideo facile sub sci-
entiam cadere possunt: quorum tam multus numerus nõ
est: vt cito a memoria discentis elabantur. Quę vero sint hę
differentię melius diuisione producitur. In prędicatiuis
autem quęstionibus vnus quidẽ subiectus terminus di-
citur alius prędicatus. Neq in prędicatiuis quęstionib⁹
aliud queritur nisi an subiecto prędicatus inhereat. Quõ si
inesse constiterit: queritur ita ne insit vt genus aut vt acci-
dens: aut vt proprium: aut vt diffinitio. Nam si ostendi-
tur non inesse: nil de quęstione relinquitur. Nam quod ora-
tio non inest: nec vt accidens: nec vt diffinitio: nec vt gen⁹
nec vt proprium inesse potest. q si inesse constiterit: restat q̄
stio quisnam modus sit de quattuor inherendi. Solũ vero
inesse ad accidens maxime pertinet. Nunc neq vt genus
neq vt diffinitio: neq vt proprium inest: sed tamen inest
vt accidens inesse necesse est. Quę cum ita sint eorum loco
rum quos in maximarum propositionum differentia con-
stituimus facienda diuisio est. Per singula vero queq cur-
rentibus manifestius apparebit exemplis: quibus maxi-
mę propositiones a suis differentijs distent. Etenim quę
stiones argumenta & propositiones maximas ac principa
les: earũq locos. i. differentias per vnũquodq dabimus
exemplum. Omnes igitur loci. i. maximarum differentię
propositionum aut ab his ducantur necesse est terminis: q
in quęstione sunt positi: prędicato scz atq subiecto: aut ex-
trinsecus assumantur: aut horum medij: qui inter vtrosq
versantur. Eorum vero locorum qui ab his ducuntur termi-
nis: de quibus in quęstione dubitatur: duplex modus est
vnus quidem ab eorum substantia. Alter vero ab his quę
eorum substantiam consequuntur. Hi vero qui a substantia
sunt: in sola diffinitione consistunt. Diffinitio enim sub-
stantiam monstrat: & substantię integra demonstratio dif-
finitio est. Sed id quod dicimus patefaciamus exemplis
vt omnis quęstionum vel argumentationum vel locorũ
ratio colliquescat. Age enim queraẽ: an arbores animalia
sint: fiatq huiusmodi syllogismus. animal est substantia
animata sensibilis. arbor vero substantia animata sensibilis
non est. arbor igitur animal non est. Hęc quęstio est de ge
nere: vtrum enim arbores sub animalium genere sint po-
nendę queritur. Locus qui in vniuersali propositione cõ-
sistit. hic est cui diffinitio generis non conuenit: id cuius
eius ea diffinitio est: species non est. Loci superior differen
tia qui locus nihilominus nuncupatur a diffinitione. Vi-
des igitur vt tota dubitatio quęstionis syllogismi argumẽ
tatione tracta sit per conuenientes & congruas propositio-
nes quę vim suam ex prima propositione custodiunt ea
scz quę negat esse speciem: cui non conuenit generis diffini
tio: atq ipsa vniuersalis propositio a substantia tracta est

vnius eorum termini qui in questione locati sunt: vt animalis idest ab eius diffinitione: quę est substantia animata sensibilis. Ita igitur in cęteris questionibus strictim ac breuiter locorum differentijs commemoratis oportet vniuscuiusqȝ proprietatem vigilantis animi alacritate percipere. Huius autem loci qui a substantia ducitur, duplex est modus: partim nāqȝ a diffinitione: partim a descriptione argumenta ducuntur. ℭ Differt autem diffinitio a descriptione: quod diffinitio genus ⁊ differentias sumit. Descriptio subiecti intelligentiam claudit quibusdam vel accidentibus efficientibus vnam proprietatem vel substantialibus differentijs preter genus conuenienter aggregatis. Sȝ hę diffinitiones quę ab accidentibus fiunt: tametsi videntur nullo modo substantiam demonstrare: tamen quoniā sępe verę diffinitionis vice ponunt quę substantiam demonstrat: illę etiam propositiones quę a descriptione sumunt: a substantię loco videntur assumi. huius vero tale sit exemplum. queratur enim an albedo substātia sit. hic queritur an albedo substantię velut generi supponatur. Dicimus igitur substantia est: quę omnibus accidentibus possit esse subiectum. Albedo autem nullis accidentibus subiacet. Albedo igitur substantia non est. Locus idest maxima propositio eadem quę superius. Cuius enim diffinitio vel descriptio ei quod dicitur species esse non conuenit: id eius quod esse species perhibetur genus non est. Descriptio vero substantię albedini non conuenit. albedo igitur substantia nō est. Loci differentia superior a descriptione quam dudum locauimus in ratione substantię. Sunt etiam diffinitiōes quę non a rei substantia: sed a nominis significatione ducuntur: atqȝ ita rei de qua queritur applicantur: vt si queratur vtrum philosophię studendum sit: erit argumentatio talis. philosophia amor sapientię est: huic studendum nemo dubitat. studendum igitur est philosophię. hic enim non diffinitio rei: sed nominis interpretatio argumentum dedit quo ⁊ Tullius in Hortensio in eiusdem philosophię vsus est defensione. ⁊ vocat grece quidē ὀνοματικὸς ὅρος Latine autem nominis diffinitio. Ac de his quidem argumentis quę ex substantia terminorum in questione positorum assumuntur claris (vt arbitror) patefecimus exēplis. ℭ Nunc de his dicendum est qui terminorum substantiā consequuntur. Horū multifaria est diuisio. plura sunt enim quę singularibus substantijs adherescunt. Ab his igitur quę cuiuslibet substantiam comitantur argumēta duci solent: aut ex toto: aut ex partibus: aut ex causis vel efficientibus vel materia vel forma vel fine. ⁊ est efficiens quidem causa quę mouet atqȝ operatur: vt aliquid expliceatur. Materia vero ex qua fit aliquid: vel in qua fit. finis propter quod fit. Sunt etiam inter eos locos qui ex his sumuntur quę substantiam consequuntur: aut ab effectibus: aut a corruptionibus: aut ab vsibus: aut preter hos omnes a communiter accidentibus. Quę cum ita sint eum prius locum qui a toto fit inspiciamus. Totū duobus modis dici solet: aut vt genus: aut vt id quod integrū ex pluribus partibus constat. Et illud quidem quod vt genus totū est: hoc modo sępe questionibus argumenta suppeditat: vt si sit questio: an iusticia vtilis sit: fit syllogismus. omnis virtus vtilis est. iusticia autem virtus est. Iusticia igitur vtilis est. hec questio de accidenti. i. an accidat iusticię vtilitas. locus his qui in maxima propositione consistit est. quę generi adsunt ⁊ speciei adsunt. huius superior locus est a toto idest a genere virtute scilicet quę iusticię genus est. Rursus sit questio: an humanę res prouidentia regantur. Dicimus si mundus prouidentia regitur. homines autem partes mundi sunt. humanę igitur res prouidentia reguntur. Questio de accidenti. locus quod toti conuenit id congruit et partis. Superius locus a toto. i. ab integro quod partibus constat. Id vero est mundus qui hominibus totū est. ℭ A partibus etiam duobus modis argumēta nascuntur. aut enim a generis partibus quę sunt species: aut ab integri idest totius quę partes tm̄ proprio vocabulo nuncupantur. ⁊ de his quidem partibus quę species sunt hoc modo fit questio. an virtus mētis bene constitutę sit habitus. Questio de diffinitiōe. i. an habitus mentis bene constitutę sit virtutis diffinitio. faciemus itaqȝ a speciebus argumentationem sic. Si iusticia fortitudo: moderatio: atqȝ prudētia habitus mentis bene constitutę sunt. hec autem quattuor vni virtuti velut generi subijciuntur. virtus ergo mentis bñ constitutę est habitus. maxima propositio. Quod enim singulis partibus inest: id toti inesse necesse est. Argumentū vero a partibus. i. a generis partibus quę species nuncupantur. Iusticia enim fortitudo: modestia: ⁊ prudentia virtutis species sunt. Item ab his partibus quę integri partes esse dicuntur sit questio: an sit vtilis medicina. hec in accidentis dubitatione constituta est. Dicimus igitur si depelli morbos salutemqȝ seruari mederiqȝ vulneribus vtile ē: vtilis medicina est. At depelli morbos: salutemqȝ seruari: mederiqȝ vulneribus vtile est: vtilis igitur medicina est. Sępe autem ⁊ vna quęlibet pars valet: vt argumentationis firmitas constet hoc modo. vt si de aliquo dubitetur: an sit liber factus. Si eum vel censu vel testamēto vel vindicta manumissum esse monstremus: liber factus ostensus ē. atqȝ hę partes erāt eandę libertatis. Vel rursus si dubitetur an sit domus: quod eminus prospicitur. Dicemus quoniā nō est. Nam vel tectum vel parietes vel fundamenta ei desūt ab vna rursus parte factum est argumentum. ℭ Licet autē in substantijs non solum. verum etiam in modo temporibus quantitatibus in loco totum partesqȝ respicere. Id enim quod dicimus semper in tempore totum est. Id quod dicimus aliquando: in tempore pars est. Rursus si simpliciter aliquid proponamus: in modo totum est. Si cū adiectiōe aliqua pars sit in modo. Item si omnia dicimus in quantitate totum dicimus. Si vero aliquid quantitatis excerpsimus quantitatis ponimus partem. Eodem modo ⁊ in loco quod vbiqȝ est: totum est: quod alicubi pars. Horū autē omnium hec consequenter dentur exempla. a toto ad partes secundum tempus. Si deus semper est ⁊ nunc est. a parte ad totū secundum modum. Si anima aliquo modo mouetur: ⁊ simpliciter mouetur. Mouetur autem cū irascitur: vniuersaliter igitur ⁊ simpliciter mouetur. Rursum autem a toto ad partes in quantitate. Si verus est appollo in omnibus vates: verum erit Pirrhum romanos superare. Rursus in loco si deus vbiqȝ est ⁊ hic est. ℭ Sequitur igitur locus qui nuncupatur a causis: sunt vero plures causę idest quę principium motus prestant atqȝ efficiunt: vel specierum formas subiectę suscipiunt: vel propter eas aliquid fit: vel quę cuiuslibet forma est. Argumentum igitur ab efficiente causa: vt si quis iusticiam naturalem esse velit ostendere dicat. Congregatio hominum naturalis. iusticiam vero fecit congregatio hominum. iusticia igitur naturalis est. questio de accidenti. maxima propositio quorum efficientes causę sunt naturales: ipsa quoqȝ sunt naturalia: locus ab efficientibus causis. Quod enim causa vniuscuiusqȝ id efficit eam rem: cuius causa est. Rursus si quis mauros non habere arma contendat: dicet idcirco armis minime eos vti quod ferrū deest illis maxima propositio vbi materia deest: ⁊ quod ex materia efficitur deest locus a materia. Vtrūqȝ vero ab efficientibus ⁊ a materia vno nomine a causa nuncupatur. cauę enim id quod efficit atqȝ id quod operantis actū suscipit: eius rei quę efficitur causę sunt. Rursus a fine sit propositum sic: an iusticia bona sit: fiet argumentatio talis. si beatum esse bonum est: ⁊ iusticia bona est. hic enim est iusticię finis: vt si quis secundum iusticiam viuat: ad beatitudinē perducatur maxima propositio cuius finis bonus est: ipsum quoqȝ bonum est. locus a fine. Ab eo vero quod cuiuslibet forma est [illegible] potuisse volare dedalum: quoniam nullas naturali forma pennas habuisset. maxima propositio tm̄ quęqȝ posse quantum forma naturalis sua permisit locus a forma. ℭ Ab effectibus vero ⁊ corruptionibus ⁊ vsibus hoc modo. Nam si

domus est: ⁊ constructio domus bonum est: ⁊ si bonum est
constructio domus: bonum est domus. Rursus si destru-
ctio domus malum est: bonum est domus: ⁊ si bona est do-
mus: malum est destructio domus. Et si bonum equitare
est: bonus equus est. ⁊ si bonus est equus: bonum est equi
tare. Est autem primum quidem exemplum a generationi
bus: quod idem ab effectibus vocari potest. Secundum a
corruptionibus. Tertium ab vsibus. omnium autem ma-
ximę propositiones: cuius effectio bona est: ipsum quoque bo
num est: ⁊ econuerso. Cuius corruptio mala est: ipsum quoque
bonum est ⁊ econuerso. Et cuius vsus bonus est: ipsum quoque
bonum est: ⁊ econuerso. ¶ A communiter accidentibus ar-
gumenta fiunt quotiens ea sumuntur accidentia: quę relin-
quere subiectum vel non possunt vel non solent: vt si quis
hoc modo dicat. Sapientem nõ penitebit. penitentia enim
malum factum sequitur. Quod quia in sapiente non con-
uenit: nec penitentia quidem. Questio de accidenti. Ma-
xima propositio cui non inest aliquid ei nec illud quod ei⁹
est consequens inesse potest. Locus a communiter accidenti-
bus. ¶ Expeditis igitur locis his qui ab ipsis terminis in
questione positis assumuntur: nunc de his dicendum est:
qui licet extrinsecus positi argumenta tamen questionibus
subministrant. Hi vero sunt vel ex rei iudicio: vel ex simili-
bus: vel ex maiore: vel a minore: vel a proportione: vel ex
oppositis: vel ex transumptione. Et ille quidem locus qui
rei iudicium tenet: est huiusmodi: vt si dicam⁹ id esse quod
vel omnes iudicant vel plures: ⁊ hi vel sapientes: vel secundum
vnamquamque artium penitus eruditi. Huius exemplum est
celum esse volubile: quod ita sapientes atque astrologi doctissi-
mi iudicauerunt. Questio de accidenti. Maxima proposi-
tio quod omnibus vel pluribus vel sapientibus homini
bus videtur: ei contradici non oportere. Locus a rei iudi-
cio. ¶ A similibus vero hoc modo. Si dubitetur an homi-
nis sit propriũ bipedem esse dicim⁹. Similiter inest equo
quadrupes: vt homini bipes. Non est autem equo quadru
pes proprium. Non est igitur homini bipes proprium.
Questio de proprio. Maxima propositio. si quod similiter
inest non est proprium: nec id de quo queritur esse propriũ
potest. Locus a similibus. hec vero in geminas diuiditur. hec
enim similitudo aut in qualitate aut in quantitate consistit
sed in quantitate paritas nuncupatur. In qualitate simili
tudo. ¶ Rursus ab eo quod est magis. Si queratur an sit
animalis diffinitio: quod ex se moueri possit: dicimus sic.
Magis oportet animalis diffinitionem esse quod naturaliter
viuat quam quod ex se moueri possit. Non est autem diffinitio ani
malis quod naturaliter viuat. Nec quidem igitur quę min⁹
videtur diffinitio esse quod ex se moueri possit: animalis diffi
nitio putanda est. Questio de diffinitione. Maxima pro-
positio. si id quod magis videtur inesse non inest: nec id quod
minus videbitur inesse inerit. Locus ab eo quod magis est.
¶ A minoribus vero conuerso modo. Nam si hominis dif-
finitio est animal gressibile bipes: cumque videatur minus esse
diffinitio hominis quam animal rationale mortale: erit diffi-
nitio hominis animal rationale mortale. Questio de diffi
nitione. Maxima propositio. si id quod minus videtur i-
nesse: inest: id quod magis videbitur inesse: inerit. Multę
autem diuersitates locorum sunt ab eo quod est magis ⁊ mi
nus argumenta ministrantium: quod in expositione topi-
corum aristotelis diligentius persecuti sumus. ¶ Item ex
proportione vt si queratur an sint sorte eligendi in ciuita-
tibus magistratus: dicimus minime: quia nec in naui-
bus quidem sorte gubernator preficitur. est enim propor-
tio. Nam vt sese gubernator habet ad nauim: ita magistra
tus ad ciuitatem. Hic autem locus distat ab eo qui a simili
bus ducitur. Ibi enim vna res vnicuilibet alij compara-
tur. In proportione vero non est similitudo rerum: sed quę-
dam habitudinis comparatio. Questio de accidenti. Ma
xima propositio. quod in vnaquaque re euenit id in eius p-
portionali euenire necesse est. Locus a proportione. ¶ Ex
oppositis vero multiplex est locus. Quattuor enim sibimet
opponuntur modis. aut enim vt contraria aduerso sese lo-
co constituta respiciunt: aut vt priuatio ⁊ habitus: aut vt
relatio: aut vt affirmatio ⁊ negatio. Quorum discretiones
in eo libro qui de decem predicamentis scriptus est: comme-
moratę sunt. ab his hoc modo argumenta nascuntur. ¶ A
contrarijs si queratur an sit virtutis proprium laudari. di-
cam non quia nec vitij quidem vituperari. Questio de p
prio. Maxima propositio. contraria contrarijs conueniũt
Locus ab oppositis idest ex contrario. ¶ Rursus in quę-
stione sit positum: an proprium sit oculos habentium vide
re. Dicam non. eos namque qui vident: alias cecos esse cõtin-
git. Nam in quibus est habitus: in eisdem poterit esse pri
uatio. ⁊ quod est proprium non potest a subiecto discedere
Et quoniam veniente cecitate visus abscedit: non esse p-
prium habentium oculos videre conuincitur. Questio de
proprio. Maxima propositio vbi priuatio abesse potest:
habitus proprium non est. Locus ab oppositis secundum habitũ
⁊ priuationem. ¶ Rursus sit in questione propositum: an
patris sit proprium procreatorem esse. Dicam rectę videri
quia filij est proprium procreatum esse: vt enim sese habet
pater ad filium: ita procreator ad procreatum. Questio de p
prio. Maxima propositio. oppositorum ad se relatiuorum
propria ⁊ ipsa ad se referuntur. Locus a relatiuis opposit.
¶ Item sit in questione propositum: an sit animalis pro-
prium moueri. Negetur quia nec inanimati quidem est pro
prium non moueri. Questio de proprio. Maxima propo
sitio. oppositorum propria opposita esse oportet. Locus ab
oppositis secundum affirmationem ⁊ negationem. Moueri enim
⁊ non moueri secundum affirmationem ⁊ negationem sibimet op
ponuntur. ¶ Ex transumptione vero argumentum hoc mõ
fit: cum ex his terminis in quibus questio constituta est:
ad aliud quiddam notius dubitatio transfertur: ⁊ ex eius
probatione ea quę in questione sunt posita confirmantur:
vt Socrates cum quid posset in vnoquoque iusticia quęre
ret: omnem tractatum ad reipublicę transtulit magnitudi-
nem: atque ex eo quod illic efficeret: in singulis etiam valere
confirmauit. Qui locus a toto forsitan esse videtur. Sed
quoniam nõ inheret his de quibus proponitur terminis
sed extra posita res hoc tantum: quia notior videtur assumitur.
Idcirco ex transumptione locus hic conuenienti vocabulo
nuncupatus est. Fit vero hec transumptio ⁊ in nomine: quo
tiens ab obscuro vocabulo ad notius argumentatio trans
fertur hoc modo: vt si queratur an philosophus inuideat:
sitque incognitum: quid philosophi significet nomen. Dici
mus ad vocabulum transferentes notius non inuidere:
quia sapiens sit. Notius vero est sapientis vocabulum quam
philosophi. Ac de his quidem locis qui extrinsecus assu-
muntur: id dictum est. Nunc de medijs disputabitur.
¶ Medij autem loci sumuntur vel ex casu: vel ex coniu-
gatis: vel ex diuisione nascentes. ¶ Casus est alicuius no
minis principalis inflexio in aduerbium: vt a iusticia in-
flectitur iustę. Casus est igitur a iusticia id quod dicimus
iustę. ¶ Coniugata vero dicuntur quę ab eodem diuerso
modo deducta fluxerunt: vt a iusticia iustum iustus. hec
igitur inter se ⁊ cum ipsa iusticia coniugata dicuntur: ex q-
bus omnibus prompta sunt argumenta. Nam si id quod
iustę est bonũ est: ⁊ quod iustum est bonum est: ⁊ si qui iu-
stus est bonus est: ⁊ iusticia bonum est. Hec igitur secundum pro
prij nominis similitudinem consequuntur. ¶ Medij vero
loci appellantur: quoniam si de iusticia queritur: ⁊ a casu:
vel a coniugatis argumenta ducuntur: neque ab ipsa sub-
stantia proprię atque cõiunctę: neque ab his quę sunt extrin-
secus posita videntur tradi: sed ex ipsorum casibus idest qua
dam ex ipsis leui mutatione deductis. Iure igitur hi loci

medij inter illos qui ab ipsis ⁊ eos qui sunt extrinsecus col
locantur. ¶ Restat locus a diuisiõe qui tractatur hoc mo-
do. Omnis diuisio vel negatione fit vel partitione. Nega
tione fit vt si quis ita pronunciet. Omne animal aut ha-
bet pedes aut non habet. Partitione vero velut si quis di-
uidat. omnis homo aut est sanus aut eger. Fit autem vni-
uersa diuisio vel generis in species: vel totius in partes: vel
vocis in significationes proprias: vel accidentis in substã
tia: vel subiecti in accidentia: vel accidentis in accidentia.
Quorum omnium rationem in eo libro diligentius expli
cui quem de diuisione composui. Atqꝫ idcirco inde ad ho-
rum cognitionem congrua petantur exempla. Fiunt autẽ
argumentationes per diuisionem: tũ ea segregatione que
per negationem fit tum ea que per partitionem. Sed qui
his diuisionibus vtuntur: aut directa ratiocinatione con-
tendunt: aut in aliquod impossibile atqꝫ inconueniẽs du
cunt: atqꝫ ita id quod reliquerant: rursus assumunt. Que
facilius quisqꝫ cognoscet: si prioribus analeticis operam
dederit. Horum tamen in presens talia prestabunt exem-
pla noticiam. sit in questione propositum: an vlla origo tẽ
poris fuerit. Quid qui negare volet: id nimirum ratioci-
natione firmabit nullo modo esse ortum: idqꝫ directa ratio-
cinatione hoc modo monstrabit. tempus aut originem ha
bet aut non. Sed quoniam mundus eternus est (id enim
paulisper argumenti gratia concedatur) mundus vero si-
ne tempore esse non potuit: tempus quoqꝫ eternum est. sꝫ
quod eternum est caret origine. tempus igitur originẽ nõ
habet. At si per impossibilitatem idem desideretur ostendi:
dicetur hoc modo. tempus aut originem habet aut non. sꝫ
si tempus habet originem non fuit semper. Tempus aũt
habet originem: fuit igitur quando non fuit tempus: sed
fuisse tempus est significatio temporis. fuit igitur tempus
quando non fuit tempus quod fieri non potest. Non ẽ igi
tur vllum principium temporis. posito namqꝫ vt ab vllo
principium ceperit: inconueniens quoddam atqꝫ impossi-
bile contingit fuisse tempus quando non fuerit tempus.
Reditur itaqꝫ ad alteram partem ꝙ origine careat. Que
vero ex negatione diuisio est: cum per eam quelibet argu-
menta sumuntur: fieri nequit vt vtrũqꝫ sit quod affirma-
tione ⁊ negatione diuiditur. Itaqꝫ sublato vno alterum
manet: posito altero reliquum tollitur. vocaturqꝫ hic a di-
uisione locus medius inter eos qui ab ipso duci solent: atqꝫ
eos qui extrinsecus assumuntur. Cum enim queritur: an
aliqua temporis sit origo: sumitur quidem esse originem: ⁊
ex ipso per propriam consequentiam de re ipsa que queritꝰ
fit impossibilitatis syllogismus. Quo cõcluso reditur ad
prius quod verum esse necesse est. Siquidẽ id quod ei op
positum est: ad impossibile aliquod inconueniensqꝫ produ
citur. Itaqꝫ quoniam ex ipsa re: de qua queritur fieri syllo-
gismus solet quasi ab ipsis locus est deductus: quoniam
vero non in eo permanet: sed ad oppositum redit: quasi ex-
trinsecus sumitur. Idcirco hic a diuisione locus iter vtrũqꝫ
medius collocatur. ¶ At vero qui ex partitiõe sumuntur
duplici fiunt modo. Aliquotiens enim que diuiduntur:
simul esse possunt: vt si vocem in significationes diuidamꝰ
omnes simul esse possunt: veluti cum dicimus amplector
aut actionem significat: aut passionem: simul vtrũqꝫ signi-
ficare potest. Aliquotiens veluti negationis modo: que di
uiduntur simul esse non possunt: vt aut sanus est aut eger
Fit autem ratiocinatio in priore quidem modo diuisionis:
tum quia omnibus adest quod queritur vel non adest: tũ
vero alicui adesse vel non adesse quod alijs adsit aut mini-
me. Nec in his explicandis diutius laboramus: si priores
resolutorij vel topica Aristotelis diligentis animum lecto
ris instruxerint. Nam si queratur: vtrum canis substantia
sit atqꝫ hanc diuisionem faciat collocutor canis vel latrabi-
lis animalis vel marine belue: vel celestis syderis nomen
est: demonstretqꝫ per singula ⁊ canem latrabilem substan-
tiam esse: marinum quoqꝫ beluam ⁊ sydus substantie pos-
se supponi: monstrauit canem substantiam esse. Atqꝫ hic
quidem ex ipsis in questione propositis videbitur argu-
menta traxisse. At in talibus syllogismis aut sanus ẽ: aut
eger: sed sanus est: non igitur est eger: sed sanus nõ est: eger
igitur est: vel ita: sed eger est: sanus igitur non est: vel ita:
sed eger non est: sanus igitur est. Ab his que sunt extrinse
cus sumptus est syllogismus idest ab oppositis. Idcirco
ergo totus hic a diuisione locus inter vtrosqꝫ medius esse
perhibetur qui in negatione sit constitutus: aliquo modo
quidem ex ipsis sumitur: aliquo modo vero ab exterioribus
venit. Si vero a partitione ducantur argumenta: nunc q
dem ab ipsis: nunc vero ab exterioribus copiam prestant.
¶ Et greca quidem Themistij diligentissimi scriptoris ac
lucidi: ⁊ omnia ad facilitatem intelligentie reuocantis ta-
lis locorum videtur esse partitio. Que cum ita sint: breui-
ter mihi locorum diuisio commemoranda est: vt nihil pre-
ter eam monstretur esse relictum: quod non intra eam pro-
betur inclusum. De quo enim in qualibet questione du-
bitatur: id ita firmabitur argumentis: vt ea vel ex ipsis su
mantur que in questione sunt constituta: vel extrinsecus
ducantur: vel quasi in confinio horum posita vestigentur
At preter hanc diffinitionem nihil extra inueniri potest.
Sed si ab ipsis sumitur argumentum: aut ab ipsorum ne-
cesse est substantia sumatur: aut ab his que eam consequã-
tur: aut ab his que inseparabiliter accidunt: vel his adhe-
rent: ⁊ ab eorũ substantia separari seiungiqꝫ nõ possunt:
vel non solent. Quecunqꝫ vero ab eorum substantia du-
cuntur: ea aut in descriptione: aut in diffinitione sunt: et
preter hec a nominis interpretatione. Que vero ea velut
substantiam continentia consequuntur: talia sunt vt vel ge
neris vel differentie: vel integri vel specierum: vel parti-
um loco circa ea que inquiruntur assistant. Item vel cause
vel efficientis: vel materie: vel forme: vel finis: vel effectus
vel corruptionis: vel vsus: vel quantitatis: vel temporis
vel modi. Quod vero proprium inseparabile vel adherẽs
accidens nuncupatur: id in cõmuniter accidentibus nume
rabitur. Et preter hec quidem aliud quod alicui inesse pos
sit non potest inueniri. Quibus ita positis inspiciamus
eos locos nunc quos dudum extrinsecus pronunciabamꝰ
assumi. Ea enim que extrinsecus assumuntur: nõ sunt ita
separata atqꝫ disiuncta: vt non aliquo modo quasi ex regiõe
quadam ea que queruntur aspiciant. Nam ⁊ similitudi-
nes ⁊ opposita ad ea sine dubio referuntur: quibus similia
vel opposita sunt: licet iure atqꝫ ordine videantur extrinsecꝰ
collocata. Sunt autem hec similitudo: oppositio maius mi
nus rei iudicium. In similitudine enim: tum rei similitudo
tum proportionis ratio continetur. Omnia enim simili-
tudinem tenent. Opposita vero in contrarijs: in priuatio
nibus: in relationibus: in negationibus constant. Com-
paratio vero maioris ad minus: quedã quasi similium re
rum dissimilitudo est. Rerum enim per se similium in quã-
titate discretio maius ac minus facit. Quod enim omni qua
litate: omniqꝫ ratione diuisum est: id nullo modo potest
comparari. Ex rei vero iudicio que sunt argumenta quasi
testimonium prebent ⁊ sunt inartificiales loci: atqꝫ omni-
no disiuncti: nec rem potius ꝙ opinionem iudiciumqꝫ se-
ctantes. Transumptionis vero locus nunc quidẽ in equa
litate: nunc vero in maioris minorisue comparatione consi
stit. Aut enim ad id quod est simile: aut ad id quod maius
ac minus fit argumentorum rationumqꝫ transumptio. Id
vero loci quos mixtos esse prediximus: aut ex casibus: aut
ex coniugatis: aut ex diuisione nascuntur. In quibus om-
nibus consequentia ⁊ repugnantia custoditur. Sed ea qui
dem que ex diffinitione: vel genere: vel differentia: vel cau
sis argumenta ducuntur demonstratiuis maxime syllogis
mis vires atqꝫ ordinem subministrant: reliqua vero veri-
similibus ac dialecticis. Atqꝫ hi loci qui maxime in eorum

substātia sunt: de gñre in qōne dubitat ad predicatiuos ac simplices: reliqui uō ad hypotheticos & conditionales re spiciūt syllogismos. ¶ Expeditis igitur locis & diligen tam diffinitiōe ꝗ̄ exemplorum luce patefactis dicendū videt quō hi loci maximarum sint differentię ppositionū idqz breuit neqz enim longa disputatione res eget. Omnes enim ma ximę propositiones vel diffinitionem continent vel descri ptionem: vel nominis interpretationem: vel totum: vel ge nus: vel partes: vel species: vel cetera: quibus differunt inter se maximę propositiones. Naz in eo ꝙ sunt maximę non differunt: sed in eo ꝙ hęc a diffinitione quidem. Illa vero a genere: alię vero veniunt ab alijs locis, et his iure differūt: hiqz earum differentię esse dicuntur. sed quoniam diuisio Themistij patefacta est: nunc ad Marci Tullij di uisionem transeamus.

¶ De differentijs Topicis. Liber tertius.

Quod locorum differentias multipliciter va rieqz tractamus: nihil mirum diligentibus ingenijs videri debet: cum manifestum sit: vnamquamqz rem multis sępe differentijs atqz in varias diuisionis figuras posse par tiri. Naz quia singulas res non vna: sed plures sępe diffe rentię comprehendunt necesse est: ut secundū differentia rum varietatem fiat etiā diuersitas diuisionum: ut et nu meri nunc eas colligimus differentias: ꝙ alij pares alij ve ro impares: nunc vero ꝙ alij primi: atqz incompositi: alij scdi: atqz compositi. Triangulorum etiam multis modis fieri partitionem geometricę disciplinę tenor ostendit. iam tamen in omnibus prouidendū est: ut nihil extra in qua libet diuisionis forma relinquatur. nihil vltra supe fluuz ac preter quod necesse est: aggregetur. quo in re quid miruz videri debet: si cum antea sm Themistium locorum diffe rentias dederimus: nunc diuersas sm Marcum Tullium depromamus. Cuius proposita breuiter partitione: atqz exemplis conuenientibus expedita: tum deinum quo diffe rat: vl' quo congruat superius digestę diuisioni. quomodo et altera concludat alteram: commemorabo. Nam cū Mar cus tullius omnem loquam facultatem: quam rationez di ligentem disserendi dicit: duas habere partes proposue rit vnam inueniendi: alteram iudicandi: et cum locos esse diffinierit argumenti sedes a quibus. scilicz argumenta p mantur. argumentum etiam rationē: quę rei dubię faciat fidem diuisionem locoruz omnium hoc modo fecit. Ex his inquit locis: in quibus argumenta inclusa sunt. alij in ip so herent: de quo agitur: alij assumuntur extrinsecus. Du as igitur locorum species fecit. alios enim in ipsas questi onum terminis herere proposuit: alios extrinsecus assu mi. atqz eos quidem: qui in ipsis herent de quibus queri tur: tali diuisione partitur. in ipso inquit: tuz ex toto: tum ex partibus eius: tum ex nota: tum ex his rebus: quę quo dammodo affectę sunt ad id: de quo queritur. Extrīsecus autem ea dicuntur: quę absunt longeqz disiuncta sunt. pꝰ hęc eum locum: qui ab affectis ducitur: in conuenientia mē bra partitus est. hoc modo. Alia enim inquit sunt coniu gata alia ex genere: alia ex forma: alia ex similitudine: alia ex differentia: alia ex contrario: alia ex coniunctis: alia ex an tecedentibus: alia ex consequentibus. alia ex repugnanti bus: alia ex causis alia ex effectis: alia ex comparatione ma iorum aut minorum aut parium. Quorum quidem om nium et natura breuiter attingenda est extra ponenda. Eo rum igitur locorum qui in ipso de quo agitur herent: pri mum esse dicit a toto. Totum vniuscuiusqz rei in diffini tione constat. Omnis enim diffinitio rei: quam diffinit aequatur. ꝙ si vnaqueqz res tota est (nihil enim integrū esse nisi totum potest.) diffinitionem quoqz totum esse ne cesse est: id est quę totam rei: quam diffinit substantiaz dan dit. Diffinitio vero est oratio. quę vniuscuiusqz rei quidez esse designat. Ad hac ita ducitur argumentum ut si sit quę stio: an arbores sint animalia. dicam alias est substātia ani mata sensibilis at arbor non est substantia animata sensi bilis. tum claudam. Non sunt igitur arbores animalia. Questio de genere. maxima propositio. vnde diffinitio ab est: inde illud quoqz abesse: quod diffinitur locus a diffini tione. ¶ Partes non sunt: quarum conuentu efficitur to tum. Partes etiam vocantur quę diuidunt totum. hę au tem species: vl' formę nuncupari solent. A quibus hoc mo do sumitur argumentum. Ab his quidem partibus: qua rum coniunctione componitur totum hoc modo: ut si sit du bitatio: an anima sit corporea: partiemur animaz velut his tribus partibus. ꝙ vel vegetabilem vim vel sensibilem. vel intelligibilem prestet at neqz ipsum vegetare: neqz sen tire: neqz intelligere corporeū est. Cūqz nulla pars sit corpal' sic omnino aīa corporalis non esse monstrata est. Questio de ge nere id est an anima corpori subijciatur aut generi. Maxi ma propositio. a quibus partes absunt: totum quoqz ab esse. locus a partibus totum coniungentibus. Itez ab his partibus: quę totuz diuidūt hoc modo. sit in questione an anima: secundum locum moueatur. Dicam motus secun dum locum tres species sunt: crementum: diminutio: per mutatio. anima vero neqz augetur: neqz minuitur: neqz ab alio loco transit ad alium: non igitur mouetur. Questio de accidenti. Maxima propositio eadez quę superius. locus a partibus totum diuidentibus. ¶ A nota vero argumē tum est: quotiens ab interpretatione nominis: rei dubię fides quęritur. hoc modo: ut si dubitetur: an philosophia sit bonum. Dicemus. philosophia est amor sapientię. at id bonum est philosophia igitur bonum est. Hic igitur rē non diffinimus: sed nomen diffinitione prodimus. Que stio de genere. Maxima propositio. nominis interpreta tionem rem declarare. locus a notatione. ¶ Coniugata sunt: quę ab eodem nomine flectuntur ut a iusticia iustuz iuste. Ab his ita capitur argumentum. ut si queratur: an ri dere gaudere sit. Dicemus. si risus gaudium est: et ridere gaudere est. Questio de accidenti. maxima propositio: con iugatorum eandem esse naturam locus a coniugatis.

¶ Genus est quod de pluribus specie differentibus in eo ꝙ quid sit predicatur. Ab hoc ita ducitur argumentum ut si queratur: verum anima numerus sit seipsum mouens ut xenocrati placuit. Dicemus anima substantia est. Nu merus vero substantia non est. igitur anima numerus nō est. Questio de diffinitione. locus a genere. maxima pro positio. Quorum diuersa sunt genera: ipsa quoqz sunt di uersa. ¶ Forma est quod de pluribus numero differenti bus in eo: ꝙ quid sit predicatur. Ab hac fit argumentum hoc modo. ut si queratur: an color in subiecto sit. id appro babimus eo: quoniam album vel nigrum in subiecto sunt A specie scilicet ad genus deducentes. questio de genere. Nam in subiecto esse vel non esse: accidens vel substantiaz significat: quę sunt prima rerum genera. Maxima propo sitio. In formis spectari generum proprietatez locus a for ma. ¶ Similitudo est rerum differentium eadem quali tas. Ab hac ita fieri argumentum videtur: ut si queratur: sorte an electione rectores ciuitatibus dandi sunt. negetur quoniam nec in naui quidem sorte: sed electione peritus re ctor eligitur. Similis est naui quidem ciuitati. guberna tor autem magistratui. Questio de accidenti. locus a simi li. Maxima propositio. de similibus idem est iudicium. ¶ Item a differentia: ut si queratur: an idem sit rex quod tyrannus. Dicemus minime. namqz in rege est pietas: iusticia: mansuetudo: in tyranno cuncta diuersa sunt. que stio de diffinitione. locus a differentia. Maxima proposi tio. differentium rerum non idem esse iudicium.

¶ Contraria vero quę Cicero appellat quatuor diui-

ducuntur modis. aut enim aduersa sunt: ut album nigrum. aut priuantia ut iusticia iniusticia: aut relatiua: ut dominus: seruus: aut negatiua: ut videre et non videre. Ab his omnibus ita argumenta ducuntur. ab aduersis. si bona est sanitas: mala est egritudo. a priuantibus. si iniusticiam fugimus sequamur iusticiam. a relatiuis quidem quisquis pater vult esse habeat filium. a negantibus. Non me accusas fecisse: quod me non fecisse defendis. Questiones de accidentibus. Maxima propositio: in aduersis: priuantibus: et negantibus contraria sibi conuenire non posse. In relatiuis absque se relatiua esse non possunt. Locus a contrariis: que melius opposita vocarentur.

¶ Adiuncta sunt: que finitimum tenent locum: ita ut temporibus quidem: tum antecedant: ut amorem congressio: tum rei: cui adiuncta sunt: hereant ut ambulationi pedum strepitus. tum consequantur: ut atrox facinus mentis trepidatio. Neque hec necessaria sunt: sed frequenter eueniunt. Nam neque qui congressus est: modis omnibus amauit: et qui congressus non est: vno semel aspectu in amorem incidit. et ambulante quo potest non esse strepitus pedum: et non ambulante pedes strepere: si consistens vno eodemque loco pedes moueat. et trepidareque: cum nihil atrox fecerit: et non trepidare: qui fecerit. ab his ducetur argumentum: vel cum amare aliquem suspicamur: quia fuerit ante congressus. vel ambulasse aliquem in locum: cum pedum strepitus fuit auditus: vel atrox facinus commisisse: quem trepidare videamus. atque in his questiones de accidentibus. Locus ab adiunctis maxima propositio: ex adiunctis adiuncta perpendi. ¶ Antecedentia vero sunt: quibus positis statim necesse est aliud consequatur. velut cum dicimus. si homo est: animal est. Neque in his temporum ratio: nec rerum necessitas varia est: sed statim ut dictum fuerit id: quod antecedit: comitatur id quod est consequens. Hic vero locus totus in conditione est constitutus. posita enim conditione si fit antecedens: esse necesse est: quod consequitur. hoc modo. Si peperit cum viro concubuit. antecedens est peperisse: cum viro concubuisse consequens. nam neque illud queritur quid prius tempore sit quid posterius et sepe ita variantur. ut id quod posterius est tempore: antecedens esse videatur in propositione: ut peperisse posterius est: quam concubuisse. Tamen si peperit modis omnibus cum viro concubuit. et hoc precedente: et prius posito: necesse est illud intelligatur. aliquotiens vero simul sunt: ut si sol ortus est: dies est. aliquotiens quod precedit: prius est: posterius vero quod consequitur. ut si arrogans est: odiosus est. ex arrogantia enim quisque fit odiosus: ex antecedenti igitur argumentum sumimus. si peperit: cum viro concubuit: sumo quod antecedit. at peperit concludo quod sequitur. cum viro igitur concubuit. a consequentibus ita sumo. quod consequitur. at non concubuit cum viro. concludo quod antecedit. non igitur peperit. Questio est de accidenti. locus ab antecedentibus: et consequentibus. maxime propositiones posito antecedenti comitari id quod consequitur. perempto consequenti perimi quod antecedit. ¶ Repugnantia vero sunt contrariorum consequentia: ut vigilare dormire contraria sunt. stertere dormientibus adiunctum est. Stertere igitur ac vigilare repugnantia sunt. ab his ita fit argumentum. Tu ne eum vigilare dicis: qui stertat. questio de accidenti. argumentum a repugnantibus: maxima propositio. repugnantia sibi conuenire non posse. ¶ Causa est efficiens: que quamlibet rem efficit precedens non semper tempore: sed proprietate nature: ut sol diem. ab hac ita sumimus argumentum. Cur esse dubites diem: cum solem in celo esse aspicias. Questio de accidenti. nam diem esse accidit aeri. id est esse per solem lucidum. argumentum ab efficientibus causis maxima propositio: vbi causa est: effectum hinc abesse non posse. ¶ Effectum est: quod efficit causa. ab hoc ita sumitur argumentum: an tu dubitas amasse: quam rapuit. Questio de accidenti. argumentum ab effectis. maxima propositio vbi effectum est: causam abesse non posse. veluti non abfuit amor: qui fuit causa: cur rapuerit: quod est effectum. ¶ Comparatio vero maioris est: quotiens: id quod minus est: maiori comparatur. ab hoc loco sumitur ita argumentum. si is: qui patriam bello persecutus est. tandem veniam meruit a ciuibus: cur non is quoque mereatur: qui ob seditionem motam actus est in exilium. Questio de accidenti: argumentum a comparatione maioris. maxima propositio. quod in re maiore valet: valeat in minore. ¶ Minoris est comparatio: quotiens maior res confertur minori. atque ex ea capitur argumentum hoc modo. Si. T. Gracchum. mediocriter labefactantem statum rei pub. scipio priuatus interfecit: cur non catilinam orbem terre cede: atque incendio vastare cupientem consules persequuntur? Questio de accidenti. argumentum a comparatione minoris. maxima propositio. quod in re minore valet: valeat in maiore. ¶ Paria sunt: que eiusdem quantitatis sunt: et semper paritas similitudo est quantitatis. Ab hoc ita fit argumentum. Si demosthenem quis laudare desiderat: cur vituperet tullium? Questio de accidenti argumentum a comparatione parium. maxima propositio Parium idem esse iudicium. ¶ Restat is locus quem extrinsecus dixit assumi hic iudicio nititur: et autoritate: et totus probabilis est nihil continens necessarium. Probabile autem est: quod videtur vel omnibus: vel pluribus: vel doctis: vel sapientibus: et inter hos famosis atque prestantibus: vel his: qui secundum vnamquamque artem peritiam consecuti sunt: ut medico in medicina et geometre in geometria. ab hoc loco tale est argumentum veluti si dicam Difficile est cum carthaginensibus bellum gerere: quoniam id. P. scipio cornelius affricanus dixit: qui sepe fuerat expertus. Hic vero locus extrinsecus dicitur constitutus: quoniam non de his: qui predicati vel subiecti sunt termini sumitur: sed ab extrinsecus posito iudicio venit. hic etiam inartificialis: et artis expers vocatur: quoniam non sibi hinc ipse conficit argumentum orator: sed preparatis positisque vtitur testimoniis. ¶ Expeditis igitur Marci tullii differentiis quibus ipse a se maximas propositiones: quas locos esse diximus: separauit pertractandum breuiter mihi videtur superius digesta partitio: ut ea que similia videntur: a semetipsis ratione congrua segregentur. Similis enim videtur locus a toto ei: qui est a nota. vterque enim in diffinitione est constitutus. Nam interpretatio nominis quedam ipsius nominis diffinitio est. Sed illorum maxima est differentia: quia locus a toto rem diffinit a nota vero rem non diffinit. sed nomen interpretatur. Diuersa vero sunt res: ac nomen. Hoc enim significat. illud vero significatur. ¶ Item locus a partium enumeratione consimilis videtur esse ei: qui est a forma. Nam et forme pars est: et qui genus diuidit: enumerat partes. neque enim aliter fieri ex forma argumentum potest nisi diuidatur a genere sumi enim omnino forma non potest: nisi per diuisionem Sed hic quoque multa est differentia. nam partium enumeratio necesse est: ut diuidat totas partes. easque vniuersas ad fidem argumentationis assumat. siue ille partes: siue species sint. ut genus quidem speciebus. Totum vero partibus approbetur. In forma vero sufficit ad demonstrandum quod de genere dicitur vna quelibet. ¶ Item locus a contrariis et repugnantibus videtur esse consimilis. sed habet differentiam: quia contraria primis sibimet frontibus opponuntur. Repugnantia vero pro coniunctionem contrariorum sibi probantur aduersa: ut dormire ac vigilare statim sibi contraria sunt. Stertere vero repugnat vigilationi idcirco quia somno coniungitur.

¶ Adiuncta vero et antecedentia et consequentia quasi finitima sunt

Sed obstant: quoniam in adiunctis nulla est necessitas in antecedentibus vero: et consequentibus maxima. in adiunctis vero tempora nimium valent. Nam quod adiunctum est: id precedere rem solet: vel cum ea vno eodemque tempore esse: vel subsequi posterius. At in antecedentibus nihil horum est: sed non habita temporis ratione mox ut fuerit antecedens: consequens esse necesse est: et si consequens non fuerit: antecedens necesse est interire. ¶ Ac de Marci Tullij locis sufficienter dictum est. nunc ad themistij divisionem redeamus, et quomodo superius partitiones digeste sibi consentire possint breuiter explicemus. ac primum quidem totius partitionis differentias colligamus communiter. Superior autem diuisio themistij docuit alios esse locos: qui in ipsis terminis: de quibus queritur: insunt alios qui extrinsecus assumuntur: alios qui inter vtrosque versantur. ut hic trina itelligatur diuisio. At Marci tullij diuisio locos bifariam ostendit. Alios enim in eo ipso, de quo agitur herere proponit: alios extrinsecus assumi. Hic igitur omnes eos locos: quos medios themistius proposuit. his applicauit: atque coniunxit: qui sunt in ipsis de quibus agitur: terminis constituti: et communiter quidem talis diuisionum differentia est: que clarius apparebit si singula prosequamur. ¶ Eos igitur locos: qui positi sunt in terminis: de quibus in questione dubitatur. priore partitione Themistius: tum in substantia posuit: tum in substantie consequentia. In substantia sunt diffinitio: descriptio: nominis interpretatio. Substantie vero consequentia sunt: genus: totum: pars: species: causa: efficiens: materia: forma: effectum: corruptio: finis: vsus: communiter accidentia. Eos vero qui extrinsecus assumuntur: tum in iudicio: tum in similitudine: tum in quantitatis comparatione. tum in oppositione: tum in proportione. tum in transumptione separauit. Quos vero inter vtrosque posuit: hos in casibus et coniugatis: et diuisione constituit. Sed Marcus tullius eos: qui in ipso sunt: de quo queritur: tum ex toto: tum ex partibus eius: tum ex nota: tum ex his rebus: que quodammodo affecte sunt ad id de quo queritur posuit. Ipsa vero que affecta sunt: multiplici diuisione partitus est. solum vero iudicium extrinsecus segregauit. pluresque partes eorum: que in diuisione themistij posita sunt substantie consequentia. Itemque locos medios inter affecta numerauit. In tam vero varia diuisione necesse est. ut vtreque sibi non eadem parte conueniant. Id vero in cunctis multipliciter diuisis fieri potest: velut si quis diuidat triangulorum formas sic. Triangulorum alie sunt equilatere forme alie duo tantum latera habentes equalia: alie vero totis inequalibus lateribus iuncte. Rursus fit ista diuisio ut alias dicat aliquis rectum habentes angulum: que ortogonie nuncupantur. alias dicat tribus acutis angulis contineri: que sunt oxigonie: alias in obtusum angulum tendi: que sunt abligonie. Necesse est igitur: ut vtreque sibi diuerse partitionis ratione conueniant. Nam quod est ortogonium: id semper vel duobus lateribus equalibus continetur: vel trib⁹ inequalibus. Sed quod non est abligonium: id vel duobus lateribus continetur: equalibus: vel tribus inequalibus. Sed quod est oxigonium: id vel tribus lateribus equalibus: vel duabus continetur. Rursus id quod est equilaterum semper est oxigonium. id vero quod duobus lateribus equalibus continetur: vel ortogonium: vel abligonium vel oxigonium esse potest. Quod vero tribus inequalibus continetur lateribus: vel ortogonium: vel abligonium esse necesse est. Secundum igitur hunc modum cunctam Marci tullij atque themistij diuisiones a principio pariter ordientes: inuicem sibimet clausam esse monstremus. in quibus omnibus et exemplorum: et intelligentie superius expedite presens debet esse memoria. Disponamus igitur omnem themistij diuisionem. et post hanc subijciatur Tulliana partitio: ut ea que dicenda sunt: apertius oculis subiecta clarescant.

Themistij diuisio.

Loci

- In ipso
  - A substa
  - A diffinitione
  - A descriptione
  - A nominis interpretatione
  - A consequentib⁹
  - A toto vel genere vel integro
  - A partib⁹ generis vel integri.
  - A causis efficientibus
  - A materia
  - A forma
  - A fine
  - A generationib⁹
  - A corruptionib⁹
  - Ab vsibus
  - A communiter accidentib⁹
- Extrinsecus
  - A rei iudicio
  - A similib⁹
  - A maiore.
  - A minore.
  - Ex oppositis vel contrarijs vel relatiuis vel secundum priuationem et habitum vel per affirmationem et negationem.
  - A proportione.
  - Ex transumptione.
- Medijs
  - A casibus.
  - A coniugatis
  - A diuisione.

M. Tullij diuisio.

Loci

- In ipso
  - A toto
  - A partibus
  - A nota
  - Ab affectis .i.
  - A coniugatis
  - A genere
  - A forma
  - A similitudine
  - A differentia
  - A contrario
  - Ab adiunctis
  - Ab antecedentib⁹
  - A consequentib⁹.
  - A repugnantib⁹.
  - A causis
  - Ab effectis
  - A comparatione
  - Vel maiorum.
  - Vel minorum
  - Vel parium.
- Extrinsecus
  - A iudicio et auctoritate.

¶ Quibus ita descriptis nunc quemadmodum Marci tullij diuisio themistij partitioni conueniat explicemus. cum igitur locum quem cicero dixit a toto: a substantia Themistius esse proposuit. Vterque enim in diffinitione consistit: siue illa substantialis sit: siue descriptio. A partium enumeratione locus ex Ciceronis topicis positus idem est: qui in themistij diuisione inter medios a diuisione nominatus est. Quotiens enim aliquid esse: vel non esse monstrare contendimus: si fidem a partium enumeratione capiamus id ex diuisione necessario faciendum est. Diuisio vero aut formarum processit: aut partium. Locus quoque qui ex diuisione a themistio inter medios collocatus est: a cicerone in generis tractatione ponitur. ut enim tullius cum de genere loqueretur. hoc modo. Commode etiam tractatur hec argumentatio. que ex genere sumitur: cum ex toto partes persequare. hoc modo. si dolus malus est: cum aliud agitur: et aliud simulatur. enumerare licet quibus modis id fiat: deinde in eorum aliquem id quod arguas dolo malo esse factum includere. Quod genus argumenti imprimis firmum videri solet. A notatione tullij locus is: qui themistij est a nominis interpretatione. A coniugatis communis est locus: cum themistius inter medios collocauit. A genere. M. Tul. posuit a toto themisti⁹. A forma cice. a parte .i. specie themi. a similitudine communis quidem est: nisi quod Marcus tullius sub ea proportionem comprehendit. A differentia tullij. vel a genere: vel a toto

in themistij diuisione: vel a parte intelligi potest. A genere vel a toto quidem: si sit constitutiua differentia de qua sumitur argumentum a parte vero si sit diuisibilis. A contrario idem locus est: qui a themistio ab oppositis dictus ē et extrinsecus ↄstitu9. ab adiūctis ille est: q in themistij ꝑtitione a cōiter accidētib9 dicit inter cōsequētia subiec noiat9 Ab antecedentibus: et consequentibus locus multifariam spargitur. Nam et diffinitio et descriptio et antecedere rem et consequi possunt. Itemq3 nominis interpretatio. Item species antecedit: genus sequitur. Causa etiam efficiēs antecedit: et sequitur effectus. Materiam vero sequitur effectus. Communiter accidentia quoq3 si inseparabilia sint: necesse est: ut consequantur. Coniugata autem sese vel antecedunt: vel consequuntur. itaq3 hic locus pluribus mixtus est: non tam in rebus ab alijs omnibus. quā tractatione diuersus. ipsa enim conditio consequentię locum alium facit: cum ipsa conditio consequentię vel in diffinitione: vel in descriptione: vel in forma: vel in causa: vel in ceteris posita sit. Repugnantia vero oppositis aggregantur efficientia causis efficientibus vel materia. effecta illi sunt consimilis loco: quem Themistius posuit a fine. Nam causarum effectus finis est. A comparatione maioris vel minoris idem locus est: qui apud Themistium inter extrinsecus locos ponitur a maiore vel minore. vel a comparatione parium inter eos: qui a simili ducuntur esse putandus est. Dictum est enim in quantitate similitudinem esse paritatem. Restat locus vtrisq3 communis: qui extrinsecus collocatus est: quem Cicero: sicut Themistius a rei iudicio esse proposuit. Et Mar. Tullij quidem diuisio superiori Themistij partitioni tali modo poterit includi: quod licet in subiecta descriptione prospicere.

Tulliana diuisio.	Themistij diuisio.
A toto	A substantia.
A partiū enumeratione	A diuisione.
A notatione	A nois īterp̄tatiōe
A coniugatis	A coniugatis.
A genere	A genere vł a toto
A forma	A p̄te vel specie.
A similitudine	A simili.
A differentia	A toto vel a parte.
A contrario	Ab oppositis.
Ab adiunctis	A cōiter accidētib9
Ab antecedentib9 vel A consequentibus	A diffinitione vel descriptiōe: vel interpretatione: vel specie: vel causa vł materia: vel communiter accidentib9 vel cōiugatis.
A repugnantibus	Ab oppositis.
Ab efficientibus	A causis.
Ab effectis	A fine.
A comparatione.	
Vel maiorum	A maiore.
Vel minorum	A minore.
Vel parium	A similibus.

¶ Omnis quidem. M. Tullij partitio locorum in Themistij diuisione superioris descriptionis formula videtur conclusa. Nunc Themistij diuisio ad marci Tullij diuisionem reducenda est. Cuius quidem multa pars Ciceroni conuenit: sicut prior etiam descriptio docet. Quod vero ex Themistij superest diuisione: id si ad Tullij partitionis ordinem referatur: facili compendio quemadmodū ad se inuicem partitiones reducantur ostenditur. Nā continuę marci Tullij diuisioni ex themistij locis hi superiore descriptione conuenerant. Ciceronis quidem a toto themistij a substantia. A partium enūeratione Ciceronis a diuisione themistij. A notatione Ciceronis ab interpretatione themistij A coniugatis vtrorumq3 communis. A genere Cicero. a toto themist. A forma Cicero. a parte id est specie Themist. A similitudine communis A differentia Cicero. a toto vł a parte Themist. A contrario Cicero. idem apud themist. ab oppositis. et ab iunctis Cicero. eundem a communiter accidentibus Themist. dixit. Ab antecedentibus et consequentibus mixti cum pluribus. A repugnantibus Cice. idem a Themistio. Ab oppositis dicitur. Ab efficientibus Cicero. a causis themist. Ab effectis Cicero. a fine themist. A comparatione maioris: ac minoris. M. Tul. idē sunt a maiore ac minore themist. A comparatione parium Cicero. a similibus Themist. ¶ Cum igitur Marci Tullij plena diuisio aliquibus membris themistianę diuisionis aptetur: fieri non potest: ut non membra Themistianę diuisionis statim ad tullianę conuenientia reducantur. Quocirca si quid reliquum est in themistij diuisione: quod superiori formale non videatur ascriptum plene marci Tullij diuisioni sic poterimus aptare. Inuicem igitur diuisiones alterna reciprocatione coniunctę sunt. Restant autem ex Themistij locis hi: ab vsibus ab effectibus et corruptionibus: et proportione et transumptione. Quorum quidē ab vsibus: si vsus alicuius rei semper effector est: ei loco ciceronis adhibendus est: qui ab efficientibus nuncupatur Quod si ipsę vsus efficitur. ei loco ciceronis aptandus est qui ab effectis vocatur. Ab effectib9 vero: si quidem efficit aliquid effectus: ab efficientibus causis est: si vero ipsę effectus plenum aliquid confectumq3 demonstrat. Is locus ē quem ab effectis Tullius dixit. A corruptiōibus vero ab efficientibus dici potest. Nam cum omnis generatio efficiat aliquid id est substantiam formę corruptio rursus ipsa quoq3 efficit quiddam id est substantiali forma spoliat ac ꝑiuat: velut mors facit corporis dissolutionē. A proportione vero idem est: quem Tullius a similibus dixit: nā multorum in multis similitudo est proportio. Transumptio vero si quidem ad maiora sit: locus a maiorum comparatione est. Sin vero ad minora: locus est a minorum comparatione: q si ad paria: locus est a pariū comparatione. atq3 in his oībus reducendis tale satis est descriptiōis exēplū.

Ab vsibus	Si ipsę vsus aliqd efficit	A causis
	Si ipsę vsus efficit	Ab effectis.
Ab effectibus	Si effectus aliqd efficit.	A causis.
	Si effectus efficit	Ab effectis.
A corruptionibus		A causis.
A proportione		A similibus.
	Si sit ad maius	A ↄparatōe maiorū.
A trāsumptiōe	Si sit ad minus	Minorum.
	Si sit ad par	Parium.

¶ Ac de dialecticis quidem locis: quantū propositi operis ratio postulabat explicuimus. Nunc vero de Rhetoricis dicendū est quid sint: vel quid a dialecticis discrepare videant. Ad cuius plenam disputationem.

Sequitur liber quartus.

¶ De differentijs Topicis. Liber quartus.

Si quis operis titulum diligens examinator inspiciat: cum de topicis differentijs conscribamus: non id a nobis tantum expectare debebit: ut locorum inter se dialecticorum: vel etiam rethoricorum differentias demus: verum id multo magis ut dialecticos locos a rethoricis segregemus: quod nos efficacius aggredi posse arbitramur: si ab ipsa facultatum natura disputandi sumamus exordium. Diversa enim dialectice: ac rethorice similitudine ac dissimilitudine ab ipsarum facultatum necesse est formis etiam locorum: qui eisdem facultatibus deserviunt diversitates discrepantiasque ducamus. Dialectica igitur thesim tantum considerat. Thesis vero est sine circumstantijs questio. rethorica vero de hypothesibus .i. de questionibus circumstantiarum multitudine inclusis tractat: et disserit. Circumstantie vero sunt quis. quid. ubi. quando. quomodo. quibus adminiculis. Rursus dialectica quidem si quando circumstantias: veluti personam. factum ve aliquod ad disputationem sumit: non principaliter: sed omnem eius vim ad thesim: de qua disserit transfert. Rhetorica vero si thesim assumpserit ad hypothesim trahit: et utraque suam materiam quidem tractat: sed alterius quidem sumit: ut promptior in sua materia facultate nitatur. Rursus dialectica interrogatione: ac responsione constricta est. Rethorica vero propositam perpetua oratione decurrit. Item dialectica perfectis utitur syllogismis. Rethorica enthimematum brevitate contenta est. illud etiam differentiam facit: quod Rethor habet alium preter adversarium iudicem: qui inter utrosque disceptat. Dialectico vero ille fert sententiam: qui adversarius sedet. Ab adversario enim responsio veluti quedam sententia subtilitate interrogationis eliciatur. Que cum ita sint: omnis earum differentia vel in materia: vel in usu: vel in fine est constituta. In materia quia thesis atque hypothesis materia quidem utrisque subiecta est. in usibus quod hec interrogatione illa perpetua oratione disceptat: vel quod hec integris sillogismis. illa vero enthimematibus gaudet. In fine vero quod hec persuadere iudici: illa quod vult ab adversario extorquere conatur. Quibus ita precognitis paulo posterius et questiones Rhetoricas que in constitutionibus posite sunt: et propria generis eius inerrabimus locos. Nunc paulisper mihi videtur de tota ad modum breviter facultate tractandum magnum opus atque difficile. Quanta enim sibimet ars Rethorica cognatione iungatur: non facile considerari potest: vixque est etiam ut audita animadverti queat: nedum sit facile repertu. De cuius quidem rei traditione nihil ab antiquis preceptoribus accepimus. De unoquoque enim precipiunt nihil de communi laborantes. Quam partem doctrine vacuam: ut possumus aggredimur. Dicemus igitur de genere artis: et speciebus et materia et partibus: et instrumento instrumentique partibus: opere etiam officioque actoris et fine: post hec de questionibus ac de locis. Quocirca quod in communi speculandum est hinc differendi sumamus exordium. Rethorice igitur genus est facultas. Species vero tres iudiciale demonstrativum: deliberativum. et genus quidem id esse: quod diximus patet. Species autem idcirco sunt: quas enumeravimus superius: quoniam in his est tota facultas. Rhetorice in iudiciali genere causarum integra est. Item in demonstrativo: vel deliberativo. Sed hec genera sunt causarum. Omnes enim cause vel speciales vel individue sub horum trium generum uno cadunt: ut sub iudiciali quidem speciales ut maiestatis: vel repetundarum. Sub deliberativo vero cadunt quecumque cause consultationem habent: ut si specialiter accipias de bello vel pace. Eodem modo etiam in demonstrativo quecumque veniunt in laudem: aut vituperationem: specialiter quidem: ut laus viri fortis. Individue vero ut laus sapientis sub demonstrativo ponuntur. Materia vero huius facultatis est omnis res quidem proposita ad dictionem. Fere autem est civilis questio. In hanc speciem a Rethorica venientes: quasi quedam forme capiunt sibi materiam: et triplici informatam tenent figura quod posterius liquebit. ut civilis questio: que adhuc informis secundum species erat: fiat accepto fine uniuscuiusque specierum Rethorice subiecta: ut informis adhuc civilis questio cum acceperit ex iudiciali finem iusti: fiat ipsa civilis questio in iudiciali genere constituta. Cum vero ex deliberativo sumpserit utile vel honestum tunc fiat ipsa civilis questio in deliberativo causarum genere constituta. Si vero ex demonstratione sumpserit bonum tunc fit demonstrativa civilis questio. veniunt autem in materiam species ex Rethorica idcirco: quod aliter in materia sua quelibet facultas non potest operari. quam si suas adhibeat partes. Absentibus enim cunctis partibus suis Rethorica quoque ipsa est absens. sed quoniam de speciebus dictum est Rhetorice. quoniam sunt genera causarum: ita sunt: ut omnium negociorum que in civili questione constituta sunt accepto fine iusti: iudiciale sit genus. omnium vero que constituta sunt in civili questione: honestum vel utilem finem ceperunt. Deliberativum sit genus: omnium quoque que in civili questione posita finem honesti tantum boni ve sumpserunt. sit demonstrativum genus. sed de his hactenus. Nunc de partibus Rethorice providendum est. Partes autem Rethorice sunt quinque. inventio. dispositio. elocutio. memoria. pronunciatio. Partes autem vocantur idcirco: quod si aliquid harum defuerit oratori imperfecta facultas est. atque ideo que universam formant oratoriam facultatem eas partes facultatis eius dicere ius est. Sed he partes quoniam Rethorice facultatis sunt: totamque Rethoricam facultatem componunt. necesse igitur est: ut ubi fuerit Rethorica integra: ipse quoque partes consequantur in proprijs speciebus omnes igitur Rethorice partes inerunt rethorice speciebus. Quocirca civilibus negocijs tractandis adhibentur: que a predictis speciebus Rethorice informantur. eque igitur in iudiciali negocio: et in deliberativo et in demonstrativo: inventio: dispositio: elocutio: memoria: pronunciatioque conveniunt. Quoniam vero omnis fere facultas instrumento utitur ad faciendum quod potest erit etiam Rethorice facultatis aliquod instrumentum. hoc vero est oratio: que partim in civili genere versatur: partim minime. De ea autem oratione nunc loquimur: que aliquam habet questionem: vel que ad finem expediende questionis accommodatur. ea vero oratio: que in civili genere versatur: continue occurrit. Ea vero que non est in civilibus causis: interrogatione et responsione explicatur. sed prior rethorica secunda Dialectica nuncupatur. que hoc superiore differt. primumque illa civilis hypothesim: illa thesim considerat. dehinc quod hec intercisa oratione: illa continua peragitur: et quod Rethorica oratio habet preter adversarium iudicem. Dialectica vero eodem iudice: quo adversario utitur. Hec igitur Rethorica oratio habet partes sex: prooemium: quod exordium est: narrationem: partitionem: confirmationem: reprehensionem: perorationem: que sunt partes instrumenti Rethorice facultatis: et quoniam Rethorica in omnibus suis speciebus inest: eisdem inerunt. Nec potius inerunt quam eisdem ea que peragunt: administrabunt. Itaque etiam in iudiciali genere causarum necessarius est ordo prohemij et narrationis. atque ceterorum: et in demonstrativo deliberativoque necessaria sunt. ¶ Opus autem rethorice facultatis est docere movereque: quod nihilominus eisdem partibus fere sex instrumenti. id est orationis partibus administratur. Partes autem Rethorice: quoniam partes sunt facultatis: ipse quoque sunt facultates. Quocirca ipse quoque orationis partibus: quasi instrumentis utentur in partem atque: ut his operentur: eisdem inerit. Nam in exordijs nisi quinque sint predicte partes Rethorice: ut inveniat: disponat: eloquatur

meminerit pronunciet. nihil agit orator. eodem quoq; modo et reliquę fere partes instrumenti nisi habeant omnes Rhetoricę partes: frustra sunt.

¶ Huius autem facultatis effector est orator: cuius est officium dicere appositę ad persuasionem. Finis autem tum in ipso tum in altero. In ipso quidem bene dixisse. id est dixisse apposite ad persuasionem. In altero vero persuasisse. neq; enim si qua impediant oratorem quo minus persuadeat: officio facto finis non est consecutus: sed is quidem: qui officio fuit contiguus: et cognatus: consequitur: facto officio. is vero qui extra est: sępe non consequitur neq; tamen Rhetoricam suo fine contentam honore vacuavit. hec quidem ita sunt mixta: ut Rhetorica insit speciebus: speciei vero insunt causę. Causarum vero partes status esse dicuntur: quos etiam alijs nominibus: tum constitutiones: tum questiones nominare licet. qui quidem dividuntur ita: ut rerum quoq; natura divisa est. Sed a principio questionum differentias ordiamur: quoniam rhetoricę questiones circumstantijs involute sunt. omnes aut in scripti alicuius controversia versantur: aut preter scriptum ex re ipsa sumunt contentionis exordium. et illę quidem questiones: quę in scripto sunt: quinq; modis fieri possunt: vno quidem cũ hic scriptoris verba defendat: ille sententiã. Atq; hoc appellat' scriptum et voluntas. Alia vero mõ si inter se leges quędã contrarie dissentiant: quę cũ ex diversa pte defendũt faciunt controversiã. Atq; hic vocat' stat' legis contrarię. Tertio cum scriptum: de quo contenditur. sententiam claudit ambiguã. hec suo nomine ambiguitas nuncupatur. Quarto vero cum ex eo: quod est scriptum aliud nõ scriptum intelligitur: quod quia per ratiocinationẽ: et quandam syllogismi cõsequentiã investigat' ratiocinatio: vel syllogismus dicitur. Quinto vero q cum sermo est scriptus: cuius non facile vis: et natura clarescat: nisi diffinitione detecta sit. hic vero dicatur finis vel inscriptio. Quos omnes a se differentię non est nostri operis: verum rethorici demonstrare. hec enim speculanda doctis non rudibus discenda proponimus: quãvis de eorum differentijs in topicorum comentis pertransitum disseruimus. Earum autẽ constitutionum: quę preter scriptum in ipsarum rerum contẽtione sunt positę: ita differentijs segregantur: ut rerum quoq; ipsarum diversa est natura. In omni enim rethorica questione dubitatur: an sit: quid sit: quale sit: et preter hec an iure an more possit exercere iudicium. Sed si factum: vel res: q intenditur ab adversario negetur: questio est. verum sit ex quę coniecturalis constitutio nominatur. Quod si factum esse constiterit quid vero sit id: quod factum est ignoretur. quoniam vis eius diffinitione monstranda est: diffinitiva dicitur constitutio. At si et esse constiterit: et de re de diffinitione conveniat: sed quale sit inquiratur. tunc quia cui generi subijci debeat: ambigitur generalis qualitas nuncupatur. In hac vero questione et qualitatis et quantitatis: comparationis ratio versatur. Sed quoniã de genere questio est: sm generis formam in plura necesse est hanc constitutionem membra distribui. omnis igitur questio generalis id est cum de genere et qualitate et quantitate queritur facti: in duas distribuitur partes. Nam aut in preteritũ quis de qualitate propositi. aut in presens: aut in futurũ: si in preteritum iuridicialis cõstitutio nuncupatur. Si presentis vel futuri temporis teneat questionem: negocialis dicitur. Iuridicialis vero: cuius inquisitio preteritũ respicit: duabus partibus segregatur. aut eniz in ipso facto vis defensionis inest: et absoluta qualitas nuncupatur: aut extrinsecus assumitur: et assumptiva dicitur constitutio. Sz hec in quattuor partes derivatur. Aut enim conceditur crimen: aut removetur: aut refertur: aut quod est ultimum comparatur. Conceditur crimen: cum nulla introducitur facti defensio: sed venia postulatur. Id fieri duobus modis potest. si deprecteris: aut purges. Deprecaris cum nihil excusationis attuleris: purgas cum facti culpa his asscribatur: quibus obsisti: obviariq; non possit: neq; tamen personę sint. id enim in aliam constitutionem cadet. Sunt vero hec imprudentia: casus: atq; necessitas. Removetur vero crimen: cum ab eo: qui incessitur: transfertur in alium. Sed remotio criminis duobus modis fieri potest. si aut cã referatur: aut factum. Causa refertur: cum aliena potestate aliquid factum esse contenditur. Factum vero: cum alius aut potuisse: aut debuisse facere demonstratur. atq; hec in his maxime valent: si eius nominis in nos intendatur actio: q non fecerimus id quod oportuit fieri. Refertur crimen cum iure in aliquem facinus commissum esse contenditur: quoniam his in quem commissum sit: iniurius sępe fuerit: atq; id quod intenditur meruit pati. Cõparatio est: cum propter meliorem utilioremve factum quod adversarius arguit commissum esse defenditur. Horũ vero omnium sunt proprię differentię: atq; adeo minutissime divisiones quas Rhetorum in his docendis explicandisq; cõscripti libri diligentius continent. Nos hec a M. Tullio sumpsisse sufficiat. Ad aliud enim tota operis festinat intentio. De quibus omnibus hoc modo inspiciendum est. M. enim Tullius causarum partes constitutiones esse demonstrat eo loco quo contra Hermagoraz nititur dicẽs q si generis causę non possunt recte partes putari multo minus recte partis causę partes putabuntur. Pars autez causę constitutio omnis est. partes causę constitutiones ẽ designans. Qua de re multa questio est. quomodo eniz partes esse putabantur causę. Si enim ita partes: ut species quomodo fieri potest: ut in vna causa plures constitutiones sint. Nam species sibimuicem impermixtę sunt. At veniunt in causam plurimę constitutiones: non sunt igitur partes causarum: velut species status. Illud quoq: q nulla species aliam sibi speciem oppositam ad substantiaz iuvat. Constitutio vero constitutionem confirmat ad fidez Nec vero fieri potest: ut ita sint causarum: quasi totius partes. nullum enim compositum ex vna parte totum. atq; integrum esse potest. At in causa constitutio vna idonea est constituere causaz. Quid igitur est dicendum? patet vna ratione. Neq; enim causę eius pars dicitur esse constitutio: quę in controversiam venit. et quam status constituit: cuz presertim qui additur ad causam status: vna iam constitutione firmata: non sit principalis: sed accidentalis atq; in vno negocio tot veniant controversię quot sunt constitutiones. sed quot controversię: tot causę et licet eas vnum cõtineat negocium: causę tamen impermixtę sibi variantur: ut qui iuvenem de lupanari exeuntem vidit: paulo post de eodem loco vxorem suam vidit egressam: accusat iuvenem adulterij. hic vnum negocium hoc quod vertitur est. causę autem duę: vna cõiecturalis si neget se fecisse. Altera diffinitiva: si i lupanari concubitum dicat non posse adulterium putari. Sed neq; neganti pars eiusdem controversię coniecturalis status: neq; diffinienti diffinitio. totam eniz continet causam. causam autem voco non generaliter: sed controversiam constitutione aliqua formatã. sunt autez cõstitutiones partes causę: generalis hoc modo. Si eni omnis cau'a coniecturalis esset: nec alius status inveniretur. non esset status coniecturalis causę pars. sed ipsa causa esset sine dubio coniectura. sed quoniam partim coniectura: partim fine: partim qualitate: partim translatiõe causę omnes tenentur: pars est constitutio causę non eius [illegible] nendo informat: sed eius quam dividit generalis [illegible] licet quasi membrũ aliquod abscidens suum facit [illegible] constitutio. Sunt igitur partes ut species constitu[illegible] causę generalis non eius: quam vnaqueq; tenens info[illegible] maverit. Quare genus est Rhetoricę facultas. Rhetoricę vero species tres iudiciale: demõstrativũ: deliberativum. Materia autẽ civilis q̃stio: que vẽ cũ. pte [illegible] tutiões. rethoricę ptes invẽtio: dispositio. elocutio. [illegible]

pronunciatio: instrumentum oratio. instrumenti partes et
ordium: narratio: partitio: confirmatio: reprehensio: perora-
tio: opus est docere et mouere. actor est orator. officium be-
nedicere. finis tum bñdixisse: tum persuadere. est vero to-
ta Rhetorica in speciebus. Species vero ita totam mate-
riam informant: ut tamen vicissim totam sibi vendicent.
quod ex hoc intelligi potest: quoniam omnes materia par-
tes singule species tenent. Nam in iudiciali quattuor con-
stitutiones inuenies: et in deliberatiuo: demonstratiuoque
easdem quattuor inuenire queas. Unde ostenditur: si om-
nes partes cause generalis: que est ciuilis questio: singule
species habent. omnes vero partes causa ipsa est. causam
id est ciuilem questionē a speciebus vicissim vendicari to-
tam eodem modo: quo vox vno tempore ad plurimorum
aures peruenit cum suis integra partibus id est elementis
nam eodem tempore tota causa ad diuersas species cum su-
is partibus transit. Sed cum species in materiā venerint
id est in ciuilem questionem: et eam cum suis obtinuerint
partibus inferunt secum etiam ipsam Rhetoricam facul-
tatem. Quare etiam Rhetorice partes in singulis con-
stitutionibus merent. Sed illata materia Rhetorica in-
fert secum instrumentū suum. infert igitur secum oratio-
nem: et hec etiam proprias partes: eritque in constitutioni-
bus tractandis exordium: et cetera. Sed cum instrumētū
venerit in ciuilem questionē: operā quoque suam simul in-
fert. Hec docebit igitur: ac persuadebit in omni constitutione.
sed hec per se venire nō poterunt: nisi sit: qui hec moueat ve-
lut artifex atque architectus. Hic autē est orator: qui cum ad
causam accesserit: faciat officiū suum. bene igitur dicet et in om-
ni genere causarum: et in omni constitutione orator: faciat etiā fi-
nem: tum ut benedixerit in omni cōstitutione: tum ut per-
suaserit. De singulis igitur nunc quidē in cōmune tractaui-
mus. De vnoquoque vero separatim post si erit otium: com-
modum disseremus. Atque hec hactenus nūc de inuentiōe
tractandū est. et enim prius quidē dialecticos ordinem: nūc
rhetoricos promimus locos. quos ex attributis persone ac
negocio venire necesse est. persona est: que in iudiciū vocatur:
cuius dictū. factū ve reprehenditur. Negociū factū dictum ve
persone propter quod in iudiciū vocatur. Itaque in his duo-
bus omnis locorū ratio constituta est. que enī habent repre-
hensionis occasionē: eadem nisi omnino ad inexcusabilem
perueniant: defensionis copiā subministrant: et eisdem
enim locis omnis accusatio defensioque consistit. Si igitur
persona in iudiciū vocatur: neque facto dictū ve vllo repre-
henditur: causa esse non poterit. Nec vero factū: dictum ve
aliquid in iudiciū proferri potest: si persona non extet. itaque
in his duob⁹ omnis iudiciorū ratio versatur in psona atque
negocio. Sed (ut dictū est) psona est que in iudiciū voca-
tur. negociū factū dictum ve psone: propter quod reus sta-
tuitur. psona igitur et negociū si teneret argumēta non pos-
sunt. De ipsis enim questio est. De quib⁹ autem dubitatur
ea dubitationi facere fidem nequeūt. Argumentū vero erat
ratio rei dubie faciens fidem. Dabunt autē negocio fidem ea
que sunt persone ac negocij attributa. At si quādo perso-
na negocio faciat fidem: velut si queratur contra temp. sensisse
se catilinā: quoniā persona est viciorū turpitudine denota-
ta: tunc nō in eo quod persona est: et in iudiciū vocatur: fidem ne-
gocio facit: sed in eo quod ex attributis psone quedā suscipit
qualitatē. Sed ut rerū ordo clarius colliquescat: de circum-
stantijs arbitror: esse dicendum. Circūstantie sunt: que cō-
uenientes substantiā questiōis efficiūt. Nisi enim sit. qui
fecerit: et quod fecerit: eamque cur fecerit: locus: tempusque:
quo fecerit: modus etiam facultasque si desunt causa non sta-
bit. Has igitur circumstantias in gemina cicero partitur:
ut eam que est quis circūstantiam in attributis persone po-
nat. Reliquas vero circūstantias in attributis negocio cō-
stituerit: et primā quidē circūstantiā eam: que est quis: quo-
niā psone attribuit: secat in .xi. partes: nomen ut verres:

naturā ut barbarus. victum: ut amicus nobiliū studium:
ut geometer. fortunā: ut diues casum: ut exul. affectionem
ut amans habitū: ut sapiens: consilio: ut simo agere cure puer
certum imponere nostre. facta. et orationes. ea que extra illā
factū: dictāque sunt: quod nūc in iudicium deuocatur. Reli-
quas vero circūstantias: que sunt quid: cur: quomō: quib⁹
auxilijs: vbi quando in attributis negocio ponit. Quid
et cur dicens continentia cū ipso negocio. Cur in causa cō-
stituens. ea enim causa est vniuscuiusque facti. propter quā
factum est. Quid vero secat in quattuor partes in summā
facti: ut parentis occisio. ex hac maxime locus sumitur am-
plificationis. Ante factum: ut concitus gladium rapuit.
dum fit vehementer percussit. post factum in abdito sepeli-
uit. ¶ Que cum omnia sint facta: tamē quoniā ad gestum
negocium. de quo queritur pertinent: non sunt facta: que
in attributis persone numerata sunt. illa enim extra nego-
cium: de quo agitur posita psonā informantia fidem ei ne-
gocio prestant: de quo versatur intentio. Hec vero facta. q̄
continentia sunt cum ipso negocio: ad ipsum negocium: de
quo queritur pertinens. Postremas vero quattuor circū-
stantias Cicero ponit in gestione negocij: q̄ est secūda pars at-
tributorum negocijs: et eam quidem circumstantiā: que est
quando: diuidit in tempus: ut nocte fecit. et in occasionem.
ut cunctis dormientibus. eam vero circumstantiam: que
est vbi. locum dicit: ut in cubiculo fecit. quomodo vero ex
circumstantijs modum: ut clam fecit. Quibus auxilijs cir-
cumstantiam facultatem appellat: ut cum multo exercitu.
Quorum quidem locorum: et si ex circumstantiarum na-
tura discretio data est: nos tamen beniuolentius faciemus
si vberius eorum a se differentias ostendamus. Nam cū
ex circumstantijs alia Tullius posuerit esse continentia cū
ipso negocio. alia vero in gestione negocij. Atque in conti-
nentibus cum ipso negocio tum enumerauit locum: quē
appellant dum fit: ex ipsa prolationis significatione idem
videtur esse locus hic: dum fit ei qui est in gestione nego-
cij. Sed non ita est. quia dum fit illud est: quod eo tempo-
re admissum est. dum facinus perpetratur: ut percussit. In
gestione vero negocij ea sunt: que ante factum: et dum fit:
et post factum quod gestum est: cōtinent. In omnibus enī
tempus locus. occasio modus facultas inquiritur. Rur-
sus dum fit factum est. quo administratū est negociū. que
igitur sunt in gestione negocij. non sunt facta: sed facto ad-
herentia. nullus enim tempus: occasionem: locum: modum
facultatem facta esse consenserit: sed (ut dictum est) que cui-
libet facto adherentia sunt: atque id nullo modo relinquunt
quadam ratione subiecta sunt ipsi quod gestum est: nego-
cio. Item ea que sunt in gestione negocij: sine his. que sunt
continentia cum ipso negocio esse possunt. Potest enim et
locus: et tempus: et occasio: et modus: et facultas facti cui⁹-
libet intelligi: etiam si nemo faciat: quod illo in loco: vel tem-
pore: vel occasiōe: vel modo: vel facultate fieri posset. itaque
ea: que sunt in gestione negocij sine his: que continentia cū
ipso negocio esse possunt. illa vero sine his esse nō possunt
factum enim preter locum: tempus: occasionem: modum: fa-
cultatemque esse non poterit. atque hec sunt que in attributis
persone ac negocio constant: velut in dialecticis locis ea:
que in ipsis herent: de quibus queritur. Reliqua vero q̄
vel sunt adiuncta negocio: vel gestum negocium cōsequū-
tur talia sunt: qualia in dialecticis locis ea: que sm̄ Themi-
stium partim rei substantiam consequūtur. partim sunt ex-
trinsecus: partim versantur in medijs sm̄ Ciceronem vero
inter affecta numerata sunt: vel extrinsecus posita. Sunt
enim adiuncta negocio ipsa etiam que fidem faciunt questi-
oni affecta quodammodo ad id: de quo queritur: et respici-
entia negocium: de quo agitur hoc modo. Nam circumstā-
tie septē in attributis psone: vel negocio numerate sunt hec cū
ceperint cōparari. et q̄n in relationē venerit: si qd ad se ptinēs re-
feratur: vel ad id qd ptinet. sit aut spēs: aut gen⁹. at si ad id

referat. qđ ab eo lõgissime distet 3riũ est. at si ad finẽ suum
atqꝫ extrã referatur: euictus ẽ. eodẽ quoqꝫ mõ ad maiora: ad
minora. ꝛ paria comparantur. Atqꝫ oĩno tales loci in his: q̃
sunt ad aliquid: cõsiderantur. nã maius: aut minus: aut si
mile: aut eque magnũ: aut disparatum accidũt circumstan-
tijs: que in attributis negocio. atqꝫ psone numerate sunt.
ut dum ipse circũstantie alijs comparantur. fiat ex his argu-
mentũ dicti. facti ve. quod in iudiciũ trahitur. Distant au
tem a superioribus: qꝫ superiores loci vel facta cõtinebant: vel
factis ita adherebant: ut separi non possint: ut locus: tpe: ꝛ
cetera que gestum negociũ non relinquũt. hec vero: q̃ sunt
adiuncta negocio: nõ adherent ipsi negocio: sed accidũt cir-
cumstãtijs: et tunc demũ argumentũ prestant: cum ad com
parationẽ venerint. Sumũtur vero argumẽta nõ ex con-
trarietate: sed ex cõtrario: et non ex similitudine: sed ex sili:
ut appareat nõ ex relatione sumi argumenta: sed et adiun-
ctis negocio: et ea esse adiuncta negocio: que sunt ad ipsum
de quo agitur negociũ affecta. ¶ Consecutio vero: que ps
quarta eoꝝ que negocijs attributa sunt: neqꝫ in ipsis inest
rebus: neqꝫ rerum substantiã non relinquit: neqꝫ ex com-
paratione reperit: sed rem gestã vel antecedit: vel etiam cõse
quitur. Atqꝫ hic totus locus extrinsecus est. primũ enim
in eo querit id quod factũ est: quo nomie appellari cõueni
at. in quo non de re: sed de vocabulo laboratur. qui deinde
actores eius facti. et inuẽtionis comprobatores: atqꝫ emu
li fuerũt. Id totum ex iudicio: et quodã testimonio extrin-
secus posito ad subsidiũ confluit argumẽti. deinde et que
eius rei sit lex: consuetudo: actio: iudicium: sententia: artifi
cium. Deinde querit: si natura eius euenire vulgo soleat.
an insolenter et raro vtrũ hominẽ id sua autoritate compro
bare: an offendere in his cõsueuerint: et cetera: que factum
aliquod similiter confestim: aut interuallo solent consequi
que necesse est extrinsecus posita ad opinionẽ magis ten-
dere: q̃ ad ipsam rerum naturam. Itaqꝫ in his quattuor
licet negocijs attributa diuidere: ut sint prim continentia
cum ipso negocio: que facta esse superius dictum est: prim
in gestione negocij: que non esse facta. sed factis adherentia
dudum mõstrauimus: prim adiuncta negocio. hec (ut di-
ctũ est) in relatione ponũtur. prim gestum negocium conse
quũtur. hoꝝ fides extrinsecus sumit. Ac de rhetoricis q̃-
dem locis satis dictum est. nũc illud est explicandũ que sit
his similitudo cum dialecticis. que vero diuersitas. quod
cum idonee cõuenienterqꝫ mõstrauero: propositi operis ex
plicabitur intentio. primo adeo ut in dialecticis locis (si-
cut themistio placet) alij sunt qui in ipsis herent. de quib⁹
queritur: alij assumũtur extrinsecus: alij vero medij inter
vtrosqꝫ locati sunt. sic in rhetoricis quoqꝫ locis alij in pri-
ma: atqꝫ negocio consistũt: de quibus ex diuersa parte certa
tur: alij vero extrinsecus: ut hi: qui gestũ negociũ consequũ
tur. alij vero medij. Quoꝝ quidẽ proximi negocio sunt hi
qui ex circũstantijs sicut reliqui in gestione negocij conside-
rantur. Illi vero: qui in adiunctis negocio collocãtur. ipsi
quoqꝫ inter medios locos positi sunt: quoniã negociũ: de
quo agitur: quadã affectione respiciũt. vel si quis ea quidẽ
que personis attributa sunt: vel que continẽtia sunt cũ ipso
negocio: vel que in gestione negocij cõsiderantur: his simi-
lia locis dicat: qui ab ipsis in dialectica trahũtur. de quib⁹
in questione dubitatur. Consequẽtia vero negociuꝫ ponat
extrinsecus: adiuncta vero inter vtrũqꝫ constituat. Cicero-
nis vero diuisioni hoc modo fiet similis. Nam ea que cõti
nentia sunt cum ipso negocio: vel ea que in gestione nego-
cij cõsiderantur: in ipsis herent de quibus querit. ea vero:
que iuncta sunt: inter affecta ponũtur. sed ea que gestum
negociũ consequũtur: extrinsecus locata sunt: vel si quis ea
quidẽ q̃ cõtinẽtia sunt cũ ipso negocio: in ipsis herere arbi-
tret. affecta vero esse ea. que sunt in gestione negocij vel ad-
iuncta negocio: extrinsecus vero ea: que gestum negocium
consequũtur. Sunt vero sunt ille proximque cõmunitates. qꝫ
quidã ipsi pene in vtrisqꝫ facultatibus versantur loci: ut ge

nus: ut pars: ut similitudo: ut cõtrariũ: ut maius: ac min⁹.
De cõmunitatibus satis dictũ est.

¶ Differentie vero ille sunt: qꝫ dialectici thesib⁹ apti sunt
Rhetorici tantũ ad hypotheses. i. ad questiones informã
das circũstantijs assumũtur. nam sicut ipse facultates a se-
metipsis vniuersalitate et particularitate distincte sunt: ita
etiam eoꝝ loci ambitu et cõtractione discreti sunt. Naꝫ di
alecticoꝝ locoꝝ maior est ambitus: et quoniã preter circum
stantias sunt: que singulares faciunt causas: non modo ad
theses vtiles sunt: verũetiã ad argumenta: que in hypothe
sibus posita sunt: eoꝝqꝫ locos: qui ex circũstantiis cõstant
claudunt: atqꝫ ambiunt. itaqꝫ fit: ut semp egeat Rhetor di
alecticis locis. Dialecticus vero suis possit esse contentus
Rhetor enĩ: quoniã causas ex circũstantijs tractat: ex eisdẽ
circũstantijs argumẽta presumet: que necesse est ab vniuer
salibus ꝛ simplicib⁹ confirmari: qui sunt dialectici. Diale-
cticus vero: qui prior est: posteriore non eget: nisi aliquãdo
inciderit questio psone: ut cũ sit incidens Dialectico ad p-
bandam suã thesin causa circũstantijs inclusa: tum demũ
rhetoricis vtatur locis. Itaqꝫ in dialecticis locis: si ita ptin
gat a genere argumẽta sumũtur. i. ab ipsa generis natura.
Sed in rhetoricis ab eo genere: quod illic genus ẽ: de quo
agitur. nec natura generis: sed de re. s. ipsa: que genus est.
Sed ut progrediat: ratio ex eo pendet: qꝫ natura generis
ante precognita est. ut si dubitet: an fuerit aliquis ebrius.
Dicetur si refellere velimus: nõ fuisse: quoniã nulla in eo
luxuries antecesserit: ideirco nimiꝝ. quia cuꝫ luxuries ebri
etatis sit quasi quoddã genus: cũ luxuries nulla fuerit: nec
ebrietas qdem fuit. Sed hoc pendet ex altero. Cum enim
luxuries nõ fuit: ebrietas esse non potuit. Ex natura gene-
ris demonstrat: quod dialectica ratio subministrat. Unde
eniꝫ genus abest. Inde etiam species abesse necesse est: quo
niam genus species non relinquit. ꝛ de similibus quidẽ.
et de contrarijs eodem modo: in quibus maxima dissi-
militudo in rhetoricos ac dialecticos locos Dialectica eniꝫ
ex ipsis qualitatibus. Rhetorica ex qualitate suscipienti-
bus rebus argumenta vestigat. vt dialecticus ex genere.
id est ex ipsa generis natura Rhetor ex ea re: que gen⁹ est
Dialecticus ex similitudine. Rhetor ex simili. s. ex ea re: q̃
similitudinẽ cepit. Eodem modo ille ex cõtrarietate hic ex
contrario. Omnib⁹ igitur: que superius proposuim⁹ expe
ditis. illud arbitror apponendũ: qꝫ. M. Tullius Topica
que ad. C. Trebatiũ peritũ iuris edidit: nõ eo modo: quo
de ipsis disputari possit disseruit: sed quemadmodũ Rhe-
torice facultatis argumenta ducerentur. quod in his com-
mentarijs diligentius expeduimus: qui a nobis in eius-
dem Ciceronis Topica conscripti sunt. Qui autem mõ de
his dialecticis rationibus disputet: in his commentarijs:
quos in aristotelis topica a nobis translata cõscripsimus.
expeditum est.

Finis.

tant. si quidem ex causis etiam plurima contrahuntur. nā sicut cuiuslibet effectus potest causa tractari: sic ex qualibet causa potest: qui sit euentus ostendi. reteq3 sit causarum cognitio euentorum cognitionem facit. ut enim in predicamentis ostenditur: sciri relatiuū aliquod non potest preter reliqui scientiam relatiui.

Reliquus est comparationis locus: cuius genus ⁊ exemplum supra positum est: ⁊ ceterorum nunc explicanda tractatio est. Comparantur igitur ea quę: aut maiora: aut minora: aut paria dicuntur. in quibus expectantur hęc numerus: species: vis quędam etiam ad res aliquas affectio. Numero si comparabuntur vt plura bona paucioribus bonis anteponantur: pauciora mala malis pluribus. Diuturniora bona breuioribus. longe ⁊ late puagata angustis: ex quibus plura bona propagentur: quęq3 plures imitentur ⁊ faciant. Specie autē comparantur: vt anteponantur: quę propter se expetenda sunt his quę propter aliud: ⁊ vt innata atq3 insita assumptis ⁊ aduenticijs: integra contaminatis. Iocunda minus iocundis: honesta ipsis etiam vtilibus. Procliuia laboriosis. necessaria non necessarijs. Sua alienis. rata vulgaribus. Desiderabilia his quibus facile carere possis. Perfecta inchoatis. tota partibus. Ratione vtentia rationis expertibus. volūtaria necessarijs. animata inanimatis. naturalia non naturalibus. artificiosa non artificiosis. Uis autem in comparatione sic cernitur. Efficiens causa grauior ꝙ non efficiens. Quę seipsis contenta sunt: meliora ꝙ quę egēt alijs. Quę in nostra ꝙ quę in aliorum potestate sunt. Stabilia incertis. Quę eripi non possunt his quę possunt. Affectio autē ad res aliquas est huiusmodi. Principum commoda maiora ꝙ reliquorum. Itemq3 quę iucundiora: quę pluribꝰ probata: quę ab optimo quoq3 laudata. Atq3 vt hęc in comparatione meliora sunt: sic deteriora quę his sunt contraria. Parium autem comparatio nec elationem habet: nec submissionem. est enim ęqualis. Multa autem sunt: quę ęqualitate ipsa comparentur. Quę ita fere concluduntur. Si consilio iuuare ciues ⁊ auxilio ęqua in laude ponendū est: pari gloria debent esse hi: qui consulunt et hi qui defendunt at quod primum est: quod sequitur igitur.

¶ Omnis comparatio duplex est. aut enim ęqualia sibimet comparantur: aut inęqualia. sed in his quę sunt ęqualis semper eadem esse notatur ęqualitas. Inęqualia autem in gemina velut membra diuidūtur: minoris scilicet atq3 maioris. Nam quod minus est: nō per se minus est sed cōparatione maioris. Itemq3 quod maius est: minoris comparatione dicitur maius. Quę cum ita sint diuidit atq3 ante oculos ponit omnium comparationum modos. ⁊ qd̄ raro in superioribus locis fecit: ipsas maximas propositiones ponit in comparationibus constitutas. vt si quando loco sit nobis comparationis vtendum habeamus quoddam: velut inuentionis exemplar: ad quod quęrentem animum possimus aduertere. Omnis igitur comparatio aut in numero consistit: aut in specie: aut in vi: aut in aliqua locata extrinsecus affectione. Nam quodcūq3 conferre contendimꝰ aut numero comparamus: ⁊ sm̄ id aliud maius: aliud minus esse decernimus. aut speciem ipsam intuentes: earumq3 alij comparantes de excellentia iudicium damus. aut illō consideramus: quid res quęq3 possit efficere: ⁊ in quantum eius possit progredi natura. aut ex aliorū quodammodo continentia: ⁊ ex circūstantium affectione rem quam alij cōferimus intuemur. Numero igitur quę comparantur: si ex eodem sint genere: plura paucioribus anteponūtur. velut si bona omnia sint ęqualia: tunc quisquam plura bona paucioribꝰ anteponit. Et est hęc maxima ꝓpositio. Plura bona paucioribus anteponuntur. ⁊ in ceteris quoq3 eadem ratio perspicitur maximarū propositionum. at si oīa in contrario sint genere: pluralitati paucitas preferenda est vt pauca mala pluribus malis. mala vō ipsa bonis nullo modo conferuntur. Quę enim vllo modo compensantur: in eodem esse genere debent non in contrario. Nam cum aduersum se contraria e regione locata sunt: conferri comparariq3 nō possunt: quia sibi intelliguntur esse inimica. Est etiam scd̄m numerum comparatio in temporis quoq3 ratione. Nam cum tempus certis quibusdam spacijs diuidatur: velut hore dies menses atq3 anni. Ex ęqualibus bonis ea magis eligenda sunt quę diuturnius perseuerant. ꝙ in numero positum esse nullus ignorat. Ipsa enim diuturnitas plurimos esse vel dies vel menses vel annos fatetur: quibus durat id quod eligitur. Longe ⁊ peruagata bona angustis ⁊ in vnum minimum locum coartatis numeri comparatione precedunt. Nam quę longe lateq3 peruagata sunt ea in plurimas gentes regionesq3 diffusa sunt pluralitas vō cuiuslibet rei numerum spectat. Iam vō ex quo plura propagantur bona quis non iudicet esse meliora his quorum est inops bonorum contractiorq3 fecunditas. Quis etiam bonum quod plures imitentur vt faciāt ceteris quę ita non sint excellere non arbitretur. quę in numero constare quis nesciat: quando in numero pluralitas constat. Specie vero comparantur: quę per seipsa considerata sic quodammodo pulchritudinis merito ceteris anteferuntur. Meliora enim sunt quę per se: quam quę propter aliud expetuntur veluti salus quę per se expetitur: medicina propter salutem. Quocirca melior est salus quam medicina. atq3 hęc non ad aliquem numerum non postremo ad aliquam quantitatem sed ad ipsam speciem salutis ac medicinę considerationem referentes iudicium promimus. Illa quoq3 quę innata atq3 insita sunt: assumptis ⁊ aduenticijs meliora iudicantur. vnde innata moribus grauitas longe amplius excellit eam: quę per imitationem affectatur. Integra etiam potius quā cōtaminata meliora iudicium ferunt. Nam quę integra sunt: suā spēm seruāt ꝙ contaminata sunt: atq3 ex aliqua pte viciata: si q̄ ēt inerat: spēi pulchritudinē pdiderūt. Iocūda minꝰ iocūdis meliora cōmunis omnium animalium natura diiudicat. Honesta vtilibus sapientes anteponunt. procliuia laboriosis anteferri illa res monstrat. quod nemo ad eundem finem per laboriosam atq3 asperam viam tendere cupiat: ad quem possit procliui: faciliq3 itinere peruenire. Labor quippe omnis iniocundus est. iocunda est facilitas. Necessaria etiā non necessarijs partim preferri: partim etiam post poni debent. Quod Marcus Tullius tacuit. Necessaria quippe preferuntur his non necessarijs: quę non boni ratiōe. sed voluptatis appetitione sunt constituta. veluti luxu regio parata conuiuia nullus sapiens iudicet esse meliora his quę naturę expleant indigentiam. quędam vero sunt quę ipsa specie boni cum non necessaria sint: meliora sunt necessarijs. Nam viuere necessarium est: ⁊ sine eo subsistere animal nequit. Philosophari vero non est necessarium: me-

lius tamen longeq; excellentius philosophum viuere: quā tantū viuere. Illud enim raro paucisq; etiam vtentibus ratione concessum. Illud pecudibus cōmune nobiscū. Sua quoq; alienis iure meliora esse dicuntur. veluti hominibus ratio potius quam voluptatis appetitio. illud enim proprium est hois illud alienum. rara quoq; vulgaribus meliora sunt. atq; hic locus approbat id: quod superius dictum est. philosophantem vitam ipsa vita esse meliorem. Nam que rara sunt: facile id quod vulgare est antecedunt. Desiderabilia etiam his quibus facile carere possis. illa res approbat esse meliora: q̄ maxime desideranĩ: ⁊ sine his anxia vita est. veluti si qs capillis visum cōferat. Egrius enim toleramus carere visu quam capillis. itaq; ex hoc meliorem esse visum capillis iudicamus. Quod his facile: alio equo animo carere non possumus. Perfecta etiã imperfectis naturaliter excellunt. illa enim suam formam adepta sunt. illa minime. Tota etiam partibus eodem modo excellentiora esse arbitramur. Nam quod totum est: habet natura propriam formam. Quod vero pars est ⁊ ad totius nititur perfectionem: nondum sue pulchritudinis speciem cepit: nisi ad totius integritatem referatur. Iam vero ratione vtentia rationis expertibus nullus dubitat esse meliora. Voluntaria quoq; necessarijs iure anteponuntur. Nam que voluntaria sunt libera sunt. que necessaria quodam nos veluti dominio necessitatis astringunt. atq; ideo meliora esse voluntaria necessarijs existimamus. quāquam in hoc etiam illud intelligi possit quod a nobis superius dictum est. Non necessaria sepe necessarijs anteponi. quandoquidem ea que voluntaria sunt non sunt necessaria: voluntaria vero meliora sunt necessarijs. Non necessaria igitur sepe necessarijs excellunt. animata quoq; inanimatis ipsius animi vegetatione considerata anteponenda esse ratio persuadet. Naturalia etiam non naturalibus ⁊ artificiosa inartificiosis. Optimusq; hic gradus est: vt naturam arti: artem preferas inertie. ars quippe imitatur naturam. quo fit ut id quod in se retinet pulchri ex natura veniat: cuius imitari speciem cupit. longe vero postrema sunt: que cū artificio carent: non a specie solum nature: verūetiam ab imitatione discedunt. atq; hec quidem de specie in comparationibus considerantur. vis autem in eo consistit in quo consideratur quid vnaqueq; res possit efficere. nam quod queq; res potest. ea vis eius rectissime dicitur. efficiens igitur causa graviorem vim habet quam ea que nihil efficit velut artifex melior quam materia. illa quippe stolida est atq; immota. Nec aliquid efficiens: nisi formam ab artifice id est ab efficiente causa susceperit. item que seipsis cōtenta sunt: meliora esse ea videntur que egent alijs veluti omnium deus optimus est: q2 nullo indiget. ⁊ ipsa cuncta sunt indiga. item que in nostra sunt potestate magis eligenda sunt quam que in aliena manu posita facile labuntur. quo fit ut sit virtus melior quam diuitie. Nam virtus est in nostra potestate: diuitiarum fortuna domina est. iam vero stabilia incertis: que eripi non possunt is que possunt. Si tñ bona sunt quis non intelligat esse meliora: quorum tamē locorum pars contraria contrarium tenet. inspectis quippe his que meliora sunt. Si horum aduersa videamus deteriora sunt. restat in affectione posita comparatio que ita tractatur ut non per semetipsam res que alij confertur: sed ex alterius cuiuslibet consideratione pensetur. velut in tribus quibusdam rebus. Si due ad tertiam comparentur eo q̄ ad tertiam plus minusve iungantur. Sūt enim duo quedam humanis rebus accommodata: quarum vna principibus atq; etiam ipsi reipublice accommodatior est. Hic igitur iudicabimus eam rem esse meliorem que melioribus prodest id est aut reipublice vel principibus non considerantes vt sese res habeat: Sed quantum reipublice vel principibus adiuncta sit. Hec igitur res ex affectione est comparata meliusq; iudicatur id quod principibus comodum est quā id q̄ aliquibus priuatis: qm̃ principes reliquoꝝ etiam continent statum. Eodem modo que sequuntur: vt que iocundiora pluribus: que clariora inter multos: que pluribus comprobata sunt: meliora dicantur. Nam etiam si minus ipsa huius nature sint. Sed affectione tamen vt dictum est: eorum quibus vł iocundiora vel inter quos clariora sunt aut a quibus probātur: meliora extimanda sunt. Sed quāq; id quod a pluribus bonum dicatur: superius in ea cōparationis parte posuerat in qua fiebat sm̃ numerum comparatio: Nil tamen impedit eundem locum sm̃ aliam ⁊ aliam consideration̄ꝫ diuersis generibus subdi velut ala auis cum substantia sit eadē tñ ad aliqd̄ esse intelligiĩ: si ad alatū ꝯsidereĩ. Illa q̄ꝫ ex affectione videnĩ esse meliora que ab eo laudata sunt ꝯ quē dialectica rōne vel rhetorica facultate differiĩ. Nam vt reuincere aduersariū possis sat est: si eū tibi ꝯsensisse monstraueris: atq; id aliqn̄ velut optimuꝫ predicasse qd̄ tu meli⁹ re proposita mōstrare ꝯtendas. Dicq̄ igiĩ oibus melior locuĩ his oppositi q̄ deteriora sunt ꝯtinebūt. Parū v̄o nulla differentia est. Neq;.n. qd̄ par est: aut intentionē sumere aut remissionē pōt. Quibus āt inter se maiora minoraq; pendūtur: hisdem inter se paria ꝯferunĩ. Nā q̄ vel numero vł spē vel vi vel affectiōe fuerint equa: paria esse dicunĩ. Cōe aūt cunctoꝝ exemplū est qd̄ Cicero in equalitate ꝯstituit: q̄ equalitas in cūctis partibus equa est. Sed vel numero vel spē vel vi vel affectiōe paria sunt. Nā in eoꝝ cōpatiōe q̄ maiora vel minora sunt: vna quedā q̄litas est: sed hoꝝ accessiōe varianĩ. Nā qbus in eadem qualitate est maior numerus pulchrior spēs efficatiorq; vis ad preciosiora ꝯiūctior affectio: ea meliora esse estimabunĩ. Que si equa fuerint: in eadē qualitate paria sunt. Exemplū v̄o qd̄ posuit ad eblandiendū Trebatij animū valet: cū ꝑpam idest oratoriā facultatē cum iurisperitoꝝ laude ꝯiungit. hoc modo. Si consilio iuuare ciues: qd̄ iurisperitoꝝ est: ⁊ auxilio qd̄ oratoꝝ ē: equa in laude ponendū est: pari gloria debent esse hi qui ꝯsulunt idest periti iuris: ⁊ hi qui defendūt idest oratores. at quod primum est. Id est consilio autem iuuare ciues ⁊ auxilio eq̄ in laude ponendū est: qd̄ sequiĩ igitur. idest infertur. ea v̄o conclusio est. per quā dicimus. hi igitur qui cōsulunt: ⁊ hi qui defendunt: pari gloria esse debent. Hic autem breuiter dialecticoꝝ more protulit: qui sic enunciant. Si dies est lucet. at q̄ primum est. id autē tantūdem est. ac si dicatur. At qui dies est. in propositione enim que est. si dies est lux est. prior est ꝑpositio. dies est. concludūt q̄ sequiĩ. Id est igiĩ esse lucem. Id enim in prima parte ꝑpositionis que erat: si dies est: lux est sequebaĩ. hic quoq; Cicero sic ꝑtulit. at q̄ primum est idest consilio ⁊ auxilio iuuare ciues equa in laude esse ponendum. id enim erat primū in ea propositione q̄ dicebat: si consilio ⁊ auxilio ciues iuuare equa in laude poneretur pari gloria esse oratores iurisq; consultos. q̄ seqĩ igitur idem pari gloria debent esse: qui consulunt ac defendunt. id enim erat consequens in ea ꝑpositione que statuebaĩ. si consilio ⁊ auxilio ciues iuuare par esset: pares eē qui consulunt ac defendunt.

Igitur perfecta est omnis argumentorum inueniendorum preceptio: vt cum profectus sis a diffinitione: a partitione: a notatiōe: a cōiugatis. a genere. a formis. a similitudine. a differentia. a contrarijs. ab adiunctis. a consequētibus. ab antecedentibus. a repugnantibus. a causis. ab effectis. a Comparatione maiorum Minorum. parium. nulla preterea sedes argumenti querenda sit.

¶ Tametsi ex his que dicta sunt intelligiĩ: nullū argumē

ti locū esse preteritū: breuiter tñ Ciceronis ↄclusionē: q̄ se nihil omisisse cōmemorat: ad ampliorē doctrine fidē approbandam reor. in his enim nihil oīo pretermittit que certa rōne tractant. Nulla vō certior ratio diuisiōe. q̄ enim q̄sq̄z partitur a cōibus in particularia deducens: cū rectū iter insistat: labi atq̄z ad errorem deduci nō pōt. locoꝝ igit̄ omniū prima diuisio sunt in ea que in ipsis hererent ꝛ ea que assumerent extrinsecus. Cuius diuisionis nihil mediū reperiri pōt. aut enim in ipso est aliquid de quo querit̄. aut extrinsecus necesse est assumat̄. videamus igit̄ nunc quēadmodū disputatio per nihil obmittentē diuisionē ferat̄. Eoꝝ igit̄ locorum qui in ipsis sunt de quibus agit̄ nūc ex toto nūc ex partibus nunc ex vocabulo: nunc ex affectis sumit̄ argumētū. In his igit̄ q̄ nihil relictū sit ↄspicue apparet. In eo enim q̄ ↄiunctū est: duplex discretio ē. vna ex eo ipso qd̄ formatū est: atq̄z compositū: qd̄ totū est. In quo etiā diffinitiones adhibent̄. alia in eius partibus inspiciendis ex qb⁹ compositi forma iuncta est. Sed qm̄ natura hoīuz id qd̄ intelligit: voce sepius prodit: Necesse est vt nomē q̄z qd̄ ad intellectus declarationē adhibet̄ ostēdat aliquā rei quā signi ficat ↄprietatem. Intellectus q̄ppe qualitatē rei quā intelligit capit. Quocirca nomē q̄z intellectus qualitatē designat. Iure igit̄ dcm̄ est ↄprietatē quādā rei vocabulo significari. atq̄z ita ex eo trahi argumentū pōt. qd̄ vocat̄ a nota. Hoꝝ vō locoꝝ alias partitiōes dedit: quas paulopost breuius colligemus. affecta vō que vt supius dcm̄ est: in relatione ↄsistūt: ipsa etiam rite diuisa sunt. Nā que referuntur ad aliquid aut s̄balia: aut accidentia. Substantialia vt ↄiugata. nā iusto in eo q̄ iustus est iusticia s̄bam facit. Nec id ob eo qd̄ homini esse ex iusticia ↄstituat̄: sed iusto qui iusticia discedente corrūpit̄. Similis ꝛ de eo qd̄ est iuste aduerbio ↄō est. est etiam s̄bale genus. species. differentia. cā. effect⁹. Accidentia vt ↄtrariū: silē: adiunctū: paria: maiora: minora. Cōsequētia vō atq̄z repugnantia: qm̄ vt supius dcm̄ ē in ↄditione posita sunt: nūc s̄balia repiunt̄. nūc vō in accidētibus ↄsiderant̄. Substantialia vt cū genus antecedentem spēm: accidentia vō vt cū nigredo p̄cedentē sequit̄ coꝝ. quādo q̄z et in causis alique antecedētes esse possint. De quaꝝ oīuz ↄprietatibus Tullius supra disseruit. atq̄z vt i breuissimā descriptionē tota locoꝝ diuisio colligat̄: erit h̄ mō. Omne argumētū aut ex his locis ducit̄: que in ipso de quo querit̄ur inherent. aut extrinsecus assumūt̄. His vō locis qui i ipsis de qbus ambigit̄ positus est: diuidit̄ in eum locū: q ē ex toto: ꝛ in eū qui est ex ptibus: ꝛ in eū qui est ex nota: ꝛ i eum q est ab affectis. Is aūt qui a toto est: a diffinitione locus vocat̄. Diffinitionū vō alie sunt ↄp̄e alie non ↄp̄e. Non ↄpaꝝ vō alie sunt que singulis noībus denotant̄: alie que oṙone pendunt̄. Eaꝝ vō que singulis noībus fiūt Alie sunt in qbus ↄ noīe reddit̄ nomē: que dicuntur cata antilepsin. alie que exempli grā nomē subijciunt̄ que dicūt̄ Typi. Eaꝝ vō que oṙone declarant̄: alie fiunt a ptitiōe: alie a diuisiōe: alie a differētijs ↄter gen⁹ q̄ ερροιωματικη dicit̄: alie que ex pluribus qualitatib⁹ fiūt et singulis totū id significantibus: q̄ oīs qualitatū collectio declarat: q̄ vocatur ποιοτης: alie que ex accidentibus nō singulis sed cūctis vnū aliqd eff̄icientib⁹ cōstāt: alie q̄ ad oīaz dant̄: alie que ↄ translationē: alie que ex ↄuatiōe ↄtrarij: alie q̄ ↄpris noībus aptant̄ que etiā ὑποτυπώσεις dicunt̄. alie ↄ indigentiā pleni: alie ↄ ↄportionē. alie ↄ relationez. alie ↄ cām. Item alia diffinitiōis diuisio s̄m Tulliū principalis. q̄ alie corporaliū rez sint: alie icorporaliū. ꝛ diffōnis qdez locus ita diuisus est. a ptibus aūt locus diuidit̄ in ptitiōez ꝛ diuisionē. A nota vō locus simplex est. ab affectis aūt alij sunt a ↄiugatis. alij a genere. alij a forma. alij a similia. alij a differentia. alij a ↄtrarijs. alij ab adiūct̄. alij a ↄsequētib⁹ antecedentibus ꝛ repugnantibus. alij a cā. alij ab effectis. alij a cōpatiōe pariū: maioꝝ vel minoꝝ. Genus vō diuidit̄ in suprema genera: ꝛ in ea que etiā spēs esse pūt. Spēs q̄z diuidit̄ in vltimas spēs: ꝛ in ea que etiā genera esse pūt. Similiū q̄z alia in singulis ↄsiderant̄ ꝛ vocant̄ exempla: alia in plurib⁹: ꝛ appellat̄ inductio. alia in ↄiunctis ꝛ vocat̄ proportio. Item diffaꝝ: alie sunt s̄bales: alie ꝛ si nō s̄bales inseparabiles tñ: alie neq̄z s̄bales neq̄z inseparabiles. Cōtrarioꝝ alia dicunt̄ aduersa: alia ↄuantia: alia negātia: alia relatiua. adiunctoꝝ vō alia sunt que añ rem existunt: alia que cū re: alia vō post rem. Locus vō ↄditiōalis diuidit̄ in antecedēs ↄñs ꝛ repugnās. caꝝ q̄z multiplex locus est. alie nāq̄z sūt: que vi sua efficiūt: alie sine quibus effici non pōt. Eaꝝ vō que vi sua efficiūt: alie sunt nec̄e nihilo indigentes: vt efficiant. alie vō indigentes vt efficiāt. alie vō indigētes ꝛ nō necessarie. Eoꝝ vō sine qbus nō efficit̄: alie sunt mobiles: alie imobiles. Item caꝝ alie sunt non spontanee: alie ex voluntate: alie ex ↄturbatiōe: alie ex habitu: alie ex natura: alie ex arte: alie ex casu. Rursus caꝝ alie sunt ↄstantes: alie icōstantes. Amplius caꝝ alie sunt voluntarie: alie ignorate. Ignorataꝝ pars in casu: pars in necessitate ē ↄstituta. Necessariū pars in vi: pars insita posita est. Effecta vō in tñ diuidi pñt: quātū ad superius dictas cās referunt̄. locus vō a cōpatiōe minoꝝ pariū atq̄z maioꝝ diuidit̄ in numerū spēm vim ad res alias affectiōes. Que cū ita sint cūq̄z nihil sit in diuisione ↄtermissum recte. M. T. ptitionē ↄclusit dicens nullā argumenti sedē esse ↄteriuē. restat igit̄ locus q extrinsecus sumit̄: quē qm̄ nihil iuris ↄsultis est vtilis. nō Trebatij cā: sed neqd ↄfecto opi deesse videat̄ adiūgit.

Sed qm̄ ita a principio diuisimus: vt alios locos diceremus in eo ipso: de quo ambigit̄ herere: de qbus satis dcm̄ est: alios assumi extrinsecus: de his pauca dicemus: ꝛ si ea nihil oīno ad vestras disputatiōes ptinēt sed tñ totā rem ↄficiamus q̄nq̄dē cepimus. Neq̄z enī tu is es quē nihil nisi ius ciuile delectet. Et qm̄ hec ita ad te scribunt̄: vt etiā in alioꝝ manus sint ventura: det̄ opa vt quāplurimū his: quos recta studia delectant: ↄdesse possimus.

¶ Ne locus nihil iuris ↄito ↄfuturus negligentē sui faceret trebatiū: veluti qbusdā ↄhemij machinis orator reddit attentū. ait enī ita sese diuisisse in ↄncipio: vt alios locos in ipsis herere diceret: de qbus ageret: alios extrinsecus assumi. Et cū de superioribus locis idonee disputatū sit: itracatā reliquā ptem nō oportere ↄteriri. Neq̄z enī hūc eē trebatiū qui sua arte ↄtentus ceteroꝝ studia negligat: veꝝ diligentia atq̄z ingenio plurimū valens cuncta ad se ptinere dicat: que liberalibus studijs ānumerauerit. simul dandā esse opam dicit. qm̄ beniuolo aīo Ciceronis opus e. cuius esset editurus: vt cū in multoꝝ manus venisset: ↄdesse his in integrū posset qui rectis studijs tenerent̄. hoc q̄z trebatio hūsiāj noīe ↄcedere: q̄ ad eū scripta: ꝛ ↄ eū edita ↄfutura plurimis conscriberet.

Hec ergo argumētatio: que dicit̄ artis expers in testimonio posita est. Testimoniū aūt nūc dicimus esse: qd̄ ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem.

¶ Extrinsecus positū argumenti locum: quē. M. T. vocat artis expertem: in testimonio positū esse ↄnunciat. Dubitari aūt pōt qd hic locus a superioribus differat: q̄ in affectis locauit. Nā vti affecta semꝑ in relatiōe sūt ↄstituta: ita etiā testimonia ad ea q̄ꝛ sunt testimonia referūt̄. Oīne enī testium oīuz testare rei est testimoniuz. Quocirca cur aut ea: que affecta dudū vocata sunt: non extrinsecus collocentur: aut ea que nunc vocant̄ extrinsecus: non inter affecta ponātur: queri pōt. Cū presertim ea que adiūcta esse negocio supius diximus: veluti qddā testimoniū sepe reb⁹ afferāt: atq̄z ex eoꝝ q̄ ↄcesserint: vel ↄsecuta sunt signis: qd gestū sit ↄfiderari solet. Quoꝝ oīuz cōis solutio ē: q̄ ex affectis argumēta que fiūt ab oratore iueniūt̄: eiusq̄z ope atq̄z idustria nascūt̄. Ea vō que extrinsecus posita sunt: rei tñ testimonium ↄbent. Non enim inueniūtur ab oratore: sed his orator vti

tur positis atque ante constitutis. Nam que a genere: vel a specie: vel a ceteris affectis argumenta sunt: ab ipso quodam modo oratore pariuntur. Testimonia vero sibi ipse non efficit sed ad causam utitur ante preparatis: quo fit ut argumenta ex affectis in causa statum: atque ex tempore nascantur: ea vero que in testimonijs posita sunt ante rem peractam confirmando usum negocio posterius prestent. et in adiunctis ab oratore coniectura colligitur: et auditorum mentibus intimatur. Testimonia vero non in coniectura: aut in suspitionibus: sed in rei geste narratione consistunt. Ostendit autem vehementius quid esset testimonium: cum dicit: id a se testimonium vocari quod ab aliqua externa re sumitur. Omnia quippe affecta: ab eis ad que affecta sunt: non videntur externa. Testis vero nulla cum re testificata cognatione coniungitur nisi sola noticia que nihil ad rem que gesta est attinet: Cum si gestum negocium nullus agnosceret: nihilominus tamen gesta res esset. sed id poterat etiam ad similitudinem duci. Aliud enim minus esset aliquid: si ei simile nihil reperiret. sed quod simile est: ei cui simile est eadem qualitate coniungitur. Que qualitas utrumque conformat. Scientia vero quamvis efficiat testem: nulla tamen qualitate coniungitur cum re: cuius illa noticia est. Neque enim scientis noticia rei geste qualitas dici potest: Cum si noticia qualitas rei posset intelligi pereuntibus his qui rem norunt: res vel interiret: vel mutaretur: quod neutrum evenire necesse est. Quando quidem absumptis scientibus res ignorata poterit permanere.

Persona autem: non qualiscunque est: testimonij pondus habet. Ad fidem enim faciendam auctoritas queritur. Sed auctoritatem aut natura: aut tempus affert. Nature auctoritas in virtute est maxima. In tempore autem multa sunt que afferant auctoritatem: ingenium: opes: etas fortuna: ars: usus: necessitas: Concursio etiam nonnunquam fortuitarum rerum.

¶ Cum locum artis expertem in testimonio esse positum dixit: In testimonijs vero personarum fidem suam inter ponentium auctoritas queritur: necessarium fuit: quibus rebus fieri soleat auctoritas expedire et. quidem clarissime atque aptissime dicta sunt. Sed quod auctoritatem in naturam tempusque divisit. Cumque in tempore ingenium. opes. etatem fortunam. artem. usum. necessitatem. concursionem etiam non nunquam rerum fortuitarum locavit: queri potest. Quid enim attinet ad tempus ingenium. quid ars. quid usus. Nam etas atque opes fortuna. et fortuitarum rerum concursio subiecta sunt tempori: Cum unumquodque horum varijs temporum vicibus permutetur. Ingenium vero nature potius oportuit tribui. artem atque usum tertium quoddam: quoniam neque tempori neque nature subijciuntur. Quamquam virtus quoque ipsa. quam. M. Tullius in nature ratione constituit quibusdam non naturalis: sed tum doctrine tum recta exercitatione vivendi videatur ascita. Sed hec ita intelligenda divisio est: quod omnis auctoritas aut ex magnis atque excellentibus rebus et per naturam optimis venit: aut ab his que inferiore loco sunt constituta fidem non ex nature qualitate sed ex vulgo in finis opinionibus capit. Et maximas quidem excellentesque res in natura constituit. que semper ut ipse Tullius multis in locis defendit: boni est appetens. at vero que posteriora sunt sub tempore posuit. Idcirco quod omnia temporibus subiecta principalis boni non retinent statum. Virtus quidem in deteriùs flecti non potest. Ingenium vero atque opes. fortuna et ars. et usus sepe non recta exercitatione depravantur. Nam quicquid bonorum fuerit a virtute se iunctum: dignitatem vere laudis amittit. et de virtute quidem distulit dicere. Posteriorem vero partem idem in tempore posite auctoritatis divisit: et evidentissimis patefecit exemplis. Nam et ingenijs fides adest. atque ex eo precio est auctoritas plurima. Eos quippe sapientius loqui homines credunt: quorum ingenium ad expedienda que proposuerint sufficit. opibus quoque prepotentes dignos fide iudicant. fortuna quoque et dignitate preclaris maiestatem auctoritatis impertiunt non recte fortasse sed et iudicium in negocijs et existimatio vite opinione hominum maxime continetur. que quia mutari non potest ad eam cuncta rediget: eamque sibi tractandam regendamque proponet orator. ars etiam atque usus plurimum valent. In utrisque enim fidem noticia facit. Necessitas quoque quasi id quod latebat: extorquens auctoritate subnixa est. Que tum ab animo: tum a corporibus venit. a corporibus cum igni ferro ac verberibus verum quod latet aperitur. ab animo cum mens quadam perturbationis vel ignorantie cecitate confunditur. Tunc enim quid dici: quid taceri debeat: minime distinguens verum quod occultum erat prodit: atque effundit in lucem. Nam iracundia sepe et quelibet animi perturbatio: quod occultandum foret haud continet. que idcirco habent auctoritatem ad fidem quia simpliciter prodita sunt: Nec ulla calliditatis arte prolata. quoniam etiam ignorantia puerorum: vinolentia somnus quedam sepe produxit in medium: in quibus si iudicium fuisset ullum: prolata non essent. Sepe etiam homines preter ullam animi perturbationem imprudentes propria confessione obligati sunt. dum cuncta simpliciter effundunt: que sibi nocitura non existiment: ut Staterio evenisse proposuit: qui interposito pariete testibus audientibus ea confessus est imprudens se ab insidiantibus audiri. Quibus vulgatis in iudiciumque prolatis capitali sententia condemnatus est. atque hec quidem ignorantia in necessitate est constituta. Nam qui nescit id quod ignorat: ne si velit quidem poterit evitare. Que autem necessitas extorquet: ipsa quodammodo videtur veritas dicere. atque ideo eis veluti auctoritate subnixis fides adhibetur. Concursio etiam rerum fortuitarum facit fidem: que cum aliquotiens falsa designet: tamen ita est vehemens: ut se ab ea veritas explicare vix possit. quale est quod de palamede narratur. pro eo ex eminentis qui quasi a priamo missus videretur. repte priami littere phrygia manus imitata: que concurrentia fidem facerent proditionis. Hinc dicit. talis etiam fortuitarum rerum concursio est.

Nam et ingeniosos et opulentos: et etatis spatio probatos dignos quibus credatur putant: non recte fortasse: sed vulgi opinio mutari vix potest: ad eamque omnia dirigunt: et qui iudicant: et qui existimant. Qui enim rebus his quas dixi: excellunt: ipsa virtute videntur excellere. sed reliquis quoque rebus: quas modo enumeravi: quanquam in his nulla species virtutis est: tamen interdum confirmatur fides: si fortuna aut ars quedam adhibeatur. Magna est enim vis ad persuadendum scientie: aut usus: plerumque enim creditur his qui experti sunt. Facit etiam necessitas fidem: que tum a corporibus tum ab animis nascitur. Nam et verberibus: tormentis: igni fatigati: que dicunt: ea videtur veritas ipsa dicere. Ea que etiam a perturbationibus animi sunt: dolore: cupiditate: iracundia: metu: quia necessitatis vim habent: afferunt auctoritatem et fidem. Cuius generis illa etiam sunt: ex quibus verum nonnunquam invenitur: pueritia: somnus: imprudentia: vinolentia: insania: Nam et parvi sepe indicavere aliquid quod pertinet ignorarent: et per somnum: vinum: insaniam multa sepe patefacta sunt. multi etiam in res odiosas imprudenter inciderunt: ut Staterio nuper accidit: qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus pariete interposito quibus patefactis in iudiciumque prolatis ille rei ca

pitalis iure damnatus est. huic simili quoddā de Lacedemonio Pausania accepimus. concursio autem fortuitorum talis est. vt si interuentum est casu cum aut ageretur aliquid qđ proferendum non esset aut diceretur. In hoc genere etiā illa ē i palamedē ꝯgesta suspicionū proditōis multitudo. Qđ genꝰ refutare interdū veritas vix potest. huius etiam generis est fama vulgi quoddam multitudinis testimoniū. Que autem virtute fidem faciunt: ea bipartita sunt: ex quibus alterum natura valet. alterum industria. Deorum enim virtus natura excellit: hominum autem industria. Diuina hec fere sunt testimonia. primum orationis. oracula enim ex eo ipso appellata sunt: qꝫ inest his deorum oratio. Deinde rerum in quibus insunt quasi quedam opera diuina. Primum ipse mundus: eiusqꝫ omnis ordo ꝛ ornatus. Deinceps aerei volatus auium atqꝫ cantus. Deinde eiusdem aeris sonitus ꝛ ardores: multarumqꝫ rerum in terra portenta: atqꝫ etiam per exta inuenta presensio. a dormientibus quoqꝫ multa significata visis. Quibus ex locis sumi interdum solent ad fidem faciendam testimonia deorum. in homine virtutis opinio valet plurimum. Opinio est autem: nō modo eos virtutem habere qui habeāt: sed eos etiā qui habere videantur. Itaqꝫ quos ingenio quos studio: quos doctrina preditos vident: quorumqꝫ vitam constantem ꝛ ꝓbatam: vt Catonis. Lelij. Scipionis. aliorumqꝫ pluriū: videtur eis eē: quales seipsi velint. Nec solū eos censent esse tales qui i honoribus populi reqꝫ publica versentur: sed oratores ꝛ philosophos ꝛ poetas ꝛ historicos ex quoꝝ ꝛ dictis ꝛ scriptis sepe auctoritas petitur ad faciendam fidē. Expositis omnibus argumentandi locis illō primum intelligendum est nec vllam esse disputationē in qua non aliquis locus incurrat nec fere omnes locos incidere in omnem questionem. ꝛ quibusdam questionibus alios quibusdam alios esse aptiores locos. Questionū duo sunt genera. Alterum infinitum. Definitum alterum. Definitū est, quod hypothesin greci. nos causam. infinitum quod Thesin illi appellant. nos propositum possumus noīare. Causa certis personis locis temporibus actionibus. Negocijs cernitur aut in omnibus aut in plerisqꝫ eorum. propositū aut in aliquo eorū aut pluribus. nec tamen in maximis. Itaqꝫ propositum pars est cause. sed omnis questio earum aliqua de re est quibus cause continent aut vna aut pluribus aut nonnūꝗ omnibus. Questionū autē quacūqꝫ de re sint. Duo genera sunt vnum cognitionis. Alterum actiōis Cognitionis sunt hec quarum est finis scientia vt si queratur an a natura ius profectum sit. an ab aliqua quasi conditione hominū ꝛ pactiōe

Actionis autē huiusmodi exempla sunt. Sit ne sapienti ad rempub. accedere? Cognitionis Questiōes tripartite sunt aut sit ne aut quid sit aut quale sit. queritur. harū prima coniectura secunda diffinitiōe. tertia iuris ꝛ iniurie distinctione explicatur. Coniecture ratio in quattuor partes distributa est. Quarum vna est cum queritur. Sit ne aliquid. Altera vnde ortū est Tertia que id causa effecerit. Quarta i qua de mutatione rei queritur. Sit ne ne sit vt qdnā sit honestum. ꝛ quid equum re vera. an hec tm̄ in opinione sint. Unde autem ortum sit. vt cū queritur. natura an doctrina possit effici virtus Causa autem efficiens sic queritur quibꝰ rebꝰ eloquentia efficiatur. De commutatione sic. Possit ne eloquentia cōmutatione aliqua cōuerti in infantiam. Cum autem quid sit queritur. notio explicāda est ꝛ proprietas ꝛ diuisio ꝛ partitio. Hec enim sunt diffinitioni attributa. additur etiā descriptio quam ὑπογραφὴν greci vocāt. Notio sic querit. Sit ne id equū qꝫ ei qui plus potest vtile est. Proprietas sic In hominem ne solū cadat. an etiam i beluas egritudo. Diuisio ꝛ eodē pacto partitio. tria ne genera bonorum sint. Descriptio qualis sit Auarus. Qualis assentator ceteraqꝫ eiusdē generis in quibus natura ꝛ vita describitur. Cū autem queritur. Quale quid sit aut simpliciter queritur aut comparate. Simpliciter expetendane sit gloria. comparate. preponēdane sit diuitijs gloria. Simplicium tria genera. De expetendo fugiendo que. De equo ꝛ iniquo. de honesto ꝛ turpi. Comparationum autē duo vnum de eodem ꝛ alio alterum de maiore et minore. De expetendo ꝛ fugiendo huiusmōi. Si expetende diuitie fugiēda paupertas. De equo ꝛ iniquo. equum ne sit vlcisci a quocūqꝫ iniuriam acceperis. de honesto ꝛ turpi. Honestum ne sit pro patria mori. Ex altero autē genere quod erat bipartitum. vnum est de eodē ꝛ alio vt si queratur. quid intersit inter amicū ꝛ assentatorem. Regem ꝛ Tyrannum. Alterū de maiore ꝛ minore. vt si queratur eloquētia ne pluris sit. an iuris ciuilis scientia. de cognitionis questionibus hactenus. Actiones reliq̄ sunt. Quarum duo genera. Unum ad officium. alterum ad motum animi vel gignendum vel sedandum planeue tollendum. Ad officium sic vt cum queritur. Suscipiendi ne sint liberi: ad mouendos animos cum fiunt cohortationes ad defendendam rempublicam ad laudem ad gloriam. Quo ex genere sunt q̄rele incitationes miserationesqꝫ flebiles. rursusqꝫ oratio. tum iracundiam restinguens: tum metum eripiens: tum exultantem leticiam cōprimens: tum egritudinē abstergēs. hec cū in proposit. qōibus gña sint eadē i cāis trāfrūt. Loci āt q ad quasqꝫ qōes accōmodati sunt: de

suceps ē videdum. Oēs illi qdē ad plenasq3. sʒ
alij ad alias: vt dixi aptiores. Ad ɔiecturā igr̄
maxie apta: q̄ ex cāis: q̄ ex affect: q̄ ex ɔiunctis
sumi pn̄t. Ad diffōnē āt ptinet rō ⁊ sciā diffini
endi: atq3 huic generi finitumū ē illō: qd̄ appel
lari de eodē ⁊ de alio diximus. Qd̄ genus for
ma q̄dā diffōnis ē. Si n. q̄rat̄. Idē ne sit ptina
tia ⁊ pseuerātia: diffōnibus iudicādū ē. Loci āt
ɔuenīēt i ei⁹ generis qōe: ɔn̄tia: āntis: repugnā
tis: Adiuncti ēt hi q sumunt̄ ex cāis ⁊ effectis.
Nā si hāc rez illa seq̄t̄. hāc āt n̄ seq̄t̄. aut si huic
rei res illa añcedit: huic nō añcedit: aut si huic
repugnat: illi nō repugnat: aut si huic rei hec il/
lius alia cā ē. aut si ex alio hoc: ex alio illō effec/
tū ē. Ex quouis hoꝝ id de quo q̄rit̄: idē ne an
illō sit: iueniri pōt. At tertium genus qōnis: i
quo quala sit: q̄rit̄. In cōpatōe ea cadunt. quę
pauloante i cōpatōis loco enumerata sit. In il/
lud āt genus i quo ò expetēdo fugiēdoq3 q̄rit̄
adhibent̄ ea: q̄ st: aut aī aut corpis: aut externa
vel cōmoda vl' icōmoda: Itēq3 cū de honesto
turpiq3 q̄rit̄: ad aī bona aut mala oīs orō diri/
genda ē. Cū āt de ęquo ⁊ iniquo differit̄: ęq/
tatis loca colligent̄. Hi cernunt̄ biptite: ⁊ natu
ra ⁊ istituto. Natura ptes h3 duas tuitionem
sui ⁊ vlciscēdi ius. Institutio āt ęqtat̄ triptita ē.
vna ps legitima ē. Alta ɔuenīēs. Tertia moris
vetustate firmata atq3 ēt rursus ęqtas triptita
dr̄ eē. vna ad supos deos. altā ad manes. tria
ad hoīes ptinere. Pria pietas. scd̄a scitas. tia
iusticia aut ęqtas noiat̄. De ꝓposito satis multa
deiceps de cā pauciora dicēda st. pleraq3. n. st
ei cum ꝓposito cōia. Tria igr̄ sunt gn̄a cāꝝ. Iu
dicij. Deliberatiōis: Laudatiōis: quaꝝ fines
ipsi declarāt: qbus vtēdum locis sit. Nā iudi/
cij finis est ius: ex quo ēt nomē: Iuris āt ptes
tum exposite cū ęqtat̄. Deliberādi finis vtili
tas: cuius he ptes: q̄ mō st exposite reꝝ expetē
daꝝ. Laudatōis finis honestas: de qua tn̄ē est
añdictū. Sed diffinitę qōnes a suis quoq3 lo
cis: quasi ꝓpis: istituunt̄: Quę i accusatōez: de
fensionēq3 ptinę. In qbus existunt hęc gn̄a. vt
accusator psonā arguat fci: defēsor aliqd oppo/
nat de tribus: aut nō eē fcm̄: aut si sit fcm̄: aliud
eius fci nomē eē: aut iure eē fcm̄. Itaq3: aut infi
cialis: aut cōiecturalis pma appellet̄: diffinitia
altera. Tertia q̄uis molestū hoc nomē sit: Iu
r. dicialis vocet̄. Harꝝ cāꝝ ꝓpa argumenta ex
his sumpta locis: quos exposuimus: i pceptis
oratorijs explicata st. Refutatio āt accusatōis
in qua est depulsio crīs: qm̄ grece stasis dr̄: ap
pellet̄ latine Status. i quo pmum isistit: quasi
ad repugnādū cōgressa defensio. Atq3 i deli
beratōibus ēt ⁊ laudatōibus ijdē existūt status
Nā ⁊ negant̄ sepe ea futura: q̄ ab aliquo i snīa
dcā st fore: si aut oio fieri nō pn̄t: aut sine sūma
difficultate fieri nō possint. In qua argumēta
tiōe status ɔiecturalis existit: aut cū aliqd de

vtilitate: honestate: ęqtate differit̄. Deq3 his
rebus q̄ sunt his ɔtrarię: Incurrunt status aut
iuris: aut nois: qd̄ idez ɔtingit i laudatiōibus.
Nā aut negari pōt id fcm̄ eē qd̄ laudet̄. aut n̄
eo noie afficiendū quo laudator affecerit: aut
oio n̄ eē laudabile: q' non recte: nec iure fcm̄ sit.
Quibus generibus vsus ē nimis ipudēt Ce/
sar ɔtra Catonē meū. sʒ q̄ ex statu ɔtētio effici
tur. eā greci κρινόμενον vocant: mihi placet
id qm̄ qdez ad te scribo qua de re agit̄ vocari.
Quibus āt hoc: qua de re agit̄ ɔtinet̄: hęc ɔti
nētia vocēt̄: quasi firmamēta defēsionis: qbus
sublat̄ defensio nulla sit. Sʒ qm̄ lege firmius
in ɔtrouersijs disceptādis eē nihil dʒ: dāda ē
opa: vt legē adiutricē ⁊ testē adhibeāt. In qua
re alij quasi status existunt noui. sʒ appellāt̄ le
gitimę disceptatōes. tum. n. defēdit: n̄ id legē
dicere: qd̄ aduersarius velit: sʒ aliō. Id āt ɔtin
git cū scriptū ābiguū ē. aut duę snīę differen
tes accipi pn̄t: tum opponit̄ scripto voluntas
scriptoris: vt q̄rat̄ vba ne plus: an snīa valere
dēant. tum legi lex ɔtraria affert̄. Ita st tria ge
nera: q̄ ɔtrouersiā i oī scpto facere pn̄t. Ambi
guum. Discrepātia scpti: Et voluntatis scptura
ɔtraria. Iā hoc pspicuū ē: nō magis i legibus
q̄ i testis: i stipulatōibus: i reliqs reb⁹ q̄ ex scri/
pto agūt̄: posse ɔtrouersias easdē existere. Ho
rū tractatōes i alijs libris explicāt̄. Nec solū
ꝑpetuę actiōes: sʒ ēt ptes orōnis ijsdē locis ad
iuuāt̄: pti ꝓpis: pti cōibus. Ut i pncipijs qbus
vt beniuoli: vt dociles: vt attēti sint q audiāt:
efficiēdū ē ꝓpis locis: Itēq3 narratiōes: vt ad
suos fines spectēt. i. vt plane sint: vt breues: ut
euidētes: vt credibiles: vt moderate: vt cū di
gnitate: Quę q̄q̄ i tota orone debēt eē: magis
st ꝓpa narrādi. Quę āt seq̄t̄ narratōez: fidei ca
psuadēdo: qm̄ pficit̄ q ad psuadēdū loci maxie
valeāt. Dcm̄ ē i his: i qbus de oī rōne dicēdi.
pōro āt ⁊ alia q̄dam h3: ⁊ maxie āplificatōez.
Cuius effectus hic dʒ eē: vt aut pturbēt̄ aī aut
trāqllēt̄. ⁊ si ita iā affecti aī sint: vt augeāt eoꝝ
motus: aut sedet orō. Huic generi i quo ⁊ mi/
sericordia ⁊ iracūdia ⁊ odiū ⁊ iuidia ⁊ cęterę aī
affectōes pturbāt̄: pcepta suppeditāt̄ alijs li/
bris quos potis mecū legere cū voles. Ad id
āt qd̄ te velle senserā: cumulate satisfcm̄ eē dʒ
voluntati tuę. Nā ne pręteriret aliquid qd̄ ad
argumētum i oī rōne reperiendū pertineret
plura q̄ a te desiderata erant: sum cōplexus. fe
ciq3 qd̄ sepe liberales venditores solēt: Ut cū
edes fundumue vendiderint rutis cęsis rece/
ptis. Concedāt tn̄ aliqd emptori qd̄ ornandi
cā apte: ⁊ loco positum esse videatur. Sic tibi
nos ad id quod quasi mancipio dare debui/
mus ornamenta quędam volumus non de/
bita accedere.

Finis Topicę.

¶ Eiusdem Boetii de sillogismo categorico liber primus

Multa greci veteres posteris suis inconsultissimis reliquere tractatibus: in quibusdã vero ad res densa caligantes obscuritate veniunt quasi quadam intelligentie luctatiõe preludunt. hinc p introductionẽ est facilior discipliorũqз doctrina: hinc per ea que illi. προλεγόμενα vocant: nos predicta vel predicenda possum⁹ dicere: ad intelligentiam promptior via munitur. hanc igitur prouidẽtiam non exosus statui ego quoqз in res obscurissimas aliquẽ quodammodo pontẽ ponere mediocriter quidqз declarans: ita ut si quid breuius dictũ sit: id nos dilatatiõe ad intelligentiam porrigimus: si quid suo more aristoteles nominũ verborũqз mutatione turbauit: nos intelligentie seruientes ad consuetuз vocabulum reducamus: siquid vero ut ad doctos scribens summa tantũ tangens designatione monstrauit nos id introductionis modo aliquã in eas res tractatione disposita perquirimus. sed si qui ad hoc op⁹ legendũ accesserint ob his petitũ sit: ne in his que nunqз attigerunt: statiз audeant iudicare: neue si quid in puerilibus disciplinis acceperint: id sacrosanctũ iudicent quandoquidem res teneris auribus accõmodatas sepe philosophie senior tractatus eliminat. si quid vero in his non videbitur ne statim obstrepant: sed ratione consulta quid ipsi opinẽtur quidue nos ponimus verioris mentis acumine et subtiliore pertractata ratione diiudicent. Et hi quidem si nos (ut arbitror) non sufficimus: eos cõmentarios de quib⁹ hec protulimus: dequirent blando fortasse sapore subtilitatis eliciti: quãuis infreni et indomiti terratores sint: veterqз viro: si in expugnabilibus auctoritatibus acquiescent si quis vero grece orationis expers est in his: vel si qua horum sunt similia desudabit. Itaqз he huius prohemii leges erit: ut sensum nostrũ nemo non intellecturus: et ob hoc culpaturus inspiciat. sed ne prohemii tempus nihil afferentibus teratur: inchoandũ nobis est illo prius depulso periculo: ne a quoqз stilo culpetur oratio. Non enim eloquentie compositiones: sed planiciem consectamur. Quod si hoc efficimus quelibet incomposite loquentes intentio quoqз nostra nobis perfecta est. Sed quoniaз sillogismorum prima est propositio: de propositionibus hoc libello tractatus habebit. Et quoniam propositionis partes sunt nomen et verbum: pars autem ab eo cuius pars est. prior est: de nomine et verbo: que prima sunt: disputatio prius ponatur.

¶ Nomen est vox designatiua ad placitum sine tempore cuius nulla pars extra designatiua est. vox autem dictum est quia vox nominũ genus est. Omnis autem diffinitio a genere trahitur: ut si diffinias hominem animal dicis. id est genus. Post vero rationale id est differentiam designatiuã vero est dictũ: quia sunt voces quedam: que nihil significant ut sunt syllabe. Nomen vero designat id cuius nomen est. Ad placitum vero quia nullũ nomen aliquid per se significat: sed ad ponentis placitum. Illud enim unquaqз res dicitur: quod ei placuit: qui primus nomen illud impressit. Sunt enim voces naturaliter significantes. ut canum latratus iras canum significat. sed non sunt nomina: quia non sunt ad placitum significantes: sed natura. sine tempore vero: quod verba quidem voces sunt et designatiue et secundũ placitum: sed distant quod nomina quideз sine tẽpore sunt: verba cum tempore. Cuius vero nulla pars extra designatiua est: quod oratio et ipsa vox est: et designatiua: et secundũ placitũ: et aliquotiens sine tempore est: sз orationis partes significant: nominis vero partes nihil significant: In ciceronis enim nomine nulla extra pars designatiua est: neqз ci neqз ce neqз ro. Neqз si ex duobus integris nomina sint. Quod enim in uno consignificat: id extra nõ significat. In nomine enim magister magis et ter consignificant: quia est magister. sublatum ter et magis non erit alicuius significatio: nisi tibi hoc alii nomen dare placuerit. Omnia enim nomina non naturaliter sunt. sed ad placitum ponuntur. Sed de hoc in commentario libri. περὶ ἑρμηνείας. Aristotelis dictuз est: et maior eius retractatus est: quam ut nunc queat expediri. Reuertamur igitur ad nomen. sed quoniam sunt quedam voces: que et designatiue sunt: et sm placitum et sine tempore: quarum dubia sit natura. id est non homo: hoc enim significat equidem quidã et secundũ placitum: appositum est eniз sed dubium est: cui subdi possit. nomini enim non potest. Omne enim nomen significat aliquid definitum. Non homo autem quod definitum est perimit. oratio vero dici non potest. Omnis eniз oratio ex nominibus et verbis constat. Non homo autem neqз ex nominibus cõstat neqз ex verbis. sed multo magis esse non potest verbum. Omne eniз verbum cum tempore est. non homo sine tempore est. quid sit ergo ita videndum est. Et quoniam non homo vox significat equidem quiddam: quid autem significet in homine ipso non continetur. Potest enim non homo et equus esse et lapis. et domus: et quicquid homo non fuerit: quoniam ea que significare potest infinita sunt: infinitum nomen vocatur. Et quoniam sunt quedam voces et designatiue et ad placitum et definite et quarum partes extra nihil significant: ut sunt casus nominum ut ciceronis vel ciceroni. etc. hec nomina non erunt.

¶ Omne enim nomẽ iunctum cum est verbo aut verum aut falsum demonstrat. ut si dicas dies est hoc vero aut verum aut falsum est. si vero casus iungas neqз verum neqз falsum efficias. Si enim dicas diei est nihil quid sit aut non sit demonstraste. Itaqз nihil ex hoc neqз verum neqз falsum efficies. Et merito dictum videtur. Quod enim primo vocabulum nomina rebus imponentes dixerit: id solum nomen vocabitur merito. Qui enim primus circo circum nomen imposuit ita dixisse videtur. dicatur hoc circus. Atqз ideo primus hic casus nominatiuus vocatur: quod nomen sit. Aliis vero nominibus non nomina ceteros casus appellauere. Ergo a capite reuoluendũ est vocem dictam quod vox nominum genus sit designatiuam vero: ut ab his vocibus separetur: que nihil significant. Ad placitum vero: ut ab his separetur: que naturaliter significant: ut sunt pecudeз. Cuius vero nulla pars extra significat: ut diuideretur: ab oratione: cuius partes nomina sunt et verba: que significant sine tempore at vero dictum est ad diuisionẽ verbi: quod cuз tempore est. finitum vero ut ab infinitis separetur. Rectũ vero: ut a casibus destingueretur. Et in verbo eadem fere omnia conueniunt. Est enim verbum vox significatiua ad placitum cum tempore cuius pars nulla extra significatiua est. et quia est quedam vox significatiua ad placitum cũ tempore cuius pars nihil significat ut non albet. Non albet enim quod cum non iunctum consignificat: solum non significat: et quidem nihil definitum monstrat. Quod eniз non albet: potest et rubere: potest et nigrescere: potest et pallere et quicquid non albet: ideo infinitum verbum vocatũ est. Albebat autẽ et facturus: ut superius in noĩe nõ verba: sed casus verborũ sunt. Repetendũ est igitur ab initio verbum esse vocẽ dictũ a genere. significatiua vero: ut ab non significatiuis vocibus diuideret. Ad placitũ vero ut ab illis que natura sunt significatiue vocibus separaret. Cum vero tempore ut a nomine diuideret. Presens vero aliqd significans: ut a verbi casibus distingueret. finita vero. ut ab infinitis determinaret. Restat ergo quid sit oratio dicere. Hec enĩ ex nomine et verbo cõponi videtur: sed prius vtrum nomen et verbũ sole partes orationis sint considerem⁹. alie sex: ut grammaticorũ opinio fert: an aliquis ex his in verbi et noĩs iura vertantur: quod nisi prius cõstitutum sit tota propositionũ: ac deinceps et ipsa que ex propositionib⁹ cõponitur sillogismorũ ratio turbabit. Nam si ex quo sint genere termini nesciatur totũ ignorabit. Nomen et verbum due sunt partes putande: cetere enim non partes sed orationis supplementa sunt: non etiã partes ut enim qua-

uulgarū ſtrena vel loca non partes ſed quędā quodāmodo li
gature ſunt: ⁊ ut dictum eſt ſupplementa non etiā partes
ſic coniūctiones ⁊ prepoſitiones ⁊ alia huiuſmodi non par
tes orationis ſunt: ſed quędā colligamenta. Participiū
vero quod vocat̃ verbi loco ponatur quoniam tempus de
monſtratiuū eſt. Aduerbiū vero nomen eſt. cuiuſdā enī de
finite ſignificationis eſt ſine tempore: quod ſi per caſus nō
flectitur nihil impedit. Non enī eſt propriū nominis fle
cti per caſus. ſunt enim quędam nomia quę flecti non poſ
ſunt quę a grāmaticis monoptota nominant̃. ſed hic grā
matice magis quā huius cōſiderationis eſt. ¶ Oratio eſt
vox deſignatiua ad placitum cuius partes aliquid extra ſi-
gnificant: ut dictio nō ut affirmatio. Et orationi eſt cōmu-
ne cum nomine et verbo: quod vox eſt et deſignatiua: et ad
placitū. Cuius enim partes ad placitū ſunt ea quoqꝫ ipſa
ad placitum eſt. Orationis autē partes ſunt nomen et ver
bum. Sed hec ad placitum. oratio igit̃ ad placitū eſt. Ter
mini vero orationis a dialecticis nomina et verba. Termi-
ni vero dicti ſunt quod vſqꝫ ad verbum et nomen reſolu-
tio partiū orationis fiat neqꝫ orationē vſqꝫ ad ſillabas no-
minū vel verborū temptet reſoluere: quę iam deſignatiue
non ſunt. Diſtat autem a nomine vel verbo oratio quod
illius partes extra ſignificant verbi et nominis partes ex
tra non deſignant. Eſt autem dictio vnius ſimplex voca-
buli nuncupatio vel ſimplex affirmatio. Atqꝫ ideo dictuz
eſt orationis partes ſignificare: ut dictionem. id eſt ut ſim-
plicem vocabuli nuncupationē. In oratione enim ſocrates
ambulat: vtraqꝫ extra ſignificat tantū quantū ſimplex vo-
cabuli nuncupatio deſignare queat. Quomodo autē ut af-
firmatio ſimplex non ſignificari in commētario periherme-
nias explicui. Quid autem ſit affirmatio et negatio paulo
poſt explicabimus. ſunt vero ſpecies orationis in anguſtiſ
ſima diuiſione. v. interrogatiua: ut putas ne anima immor-
talis eſt. Imperatiua ut accipe codicem. Optatiua vel dep̃
catiua ut faciat deus. Vocatiua ut adeſto deus. Enuncia-
tiua vero ut ſocrates ambulat. ſed neqꝫ in illis quattuor ve
ritas eſt: neqꝫ falſitas. Enunciatiua vero ſola: aut verum
aut falſum cōtinet. Atqꝫ hinc propoſitiones oriunt̃. Enū
ciatio autem in duas partes ſecabitur: in affirmationem et
negationem. Affirmatio eſt enunciatio alicuius ad aliqđ.
Negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo. Et eſt affirma
tio: ut puta plato philoſophus eſt. ¶ Negatio plato phi-
loſophus non eſt. Affirmatio enim ad platonem philoſo
phiā enunciat aliquā. id eſt platonē eſſe philoſophū. Ne-
gatio vero ab aliquo platone aliquā philoſophiā enunciā
do tollit. id eſt enunciat platonē nō eſſe philoſophū. Enū
ciatiuarum igit̃ orationū: alię ſunt ſimplices alię non ſim
plices. Simplices ſunt ut ſi dicas dies eſt. non ſimplices
ut ſi dies eſt lux eſt. Affirmatiões vero et negationes: alię
ſunt vniuerſales: alię ſunt p̃ticulares: alię indefinite. vni
uerſales ſunt quę aut omne affirmāt: ut omnis homo ani
mal eſt: aut omne negant: ut nullus homo animal eſt. par
ticulares vero quę aliquem affirmant et aliquem negant:
ut aliquis homo animal eſt. aliquis homo animal nō eſt.
indefinite vero quę neqꝫ vniuerſaliter affirmant: aut ne-
gant: neqꝫ particulariter: ut homo animal eſt: homo anīal
non eſt. Diuiditur autem ſimplex propoſitio in duas par-
tes in ſbm et predicatum: ut homo animal eſt: homo ſubie
ctum animal predicatum de homine: hę autem partes ter
mini nominant̃. Quos diffinimus ſic: termini ſunt par-
tes ſimplicis propoſitionis in quibus diuiditur principa-
liter propoſitio. Eſt enim ſimplicis propoſitionis vniuer-
ſalis: ſecunda diuiſio ut in propoſitione omnis homo ani-
mal eſt. omnis homo vnus terminus: alius vero ſit ani-
mal eſt. Sed hoc ſecundo loco illud vero principaliter. Nā
primi termini ſunt ſbm et predicatum. Eſt enim et nō eſt
non magis termini quā affirmationis vel negationis de
ſignatiua ſunt: et omnis vel nullus vel aliquis non ma-
gis ſunt termini quā diffinitionum vtrum particulariter
an vniuerſaliter dictum ſit deſignatiua ſunt. Diuiditur er

go ut dictā eſt propoſitio in id quod ſbm eſt: et in id quod
predicatur. Dico autē ſbm ut in omnis homo animal eſt
propoſitione hominē. id vero quod predicatur animal. et
ſemper quod predicatur: aut abūdat: aut ſupereſt ſubiecto
aut equatur. Minus autem predicatū a ſbo nunqꝫ reperi
tur. Sed id quod diuerſis demonſtramus exemplis. ſub-
iecto predicatū habundat quotiens gen⁹ aliquđ de aliquo pre-
dicatur: ut ſi dicas omnis homo animal eſt. Non enim po
teſt conuertere. omne anīal homo eſt quia animal ab homie
plus eſt et ambulat. Equatur autem predicatum ſubiecto
quotiens proprium quidam cuipiam predicat̃: ut omnis
homo riſibile eſt: poteſt conuertere omne riſibile homo eſt.
ut autem minus ſit id q̄ predicatur: fieri nequit. Dicitur
etiā precedere predicatū: ſequi qđ ſubiectū eſt. idoneior eſt
enim predicatio conſtituere propoſitionē quē id quod ſub
iectum eſt. Simplicium autē propoſitionū alię ſunt in nul
lo ſibi participantes ut ſunt: omnis homo animal eſt. Et
virtus bona eſt: ⁊ alię huiuſmodi propoſitiones. alię vero
quę participant. Participantium alię ſunt: quę in vtroqꝫ
termino participant: alię quę in altero. et altero termino p
ticipant tribus modis. vtroqꝫ vero duobus. oſtendamus
ergo exemplis: quomodo altero tribus modis participant
cōmunis enim terminus eſt: cum in vna ſubiectus ſit. in alte
ra predicatur: ut eſt omnis homo animal eſt: et omne anīal
animatū. in priore enim propoſitione animal predicatur
ad hominem. in poſteriore predicatur ad animal animatū
et ſit alias ſubiectum. Et eſt hic prim⁹ modus de eis quę
altero participant. Secūdus vero modus in quo in vtriſqꝫ
communis terminus predicat̃: ut ſi quis dicat. omnis nix
candida: et omnis margarita candida. Et enim in p̃ria ⁊ ſe
cunda propoſitione candida predicatur. in prima ad niuē
in ſecunda ad margaritam. Et hic ſecundus modus alte-
ro termino participantiū. Tertius modus eſt: quotiens in
vtriſqꝫ propoſitionibus cōmunis terminus ſubiectus eſt
ut ſi dicas. Virtus bonū eſt. virtus iuſticia eſt: in vtriſqꝫ
enim ad iuſticiam ⁊ ad bonum virtus ſubiecta eſt: ſunt igi
tur participantes ad alterū terminū his tribus modis. aut
cum in vna cōmunis terminus predicatur: in illa ſubiect⁹
eſt: aut in vtriſqꝫ predicat̃: aut cū in vtriſqꝫ ſubiect⁹ eſt. Ea
rum vero quę ad vtroſqꝫ participant terminos duo ſunt
modi. Alię enim ad eundem ordinem: alię ad ordinis cō-
mutationē. Ad eundē ſunt: quę de eodem idem demōſtrāt
vel affirmatiuę vel negatiuę: vel vniuerſaliter: vel parti-
culariter. omnis voluptas bonū eſt. Nul'a voluptas bo-
num eſt: et rurſus particulariter: quędam voluptas bonā
eſt: quędam voluptas bonum nō eſt. Ad ordinis vero cō-
mutationē: quotiens qui in altera ſubiectus eſt terminus
in alia predicatur ut omne bonū iuſtum eſt: et omne iuſtū
bonum. Nam in priore bonū ſubiectum eſt: iuſtum predi
catum in ſecunda iuſtū ſubiectū eſt: bonū predicatū. Nūc
ergo quoniā alię ad eandē ordinem alię ad ordinis cōmu-
tationem ſunt primus dicemus de his: quę ad eundem ordi
nem vtroqꝫ termino participant. et quoniam ſunt propoſi
tiones alię affirmatiuę alię negatiuę: alię vniuerſales alię
particulares: alię indefinitę: duę ſunt ex his: quę qualitate
differunt tres quę quātitate differūt. Et ſunt quę qualita
te differūt: affirmatiua et negatiua: ad quantitatē quę ve-
ro differunt: ſunt vniuerſales: particulares: indefinitę: in
affirmatiuis enim et negatiuis quale quid ſit aut non ſit
oſtenditur. In vniuerſali particulari indefinita de omniū
vel nullorū vel non nullorū quantitate monſtrat̃. Ex his
ergo quinqꝫ differentijs. id eſt vniuerſali particulari in-
definita: affirmatiua: negatiua: ſex coniunctiones fiunt: ita
ut tribus quę ad quantitatē dicūtur: duę quę ad qualita-
tem dicuntur aptent̃: et ſit vniuerſalis affirmatiua: et vni-
uerſalis negatiua: ut omnis homo iuſtus ē: nullus homo
animal eſt: et particularis affirmatiua: et particularis ne-
gatiua: quidā homo iuſtus eſt: quidā homo iuſtus nō eſt
et indefinita affirmatiua: et negatiua: ut homo iuſtus eſt:
homo iuſtus non eſt fiunt ergo duabus quę ſunt ad quali

tatem: tribus quę sunt ad quantitatē iunctis sex coniūctiones. de quibus indefinitas affirmatiuas: & negatiuas separemus: & de solis vniuersalibus: & particularibꝰ tractatus habeāt subscribant̄ etiam earū participantiū quę ad eundē ordinem vtroq̄ termino participant duę vniuersales propositiones: vna affirmatiua: et altera negatiua: & sit affirmatiua vniuersalis omnis homo iustus est: & contra ipsam vniuersalis negatiua nullus homo iustus ē. Item sub his ponantur particularis affirmatio: & particularis negatio ita ut sub vniuersali affirmatiua ponatur particularis affirmatiua: & sub vniuersali negatiua ponatur particularis negatiua: et sit particularis affirmatiua quidā homo iustus ē: & contra ipsam ꝑticularis negatiua quidā homo iustus non ē: ꝙ monstrat subiecta descriptio.



In superiori igitur descriptione vniuersalis affirmatiua et vniuersalis negatiua contrarię sunt. subcontrarię vero particularis affirmatiua & particularis negatiua. subalternę vero dicūtur vniuersalis affirmatiua et particularis affirmatiua: et iterū vniuersalis negatiua: & particularis negatiua contraiacentes sunt angulares. id est vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua. et iterū vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua: ut sunt. omnis homo iustus ē. Quidam homo iustus non ē. Nullus homo iustus est. Quidam homo iustus ē. et sunt quę hoc modo diffiniri possunt. Contrarię sunt quę vniuersaliter eidez idem hę affirmat hęc negat. subcontrarię sunt quę particulariter eidem idem hęc affirmat: hęc negat subalternę sunt quę eidem idem affirmant vel negant hęc particulariter: illa vniuersaliter: contraiacentes sunt quando eidem eandem rem hęc affirmat hęc negat: vl̄ hęc negat. hęc affirmat: illa generaliter: illa particulariter et vocantur contrarię quia qđ affirmatio vniuersaliter ponit: negatio vniuersaliter tollit. Subalternę vero: qm̄ qđ illa vniuersaliter ponit et hęc ꝑticulariter ponit. subcontrarię vero dictę sunt: vel ꝙ naturaliter sub ipsis contrariis positę sunt: ut descriptio docet: vel a contrariis diuersę sunt: et ipsis contrariis quodāmodo contrarię. Nam contrarię ut vtręq̄ simul sint fieri non potest: ut vtręq̄ omnino non sint fieri potest. contrariam vim obtinebunt subcontrarię. Nam ut vtręq̄ omnino nō sint fieri non potest. ut verę simul sint fieri potest. Quod in sequentibus melius explicabit̄ contraiacentes dicūtur: quoniam vniuersalis affirmatio vel negatio particularem affirmationem vel negationem angulariter respiciunt. Cum autem singulę propositiones habeant duas differentias: vnam ad qualitatem: alteram ad quantitatem: ut quę vniuersalis affirmatiua est habeat differentiam ad quantitatē quia vniuersalis est et aliam ad qualitatez ꝙ affirmatiua est. Eodem modo cętere propositiones. habeant binas differentias vnam sm̄ qualitatez: alteram sm̄ quantitatem. Subalternę quę sunt: vna tantū differentia distant quantitatis: ꝙ hęc particularis: illa vniuersalis est. Nam qualitatis differentiam nullaz retinent. vtręq̄ enim affirmatiuę sunt. illę vero alię. id est contrarię et subcontrarię ad q̄litatem: ꝙ illa affirmatiua: illa negatiua est. nam ad quantitatem nihil differunt. vtręq̄ enim contrarię vniuersales. vtręq̄ subcontrarię particulares sunt. illę autem quę contraiacentes dicuntur vtrisq̄ differentiis differunt. Nam & illa vniuersalis affirmatio ē hęc ꝑticularis negatio: & illa vniuersalis negatio est hęc particularis affirmatio. nūc quoniam quę sm̄ qualitatem vel sm̄ quantitatē: vel quomodo dictum est differūt earum proprietates: quę sm̄ verum falsumq̄ sunt explicemus. igitur earum quę subalternę sunt: si fuerit vera affirmatio vniuersalis: vera erit particularis affirmatio. Si enim omnis homo iustus est: vera est: vera erit: & quę dicit: aliquis homo iustus est. Nam si omnis homo iustus ē: et quidam. Et eodem modo negatiuę subalternę. nam si vniuersalis negatiua vera fuerit erit etiā vera negatiua particularis ut si nullus homo iustus est: vera fuerit erit etiam vera quidam homo iustus non est nam si nullus homo iustus est: nec quidam. Conuerti autem non potest. nam si particularis vera fuerit: non necesse erit veram esse etiam vniuersalem. ut si quidam homo iustus est: vera sit non necesse erit veram esse: omnis homo iustus est. possunt enim esse non omnes. Et eodem modo de negatiua. Nam si particularis negatiua vera fuerit: ut est quidam homo non est iustus non necesse erit vniuersalem nullus homo iustus est veram esse. Potest enim fieri ut quidam sint iusti. Ergo dicimus in subalternis propositionibus si vniuersales verę sint: veras esse necesse est particulares. sed non conuertitur. Nam si particulares verę sint: non necesse est esse veras etiam vniuersales. Particulares vero ad vniuersales contrariam conuersionem habent. nam (ut superius.) si vniuersales verę essent: verę essent etiam particulares: et si particulares verę essent non omnino verę essent etiam vniuersales in particularibus si particulares falsę sint: falsę erunt etiam vniuersales. naz si particularis quidam homo iustus est: falsa fuerit vniuersalis etiam omnis homo iustus est: erit falsa. naz si quidam homo iustus est: falsa est: vera est nullus homo iustꝰ est. si vera est nullus homo iustus est falsa est omnis homo iustus est. Falsa igitur particulari falsa erit vniuersalis Item si negatiua particularis falsa sit quę est quidam homo iustus non est: falsa erit etiam nullus homo iustus est. naz si falsum est quidam homo iustus nō est: vera est quia omnis homo iustus est. si vera est hęc falsa est. nullus homo iustus est. falsa igitur particulari falsa erit et vniuersalis. Sed non conuertitur: ut si vniuersales falsę sint: falsas esse necesse sit particulares. nam si vniuersalis. omnis homo iustus est falsa fuerit: non necesse est particularem quidam homo iustus est: falsam esse. Potest enim fieri ut si omnis homo iustus non fuerit: sit quidem iustus. et iterum si vniuersalis negatiua nullus homo iustus est: falsa fuerit: non necesse erit quidam homo non est iustus: falsam esse. nam si falsa est nullus homo iustus est: verum est esse aliquos iustos vera est etiam quę dicit: quidam homo iustus non est: ꝙ sint quidam etiam non iusti. Repetens igitur a capite dicat ꝙ in subalternis si vniuersales verę fuerint verę erunt etiam particulares. Sed non conuertitur. item si ꝑticulares falsę fuerint: falsę erunt etiam vniuersales. sed non conuertitur contrarię simul esse verę nunquā possunt Potest autem fieri: ut alias vtręq̄ falsę sint: alias vna vera: & alia falsa. vtręq̄ falsę sunt: ut si quis dicat. omnis homo grammaticus est falsa est. nam non omnis homo. nullus homo grammaticus est falsa est. nam non nullus. est autem vna vera alia falsa: ut si quis sic dicat. omnis homo bipes est hęc affirmatiua vera est: nullus homo bipes est. hęc negatiua falsa est. Et iterum omnis homo quadrupes est hęc affirmatiua falsa est. Nullus homo quadrupes est hęc negatiua vera est. Sunt ergo contrarię aliquotiens vtręq̄ falsę: aliquotiens inter se verum: falsumq̄ diuidētes: ut vtręq̄ autem verę sint fieri nunquā potest. sub contrarię vero contraria patiuntur. Nam falsę nunquā reperiri queunt. Sed alias verę vtręq̄ sunt: ut est quidaz homo grammaticus est vera est: et quidam homo grammaticus non est et hęc vera ē. Potest enim alius esse grammaticus et alius non esse. Alias vna vera est. altera falsa. vera est enim affirmatio. quidam homo bipes est: falsa est au

item negatio quidam homo bipes non est. item falsa est affirmatio: quidam homo quadrupes est. vera negatio quidam homo quadrupes non est. ut vero utręque falsę sint, fieri numquam potest. ¶ Restat igitur ut de cōtraiacentibus dicamus quę neque falsę simul aliquando esse possunt neque verę: sed semper una falsa vera est altera. quod facilius liquet si quis sibi quęcumque fingat exempla. Res admonet: ut quidam de indefinitis propositionibus consideremus indefinitę: etenim propositiones ęquam vim retinent particularibus propositionibus. Dictum est enim quod si universalis vel affirmativę: vel negativę in subalternis propositionibus essent verę: essent quoque verę etiam particulares Nunc vero dicimus: ꝙ si universales propositiones verę fuerint verę erunt etiam indefinitę. Nam si vera est. Omnis homo bipes est: vera est etiam quidam homo bipes est vera erit etiam indefinita: homo bipes est hoc etiam dictum est ꝙ si particulares falsę essent: falsę essent et universales. nunc vero dicendum est ꝙ si indefinita falsa fuerit falsa erit etiam universalis. Nam si falsa est quę dicit. Homo quadrupes est: falsa erit etiam quę dicit. quidam homo quadrupes est Atque idem hoc etiam in negativis contienire videtur. Unde constat ꝙ omnes indefinitę ęquam vim particularibus retinent propositionibus. Rursus dictum est ꝙ subcontrarię quę particulares affirmativę et negativę sunt simul verę esse possunt: dividere etiam verum falsumque valent: simul vero falsas esse non posse. hoc idem in indefinitis propositionibus expectandum est. Nam dividunt verum falsumque inter se: ut si quis dicat homo bipes est verę est: homo bipes non est falsa est: et iterum homo quadrupes est falsa est. homo quadrupes non est vera est. verę autem inveniri possunt ut si quis dicat homo grammaticus est: si quis hoc dicat de donato: vera est. Item homo grammaticus nō est si hoc dicat de Catone: verum est: ut simul falsę sint numquam reperientur. Hinc quoque ostenditur indefinitas cum particularibus ęquali esse potentia. amplius quod dictum est contraiacentes. id est universalem affirmativam et particularem negativam: et iterum universalem negativam et particularem affirmativam neque veras simul esse neque falsas Sed inter se dividere verum falsumque idem hoc evenit in indefinitis. Nam universalis affirmativa et indefinita negativa: vel indefinita affirmativa et universalis negativa neque verę simul esse possunt: neque simul falsę. Dividuntur inter se verum falsumque. nam si dixeris: omnis homo bipes est: vera est: et si dicas homo nō est bipes falsa est. Item si dixeris homo quadrupes est falsa est: si dixeris: nullus homo quadrupes est: vera est. unde hinc quoque colligere licet omnes indefinitas potestate et vi ęquales esse particularibus. Sunt etiam quędam propositiones: quę dividunt quidem et ipsę verum et falsum: ut deus fulminat deus non fulminat. Sed istę tunc dividunt inter se verum et falsum: cum idem tempus: idem subiectum idem predicatum sit. quod autem dico tale est. si ęquivocum subiectum fuerit: non dividunt verum et falsum. Si quis enim dicat cato se vitę occidit: et respondeatur cato se vitę non occidit: utręque verę sunt. Nam et cato minor se peremit: cato censorinus se vitę non occidit. Sed hoc idcirco evenit: ꝙ Catonis nomen ęquivoce dicitur. Dicitur enim maior Cato censorinus: et minor uticensis. item si ęquivoca fuerit in propositione predicatio verum inter se affirmatio negatioque non dividunt. Si quis enim sic dicat in nocte lucet. et respondeatur in nocte non lucet. fieri potest ut utręque verę sint. Nam in nocte lucerna lucere potest: et sol lucere non potest. hoc autem dico evenire: ꝙ lucere ęquivoce et ad lucernę lumen: et ad solis dicitur. amplius si aliud et aliud in subiectis et predicatis tempus fuerit: verum falsumque inter se affirmatio negatioque non dividunt. nam si quis dicat socrates ambulat et respondeatur socrates non ambulat possunt utręque verę esse. potest fieri enim ut socrates alio tempore ambulet: alio tempore nō ambulet: sed aut stat aut sedeat: aut quodlibet aliud. In talibus ergo propositionibus quales sunt: socrates ambulat: Socrates non ambulat: illę inter se verum falsumque dividunt quę ad idem subiectum ad idem predicatum ad idem tempus dicuntur. Sunt etiam alię quę contradictorię dicuntur quę sunt huiusmodi: quotiens affirmationem universalem tollit negans particularis: ut est omnis homo iustus est: non est omnis homo iustus: et rursus nullus homo iustus est: et quidam homo iustus est. in his enim universalis determinatio tollitur. sed de his alias. Et quoniam dictum est de his quę eodem ordine participant: dicamus nunc de his quę ad ordinis commutationem participant. Earum quoque propositionum: quę ad commutationem ordinis participant duplex modus est. Est enim per contrapositionem conversio: ut si dicas omnis homo animal. omne nō animal non homo est. simplex conversio est ut si dicas. omnis homo risibile: et omne risibile homo. sed in illis terminorum tantum commutatio conversionem facit: in quibus neque predicatum subiecto: neque subiectum predicato habundat. In hac enim propositione quę dicit omnis homo risibile. homo subiectum risibile predicatum ęquam vim habent et ideo converti potest: ut risibile sit subiectum et homo predicatum: et dicatur omne risibile homo. In quibus unus terminus alio habundaverit: converti propositio nō potest. Nam si dicas omnis homo animal est vera est: non tamen potest fieri: ut conversa hęc propositio terminis cōmutatis vera sit falsum est enim dicere omne animal homo. Sed hoc cur evenit: quia homine animal habundat. Illa vero conversio: quę pro contrapositionem fit: hoc modo fit. quotiens quod in affirmativa subiectum fuerit: idem mutatum et factum predicatum ad negativam particulam ponitur ut est omnis homo animal est. Hic homo subiectum est et ad hoc animal predicatur. Si vero quis per contrapositionem convertat: et faciat animal subiectum hominem predicatum: et ad hominem particulam negativam ponat hoc modo faciet. Omne non animal non homo est: et erit ista cōversio omnis homo animal est: omne non animal non homo est. sed de his posterius tractabimus: nunc ad simplices revertamur. Cum igitur sint quattuor propositiones. quarum duę universales sunt. id est affirmativa et negativa: duę vero particulares id est affirmativa et negativa particularis affirmativa et universalis negativa commutatis terminis sibi ipsa convertitur. Convertuntur autem illę. (ut dictum est) quotiens commutatis terminis: vel simul verę sunt: vel simul falsę. Nam si quis dicat quidam homo animal est vera est. Conversio vero eius: quę est quoddam animal homo est vera est. Item quidam homo lapis est falsa est quemadmodum conversio eius. quidam lapis homo est: et ista falsa est. Et igitur particularis affirmativa quę commutatis terminis sibi ipsa convertitur. Idem vero patitur universalis negatio. Si quis enim dicat nullus homo lapis est vera est. Potest converti nullus lapis homo. nam et ista vera est. Item nullus homo rhetor est falsa est: et eius conversio nullus rhetor homo est falsa est. In quattuor igitur his propositionibus duę tantum contraiacentes sibi ipsę convertuntur. id est particularis affirmativa: et universalis negativa. Alię vero duę sibi ipsis non convertuntur. Nam neque universalis affirmatio: neque particularis negatio sibi ipsa cōvertitur. Si quis enim dicat. Omnis homo animal est vera est. Si quis vero convertat. omne animal homo: falsum est. Non igitur sibi ipsa converti potest. quoniam conversa prioris veritatem non recipit. Neque vero particularis negatio sibi ipsa convertitur. Nam si quis dicat quidam homo grammaticus non est: vera est. si vero convertat: quidam grammaticus homo non est. falsa est. Omnis enim grammaticus homo est. Repetendum est igitur a capite: ꝙ cum quattuor propositiones sint affirmatio universalis: negatio universalis: affirmatio particularis: negatio particularis: particularis affirmatio: et universalis negatio quę contraiacentes sunt. sibi ipsis cōverti possunt Universalis vero affirmatio et particularis negatio: quę

ipsę contraiacentes sunt nunquam possunt. Nec hoc nos turbet quod quędam affirmationes vniuersales: et quędam particulares negationes conuerti possunt. Potest enim dici omnis homo risibilis est: omne risibile homo est. et vtręque verę sunt. Et iterum omnis homo hinnibilis est. falsa est. et omne hinnibile homo. hęc quoque falsa est. Item in particulari negatione. quidam homo non est lapis: vera est: et quidam lapis non est homo: vera est. Item quidam homo non est risibile falsa est: quidam risibile homo non est: rursus hęc quoque falsa est. ergo videntur posse vniuersales affirmationes: et particulares negationes conuerti et conuertuntur quidem: sed non vniuersaliter. Generaliter autem dico propositiones posse conuerti. quotiens vniuersaliter in omnibus conuertuntur. Istę autem in duabus solis materiebus conuerti possunt. Si quis enim proprium cuiuslibet speciei ad ipsam speciem cuius est proprium velut ad subiectum predicet. potest conuertere. Nam quia risibile proprium est homini: si predices risibile: et subiicias hominem: ut est omnis homo risibile est: potes iterum subiicere risibile et hominem predicare: ut si dicas omne risibile homo. In illis vero simul falsę sunt generalium affirmationum conuersiones in quibus id quod predicatur ad subiectum nullo tempore dici potest. ut si quis dicat omnis homo lapis est falsa est. Et iterum omnis lapis homo est falsa est hęc. Quoniam nullo tempore neque homo lapis neque lapis homo predicabitur. in particularibus negatiuis contrarium est. nam cum falsę sunt: cum proprium subiectum est aut predicatum: ut si quis dicat. Quidam homo risibile non est. falsum est. Item quoddam risibile homo nō est: et hęc quoque falsa est. In illis verę sunt: quando id quod affirmando nullo tempore vere predicari potest ad subiectum predicant. ut si dicas. quidam homo lapis non est. vera est. Iterum quidam lapis homo non est. vera est. Ergo vniuersales affirmationes tum sibi conuertuntur. ut verę sint: cum proprium predicant: tum sibi conuertuntur: ut falsę sint cum id quod nullo tempore ad subiectum vere dici potest predicatur. Item in particularibus negatiuis: tum falsę sunt: cum proprium predicant: tum verę: cum id quod nullo tempore vere dici potest: predicant. In his ergo solis conuerti possunt istę. In aliis vero conuerti nō possunt. Atque ideo vniuersaliter non conuertuntur. remanet ergo in aliis rebus omnibus ut superius dictum est: non conuertuntur. hoc vero perspiciendum est: quod particularis affirmatio quę sibi ipsi conuertitur. vniuersali affirmationi quę sibi non conuertitur per accidens conuerti potest Et item contraiacens vniuersali affirmationi particularis negatio: quę sibiipsi non conuertitur: conuerti potest per accidens negationi vniuersali: quę sibiipsi conuertitur. Sed quomodo particularis affirmatio et vniuersalis negatio sibiipsis conuertantur ostendimus. Nunc vero quomodo particularis affirmatio vli affirmationi per accidens: vel quomodo particularis negatio vniuersali negationi per accidens conuertantur demonstrandum est. Dictum est superius: quod si vera est vniuersalis affirmatio: vera est etiam particularis: et sequeretur particularis vniuersalem. Nam si vera est omnis homo animal est: vera est etiam quidam homo animal est. Si enim omnis et quidam. sed particularis affirmatio sibi ipsi conuertitur. conuertatur etiam vniuersali affirmationi. Nam si omnis homo animal est et quidam homo animal est. Sed ista sibi conuertitur. hoc modo si dicas: quidam homo animal est. Potest igitur conuerti ad omnis homo animal est vniuersalem affirmationem particularis affirmatio: quę est quidam homo animal est. ut dicas quoddam animal homo. vtręque enim verę sunt et quę dicit omnis homo animal est: et quę dicit quoddam animal hō est. per accidens autem conuerti dicitur particularis affirmatio vniuersali affirmationi: quia particularis affirmatio sibiipsi particulariter conuertitur. Secundo vero loco vniuersali affirmationi conuertitur. Restat igitur: ut hoc monstremus. Quomodo particularis negatio quę sibi non conuertitur: vniuersali negationi quę sibi conuertitur: per accidens conuertatur et hęc eadem ratio est. Nam quoniam vniuersalis negatio si vera est: vera est etiam particularis vniuersalis vero negatio sibiipsi conuertitur: potest vniuersali negationi conuersę particularis conuerti negatio. Age enim vniuersalem negationem. id est nullus homo hinnibilis est: conuertamus: ut sit nullum hinnibile homo. Sed istam propositionem id est vniuersalem negatiuam: quę est nullus homo hinnibilis est sequitur particularis negatio: quidam homo non est hinnibilis. Conuerte igitur vniuersalem: quę est nullus homo hinnibilis est: et fac nullum hinnibile homo. conuerte huic particularem negatiuam quę est quidam homo non est hinnibilis: et fac quoddam hinnibile non est homo. vtręque ergo verę sunt Nam nullum hinnibile homo est quę est vniuersalis conuersio negationis vera est: et quoddam hinnibile non est homo: quę conuersio particularis negationis est. Cur autem per accidens conuerti dicatur: superius dictum est. Liquet igitur talis conuersio per accidens. quod igitur habet vniuersalis affirmatio. hoc habet ei contraiacens particularis negatio. vtręque enim sibi conuerti nō possunt. quod autem habet vniuersalis negatio. hoc habet ei contraiacens affirmatio particularis. vtręque enim sibi conuerti possunt Iunctę ergo quę sibi conuerti possunt: et quę sibi conuerti non possunt: ut quę sibi conuerti potest iungatur ei quę sibi conuerti non potest: et quę sibi conuerti non potest: iungatur ei quę sibi conuerti potest: fecerunt per accidens conuersiones quę superius demonstratę sunt. Restat ut de his conuersionibus dicamus quę per contrapositionem fiunt: et primum earum sit dispositio scriptione subiecta. generalis enim affirmationis: quę dicit omnis homo animal est: conuersio per contrapositionem est quę dicit: omne non animal non homo est. Item generalis negationis quę dicit. nullus homo animal est. Conuersio per contrapositionem nullum non animal non homo est. Item particularis affirmationis quę dicit: quidam homo animal est. conuersio per contrapositionem est: quę dicit quoddam non animal non homo est. Itē particularis negationis quę dicit. quidam homo animal non est conuersio per contrapositionem est quoddam non animal non homo est: quod monstrat subiecta descriptio.

Oīs homo aīal est
Nullus homo aīal est
Quidam hō aīal est
Quidā hō aīal non est

Omne nō aīal nō hō est.
Nullū nō aīal nō hō est.
Quoddā non aīal nō hō ē
Qōdā nō aīal nō hō nō ē.

¶ His ergo ita positis quomodo dictum est superius in simplici termino: cum conuersione: quod particularis affirmatio: et generalis negatio sibi ipsis conuertentur. Generalis vero affirmatio: et particularis negatio sibiipsis non conuertuntur: hic tamen per contrapositionem conuersionibus contra est. Nam generalis affirmatio per contrapositionem cōuertitur sibi ipsi et particularis negatio sibi ipsi conuertitur. Generalis vero negatio et particularis affirmatio per contrapositionem sibi non conuertitur. Quod ita esse his exemplis probabimus. Si enim vera sit affirmatio generalis quę dicit. Omnis homo animal est vera erit eius per

contrapositionem conuersio que dicit. Omne non animal non homo est. Quod enim animal non fuerit id homo nō erit. Et si falsa fuerit generalis affirmatio que dicit: omne animal homo est: falsa erit etiam eius per contrapositionē conuersio que dicit: omnis non homo non animal est. potest enim fieri ut quod homo non est animal sit. Illa enim negat esse animal quod homo non fuerit. Quod si cum vera est generalis affirmatiua: vera est eius per contrapositionem conuersio et si cum falsa est generalis affirmatio falsa est eius per contrapositionem conuersio: non est dubium quin generalis affirmatio possit sibi ipsi conuerti. Itē nūc ostendendum est: quomodo particularis negatio sibiipsi per contrapositionem conuertitur. Nam si falsa est que dicit. quidam homo animal non est: falsa erit etiam eius per contrapositionem conuersio que dicit. quoddam non animal non homo est. Hoc enim videtur hec propositio dicere: ac si diceret quedam res que animal non est homo est. qui enī dicit non homo non est: hominem esse significat quod animal non sit. Hoc vero aperte falsum est. Omnis enim homo animal est et si vera fuerit particularis negatio. que dicit. quoddam animal homo non est: vera est eius per contrapositionem conuersio que dicit. quidam non homo non animal non est. Equale est enim ac si diceret. res que homo non est: non est non animal. sed est animal ut equus et bos homo non est: et non est non animal. Ergo si cum particularis negatio: falsa est: falsa est etiam eius per contrapositionem conuersio: et si cum particularis negatio vera est: vera est eius per contrapositionem conuersio. Non est dubium: quia particularis negatio possit per contrapositionem sibi ipsa conuerti. Nunc quoniam ostensum generalem affirmatiuam: et particularem negatiuam per contrapositionē posse conuerti. Ostendamus generalem negatiuam et particularem affirmatiuam per contrapositionem sibi nō posse conuerti. Et primo de generali negatione dicendum est. Nam si generalis negatio vera est: non necesse erit per contrapositionem sibi conuersam verum esse. Sed si falsa fuerit sibi per contrapositionem conuersam falsam esse necesse est. Nam si falsa est que dicit. Nullus homo animal est. falsa erit fortasse eius per contrapositionem conuersio: que dicit: nullum non animal non homo est. Equale est enim ac si diceret nulla res est que non sit animal: et non sit homo. quod est omnis res que animam non habet: homo est quod aperte falsum est. Item si vera fuerit generalis negatio. falsa erit eius per contrapositionem conuersio. Nam si vera est nullus homo est lapis. falsa erit eius per contrapositionem conuersio que dicit. nullus non lapis non homo est. Equale est enim ac si dicat. nulla res est que cum non sit lapis non homo est. quod est omnis res quecunque lapis nō fuerit homo est. quod falsum est. Innumerabilia enim inuenies: que non sunt lapides: quoniam homines nō sunt ergo quoniam si generalis negatio vera vel falsa fuerit: falsa erit eius per contrapositionem conuersio: non est dubiū generalem negationem sibi non posse conuerti. quod enī in aliquo fallit generaliter colligi non potest. Restat igitur ut id quod reliquum est monstremus particularem affirmationem per contrapositionem sibi non posse conuerti. Cum enim fuerit particularis affirmatio vera: vera erit eius per contrapositionem conuersio. Nam si vera est. que dicit. quidam homo animal est: vera est eius per contrapositionem conuersio: quoddam non animal non homo est. Equale est enim ac si dicat quedam res: que animam non habet: homo non est: quod verum est. Lapis enim animā non habet et tamen homo non est. Item si particularis affirmatio. Que dicit quidam lapis homo est: falsa est: vera erit eius per contrapositionem conuersio: que dicit quidā non homo non lapis est. Equale est enim ac si diceret quedam res que homo non fuerit lapis non est: quod verum est. Equus enim homo non est. Et tamen lapis non est ergo si cum in quibusdam particularis affirmatio vera fuerit vera erit eius per contrapositionem conuersio: et si cum in quibusdam falsa fuerit particularis affirmatio. vera erit eius per contrapositionem conuersio non est dubium particulares affirmationes per contrapositionem non posse cōuerti. Generalis vero negatio et particularis affirmatio: que contraiacentes sunt: in per contrapositionem conuersionibus contraria patiuntur. Nam in generalibus negatiuis siue generales negatiue vere fuerint siue false per contrapositionem conuersiones semper false sunt. in particularibus autem affirmatiuis: siue particularis affirmatio vera fuerit siue falsa: eius per contrapositionem conuersio vera est. Repetendum est igitur a superioribus et confirmandum quod in simplicibus terminorum conuersionibus particularis affirmatio: et generalis negatio sibi conuerti possunt. Generalis vero affirmatio et particularis negatio sibi conuerti non possunt. in his vero conuersionibus: que per contrapositionem fiunt contra est. Nam generalis affirmatio et particularis affirmatio per contrapositionem sibi ipse conuerti possunt. Generalis vero negatio: et particularis affirmatio per contrapositionem sibi ipse conuerti non possunt. Et generalis negatio et particularis affirmatio: que sunt contraiacentes in veri falsique distantia (ut demonstratum est) sibiipsis inuicem contraria patiuntur. Hec de cathegoricorum sillogismorum cathegoricis propositionibus dicta sufficiant. Si qua vero his pretermissa sunt in periermenias Aristotelis commentario diligentius subtiliusque tractata sunt.

De syllogismo cathegorico.
Liber Secundus.

Uperioris series voluminis quod ad cathegoricorum syllogismorū propositiones attinebat explicuit. Nūc autem quantum introductionis patitur temperamentum de ipsa cathegoricorum syllogismorum ratione tractabitur. Et quoniam omnium compositorum firmitudo vel vitium: aut in his maxime reperitur ex quibus est compositum: aut penes bonam malamve compositionem eius laus vituperatioque tenetur. Namque domus si sit fortibus lapidibus debilibus ve constructa: ipsa quoque est fortis aut debilis. Porro autem si artificis compositionem equabilem solertemque fuerit nacta: ipsa quoque constructio merito stabilis erit et laudabile fundamentum. Si vero insolertior compositio fiat: tota quoque quāuis ex bonis ordinata lapidibus: nulla sese gerens fabrica stabilitate nutabit. Nos quoque hanc eandem imaginem secuti prius de his quibus ipse syllogismus constat id est propositionibus explicuimus. Nunc de ipsa inter se syllogismorū coniunctione oppositioneque tractabimus. Illud vero meminisse debebis introducendis hic me prestitisse inchoantibus non introductis. Et primū quid sit esse in omni vel non esse paucis ostendā. Si que enim res alterius generis fuerit: enim intra se speciem continebit: et in toto speciei genere illa esse dicetur. Sit enim genus animal. homo vero species. homo ergo quoniā minus est quā animal: in toto animali esse dicit. Omnis enī homo animal esse. Si quis ergo sic dicat aliquā rem de omni alia re predicari. conuersa vice nihil inter est. Nam sicut in toto animali homo est: sic etiam animal de omni homine predicatur. in toto vero non esse est. quotiens alia res ab alia re omni disiuncta est. ut si dicas animal in nullo lapide est. nullus enim lapis animal est: et si dicas animal de nullo lapide predicatur. de nullo

enil lapide aial df. Diffinim⁹ ergo in toto eē vel i toto nō eē sic in toto esse: vel de toto predicari dicitur: quotiens non potest inueniri aliquid subiecti: ad q illud q predicatur dici non possit. Nam nihil hominis inuenitur: ad quod animal dici non possit. In toto vero non esse: vel de nullo predicari dicitur: quotiens nihil subiecti poterit inueniri ad q illud qd predicatur dici possit. Nihil enim lapidis inueniri potest: de quo possit animal predicari. Illud sane notandum est q esse in toto versa vice dicitur. Nam si aliquid de aliquo omni predicatur: illud de quo illud predicatur in toto illo esse dicitur quod predicatur: vt animal de omni homine dicitur. Homo non in toto est animali velut quedam pars intra totum animal latet. si quid in alio omni fuerit: in eo toto illa res de qua superius dicebatur esse dicitur: vt idem animal cum in omni sit homine: et de eo omni predicetur. Homo est in toto animali. His igitur positis quotienscunq ita dicimus: vt litteras pro terminis disponamus: pro breuitate hoc et pro compendio facimus: id q per litteras demonstrare volumus vniuersaliter demonstramus. Nam fortasse in terminis aliquibus falsum ingerendum necesse sit. In litteris vero nunquā fallimur: quoniam ad hoc vtimur litteris quasi terminos poneremus. In litteris vero ipsis nisi terminorum coniunctio per se firma valensq fuerit: vlla neq veritas. neq falsitas reperietur. Quotiens igitur aliud de alio omni predicari volumus ostendere: sic ponimus. Sit primus terminus. a. Secundus. b. et predicatur. a. de omni. b. Hoc autem ita accepto tanq̄ si posuerimus. a. animal. b. hominem. Eodem modo et de negatiuis. Nam si dicamus. a. de nullo b. predicatur: tale est ac si dicamus. a. q est animal de nullo lapide predicatur q est. b. et alia quecunq huius consimilia. Omnis autem syllogismus simplex tribus terminis demonstratur atq concluditur. Sed primo ipsorum syllogismorum figuras aspiciamus. Post vero de modis ordinibusq eorum tractabimus. Tribus igitur terminis ita positis: vt prope se sibi connexi sint tres non vltra fieri complexiones necesse est hoc modo. Sit enim. a. sit b. sit. c. aut enim. a. de. b. predicabitur. et. b. de. c. aut certe a. et de. b. predicabitur. et. de. c. vel isdem ipsis. a. terminus videbitur esse subiectus. Sit enim. a. bonum sit. b. iustum sit. c. virtus. aut enim. a. i. bonum erit in omni. b. i. iustum et dicetur. omne iustum bonum est. et item. b. iustum. In omni. c. virtute. et dicetur. omnis virtus iusta est. Et erunt huiusmodi propositiones. Omne iustum bonum est. et omnis virtus iusta est. aut. a. i. bonum. de. b. q iustum est. et de. c. q virtus est predicabitur. vt sit. omne iustum bonum est. Omnis virtus bona est: aut certe. a. bonum. b. iusto et virtuti. c. subiacebit. Et dicetur. omne bonum iustum est. omne bonum virtus est. In hac enim complexione. b. et. c. de solo. a. termino predicantur. Ubi vero. a. de omni. b. termino. et. b. item predicatur de omni c. Hanc figuram voco primam que diffinitur sic. Prima figura est: in qua is qui subiectus est: de alio predicatur. Nanq b. quidem. a. termino subiectum est. ad. c. item terminum predicatur. Extremitates vero dico huius figure quod predicatur et q subiectum est. i. a. c. Nanq. a. predicatur de. b. termino. c. vero terminus. b. termino subiacet. Medium vero voco illud qd alij subiacet. et de alio predicatur. i. b. Nam. b. terminus. a. termino subiacet. de. c. vero termino predicatur. Maior vero extremitas est: que prima predicatur. i. a. Nanq idem. a. de. b. termino predicatur. et Minor vero que medio termino subijcitur. i. c. Nanq c. terminus medio termino. i. b. subiectus est. de eo enim b. medius terminus dicitur. Maior vero terminus. a. vocatus est. i. qui predicatur: quoniam omne predicatum ab eo de quo predicatur maius est. Et in conclusione sicut in prima propositione semper. a. terminus predicatur. a. enim bonum predicatur de. b. iusto. Et dicitur omne iustum bonum est. b. vero medius terminus predicatur de c. et dicitur. omnis virtus iusta est. Ex his igitur concluditur in syllogismo. omnis virtus bonum est. et. a. bonum nominabitur de. c. virtute. atq ideo a nobis maior extremitas appellatur. Id vero meminisse debemus: q ea que paria sunt: et conuerti possunt et ad se inuicem predicari: et sicut id qd predicatur in eo qd subiectum est omni est: ita rursus conuersum q fuerat subiectum. in eo q antea predicabatur omni erit. Nam si. f. et. g. duo termini ita sibi sint equales: vt neuter neutro maior sit cum predicaueris f. de omni. g. erit. f. terminus in omni. g. termino. Si vero conuertas et predicas. g. terminum de. f. termino: erit verum. g. terminum in omni. f. termino esse. sit enim. f. risibile. g. homo. Ergo si predicas. f. risibile. et. g. hominē subijcias. f. risibile in omni. g. inuenitur. Omnis enim homo risibilis est. Si vero predicas. g. hominem ad. f. risibile. g. homo in omni. f. risibili reperitur. Omne. n. risibile homo est. Quid autem termini sint: vel quid predicatio: aut quid subiectio priori de propositionibus libro satis dictum est. Sed ne forte erremus q videtur vniuersalis affirmatio conuersa. Nam de hoc quoq superius dictum est. Medio vero hoc solum monstrare volumus: quod que sunt in toto paria sola conuertantur. Hoc tamen prodest ad ostēsionem syllogismorum que fit in circulo quam in analyticis diximus. De prima categoricorum figura expeditū est.

Secunda vero figura est quotiens. a. terminus de vtrisq. b. et. c. terminis predicatur hoc modo. Si. n. dicas. a. bonum de omni. b. iusto. vt sit hoc modo propositio. Omne iustum bonum est. Et ita. a. bonum de omni c. virtute: vt si dicas. Omnis virtus bonum est. solum. a. de vtrisq. b. et. c. terminis predicatur: et erit secunda figura. Medius autem terminus in hac figura erit qui de vtrisq predicat. i. a. Extremitates vero ea que subiecta sunt. i. b. et. c. Maior vero extremitas est de qua primo. a. terminus appellatur. i. b. iustum. vel si ad. c. primo predicabitur. c. terminus maior terminus inuenitur. idcirco q ea extremitas: de qua medius terminus primo predicatur: in conclusione ipsa quoq predicabitur: vt superius demonstratum est. Minor vero extremitas erit ad q medius terminus posterius predicabitur. Tertia vero figura erit quotiens. a. et. b. termini de vno. c. predicantur. Si quis enim predicet. a. i. bonum de. c. i. virtute: vt sit huiusmodi propositio. Omnis virtus bonum est. Item. b. predicatur de c. vt sit omnis virtus iustū est. Tertiam figuram facit. In hac vero figura medius terminus erit qui vtrisq subiectus est. i. c. Nanq de. c. termino. a. et. b. termini predicantur. Maior vero extremitas est que primo predicatur. i. a. Minor vero que postea. i. b. vel si quem libuerit. b. prius. a. posterius predicare secundum priorem posterioremq predicationem maior minorue extremitas inuenietur: et hic quoq maior extremitas in conclusionibus sicut in superioribus alijs figuris de minore predicatur.

Expeditis igitur tribus syllogismorum figuris dicendum est: quia perfectus syllogismus est: cui ad integram probatamq conclusionem ex superius sumptis et propositis nihil deest. Sed modo atq ordine facta conclusio nihil de habens per ea que antea proposuit terminatur. Imperfectus vero syllogismus est: cui nihil eque ad perfectionem deest. Uerumtamen in his que in propositionibus sumpta sunt: aliqua desunt: cur ita esse videtur: sed et he diffinitiones omnes posterius liquebunt. Nunc autē vnde he figure nascantur: breuiter explicandum est. Quā vnde nascantur: in eadem iterum resoluuntur. Sed secunda et tertia figura de prima figura nasci et procreari videntur. Sit enim. a. terminus in omni. b. termino. et de omni eo predicatur. b. vero terminus de omni. c. termino predicatur. hec vt dictum est prima syllogismorum figura est. Si quis igitur maiorem extremitatem propositionemq

conuertat: ꝛ ꝙ fuerat antea predicatum faciat esse subiectū secundam faciet figuram. Nam quēadmodum .a. termin⁹ predicatur de .b. termino. ita .b. de .c. Si ergo conuertatur ꝛ fiat vt .b. terminus de .a. termino predicatur. Inuenitur .b. terminus qui antea medius fuerat: ꝛ .a. termino subiectus de .c. vero termino predicatur: ad vtrosqꝫ terminos p̄dicatus. Age enim quoniam .a. bonum de .b. iusto predicabatur .b. vero iustum de .c. virtute predicabatur: erat propositio. omne iustum bonum est. omnis virtus iusta est manente propositione que est. omnis virtus iusta est. p̄ma propositio. omne iustum bonum est conuertatur ꝛ fiat omne bonum iustum est. Inueniuntur igitur propositiones sic. omne bonum iustum est. omnis virtus iusta ē. iustū .i. b. de .a. ꝛ .c. terminis predicabitur. Conuersa igitur maiore prioris figure extremitate secunda syllogismorum figura procreatur. Tertia vero figura nascitur minori propositione conuersa. Nam si .a. bonum predicatur de .b. iusto: vt dicatur. omne iustum bonum est. b. vero iustū predicatur de .c. virtute vt dicatur. omnis virtus iusta est si priore propositione manente .i. omne iustum bonum est. Secunda que est. omnis virtus iusta est. Conuertatur ꝛ fiat. omne iustum virtus est. Inueniantur omnes propositiones sic. Omne iustum bonum est. Omne iustum virtus. ꝛ de .b. iusto .a. ꝛ .c. termini predicantur ꝛ fit tertie figure connexio. Conuersis igitur primis posterisqꝫ extremitatibus prime figure: tertia vel secunda figura nascuntur. At vero vna quęqꝫ harum trium figurarū habet sub se plures syllogismorum modos: vt modi sub figuris ita sint: vt sunt species sub suis generibus. Habet enim prima figura sub se Aristotele auctore modos quattuor: sed Theophrastus: vel Eudemus super hos quattuor quiqꝫ alios modos addunt Aristotele dante principiū secundo priorum analyticorum volumine ꝙ melius postmodum explicabitur. Secunda vero figura habet sub se quattuor modos. Tertia vero auctore Aristotele sex addunt etiā alij vnum sicut ipse Porphirius superiores scꝫ sequens. Et quoniam (vt superiore libro dictum est) alię propositiones affirmatiue sunt alię negatiuę ꝛ earum alię vniuersales: alię vero particulares s̄m eas ipsas propositiōes syllogismorum conclusionesqꝫ iunguntur.

Namqꝫ prime figure primus modus est qui fit ex duabus vniuersalibus affirmatiuis: vniuersalem affirmatiuam colligens. Si enim .a. terminus fuerit in omni .b. termino. ꝛ si .b. terminus. de omni .c. termino fuerit predicatus .a. terminus de omni .c. termino predicatur. Namqꝫ .a. bonum si predicetur de .b. iusto: vt sit. omne iustum bonū est .b. vero iustum. si predicetur de .c. virtute: vt sit omnis virtus iustum est: necessario concluditur extremitatibus ad se inuicem predicatis .i. a. ꝛ .c vt sit: omnis virtus bonum est. Sunt igitur huiusmodi propositiones: atqꝫ conclusio. Si .a in omni .b. fuerit ꝛ .b. in omni .c. fuerit .a. terminus de omni .c. predicabitur .i. Omne iustum bonum est. Omnis virtus iusta est. ꝛ conclusio. Omnis igitur virtus bonum est. ꝛ hic prime figure modus primus.

Secundus vero modus prime figure est quotiens ex prima vniuersali negatiua ꝛ secunda vniuersali affirmatiua. conclusio vniuersali negatione colligitur. Si enim sit .a. malum .b. bonum .c. iustum .a. terminus de nullo .b. termino predicabitur. Nullum enim bonum malum est .b. vero terminus de omni .c. termino predicabitur. Omne enim iustum bonum est. Quare colligitur nullum iustū malum est. ꝛ hoc modo est. Si .a. terminus de nullo .b. termino predicatur .b. vero terminus de omni .c. termino fuerit predicatus .a. terminus de nullo .c. predicabitur. vt est. Nullum bonum malum est. Omne iustum bonum est. Nullum igitur iustum malum est.

Tertius vero modus prime figure est: quotiens ex vniuersali affirmatiua: ꝛ particulari affirmatiua. particularis affirmatiua colligitur. Nam si .a. virtus de omni .b. idest bono predicetur. ꝛ .b. de quodam .c. idest iusto fuerit predicatum particulariter: erit quoqꝫ conclusio particulariter huiusmodi: vt .a. virtus de quodam .c. iusto particulariter p̄dicetur. Si igitur fuerit .a. terminus in omni .b. ꝛ .b. terminus in aliquo .c. particulariter: erit .a. terminus in aliquo .c. particulariter: vt sit. omne bonum virtus est: quoddam iustum bonum est. quoddam igitur iustum virtus est. ¶ Quartus modus prime figure est talis: quotiens ex vniuersali negatione: ꝛ particulari affirmatione particulari negatiua colligitur. Nam si .a. termin⁹. de nullo .b. termino predicetur .b. vero terminus de quodam .c. termino predicetur .a. terminus de quodam .c. termino non p̄dicabitur. quod monstrat subiecta descriptio. Nam sunt huiusmodi propositiones. Nullum bonum malum est. Quoddam iustum bonum est. Quoddam igitur iustum malum non est. Hos ergo quattuor. In prima figura modos in analyticis suis Aristoteles posuit. Ceteros vero quinqꝫ modos Theophrastus vel Eudemus addiderunt quibus Porphirius grauissime vir auctoritatis visus ē consensisse qui sunt huiusmodi. Nam quoniam particularis affirmatiua sibiipsi conuertitur: quisquis ostenderit in conclusione .a. terminum de quodam .c. termino particulariter predicari. In eadem ipsa conclusione monstrauit ꝙ .c. terminus de .a. termino rursus particulariter predicetur Nam sibi particularis propositio conclusione conuertitur. Si .a. terminus in quodam .c. termino fuerit .c. terminus de quodam .a. termino predicabitur. Item quisquis vniuersalem negatiuam in conclusione probauerit: necesse est eum ipsius quoqꝫ conuersionem in eadem conclusione probasse. Uniuersalis enim negatio semper sibi conuertitur. Nam si quis probauit ꝙ .a. terminus de nullo .c. termino predicetur: non est dubium quin in hac conclusione illud quoqꝫ probatum sit. ꝙ .c. terminus de nullo .a. termino predicetur. Semper enim (vt dictū ē) vniuersalis negatiua sibiipsi conuertitur. vniuersalis quoqꝫ affirmatiua duplici conclusione continetur. Nam quisquis ostendit .a. terminum de omni .c. termino p̄dicari. Illud quoqꝫ ostendit ꝙ .c. terminus de quodam .a. termino particulariter predicetur. Si quis enim probauerit animal de omī homine posse predicari ita dicēs. Omnis homo animal est. illud quoqꝫ necessario monstrauit particulariter: quoniam quoddam animal homo est. Ita semper vniuersalis negatiua ꝛ vniuersalis affirmatiua vel particularis affirmatiua dupliciter concluduntur. Alię enim sibiipsis conuertuntur: que particularis est particulariter que vniuersalis vniuersaliter. Alia vero cum ipsa vniuersalis sit particulariter sibiipsi conuertitur. Particularis autem negatiua nunqꝫ sibiipsi conuertitur. Atqꝫ ideo simplicem in se retinet conclusionem. Hoc autem ꝙ nuper diximus in secundo priorum analyticorum libro ab Aristotele monstratur. Quod solet Theophrastus ꝛ Eudemus principium capientes ad alios in prima figura syllogismos addendos animum adiecere qui sunt huiusmodi qui κατ ἀνάκλασιν vocantur idest per refractionem quandā conuersionemqꝫ propositionis. Et est quinqꝫ modus ex duabus vniuersalibus affirmationibus particularem colligens affirmatiuam hoc modo. Si .a. fuerit in omni .b. ꝛ .b. fuerit in omni .c. posset equidem concludi ꝙ .a. esset in omni .c. Sed quoniam ista vniuersalis propositio (vt dictum est) particulariter conuertitur pretermisso eo ꝙ .a. terminus de omni .c. termino predicatur: conclusio esse dicitur ꝙ .c. terminus de quodā .a. termino predicatur. quod hoc exemplo monstrandum est. Si enim sint ppōnes sic omne iustum bonum est. omnis virtus iustum est. possit etiam concludi ꝙ omnis virtus bonum est. Sed qm̄ ita

propositio sibi conuertitur vt sit quoddam bonum virtus est particulariter particularis syllogismus conclusioque colligitur ex duabus vlibus affirmatiuis. Eius vero forma talis est. A. terminus in omni. b. et. b. terminus in omni. c. igitur. c. terminus in quodam. a. vt est omne iustū bonū est. Omnis virtus iusta est. Quoddam bonum virtus ē. Per conuersionem vero refractionemque dicuntur: quia quod vlr colligebatur conuersum particulariter collectū ē. ¶ Sextus modus est primę figurę q fit ex vniuersali negatiua: et vli affirmatiua vniuersalem conclusionem per conuersionem colligens. Nam si. a. terminus in nullo. b. fuerit. b. vero terminus. in omni. c. termino fuerit possit equidē colligi quā terminus. a. in nullo. c. termino est. Sed quā vniuersalis negatiua conuertitur dicimus quā. c. terminus in nullo. a. termino est: vt sit hoc modo. Nullum bonum malum est. Omne iustum bonum est. posset colligi: nullum iustū malum est. sed et hic per conuersionem colligimus. nullū malum iustum est. ¶ Septimus modus est primę figurę q ex vniuersali affirmatiua et particulari affirmatiua per conuersionem particularem colligit affirmatiuam. Si enī fuerit. a. terminus in omī. b. et. b. terminus de quodam. c. termino pręedicetur. potest. a. terminus de quodam. c. termino pręedicari. Sed quā particulare affirmatiuū sibiipsi conuertitur per conuersionem sic conclusio: et dicitur. c. terminū de quoddam. a. termino pręedicari. vt sit sic. Omne bonum virtus est. quoddam iustum bonum est. Posset etiam concludi quā quoddam iustum virtus est. Sed quā particulare affirmatiuū conuertitur: dicimus quā quędam virtus iusta est. ¶ Octauus modus est primę figurę: quotiens ex vniuersali affirmatiua: et vniuersali negatiua particularis colligitur. Si enim. a. terminus de omni. b. termino pręedicatus fuerit. b. vero terminus de nullo. c. termino pręedicetur: non posset colligi quā. a. terminus de nullo. c. termino pręedicatur. Cur aūt non possit in resolutoriis dictum est. Sed quā vniuersalis negatiua sibiipsi conuertitur. Pōt dici et conuerti: quā. c. terminus de nullo. b. termino pręedicatur. b. vero terminus de quodam. a. termino dicitur. quā vniuersalis affirmatiua particulariter sibiipsi conuertitur quare. c. terminus de quodam. a. termino non pręedicabitur: vt sit sic. Omne bonum iustū est. nullum malum bonum est: non possz colligi. quā nullum malum iustum est. Sed conuertitur sic. Nullum bonum malum est. quoddā iustuz bonum est: quoddam igitur malum non est. ¶ Nonus modus est primę figurę qui ex particulari affirmatiua et vniuersale negatiua particularem colligit negatiuam per cōuersionem. Si enim. a. terminus de quodam. b. termino. b. vero terminus de nullo. c. termino pręedicatur: non pōt quidē dici quā. a. terminus de quodam. c. termino non pręedicaf. Cur aūt non possit hoc quoque: in resolutoriis diximus. sz quā vniuersalis negatiua conuerti potest: dicetur quoniam c. terminus de nullo. b termino pręedicatur. et. b. terminus de quodam. a. pręedicatur. c. igitur terminus de quodaz. a. non pręedicabitur: vt sit sic. quoddam bonum iustum est. nullum malum bonum est. quoddam igitur iustū malum non est. ¶ Expeditis igitur nouem primę figurę modis ad secundę figurę quattuor modos veniamus. Illud tamen constet quod quemadmodum in prima figura per nouem supradictos modos et affirmatiua vniuersalis: et negatiua vlis: et affirmatiua particularis: et negatiua particularis: in conclusione colligitur. In secunda figura affirmatiuaz neque generalem: neque particularem posse colligi. Sed tamen vel particulariter vel vniuersaliter solas colligi negatiuas. Nullus lapis sensibilis est: conuersa. nullum sensibile lapis ē. Omne animal sensibile est. Manet. omne animal sensibile est. Nullum animal lapis est. et Manet. nullum animal lapis est. Est autem secundę figurę modus primus hic quotiens ex vniuersali negatiua: et vniuersali affirmatiua vniuersalis negatiua colligitur. Si enim. a terminus de nullo. b. termino et de omni. c. termino pręedicetur. b. terminus de nullo. c. termino pręedicabitur. Sit enim. a. bonū. sit. b. malum. c. iustum. Si quis igitur sic dicat. nullum malū est bonum est. Omne iustum bonum est: concludit. nullū iustum malum est. Liquet igitur maiorem extremitatem de minore in conclusione pręedicari. Sed omnes. secundę figurę syllogismi quāuis veri sint ex seipsis non probantur: sz ex primę figurę modis implentur. Nāque si. a. terminus de nullo. b. termino pręedicetur et omni. c. termino sit: nondū probatum est: quā omni. b. terminus de nullo. c. termino pręedicetur. Sed si quis ex illo secundę figurę modo primo sm modum faciat per conuersionem totus syllogismus cōclusioque probata est. Si quis enim in hoc syllogismo qui ē a. terminus in nullo. b. et idem. a. terminus de omni. c. pręedicatur. a. b. propositionem conuertat: vt faciat esse. b. a. Nam omnis vniuersalis negatiua conuertitur. Si quis igitur dicat quā. a. terminus de nullo. b. termino pręedicaf et. b. igitur de nullo. a. termino pręedicabitur. Sed. a. de omī c. termino pręedicabitur. Fit igitur primę figurę secundus modus ex vniuersali negatiua: et vniuersali affirmatiua: vniuersalem colligens negatiuam: vt sit conclusio. De nullo igitur. c. termino. b. pręedicabitur. His igitur conuersionibus omnis secundę et tertię figurę syllogismus conclusioque colligatur et probaf. Atque ideo quā ex seipsis non sunt probati nisi ex superioribus comprobētur id est primę figurę modis: quicūque in secunda vel tertia figura inuentus fuerit imperfectus vocatur syllogismus. ¶ Secūdus vero modus secundę figurę est quotiens ex vniuersali affirmatiua et vniuersali negatiua cōmutatis ordinibus vniuersalibus rursus negatiua concludit. Si enim. a. terminus in omni b. termino fuerit et de nullo. c. termino pręedicetur. b. terminus de nullo. c. termino pręedicabitur. Sit enim. a bonū b. iustum. c. malum. Si quis igitur sic dicat. Omne iustū bonum est. nullum malum bonum. concludit nullū igitur malū iustū est. Sed hęc cōplexio conuersioque ppōnuz duplicem conuersionē habet. Ostenditur enim de secundo primę figurę modo sic. Nam si. a. terminus in omni. b. termino ē et de nullo. c. termino pręedicabitur: hęc vlis negatiua conuertitur. Erit igitur vt. c. terminus de nullo. a. termino pręedicetur quod si ita est: erit huiusmodi syllogismus. c. terminus de nullo. a. termino pręedicatur. a. terminus ī omī b. termino est. c. igitur terminus de nullo. b. termino pręedicabitur. Ex ex vna conuersio facta est ppositionis negatiuę. Sed quā diximus concludi nō. c. in nullo. b. sed. b. in nullo. c. termino hęc vlis conclusio negatiua conuertitur. Et sicut conclusum est. c. terminum de nullo. b. termino pręedicari: ita concludatur de nullo. c. termino. b. terminuz pręedicari. ¶ Tertius modus secundę figurę est: quotiens ex vli negatiua et particulari affirmatiua particularis negatiua colligitur. Si enim. a. terminus de nullo. b. termino pręedicetur et in quodam. c. termino fuerit. b. terminus de quodaz c. termino non pręedicabitur. Sit enim. a. bonū. b. maluz c. iustū. Si quis igitur sic dicat. nullū malū bonū est. quoddaz iustū bonū est: concludat necesse est. quoddā iustū malū nō est. Hic quoque syllogismus per conuersionem hoc modo probatur. Nam si. a. terminus de nullo. b. termino pręedicaf. et. b. terminus de nullo. a. termino pręedicabitur. Sed. a. terminus de quodā. c. termino pręedicatur. Redit igitur primę figurę modus quartus ex vli negatiua et particulari affirmatiua particularem. s. colligens negatiuam. vt in hoc quoque syllogismo. Nam hic quoque particularem negatiuā colligit idest. b. terminum de quodā. c. termino non pręedicari. ¶ Quartus modus est secundę figurę qui ex vniuersali affirmatiua et particulari negatiua particularem colligit negatiuā. Nā si. a. terminus in omni. b. termino sit de quodā. c. termino nō pręedicaf. b. terminus de quodā. c. termino non pręedicabitur. Sit enī. a. bonū. b. iustū. c. malū.

Si quis igitur dicat omne iustum bonum est. quoddā malum bonum non ē concludit quoddā igitur malū iustū non ē. Hęc vero complexio atque ordo ppositionum per conuersionem non pōt approbari. Generalis enim affirmatiua sibiipsi conuerti non pōt. Monstratur igitur illę syllo

gismus ex prima figura non per conuersionem sed per ipos-
sibilitatem: qm̄ si particularis conclusio negatiua in h̄ syl-
logismo non concluditur: aliquod inconueniens impossi-
bileq̄ʒ contingit. Sed h̄ impossibilitas per primā figurā
demonstrabit̄. Dico enī q̄m si .a. terminus de omni .b. ter
mino predicetur: ⁊ in aliquo .c. termino non sit: talem colli
gi conclusionem: vt .b. terminus de aliquo .c. termino non
predicetur. Nam si falsum est huic contraiacens propositio
vera erit. Particularibus autem negatiuis vl'e affirma-
tiuę contraiacentes sunt vt in superiore libro docuim⁹. Si
igitur hic particulare negatiua non est conclusio: erit gene-
ralis affirmatiua. Sit affirmatiua generalis ⁊ .b. termin⁹
de omni .c. termino predicetur. sed .a. terminus de oīni .b.
termino predicatur. .b. vō terminus de omni .c. termino ꝑ-
dicari dicitur. A. igitur terminus de omni .c. termino pre-
dicatur ꝙ fieri non potest. Ita enim .a .c. propositioneʒ ꝓ-
posuimus prius: vt diceremus .a. terminum de quodam
.c. termino non predicari. Hoc igitur ostensum ē ꝑ primū
modum primę figurę. Quare in secunda figura omnis syl
logismus imperfectus est: ⁊ eius probatio aut per conuersio-
nem in prima figura reducitur: aut ex hypothetica disposi-
tione per impossibilitatem. ⁊ primam figuram aliter fieri n̄
posse monstratur: ⁊ alij quidem duces per impossibile pro
bantur: ꝙ paulopost demonstrabitur. Restat vt in tertię
figurę modos atq̄ʒ ordines explicemus. Illud prius viden
dum est: ꝙ in tertię figurę modis nunq̄ʒ conclusio colligit̄
vniuersalis. Sʒ si vel negatiuę vel affirmatiuę fuerint col
lectiones: particulares semper autem nunq̄ʒ etiaʒ generales
¶ Est autem tertię figurę primus modus hic qui ex dua-
bus vniuersalibus affirmationibus particularem colligit
affirmatiuam. Nam si .a. ⁊ .b. termini de omni .c. termino
predicantur .a. terminus de quodam .b. termino predica-
bitur per conuersionem. Nā si .b. terminus de omni .c. ter
mino predicatur: ⁊ vl'is affirmatiua particulariter sibi con
uertitur .c. terminus de quodam .b. termino predicatur.
Quod si ita est fit tertius primę figurę modus qui ē ex vl'i
⁊ particulari affirmatiua ⁊ colligit .a. terminuʒ de quodā
.b. termino. Sit enim .a. iustum .b. virtus .c. bonum. Si
quis enim sic dicat. omne bonum iustum est. omne bonuʒ
virtus est fit conclusio. quędam virtus iusta est. Mutant
alij terminos: ⁊ volunt facere ſm modum: vt sit .a. virtus
.b. iustum .c. bonum: vt sit talis syllogismus. omne bonuʒ
virtus est. omne bonum iustum est: ⁊ concludatur qōdaʒ
iustum virtus est. Sed hoc Aristoteles a superiore nō di-
uidit ⁊ hos duos vnum modum putat: ⁊ idcirco nos septē
tertię figurę esse diximus modos dubitantes: sed magis
Aristoteles sequendus est. atq̄ʒ ideo alium moduʒ dicim⁹
esse qui possit integre videri secundus. ¶ Secundus vō
modus tertię figurę est: quotiens ex vl'i negatiua: ⁊ vniuer
sali affirmatiua negatiua colligitur particularis. Si enim
.a. terminus de nullo .c. termino .b. vō de omni .c. termino
predicatur .a. terminus de quodam .b. termino non predi
cabitur. Nam si .a. terminus de nullo .c. termino predica
tur .b. vō de omni .c. ⁊ .c. terminus de quodam .b. termino
predicabitur. Particulariter enī sibi vniuersalis affirma-
tiua conuertitur. Concluditur igitur in quarto modo p̄mę
figurę .a. terminū de quoddam .b. termino non predicari.
Sit enim .a. malum .b. iustum .c. bonum. Si quis sic di-
cat. Nullum bonum malum est. omne bonum iustum ē
concludat necesse est. quoddam igitur iustum malū non ē
Ex quo considerandum est maiorem extremitatem in con-
clusione predicari. ¶ Tertius modus tertię figurę ē quo-
tiens ex particulari ⁊ vniuersali affirmatiua ꝑticularis af-
firmatiua concluditur. Si enim .a. terminus de quodam
.c. ⁊ .b. terminus de omni .c. termino predicatur conclu-
ditur .a. terminum de quodam .b. termino predicari ꝑ du
plicem conuersionem. Qm̄ enim .b. terminus de omni .c.
termino predicatur ⁊ .a. terminus de quodam .c. termino
predicatur ⁊ particularis affirmatiua semper sibiipsi con-
uertitur .c. terminus de quodam .a. termino predicabitur
Sunt igitur ꝓpositiones sic .b. terminus de oīni .c. termi
no .c. vō terminus de quodam .a. termino predicetur. qō si
ita ē: colligitur in primę figurę modo tertio .b. terminū de
quodam .a. termino predicari. Atq̄ʒ ita particularis affir-
matiua conuertitur. ⁊ .a. terminus de quodam .b. termino
predicabitur: eritq̄ʒ duplices conuersiones vna ꝓpōnis
alia vō conclusionis. Sit enim .a. iustum .b. virtus .c. bo
num. Si quis igitur sic dicat. quoddam bonum iustuʒ ē
omne bonum virtus ē. concludat necesse ē quędam vir⁹
iusta est. ¶ Quartus modus tertię figurę est: quotiens ex
vniuersali affirmatiua ⁊ particularis affirmatiua: affirma-
tiua particularis colligitur. Nam si .a. terminus de omni
.c. termino predicatur .b. vō terminus in quodam .c. termi-
no sit: concluditur. A. terminum de quodam .b. termino ꝑ
dicari per conuersionem. Si enim .b. terminus de quodaʒ
.c. termino predicetur ⁊ .c. terminus de quodaʒ .b. predicat̄
qm̄ particularis affirmatiua sibiipsi conuertitur: ⁊ fit syllo
gismus in primę figurę tertio modo qui fit ex vniuersali af
firmatiua ⁊ particulari affirmatiua particularem colligēs
affirmatiuam: vt sit syllogismus hec modo .a. terminus i
omni .c. ⁊ .c. terminus in quodam .b. Igitur .a. terminus
in quodam .b. Sit .a. virtus .b. iustum .c. bonum: si quis
igitur sic dicat. omne bonum virtus ē. quoddam bonum
iustum ē: concludet qm̄ quoddam iustum virtus est.
¶ Quintus modus ē tertię figurę quotiens ex particula-
ri negatiōe. ⁊ vniuersali affirmatione. particularis colli
gitur negatiua. Sed hic modus per conuersionem probari
non pōt: sed per impossibilitatem sicut quartus ſcdę figurę
probatus est modus. Si enim .a. terminus de quodaʒ .c.
termino non predicet̄ .b. vō terminus de omni .c. termino
predicetur .a. terminus de quodam .b. termino non predi-
cabitur: nam si non ita est: erit illud verum .a. terminum de
omni .b. termino predicari. sed .b. terminus de omni .c. ter
mino predicatur .a. igitur terminus de omni .c. termino ꝑ
dicabitur ꝙ fieri non potest. Prius enim ita positus ē .a.
terminus vt de quodam .c. termino non predicaretur. qō
si generalis affirmatio in conclusione syllogismi non ē: vt
sit .a. terminus in omni .b. termino erit huic contraiacens.
particularis negatio: vt .a. terminus de quodam .b. termi
no non predicetur. Sit enim .a. malum .b. iustuʒ .c. bonū
Si quis igitur sic dicat. quodam bonum malum non est.
omne bonum iustum est: concludat necesse est: quoddā igit̄
iustum malum non est. ¶ Sextus modus tertię figurę ē
quotiens ex vl'i negatiua ⁊ particulari affirmatiua parti-
cularis negatio colligitur per conuersionem. Nam si .a. ter-
minus in nullo .c. termino sit .b. vō terminus de quodam
.c. termino predicetur: fit conclusio .a. terminum de quodaʒ
.b. termino non predicari. Nam si .a. terminus de nullo .c.
termino predicabitur .b. vō terminus de quodam .c. term
no predicatur ⁊ .c. terminus de quodam .b. predicabitur.
qm̄ particularis affirmatiua potest conuerti. fit igit̄ talis
syllogismus: vt .a. terminus de nullo .c. termino predice-
tur .c. terminus de quodam .b. termino predicatur: ⁊ .a.
terminus de quodam .b. termino non predicetur. Sit .a.
malum .b. iustum .c. bonum. Si quis igitur dicat. Nul-
lum bonum malum est. quodam bonum iustum est: con-
cludit quoddā iustū malū non est. ¶ His igitur expedit̄
quid syllogismus sit: diffiniendū ē. Diffinitur aūt sic. syl-
logismus ē oratio in qua positis quibusdā ⁊ concessis aliud
quidā q̄ʒ sint ea quę posita ⁊ cōcessa sunt: necessario ꝯtingit
per ipsa quę concessa sunt. Orationē diximus esse syllogis
mū idcirco: qm̄ oīnis diffinitio a generali trahit̄. Genus
autē syllogismi ē oratio. quod aūt dicit̄ ē in qua positis q-
busdā ⁊ concessis: ita intelligenduʒ est quasi sic dictum esset
ſm quā positis: ⁊ concessis: vt enī syllogismus fiat: ante ali
quid a proponente dicit̄: ꝙ audiens concedat. quod si ille
concesserit: concludit ⁊ perficit syllogismū: idcirco ꝙ res du
bię per quędā concessa ⁊ probata monstrantur. conceditur

autem equaliter & affirmatio & negatio vera. Cetera vero in syllogismi diffinitione talia sunt que non integre dispositos syllogismos a syllogismorum verorum diffinitione discernant. Nam quod dictum est in que positis quibusdam sumptorum scz & propositionum multitudo monstratur. Sunt enim qui putantur esse huiusmodi syllogismi: in quibus tantum vna propositio est & vna conclusio. Qualis est hic vides viuis igitur homo es. animal igitur es. Et alia huiusmodi quos. s. veteres in syllogismis non acceperunt. syllogismus enim est aliquorum collectio. At vero collectio non nisi plurimorum est: & quicunque vnam posuit propositionem ille non colligit. Nullum igitur facit syllogismum. Debet enim syllogismus vt angustissimus sit. duabus propositionibus comprobari. Quod autem dictum est aliud quiddam necessario euenire: quam sunt ipsa que concessa sunt. quoniam frequenter tales ab aliquibus fiunt syllogismi: vt ea que proposuerunt: ipsa etiam in conclusione concludant vt est hic. Si homo es: homo es homo autem es. homo igitur es. Idem enim conclusit quod ante proposuit. Atque ideo ad istorum discretionem. aliud quiddam contingere debere dictum est: quam sunt ea que concessa sunt: vt in superioribus omnibus syllogismis quos in trium figuris modis & demonstrauimus posuimus. Tales vero syllogismi quales nunc dicti sunt per ridiculi sunt: quod id quod ante concessum est quasi dubium quiddam in ea conclusione colligitur. Nam quod propositum est necessario contingere. ad hoc pertinet quoniam frequenter adductione vere quedam propositiones sunt: quarum conclusio nullo modo vera est: vt si quis sic dicat Qui musicam nouit musicus est & conceditur. Et qui arithmeticam arithmeticus est: & qui medicinam medicus est: & qui bonum bonus est. Cum igitur hec omnia concessa sunt dicat & qui malum malus est. Quod quasi superioribus simile videtur: sed omnino falsum est. Boni enim homines non aliter carent nisi mala nouerint. Atque ideo propter has conclusiones que sunt per eas propositiones que per inductionem dicuntur: additum est conclusiones in syllogismis necessario contingere idest ex necessitate contingere. Est etiam alia expositio: sed in analyticis nostris iam dicta est. Illud vero quod dictum est per ipsa que posita sunt: hoc propter eos dictum est qui tales faciunt syllogismos: in quibus aut minus aliquid aut plus: aut aliud propositum est quam proponi debuerat. fiunt autem huiusmodi syllogismi. Si quis enim ita dicat. Socrates homo est. omnis homo animal est. & concludat Socrates igitur animatus est minus proposuit quod non dixit Omne animal esse animatum. Nunc si sic proposuisset Socratem recte animatum esse concluderet ita dicendo. Socrates homo est. Omnis homo animal est: & omne animal animatum est. Socrates igitur animatus est. Plus autem proponere hoc est. vt si quis sic dicat. omnis homo animal est Omne animal animatum est. sed & sol est ariete est. omnis igitur homo animatus est: hic vero superfluum est quod solem esse in ariete esse interposuit. aliud autem quam necesse est quidam proponunt hoc modo. vt si quis sic dicat. omnis homo animal est. virtus autem bonum est. omnis igitur homo animatum est. nulla igitur harum propositionum ad rem pertinet quod concludere cupiebat.

¶ Expedita igitur syllogismi diffinitione ad priorum modorum naturam resolutionemque veniamus: & prius omnes in ordinem disponantur.

primus — Omne iustum bonum est. omnis virtus iusta est. omnis igitur virtus bona est.
secundus — Nullum bonum malum est. omne iustum bonum est Nullum igitur iustum malum est.
tertius — Omne bonum virtus est. Quoddam iustum bonum est Quoddam igitur iustum virtus est.
quartus — Nullum bonum malum est. Quoddam iustum bonum est Quoddam igitur iustum malum non est.
quintus — Omne iustum bonum est. omnis virtus iusta est Quoddam igitur bonum virtus est.
Sextus — Nullum bonum malum est. omne iustum bonum est Nullum igitur malum iustum est.
septimus — Omne bonum virtus est. Quoddam iustum bonum est. Quedam igitur virtus iusta est.
octauus — Omne bonum iustum est. Nullum malum bonum est Quoddam igitur iustum malum non est.
nonus — Quoddam bonum iustum est. Nullum malum bonum est Quoddam igitur iustum malum non est.

Primus modus secunde figure.

Nullum malum bonum est. omne iniustum bonum est.
Nullum igitur iniustum malum est.
Omne iustum bonum est. Nullum malum bonum est.
Nullum igitur malum iustum est.
Nullum malum bonum est. Quoddam iustum bonum est
Quoddam igitur iustum malum non est.
Omne iustum bonum est. Quoddam malum bonum non est.
Quoddam igitur malum iustum non est.

Primus tertie figure.

Omne bonum iustum est. omne bonum virtus est.
Quedam igitur virtus iusta est.
Omne bonum virtus est. omne bonum iustum est.
Quoddam igitur iustum virtus est.
Nullum bonum malum est. omne bonum iustum est.
Quoddam igitur iustum malum non est.
Quoddam bonum iniustum est. omne bonum virtus est.
Quoddam igitur virtus iusta est.
Omne bonum virtus est. quoddam bonum iustum est.
Quedam igitur iustum virtus est.
Quoddam bonum malum non est. omne bonum iustum est.
Quoddam igitur iustum malum non est.
Nullum bonum malum est. quoddam bonum iustum est.
Quoddam igitur iustum malum non est.

¶ Hi sunt igitur omnes trium figurarum modi quorum prime figure quattuor primi indemonstrabiles nominantur & directi idest sine aliqua conuersione demonstrati. indemonstrabiles autem quoniam non per alios demonstrantur: & perfecti dicuntur: quoniam per se ipsos comprobantur. Et primi quoniam proponuntur & natura primi sunt: & in eos omnes ceteri resoluuntur. Illi quoque quinque prime figure modi imperfecti & per conuersionem sunt. Secunde vero figure: vel tertie omnes imperfecti sunt: quoniam per primos prime figure modos quattuor comprobantur. Namque in ipsos resoluuntur: vt eos per conuersionem resoluamus & per impossibilitatem illius superius demonstrati sunt. Consideremus igitur eorum principia: quoniam vnde nascuntur in idipsum resoluuntur. Quintus igitur prime figure modus. de prime figure modo perficitur. Binis enim propositionibus prioribus manentibus conclusio primi modi particulariter conuersa quintum efficit syllogismum quod in subiecta declaratur descriptione.

Primus		Quintus modus
Omne iustum bonum est.	Manet	omne iustuum bonum est
Omnis virtus iusta est	Manet	omnis virtus iusta est
Omnis virtus bona est.	vniuersalis affirmatiua particulariter conuersa.	Quoddam bonum virtus est.

Sextus vero prime modus de secundo prime figure modo capit principium. Manentibus enim duabus prioribus propositionibus secundi modi vel conclusione vniuersaliter conuersa. Sextus nascitur syllogismus vt subiecta docet descriptio.

Secundus		
Nullum bonum malum est.	Manet	Nullum bonum malum est.
Omne iustum bonum est.	Manet	omne iustum bonum est
Nullum iustum malum est.	vlis negatiua vliter conuersa.	Nullum malum iustum est.

Septimus modus prime figure de tertio prime figure nascitur modo. Manentibus enim binis propositionibus prioribus particulari affirmatiua in conclusione conuersa septimi modi collocatio procreatur.

Tertius		Septimus
Omne bonum virtus est.	Manet	omne bonum virtus est.
Quoddam iustum bonum est.	Manet	quoddam iustum bonum est
Quoddam iustum virtus est.	Particularis affirmatiua particulariter conuersa.	Quedam virtus iusta est.

Octauus vero et nonus prime figure modus in quartū
prime figure modum resoluuntur: non etiam initiū
sumunt. octauus resoluitur in quartū hoc modo. prima enī
quarti in secūdam octaui vniuersaliter conuersa: et prima ppo
sitione octaui modi particulariter in secundam: quarti modi
conuersa eadem conclusio colligitur. i. negatio particularis
Nullum bonum malum est. negatio vniuersalis.
Quoddam iustum bonum est. particularis affirmatio.
Uniuersaliter conuersa esse bonum iustum est
Uniuersaliter conuersa nullum malum bonum est.
Quoddam iustum malum non est. Eadem conclusio.
Quoddam iustum malum non est.

Nonus vero modus in quartum modum resoluitur sic.
prima quarti in secundam noni ppositionem vni-
uersaliter conuertatur: et secunda quarti particulariter in pri
mam noni: et eadem conclusio maneat negatio particularis

Quartus.

Nullum bonum malum est vlis negatiua.
Quodam iustum bonum est particularis affirmatiua.

Nonus.

Particulariter conuersa. Quodam bonum iustum est.
vniuersaliter conuersa. Nullum malum bonum est.
Quodam iustum malum non est. eadem conclusio. Quod-
dam iustum malum non est.

Resolutis igitur quinque prime figure modis in quattuor su-
perioribus: secunde figure quattuor mōs in prioris figure
modos quattuor resoluamus: quorum tres per conuersio-
nem pbantur. Quartus vero per solam impossibilitatem.
At vero primus: et secunde figure secundus modus in secū
prioris figure modum resoluuntur et resoluitur sic primus.
Conuersa enim prima vniuersali negatione vniuersaliter: et
manente secunda vniuersali affirmatione eadem conclusio
vtrorumque nascitur.

Primus prime — Primus secūde.
Nullū bonū malū ē — Cōuersa vlr. nullū malū bonū ē
Omne iustū bonū est. — Manet. Oē iustum bonū est.
Nullū iustū malū est. — eadē cōclo. Nullū iustū malū est.

Secunde figure secundus modus in prime figure secundū
modum resoluitur sic. Conuersa vniuersaliter prima et secūda
propositione: et secunda prima manente vliter fit conuersa
conclusio secunde figure.

Nullū bonū malū ē. — vliter — manet. Oē iustum bonū est.
Omne iustū bonū ē. — manet — cōuersa. nullū malū bonū ē
Nullum iustū ma'ū est. — cōuersa vlr. Nullū malū iustū ē

Tertius vero secunde modus figure de quarto prime figure p
creatur. Ut enim vlis negatio in primā ppositionem vni
uersaliter conuertatur: et secūde ppositiones maneāt idest syl
logismi terminus propositioque colligitur hoc modo.

Nullū bonū malū est. — cōuersa vlr. Nullū malū bonū ē
Quodam iustū bonū est. — Manet. Quodā iustū bonū ē
Quodā iustū malū nō ē. — Manet. Quodā iustū malū nō ē

Quartus modus secunde figure quoniam iam primo cum factuz
est per conuersionē in superioris prime figure modum redu
ceri non poterat: sed per impossibile demonstrat: hic quoque
per impossibile ad superiores reducere modos. et quoniam omnes
secunde figure per impossibile monstrant: idcirco nos quoque
inchoantes a quarto omnes per impossibile resoluamus.
Nam quartus secunde figure modus in primum prime figu
re resoluitur per impossibilitatem.
Tertius in secundā. secundus in tertiā. primus in quartuz.
quod hoc modo liquebit. si quis ergo duas istas concesserit p
positiones idest omne bonum virtus est. et quoddā iustuz
virtus non est. necesse est quoque conclusionem concedat que
est. Quiddam igitur iustum bonum non est. Nam si hoc
falsa est: erit ei contraiacens vera que est. Omne iustū bonū
est. sed illam concessit que est prima quarti modi idest omne
bonum virtus est. Ex his igitur concludat. omne igitur
iustum virtus est. Sed prius concessit quarti modi secūdaz
propositionem que est. Quiddam iustum virtus non est.
Nunc vero concedit. Omne iustum virtus est duas sibi con
traiacentes simul conclusurus est quod fieri non potest.
Hoc autem idcirco euenit: quia conclusio quarti modi in primi
modi secundam ppositionem conuersa est. quod si secūda ppo
sitio primi modi in quarti conclusione non colligitur: quarti
conclusio idest particularis negatio permanebit. Sed ne for
te conturbat quod alios terminos in resoluendo modo posui
mus quē superius in disponēdo. nō enim modo in termi-
nis laboramus: sed in figuris et modis et complexionibus
construendis atque resoluendis operam consumimus. Eo-
dem modo et ceterum secūde figure in primis quattuor soluūt.

Quartus secunde — Prim⁹ prime.
Omne bonum virtus est. Cōcessę ī utrisque. Oē bonū vir⁹ ē
Quiddā iustū vir⁹ nō est. Cōtra. Ziacētes. oē iustū bonū ē
qddā igr iustū bonū nō ē pmutate. iacētes. oē igr iustū vir⁹ ē

Tertius secunde figure modus in secūdo prime figure sic
resoluitur. Si quis duas primas tertii modi concesserit:
particularem quoque negationem concludet que est. quiddam
igitur iustum bonuz non est. ¶ Nam si hoc falsa est: vera
erit contraiacens que est. omne iustum bonum est. Sed et
iam illa concessa est. que est nullum bonum maluz est. Ex
his igitur colligitur. Nullum igitur iustum malū est. Sz
prius concessa erat. Quiddam iustum malum est. Nunc
vero nullum iustum malū est. duas sibi contraiacentes vno
tempore concedit quod non potest. Sublata igitur vniuersali
conclusione que est. omne iustum bonuz est. remanebit par
ticularis negatiua que est quiddam iustum bonum non est.

Nullū bonū malū ē. Cōcessę ī vtrisque. nullū bonū malū ē
qddā iustū malū ē. Cōtra — Ziacētes. Oē iustū bonū ē
qd igr iustū bonū nō ē. pmutate. — iacētes. nullū igr iustū malū ē

¶ Secundus secūde figure in tertio prime figure modo sic
resoluitur. si quis duas secunde figure propositiones cōces-
serit. Conclusionem quoque concedit que est nihil igitur bo
num est. ¶ Nam si hoc falsa est: erit vera contraiacens ei par
ticularis affirmatio. quiddam iustum bonum est. Sz idē
concessit illam que est. omne bonum virtus est. concludat
necesse est. quiddam iustum virtus est. Qui iam ante concesserat
secundam secundi modi que est. Nullum iustū virtus est.
duas Ziacentes vno tempore concedit: quod fieri non potest.

Oē bonū virtus ē. cōcessę in vtrisque. Omne bonū vir⁹ ē
Nihil iustū vir⁹ ē. Cōtra — Ziacētes. qddā igr iustū bonū ē
nullū iustū bo. ē pmutate — iacētes. Qddā igr iustū vir⁹ ē

¶ Primus item secunde figure in quartū prime figure sic
resoluitur qui cōcedit duas primi modi ppositiones: cōce-
dat necesse est et conclusionem. Nam si illa falsa est: erit vera
contraiacens ei particularis affirmatiua que est quiddam
iustum bonum est. Sed idem cōcessit illam que est. nullū
bonum malum est. concludat necesse est. Quoddam igitur
iustum malum non est. qui ante concesserat illam que est.
Omne iustum malum est. vno tempore duas contraiacen
tes quod fieri non potest. Sublatum igitur particulari affir-
matione que est. quiddam igitur iustum bonum est. rema-
net illa que est. nihil iustum bonum est.

Nullū bonū malū ē. cōcessę ī vtrisque. Nullū bonū malū ē
Oē iustū malū ē — Cōtra — Ziacētes. Qddā iustū bonū ē
nullū iustū bo. ē. pmutate — iacētes. qddā igr iustū malū nō ē

¶ Sequitur vt tertie figure modos ad primos quattuor
quorum quinque per conuersionem et per impossibilitatem ad pri
mos quattuor resoluuntur. vnus vero solus et quintus per im-
possibilitatem solam in priores resoluitur. primus tertie.
modus figure in tertium primum figure modum hoc mō
resoluitur. si enim prima propositio tertii modi prime figure
maneat: et secunda ppositio vniuersaliter conuertatur et sic
secunda propositio primi modi tertie figure. eadem conclu
sio. Colligitur affirmatio particularis.

Modus terti⁹ prime figure. — Prim⁹ modus tertie figure
Oē bonū iustū est. — Manet. Omne bonum iustum est.
Quedā vir⁹ bona ē. pticularis affirmatio. — Oē bonū vir⁹ ē
Quedā virtus iusta est. — Manet. Quedā vir⁹ iusta ē.

Vel certe sic quia superius talem syllogismũ dixímus terminis cõmutatis quẽ Aristoteles dissimilem non putat
Omne bonum virtus est. ꝛ Datisi. Omne bonũ virtꝰ est
Quoddã iustũ vtꝰ ẽ. ꝑticulari affirmatiua. Oẽ bonũ iustũ ẽ
Quoddam iustũ vtꝰ est. ꝛ Darii. Quoddã iustũ virtus est.

¶ Secundus modus vero tertię figurę in quartũ modum primę figurę hoc modo resoluitur. Si enim primę ꝓpõnes secundi tertię figurę modi: ꝛ quarti modi primę figurę manent. tertij vero modi primę figurę secũdę ꝓpositio vniuersaliter cõuertatur: ꝛ secũda sit ꝓpositio secundi modi tertię figurę: eadẽ conclusio procreatur.

Nullũ bonũ malũ est. Darii. Nullũ bonum malũ ẽ.
Quoddã iustũ bonũ est. cõuersa vlr. Oẽ bonũ iustum est.
Quoddã iustũ malũ nõ ẽ. ꝛ Darii. Quoddã iustũ malũ nõ ẽ.

¶ Tertius modus tertię figurę in tertiũ modũ primę figurę resoluitur. Si enim ꝓpõ prima tertij primę figurę modi: ꝛ secũda ꝓpõ tertij modi tertię figurę maneat: ꝛ secũda ꝓpõ tertij modi primę figurę particularis particulariter cõuertatur: ꝛ sic prima tertij modi tertię figurę: conuersa particularis conclusio nascitur.

Omne bonum virtus est Quoddã bonũ iustũ ẽ
Quoddã iustum bonũ est. Omne bonũ vtꝰ est.
Quoddã iustũ vtꝰ ẽ. cõuersa particularis. Quędã vtꝰ iusta est.

¶ Quartus modus tertię figurę in tertiũ modũ primę figurę resoluitur. Si enim vtriusqꝫ primę maneant ꝓpõnes: ꝛ secundę particulares particulariter conuertantur eadem conclusiones nascuntur.

Omne bonũ virtꝰ ẽ. Darii. Omne bonũ virtus ẽ.
Quoddã iustũ bonũ ẽ. cõuersa particularis. Quoddã bonũ iustũ ẽ.
Quoddã iustũ virtus est. ꝛ Darii. Quoddã iustũ vtꝰ ẽ.

¶ Reliquus sextus syllogismus tertię figurę de primę figurę quarto perficitur. manentibus enim primis eorũ ꝓpositionibus atqꝫ secundis particulariter immutatis particularis in vtroqꝫ manebit conclusio.

Nullũ bonũ malũ ẽ. Darii. Nullũ bonũ malum est
Quoddã iustũ bonũ ẽ. particularis cõuersa. Quoddã bonũ iustũ ẽ.
Quoddã iustũ malũ nõ ẽ. ꝛ Darii. Quoddã iustũ malũ nõ est.

¶ Quintus autẽ qui restat sicut ante ꝑ impossibile. ꝓbatur: ita etiam nunc per impossibilitatẽ resoluitur. Sed quẽadmodum vnus fuerit resolutus: eadem ordine oẽs resoluendi sunt. Resoluitur autẽ sextus tertię figurę modus in tertium primę figurę modum Quintus modus tertię figurę resoluitur in primũ primę figurę. Quartus tertię figurę modus resoluitur in quartũ primę figurę modũ. Tertius tertię figurę modus resoluitur in secũdũ primę figurę modũ. Primi tertię figurę modi resoluuntur in secundos primę figurę mõs. Resoluitur autẽ per impossibilitatẽ sextus tertię figurę modus in primę figurę modũ tertiũ hoc mõ. Si quis igitur duas ꝓpõnes sexti modi tertię figurę cõcesserit. Cõcedat etiã necesse est conclusionẽ quę est. quoddam iustũ malum non ẽ. Nã si hec falsa est. erit vera cõtraiacens ei primę figurę tertij modi prima ꝓpositio quę est. omne iustũ malũ est. Sed tamen cõcessit ꝓpositionem secundã quę est. quoddã bonũ iustũ est Ex his igitur concedat necesse est. Quoddã bonũ malum: quia ante concesserat primã ꝓpõnem sexti modi tertię figurę quę est nullum bonum malum est. vno tpe duas sibi cõtraiacentes qꝫ fieri non posse descriptio declarat.

Nullũ bonũ malum est cõtra Disiactes. oẽ iustũ malũ ẽ
Quoddã bonum iustũ est cõcesse. X Quoddã bonũ iustũ est.
Quoddã iustũ malũ nõ ẽ. ꝑmutate iacẽtes. qddã bo. malũ ẽ

Hoc modo cęteri modi tertię figurę in primos modos primę figurę referuntur qd subiecta descriptio declarat: in qua secundus qui per conuersionẽ resolui nõ potuit: per impossibilitatem resolutus est.

Quoddã bonũ malũ non ẽ 3 Disiactes. Oẽ iustũ malũ est
Oẽ bonũ iustum ẽ. cõcesse X i vtrisqꝫ. Oẽ bonũ iustũ est
Quoddã iu. ma. nõ ẽ. ꝑmutate iacẽtes. Oẽ. bonũ malũ est
Omne bonũ virtus ẽ. cõtra. Disiactes. nullũ iustũ vtꝰ est
Quoddã bonũ iustũ ẽ. cõcesse. X i vtrisqꝫ. Quoddã bo. iustũ ẽ
Quoddã iustũ vtꝰ ẽ. ꝑmutate iacẽtes. Nullũ bonũ vtꝰ est

Quoddã bonũ iustũ ẽ. cõtra Disiactes. Nulla vtꝰ iusta ẽ
Oẽ bonũ vtꝰ ẽ. cõcesse X i vtrisqꝫ. Oẽ bonũ vtꝰ ẽ.
Quoddã vtꝰ iusta ẽ. ꝑmutate iacẽtes. Nullũ bonũ iustũ ẽ

In resolutione modi secũdi tertię figurę in primũ modum primę hec possibilitas euenit: qꝫ duas contrarias vno tpe concedit qꝫ fieri nequit. Nunqꝫ enim duę cõtrarię vno tpe in vna propositione simul vere inueniuntur.

Nullũ bonũ malũ est. cõtra Disiactes. Oẽ iustũ malũ ẽ.
Oẽ bonũ iustũ est. cõcesse X i vtrisqꝫ. Oẽ bonũ iustũ ẽ
Quoddã iu. ma. nõ ẽ. ꝑmutate rię. Omne bonũ malũ est.
Et i sequẽti quoqꝫ syllogismo duas cõcedũ qꝫ īpossibile ẽ.
Omne bonũ iustũ est. cõtra Disiactes. Nulla vtꝰ iusta ẽ.
Oẽ bonum virtꝰ ẽ. cõcesse. X i vtrisqꝫ. omne bonũ vtꝰ ẽ.
Quoddã vtꝰ iusta ẽ. ꝑmutate rię. Nullũ bonũ iustũ ẽ.

Nec nos illud turbat qꝫ in quibusdã contraria ꝓpõ ꝛ cõclusio inuenitur: in quibusdã vero contraiacentes. Namqꝫ ęqualiter peccabit qui vtrasqꝫ cõtrarias concesserit: tam si vtrasqꝫ contraiacentes. Nam quo modo cõtraiacentes vno tempore esse nõ possunt vnqꝫ: etiam contrarię.

Omne bonũ virtꝰ ẽ. cõtra Disiactes. Nullũ iustũ vtꝰ ẽ
Omne bonũ iustũ ẽ. cõcesse X i vtrisqꝫ. Oẽ bonũ iustũ ẽ
Quoddã iustũ vtꝰ ẽ. ꝑmutate rię. Nullũ bonũ virtus ẽ.

¶ Hec de categoricorũ syllogismorũ introductione Aristotelem plurimũ sequentes: ꝛ aliqua de theophrasto vel Porphyrio mutuantes quãtum paruitas introducendi postulabat expsi. Si qua vero desunt in analyticis nostris cõlatius exprimemus. Nunc vero quãtum ad solam categoricorum syllogismorum formam expectabat ꝑfectum hac nobis est: ꝛ ad cumulum introductionis elaboratum. Nec hoc nos perturbet: si quę hic ꝓpositiones ꝛ cõclusiones falsę sunt: qm̃ qđ non veritates rerum sed cõnexiones syllogismorũ figuras ꝛ modos suscepimus ostẽdẽdas. Nam his cognitis si quos ad secretum studiũ logicę disciplinę disputatiõis subtilitas traxerit primo de ambiguis disputationibus discant. post ab his veritas in rebus mendaciũqꝫ meditabitur.

De syllogismo hypothetico liber primus.

Cum in omnibus philosophię disciplinis ediscendis atqꝫ tractãdis summũ in vita positũ solẽre existimem: tum iocũdius: ꝛ veluti cũ quodaꝫ fructu etiã laboris arripio: quę tecũ cõferenda compono. Nam ꝛ ipsa speculatio veritatis sua quadã specie secũda est: fit tñ amabilior cũ in cõe deducitur Nullũ enim bonũ est qꝫ nõ pulchrius elucescat: si plurimorum noticia cõprobetur. Namqꝫ alias taciturnitate ẽ cõpressum etiã iamqꝫ silentio penitus latius effrexit: ꝛ obliuiõis interitu scientiũ ꝑticipatione defenditur: fitqꝫ iocũdior disciplina. Cum inter eiusdem sapientię cõsocios liber esse sapientẽ. qꝫ si accedat (vt totũ mihi munere est) ea quę sponte iocũda sunt: in amicitię ꝑticipationẽ deduci: necesse est studij suauitatem quodã veluti dulcissimo caritatis sapore condiri. Nã cũ id in se cõtineat amicitia ꝓprium munus: vt nolit habere solitarias cogitationes tunc qꝫ honeste quisqꝫ cogitat nulli promptius nisi quẽ diligit cõfitetur. Quo fit: cũ est etiã si imensus labor cepto operi viam negabat animus tñ ad efficiendũ qꝫ aggressus fuerat tui cõtemplatiõe sufficeret. Quid enim magnũ studiosus tui amor efficeret: si intra facultatis terminos cõstitisset? Quid igitur apud scriptores quidẽ grecos per quã rarissimos strictim atqꝫ confuse apud latinos vero nullos reperi: id tuę scientię dedicatũ nostro ꝛ si diuturnius expeti tamen labor efficax excoluit. Nã cũ categoricorum syllogismorum plenissimę noticiam perpilles: de hypotheticis syllogismis sepe quęrebas in quibus ab Aristotele nihil est conscriptũ. Theophrastus vero vir omnis doctrinę capax rerũ tñ summas exequitur. Eudemus latiorẽ docendi graditur viam: sed ita vt veluti quędam seminaria sparsisse: nullũ tñ frugis videatur extulisse prouentũ. Nos igitur quãtum ingenij viribus ꝛ amicitię tuę studio sufficimus: quę ab illis vel dicta breuiter vel funditus omissa sunt: elucidanda diligenter ꝛ subtiliter ꝑsequenda suscepimus:

sit quia te superate difficultatis premium fero: si tibi minus impleisse videar amicitie: et si non videar satisfecisse devotioni.

Omnis syllogismus certis et convenienter positis propositionibus continetur. propositio vero omnis aut categorica est que predicativa dicitur aut hypothetica est que conditionalis vocatur: predicativa est in qua aliquid predicatur de alio hoc modo. homo animal est. Hic enim animal de homine predicatum est. Hypothetica est que cum quadam conditione denunciat esse aliquid si fuerit aliud veluti si ita dicimus. Si dies est lux est. Hypothetice propositiones ex categoricis constant: quod paulo posterius apparebit quo fit: ut syllogismus qui ex categoricis propositionibus iunctus est categoricus appelletur .i. predicativus: qui vero ex hypotheticis propositionibus constant dicuntur hypothetici .i. conditionales. ut ergo horum syllogismorum differentia videatur. spectanda prius est eorum in propositionum natura discretio. videtur enim in aliquibus propositionibus nihil differre predicativa propositio a conditionali nisi tantum quodam orationis modo. Velut si quis ita proponat. Homo animal est. Id ita si rursus enunciet: si homo est: animal est. He propositiones orationis quodam modo diverse sunt. Re vero non videntur significasse diversum. Primum igitur dicendum est quod predicativa propositio vim suam non in conditione: sed in sola predicatione constituit. In conditionali vero consequentie ratio ex conditione suscipitur. Rursus predicativa simplex est propositio. Conditionalis vero esse non poterit nisi ex predicativis propositionibus coniungatur. ut cum dicimus si dies est: lux est: dies est atque lux est: que sunt propositiones predicative .i. simplices ad hoc illud est quo maxime declaratur utrarumque proprietas quod predicativa quidem propositio habet unum subiectum terminum alterum predicatum: et id quod in predicativa propositione subiicitur illius suscipere videtur nomen quod in eadem propositione predicatur hoc modo ut cum dicimus. homo animal est. homo subiectum est: animal predicatum. et homo animalis suscipit nomen: cum ipse homo animal esse proponitur. ¶ At in his propositionibus que conditionales dicuntur: non idem predicationis est modus. Neque enim omnino alterum de altero predicatur. sed id tantum dicitur esse alterum: si alterum fuerit. veluti cum dicimus: si peperit cum viro concubuit. Non enim tunc dicitur ipsum peperisse id esse quod cum viro concubere: sed id tantum proponitur quod partus nunquam esse potuisset: nisi fuisset cum viro concubitus quod si quando in una eademque propositionum proprietas incurrerit sicut sub nomine enunciate propositionis intelligendi ratio variabitur hoc modo. Nam cum dicimus homo animal est: propositionem facimus predicativam. Ac si ita proponamus si homo est: animal est. In conditionalem vertitur enunciationem. In predicativa igitur id spectabimus quod ipse homo animal sit: idest nomen in se suscipiat animalis. In conditionali vero illud intelligimus quod si fuerit aliqua res que homo esse dicatur: necesse sit aliqua res que animal esse nuncupetur. Itaque propositio predicativa rem quam subiicit predicate rei suscipere nomen declarat. Conditionalis vero propositionis hec sententia est: ut ita sit aliquid si fuerit alterum: et si neutrum nomen alterius suscipiat. Ita igitur propositionibus disgregatis ex enunciationum proprietate syllogismi quoque vocabulum suscepere: ut alii dicantur predicativi: alii conditionales. Nam in quibus propositiones predicative sunt: eos predicativos syllogismos vocamus. In quibus vero hypothetica propositio prima est (Potest namque et assumptio et conclusio esse predicativa) hi tamen per unius hypothetice propositionis naturam hypothetici et conditionales vocantur. At de simplicibus quidem idest de predicativis syllogismis duobus libellis explicavimus quos de eorum constructione conscripsimus. Post syllogismorum vero simplicium disputationem ordo est: ut de non simplicibus disseramus. Non simplices vero syllogismi sunt: qui hypothetici dicuntur quos latino nomine conditionales vocamus. Non simplices vero dicuntur: quoniam ex simplicibus constant: atque in eosdem ultimos resolvuntur. Cum presertim prime eorum propositiones vim proprie conclusionis ex categoricis .i. ex simplicibus capiant syllogismis. namque prima propositio hypothetica syllogismi si dubitatur an vera sit predicativa conclusione demonstrabitur. Assumptio vero in pluribus modis talium syllogismorum predicativa esse perspicitur. Itemque conclusio veluti cum dicimus: si dies est: lux est. At qui dies est: hec assumptio predicativa est: si queratur predicativo probatur syllogismo lux igitur consequitur est rursus predicativa conclusio. Sin hec omnis conditionalis propositio ex predicativis (ut dictum est) iungatur quod si ex his et fidem capiunt: et ordinem partium sortiuntur: necesse est categoricos syllogismos hypotheticis vim conclusionis ministrare. Sed quoniam de hypotheticis loquimur quid significet hypothesis predicandum est. hypothesis namque unde hypothetici syllogismi acceperunt vocabulum duobus (ut Grecis placet) modis dicitur. Aut enim tale aliquid ad quiescitur per quandam inter se consentientium conditionem quod fieri nullo modo possit: ut ad suum terminum ratio perducatur: aut in conditione posita consequentia vi coniunctionis vel disiunctionis ostenditur. Ac prioris quidem propositionis exemplum est: veluti cum res omnes corporales materiam formamque cursu o monstremus subsistere. Tunc enim quod per rerum naturam fieri non potest ponimus .i. omnes forme naturam a subiecta materia si non re saltem cogitatione separamus: et etiam nihil ex rebus corporeis reliquum sit demonstrarum: atque ... eis suum putamus eisdem convenientibus corporalium rerum substantiam confici: quibus a se disiunctis ac discedentibus intereunt. In hoc igitur exemplo posita consentientium conditione: ut id paulisper fieri intelligamus quod fieri non potest: ut forme a materia separentur quid consequatur intendimus perire .s. corpora: ut eadem existere consistere conditione probemus. Nam quoniam interitus corporalium rerum sequitur tunc dicimus res omnes corporeas forma et materia consistere. Sed huiusmodi propositiones que ex consentientium conditione proveniunt: nihil his differunt quas simplices categorice institutionis primi libri tractatus ostendit. que vero a simplicibus differunt ille sunt: que aliquid esse: vel non esse. Si quid fuerit vel non fuerit. He semper cum coniunctionibus proponuntur: ut cum dicimus. si homo est: animal est. Si ternarius est impar est: vel cetera huiusmodi. hec enim ita proponuntur: ut si quodlibet illud fuerit: aliud consequatur. vel cum dicimus si homo est: equus non est. Rursus eodem modo proponitur in negatione quo superius in affirmatione proponebatur. hic enim dicitur. Si hoc est: illud non est. Et ad hunc modum cetere possunt: aut aliquando hoc enunciari modo cum hoc sit: illud est veluti cum dicimus. cum homo est animal est vel cum homo est: equus non est: que enunciatio propositionis eiusdem potestatis est: cuius ea que hoc modo proponitur. Si homo est: animal est. Si homo est equus non est. Fiunt etiam propositiones hypothetice per disiunctionem ita: aut hoc ... aut illud est. Hec eadem videri debet hec propositio que sic enunciatur. Si hoc est: illud non est. Hec enim non est per disiunctionem: sed per negationem. Negatio vero omnis infinita est: atque ideo et in contrariis: et in contrariorum medietatibus: et in disparatis fieri potest. Disparata autem ea voco: que tantum a se diversa sunt: sed nulla contrarietate pugnantia: velut: terra: vestis: ignis: et cetera. Nam si album est: nigrum non est. Si disciplina est: homo non est. At in ea que per disiunctionem fit: alterum semper poni necesse est hoc modo: aut dies: aut nox. Quod si ea cuncta que per negationem dici convenit: ad disiunctionem transferamus: ratio non procedit. Quid enim si quis dicat: aut album est: aut nigrum. Aut album est: aut rubeum aut disciplina est: aut homo. fieri enim potest ut nihil sit horum. Igitur quoniam per disiunctionem propositio in certis rebus ... in quibus alterum eorum evenire necesse est ponitur. hec autem ... per negationem separatio in omnibus etiam his que ... invicem naturam dicimus poni potest apta ratione ...

Omnis igitur hypothetica propositio vel per connectionem fit (per connectionem vero illam quoque medium ... negationem fit esse pronuncio) vel per disiunctionem. ... enim modus ex simplicibus propositionibus comparatur. Simplices autem sunt quas predicativas primo institutionis categorice libro diximus. He vero sunt: cum ...

de aliquo predicatur vel affirmando vel negando: vt dies est. lux est. Ac si his media coniunctio interueniat fiat. Si dies est: lux est: fitque vna hypothetica propositio ex duabus cathegoricis iuncta. Sed quoniam omnis simplex propositio vel affirmatiua vel negatiua est. quattuor modis per connexionem fieri hypotheticae propositiones possunt. aut enim ex duabus affirmatiuis: aut ex duabus negatiuis: aut ex affirmatiua et negatiua: aut ex negatiua et affirmatiua. Harum autem omnium exempla subdenda sunt quo id quod dicimus clarius innotescat. ex duabus affirmatiuis. Si dies est. lux est. Ex duabus negatiuis: si non est animal: non est homo. ex affirmatiua et negatiua. si dies est: nox non est. ex negatiua et affirmatiua. si dies non est: nox est. Sed quoniam dum est idem significari si cum coniunctione et cum quoniam hypotheticis propositionibus proponitur duobus modis conditiones fieri possunt. Uno secundum accidens: altero vt habeant aliquam naturae consequentiam. Secundum accidens hoc modo: vt cum dicimus. cum ignis calidus sit: celum rotundum est. Non enim quia ignis calidus est: celum rotundum est. sed id haec propositio designat: quia quo tempore ignis calidus est: eodem tempore celum quoque rotundum est. Sunt autem aliae quae habent ad se consequentiam naturae: haec quoque duplex modus est: vnus cum necesse est consequi: ea tamen ipsa consequentia non per terminorum positionem fit: alius vero cum fit consequentia per terminorum positionem. Ac prioris quidem modi exemplum est vt ita dicamus: cum homo sit animal est. haec enim consequentia est subnixa inconcussa veritate. Non enim idcirco animal est quia homo est. generis enim causa species non est. sed fortasse a genere principium ducitur: magisque essentiae causa ex vniuersalibus trahi potest: vt idcirco sit homo quia animal est. Causa enim speciei genus est: vt qui dicit cum homo sit animal est. rectam ac necessariam consequentiam facit. Per terminorum vero positionem talis consequentia non procedit. Sunt autem aliae hypotheticae propositiones: in quibus etiam consequentia necessaria reperitur: et ipsius consequentiae causam terminorum positio facit hoc modo. Si terrae fuerit obiectus: defectio lunae consequitur: quia terrae interuenit obiectus. Illae igitur sunt propositiones certae atque vtiles ad demonstrationem. pertinent autem propositiones hypotheticae in simplices ac simplices propositiones: et primam quidem cum coniunctio proponitur praecedentem dicimus. Secundam vero consequentiam vt in hac si dies est: lux est praecedentem dicimus eam quae dicit: si dies. Consequentem vero partem lux est. in disiunctiuis vero propositionibus ordo enunciandi praecedentem vel consequentem facit: vt aut dies est: aut nox est. Nam quae prima proponitur praecedens quae posterior: consequens appellatur. Ac de partibus quidem hypotheticarum propositionum ista sufficiunt.

Illud vero expediendum videtur: quod etiam ab Aristotele dicitur. Idem cum sit et non sit: non necesse est idem esse: velut cum sit. a. Si idcirco necesse est esse b. a si non sit: non necesse est esse. b. Idcirco quoniam non est. a. Ad huiusmodi vero rei demonstrationem impossibilitatis diffinitio praemittenda est: quae est huiusmodi. Impossibile est quo posito aliquid falsum atque impossibile comitatur eo nomine quo impossibile primus propositum fuit. Sit igitur positum cum sit. a. esse b. idest hanc inter a. et. b. esse consequentiam: vt si concessum fuerit esse. a. necesse sit concedere esse. b. Itaque proponatur si. a. est. b. est. dico quia si. a. non fuerit: non necesse est esse. b. Ac primum quae sit propositionum consequentia consideremus. Si enim fuerit tale coniunctum vt si sit. a. etiam. b. esse necesse sit. Si. b non fuerit etiam. a. non esse necesse est. Ex tali demonstratione cognoscitur si sit. a. necesse sit esse. b. dico quia si. b. non sit. a. non erit. Ponatur enim esse. b. et sit si fieri potest. a. Sed dictum est si sit. a. necessario concedi esse. b. Cum sit igitur. b. non erit. b. Nam quia ponimus non esse. b. non erit. b. quia vero ponimus. a. erit. b. erit igitur b. ac non erit quod fieri non potest. Impossibile est igitur non esse. b. et. esse. a. Et demonstratione quidem firma sic vtimur Exemplo vero id clarius. Nam si est homo: est animal. Si non est animal: non est homo. Non vero si homo non fuerit animal non est. Multa enim sunt animalia quae homines non sunt. Itaque in consequentia propositionis coniunctae si est primum secundum esse necesse est. Si secundum non fuerit: non erit primum. Ac vero si primum non fuerit: non necesse est vt non sit secundum nec vero necesse est vt sit. Id enim demonstrandum est dudum nobis propositum fuit. Sit enim. a. idque cum sit necesse sit esse. b. dico quia si non fuerit. a. non necesse est esse. b. nec id dico quoniam si non fuerit. a. necesse est non esse. b. Sed tamen non necesse est esse. b. Nam quia paulo ante demonstratum est si. b. non fuerit non esse. a. si eundem. b. terminum non esse contigerit non erit. a. Sed si cum non sit a. necesse est esse. b. idem. b. ex necessitate erit. ac non erit. Nam quia. b. terminum non esse contingit: non erit. Quia vero si. a. non fuerit. b. esse necesse est erit. Idem igitur. b. terminus erit ac non erit quod est impossibile. ¶ Ex his igitur demonstratum est a: tertio: in coniuncta hypothetica propositione si sit primum consequi vt sit secundum: si non sit secundum. consequi vt non sit primum. Si vero non sit primum: non consequi vt sit vel non sit secundum. Nam et illud apparet si sit secundum: non consequi vt sit vel non sit primum. vt in ea propositione quae est: si homo est: animal est: si animal sit: non consequitur vt sit homo vel non sit. quod si primum non sit: non consequitur vt necessario sit vel non sit secundum: velut in in eadem propositione. si homo non fuerit non necesse est vt aut sit animal aut non sit. Ex omnibus igitur solae duae consequentiae stabiles sunt et immutabiliter constant si sit primum: vt consequatur vt sit secundum. Si secundum non fuerit: necessario consequitur vt non sit primum. His itaque determinatis illud adiungam quoniam cum omnis hypothetica propositio simplex non sit: atque ex aliis propositionibus coniungatur sunt tamen hypotheticae quaedam quae si reliquis conditionalibus comparentur simplices existiment. Omnis enim conditionalis propositio aut connexa est: aut disiuncta. hae vero quoniam ex praedicatiuis copulantur: in connexis propositionibus quattuor fieri necesse est huius copulationis modos. Namque hypothetica propositio aut ex duabus simplicibus coniuncta est. et vocatur simplex hypothetica vt haec. Si. a. est. b. est velut cum dicimus. si homo est: animal est. homo enim est et animal est duae sunt simplices propositiones. aut ex duabus hypotheticis copulatur: et dicitur composita velut cum dicimus. Si cum a. est. b. est cum sit. c. est. d. veluti cum tali propositione enunciamus. si cum homo est animal est: cum sit corpus erit substantia. Et enim si cum homo est: animal est: vna est hypothetica. Alia vero cum sit corpus substantia est ex quibus coniungitur vna propositio quae composita nuncupatur. Aut ex vna simplici: et ex vna hypothetica copulatur: velut haec. Si. a. est cum sit. b. est. c. veluti cum dicimus. si homo est cum sit animal est substantia. Namque homo est simplex propositio. cum sit animal esse substantiam hypothetica ex ipsa consequentis conditionis ostenditur. Aut ex priore hypothetica et simplici posteriore comitatur vt cum dicimus. si cum sit a. est. b. erit et. c. veluti hoc modo. si cum sit homo: animal est et corpus hypothetica namque est ea quae proponitur: si cum sit homo animal est. Simplex posterior quae hanc hypotheticam propositionem sequitur. i. corpus esse. hae quoque quoniam non ex simplicibus copulatae sunt: compositae dicuntur. Sed priores quidem quae ex simplicibus propositionibus constant et simplices hypotheticae nuncupantur: in duobus terminis constitutae sunt. Terminos autem minime partes propositionis simplices quibus coniunguntur appello. Quae vero compositae hypotheticae sunt. illae quidem quae ex duabus hypotheticis constant quattuor terminis copulatae sunt. Illae vero quae ex hypothetica et simplici: vel ex simplici atque hypothetica coniunctae sunt his tribus terminis coniunctae sunt. Harum igitur quae sunt hypotheticae simplices vel compositae differentiae similitudinesque dicendae sunt. Nam quae ex simplicibus copulantur: si ad eas quae ex hypotheticis duabus iunctae sunt comparentur. consequentia quidem eadem est et propositio manet tamen termini duplicantur. Nam quem locum in his propositionibus hypotheticis quae ex simplicibus constant ipsae simplices propositiones tenent eundem in his propositionibus quae sunt hypotheticae ex hypo-

theticis constantes: ille conditiones tenent: quibus ille propositiones inter se iuncte et copulate esse dicuntur. Nam in hac propositione que dicit: si est.a.est.b. et in ea que dicit si cum sit.a.est b.cum sit.c.est.d. quem locum in ea que ex duabus simplicibus continetur tenet ea que prior est.si est.a. eundem locum tenet. In ea propositione que ex duabus hypotheticis propositionibus copulatur ea que prior est: si cum est.a.est.b. hic namque duarum inter se propositionum coniunctionis conditione facta est consequentia. Item quam que vim continet ex utrisque propositionibus copulate hypothetice sequens portio que infertur idest.esse.b.eandem vim tenet in propositione ex hypotheticis iuncta ea que sequitur idest cum sit.c.esse d. atque id tamen differt: quia cum in prima propositione ex simplicibus iuncta propositio propositionem sequatur. In secunda propositione ex hypotheticis iuncta conditio consequentie conditionem consequentie comitatur. Nihil enim est aliud dicere si.a.est.b.est. quam ei propositioni per quam dicimus esse.a. illam esse comitem per quam.b.esse predicamus. at in ea propositione que ex hypotheticis iuncta est cum dicimus. Si cum sit.a.est.b. cum sit.c.esse.d. aliud dicitur ei consequentie que inter.a.et.b.est eam esse coniunctam comitem que est inter.c.et.d.ita ut sicut sequitur posito.a esse b.consequatur sine dubio.c.posito esse.d. ¶ At in his propositionibus que ex simplici et hypothetica consistunt illa ratione conditio consequentie sequatur vel conditione consequentie propositio comitatur. Nam cum dicimus si est.a.cum sit.b.esse c.id intelligi volumus ei propositioni per quam dicimus si est.a. consequi eam conditionem per quam dicimus cum sit.b.esse c.idest ut si est.a.necesse sit.b.termino comitem esse.c.terminum cum vero dicimus si cum est.a.b.est.c.esse nihil aliud intelligi volumus nisi duarum inter se coniunctam propositionum alterius propositionis consequi veritatem: ut si habeant inter se consequentiam.a.atque.b.necesse sit hanc conditionem consequentie propositionis eius per quam dicimus esse.c.consequi veritatem idest si necesse est.a.posito esse.b.necesse est etiam.c.esse. Seles(?) scatur syllogismi fient earum propositionum que ex simplicibus et et his que non ex simplicibus utrisque iunguntur. Earum vero que ex una simplici et ex altera hypothetica copulantur. diversi quidem a superioribus ipsi tamen inter se similes fiunt. nec interest utrum prima hypothetica: secunda sit simplex an econverso prima simplex secunda hypothetica ad syllogismorum modos nisi forsitan ad ipsius tamen ordinis commutationem. cum igitur demonstrata fuerit earum propositionum que ex simplicibus constant ratio syllogismorum demonstrata videtur esse earum quoque propositionum que hypotheticis committuntur: et cum quarum libet earum propositionum que ex simplici et hypothetica constant syllogismorum natura perspecta est: etiam conversi ordinis propositionum natura quales faciat syllogismos cognoscitur. Est et etiam species aliarum propositionum in connexione positarum: que media quodam modo sit earum propositionum que ex hypotheticis simplicibusque coniunguntur: et earum que ex duabus hypotheticis copulantur. Nam si ad numerum respicias propositionum quasi ex tribus terminis constant et si ad conditionales animum referas quasi ex duabus conditionalibus videntur esse composite que medietas evenit: idcirco quoniam unus in his terminis communis utrisque conditionalibus invenitur. Proponuntur vero hec vel per primam figuram vel per secundam vel per tertiam. Per primam hoc modo. Si est a.est b.et si est.b.est c.igitur b in utrisque numeratur et sunt quemadmodum termini hi est.a est.b.est.c. due vero conditionales hoc modo si est.a.est.b si est.b.est.c. Namque.b. utrisque communis est atque ideo inter has propositiones que ex tribus terminis et eas que ex quattuor componuntur medie sunt huiusmodi propositiones. Per secundam vero figuram proponitur hoc modo Si est.a.est.b.si non est.a.est.c. Per tertiam figuram sic si est b.est a.si est.c non est a. Ac de connexis quidem ista sufficiant.

Disiunctive vero propositiones semper ex contrariis constant: ut hoc: aut est.a.aut.b.est.altero enim posito alterum tollitur et interempto altero alterum ponitur. Nam si est.a. non est.b. Si non est.a.est.b. Eodem modo etiam si sit.b. non erit.a.si non sit.b.erit.a.

His igitur expeditis ad connexas revertamur in illis enim propositio propositionem vel conditio conditionem: vel propositio conditionem: vel conditio propositionem sequitur dicendum est igitur que propositiones quarum propositionum consequentes esse videntur que contrarietatis modo quam longissime a se differant. Que vero oppositionis contradictione dissentiant: Simplicium namque idest predicativarum propositionum alie preter modum proponuntur. alie cum modo. preter modum vero que purum esse significant hoc modo dicens est. Socrates probus est: et que similiter proponuntur. que vero cum modo sunt ita proponuntur. Socrates vere probus est. Hic enim vere modus est propositionis sed maximas syllogismorum faciunt differentias he propositiones cum modo enunciate: quibus necessitatis aut possibilitatis nomen adiungitur necessitatis cum dicimus hoc modo. ignem necesse est calere. possibilitatis ut cum ita proponimus possibile est a grecis superari troianos. Quo fit ut omnis propositio aut inesse significet: aut inesse necessario: aut cum non sit aliquid: tamen enunciet posse contingere. quarum quidem ea que inesse significat simplex est: neque in ullas partes alias deduci potest. Ea vero que ex necessitate aliquid inesse significat: tribus dicitur modis. uno quidem quo ei similis est propositioni que inesse significat: ut cum dicimus necesse est Socratem sedere: dum sedet. Hec enim eandem vim obtinet ei que dicit Socrates sedet. Alia vero necessitatis significatio est: cum hoc modo proponimus: hominem necesse est cor habere dum est atque vivit hoc enim significare videtur hec dictio non: quoniam cum necesse est tamdiu habere quamdiu fuerit ille qui habet. Alia vero necessitatis significatio est universalis et propria que absolute predicat necessitatem: ut cum dicimus: necesse est deum immortalem esse: nulla conditione determinationis apposita. possibile autem idem tribus dicitur modis. Aut enim quod est possibile esse dicitur: ut possibile est Socratem sedere dum sedet. aut quod omni tempore contingere potest: dum ea res permanet cui aliquid contingere posse proponitur: ut possibile est Socratem legere. Quamdiu enim Socrates est potest legere. Item possibile est quod absolute omni tempore contingere potest: ut auem volare. ¶ Ex his igitur apparet alias propositiones esse inesse significantes alias necessarias: alias contingentes atque possibiles. quarum necessariarum contingentiumque cum sit trina partitio singulare ex bisdem partitionibus ad eas que inesse significant referuntur. Restant igitur eque necessarie et eque contingentes: que cum ea que inesse significat numerate.
5.omnes propositionum faciunt differentias. Omnium numero harum propositionum alie sunt affirmative: alie negative. Affirmativa inesse significans est que dicit Socrates est. negatio que proponit. Socrates non est. Necessariarum vero propositionum affirmativarum due videntur esse negationes una contraria: altera vero opposita. Eius namque que dicit necesse est esse.a. quolibet modo ex utrisque qui dicti sunt: aut ea est negatio que dicit: necesse est non esse.a.aut ea que dicit non necesse est esse.a. Quarum quidem ea que dicit necesse est non esse a.contraria est ei que dicit: necesse est esse.a. Utreque enim false poterunt inveniri: veluti cum dicimus necesse est Socratem legere: necesse est Socratem non legere utreque mentitur. Nam et cum legit non ex necessitate legit: et cum non legat nulla ne legat necessitate constringitur. Sed est utrumque possibile. At vero ei que dicit non necesse esse.a opposita est ei que proponit necesse est esse.a. una enim semper vera est semper falsa altera reperitur. In contingentibus vero atque in possibilibus eadem ratio est. huic enim que dicit contingit esse.a. tamen ea videtur obiecta que dicit: contingit non esse.a.tum ea que proponit non contingere esse.a. Atque ea quidem que dicit contingit non esse.a.contingens negatio nuncupatur utraque esse potest cum ea affirmatione que dicit.contingit esse.a.veluti cum dicimus contingit sedere Socratem: contingit non sedere Socratem. Et he quidem non dicuntur esse contrarie quoniam simul vere esse possunt. At vero opposite sunt quotiens ipsum contingens negatur: ut si adversus eam que dicit contingit.esse.a.ea opponatur que dicit non contingit esse.a. Id

enim ista significat oio non posse contingere. que cum ita sint: atque inesse significantes propositiones preter illum dicunt modum bis ad esse iuncto adverbio negativo negatio plena perficitur. Que vero cum modo proferuntur si necessarie sunt et ad esse negatio iungatur: vt ea que est necesse est non esse: fit necessaria negatio. Si vero ipsi necessario negatio preponatur: fit necessarie negatio affirmationi vehementer opposita: vt ea que dicit non necesse est esse. Item in contingentibus si ad esse negatio ponatur: fit contingens negatio vt ea que dicit contingit non esse.a. Si vero ipsi contingenti negatio iungatur: fit contingentis negatio contingenti affirmationi vehementer opposita: vt ea que dicit non contingit esse. Sed quoniam omnis propositio aut vniuersalis est: aut particularis aut indefinita: aut singularis: proponitur hoc modo vniuersalis. Omnis homo legit. particularis sic. Socrates legit: necesse est: vt sicut in categoricorum syllogismorum institutione monstratum est ille sibi maxime videantur opposite quecumque vel vniuersaliter affirmant: si particulariter denegant: vel vniuersaliter denegent si particulariter affirmentur: et que singulares sunt: si illa quidem in affirmatione posita: illa vero in negatione: que cum vera sint: si hec eadem ratio ad contingentes et necessarias referatur: idem in necessariis et contingentibus inuenitur: vt si quis dicat omnem .a. terminum esse necesse est: aliusque negat dicens non necesse est omnem .a. terminum esse. facit oppositam negationem. Et si dicat aliquis contingit omnem .a. terminum esse. atque aliquis negat: non contingit omnem .a. terminum esse: facit oppositam negationem. In vtrisque enim et modum remouet et significationem vniuersalitatis extinguit. Atque hoc quidem in simplicibus et categoricis propositionibus euenire est: de quarum natura diligentius pertractatum fuimus in his voluminibus: que in secunde editionis expositione περὶ ἑρμηνείας inscripsimus.

Si quis igitur propositionum omnium conditionalium numerum querat ex categoricis poterit inuenire. Ac primum in connexis ex duabus simplicibus inquirendus est hoc modo. Nam quoniam propositio simplex hypothetica ex categoricis duabus iungitur vna earum vel inesse significabit: vel contingere esse simpliciter: vel necesse est dupliciter. quo fit ut sint affirmatiue quinquies affirmatiue enunciatione proponentur. Sed quoniam omnis affirmatio habet oppositam negationem. rursus quinquies negatiua enunciatio poterit pronunciari. Erunt igitur in prima propositione que vna pars est hypothetice propositionis in negatione: et affirmatione constitute modorum propositiones decem. Secunda etiam propositio que pars est hypothetice totidem affirmationibus et negationibus proponi potest. Erunt igitur eius quoque enunciationis decem. Sed cum prima propositio secunde propositioni quadam consequentia copuletur: vt vna hypothetica fiat omnes decem affirmatiue et negatiue propositiones omnibus decem affirmatiuis negatiuisque propositionibus applicabuntur. Itaque complexe centum omnes efficiunt propositiones he que connexe ex simplicibus coniunguntur. Secundum hunc modum potest propositionum numerus inueniri in his propositionibus que ex categorica et hypothetica copulantur: vel que ex duabus conditionalibus fiunt. Nam que ex conditionali et categorica constant: vt e conuerso ex tribus categoricis iuncte sunt. quo fit ut duarum inter se predicatiuarum affirmatione vel negatione complexio vel esse vel necessario: vel contingenter est quinque modos centum esse fiat complexiones: quoniam tertia propositio vel affirmat vt erit vel negatiua: et si affirmatiua quinque modis vel inesse significans: vel necessario inesse dupliciter vel contingenter inesse dupliciter. Itemque totidem negabitur modis simul non amplius quam decies proponetur. Quo fit vt tertia propositio cum duabus superioribus centum inter se modis copulata atque complexis iuncta atque commissa mille omnes faciat complexiones. Centum namque duarum propositionum modi cum decem modis tertie propositionis complicate mille omnis perficiunt. Decies enim centum mille sunt. Rursus quoniam duabus hypotheticis iuncta conditionalis quattuor categoricis copulatur: et due inter se prime categorice centum complexionibus iungebantur: necesse est vt posteriores que ex duabus centum complexionibus connectantur. quo fit ut centum superiorum propositionum categoricarum modi centum posteriorum categoricarum modis complicentur: fiunt decem milia modi complexionum. In illis autem propositionibus que tribus variantur figuris: siquidem medius terminus similiter et in prima et in secunda hypothetica proponatur: mille erunt complexiones ad earum similitudinem: que ex tribus categoricis connectuntur. Tunc enim vnus atque idem terminus in vtrisque tres neque amplius faciet enunciationes. Similiter enim in vtrisque proponitur hoc modo. si est .a. est .b. si est .b. est .c. hic enim .b. terminus et ad .a. terminum et ad .c. positus est inesse significans. Idem in necessariis et contingentibus intelligendum est ac si ita proponatur. si est .a. est .b. et si necesse est esse .b. est. vel non est .c. due propositiones conditionales .i. quattuor predicatiuum sunt. Quo fit vt secundum eas que ex predicatiuis quattuor connectuntur: decem milia faciunt complexiones atque hi numeri tam in prima quam in secunda vel tertia sunt inspiciendi figura. Et nos quidem quantus esse propositionum numerus posset aperuimus: numquam tamen dissimiliter terminus medius enunciatur. Namque vt fiat extremorum conclusio medius terminus intercedit: cuius communitas extrema coniungit. Quod si medius diuersis modis in vtraque propositione dicatur: nec connectuntur extrema. atque ideo nec syllogismus quidem fieri vllus poterit: cum presertim nec vna quidem propositio dici possit in qua medius terminus dissimiliter enunciatur. Longe autem multiplex numerus propositionum existeret si inesse significantes et necessarias et contingentes affirmatiuas negatiuasque propositiones per vniuersales et particulares vel oppositas: vel subalternas variemus. sed id non conuenit quia conditionalium termini propositionum indefinito maxime enunciantur modo. Atque ideo superuacuum iudicaui determinatarum secundum quantitatem propositionum querere multitudinem: cum determinate conditionales poni non soleant: fere autem hypothetice propositiones nec per necessitatem quidem vel per contingens enunciantur: sed ille maxime in vsum collocutionis vocantur: que inesse significant. Omnes vero necessariam consequentiam tenere volunt: et que inesse significant: et quibus necessitas additur et quibus predicatio possibilitatis aptatur. hec enim terminis applicatur. Necessitas vero hypothetice propositionis et ratio earum propositionum: ex quibus iunguntur inter se connexiones consequentiam querit: vt cum dico. Si Socrates sedet et viuit: neque sedere eum: neque viuere necesse est Sed si sedet: necesse est viuere. Item cum dicimus si sol mouetur: necessario venit ad occasum: tantundem significat quantum si sol mouetur veniat ad occasum. Necessitas enim propositionis in consequentie immutabilitate consistit. Item cum dicimus si possibile est legi librum: possibile est ad tertium versum peruenire. Rursus necessitas consequentie seruata est. Nam si possibile est legi librum necesse est id possibile esse: vt ad tertium versum perueniatur. Opponuntur autem hypotheticis propositionibus ille sole que earum substantiam perimunt. Substantia vero propositionum hypotheticarum in eo est: vt earum consequentie necessitas valeat permanere. Si quis ergo recte conditionali repugnabit: id efficiat vt earum destruat consequentiam: veluti cum ita dicimus. si est .a. est .b. non in ea repugnabit si monstret: aut non esse .a. aut non esse .b. sed posito quidem .a. ostendit non statim consequi esse .b. sed posse esse .a. etiam si .b. terminus non sit: sed si negatio sit: conditionalis eodem destruitur modo vt cum dicimus si est .a. b. non est. Non ostendendum est aut non esse .a. aut .b. esse. sed cum esse .a. posse esse .b. terminum.

Sunt autem hypothetice propositiones alie quidem affirmatiue: alie negatiue: sed de his nunc loquor: que in consequentia posite in connexione esse dicuntur. Affirmatiua quidem vt cum dicimus. si est .a. est .b. si .a. non est .b. est

Negatiua si est.a.non est.b. Si non est.a.non est.b. Ad consequentem enim propositionem respiciendum est: vt an affirmatiua an negatiua sit propositio iudicetur. Idem de compositis propositionibus conditionalib⁹ intelligi oportebit. De his autem propositionibus que in disiunctione sunt posite: cum de earum syllogismis tractauero: commodius atqꝫ liberius dicam.

Quot partibus constent hypothetici syllogismi.

Hypotheticos syllogismos quos latine conditionales vocamus: alij quinqꝫ alij quattuor alij tribus constare partibus arbitrantur: quorum nos controuersiam diiudicabo: si prius quibus nominibus talium partes syllogismorum appellentur ostendero. Quid enim omnis syllogismus ex propositionibus texitur prima vel propositio vel sumptum vocatur. Scḋa vero dicitur assumptio his que infertur conclusio nuncupatur. Cum enim ita dicimus. si homo est: animal est. Homo autem est: animal igitur est. ea quidem enunciatio per quā dicimus. si homo est aial est. propositio vel sumptum vocatur. ea vō quā huic adiūximus. est autem homo assumptio dicitur tertia conclusio nominatur per quā ostēdimus eē animal qui homo fuerit. Sed quia sepe euenit: vt propositionis enunciate consequētia non sit verisimilis propositioni sepe adiungitur approbatio per quā id ꝙ est propositum: verum eē monstretur. Assumptio quoqꝫ sepe ad fidem per se non videtur idonea huic quoqꝫ iuuamen probationis adiungitur: vt vera esse videatur. Quo fit vt sepe quinqꝫ partes: sepe quattuor. Interdum tres hypotheticos syllogismos habere contingat. Nam quinqꝫ constabit partibus si ꝛ ꝓpositio ꝛ assumptio probationibus indigeabūt. ꝙ siue propositio siue assumptio probationū indigebit: quadripartitus ē syllogismus. Qḋ si neutra est approbanda tripartitus relinquit. In hac vō sententia ꝛ Marcus tullius esse deprehenditur. In rhetoricis enim syllogismos quosdam quinqꝫ partitos esse: quadripartitos alios confirmat. Quibus vō talium syllogismorum non placet partes vltra ternarium numerum propagari. Hi propositionum probationes: atqꝫ assūptionum non putant in syllogismi partibus esse ponēdas. Neqꝫ propositionem esse: de qua syllogismus potest existere: cui non consentit auditor. ꝙ si per se dubia est: ea que propositioni dubie adiungitur faciens fidem eidem cui adiungitur propositioni: facit vt idonea sit syllogismo: ac per hoc tunc incipit eē syllogismi propositio cum talis per probationem redditur: vt ex ea aliquid colligi possit. Tūc vō aliquid ex ea colligi potest: cum probationis auxilio poterit ab auditore concedi. Quocirca membrum quoddam: ꝛ quasi fulcimentum dubie propositionis: vel assumptionis probatio eē videtur non pars etiam syllogismi. Sed nrā sententia his potius accedit qui tribus partibus eum constare pronunciat. Etenim quelibet probatio que vel propositioni vel assumptioni copulatur: propositionis eē vel assumptionis probatio dicitur. Cum igitur non ad syllogismum sed ad propositionem vel assumptionem referatur. eius est probatio non oportet eam syllogismi proprie partē videri. Nam illud ꝙ obijci potest: nullus ignorat ꝙ partium partes etiam totius eē partes dicantur. Sed plurimum refert vtrum ipse sint primitus partes totius. An in secundarꝫ partium postremitate ponantur. Amplius si sit per se nota de probabilis propositio totus syllogismus probatione non indiget. Qḋ si per se propositionis nulla fides est: necesse est vt ea propositio quodam velut testimonio probationis indigeat. Non igitur syllogismus ꝓbatione in eo ꝙ syllogismus est indigebit: sed propositio si fide propria destituta sit. Idē etiaꝫ de assumptione dici pōt. Quare manifestum est eorum sententiam preponendam ꝙ syllogismus tribus partibus tm̄ iungitur. Preterea si ꝗ propositio probationis indigeat: vt eam vera fides sequatur: aliquo demonstrabitur syllogismo. Quocirca quidem fieri potest: vt recte syllogismus pars syllogismi simpliciter esse dicatur. Ipsam enim probationem propositionis syllogismum vel ex syllogismo eē necesse est. His igitur terminatis de his protinus syllogismis: quorum propositiones in connexione posite duobus terminis constant exemplificandum videtur. Horum autē multiplex forma est. quattuor enim sunt per precedentis propositionis affirmationē qui sunt primi hypothetici atqꝫ perfecti. quattuor vero ꝑ sequentis negationem qui cum demonstratione indigeant non videntur eē perfecti. Prioris vero negatione: ꝛ sequētis positione nullus omnino syllogismus efficitur. Quarum igitur talium propositionum primum numerus explicet: vt qui fiant ex his syllogismi: facilius acquiratur agnitio. Sunt autem quattuor. si est.a.est.b. si est.a.non est.b. si non est.a.est.b. si non est.a.non est.b. Ac de prioribus quidem syllogismis atqꝫ perfectis primo loco dicendum est. Horū enim primus modus est hic a prima veniens propositiōe si est.a.est.b. At qui est.a. Est igitur.b. cum enim prima propositio eam conditionem proponat: vt si sit.a. necesse sit consequi essentiam.b. termini id assumptio quod precedit assumit: ac ponit: dicitqꝫ. At qui est.a. Consequitur igitur vt sit.b. Id enim ex consequentia prime propositionis effectum est. At si id ꝙ sequitur assumendo ponamus: nullus efficitur syllogismus. Age enim sit huiusmodi consequentia: vt si sit.a. sit.b. assumaturqꝫ ꝙ sequitur hoc modo At est.b. nō ꝯsequitur vt sit vel non sit.a. Id vero clarius fiet exemplo. sit enim propositio. si homo est: animal est: assumaturqꝫ esse animal scꝫ qḋ sequitur: non necesse erit hominem vel eē: vel non esse. Secundus vero modus est eorum in quibus prior ꝓpositione pars in assumptione repetitur qui venit ex scḋa ꝓpositione superius digesta. hoc modo. si est.a.non est.b. at est.a.non est igitur.b. id enī propositum fuerat si eēt.a.non eē.b. Sumpto igit precedente consequentis est facta conclusio. qḋ si ꝯsequēs sumimus nullus videt fieri syllogismus: quia nec ꝯseqt vlla necessitas hoc modo. si est.a.non est.b. at nō est.b. non necesse est eē.a. vel non eē. Age enim sit propositio. si est nigrum non est album: ꝛ id ꝙ sequitur assumatur. at non est album non necesse erit esse nigrum vel non eē: quia cum non sit album poterit esse medium. Tertius vō modus ē taliū syllogismorum qui venit ex tertia ꝓpositione quorum in assumptione ponitur id qḋ precedit hoc modo. si non est.a. est.b. at nō est.a. est igitur.b. igitur hec conclusio rursus ex conditione propositionis euenit. id enim fuerat ꝓpositum vt si non eēt.a. eēt.b. ꝙ si conuertas ꝛ sumas eē.b. i. ꝙ consequitur: non necesse erit eē: vel non eē id qḋ precedit. Sed huius exemplum nō pōt inueniri eo ꝙ si ita ꝓponatur vt etiā non sit.a. sit.b. nihil eē mediū videatur inter.a. atqꝫ.b. Sed in his si alterum non fuerit: statim necesse est eē alterꝫ ꝛ si alterum fuerit: statim necesse est alterꝫ non eē videt ergo quodam modo ex ꝯsequenti posito in his fieri syllogism⁹ Sed quātum ad rei naturam ita est. Quātum vō ad ꝓpositionis ipsius primet cōditionē: minime consequit. Qḋ quidem ex his patet que superius dicta sunt. In vtrisqꝫ superioribus modis consequēti posito nihil ex necessitate collectū est. hic vō tertius modus quātum ad cōplexionē ꝓpōnis pertinet in quo si id ponendo ꝙ sequebatur assumit: nullū efficit syllogismum. Quātum vō ad rerꝫ naturā in qb⁹ sole hee ꝓpōnes enunciari possunt: videtur eē necessaria consequentia hoc modo. vt si dies non est: nox sit. si nox sit: dies non sit ex necessitate consequitur. Similesqꝫ sunt syllogismi his qui in disiunctione sunt ꝯstituti: de quibus paulo posterius cōmemorabo: quorūqꝫ ad illos ꝛ differentias ꝛ similitudines dabo. Quartus modus est ex quarta ꝓpositione: cuꝫ ita ꝓponitur. si.a.non ē.b. nō ē. at nō est.a. non ē igit.b. Rursus enī id conseq ex ꝓpositiōe mōstrat: que ꝓposuit non fore.b. si.a. prior terminus non fuisset. At si id qḋ seqt assumamus nulla videt fieri posse necessitas: veluti si ita dicamus. nō ē aūt.b. nō necesse erit eē: vel non eē.a. Age enim ꝓponat: si aial nō ē: nō eē hoīeꝫ assumat ꝙ at nō ē hō: nō necesse ē vt vel sit vel nō sit aial. Demōstratū igit ē i hmōi syllogismis si id qḋ ꝑcedit ponēdo

assumitur: pfectos atq per se ex ipsis propositionibus probabi-
les: et necessarios fieri syllogismos. Si vero id quod sequitur
ponendo assumatur: nulla fieri necessitatem preter in ter-
tio modo: qui cum sit similis his syllogismis. qui per dis-
iunctionem propositis enunciationibus fiunt: videtur in
rebus de quibus proponi potest: servare necessitatem cum
in complexione non servet: quod ex ceteris tribus modis ar-
guitur primo secundo atque quarto: in quibus sumpta se-
quente ponendo propositionis parte nihil ex necessitate co-
ficitur. ac de his quidem syllogismis: qui duobus termi-
nis iunguntur. quorum prima pars propositionis ponendo
assumitur: quantum ad institutionis pertinet modum suf-
ficienter expressimus. Nunc vero dicendum est de his quo-
rum consequens propositionis ita sumitur: ut perimatur.
Ex his quattuor fiunt modi: cum prior propositionis pars
non possit in assumptione perimi. ut ulla syllogismi ne-
cessitas consequatur. est igitur primus modus talium syl-
logismorum a prima propositione veniens hic. Si est. a. est
b. at non est. b. non est igitur. a. hic igitur. b. terminus qui
in prima propositione consequens fuerat: in assumptione
est interemptus. ut. a. terminus qui propositionis prima
pars fuerat intermeretur: atque necessitas tali ratione proba-
bitur. propositum namque est. si. a. sit. b. esse. Et assumptio
facta est ut consequens pars propositionis interimeretur.
id est non esse. b. Dico quia consequitur non esse. a. nam si
potest esse. a. cum non sit. b. frustra erit propositio: que ait
si. a. sit esse. b. at qui ea propositio valet. cum igitur sit. a. est
b. Quod si cum non sit. b. sit. a. quod scilicet ex assumptione p-
ponitur: idem. b. erit: et non erit. non erit quia. b. non esse
proponit assumptio: erit autem: quia si est. a. erit. b. quod si-
eri non potest. Non igitur si. b. non fuerit erit. a. hic est ergo pri-
mus modus talium syllogismorum: qui ex interempto p-
te consequenti propositionis fiunt: qui non sunt perfecti:
neque ex se cogniti sed indigent quam superius proposuit:
vel alterius cuiuslibet probationis: ut veri esse monstrentur.
Quod si prima pars propositionis interimatur: non erit syl-
logismus. age enim ita dicamus. si est. a. est. b. at non est. a.
non consequitur: ut sit vel non sit. b. ut etiam demonstre-
mus exemplo. Sit enim propositio si homo est: animal
est. Si homo non est non necesse est esse vel non esse animal.
Secundus modus per contradictionem assumptionis q
a secunda propositione descendit: ille est cum ita propona-
mus. si est. a. non est. b. At qui. b. est igitur. a. non est. Hic
enim rursus cum secunda pars propositionis. b. non esse diceret
si. a. fuisset assumptio. b. esse pronunciat. Affirmatio autem
perimit negationem: per assumptionem consequitur ut. a. non
sit hoc modo. Sit enim propositio. si. a. est. b. non est: et sit. b
Dico quod non erit. a. nam si erit. a. cum sit. b. idem. b. erit. et
non erit. Non erit quidem ex prima propositione que dic.
si est. a. non est. b. erit autem per assumptionem: ergo dici-
mus esse. b. At si precedens pars propositionis auferatur
non fiet ulla necessitas. Age enim ut huiusmodi propositi-
tione. Si. a. est. b. non est. ita dicamus. At qui non est. a.
non consequitur ut sit vel non sit. b. Id vero tali arguitur exem-
plo. Dicemus enim si nigrum est: album non est. Assu-
mamusque non esse nigrum: non statim consequitur ut vel
album sit vel non sit. Potest enim esse aliquid mediorum
Tertius modus ille est ex tertia propositione deductus: cum
ita proponitur. Si. a. non est. b. est. b. autem non est. a. igi-
tur est. Hic quoque consequens pars propositionis assum-
pta est: et cum in propositione affirmaretur in assumptione
negata est: et est rata consequentia proficiens syllogismum
hoc modo. Nam si verum est: cum non sit. a. esse. b. dico quod
si. b. non sit est. a. nam si poterit cum. b. non sit non esse. a. fru-
stra est prima propositio que dicit. cum non sit. a. esse. b. eritque
b. ac non erit. Non erit quidem ex ea assumptione: que pro-
ponit non esse. b. erit autem quia si. a. terminus esse nega-
bitur posito non esse. b. termino cum non sit. a. erit. b. quod est
impossibile. Non igitur potest fieri: ut cum non sit. b. sit. a.
Consequitur igitur: ut cum non sit. b. sit. a. quod si prior pars

propositionis que precedens est auferatur: nullus est syl-
logismus hoc modo. ut cum dicemus si. a. non est esse. b. si
assumamus. At qui est. a. nihil evenit necessario: ut vel sit
b. vel non sit secundum ipsius complexionis naturam. nam
hic quoque ut in his in quibus in assumptione secundus ter-
minus ponebatur: dicendum est secundum ipsius quidem com-
plexionis naturam nullum fieri syllogismum. Secundum
terminos vero in quibus solis dici potest: necesse est. si. a.
fuerit. b. non esse. in contrariis enim tantum et immediatis.
id est medium non habentibus hic sola propositio vere po-
terit predicari: velut cum dicimus: si dies non est: nox est:
sive non fuerit dies nox erit: sive non fuerit nox dies erit.
sive dies fuerit nox non erit: sive nox fuerit dies non erit.
Quartus modus est horum syllogismorum ex quarta p-
positione descendens: cuius hec prima propositio est: si non
est. a. non est. b. est autem. b. erit igitur. a. hic quoque secun-
da pars propositionis assumpta est: et quoniam in negatio-
ne eadem fuerat posita affirmatione est interempta. Affir-
matio enim vim negationis interimit. hic quoque eodem mo-
do syllogismi necessitas continetur. nam si posito cum non
sit. a. non esse. b. assumatur esse. b. dico quia consequens est
etiam. a. esse. nam si potest cum sit. b. non esse. a. frustra est
prima propositio: que cum a non sit. b. non esse pronuncia-
at. fiet igitur rursus ut idem. b. sit. ac non sit. Ex assumptio-
ne namque erit. b. ita enim dicitur at. b. est. Si vero hoc po-
sito possit non esse. a. rursus. b. non erit quia prima propo-
sitio ait si non sit. a. non est. b. quod est impossibile. quod si
ea portio propositionis que precedens est auferatur: nihil
evenit necessarium. Age enim ita dicamus. si non est. a. non
est. b. Assumamusque at qui est. a. non consequitur: ut vel
esse vel non esse necessario. Concludatur ut in hoc syllogis-
mo: si non est animal: non est homo: at qui est animal: non
necesse est esse hominem vel non esse. hi igitur quattuor syl-
logismi imperfecti dicuntur: idcirco quoniam per se non ha-
bent apertam atque perspicuam consequentie necessitatem:
eaque illis ex probatione confiatur. ut igitur breviter colli-
gendum sit in hypotheticis simplicibus syllogismis con-
nexas habentibus propositiones. quoquomodo facte si
quidem prima pars propositionis assumitur. si ea propo-
nitur fiunt quattuor syllogismi per se cogniti atque perfecti
Si vero id quod consequitur assumatur nulla est syllogis-
mi necessitas: nisi in tertio tantummodo qui non propter
complexionis naturam: sed propter terminorum contra-
rietatem: in quibus solis dici potest: videtur conclusionis
necessitatem tenere. itaque si quidem in assumptione ex his
que in propositione sunt pronunciata: ponantur quattu-
or: vel quinque necesse est fieri perfectos syllogismos. Per-
fectos quattuor: ubi prima pars propositionis. v. vero ubi
secunda pars propositionis ponendo assumitur. si non ad
complexionis naturam sed ad terminos aspiciamus. si qui-
dem vero ex his in assumptione: que prima propositio enunci-
at auferatur si que est consequens pars propositionis auferatur
fient imperfecti probatione indigentes quattuor syllogismi:
Si vero prior propositionis pars auferatur: nulla erit necessi-
tas syllogismi nisi in tertio tantum: ubi non facit necessita-
tem complexio: sed terminorum natura. quocirca hic quoque qua-
tuor vel quinque fiunt syllogismi. quattuor quidem. si secun-
da pars propositionis fuerit interempta. Quinque vero si eius
non complexionis natura. sed terminorum proprietas inetiatur
Quocirca si ex duobus terminis propositio prima constat. viii. fiunt
vel. x. nec amplius syllogismi. ac de his quidem conditiona-
Rursus habere vel facere eodem modo. Dicimus enim currit vestitus de homine de deo cuncta possidens regit. Rursus nihil de eo quod est esse de utrisque dictum est. Sed hec omnis predicatio exterioribus datur omniaque hec quodammodo referuntur ad aliud. Cuius predicationis differentiam sic facilius inter nos scimus. Qui homo est vel deus refertur ad substantiam qua est aliquid idest homo vel deus. Qui iustus est refertur ad qualitatem qua scilicet est aliquid idest iustus. Qui magnus ad quantitatem qua est aliquid idest magnus. Nam in ceteris predicationibus nihil tale est. Qui enim dicit esse aliquem in foro vel ubique refert quidem ad predicamentum quod est ubi: sed non in quo aliquid est velut iustitia iustus. Item cum dico currit vel regit vel nunc est vel semper est refertur quidem vel ad facere vel ad tempus. Si tamen interim divinum illud semper tempus dici potest. Sed non in quo aliquo aliquid est velut magnitudine magnum. Nam situm passionemque requiri non oportet in deo. Neque enim sunt. Iamne patet que sit differentia predicationum et patet quod alie quidem quasi rem monstrent. Alie vero quasi circumstantias rei. Quodque illa que ita predicantur ut esse aliquid rem ostendant. Illa vero ut non esse: sed potius extrinsecus aliquid quodammodo affigant. Illa igitur que aliquid esse designant secundum rem predicationes vocantur: que cum de re bus subiectis dicuntur vocantur accidentia secundum rem. Cum vero de deo qui subiectus non est secundum substantiam rei predicatio nuncupatur.

Capitulum undecimum.

Age nunc de relativis speculemur pro quibus esse quod dictum est sumpsimus ad disputationem. Maxime enim hic non videntur secundum se facere predicationem: que perspicue ex alieno adventu constare perspiciuntur. Age enim quoniam dominus et servus relativa sunt videamus utrum ne ita sit ut secundum se sit predicatio an minime. Atque si auferas servum abstuleris quoque dominum. At non etiam si auferas albedinem abstuleris quoque album. Sed interest quod albedo accidit albo: qua sublata perit nimirum album. At in domino si servum auferas perit vocabulum quo dominus vocabatur. Sed non accidit servus domino ut albedo albo: sed potestas quedam qua servus coercetur. Que quoniam sublato deperit servo, constat non eam per se domino accidere: sed per servorum quodammodo extrinsecum accessum. Non igitur dici potest per predicationem relativam quicquam rei de qua dicitur secundum se addere vel minuere vel mutare: que tota non in eo quod est esse consistit. Sed in eo quod est in comparatione aliquo modo se habere. Nec semper ad aliud: sed aliquotiens ad idem. Age enim stet quispiam: igitur si accedam dexter ero ei sinister. Ille ad me comparatus: erit dexter non quod ita sit per se dexter velut longus aut albus. Sed quod ego dexter accessi tum. Rursus ego sinister accedo. Item erit ille dexter: non quod ille sit per se dexter velut albus ac longus: sed quod me accedente fit dexter: atque id quod est a me et ex me est: minime vero ex se. Quare secundum rei alicuius que in eo quod ipsa est proprietatem non faciunt predicationem nihil alternare vel mutare queunt: nullamque omnino essentiam variare. Quocirca si pater ac filius ad aliquid dicuntur: nihilque aliud ut dictum est differt nisi sola relatione. Relatio vero non predicatur ad id de quo predicatur quasi ipsa sit et secundum rem de qua dicitur non faciet alteritatem rei de qua dicitur. Sed si dici potest quo quidem modo id quod vix intelligi potuit interpretatum est personarum.

Capitulum duodecimum.

Omnino enim magna regule est veritas in rebus incorporalibus distantias effici differentiis non locis. Neque accessisse dici potest aliquid deo ut pater fieret: non enim cepit esse unquam pater eo quod substantialis quidem ei est productio filii. Relativa vero predicatio patris at si meminimus omnium in prioribus de deo sententiarum. Ita cogitemus processisse quidem ex deo patre filium deum et ex utrisque spiritum sanctum: hos quoniam incorporales sint minime locis distare. Quoniam vero pater deus et filius deus et spiritussanctus deus: Deus vero quoniam nullas habet differentias quibus differat a deo a nullo eorum differt. Differentie vero ubi absunt abest pluralitas: ubi abest pluralitas: adest unitas. Nihil autem aliud gigni potuit ex deo nisi deus et in rebus numerabilibus repetitio unitatum non facit modis omnibus pluralitatem. Trium igitur idonee constituta est unitas. Sed quoniam nulla relatio ad seipsum referri potest: ideirco quod ea secundum seipsum est predicatio que relatione caret. Facta quidem est trinitatis numerositas in eo quod est predicatio relationis: servata est substantie unitas in eo quod est in differentia vel substantie vel operationis vel omnino eius que secundum se dicitur predicationis. Ita igitur substantia continet unitatem relatio multiplicat trinitatem: atque ideo sola singulatim proferuntur atque separatim que relationis sunt. Nam idem pater qui filius non est nec idem uterque qui spiritussanctus. Idem tamen deus est pater et filius et spiritussanctus: idem iustus: idem bonus: idem magnus: idem omnia que secundum se poterunt predicari. Sane sciendum est non semper tale esse relativum

predicationem vt semper ad differens predicetur vt est seruus ad dominum: differt enim. Nam et equale equali equale est: et simile simili simile est: et idem ei quod est idem idem est: et similis est in trinitate relatio patris ad filium et vtriusque ad spiritumsanctum vt eius quod est idem ad id quod est idem. Quod si in cunctis alijs rebus non potest inueniri facit hoc cognata caducis rebus alteritas. Nos vero nulla imaginatione deduci sed simplici intellectu erigi et vt quodque intelligi potest: ita aggredi etiam intellectu oportet. Sed de proposita questione satis dictum est. Nunc vestri normam iudicij expectat subtilitas questionis: que vtrum recte diuersa sit an minime vestra statuat pronunciationis auctoritas. Quod si sententie fidei fundamento sponte firmissima opitulante gratia diuina idonea argumentorum adinuenta prestitimus illuc perfecti operis leticia remanebit vnde venit affectus. Quod si vltra se humanitas nequiuit ascendere quantum imbecillitas subtrahit vota supplebunt.

Explicit liber primus.

Incipit secundus eiusdem ad Joannem diaconum ecclesie Romane vtrum pater et filius: ac spiritussanctus de diuinitate substantialiter predicentur.

Quero an pater et filius ac spiritussanctus de diuinitate substantialiter predicentur an alio quoque modo viamque indaginis hinc arbitror esse sumendam vnde rerum omnium manifestum constat exordium idest ab ipsis catholice fidei fundamentis. Si igitur interrogem an qui dicitur pater substantia sit respondetur esse substantia. Quod si queram an filius substantia sit idem dicitur Spiritumsanctum quoque substantiam esse nemo dubitauerit. Sed cum rursus colligo patrem filium spiritumsanctum non plures sed vna occurrit esse: vna igitur substantia trium nec separari vllo modo aut disiungi potest: nec velut partibus in vnum coniuncta est: sed est vna simpliciter. Que cunque igitur de diuina substantia predicantur ea tribus oportet esse communia idque erit signum que sint: que de diuinitatis substantia predicentur. Quod quecunque hoc modo dicuntur de singulis in vnum collectis tribus singulariter predicabitur hoc modo. Si dicimus pater deus est: filius deus est: spiritussanctus deus est: pater filius ac spiritussanctus vnus deus. Si igitur eorum vna deitas vna substantia est: licet dei nomen de diuinitate substantialiter predicari. Ita pater veritas est: filius veritas est spiritussanctus veritas est: pater filius spiritussanctus. Non tres veritates sed vna veritas est. Si igitur vna illis substantia vna est veritas necesse est veritatem substantialiter predicari: de bonitate de incommutabilitate: de iustitia: de omnipotentia ac de ceteris omnibus que tam de singulis quam de omnibus singulariter predicamus manifestum est substantialiter dici. Unde apparet ea que cum in singulis separatim dici conuenit: nec tamen in omnibus dici queunt non substantialiter predicari sed alio modo. Qui vero iste sit posterius queram. Nam qui pater est hoc vocabulum non transmittit ad filium neque ad spiritumsanctum. Quod fit vt non sit substantiale nomen hoc inditum. Nam si substantiale est vt deus: vt veritas: vt iustitia vt ipsa quoque substantia de ceteris diceretur. Item filius solus hoc recipit nomen. Neque enim cum alijs iungitur sicut in deo sicut in veritate: sicut in ceteris superius dixi. Spiritus quoque sanctus non est idem qui pater ac filius. Ex his igitur intelligimus patrem filium ac spiritumsanctum: non de ipsa diuinitate substantialiter dici: sed alio quodam modo. Si enim substantialiter predicaretur et de singulis et de omnibus singulariter diceretur. Hec vero ad aliquid dici manifestum est: nam et pater alicuius pater est et filius alicuius filius est et spiritus alicuius spiritus. Quo fit vt nec trinitas substantialiter de deo predicetur. non enim pater trinitas qui enim pater est filius ac spiritussanctus non est nec trinitas filius nec trinitas spiritussanctus secundum eundem modum. Sed trinitas quidem in personarum pluralitate consistit: vnitas vero in substantie simplicitate. Quod si persone diuise sunt: substantia vero diuisa sit necesse est quod vocabulum ex personis originem capit id ad substantiam non pertinere ad trinitatem personarum diuersitas facit. trinitas igitur non pertinet ad substantiam. Quo fit vt neque pater neque filius neque spiritussanctus nec trinitas de deo substantialiter predicentur. Sed vt dictum est ad aliquid. Deus vero veritas: iustitia: bonitas: omnipotentia substantia immutabilitas virtus sapientia et quicquid huiusmodi excogitari potest substantialiter de diuinitate dicitur. Hec si recte se ex fide habent: vt me instruas peto. Aut si aliqua re forte diuersus es diligentius intuere que dicta sunt et fidem si poteris rationemque coniunge.

Explicit liber secundus de trinitate.

Incipit prologus in librum de hebdomadibus.

Postulas vt ex hebdomadibus nostris eius questionis obscuritatem que continet modum quo substantie in eo quod sint bone sint: cum vero sint substantialia bona digeram et paulo euidentius monstrem Idque eo dicis esse faciendum quod non sit omnibus notum iter huiusmodi scriptionum. Tuus vero testis ipse sum quam hec viuaciter fueris ante complexus. Hebdomadas vero ego ipse mihi commentor potiusque ad memoriam mihi speculata conseruo quam cuique participo: quorum lasciuia ac petulantie nihil a ioco risuque patitur esse coniunctum. Prohinc tu ne sis obscuritatibus breuitatis aduersus: que cum sint archani fida custodia tamen id habent commodi. quod cum his solis qui digni sunt colloquuntur. Ubi igitur in mathematica fieri solet ceterisque etiam disciplinis preposui terminos regulasque quibus cuncta que sequuntur efficiam.

Incipit liber de hebdomadibus.

Capitulum primo et propositio prima.

Communis animi conceptio est enunciatio quisque quam probat auditam. Harum duplex modus est. Nam vna ita communis est vt omnium hominum sit veluti si proponam hanc Si duobus equalibus equalia auferas que relinquantur equalia esse nullus id intelligens neget. Alia vero est doctorum tantum que tamen ex talibus communis animi conceptionibus venit vt est. Que incorporalia sunt in loco non esse etc. que tamen vulgus sed docti comprobant. ij. Diuersum est esse et id quod est. Ipsum enim esse nondum est at vero quod est accepta essendi forma est atque consistit. iij. Quod est participare aliquo potest. Sed ipsum esse nullo modo aliquo participat: fit enim participatio cum aliquid iam est: est autem aliquid cum esse susceperit. iiij. Id quod est habere aliquid preter quam quod ipsum est potest ipsum vero esse nihil aliud preter se habet admixtum. v. Diuersum est autem esse aliquid et esse aliquid in eo quod est: illic enim

accidens hac substantia significatur. vi. ¶ Omne quod est participat eo quod est esse vt sit. alio vero participat vt aliquid sit. Ac per hoc id quod est participat eo quod est esse vt sit. Est vero vt participet alio quolibet omne simplex esse suum et id quod est vnum habet. vij. ¶ Omni composito aliud est esse aliud ipsum est. viij. ¶ Omnis diuersitas discors: similitudo vero quedam appetenda est. Et quod appetit aliud tale ipsum esse naturaliter ostenditur quale est aliud hoc ipsum quod appetit. Sufficiunt igitur que premisimus a prudente vero rationis interprete suis vnumquodque aptabitur argumentis.

Capitulum secundum.

Questio vero huiusmodi est: ea que sunt bona sunt. Tenet enim communis sententia doctorum omne quod est ad bonum tendere. Omne autem tendit ad simile: que igitur ad bonum tendunt bona ipsa sunt. Sed quemadmodum bona sunt inquirendum est vtrum ne participatione an substantia. Si participatione per seipsa nullo modo bona sunt: nam quod participatione album est per se: in eo quod ipsum est album non est: et de ceteris qualitatibus eodem modo. Si igitur participatione sunt bona ipsa per se nullo modo bona sunt: non igitur ad bona tendunt. Sed concessum est: non igitur participatione sunt bona: sed substantia. Quorum vero substantia bona est id quod sunt bona sunt: id quod sunt autem habent ex eo quod est esse. Esse igitur ipsorum bonorum est: omnium igitur rerum ipsum esse bonum est. Sed si esse bonum est: ea que sunt in eo quod sunt bona sunt: idemque illud est esse quod bonum esse. Substantialia igitur bona sunt quoniam non participant bonitate. Quod si ipsum esse in eis bonum est: non est dubium quin etiam substantialia cum sint bona primo sint bono similia ac per hoc ipsum bonum erunt: nihil est illi preter se ipsum simile est: ex quo fit ut omnia que sunt deus sint: quod dictu nephas est. Non sunt igitur substantialia bona: ac per hoc non in his est esse bonum. Non sunt igitur in eo quod sunt bona: sed nec participant bonitatem: nullo enim modo ad bonum tenderent: nullo igitur modo sunt bona. Huic questioni talis poterit adhiberi solutio. Multa sunt que cum separari actu non possunt: animo tamen et cogitatione separantur. Ut cum triangulum vel cetera subiecta materie nullus actus separat: mente tamen segregans ipsum triangulum proprietatemque eius preter materiam speculatur. Amoueamus igitur primi boni presentiam paulisper ex animo quod esse quidem constat: idque omnium doctorum indoctorumque sententia: barbararum quoque gentium religionibus cognosci potest. Hoc igitur paulisper amoto: ponamus omnia esse que sunt bona: atque ea consideremus quemadmodum bona esse possent: si a primo bono minime defluxissent. Hinc intueor aliud in eis esse quod bona sunt aliud quod sunt. Ponatur enim vna eademque substantia bona esse alba: grauis: rotunda: tunc aliud esset ipsa illa substantia: aliud eius rotunditas: aliud color: aliud bonitas. Nam si hec singula idem essent quod ipsa substantia: idem esset grauitas quod color: quod bonum: et bonum quod grauitas: quod fieri natura non sinit. Aliud igitur tunc in eis esset esse: aliud aliquid esse: ac tunc bona quidem essent: esse tamen ipsum minime haberent bonum. Igitur si nullo modo essent: non a bono ac bona essent ac non idem essent quod bona: sed eis aliud est esse: aliud bona esse. Quod si nihil omnino aliud essent nisi bona: neque grauia: neque colorata: neque spacii dimensione distenta nec nulla in eis qualitas esset: nisi tantum bona essent: tunc non res sed rerum viderentur esse principium: nec potius viderentur sed videretur. Unum enim solumque est huiusmodi quod tantum bonum nihil aliudque sit. Que non sunt simplicia nec esse omnino poterant: nisi ea id quod solum bonum est esse voluisset. Idcirco quoniam esse eorum a boni voluntate defluxit: bona esse dicuntur: primum enim bonum quoniam est eo quod est bonum est: secundum vero bonum quoniam ex eo fluxit cuius ipsum esse bonum est ipsum quoque bonum est: sed ipsum esse omnium rerum ex eo fluxit quod est primum bonum: et quod bonum tale est: ut recte dicatur in eo quod est esse bonum. Ipsum igitur esse eorum bonum est. Tunc enim in eo quod essent non essent bona: si a primo bono minime defluxissent. Qua in re soluta questio est: idcirco enim licet in eo quod sint bona sint: non sunt tamen similia primo bono. Quoniam non quoquomodo sint res ipsum esse earum bonum est. Sed quoniam non potest esse ipsum esse rerum: non a primo esse defluxerit: idest a bono: idcirco ipsum esse bonum est: nec simile ei a quo est. Illud enim quoquomodo sit bonum est in eo quod est: non enim aliud est preterquam quod bonum est: hoc autem non ab illo nisi si esset bonum fortasse esse posset. Sed bonum in eo quod est esse non posset. Tunc enim participaret forsitan bono: ipsum vero esse quod non haberent a bono: bonum habere non possent. Igitur sublato ab his primo bono mente et cogitatione: ista licet essent bona: tamen in eo quod essent: bona esse non possent. Et quoniam actu non potuere existere nisi illud ea quod vere bonum est produxisset: idcirco et esse eorum bonum est: et non est simile substantiali bono id quod ab eo fluxit. et nisi ab eo fluxissent licet essent bona tamen in eo quod sunt bona esse non possent: quoniam et preter bonum et non ex bono essent cum illud ipsum bonum primum est et ipsum esse sit: et ipsum bonum et ipsum esse bonum. At non etiam alba in eo quod sunt: alba esse oportebit ea que alba sunt: quoniam ex voluntate dei fluxerunt ut essent alba minime. Aliud est enim esse et aliud alba esse: hec ideo quoniam qui ea ut essent effecit: bonus quidem est minime vero albus. Voluntatem igitur boni comitata sunt ut essent bona in eo quod sunt. Voluntatem vero albi non sunt comitata ut talis eius esset proprietas ut esset album in eo quod est: neque enim ex albi voluntate defluxerunt. Itaque quia voluit esse ea alba qui erat non albus sunt alba tantum. Quia vero voluit esse ea bona qui bonus erat: sunt bona in eo quod sunt. Secundum hanc igitur rationem: cuncta oportet esse iusta: quoniam ipse iustus est: qui ea esse voluit. ne hec quidem. nam bonum esse ad essentiam. Iustum vero esse ad actum respicit. Idem autem est in eo esse quod agere: idem igitur bonum esse quod iustum: nobis vero non est idem esse quod agere. Non enim simplices sumus: non est igitur nobis idem bonos esse quod iustos: sed idem esse est nobis omnibus in eo quod sumus: bona igitur omnia sunt non etiam iusta. Amplius bonum quidem generale est: iustum vero non speciale: nec species descendit in omnia. Idcirco alia quidem iusta: alia non. omnia vero bona.

Explicit liber de hebdomadibus.

De vnitate et vno.

Unitas est qua vnaqueque res dicitur esse vna siue enim sit simplex siue composita siue spiritualis sit vel corporea res vnitate vna est: nec potest esse vna nisi vnitate: sicut alba nisi albedine: nec quanta nisi quantitate. Non solum autem vnitate vna est: sed etiam eadem est quecumque id quod est quousque in se vnitas est. Cum autem desinit esse vnum: desinit esse id quod est. vnde est quod. Quicquid est ideo est quod vnum est: quod sic ostenditur. Omne enim esse ex forma est in rebus creatis: sed nullum esse ex forma: sed nisi cum forma materie vnitas est. Esse enim non est nisi ex coniunctione forme cum materia. Unde philosophi di-

tunt illud describētes. Esse est existentia formę in materia. Cū autē forma materię vnitur ex cōiunctiōe vtriusqȝ necessario aliquid vnū constituitur. In qua cōstitutione illud vnū nō permanet: nisi quādiu vnitas formā cū materia tenet. Sed destructio rei nō est aliud ꝙ̄ separatio formę a materia: sed separatio ꝛ vnitio contraria sunt. igitꝰ separatione si res destruitur profecto in suo esse nō nisi in vnitate cōseruatur. Vnitio autē non fit vnitatę qua est ab vnitio ꝙ̄ erat vnū dissoluitur. Soluta autē vnione destruitur essentia eius: qđ ex earū vnitione puenerat et fit nō vnū. Quapropter sicut vnitate res ad esse ducitur: sic ꝛ in illo esse custoditur. Vnū esse ꝛ vnū inseparabiliter cōmitātur se ꝛ videntꝰ simul natura: quia enī creator vnꝰ est: ideo rebus quas cōdidit hoc in munere dedit: vt vnaqueqȝ esset etiā vna. Ac per hoc ex quo res habet esse vna est. ideo motꝰ substantiarū est ad vnū ꝛ propter vnum: ꝛ nihil eorū que sunt appetit esse: sed oīa sicut appetūt. Habere aūt eē nō possunt nisi vnū. ideo oīa ad vnū tendunt Vnitas enim est que vnit oīa: ꝛ tenet oīa diffusa in oībꝰ que sunt. Quapropter quia materia nō habet esse nisi per vnionē sui cū forma. Forma autē nō tenet vnitatē cum materia nisi vnitas sit: ideo materia eget vnitate ad vniendū se: ꝛ de natura sua habet multiplicari diuidi ꝛ spargi. Vnitas vero retinet: vnit: ꝛ colligit: ut per hoc ne materia diuidatꝰ ꝛ spargatur: necesse est ut ab vnitate retineatꝰ. Quicquid aūt per se non vnitur per se vtiqȝ spargitur: qꝛ omnis que facit aliquā rem contrariā agenti facit cōtrariā facte rei. Cōtrariorꝰ enim cōtrarij sunt effectus: qꝛ vnitas facit vnum profecto: materia facit diuisionem ac per hoc vnitas per se retinet materiā. Sed quicquid per se retinet nō pōt facere separationē. Forma ergo existens in materia est que perficit ꝛ custodit essentiā cuiuslibet rei. Vnitas est descendens a prima vnitate que creauit eam Prima enī ꝛ vna vnitas que est vnitas sibiipsi creauit aliā vnitatē que est infra eam. Sed qꝛ oē creatū diuersum est a quo creatum profecto creata vnitas a creante vnitate oīno diuersa esse debuit ꝛ quasi opposita. Sȝ qꝛ creatrix vnitas nō habet principiū neqȝ finē. nec permutationē: nec diuersitatē. Ideo create vnitati accidit multiplicitas: diuersitas ꝛ mutabilitas: ita ut in quadam materia sit habens principiū ut in generatis ꝛ finē: in quodā vō ut in creatis principiū ꝛ finē: quia in quibusdā subiacet permutationi ꝛ corruptioni. In quibusdā enim materia est subtilis: simplex remota a cōtrarietate ꝛ separatione: perficitꝰ autē ei vnitas ꝛ vnitꝰ cū ea sicut hoc ꝛ illa. Sicut nō diuisibile in actu: sicut in celestibus corporibus in quibusdam vnitas a materia inseparabilis est: ꝛ ideo carent fine quia perpetua sunt. In quibusdā vō materia fuerit spissa debilis ꝛ nō adequatꝰ eis vnitas: sed debilitatur in vniendo eorꝰ essentiā. ꝛ ob hoc dissoluitur essentia eorꝰ qꝛ non retinetur ab vnitate sicut in generatis que habēt principiū ꝛ finē. Quanto enī vnaqueqȝ vnitas ppinquior fuerit prime ꝛ vere vnitati: tanto materia formata p illā erit magis vna ꝛ simplex: ꝛ econuerso: quanto remotior fuerit a prima vnitate tanto erit multiplicior ꝛ cōpositior. ꝛ ob hoc vnitas que ducit ad esse materiam intelligentię est magis vna ꝛ simplex ꝛ nō multiplex nec diuisibilis essent aliter: sed si diuisibilis est hoc siquidē accidentaliter est: ꝛ ideo hoc vnitas simplicior ꝛ magis vna est oībus vnitatibꝰ que ducunt ad esse ceteras substantias eo ꝙ imediate adheret prime vnitati que creauit eā. Sed qꝛ vnitas subsistēs in materia intelligentię est vnitas simplicitatis: ideo necessario vnitas subsistens in materia anime: qꝛ infra eam est crescit ꝛ multiplicatꝰ ꝛ accidit ei mutatio ꝛ diuersitas: ꝛ sic paulatim descendēdo a superiori per vnū gradū materię inferior vnitas augetur ꝛ multiplicatꝰ quousqȝ perueniatur ad materiā que sustinet quantitatē. s. substantiā hꝰ que quia a prima vnitate remotissima est: ꝛ propter spissitudinē grossitudinē suā opposita substātię superiori que est subtilis ꝛ simplex: qm̄ illa est subiectū principij a initij vnitatis. ¶ Finis vō multum distat a principio qm̄ finis nō ē dicꝰ nisi defectꝰ virtutis principij ꝛ termini. Unde fm descensū vnitatis a superiore ad inferius fit degeneratio sue simplicitatis ꝛ minorationis sue virtutis ad similitudinē aquę que in ortu suo subtilis ꝛ clara nascitꝰ: sed paulatim decursū defluens in paludibꝰ ꝛ stagnis inspissatꝰ ꝛ obscuratur: sic paulatim variatur vnitas ppter varię materię que substinet eā. Nā quia aliqd est materię spūale ꝛ aliquid corporale: ad eius purū ꝛ lucidū ꝛ aliquid eius spissum ꝛ obscurū: ꝛ hoc propter quantitatē eiꝰ partes in aliquibꝰ sunt rariores: ut in aere. In aliquibus vō strictiores: ut in lapide. Ideo vnaqueqȝ res materię fm gradū sue elongationis a prima vnitatis origine recipit vnitatē que dignior est ex sua aptitudine: inde est ꝙ videmꝰ partes ignis nimis vnitas simplices ꝛ equales adeo ꝙ forma eius videtꝰ vna nō habens in se diuersitatē. Partes vō aeris ꝛ aque inuenimꝰ magis diuersificatas ꝛ separatas: adeo ꝙ partes eorꝰ ꝛ vnitates discerni possunt. In ceteris aūt corporibus ꝛ spissis vnitatis iam maior diuersitas ꝛ obscuritas. ¶ Quia igitur materia in supremis formata est intelligentię forma: ꝛ forma rōnalis anime deinde: postea forma aīe sensibilis: deinde forma aīe vegetabilis: deinde forma nature. Ad vltimū aūt finis forma corporis: hoc nō accidit ex diuersitate virtutis agentis: sed ex aptitudine materię suscipientis. Forma. n. est quasi lumē: eo ꝙ sicut per lumen res videtꝰ: sic per formā cognitio ꝛ scientia rei habetꝰ: nō per materiam: sed hoc lumen in quibusdā est clariꝰ: in quibusdā obscurius prout materia cui infunditꝰ forma ē clarior ꝛ obscurior. Quo enī materia fuerit sublimior: fit subtilior ꝛ penetratur tota a lumine: ꝛ ideo substātia ipsa sapientior: ꝛ perfectior: sicut intelligentia ꝛ rōnalis aīa. Et econuerso quo materia fuerit inferior fit spissior ꝛ obscurior: ꝛ nō ita penetratꝰ a lumine: quo materia magis descēdit: sicut iā supradictū est cōstringitꝰ ꝛ spissatꝰ ꝛ corpulentatur: ꝛ partes eius medię phibent vltimas perfecte penetrari a lumine. Nō enim ē possibile ut tātū luminis penetret fcdam quā primā: nec ad terrā tantū luminis perueniat quantū ad mediā: ꝛ sic paulatim donec perueniatꝰ vsqȝ ad partē materię infimā Que qꝛ remotissima est a fonte luminis: lumē debilitatꝰ in illa: nec tū hoc sicut dictū est ppter lumē in se: sed propter multā debilitatē ꝛ obscuritatē materię in se. Quēadmodū lumē solis cū admiscetꝰ tenebroso aeri: nō est illius virtutis cuiꝰ est admixtū claro aeri. Vel quēadmodū pannus albus tenuissimꝰ cū induitur a corpore nigro occultatur candor eiꝰ propter abūdantiā nigredinis. Vel quēadmodū si tres vel plures fenestre vitreę vna post aliam recte cōtra radiū solis disponantꝰ in ordine: constat siqdē ꝙ secūda minꝰ recipit luminis ꝙ̄ prima: ꝛ tertia minus ꝙ̄ secūda. Et sic vsqȝ ad vltimā fit defectꝰ luminis nō ppter lumē in se: sed ppter elongationē fenestrę vitreę a lumine ita ut lumē formę vnitatis qđ infusum est materię descēdendo fit debile ꝛ obscurū: ita primū eiꝰ multū discrepat a medio: ꝛ mediū ab vltimo: ꝛ ppter hanc diuersitatē forme vnitatis non vno modo sed pluribus dicitur aliqd ab vnitate vnū.

Capitulū secundū.

Vnum enī aliud est essentię simplicitate vnū: ut deus. Aliud simpliciū cognitione vnū: ut angelꝰ ꝛ anima. quorū vnūquodqȝ est vnum cōiunctione materię ꝛ formę. Aliud est cōtinuitate vnū ut arbor ꝛ petra. Aliud est compositione vnū: ut ex multis tabulis vna archa vel ex multis partibus vna domus. Alia dicuntur vnum aggregatione: ut populus grex congeries lapidū vel aceruus tritici. Alia dicitur propositione vnū ut rector nauis ꝛ gubernator ciuitatis dicitur vnū simi

titudine officij. Alia dicunt̃ vnũ accidẽte ut diuersa sub iecta eiusdẽ q̃litatis dicũt̃ vnũ in ea qualitate: sicut nix ꝛ cign⁹ vnũ sunt albedine. Alia dicunt̃ vnuz nũero ut diuersa accidẽtia que eidẽ subiecto insunt dicunt̃ vnũ numero: idest in numerando: ut h dulce et h ceruleũ vel hoc longũ vel h latum. Alia dicuntur vnuz ratione: sed hoc duobus modis: q: ratione consortij ut ens intellectus ꝛ res aliquid ꝛ vocabulũ vnũ genus: vel ratione vnius sacramenti: ut sp̃us aqua ꝛ sanguis dicunt̃ vnũ: alia dicũtur natura vnũ ut participatione speciei: plures homines vnus. Alia dicuntur vnũ natione vel lingua: ut multi homines dicunt̃ vna gens vel vna tribus. Alia dicũtur vnũ more: sed hoc duobus modis vel quia s̃m consensuz virtutis ꝛ dilectionis: ut multitudinis credentiuz erat cor vnũ ꝛ anima. Uel s̃m consensum eiusdem vitij: plures homines dicũtur vnũ: ut qui adheret meretrici vnum corpus efficitur. Sic omnia vnitatẽ appetunt: ut etiã ea que multa sunt vnum dici volunt. Queq̃cũq; enim sunt idẽ quod sunt ut vera vnitate esse nitũtur aut eam simulando nituntur. ¶ Quicquid enim est vel est vnũ vel est plura. Pluralitas aũt non est nisi ex aggregatione vnitatuz que vnitates si sunt disgregate faciunt multitudinẽ Si vero fuerint cõtinue in materia: faciũt magnitudinẽ Quapropter inter vnitates quãtitatis discrete: ꝛ vnitates quantitatis cõtinue subsistentis in materia nihil interest: q: ille disgregate sunt ꝛ ille cõtinue. Cõtinuũ gen⁹ nõ est nisi ex discreto: q: intellect⁹ cõtinuitatis nõ est in cõtinuo: nisi ꝯtinuatio disgregatoꝝ. Ꝓpter hoc necesse est ut cõtinua quãtitas nõ adueniat in substãtia nisi ex vnitatib⁹. Quando enim partẽ quantitatis signaueris necesse est ut sit vnũ vel plura. Sed omnis pluralitas ut (dictũ est) ex vnitatibus est. Unde aperte datur intelligi: ꝙ discrete ꝛ continue quantitatis radix vna est: eo ꝙ composita sunt ex vna re: ꝛ resoluũtur ad vnũ. Et etiam quia corporis partes quo magis fuerint sibi cõiuncte ꝛ constricte ipsum corpus erit spissius ꝛ magis quantuz ut lapidis ꝛ econuerso: quo magis fuerint partes corporis dissolute: ꝛ lure ipsum erit subtilius ꝛ leuius ꝛ minus quantuz ut aer. Uerũ est igitur ꝙ continua quantitas nõ venit in substantiã: nisi ex cõiunctione ꝛ cõstrictione vnitatuz in illa. Unitas igitur est qua vnaqueq; res vna est: ꝛ est id quod est. Explicit tractat⁹ de vnitate ꝛ vno.

Anitij Manlij Seuerini Boetij contra Eutychen ꝛ Nestoriũ de duab⁹ naturis ꝛ vna ꝑsona xp̃i libellus.

Nxie te quidez diuq; sustinui: ut de ea que in cõuentu mota est: questione loquerem⁹ Sed quoniã ꝛ tu quo minus venires occupatione distractus es. Et ego in crastinuz constitutus negotijs implicabor: mando litteris que corã loquendo seruauerã. Meministi.n. cũ in concilio legeret̃ epistola: recitatũ Eutychianos ex duabus naturis xp̃m consistere confiteri: in duabus negare Catholicos vero ꝛ ex duabus eũ naturis consistere: ꝛ in duabus equaliter credi. Cuius dicti nouitate percussus: harũ coniunctionũ: que ex duabus naturis vel in duabus consisterent: differentias inquirebam. multũ scilicet referre ratus nec inerti negligentia pretereundũ. Nõ episcopus scriptor epistole tanq̃ valde necessariuz preterire noluisset. Hic omnes apertam esse differẽtiã: nec quicq̃ in eo esse caliginis confusumq; strepere. Nec vll⁹ in tanto tumultu: qui leuiter attingeret questionẽ: nedũ qui expediret inuentus est. Ad sederã ego ab eo: quẽ maxime intueri cupiebã: longius atq; ab eo: si situm sedentiũ recorderis: auersus: pluribusq; oppositus. Nec si quidez cuperem: vultum nutũq; eius aspicere poteram. Ex quo mihi aliqua eius daret̃ signa iudicij. Atq; ego quidem nihil ceteris amplius afferebam: immo vero aliquid etiaz minus. Naz de re proposita eque nihil ceteris sentiebã Minus vero quã ceteri ipse afferebã: falsã scil. scientie presumptionẽ. Tuli egerrime fateor: cõpressusq; in doctoꝝ grege conticui. Metuens ne iure viderer insanus: si sanus inter furiosos haberi contẽderẽ. Meditabar igitur de hinc oẽs animo questiones. Nec deglutiebam quod acceperaz: sed frequentis consilij iteratione rumigabam. Tandẽ igitur patuere pulsanti animo fores: ꝛ veritas inuenta querẽti oẽs nebulas Eutychiani reclusit erroris. Unde mihi maxime subijt ãmirari: que nã hec indoctorũ hominũ esset audacia: qui inscientie vitiũ ꝑsumptionis atq; impudentie nube conentur obducere. Cuꝫ nõ modo sepe id quod proponat̃ ignorẽt: verũ in huiusmodi contentionib⁹ ne id quidẽ quod ipsi loquant̃ intelligãt: quasi non deterior fiat in scientie causa: dum tegitur. Sed ab illis ad te transeo cui hoc quãtulũcũq; est: examinandũ prius perpendẽdũq; transmitto. Qd si recte se habere ꝓnunciaueris: peto ut mei nois hoc quoq; inseras chartis. Sin vero vel minuendũ aliqd vel addendũ vel aliqua mutatione variandũ est. Id quoq; postulo remitti meis exemplaribus: ita ut ad te reuertat̃ trãscribendũ. Que vbi ad calcem ducta cõstiterint: tum demũ eius. cuius soleo iudicio censenda transmittã. Sed quoniã semel res a collocutione transfertur ad stilum: prius extremi sibiq; cõtrarij Nestorij atq; Eutychis summouentur errores. Post vero adiuuante deo xp̃iane medietatẽ fidei temperabo. Quoniã vero in tota questione cõtrariũ sibimet hereseon. De personis dubitatur atq; naturis: hec primitus differentijs segreganda. Natura igitur aut de solis corporibus aut de solis predicat̃ substantijs. Id est corporeis ꝛ incorporeis: aut de omnibus rebus que quocunq; modo esse dicuntur. Cũ igitur trib⁹ modis natura dici possit: tribus modis sine dubio diffinienda est. Nam si de omnibus rebus naturã dici placet: talis definitio dabit̃: que res oẽs que sunt possit includere: erit ergo huiusmodi. Natura est earũ rerũ que cũ sint: quoquomõ intellectu capi possunt. In hac igit̃ definitione ꝛ accidentia ꝛ substantie definiuntur. Hec enĩ omnia intellectu capi possunt. Additur vero quoquo modo: quia de⁹ ꝛ materia integro ꝑfectoq; intellectu intelligi nõ possunt: sed aliq̃ tñ modo ceterarũ rerũ priuatione capiuntur. Idcirco vero adiunximus que cũ sint quoniã etiã ipsum nihil significat aliqd sed nõ naturã. Neq; eniz quod sit aliquid: sed potius non esse significat. Dis vero natura est. Et si de omnibus quidẽ rebus naturaz dici placet. hec sit nature definitio: quã superius proposuimus. Sin vero de solis substantijs natura dicit̃: quoniã substãtie oẽs aut corporee sunt: aut incorporee. Dabimus definitionẽ nature substantias significãti huiusmodi. Natura est quod facere vel quod pati possit. Pati quidem ac facere ut omnia corporea atq; corporeorum anima. Hec enim in corpore ꝛ a corpore ꝛ facit et patitur. Facere vero tantum ut deus: ceteraq; diuina. Habes igit̃ definitionẽ eius quoq; significationis nature: que tãtũ substantijs adplicabitur. Qua in re substãtie quoq; est reddita definitio. Nã si oẽm natura substãtiaz monstrat: cũ naturã descripsimus: substãtie quoq; reddita est descriptio. Quod si nature nomẽ relictis incorporeis substãtijs ad corporales vsq; contrahitur: ut corporee tantũ substantie naturã habere videant̃. sicut Aristoteles ceteriq; ꝛ eiusmodi ꝛ multimode philosophie sectatores putant. Definiemus eã ut hi ei iã: qui naturã nõ nisi in corporibus esse posuerunt. Est autẽ eius definitio hoc modo. Natura est per se motus principiũ: mot⁹ principiũ dixi: hoc est. Quoniã corpus oẽ habet ꝓpriũ motum: ut ignis sursum: terra deorsum. Itẽ qd per se principiũ motus naturã esse proposui: ꝛ nõ per accidẽs: tale est quoniã lectum quoq; ligneũ deorsum ferri necesse est: sed deorsum per accidens fertur. Idcirco enim q: lignuz

est: q̄ est terre pondere ⁊ grauitate deducitur. Non eniȝ qȝ lectus est deorsum cadit: sed quia terra est. idest quia terre contigit ut lectus esset. Unde fit ut lignū naturaliter esse dicamus: lectum vero artificialiter. Est etiā alia significatio nature per quā dicimus diuersam esse naturaȝ auri atqȝ argenti: in hoc proprietatē rerū monstrare cupientes. Que significatio nature definitur hoc modo. Natura est vnāquāqȝ rem informās specifica differētia. Cū igitur tot modis vel dicatur vel definiatur natura. Tā catholici quā Nestorius fm vltimam definitionē duas in christo naturas esse constituūt. Neqȝ enim easdem in deum atqȝ hominē differentias conuenire. Sed de persona maxime dubitari pōt que nā definitio possit aptari Si enim omnis habet natura personam: indissolubilis nodus est. Que nam inter naturā personamqȝ possit esse discretio. Aut si non equatur persona nature: sed infra terminū spaciūqȝ nature persona subsistit. Difficile dictu ē: ad quas vsqȝ naturas persona perueniat: id est quas naturas conueniat habere personam: quas a persone vocabulo segregari. Nam illud quidem manifestum est personam subiectam esse nature: nec preter naturā personam posse predicari. Uestiganda sunt igitur hec inquirētibus hoc modo. Quoniā preter naturam non potest esse persona. Quoniam que nature alie sunt substantie: alie accidētes: ⁊ videmus personam in accidentibus non posse constitui. Quis enim dicat vllam albedinis vel nigredinis vel magnitudinis esse personam? Relinquitur ergo ut personam in substantijs dici conueniat: sed substantiarū alie sunt corporee: alie incorporee. Corporearū vero alie sunt viuentes: alie minime. Uiuentiū alie sunt sensibiles: alie minime. Sensibilium alie rationales: alie irrationales. Rationalium vero alia est immutabilis atqȝ impassibilis per naturam: ut deus: alia per creationē mutabilis atqȝ passibilis: nisi impassibilis gratia substantie ad impassibilitatis firmitudinem mutetur: ut angelorum atqȝ anime. Ex quibus omnibus neqȝ in non viuentibus corporibus personā posse dici manifestū est. Nullus enim lapidis vllā dicit esse personam. Neqȝ rursus eorum viuentium que sensu carent. Neqȝ enī vlla persona est arboris: neqȝ vero eius que intellectu ac ratiōe deseritur. Nulla eniȝ est persona equi vel bouis: ceterorūqȝ animaliū: que muta ac sine ratione vitam solis sensibus degunt. At hominis dicimus esse personam: dicimus dei dicimus angeli. Rursus substantiarum alie sunt vniuersales: alie particulares. Uniuersales sunt: que de singulis predicantur: ut homo: animal: lapis: lignuȝ: ceteraqȝ huiusmodi: que vel genera vel species sunt. Nam ⁊ homo de singulis hominibus: ⁊ animal de singulis animalibus: lapisqȝ ac lignum de singulis lapidibus ac lignis dicuntur. Particularia vero sunt: que de alijs minime predicantur: ut Cicero: Plato: hoc ēo vnde hec Achillis statua facta est. Lignū hoc: vnde hec mensa composita est Sed in his omnibus nusquā in vniuersalibus persona dici potest: sed in singularibus tm̄ atqȝ in indiuiduis: Animalis enim vel generalis hominis nulla persona ē: Sed vel Ciceronis vel Platonis vel singulorū indiuiduorū persone singule nuncupantur. Quocirca si persona in solis substantijs est atqȝ in his rationalib⁹: substātiaqȝ omnis natura est: Nec in vniuersalibus sed in indiuiduis constat: reperta est persone diffinitio: nature rōnabilis indiuidua substantia. Sed nos hac definitione eā quā greci ὑπόστασιν dicūt terminauim⁹. Nomē .n. persone videtur aliunde traductum. Ex his scilicet personis que in comedijs tragedijsqȝ eos quorū interest homines representabant. Persona vero dicta est a personādo circūflexa penultima. Quod si acuat ante penultima apertissime a sono dicta videbitur. Idcirco autē a sono qȝ concauitate ipsa maior necesse est voluatur sonus. Greci quoqȝ has psonas prosopa vocāt ab eo qd̄ personant in facie atqȝ an oculos obtegāt vultū παρὰ τοῦ πρὸς τὰς ὦπας τίθεσθαι. Sȝ qm̄ psonis inductis histriones indiuiduos homines: quorū intererat: in tragedia vel comedia (ut dictū est) repsentabāt: idest Hecubam vel Medeā vel Simonem vel Chremetē. Idcirco ceteros quoqȝ homines: quorū certa pro sui forma esset agnitio: ⁊ latini personas ⁊ Greci prosopa nuncupauerunt. Longe vero illi signatius nature rationabilis indiuiduā subsistentiā ὑποστάσεως noīe vocauere. Nos vero per inopiā significantiū vocum translatitiam retinuim⁹ nuncupationē eā: quā illi ὑπόστασιν dicunt psonā vocātes. Sȝ peritior greciа sermonū ὑπόστασιν vocat indiuiduā subsistentiā: atqȝ vti greca vtar oratione in reb⁹: q̄ a grecis aguntur latina interptatiōe translate sunt. αἱ οὐσίαι ἐν μὲν τοῖς καθόλοις εἶναι δύνανται· ἐν δὲ τοῖς κατὰ μέρος μόνοις ὑφίστανται. Idest: essentie in vniuersalib⁹ quidē esse possunt: in solis vero indiuiduis ⁊ particularib⁹ substāt. Intellectus enim vniuersaliuȝ rerum ex particularibus sumptus est. Quocirca cum ipse substantie in vniuersalibus quidē sint: in particularibus vero capiant substantiā: iure subsistētias particulariter substātes ὑποστάσεις appellauerunt. Neqȝ enim pensius subtiliusqȝ intuenti idem videbitur esse subsistentia quod substantia. Nam quod greci οὐσίωσιν vel οὐσιῶσθαι dicūt: id nos subsistentiam vel subsistere appellamus. Quod vero illi ὑπόστασιν vel ὑφίστασθαι: id nos substantiā vel substare interpretamur. Subsistit enim quod ipsuȝ accidentibus ut possit esse non indiget. Substat autem id quod alijs accidentibus subiectum quoddā: ut esse valeant: sumministrat. Sub illis enim stat: dum subiectū est accidentibus. Itaqȝ genera vel species subsistunt tantū: neqȝ enim accidentia generibus speciebusue contingunt. Indiuidua vero non modo subsistunt. Nam neqȝ ipsa indigent accidentibus: ut sint. Informata enim sunt iam proprijs ⁊ specificis differentijs: ⁊ accidentibus ut esse possint: ministrant: dum sunt scilicet subiecta: quocirca εἶναι atqȝ οὐσιῶσθαι pro subsistere intelligit. Neqȝ enī verborū inops grecia: ut M. Tulli⁹ alludit: sed essentiā subsistētiā substantiā personā totidē nominibus reddit Essentiā qdē οὐσίαν. Subsistētiā vō οὐσίωσιν. Substātiā ὑπόστασιν. Personā πρόσωπον appellans. Ideo aūt ὑποστάσεις greci indiuiduas substātias vocauerūt: qm̄ ceteris subsunt. Et quibusdā qm̄ accidētib⁹ suppositе subiecteqȝ sunt. Atqȝ idcirco nos quoqȝ eas substantias nuncupamus qm̄ suppositas: quas ὑποστάσεις. Cūqȝ etiam prosopa nūcupent easdē substantias: possumus nos quoqȝ nūcupare personas. Idem est igit οὐσίαν esse qd̄ essentiā. Idē οὐσίωσιν qd̄ subsistentiā. Idem ὑπόστασιν quod substantiā Idē πρόσωπον qd̄ personā. Quare aūt de irrationalibus aīalib⁹ grec⁹ ὑπόστασιν non dicat. Sicut nos de eisdē nomē substātie predicamus. Hec ratio est: qm̄ nomē hoc meliorib⁹ applicatū ē: ut aliq̄ id qd̄ est excellēti⁹ tā etsi nō descriptione nature fm id qd̄ ὑφίστασθαι atqȝ substare est: at certe ὑποστάσεως vel substantie vocabulis discerneretur Est igitur ⁊ hoīs quidē essentia idest οὐσία ⁊ subsistētia idest οὐσίωσις. Et ὑπόστασις idest substātia. Et prosopon idest psona. οὐσία quidem atqȝ essentia: quoniā est. οὐσίωσις vero atqȝ substantia: quoniā in nullo est subiecto est. ὑπόστασις vero atqȝ substantia quoniam subest ceteris que subsistentie non sunt idest οὐσιώσεις. πρόσωπον atqȝ persona: quoniam est rationabile indiuiduū. Deus quoqȝ ⁊ οὐσία est ⁊ essentia. Est enim ⁊ maxime ipse est a quo omniū esse proficiscitur. Est ὑπόστασις idest subsistentia. Subsistit enī nullo indigens. Unde etiam dicim⁹ vnā esse οὐσίαν vel οὐσίωσιν idest essentiā vel subsistentiā deitatis. Sȝ tres ὑποστάσεις idest tres substātias. Et quidē fm hūc modū dixere vnā trinitatis essentiam tres substantias tresqȝ personas. Nisi enim tres in

deo substantias ecclesiasticus loquendi usus excluderet: videretur idcirco de deo dici substantia. Non quod ipse ceteris rebus quasi subiectum supponeretur: sed quod idem omnibus uti precelleret: ita etiam quasi principium subesset rebus: dum eis omnibus οὐσιῶσθαι vel subsistere subministrat. Sed hec omnia iccirco sint dicta: ut differentia nature atque persone. i. οὐσίας atque ὑποστάσεως monstraretur. Quo vero nomine unumquodque oporteat appellari: ecclesiastice sit locutionis arbitrium. Hoc interim constet quod inter naturam personamque differre predizimus. Quoniam natura est cuiuslibet substantie specificata proprietas: persona vero rationabilis nature individua subsistentia.

Hanc in christo Nestorius duplicem esse constituit: eo scilicet traductus errore: quod putaverit in omnibus naturis dici posse personam. Hoc enim presumpto: quoniam in christo duplicem naturam esse censebat: duplicem quoque personam esse confessus est. Qua in re eum fallum esse cum definitio superius dicta convincat. Tum hec argumentatio evidenter eius declarauit errorem: si enim non est christi una persona: duasque naturas esse manifestum est hominis scilicet atque dei. Nec tam erit insipiens quisquam: ut qui utram earum a ratione se iungat. Sequitur ut due videantur esse persone. Est enim persona (ut dictum est) nature rationabilis individua subsistentia: que est igitur facta hominis deique coniunctio. Utrum ita quasi cum duo corpora sibimet apponuntur: ut tantum locis iuncta sint: et nihil in alterum ex alterius qualitate perveniat. Quem coniunctionis greci modum κατὰ παράθεσιν vocant: sed si ita divinitas humanitati coniuncta est: nihil horum ex utrisque confectum est: ac per hoc nihil est christus. Nomen quippe ipsum unum quiddam significat singularitate vocabuli. At si duabus personis manentibus ea coniunctio qualem superius diximus facta est naturarum: unum ex duobus effici nihil potuit. Omnino enim ex duabus personis nihil unquam fieri potest. Nihil igitur unum secundum Nestorium christus est: ac per hoc omnino nihil. Quod enim non est unum: nec esse omnino potest. Esse enim atque unum convertitur. Et quodcunque unum est: est. Etiam ea que ex pluribus coniunguntur: ut acervus chorus: unum tamen sunt: sed esse christum manifeste ac veraciter confitemur. Unum igitur esse dicimus christum: quod si ita est unam quoque christi sine dubitatione personam esse necesse est. Nam si due persone essent: unus esse non posset. Duos vero esse christos nihil est aliud nisi precipitate mentis insania. Cur enim omnino duos audeat christos vocare unum hominem: alium deum? Vel cur eum qui deus est christum vocat: si eum quoque qui homo est christum est appellaturus. Cum nihil simile nihil habeant ex copulatione coniunctum: cur simili nomine diversissimis abutatur naturis: cum si christum definire cogitur utrisque (ut ipse dicit) christis non possit unam definitionis adhibere substantiam. Si enim dei atque hominis diversa substantia est: unumque in utrisque christi nomen: nec diversarum coniunctio substantiarum unam credatur fecisse personam: equivocum nomen est christi: et nulla potest definitione concludi. Quibus autem unquam scripturis nomen christi geminatur? Quid vero novi per adventum salvatoris esse ctum est? Nam catholice fidei veritas et raritas miraculi constat. Quam enim magnum est: quamque novum: quod semel: nec ullo alio seculo possit evenire: ut eius qui solus est deus. Nam cum humana que ab eo erat diversissima conveniret: atque ita ex disiunctis naturis una fieret copulatione persone. Secundum Nestorii vero sententiam quid contingit novi: servat inquit proprias humanitas divinitasque personas. Quando enim non fuit divinitatis propria: humanitatisque persona? Quando vero non erit: vel quid amplius in Jesu generatione contingit: quam in cuiuslibet alterius. Si discretis utrisque personis discrete etiam fuere nature. Ita enim personis manentibus illic nulla naturarum potuit esse coniunctio: ut in quolibet homine: cuius cum propria persona subsistat nulla est ei excellentissime substantie coniuncta divinitas: sed fortasse Jesum id est personam hominis idcirco christum vocet: quoniam per eam mira quedam sit operata divinitas. Esto vero: deum ipsum christi appellatione cur vocet. Cur vero non elementa quoque ipsa simili audeat appellare vocabulo per que deus mira quedam quotidianis motibus operatur? An quia irrationabiles substantie non possunt habere personam: que christi vocabulum excipere possint. Nonne in sanctis hominibus ac pietate conspicuis apertus divinitatis actus agnoscitur? Nihil enim intererit: cur non sanctos quoque viros eadem appellatione dignetur: si in adsumptione humanitatis non est una ex coniunctione persona. Sed dicat fortasse illos quoque christos vocari fateor: sed ad imaginem veri christi. Quod si nulla ex homine atque deo una persona coniuncta est. Omnes ita veros christos arbitrabimur: ut hunc qui ex virgine genitus creditur. Nulla quippe in hoc adunata persona est ex dei atque hominis copulatione. Sicut nec in eis qui dei spiritu de venturo christo predicabant. Propter quod etiam ipsi quoque appellati sunt christi. Jam vero sequitur: ut personis manentibus nullo modo a divinitate humanitas credatur assumpta. Omnino enim disiuncta sunt: que sequestrate persone naturasque separantur: prorsus inquam disiuncta sunt. Nec magis inter se homines bovesque disiuncti: quam divinitas in christo humanitasque discreta est: si mansere persone. Homines quippe ac boves una animalis communitate iunguntur. Est enim illis secundum genus communis substantia: eademque in universalitatis collectione natura. Deo vero atque homini quid non erit diversa ratione disiunctum: si sub diversitate nature personarum quoque creda tur mansisse discretio? Non est igitur salvatum genus humanum: nulla in nos salus christi in generatione processit. Tot prophetarum scripture populum illusere credentem. Omnis veteris testamenti spernatur auctoritas: per quam salus mundo christi generatione promittitur. Non autem provenisse manifestum est: si eadem in persona est: que in natura diversitas. Eundem quippe salvum fecit: quem creditur adsumpsisse. Nulla vero intelligi adsumptio potest: si manet eque nature personeque discretio. Igitur qui adsumi manente persona non potuit: iure non videbitur per christi generationem potuisse salvari. Non est igitur per generationem christi hominum salvata natura: quod credi nefas est. Sed quamquam permulta sint que hunc sensum impugnare valeant atque perstringere. De argumentorum copia tamen hec interim libasse sufficiant.

Transeundum quippe est ad Eutychen: qui cum a veterum orbitis esset evagatus: in contrarium cucurrit errorem. Asserens tantum abesse ut in christo gemina persona credatur: ut ne naturam quidem in eo duplicem oporteat confiteri. Ita quippe esse adsumptum hominem: ut ea sit adunatio facta cum deo: ut natura humana non manserit. Huius error ex eodem quo Nestorii fonte prolabitur. Nam sicut Nestorius arbitratus non posse esse naturam duplicem: quin persona fieret duplex: atque ideo cum in christo naturam duplicem confiteretur: duplicem credidit esse personam. Ita quoque Eutyches non putavit naturam duplicem esse sine duplicatione persone. Et cum non confiteretur duplicem esse personam: arbitratus est consequens: ut una videretur esse natura. Itaque Nestorius recte tenens duplicem in christo esse naturam sacrilege confitetur duas esse personas. Eutyches vero recte tenens unam esse personam: impie credit unam quoque esse naturam. Qui convictus evidentia rerum quandoquidem manifestum est aliam naturam esse hominis aliam dei. Ait duas se confiteri in christo naturas ante adunationem: unam vero post adunationem. Que sententia non aperte quid velit eloquitur: ut tamen eius dementiam perscrutemur.

Adunatio hec aut tempore generatiōis facta est: aut tpe resurrectionis. Sed si tempore generationis facta est: videt putare ꝛ ante generationem fuisse humanam carnem nō a maria sumptā: sed aliquo modo alio preparatā: Mariam vero virginem appositā: ex qua caro nasceretur: que ab ea sumpta non esset. Illam vero carnem que ante fuerit: esse ꝛ diuisam atqȝ a diuinitatis substantia separataȝ. Cum ex virgine natus est: adunatam esse deo: ut vna videretur esse facta natura: vel si hec eius sententia non est: illa esse poterit dicentis. Duas ante adunationem: vnam post adunationem. si adunatio generatione perfecta est: ut corpus quidem a maria sumpserit: sed anteqȝ sumeret diuersam deitatis diuinitatisqȝ fuisse naturam Sumpta vero vnam factam atqȝ in diuinitatis cessisse substantiam. Quod si hanc adunationem non putat generatione sed resurrectione factam. Rursus id duobus fieri arbitrabitur modis. Aut enim genito christo ꝛ non adsumente de Maria corpus: aut adsumente ab eadem carnem vsqȝ dum resurgeret quidem duas esse naturas post resurrectionem vnam factam. De quibus illud disiunctū nascitur: quod interrogabimus hoc modo. Natꝰ ex Maria christus: aut ab ea carnem humanam traxit: aut minime: si non confitetur ex ea traxisse: dicat quo homine indutus aduenerit. Utrū ne eo qui occiderat preuaricatione peccati: an alio? Si eo de cuius semine ductus est homo: quem vestiuit diuinitas est. Nam si ex semine Abrahe atqȝ Dauid: ꝛ postremo Marie non fuit caro illa qua natus est. Ostēdat ex cuius hominis sit carne deriuatus. Quoniā post primum hominē caro oīs humana ex humana carne deducitur. Sed si quem dixerit hominem: a quo generatio sumpta sit saluatoris preter Mariam virginem: ꝛ ipse errore confundetur: ꝛ adscribere mēdacij notam sūme diuinitati illusus ipse videbitur. Quando quidem Abrahe atqȝ Dauid promittitur in sanctis diuinationibus: ut ex eorum semine toti mundo salus oriatur. Cum presertim si humana caro sumpta est: nō ab alio sumi potuerit: nisi vnde etiam procreabatur. Si igitur a Maria non est sumptuȝ corpus humanū: sed a quolibet alio: per Mariam tamen est procreatum quod fuerat preuaricatione corruptum: superiꝰ dicto repellit argumēto. Quod si nō eo homine christus indutus est: qui pro peccati pena sustinuerat mortem. Illud eueniet ex nullius hominis semine talem potuisse nasci: qui fuerit sine originalis pena peccati. Ex nullo igitur talis sumpta est caro: vnde fit ut nouiter videat esse formata. Sed hec aut ita hominū visa est oculis: ut humanū putaret corpus: quod re vera non esset humanū: quippe quod nulli originali subiaceret pene. Aut noua quedam vera nec pene peccati subiacens originalis ad tempus hominis natura formata est. Si vero hominis corpus non fuit: aperte arguitur mentita diuinitas: que ostenderet hominibus corpus. Quod cum verū nō esset: tum fallerentur hi qui verum esse arbitrarentur. At si non vtraqȝ non ex homine sumpta caro formata est. Quo tanta tragedia generationis? vbi ambitus passionis? Ego quippe ne in homine quidem non stulte fieri puto: quod inutiliter factum est. Ad quā vero vtilitatem facta probabitur tanta humilitas diuinitatis. Si homo qui perijt generatione ꝛ passione christi saluatus nō est: quoniam negatur adsumptus. Rursus igitur sicut ab eodē Nestorij fonte Eutichis error principiū sumpsit: ita ad eundem finem relabitur. Ut scdm Eutychen quoqȝ nō sit saluatum genus humanuȝ. Quoniā non is qui eger esset ꝛ saluatione curaqȝ egeret: assumptus est. Traxisse autem hanc sententiam videtur: si tamen huius erroris fuit: ut crederet non fuisse corpus christi vere ex homine: sed extra atqȝ a deo in celo formatum: quoniam cum eo in celum creditur ascendisse. Quod exemplū continet tale. Non ascendit in celū nisi qui de celo descendit. Sed satis de ea parte dictuȝ videtur: si corpus quod christus excepit: ex maria non credatur assumptum: si vero assumptum est ex Maria neqȝ permansit perfecta humana diuinaqȝ natura: id tribus effici potuit modis. Aut enim diuinitas in humanitatem translata est: aut humanitas in diuinitatem: aut vtraqȝ in se ita temperate sunt atqȝ cōmixte: ut neutra substantia propriam formam teneret. Sed si diuinitas in humanitatem translata est: factum est: quod credi nefas est: ut humanitate inmutabili substantia permanente diuinitas verteretur. Et quod passibile atqȝ mutabile naturaliter existeret: id inmutabile permaneret. Quod vero inmutabile atqȝ impassibile naturaliter creditur: id in rem mutabilem verteretur. Hoc igitur fieri nulla ratione contingit: sed humana forsitan natura in deitatem videatur esse conuersa: hoc vero qui fieri potest? diuinitas in generatione christi ꝛ humanaȝ animaȝ suscepit ꝛ corpus. Non enim omnis res in rem omnem verti ac transmutari potest. Nam cum substantiarum alie sint corporee: alie incorporee: neqȝ corporea in incorpoream. Neqȝ incorporea in eam que corpus est: mutari potest. Nec vero incorporea in se inuicē formas proprias mutant. Sola enim mutari transformariqȝ in se possunt: que habent vniꝰ materie cōe subiectū. Nec hec oīa sed ea que in se facere ꝛ pati possunt. Id vero pbat hoc modo. Neqȝ enī potest es in lapidē pmutari: nec vo idē es in herbā. Nec qdlibet aliud corpꝰ in qdlibet aliud transfigurari potest. Nisi ꝛ eadem sit materia rerum in se transeuntiū: ꝛ a se ꝛ facere ꝛ pati possint: ut cum vinum atqȝ aqua miscentur: vtraqȝ sunt talia: que actuȝ sibi passionemqȝ cōmunicent. Potest enim aque qualitas a vini qualitate aliquid pati. Potest item vini ab aque qualitate aliquid pati. Atqȝ idcirco si multum quidem fuerit aque: vini vero paululum: non dicūtur inmixta: sed alterum alterius qualitate corrumpitur. Si quis enim vinum fundat in mare: non mixtum est mari vinum: sed in mare corruptum. Idcirco quoniā qualitas aque multitudine sui corporis nihil passa est a qualitate vini: sed potius in seipsam vini qualitatem propria multitudine commutauit. Si vero sint mediocres: sibiqȝ equales: vel paulo inequales nature: que a se facere ꝛ pati possunt ille miscentur: ꝛ mediocribus inter se qualitatibus temperantur. Atqȝ hec quideȝ incorporibus neqȝ his omnibus sed tm̄ que a se (ut dictum est) ꝛ facere ꝛ pati possunt: cōmuni atqȝ eadem materia subiecta. Omne enim corpus quod in generatione ꝛ corruptione subsistit: communem videtur habere materiā: sed non omne ab omni vel in omni vel facere aliquid vel pati potest. Corpora vero in incorporea nulla ratione poterunt permutari. Quoniam nulla cōmuni materia subiecta participant. Que susceptis qualitatibus in alterutrā permutetur. Omnis enim natura incorporee substantie nullo materie nititur fundamento. Nullū vero corpꝰ est: cui nō sit materia subiecta. Quod cum ita sit: cūqȝ ne ea quidem que cōmunem materiam naturaliter habent: in se transeant: nisi illis adsit potestas in se ꝛ a se faciendi ac patiendi. Multo magis in se non permutabuntur: quibus non modo cōmunis materia non est: sed cum alia res materie fundamento nititur ut corpus. Alia omnino materie subiecto non egeat ut incorporeū. Non igitur fieri potest ut corpus in incorporalem speciē permutentur. Nec vero fieri potest: ut incorporalia in sese cōmixtione aliqua permutent. Quorū enim cōmunis nulla materia est: nec in se verti: nec pmutari queūt. Nulla aūt est incorporalibꝰ materia rebus: nō poterunt in se igitur inuicem permutari. Sed anima et deus incorporee substantie recte credantur. Non est igitur humana anima in diuinitatem: a qua assumpta est: permutata. Quod si neqȝ corpus neqȝ anima in diuinitatem potuit verti: nullo modo fieri potuit: ut humanitas conuerteretur in deum. Multominus vero credi potest

ut vtraq̨ in sese confunderentur: quoniam neq̨ incorpo
ralitas transire ad corpus potest: neq̨ rursus econuerso
corpus ad incorporalitatem: quandoquidem nulla his
materia subiecta cōmunis est: que alterutris substantia ex
qualitatibus permutetur. At ita aiunt. Ex duabus qui
dem naturis christū consistere: in duabus vero minime.
Hoc scilicet intendentes: quoniā quod ex duabus consi-
stit: ita vnū fieri potest: ut illa ex quibus dicitur constare
nō maneant: veluti cum mel aque confunditur: neutrum
manet: sed alterū alterius copulatiōe corruptum quiddā
tertiū fecit. Ita illud quidem quod ex melle atq̨ aqua ter
tiū fit: constare ex vtrisq̨ dicitur: in vtrisq̨ vero negatur.
Non enim poterit in vtrisq̨ constare: quando vtrunq̨
natura non permanet. Ex vtrisq̨ constare potest: licet ea
ex quibus cōiungitur: alterutra qualitate corrupta sint.
In vtrisq̨ vero huiusmodi cōstare nō poterit: quoniā ea
que in se transfusa sunt non manent: ac non sunt vtraq̨:
in quibus constare videatur: cū ex vtrisq̨ consistent in se
inuicē qualitatum mutatiōe transfusis. Catholici vero
vtrūq̨ rationabiliter confitentur. Nam et ex vtrisq̨ cō
sistere: sed id qua ratione dicatur paulo posterius explica-
bo. Nunc illud manifestum est conuictam esse Eutichis
sententiā: eo nomine: quod cum tribus modis fieri pos-
set: ut ex duabus naturis vna subsistat: ut aut diuinitas
in humanitatem translata sit: aut humanitas in diuini-
tatem: aut vtraq̨ permixta sint. Nullum horū modū
fieri potuisse superius dicta argumentatione declaratur.
Restat ut quēadmodū catholica fides dicat et in vtrisq̨
naturis christū et ex vtrisq̨ cōsistere doceam⁹. Ex vtrisq̨
naturis aliquid consistere duo significat: vnū quidē cum
ita dicimus aliquid ex duabus naturis iungi: sicut ex mel
le atq̨ aqua. Id autē est ut ex quolibet modo cōfuso vel
si vna vertatur in alterā: vel si vtreq̨ in se misceantur in
uicē: nullo modo tamen vtreq̨ permaneant: secūdū hūc
modū Eutyches ait ex vtrisq̨ naturis christū consistere.
Alter vero modus ex vtrisq̨ consistendi quod ita ex dua
bus iūctū est: ut illa tā ex quib⁹ iunctū esse dicit manēāt.
Nec in alterutrū vertant: ut cū dicim⁹ coronā ex auro gē
misq̨ cōpositā. Hic neq̨ aurū in gēmas translatuz est:
neq̨ in aurū gēma cōuersa: sed vtraq̨ pmanēt: nec formā
ꝓpriā derelinquūt. Talia ḡ ex aliquibus consistētia et in
his constare dicimus: in quibus consistere predicantur.
Tunc enim possumus dicere coronā gēmis auroq̨ con
sistere. Sunt enī gēme atq̨ aurū in quibus corona cōsi-
stat. Nam in priore modo non est mel atq̨ aqua in qui
bus illud quod ex vtrisq̨ iungitur consiet. Cum igitur
vtrasq̨ manere naturas in christo fides catholica cōfitea
tur: perfectasq̨ easdem persistere: nec alterā in alterā trans
mutari iure dic. Et i vtrisq̨ naturis christū: et ex vtrisq̨
consistere. In vtrisq̨ quidem quia manent vtreq̨. Ex
vtrisq̨ vero quia vtrarū q̨ adunatione manentium vna
persona fit christi. Non autē sm eam significationem ex
vtrisq̨ naturis christū iunctum esse: fides catholica te-
net: scd'm quā Eutyches pronunciat: Nam ille talem si-
gnificationē coniunctionis ex vtraq̨ natura sumit. Ut nō
cōfiteatur in vtrisq̨ consistere: neq̨ enī vtrasq̨ manere.
Catholicus vero eam significationē ex vtrisq̨ consisten-
di sumit: que i lli sit proxima: illaq̨ cōseruet: que in vtrisq̨
consistere confitetur: equiuocū igitur ex vtrisq̨ consistere
ac potius amphibolū et gemina significatione diuersa de
signans: vna quidem significatione non manere substan
tias ex quibus illud quod copulatum est dicatur esse con
iunctum. Alia quomodo significans ita vtrisq̨ coniunctum:
quū: ut vtraq̨ permaneant. Hoc igitur expedito equiuo-
catiōis atq̨ ambiguitatis nodo nihil est vltra qd' possit
opponi quin id sit quod firma veraq̨ fides catholica con-
tinet eundē christū hominē esse perfectum: eundem deum
eundēq̨ qui homo sit perfectus atq̨ deus. Unū esse deū
ac dei filium: nec quaternitatem trinitatis astrui: dū ho-
mo additur supra perfectum deū. sed vnam eandemq̨ per

sonam numerum trinitatis explere. Ut cum humanitas
passa sit: deus tamen passus esse dicatur. Non quo ipsa
deitas humanitas facta sit: sed quod a deitate fuerit assum
pta. Item qui homo est dei filius appellatur: non substā-
tia diuinitatis sed humanitatis. Que tamen diuinitati
naturali vnitate coniuncta est. Et cum hec ita intelligen-
tia discernantur permisceanturq̨: tamen vnus idē atq̨ et
homo perfectus sit et deus. Deus quidē quod ipse sit ex
patris substantia genitus: homo vero quod ex maria sit
virgine procreat⁹. Itēq̨ qui homo deus: eo quod a deo
fuerit assumptus: et qui deus homo: quoniā vestitus ho-
mine sit. Cūq̨ in eadem persona aliud sit diuinitas: que
suscepit: aliud quā suscepit humanitas: idem tamē deus
atq̨ homo est. Nam si hominem intelligas: idem homo
est atq̨ de⁹. Quū hō ex natura: deus assumptione. Si vero
deū itelligas idē de⁹ est atq̨ hō: quū de⁹ est nā hō assum-
ptiōe: fitq̨ in eo gemina natura: geminaq̨ substātia: quo
niam homo deus vnaq̨ ꝑsona: quoniā idem homo atq̨
deus: mediaq̨ est hec inter duas hereses via. Sicut vir
tutes quoq̨ medium tenent. Omnis enim virt⁹ in me-
dio rerum decore locata consistit. Siquidem vel vltra vl'
infra quā oportuerit fiat: a virtute discedit: medietatē
igitur virtus tenet. Quocirca si quattuor hec neq̨ vltra
esse possunt: ut in christo aut due nature sint: dueq̨ perso
ne: ut Nestorius ait: aut vna persona vnaq̨ natura: ut
Eutyches ait: aut due nature sed vna persona: ut catholi
ca fides credit: aut vna natura dueq̨ persone. Cūq̨ duas
quidem naturas duasq̨ personas in ea: que contra Ne-
storiū dicta est: responsione conuicerimus. Unā vero per
sonam vnamq̨ naturam esse non posse Eutyche propo
nente monstrauimus. Neq̨ tamen tam amens quisquā
huiusq̨ extitit: ut vnam in eo naturam crederet sed gemi
nas esse personas. Restat ut ea sit vera: quā fides catholi
ca pronunciat: geminā substantiam sed vnam esse perso-
nam. Quia vero pauloante diximus Eutychen confite-
ri duas quidē in christo ante adunationē naturas. Unā
vero post adunationem. Cūq̨ hunc errorem duplicē in-
terpretamur celare sententiam: ut hec adunatio aut gene-
ratione fieret: cum ex maria corpus hominis minimē su
meretur: aut sumptum quidem ex maria per resurrectionē
fieret adunatio. De vtrisq̨ quidem partibus idonee (ut
arbitror) disputatum est. ¶ Nunc querendū est quomo
do fieri potuerit ut due nature in vnam substantiam mi
scerentur. Uerūtā est etiā nunc et alia questio: que ab his
inferri potest: qui corpus humanū ex maria sumptū esse
non credunt. Sed alias fuisse sequestratum preparatūq̨
quod in adunatione ex marie vtero gigni ac proferri vi-
deretur. Aiunt enim si ex homine sumptum est corpus:
homo vero omnis ex prima preuaricatione: non solū pec
cato et morte tenebatur: verū etiam affectibus peccatorum
erat implicitus. Eaq̨ illi fuit pena peccati: ut cum mor
te teneretur obstrictus. Tamen esset reus etiam volunta
te peccandi. Cur in christo neq̨ peccatū fuit neq̨ peccādi
vlla voluntas. Et omnino habet animaduertendam du
bitationem talis questio. Si enim ex carne humana chri
sti corpus assumptum est: dubitari potest: que nam caro
hec que assumpta est: esse videatur. Eum quippe salua
uit quē etiam assumpsit. Sin vero talem hominē assum-
psit: qualis Adam fuit ante peccatuz: integram videt hu
manam assumpsisse naturam: sed tamen que medicina pe
nitus non egebat. Quomodo autem fieri potest ut talem
assumpserit hominem: qualis Adam fuit: cuz in Adam
potuerit esse peccandi voluntas atq̨ affectio: vnde factū
est: ut etiam pretergressis diuinis preceptis: inobediētie
delictis teneret adstrict⁹. In christo vero ne volūtas qdē
vlla creditur fuisse peccandi. Cuz presertim si tale corpus
hominis assumpsit: quale Adē ante peccatum fuit: non
debuerit esse mortalis: qm̄ Adā si non peccasset: mortē
nulla rōne sensisset. Cū igit christ⁹ nō peccauerit: q̄rēdū
est: cur senserit mortē: si Adē corp⁹ añq̄ peccaret assūpsit:

Quod si talē statū suscepit hominis qualis Ade post peccatū fuit. Uidet etiaz xp̄o nō defuisse necessitas: ut ꝛ delictis subijceretur ꝛ passionibꝰ cōfunderetur. Obductisq; iudicij regulis bonū a malo non sincera integritate discerneret: quoniā has omnes penas Adam delicti preuaricatione suscepit. Contra quos respondendū est tres intelligi hominū posse status. Unū quidem Ade ante delictū in quo tā etsi ab eo mors aberat: nec adhuc ullo se delicto polluerat: poterat tn̄ in eo voluntas esse peccandi. Alter in quo mutari potuisset: si firmiter in dei preceptis manere voluisset. Tunc enim id addendū foret: ut non modo nō peccaret: aut peccare vellet: sed ne posset quidem aut peccare aut velle delinquere. Tertius status est post delictum: in quo mors illum necessario subsecuta est: ꝛ peccatū ipsum voluntasq; peccati: quorū summatatum: atq; contrariorum hec loca sunt: is status qui primū esset: si in preceptis dei Adā manere voluisset: ꝛ is q pene fuit: qm̄ manere noluit. In illo enim nec mors esset nec peccatuz nec voluntas ulla peccati. In hoc vero ꝛ mors ꝛ peccatū ꝛ delinquendi omnis affectio. Omniaq; in perniciē prona: nec quicq; in se opis habentia: ut post lapsum posset adsurgere. Ille vero medius status in quo presentia quidem mortis vel peccati aberat. Potestas vero utriusq; constabat: inter utrūq; statuz est conlocatus. Ex his igitur tribus statibus christus corpore nature sue singulas quodāmodo indidit. Nam quod mortale corpus assumpsit: ut mortem a genere humano fugaret: in eo statu ponendū est: quod post Ade preuaricationem penaliter inflictum est. Quod vero non fuit in eo voluntas ulla peccati: ex eo sumptū statu qui esse potuisset nisi volūtate insidiantis fraudibus applicasset. Restat igitur tertius status idest medius. Ille scilicet qui eo tempore fuit: cū nec mors aderat ꝛ adesse poterat delinquēdi voluntas. In hoc igitur Adam talis fuit: ut manducaret ac biberet: ut accepta digereret: ut laberetur in somnū ꝛ alia que ei nō defuerunt. Humana quidē sed concessa: ꝛ que nullam penam mortis inferrēt: que omnia habuisse christū dubiuz non est. Nam ꝛ manducauit ꝛ bibit: ꝛ humani corporis officio functus est. Neq; enim tanta indigentia in Adā fuisse credenda est: ut nisi manducasset viuere non potuisset. Sed si ex omni quidē ligno escam sumeret semper viuere potuisset hisq; non mori. Idcirco paradisi fructibus indigentiam explebat. Quā indigentiaz fuisse in christo nullus ignorat: sed potestate: non necessitate. Et ipsa indigentia ante resurrectionem in eo fuit. Post resurrectionem vero talis extitit: ut ita illud corpus immutaretur humanū: sicut Ade preter preuaricationis vinculū mutari potuisset: quodq; nos ipse Jesus christus votis docuit optare: ut fiat voluntas eius: sicut in celo ꝛ in terra: ꝛ ut adueniat eius regnū: ꝛ nos liberet a malo. Hec enim nomina illa beatissima humani generis fideliter credētiuz immutatio deprecatur. ¶ Hec sunt que ad te de fidei mee credulitate scripsi. Qua in re si quid perperam dictuz est: nō ita suz amator mei: ut ea que semel effuderim: meliori sententie anteferre contendā. Si enim nihil est ex nobis boni: nihil est quod in nostris sententijs amare debeam? Quod si ex illo cūcta sunt bona: qui solꝰ est bonus: illud potius bonū esse credenduz est: quod illa incōmutabilis bonitas atq; omniū bonoꝝ causa perscribit.

Arithmetica Geometria et Musica Boetii

Incipiunt duo libri de Arithmetica anitii manlii severini Boetii viri clarissimi et illustrissimi ex consulis ordinarii: patricii: ad patricium simmachum.

In dandis accipiendisque muneribus ita recte officia precipue inter eos qui sese magni faciunt estimantur si liquido constabit nec ab hoc aliud quod liberalius afferret inventum: nec ab illo unquam quod iocundius benivolentia complecteretur acceptum. Hec ipse considerans attuli non ignavum opum pondera quibus ad facinus nihil instructius est: cum habendi sitis incanduit: ad meritum nihil vilius cum ea sibi victor animus calcata subiecit: sed ea que ex grecarum opulentia litterarum in romane orationis thesaurum sumpta conveximus. Ita enim mei quoque operis mihi ratio constabit: si que ex sapientie doctrinis elicui: sapientissimi iudicio comprobentur. Vides igitur ut tam magni laboris effectus tuum tantum expectet examen: nec in aures prodire publicas nisi docte sententie astipulatione nitatur. In quo nihil mirum videri debet: cum id opus quod sapientie inventa persequitur: non auctoris sed alieno innitatur arbitrio. Suis quippe instrumentis res rationis expenditur: cum iudicium cogitur subire prudentis. Sed huic munusculo: non eadem que ceteris imminent artibus munimenta constituo. Neque enim fere ulla sic cunctis absoluta partibus nullius indiga suis tantum est facta nixa presidiis: ut non ceterarum quoque artium adiumenta desideret. Nam in effigiandis marmore statuis: alius excidende molis labor est: alia formande imaginis ratio: nec eiusdem artificis manus politi operis nitor expectat. At picture manibus tabule committe fabrorum: cere rusticis observatione decerpte: colorum fuci mercatorum solertia perquisiti: lintea operosis elaborata textrinis multiplicem materiam prestant. Nonne idem quoque in bellorum visitur instrumentis: Hic spicula sagittis exacuit: illi validus thorax nigra gemit incude. Alii alius crudi umbonis tegmina proprii laboris orbi infigenda mercatur: tam multis artibus ars una perficitur. At nostri laboris absolutio longe ad facilio rem currit eventum. Tu enim solus manum supremo operi impones: in quo nihil de decernendo necesse est laborare consensu. Quamlibet enim hoc iudicium multis artibus probetur exultum: uno tamen cumulatur examine. Experiare igitur licet quantum nobis in hoc studio longis tractus ocii labor adiecerit. An rerum subtilium fugas exercitate mentis velocitas comprehendat: utrum ieiune macies orationis ad ea que sunt caligantibus impedita senectutis expedienda sufficiat. Quam in re mihi alieni quoque iudicii lucra queruntur. Cum tu utrarumque peritissimus litterarum possis grece orationis expertibus quantum de nobis iudicare audeant: sola tantum pronuntiatione prescribere. At non alterius obnoxius institutis arctissima memet ipse translationis lege constringo: sed paululum liberius evagatus alieno itineri: non vestigiis insisto. Nam et ea que de numeris a nicomacho diffusius disputata sunt: moderata brevitate collegi. Et que transcursa velocius angustiorem intelligentie prestabant aditum: mediocri adiectione reseravi: ut aliquando ad evidentiam rerum nostris etiam formulis ac descriptionibus uteremur. Quod nobis quantis vigiliis ac sudore constiterit facile sobrius lector agnoscet. Cum igitur quatuor matheseos disciplinarum de arithmetica que est prima prescriberem: tu tantum dignus eo munere videbare cocque magis in enarrato opus esse intelligebam. Nam et si apud te facilis venie locus esset: aliquando tamen ipsam formidabat facilitatem suspecta securitas. Arbitrabar enim nihil tante reverentie oblatum iri oportere: quod non elaboratum ingenio perfectum studio: dignum postremo tanto otio videretur. Non igitur ambigo quin pro tua in me benivolentia supervacua resecces: hiantia suppleas: errata reprehendas: commode dicta mira animi alacritate suscipias. Que res impulit pigram consilii moram. Ut meos enim mihi fructus placitura restituerent. Novi quippe quanto studiosius nostra quam ceterorum bona diligamus. Recte ergo quasi aureos ceteri culmos et maturos bacho palmites: sic ad te rudimenta novi operis transmisi. Tu tantum paterna gratia nostrum provehas munus: ita et laboris mei primitias doctissimo iudicio consecrabis: et non maiore censebitur auctor merito quam probator.

Incipiunt capitula primi libri.

¶ Prohemium in quo divisio mathematice. Capitulum .I.

Inter omnes prisce auctoritatis viros: qui pythagora duce puriore mentis ratione viguerunt: constare manifestum est haud quemquam in philosophie disciplinis ad cumulum perfectionis evadere: nisi cui talis prudentie nobilitas quodam quasi quadruvio vestigatur. Quod recte solertiam intuentis non latebit. Est enim sapientia rerum que sunt suique immutabilem substantiam sortiuntur comprehensio veritatis. Esse autem illa dicimus que nec intentione crescunt: nec retractione minuuntur: nec variationibus permutantur: sed in propria semper vi sue se nature subsidijs nixa custodiunt. Hec autem sunt qualitates quantitates: forme: magnitudines: parvitates: equalitates: habitudines: actus: dispositiones: loca: tempora: et quicquid adunatum quodammodo corporibus invenitur. Que ipsa quidem natura incorporea sunt et immutabilis substantie ratione vigentia: participatione vero corporis permutantur: et tactu variabilis rei in vertibilem inconstantiam transeunt. Hec igitur quoniam ut dictum est natura immutabilem substantiam vimque sortita sunt: vere proprieque esse dicuntur. Horum igitur id est que sunt proprie: suoque nomine essentie nominantur: scientiam sapientia profitetur. Essentie autem gemine partes sunt: una continua et suis partibus iuncta: nec ullis finibus distributa: ut est arbor: lapis: et omnia mundi huius corpora: que proprie magnitudines appellantur. Alia vero disiuncta a se et determinata partibus et quasi acervatim in unum redacta concilium: ut grex: populus: chorus: acervus: et quicquid quorum partes proprijs extremitatibus terminantur: et ab alterius fine discrete sunt. His proprium nomen est multitudo. Rursus multitudinis alia sunt per se: ut tres vel quattuor: vel tetragonus: vel quilibet numerus qui ut sit nullo indiget. Alia vero per se ipsa non constant: sed ad quiddam aliud referuntur: ut duplum: ut dimidium: ut sesqualterum: vel sesquitertium: et quicquid tale est: quod nisi relatum sit ad aliud: ipsum esse non possit. Magnitudinis vero alia sunt manentia motuque carentia: alia vero que mobili semper rotatione vertuntur: nec ullis temporibus acquiescunt. Horum ergo illam multitudinem que per se est: arithmetica speculatur integritas. Illam vero que ad aliquid musici modulaminis temperamenta pernoscunt. Immobilis vero magnitudinis geometrica noticiam pollicetur. Mobilis scientiam astronomice discipline peritia vendicavit. Quibus quattuor partibus si careat inquisitor: verum invenire non possit: ac sine hac quidem speculatione veritatis nulli recte sapiendum est. Est enim sapientia earum rerum que vere sunt: cognitio et integra comprehensio. Quod hec qui spernit: id est has semitas sapientie: ei denuncio non recte philosophandum. Siquidem philosophia est amor sapientie: quam in his spernendis ante contempserit. Illud quoque addendum arbitror: quod cuncta vis multitudinis ab uno progressa termino: ad infinita progressionis augmenta concrescit: magnitudo vero a finita inchoans quantitate modum in divisione non recipit. Infinitissimas enim sui corporis suscipit sectiones. Hanc igitur nature infinitatem indeterminatamque potentiam philosophia sponte repudiat. Nihil enim quod infinitum est: vel scientia potest colligi vel mente comprehendi. Sed hinc sumpsit sibi ipsa ratio: in quibus posset indagatricem veritatis exercere solertiam. Delegit enim de infinite multitudinis pluralitate finite terminum quantitatis: et interminabilis magnitudinis sectione reiecta definita sibi ad cognitionem spacia deposcit. Constat igitur quisquis hec pretermiserit: omnem philosophie perdidisse doctrinam. Hoc igitur illud quadruvium est quo his viandum sit quibus excellentior animus a nobiscum procreatis sensibus ad intelligentie certiora perducitur. Sunt enim quidam gradus certeque progressionum dimensiones. quibus ascendi progredique possit: ut animi illum oculum: qui (ut ait plato) multis oculis corporalibus salvari constituique sit dignior: quod eo solo lumine vestigari vel inspici veritas queat. Hunc inquam oculum demersum orbatumque corporeis sensibus hec disciplina rursum illuminent. Que igitur ex his prima discenda est: nisi ea que principium matrisque quodammodo ad ceteras obtinet portionem: hec est autem arithmetica. Hec enim cunctis prior est. non modo quod hanc ille huius mundane molis conditor deus primam sue habuit ratiocinationis exemplar: et ad hanc cuncta constituit quecunque fabricante ratione per numeros assignati ordinis invenere concordiam: sed hoc quoque prior arithmetica declaratur: quod quecunque natura priora sunt: his sublatis simul posteriora tolluntur. Quod si posteriora pereant: nihil de statu prioris substantie permutatur: ut animal prius est homine. Nam si tollas animal statim quoque hominis natura deleta sit. Si hominem sustuleris: animal non peribit. Et e contrario ea semper posteriora sunt que secum aliud quodlibet inferunt: ea priora que cum dicta sunt nihil secum de posterioribus trahunt: ut in eodem quoque homine. Nam si hominem dixeris: simul quoque animal nominabis. Idem est enim homo quod animal. Si animal dixeris non speciem simul hominis intulisti. Non est enim idem animal quod homo. Hoc idem in geometrica vel in arithmetica videtur incurrere. Si enim numeros tollas: unde triangulum vel quadratum vel quicquid in geometrica versatur: que omnia numerorum denominativa sunt. At vero si quadratum triangulumque sustuleris: omnisque geometrica consumpta sit: tres et quattuor aliorumque numerorum non peribunt vocabula. Rursum cum aliquam geometricam formam dixero: est illi simul numerorum nomen implicitum. Cum numeros dixero nondum ullam formam geometricam nominavi. Musica vero quam prior sit numerorum vis: hinc maxime probari potest: quod non modo illa natura priora sunt que per se constant: quam illa que ad aliquid referuntur: sed etiam ea ipsa musica modulatio numerorum nominibus annotatur. Et idem in hac evenire potest: quod in geometrica predictum est. Diatessaron enim et diapente: et diapason: ab antecedentis numeri nominibus nuncupantur. Ipsorum quoque sonorum adversus se proportio: solis neque aliis numeris invenitur. Qui enim sonus in diapason symphonia est: idem duplicis numeri proportione colligitur. Que diatessaron est modulatio epitrita collatione componitur. Quam diapente symphoniam vocant: hemiolia medietate coniungitur. Qui in numeris epogdous est: idem tonus in musica. Et ne singula persequi laborem huius operis sequentia quanto prior sit arithmetica sine ulla dubitatione monstrabunt. Sphericam vero atque astronomicam tanto precedit: quanto due relique discipline hanc tertiam natura precedunt. In astronomica enim circuli: sphera: centrum: paralellique circuli: mediusque axis est: que omnia geometrice discipline cura sunt. Quare est etiam ex hoc ostendere seniorem geometrice vim quod omnis motus est post quietem. et natura semper statio prior est. Mobilium vero astronomia: immobilium geometrica doctrina est: vel quod armonicis modulationibus motus ipse celebratur astrorum. Quare constat quoque musice vim astrorum cursus antiquitate precedere: quam superare naturam arithmeticam dubium non est: cum prioribus quam illa est antiquior videatur. Proprie tamen ipsa numerorum natura omnis astrorum cursus: omnisque astronomica ratio constituta est. Sic enim ortus et occasus colligimus: sic tarditates velocitatesque errantium siderum custodimus: sic defectus et multiplices lune variationes agnoscimus. Quare quoniam prior ut diximus arithmetice vis est: hinc disputationis sumamus exordium.

De substantia numeri. Capitulum .2.

O Mnia queq̄ a primeua rerum natura con structa sunt: numerorū videntur ratione formata. Hoc enim fuit principale in animo conditoris exemplar. Hinc enim quatuor elemē torū multitudo mutuata est: hinc temporum vices: hinc motus astrorū celique conuersio. Que cū ita sint cūq̄ oīum status: numerorū colligatione fungatur: eum quoq̄ numerum necesse est in ꝓpria semper sese habentem equaliter substantia permanere: eum que compositum nō ex diuersis. Quid enim numeri substantiam coniungeret: cum ipsi⁹ exemplum cuncta iunxisset: sed ex seipso videtur esse compositus. Porro aūt nihil ex similibus componi videtur: nec ex his que nulla rationis ꝓportiōe iunguntur: ⁊ a se omni substantia naturaq̄ discreta sunt. Constat ergo quoniam coniūctus est numerus: neq̄ ex similibus esse coniunctum: neq̄ ex his que ad se inuicem nulla ratione ꝓportionis herent. Erunt ergo numeros prima que coniungant: ad substantiam quidem que cōsistent: semperq̄ permaneant. Neq̄ enim ex non existentibus effici quicquā potest: ⁊ sunt ipsa dissimilia ⁊ potētia componendi. Hec autem sunt qbus numerus cōstat par atq̄ impar. Que diuina quadam potentia cum disparia sint contrariaq̄: tamen ex vna genitura ꝓfluunt: ⁊ in vnam compositionē modulationē que iunguntur.

De diffinitione ⁊ diuisione numeri ⁊ diffinitione paris ⁊ imparis. Capi. 3.

E T primum quid sit numerus diffiniendum est. Numerus est vnitatum collectio: vel quātitatis aceruus ex vnitatibus ꝓfusus. Huius igitur prima diuisio est: in imparem atq̄ parem. Et par qdem est: q potest in equalia duo diuidi vno medio non intercedente: impar vero quem nullus in equalia diuidit qn in medio predictus vnus intercidat. Et hec qdem huiusmodi diffinitio vulgaris est ⁊ nota.

Diffinitio numeri paris ⁊ imparis ſm pythagoras. Capitulum. 4.

I lla aūt scdm pythagoricam disciplinam talis est. Par numerus est qui sub eadem diuisione potest i maxima paruissimaq̄ diuidi: maxima spacio: paruissima quātitate: scdm duorum istorum generum contrarias passiones. Impar vero numerus est: cui hoc qdem accidere non potest: sed cuius in duas inequales summas naturalis est sectio. Hoc est aūt exemplar: vt si quilibet datus par numerus diuidatur: maior qdem quātum ad diuisionis spacia pertinet: non inuenietur quam discreta medietas: quātitate vero nulla minor fit: quam in gemina facta partitio: vt si par numerus qui ē .8. diuidatur in .4. atq̄ alios .4. nulla erit alia diuisio que maiores partes efficiat. Porro autem nulla erit alia diuisio que totum numerum minore diuidat quātitate. In duas enim partes diuisione nihil minus est. Cum enim totum quis fuerit trina diuisione partitus: spacij qdem summa minuit: sed numerus diuisionis augetur. Quod aūt dictum est scdm duorum generum contrarias passiones huiusmodi est. Precedimus enim quātitatem in infinitas pluralitates accrescere spacia vero .i. magnitudines in infinitissimas minui paruitates: atq̄ ideo hic contra euenit hec namq̄ paris diuisio spacio est maxima paruissima quātitate.

Alia secūdum antiquiorem modum diuisio paris ⁊ imparis. Capitulum. 5.

S Ecūdum antiquiorem vero modum alia ē paris numeri definitio. Par numerus est q i duo equalia: ⁊ in duo i equalia partitionem recipit: sed vt in neutra diuisione vel imparitati paritas: vel paritati imparitas misceatur: preter solum paritatis principem binarium numerū qui inequalem nō recipit sectionem: propterea quod ex duabus vnitatib⁹ cōstat ⁊ ex prima duorum quodāmodo paritate. Quod aūt dico tale est. Si enim ponatur par numerus: pōt in duo equalia diuidi: vt denarius diuiditur in quinos. Porro autem ⁊ per inequalia vt idem denarius in .3. ⁊ in .7. Sed hoc modo vt cum vna pars fuerit diuisiōis par: alia quoq̄ par inueniatur: ⁊ si vna impar: reliqua ab eius imparitate non discrepet. vt in eodem numero qui est denarius. Cum enim diuisus est in quinos: vel cum in .3. ⁊ i .7. vtreq̄ in vtraq̄ portione partes impares extiterunt. Si autē ipse vel alius numerus par diuidatur in equales: vt octonarius in .4. ⁊ in .4. ⁊ item per inequales vt idem octonarius in .5. ⁊ in .3. in illa qdem diuisione vtreque partes pares facte sunt: in hac vtreq̄ impares extiterunt. Neq̄ vnquā fieri pōt: vt cum vna pars diuisiōis par fuerit: alia impar inueniri queat: aut cum vna impar sit: alia par possit intelligi. Impar vero numerus est qui ad quālibet illam diuisionem per inequalia semper diuidit: vt vtrasq̄ species numeri semper ostendat: nec vnquam altera sine altera sit: sed vna pars paritati: imparitati alia deputatur. vt .7. si diuidas in .3. ⁊ i .4. altera portio par: altera impar est. Et hoc idem in cūctis imparib⁹ numeris inuenitur. Neq̄ vnquā in imparis diuisione preter se esse possunt he gemine species que naturaliter vim numeri substantiāq̄ componunt.

Diffinitio paris ⁊ imparis per alterutrum. Capitulum. 6.

Q Uod si hec etiam per alterutras species definienda sunt: dicetur imparē numerum eē q vnitate differt a pari: vel incremēto: vel diminutione. Item par numerus est q vnitate differt ab impari vel incremento vel diminutione. Si enim pari vnum dempseris vel vnum adieceris: impar efficitur: vel si impari idem feceris: par continuo ꝓcreatur.

De principalitate vnitatis. Capi. 7.

O Mnis quoq̄ numerus circū se positorum ⁊ naturali sibimet dispositione iunctorum medietas est. Et qui super duos illos sunt q medio iunguntur si componantur: etiam ipsorū supradictus numerus media portio est: ⁊ rursus illorū qui sunt super secundo loco iunctos cum ipsi quoq̄ fuerint compositi prior his numerus medietatis loco est: ⁊ hoc erit vsq̄ dum occurrens vnitas terminum fecerit. Ut si ponat quis quinarium numerum extrinsecus circa ipsū sunt supra .4. inferius .6. Hi ergo si iuncti sunt: faciunt .10. quorum .5. numerus medietas est. Qui autem circa ipsos idest circa .6. ⁊ .4. sunt .3. scilicet ⁊ .7. idem si iuncti sunt eorum quinarius numerus medietas est. Rursus istorum qui extrinsecus positi sunt si iungantur etiam hi qui quinarij numeri dupli sunt. Nam super .3. sunt .2. super .7. sunt .8. Hi ergo si iuncti sunt faciunt .10. quorū quinarius rursus medietas est. Hoc idē in omnib⁹ numeris euenit: vsq̄ dum ad vnitatis terminū peruenire queat. Sola enim vnitas circū se duos terminos non habet: atq̄ ideo eius qui est prope se solius est medietas. Nam iuxta vnum solus est binarius naturaliter constitutus cuius vnitas media pars est. Quare constat primam esse vnitatem cunctorū qui sunt in naturali dispositione numerorum ⁊ eam rite totius quātitatis prolixe genitricē pluralitatis agnosci.

Diuisio paris numeri. Capim. 8.

P Aris autem numeri species sunt .3. Est enim vna que dicit pariter par: alia vero pariter impar. tertia impariter par. Et contraria qdē: locaque optinentia summitatum videntur esse pariter par: ⁊ pariter impar. Medietas autem quedam que vtrorūq̄ participat est numerus qui vocatur impariter par.

De numero pariter pari eiusq̄ proprietatibus. Capitulum. 9.

Pariter par numerus est: qui potest in duo paria dividi: eiusque pars in alia duo paria partisque pars in alia duo paria: ut hoc totiens fiat: usque dum divisio partium ad indivisibilem naturaliter perveniat unitatem. Ut .64. numerus habet medietatem .32. hic autem medietatem .16. hic vero .8. hunc quoque quaternarius in equa partitur: qui binarii duplus est: sed binarius unitatis medietate dividitur: que unitas naturaliter singularis non recipit sectionem. Huic numero videtur accidere ut quecunque eius fuerit pars cum nomine ipso vocabuloque pariter par inveniatur: tum etiam quantitate. Sed ideo mihi videtur hic numerus pariter par vocatus: quod eius omnes partes et nomine et quantitate pares pariter inveniantur. Quomodo autem et nomine et quantitate pares habeat partes hic numerus post dicemus. Horum autem generatio talis est. Ab uno enim quoscunque in dupla proportione notaveris: semper pares pariter procreantur. Preter hanc autem generationem ut nascantur aliter impossibile est. Huius autem rei tale videtur per ordinem descriptionis exemplum. Sintque cuncti duplices ab uno .1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. 256. 512. atque hinc si fiat infinita progressio: tales cunctos invenies. factique sunt ab uno in dupla proportione: et omnes sunt pariter pares. Illud autem non minima consideratione dignum est: quod cuius omnis pars ab una parte quacunque que intra ipsum numerum est denominatur: tantamque summam quantitatis includit: quota pars est alter numerus pariter paris illius qui eum continet quantitatis. Itaque fit ut sibi partes ipse respondeant: ut quota pars una est: tantam habeat altera quantitatem: et quota pars ista est: tantam in priore summam necesse sit multitudinis inveniri. Et primum fit si pares fuerint dispositiones: ut due medie partes sibi respondeant. post vero que super ipsas sunt sibi invicem convertantur: atque hoc idem fiat donec uterque terminus extremitates incurrat. Ponatur enim pariter paris ordo ab uno usque .128. hoc modo .1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. et ea sit summa maxima. In hoc igitur quoniam pares dispositiones sunt: una medietas non potest inveniri. Sunt igitur due: idest .8. et .16. que considerande sunt quemadmodum ipse sibi respondeant. Totius enim summe idest .128. octava pars est .16. sextadecima .8. Rursus super has partes que sunt: ipse sibi invicem respondebunt: idest .32. et .4. Nam .32. quarta pars est totius summe .4. vero trigesimasecunda. Rursus super has partes .64. secunda pars est .2. vero sexagesimaquarta. Donec extremitates limitem faciant: quas dubium non est eadem responsione gaudere. Est enim omnis summa semel .128. unus vero centesimus vigesimus octavus. Si autem impares terminos ponamus idest summas: idem enim terminos quod summas nomino: secundum imparis naturam potest una medietas inveniri: atque una sibi ipsa est responsura. Si enim ponatur hic ordo .1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. una erit sola medietas idest .8. Qui .8. summe totius pars est octava et sibiipsi ad denominationem quantitatemque convertitur. Eodemque modo sicut superius circa ipsum qui sunt termini: donant sibi mutua nomina secundum proprias quantitates vocabulumque permutant. Nam .4. sextadecima pars est totius summe. 16. vero quarta. Et rursus super hos terminos .32. secunda pars est totius summe .2. vero trigesima secunda: et semel tota summa .64. sunt: sexagesimaquarta vero unitas invenitur. Hoc igitur est quod dictum est: omnes eius partes et nomine et quantitate pariter pares inveniri. Hoc quoque multe considerationis: multeque constantie divinitatisque perfectum est: ut ordinatim disposite minores summe in hoc numero et super seipsas coacervate: sequenti minus uno semper equentur. Si enim unum iungas his qui sequuntur duobus: fiunt .3. idest qui uno minus quaternario cadunt. Et si superioribus addas .4. fiunt .7. qui ab octonario sequente sola unitate vincuntur. Sed si eosdem .8. supradictis addideris .15. fient. qui par .16. numeri existeret quantitati: nisi minor unitas impediret. Hoc autem prima etiam numeri progenies servat atque custodit. Namque unitas que prima est: duobus subsequentibus sola extremitate contractior: unde nihil mirum est: totum summe crementum proprio consentire principio. Hec autem nobis consideratio maxime proderit in his numeris cognoscendis quos superfluos vel imminutos perfectosque monstrabimus. Illic enim coacervata quantitas partium numeri totius termino comparatur. Illud quoque nulla possumus oblivione transmittere: quod in hoc numero respondentibus sibi invicem partibus multiplicatis: maior extremitas eiusdem numeri summaque conficitur. Et primum si pares fuerint dispositiones medii multiplicantur: atque inde qui super ipsos sunt: usque ad supradictas extremitates. Si enim fuerint pares dispositiones: secundum naturam paris duos in medio terminos continebunt: ut in ea dispositione numerorum in qua extremus terminus .128. finitur. In hoc enim numero medietates sunt .8. scilicet et .16. que in se multiplicate: maioris summam crescente pluralitate conficient. Octies enim .16. vel sedecies .8. si multiplices .128. summa concrescit. Atque hi numeri qui super eosdem sunt si multiplicentur idem faciunt. Nam .4. et .32. in se si multiplices: supradictam summam extremitatem .4. enim trigies et bis: vel quater .32. ducti .128. immutabili necessitate complebunt. Atque hoc usque ad extremos terminos cadit: idest .1. et .128. Semel enim extremus terminus .128. est. Centies vigies atque octies unitate multiplicata: nihil de priore quantitate mutabitur. Si autem impares fuerint dispositiones: unus medius terminus invenitur: atque ipse sibi propria multiplicatione respondet. In eo namque ordine numerorum: ubi extremus terminus .64. pluralitate concluditur: sola invenitur una medietas: idest .8. Quam si octies idest in semetipsam multiplices .64. explicabit. Atque idem reddunt illi qui super hanc medietatem sunt ut dudum hi qui super duas positi faciebant. Nam quater .16. 64. sunt: et sedecies .4. idem complent. Rursus bis .32. facti et .64. non discedunt: et trigies bis duo: eosdem cumulant: et semel .64. vel unitas sexagies quater multiplicata: eundem numerum sine ulla varietate restituent.

De numero pariter impari eiusque proprietatibus. Capitulum .10.

Pariter autem impar numerus est qui et ipse quidem paritatis naturam substantiamque sortitus est: sed in contraria divisione: nature numeri pariter paris opponitur. Docebitur namque quod longe hic dissimili ratione dividatur. Nam quoniam par est in partes equales recipit sectionem partes vero eius mox indivisibiles atque insecabiles permanebunt ut sunt .6. 10. 14. 18. 22. et his similes. Hos enim hos numeros si in gemina fueris divisione partitus: incurris in imparem quem secare non possis. Accidit autem his quod omnes partes contrarie denominatas habent: quam sunt quantitates ipsarum partium que denominantur. Neque unquam fieri potest: ut quelibet pars huius numeri eiusdem generis denominationem quantitatemque suscipiat. Semper enim si denominatio fuerit par: quantitas partis erit impar: et si fuerit denominatio impar: quantitas erit par: ut in .18. secunda eius pars est: idest media quod paritatis nomen est .9. que impar est quantitas. Tertia vero que impar est denominatio: sex: cui par pluralitas est. Rursus si convertas sexta pars que par est denominatio: tres sunt: sed ternarius impar est. Et nona pars quod impar est vocabulum .2. qui par numerus est. Atque idem in aliis cunctis qui sunt pariter impares invenitur. Neque unquam fieri potest: ut cuiuslibet partis sit eiusdem generis nomen et numerus. Fit autem horum procreatio numerorum: si ab uno disponantur quicunque duobus differunt: idest omnibus imparibus naturali sequentia atque ordine constitutis. Namque hi si per binarium nume-

rum multiplicentur omnes pariter impares: rite pluralitas dimensa efficiet. Ponatur enim prima unitas. 1. et post hunc qui ab hoc duobus differt: idest tres. 3. et post hunc qui rursus a superiore duobus idest. 5. et hoc in infinitum: et sit huiusmodi dispositio. 1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. Hi ergo naturaliter sequentes impares sunt: quos nullus in medio par numerus distinguit. hos si per binarium numerum multiplices: efficies hoc modo. bis unum idest. 2. qui dividitur quidem: sed eius partes indivisibiles reperiuntur propter insecabilis unitatis naturam. Bis. 3. bis. 5. bis. 7. bis. 9. bis. 11. et deinceps ex quibus nascuntur bi. 2. 6. 10. 14. 18. 22. Quos si dividas: unam recipiunt sectionem: ceteram repudiantes: quod secunda divisio ab imparis medietate partis excluditur. His autem numeris ad se invicem quaternarij sola distantia est. Namque inter duo et sex numeros. 4. sunt. Rursus inter. 6. et. 10 et inter. 10. et. 14. et inter. 14. et. 18. idem quaternarius differentiam facit. Hi namque omnes quaternaria sese numerositate transcendunt. Quod idcirco contingit. quoniam primi qui positi sunt idest eorum fundamenta. binario se numero precedebant: quos quoniam per binarium multiplicavimus: in quaternarium numerum crevit illa progressio. Duo enim per bis multiplicati: quaternarii faciunt summam. Igitur in naturalis numeri dispositione: pariter impares numeri quinto loco a se distant: solis. 4. se precedunt. 3. in medio transeuntes per binarium numerum multiplicatis imparibus procreati. Contrarie vero esse dicuntur he species numerorum: idest pariter par: et pariter impar. quod in numero pariter impari sola divisionem recipit maior extremitas: in illo vero solus minor terminus sectione solutus est. et quod in forma pariter paris numeri: ab extremitatibus incipienti: et usque ad media progredienti quod continetur sub extremis terminis idem est illi quod continetur sub intra se positis summulis. Atque hoc idem usque ad duas medietates fuerit ventum in dispositionibus scilicet paribus. Si autem fuerint impares dispositiones quod ab una medietate conficitur hoc idem sub altrinsecus positis partibus procreatur. Atque hoc usque dum ad extremitates processio fiat. In ea enim dispositione que est. 2. 4. 8. 16. idem reddunt. 2. per. 16 multiplicati: quod. 4. per octonarium numerum ducti. Utroque enim modo. 32. fient. Quod si impar sit ordo ut est. 2. 4. 8. idem faciunt extremi quod medietas. Bis enim. 8. sunt 16. quatuor quater sunt. 16. qui numerus a quaternario in se ducto perficitur. In numero vero pariter impari si fuerit unus in medio terminus: circum se positorum terminorum si in unum redigantur medietas est. Et idem eorum quoque qui super hos sunt terminos medietas est. Atque hoc usque ad extremos omnium terminorum ut in eo ordine qui est pariter imparium numerorum. 2. 6. 10. iunctus binarius cum denario. 12. explet. cuius senarius medietas invenitur. Si vero fuerint due medietates iuncte: ipse utreque equales erunt super se terminis constitutis. ut est in hoc ordine. 2. 6. 10. 14. Iuncti enim. 2. et. 14. in. 16. crescunt: quos senarius cum denario copulatus efficiet. Atque hoc in numerosioribus terminis initio sumpto a mediis evenit usque dum ad extrema venitur.

De numero impariter pari eiusque proprietatibus. Capitulum. II.


I Mpariter par numerus est ex utrisque confectus et medietatis loco gemina extremitate concluditur: ut qui ab utroque discrepet: eadem ad alterutrum cognatione iungatur. Hic autem talis est qui dividi in equas partes: cuiusque pars in alias equas dividi potest: et etiam aliquando partes partium dividuntur: sed non ut usque ad unitatem progrediatur equabilis illa distinctio: ut sunt. 24. et. 28. Hi enim possunt in medietates dividi. et eorum rursus partes in alias medietates sine aliqua dubitatione solvuntur. Sunt etiam quidam alij numeri quorum partes alias recipiunt divisiones sed ipsa divisio ad unitatem usque non pervenit. Igitur in eo quod plus quam unam suscipit sectionem: habet similitudinem pariter paris: sed a pariter impari segregatur. In eo vero quod usque ad unum sectio illa non ducitur: pariter imparem non refutat: sed a pariter pari distinguitur. Contingit autem huic numero et utraque habere que superiores non habent: et utraque que illi recipiunt optinere. Et habet quidem quod utrique non habent quod cum in uno solus maior terminus divideretur: in alio vero solus minor terminus non divideretur: in hoc neque solus maior terminus divisionem recipit: neque minor solus terminus a divisione seiungitur. Nam et partes solvuntur et usque ad unitatem sectio illa non pervenit. sed ante unitatem invenitur terminus quem secare non possis. Optinet autem que illi quoque recipiunt: quod quedam partes eius respondent: denominanturque secundum genus suum ad proprium quantitatem. ad similitudinem scilicet pariter paris numeri. Alie vero partes contrarium denominationem sumunt proprie quantitatis ad pariter imparis scilicet formam. In. 24. enim numero par est, quantitas partis a pari numero denominata. Nam quarta. 6. secunda vero. 12. sexta vero. 4. duodecima. 2. que vocabula partium a quantitatis paritate non discrepant. Contrarie vero denominantur cum tertia pars octo: octava vero. 3. vigesima autem quarta. 1. que denominationes cum pares sint inveniuntur impares quantitates. et cum sint pares summe. sunt impares denominationes. Nascuntur autem tales numeri ita ut substantiam naturamque suam in ipsa etiam propria generatione designent: ex pariter paribus et pariter imparibus procreati. Pariter enim impares cuncti dudum ordinatim positis imparibus nascebantur. pariter vero pares ex duplici progressione. Disponantur igitur omnes in ordinem naturaliter impares et sub his a quatuor inchoantes omnes duplices et sint hoc modo.

	3	5	7	9	11	13
	4	8	16	32	64	128

His igitur ita positis si primus primi multiplicatione concrescat idest si quaternarij ternarius: vel si idem primus secundi: idest octonarij ternarius vel si idem primus tertij idest. 16 ternarius et idem usque ad ultimum. vel si secundus primi et secundi: vel si secundus tertij et eadem usque ad extremum multiplicatio protrahatur. vel si tertius a primo inchoans usque in extremum transeat. Atque ita quartus et omnes in ordinem superiores multiplicent eos qui sub ipsis in dispositione sunt omnes impariter pares procreabunt. Sumamus autem vel tale sumamus exemplum si tres quater multiplices. 12. fient: vel si. 5. quatuor multiplicent. 20. numerus excrescet vel si item. 7. multiplicent. 4. 28. succrescet: atque hoc usque in finem. Rursus si. 8. multiplicent. 3. nascentur. 24. Si. 8. in. 5. fiunt. 40. si. 8. in. 7. colligentur. 56. Atque ad hunc modum si omnes inferiores duplices: a superioribus multiplicentur: vel si superiores eosdem inferiores multiplicent: cunctos qui nati fuerint impariter pares invenies. Atque hec est admirabilis huius numeri forma: quod cum fuerit ipsa dispositio descriptioque perspecta numerorum: ad latitudinem pariter imparium: ad longitudinem pariter parium numerorum proprietas invenitur. Sunt enim duabus medietatibus equales due extremitates: vel una medietate due duplices extremitates. In longitudinem vero pariter paris numeri vera proprietatemque designat. Quod enim sub duabus medietatibus continetur: equale est ei quod sub extremis conficitur: vel quod ab una medietate nascitur: equale est illi quod sub utrisque extremitatibus continetur. Descriptio autem que supposita est: hoc modo facta est. Quantoscumque in ordine pariter parium numerorum ternarius numerus multiplicaverit: quicumque ex eo procreati

funt: primo funt versu dispositi. Rursus qui eosdem multiplicante quinario nati sunt: secundo loco constituti sunt. Post vero quos septenarius ceteros multiplicando procreavit: eosdem tertio conscripsimus loco: atque idem reliqua descriptionis parte perfecimus.

¶ In hac formula sequenti similitudo pariter paris et pariter imparis ad imapriter parē ostenditur.



¶ Descriptionis ad impariter paris in latitudine: in longitudine ad pariter paris naturam pertinentis expositio. Capitulum. 12.

Aperius igitur digeste descriptionis hec ratio est. Si ad latitudinē respicias: ubi est duorū terminorum una medietas: ipsosque terminos iungas: duplos eos medietate propria repies ut .36. et .20. faciunt .56. quorum medietas est .28. qui medius est inter eos terminus constitutus. Et rursus .28. et .12. si iungas faciunt .40. quorum .20. medietas medius eorum terminus invenitur. At vero ubi duas medietates habent: utreque extremitates iuncte: utrisque medietatibus equales fiunt ut .12. et .36. cum iuncteris fiunt .48. horum si medietates sibimet applicaveris: idest .20. et .28. idem erit. atque in alia parte latitudinis eodē ordine qui fiant numeri notati sunt. Neque ulla iteratio utriusque latitudinis discrepabit: ideoque in eodē ordine ceteris numeris pernotabis: et hoc secundum formā pariter imparis numeri fit in quo hanc proprietatē esse supra iam scriptū est. Rursum si ad longitudinē respicias ubi duo termini unā medietatē habent quod fit ex multiplicatis extremitatibus: hoc fit si medius terminus suum capiat pluralitatis augmenta. Nam duodecies .48. faciūt .576. Medius vero eorum terminus .idest .24. si multiplicet: eosdē rursus .576. perficiet. Et rursus si .24. in .96. multiplicent faciūt .2304. Quorum medius terminus idest .48. si in semetipsū ducat: idē .2304. perficient. Ubi aūt termini duo duas medietates includūt: quod fit multiplicatis extremitatibus. hoc idē reddit in alterutrā sūmā medietatibus ductis. Duodecies enim .96. multiplicet .e. 1152. perficient: due vero eorum medietates idest .24. et .48. si in semetipsas multiplicent: eosdē .1152. restituent. Atque hoc est ad unitationē cognationēque numeri pariter paris: a quo participatōe tracta hec ei recognoscit in generata proprietas. Et in alio vero latere lōgitudinis: eadē rō descriptioque notata est. Quare manifestū est hunc numerum ex prioribus duobus esse procreatum: quoniam eorum retinet proprietates.

¶ De numero impari eiusque divisione. Ca. 13.

l

Mpar quoqꝫ numerus eſt: qui a paris nume ri natura ſubſtantiaqꝫ diſiunctꝰ eſt. Siquidē ille i geminaſ mēbra equa diuidi poteſt: hic ne ſecari queat vnitatis impedit interuentus. Tres habet ſimiliter ſub diuiſione. quarū vna eiꝰ pars ē ſe numerus qui vocatur primꝰ ⁊ incompoſitus. Secūda vero q̄ eſt ſecūdus ⁊ compoſitꝰ. Et tertia is qui quadam horum medietate coniunctꝰ eſt: ⁊ ab vtriuſqꝫ cognatione aliqd̄ naturaliter trahit qui eſt per ſe q̄dem ſecundus ⁊ cō poſitus: ſed ad alios comparatus primꝰ ⁊ incompoſitus inuenitur.

De primo ⁊ incompoſito. Cap. 14.

e

T primꝰ q̄dem ⁊ incompoſitus eſt q̄ nullā aliam partem habet niſi eam que a tota numeri quātitate denominata ſit. vt ipſa p̄s nō ſit niſi vnitas vt ſunt. 3.5.7.11.13.17.19.23.29.31. In his ergo ſingulis nulla vnq̄ alia pars inuenietur: niſi que ab ipſis denominata eſt: ⁊ ipſa tantū vnitas vt ſupra iam dictum eſt. In tribus enim vna pars ſola ē. ideſt tertia: que a tribꝰ ſcꝫ denominata eſt: ⁊ ipſa tertia p̄s vnitas. Eodemqꝫ modo quinarij ſola q̄nta p̄s eſt: ⁊ hec vnitas: atqꝫ idem in ſingulis conſequens reperitur. Dicit autem primꝰ ⁊ incompoſitus quod nullus eum alter numerus metitur: preter ſolam que cūctis mater ē vnitatē. Nāqꝫ ternariū. 2. non numerant: idcirco q̄ñ ſi ſolos duos contra tres compares pauciores ſunt. Sin vero binarium bis facias: ampliorem tribꝰ concreſcit in. 3. Metit aūt numerus numerum: quotiens vt ſemel vel bis vel tertio vel quotienſlibet numerus ad numerū comparatus neqꝫ diminuta ſumma neqꝫ aucta ad comparati numeri terminum vſqꝫ peruenit. vt duo ſi ad. 6. compares: binarius numerꝰ ſenarium tertio metietur: primos ergo ⁊ incompoſitos nullus numerus metiatur: preter vnitatem ſolam. q̄ñ ex nullis alijs numeris compoſiti ſunt ſed tm̄ ex vnitatibꝰ in ſemetipſis auctis multiplicatiſqꝫ procreātur. Ter enim vnꝰ. 3. ⁊ quinqꝫes vnus quinqꝫ. ⁊ ſepties vnꝰ. 7. fecerunt. Et alij q̄dem quos ſupra deſcripſimꝰ eodem modo naſcuntur. Hi aūt in ſemetipſos multiplicati faciunt alios numeros velut primi: eoſqꝫ primam rerum ſubſtantiam vimqꝫ ſortitos: cūctorum a ſe procreatorum velut quedā elementa reperies. q: ſcꝫ ⁊ incompoſiti ſunt: ⁊ ſimplici generatione formati: atqꝫ in eos omnes quūqꝫ ex his plati ſunt numeri reſoluunt: ipſi vero neqꝫ ex alijs producūtur: neqꝫ in alia reducuntur.

De ſecundo ⁊ compoſito. Capl'm. 15.

ſ

Ecūdus vero ⁊ compoſitus ⁊ ipſe q̄dem impar eſt ꝓpterea quod eadem imparis proprietate formatꝰ eſt: ſed nullam in ſe retinet ſubſtantiā principalē compoſituſqꝫ eſt ex alijs numeris. habetqꝫ partes: ⁊ a ſeipſo ⁊ ab alieno vocabulo denominatas. ſed a ſeipſo denominatā partem ſolā ſemper i his inuenies vnitatem. ab alieno vero vocabulo vel vnam: vel quotlibet alias: quāti fuerint ſcꝫ numeri q̄bꝰ ille cōpoſitus procreatur. vt ſunt hi. 9.15.21.25.27.33.39. Horum ergo ſinguli habent q̄dem a ſe denominatas partes proprias ſcꝫ vnitates. vt. 9. nonam ideſt. 1. 15. q̄ntādecimā: eandem rurſus vnitatem. ⁊ in ceteris quos ſupra deſcripſimus idē conuenit. Habent etiā ab alieno vocabulo ptem. vt. 9. tertiam. ideſt ternariū. ⁊. 15. tertiā idē. 5. ⁊ quintam: ideſt. 3. 21. vero tertiā: ideſt. 7. ſeptimam. 3. ⁊ in omnibꝰ alijs eadem conſequentia eſt. Secundus autem vocatur hic numerꝰ: q̄ñ non ſola vnitate metitur ſed etiā alio numero a quo ſcꝫ coniunctus eſt. Neqꝫ habꝫ in ſe quicquā principalis intelligentie. Nam ex alijs numeris procreatur. 9. quidem ex tribus. 15. vero ex tribꝰ. ⁊. 5. ⁊. 21. ex tribus ⁊. 7. ⁊ ceteri eodem modo. Compoſitꝰ autē dicitur eo quod reſolui poteſt in eoſdem ipſos a q̄bus dicitur eſſe compoſitus: in eos ſcilicet qui compoſitū numerum metiuntur. Nihil aūt quod diſſolui pōt incōpoſitum eſt: ſed oī rerū neceſſitate compoſitum.

De eo qui per ſe ſecūdus ⁊ compoſitus ad alium primus ⁊ incōpoſitus eſt. Capl'm. 16.

b

Is vero contra ſe poſitis: ideſt primo ⁊ incompoſito: ⁊ ſecundo ⁊ compoſito ⁊ naturali diuerſitate diſiunctis: aliꝰ in medio cōſideratur. qui ipſe quidem compoſitus ſit ⁊ ſecūdus: ⁊ alteriꝰ recipiens mētionē: atqꝫ ideo ⁊ partis alieni vocabuli capax: ſed cum fuerit ad alium eiuſdē generis numerū comparatus: nulla cum eo cōmuni menſura coniungitur: nec habebunt partes equiuocas vt ſunt. 9. ad. 25. nulla hos cōmunis numerorum menſura metitur: niſi forte vnitas que omniū numerorū menſura cōmunis eſt. Et hi quidem non habent equiuocas partes. Nam que in. 9. tertia eſt: in. 25. non eſt: ⁊ que in. 25. quinta eſt: in nouenario non eſt. Ergo hi per naturam vtriqꝫ ſecundi ⁊ compoſiti ſunt: comparati vero ad ſemuicem primi incōpoſitiqꝫ redduntur: quod vtroſqꝫ nulla alia menſura metitur niſi vnitas que ab vtriſqꝫ denominata eſt. Nam in nouenario nona eſt: in. 25. vigeſimaquinta.

De primi ⁊ incōpoſiti: ⁊ ſecundi ⁊ cōpoſiti: ⁊ ad ſe quidem ſecundi ⁊ compoſiti ad alterutrum vero primi ⁊ incōpoſiti procreatione. Cap. 17.

g

Eneratio autē ipſorū atqꝫ ortus huiuſmodi inueſtigatione colligitur. quam ſcilicet Eratoſtenes cribrum nominabat: quod cūctis imparibꝰ in medio collocatis per eam quā tradituri ſumus artem: qui primi: qui ve ſecūdi: quique tertij generis videantur eſſe diſtinguitur. Diſponantur enim a ternario numero cuncti in ordinē impares: in quālibꝫ longiſſimā porrectionem. 3.5.7.9.11.13.15.17.19.21.23.25.27.29.31.33.35.37.39.41.43.45.47.4[illegible]. His igitur ita diſpoſitis conſiderandum: primꝰ numerꝰ quē eorū qui ſunt in ordine poſiti primū metiri poſſit. Sꝫ duobꝰ preteritis illum qui poſt eos eſt poſitus mox metitur. Et ſi poſt eundem ipſū quem menſus eſt: alij duo tranſmiſſi ſunt: illū qui poſt duos eſt rurſus metitur. Et in eodem modo ſi duos quis reliquerit: poſt eos qui eſt a primo numero metiendus eſt. Eodēqꝫ modo relictis ſemper duobꝰ a primo in infinitum pergentes metientur Sed id non vulgo neqꝫ confuſe. Nam primus numerꝰ illum qui eſt poſt duos ſecundū ſe locatos per ſuā quātitatem metitur. Ternarius enim numerꝰ tertio. 9. metit. Si autem poſt nouenarium duos reliquero: qui mihi poſt illos incurrerit: a primo metiendus eſt per ſecundi imparis quantitatem: ideſt per quinarium. Nā ſi poſt. 9. duos relinquam ideſt. 11. ⁊. 13. ternariꝰ numerus 15. metietur per ſecundi numeri quātitatem: ideſt per quinarij quoniā ternarius. 15. quiquies metitur. Rurſus ſi a quindenario inchoans duos intermiſero: qui poſterior poſitus eſt: eius primus numerus menſura eſt per tertij imparis pluralitatem. Nam ſi poſt. 15. intermiſero. 17. ⁊. 19. incurrit. 21. quē ternarius numerus ſecūdum ſeptenariū metitur. 21. eni numeri ternarius ſeptima p̄s eſt. Atqꝫ hoc in infinitū faciens: reperio primū numerū ſi binos intermiſero omnes ſequentes poſt ſe metiri ſecūdum quātitatē poſitorū ordine imparium numerorū. Si vero quinarius numerus qui. in ſecundo loco eſt cōſtitutus: velit quis eius primas ac deinceps ſic menſuras inuenire: tranſmiſſis. 4. imparibus quintus ei quē metiri poſſit occurrit. Intermittantur enī. 4. impares ideſt 7. ⁊. 9. ⁊. 1 . ⁊. 13. poſt hos eſt quintus decimus: quē quinarius metitur: ſecundum primi ſcꝫ quantitatem: ideſt ternarij. quinqꝫ enī. 15. tertio metitur. Ac deinceps ſi q̄ttuor intermittat eum qui poſt illos locatus eſt: ſecūdus ideſt quinarius ſui quantitate metitur. Nam poſt quindecim intermiſſis. 17. ⁊. 19. ⁊. 21. ⁊. 23. poſt eos. 25. reperio: quos quinarius ſcilicet numerus ſua pluralitate metitur. Quinquies enim quinario multiplicato. 25.

succrescunt. Si vero post hunc quilibet. 4. intermittat: eadem ordinis servata constantia: qui eos sequitur secundum tertii. i. septenarii numeri summam a quarto metietur. Atque hec est infinita processio. Si vero tertius numerus quem metiri possit exquiritur: sex in medio relinquentur: et quem septimum ordo monstraverit: hic per primi numeri. i. ternarii quantitatem metiendus est. Et post illum sex aliis interpositis: quem post eos numeri series dabit: per quintum. i. per secundum terminum eius mensura percurret. Si vero alios rursus sex in medio quis relinquat: ille qui sequitur per septenarium numerum ab eodem septenario metiendus est: idest per tertii quantitatem. Atque hec usque in extremum ratus ordo progreditur. Suscipient ergo metiendi vicissitudinem: quemadmodum sunt in ordinem naturaliter impares constituti. Metientur autem si per pares numeros a binario inchoantes positos inter se impares rata intermissione transiliant: ut primus duos: secundus 4. tertius. 6. quartus. 8. quintus. 10. Vel si locos suos conduplicent et secundum duplicationem terminos intermittant: ut ternarius qui primus est numerus et unus (Bis enim primus unus est) bis locum suum multiplicet: faciatque bis unum. Qui cum duo sint: primus duos medios transeat. Rursus secundus idest quinarius: si locum suum duplicet 4. explicabit: hic quoque. 4. intermittat. Item si septenarius qui tertius est locum suum duplicet: sex creabit. Bis enim 3. senarium iungunt. hic ergo in ordinem sex relinquet. Quartus quoque si locum suum duplicet. 8. succrescent. ille quoque 8. transiliat. atque hoc quidem in ceteris perspiciendum. Modum autem mensionis secundum ordinem collocatorum ipsa series dabit. Nam primus primum quem numerat: secundum primum numerat: idest secundum se. et secundum primus quem numerat: per secundum numerat. et tertium per tertium et quartum item per quartum. Cum autem secundus mensionem susceperit primum quem numerat secundum primum metitur. secundum vero quem numerat per se. idest per secundum et tertium per tertium. et in ceteris eadem similitudine mensura constabit. Alios ergo si respicias: vel qui alios mensi sunt: vel qui ipsi ab aliis metiuntur: invenies omnium simul communem mensuram esse non posse. neque ut omnes quemquam alium simul numerent. quosdam autem ex his ab alio posse metiri ita ut ab uno tantum numerentur. alios vero ut etiam a pluribus. quosdam autem ut preter unitatem eorum nulla mensura sit. Qui ergo nullam mensuram preter unitatem recipiunt: hos primos et incompositos iudicamus. qui vero aliquam mensuram preter unitatem vel alienigene partis vocabulum sortiuntur: eos pronunciamus secundos atque compositos. Tertium vero illud genus per se secundi et compositi: primi vero et incompositi ad alterutrum comparari: hac ingressor ratione reperiet. Si enim quoslibet illos numeros secundum suam in semetipsos multiplices quantitatem: qui pereantur ad alterutrum comparati: nulla mensure communione iunguntur. Tres enim et. 5. si multiplicare: tres tertio. 9. faciunt: et quinquies. 5. reddent. 25. His igitur nulla est cognatio communis mensure. Rursus. 5. 7. quos procreant si compares: hi quoque incommensurabiles erunt. Quinquies enim quinque ut dictum est. 25. septies. 7. faciunt. 49. Quorum mensura nulla communis est: nisi forte omnium horum generatrix et mater unitas.

De inventione eorum numerorum qui ad se secundi et compositi sunt ad alios vero relati primi et incompositi. Capitulum. 18.

Qua vero ratione tales numeros invenire possimus: si quis nobis eosdem proponat et imperet agnoscere utrum aliqua mensura commensurabiles sint: an certe sola unitas utrosque metiatur: reperiendi ars talis est. Datis enim duobus numeris inequalibus: auferre de maiore minorem oportebit, et qui relictus fuerit: si maior est: auferre ex eo rursus minorem: si vero minor fuerit eum ex reliquo maiore detrahere. Atque hoc eo usque faciendum: quoad unitas ultima vicem retractionis impediat: aut aliquis numerus impar necessario si utrique numeri impares proponantur. Sed eum qui relinquitur numerum sibimet ipsi videbis equalem. Ergo si in unum incurrat vicissim illa subtractio: primi contra se necessario numeri dicentur: et nulla alia mensura nisi sola unitate coniuncti. Si vero ad eum quem numeratum ut superius dictum est: finis diminutionis incurrerit: erit eius numerus qui metiatur utrasque summas. atque eundem ipsum qui remanserit: dicimus vero utriusque eorum esse mensuram. Age enim duos numeros propositos habeamus: quos iubeamur agnoscere: an eos aliqua mensura communis metiatur. Atque hi sint. 9. scilicet. et 29. hoc igitur sic faciemus modo reciproci diminutionem. Auferam de maiore minorem: hoc est de. 29. novenarium relinquentur. 20. Ex his ergo. 20. rursus minorem detraham idest. 9. et relinquentur. 11. Ex his rursus detraho. 9. relicti sunt. 2. Quos si detraho novenario: relicti sunt. 7. Quod si duo rursus septenario dempserim: supersunt. 5. atque ex his alios duos: tres rursum exuberant. duos alio binario diminutos sola unitas superstes egredietur. Rursus si ex duobus unum auferam: in uno terminus detractionis herebit: quem duorum illorum numerorum idest. 9. et. 29. solum neque alium constat esse mensuram. hos ergo contra se primos vocabimus. Sed sint alii numeri nobis eadem conditione propositi. i. 21. et. 9. ut quales hi sint investigentur cum sibimet fuerint invicem comparati. Rursus aufero de maiore minoris numeri quantitatem. idest. 9. de. 21. relinquentur. 12. Ex his rursus demo. 9. supersunt. 3. Qui si ex novenario detrahantur: senarius relinquetur. Quibus item si quis ternarium demat. 3. relinquentur. de quibus tres detrahi nequeunt. atque hic est sibi ipsi equalis. Nam. 3. qui detrahebantur usque ad ternarium numerum pervenerunt. a quo quoniam equales sunt: detrahi minuique non poterunt. Hos igitur commensurabiles pronunciabimus: et est eorum qui est reliquus ternarius mensura communis.

Alia partitio paris secundum perfectos imperfectos et ultra quam perfectos. Capitulum. 19.

Ac de imparibus numeris quantum introductionis permittebat brevitas expeditum est. Rursus numerorum parium sic fit secunda divisio. Alii enim eorum sunt superflui. alii diminuti secundum eandem utrasque habitudines inequalitatis. Omnis quippe inequalitas: aut in maioribus aut in minoribus consideratur. Illi enim immoderata quodammodo plenitudine: proprii corporis modum partium suarum numerositate precedunt. Illos autem velut paupertate inopes oppressosque quadam nature sue inopia minor quam ipsi sint partium summa componit. atque illi quidem quorum partes ultra quam satis est sese porrexerunt: superflui nominantur. ut sunt. 12. vel 24. Hi enim suis partibus comparati maiorem partium summam toto corpore sortiuntur. Est enim duodenarii medietas. 6. pars tertia. 4. pars quarta. 3. pars sexta. 2. pars duodecima. 1. est. Quisque hic cumulus redundat in. 16. et totius corporis sui multitudinem vincit. Rursus. 24. numeri medietas est. 12. tertia. 8. quarta. 6. sexta. 4. octava tria: duodecima. 2. vicesimaquarta unum qui omnes triginta et sex rependunt. In qua re manifestum est quod summa partium maior est: et supra proprium corpus excundat. Atque hic quidem quoniam composite partes totius summam numeri vincunt: superfluus appellatur. Diminutus vero ille cuius eodem modo composite partes totius termini multitudine superantur. ut. 8. vel. 9. habet enim octonarius partem mediam idest. 4. habet et quartam idest duo. habet et octavam idest unum que cuncte in unum redacte. 7. colligunt: minorem scilicet summam toto corpore concludentes. Rursus 14 habet et medietatem idest septenarium. habent septimam: idest. 2. habent quartamdecimam idest. 1. que in unum si collecte sint: denarii numeri summa coacervant: toto scilicet termino

minor. Atqz hi quidem hoc modo sunt: vt prior ille qui suç partes superat: talis videatur: tanqz si quis multis sup naturam manibus natus vt centimanus gigas: vel triplici coniunctus corpore: vt gerion tergeminus vel quid vnqz monstruosum natura in partium multiplicatione surripuit. Ille vero vt si naturaliter quadam necessaria pte detracta: aut minus oculo nasceretur: vt cyclopeç frontis decorus fuit: vel quo alio curtatus membrorum naturale totius suç plenitudinis dispendium sortiretur. Inter hos autem velut inter equales intemperantias medij tempe ramentum limitis sortitus est ille numerus qui perfect9 dicit: virtutis scz emulator qui nec superuacua pgressione porrigitur: nec contracta rursus diminutione remittitur sed mediatatis obtinens terminum suis equus partib9 nec crassatur abundantia: nec eget inopia: vt sex vel. 28. Namqz senarius habet partem mediam idest. 3. et tertiam idest. 2. et sextam idest. 1. quç in vnam summam si redacte sint par totum numeri corpus suis partibus inuenitur. 28. vero habet medietatem. 14. et septimam. 4. nec caret quinta idest. 7. possidet quartamdecimam. 2. et reperies in eo vicesimam octauam. 1. quç in vnum redacte totum partibus corpus equabunt. 28. enim iuncte partes efficient.

De generatione numeri perfecti. Capitulum. 20.

Est autem in his quoqz magna similitudo virtutis et vitij. Perfectos enim numeros raro inuenies: eosqz facile numerabiles: quippe qui pauci sunt: et nimis constanti ordine procreati: at vero superfluos ac diminutos longe multos infinitosqz reperies: nec vllis ordinib9 passim inordinateqz dispositos: et a nullo certo fine generatos. Sunt autem perfecti numeri intra denarium numerum. 6. intra centenarium. 28. intra millenarium numerum. 496. intra decem milia. 8128. Et semper hi numeri duobus paribus terminantur. 6. et. 8. et semper alternatim in hos numeros summarum fine perueniunt. Nam et primum sex deinde. 28. Post hos. 496. idem senarius qui primus. post quem. 8128. idem octenarius qui secundus. Generatio autem procreatioqz eorum est fixa firmaqz nec quo alio modo fieri possunt: nec vt si hoc modo fiant aliud quiddam vllo modo valeat procreari. Dispositos enim ab vno omnes pariter pares numeros in ordinem quousqz volueris: primo secundum aggregabis: et si primus numerus incompositus ex illa coaceruatione factus sit: totam summam in illum multiplicabis quem posteri9 aggregaueris. Si vero coaceruatione facta primus et incompositus non inuentus fuerit sed compositus et secundus hunc transgredere atqz alium qui sequitur aggregabis. Si vero nec dum fuerit primus et incompositus: alium rursus adiunge et vide quid fiat. Quod si primum incompositumqz reperies: tunc in vltimç multitudinem summç coaceruationem multiplicabis. Disponantur enim omnes pariter pares numeri hoc modo. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128 facies ergo ita: pones. 1. eiqz aggregabis. 2. Tunc respicies ex hac aggregatione qui numerus factus sit: sunt. 3. qui scz primus et incompositus est: et post vnitatem vltimum binarium numerum aggregaueras. Si igitur ternarium idest qui ex coaceruatione collectus est per binarium multiplices qui est vltimus aggregat9: perfectus sine vlla dubitatione nascetur. Bis enim. 3. 6. faciunt. qui habent vnam quidem a se denominatam partem idest sextam tres vero medietatem secundum dualitatem. at vero duo secundum coaceruationem idest secundum ternarium: quoniam coaceruati tres multiplicati sunt. Viginti octo autem eodem modo nascuntur. Si enim super vnum et duo qui sunt tres addas sequentem pariter parem idest. 4. septenarium summam facies sed vltimum numerum quaternarium consequenter adiunxeras: per hunc igitur si illam coaceruationem multiplicaueris: perfectus numerus procreatur. Septies enim 4. 28. sunt qui est suis partibus par: habens vnum a se denominatum idest vigesimumoctauum: medietatem vero secundum binarium. 14. secundum quaternarium. 7. septimam vero secundum septenarium. 4. secundum omnium collectionem quartumdecimum duo: qui vocabulo medietatis opponitur. Ergo cum hi reperti sint: si alios inuenire scetaris: eadem oportet ratione vt vestiges. Pones enim vnum sicut: et post hunc. 2. et. 4. qui in septenarium cumulantur: sed de hoc dudum exiuit. 28. perfectus numerus. Huic igitur qui sequitur pariter par idest. 8. continens iungatur accessio: qui prioribus superueniens. 15. restituit. Sed hic primus et incompositus non est. Habet enim generis alterius partem super illam quç est a seipsa denominata: quintamdecimam scz vnitatem. Hunc igitur quoniam secundus est et compositus preterito: et adiunge superioribus continentem pariter parem numerum idest. 16. Qui cum. 15. iunctus vnum ac. 30. conficiet. Sed hic primus rursus et incompositus est. Hunc igitur cum extremi aggregati summa multiplica: vt fiant sedecies. 31. qui. 496. explicant. Hec autem est intra millenarium numerus perfecta a suis partibus equa numerositas. Igitur prima vnitas virtute atqz potentia non etiam actu vel re et ipsa perfecta est. Nam si primam ipsam sumpsero de proposito ordine numerorum: video primam atqz incompositam: quam si per seipsam multiplico. eadem mihi vnitas procreatur. Secund enim vnum solam efficit vnitatem quç partib9 suis equalis est potentia solum ceteris etiam actu atqz opere perfectis. Recte igitur vnitas propria virtute perfecta est quod et prima est et incomposita: et per seipsam multiplicata se se ipsa conseruat. Sed quoniam de ea quantitate quç per se sit dictum est: operis sequentiaz ad illam quç refertur ad aliquid transferamus.

De relata ad aliquid quantitate. Capitulum. 21

Ad aliquid vero quantitatis duplex est prima diuisio. Omne enim aut equale est: aut inequale quicquid alterius comparatione metitur. Et equale quidem est. quod ad aliquid comparatum neqz minor summa infra est: neqz maiore transgreditur: vt denarius denario: vel ternarius ternario vel cubitum cubito: vel pes pedi: et his similia. Hec autem pars relatç ad aliquid quantitatis idest equalitas naturaliter indiuisa est. Nullus enim dicere potest: quod equalitatis hoc quidem tale est illud vero huiusmodi. Omnis enim equalitas vnam seruat in propria moderatione mensuram. Illud etiam quod quç ei quantitas comparatur: non alio vocabulo atqz ipsa cui comparatur censetur. Nam quemadmodum amicus amico amicus est: vicinusqz vicino: ita dicitur equalis equali Inequalis vero quantitatis gemina diuisio est. Secatur enim quod inequale est in maius atqz minus: quç contraria sibimet denominatione funguntur. Namqz maius minore maius est: et minus maiore minus est: et vtraqz non eisdem vocabulis quemadmodum secundum equalitatem dictum est sed diuersis distantibusqz signata sunt ad modum docentis scz vel docenti: vel cedentis vel vapulantis: vel quecunqz ad aliquid relata aliter denominatio contrarijs comparantur.

De speciebus maioris inequalitatis et minoris. Capitulum. 22.

Maioris vero inequalitatis quinqz partes sunt. Est enim vna quç vocatur multiplex: alia superparticularis: tertia superpartiens: quarta multiplex superparticularis: quinta multiplex superpartiens. His igitur quinqz maioris partibus opposite sunt aliç quinqz partes minoris: quemadmodum ipsum maius minori semper opponitur: quç minoris species ita singillatim speciebus. v. maioris his quç supradictç sunt opponuntur: vt eisdem nominibus nuncupentur. sola tantum sub prepositione distantes Dicitur enim submultiplex: subsuperparticularis: sub superpartiens: multiplex subsuperparticularis: et multiplex subsuperpartiens.

¶ De multiplici eiusque speciebus earumque generationibus. Capitulum .23.

Rursus multiplex est prima pars maioris inequalitatis: cunctis alijs antiquior natura que prestantior: vt paulopost demonstrabimus. Hic autem numerus huiusmodi est: vt comparatus cum altero: illum contra quem comparatus est habeat plus quam semel. Quod primum in naturalis numeri dispositione conuenit. Namque ad vnum cuncti qui sequuntur: omnium ordine multiplicium sequentias varietatesque custodiunt. Ad primum enim idest vnitatem .2. duplus .3. triplus .4. quadruplus: atque ita in ordinem progredientes: omnes reperiuntur multiplices quantitates. Quod autem dictum est: plus quam semel: id a binario numero principium capit: et in infinitum per ternarium quaternariumque et ceterorum ordinem sequentiaque progreditur. Contra hunc vero discriminatus est ille qui vocatur sub multiplex: et hec quoque prima minoris quantitatis species est. Hic autem numerus huiusmodi est: qui in alterius comparatione productus: plus quam semel maioris numerat summam: sua scilicet quantitate cum eo equaliter inchoans equaliterque determinans. Idem autem dico numerat quod metitur. Si igitur bis solum maiorem numerum minor numerus metiatur: subduplus vocabitur. si vero ter: subtriplus. si quater: subquadruplus: et sic per hec in infinitum progressio: addimusque eos semper sub prepositione nominibus: vt vnus duorum subduplus: trium subtriplus .4. subquadruplus appelletur et consequenter. Cum autem naturaliter multiplicitas et submultiplicitas infinita sit: eorum quoque species per proprias generationes in infinita consideratione versantur. Si enim positis in naturali constitutione numeris singulos per suas consequentias pares eligas: omnium ab vno paribus atque imparibus se sequentium duplices erunt: et huius speculationis terminus non deficit. Ponatur enim naturalis numerus hoc modo. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. Horum ergo si primum sumas parem idest .2. primi duplus erit idest vnitatis. Si vero sequentem parem idest 4. secundi duplus est: idest duorum. Si vero tertium parem sumas idest .6. tertij numeri in naturali constitutione duplus est idest ternarij. Si vero quartum parem inspicias idest .8. quarti numeri idest quaternarij duplus est. Idemque in ceteris in infinitum sumentibus sine aliquo impedimento procedit. Triplices autem nascuntur: si in eadem dispositione naturali duo semper intermittantur: et qui post duos sunt ad naturalem numerum comparentur excepto ternario: qui vt vnitatis triplus sit solum binarium pretermittit. Post vnum et duo .3. sunt qui triplus vnius est. Rursus post .4. et .5. sunt .6. qui secundi numeri idest duorum triplus est. Rursus post .6. sunt .7. et .8. et post hos .9. qui tertij numeri idest ternarij triplus est. Atque hec idem in infinitum si quis faciat sine vlla offensione procedit. Quadruplorum vero generatio incipit si quis tres numeros intermittat. Post vnum quippe et .2. et .3. sunt .4. qui primi idest vnius quadruplus est. Rursus si in termissero quinarium: senarium: et septenarium: octonarius mihi quartus occurrit: triplus. scilicet intermissis: qui binarij idest secundi numeri quadruplus est. Ut vero si post octo tres terminos intermisero idest .9. et .10. et .11. duodenarius qui sequitur ternarij numeri quadruplus est. Atque hoc idem in infinitum progressis necesse est euenire: semperque vna terminorum intermissione si crescat adiectio: ordinatas te multiplices numeri vices inuenire miraberis. Si enim .4. intermittas: quincuplus inuenitur. si quinque: sextuplus. si sex septuplus semperque ipsius multiplicitatis nomine vno minus intermissionis vocabulo prouenientur. Nam duplus vnum intermittit: triplus .2. quadruplus .3. quincuplus .4. Et deinceps ad eundem ordinem sequentia est. Et omnes quidem dupli secundum proprias sequentias parium numerorum pares sunt. Tripli vero vnus semper par terminus impar alius inuenitur. Quadrupli vero rursus semper parem custodiunt quantitatem. Constituunturque a quarto numero vno et prioribus per ordinem positis paribus intermisso: primo pari binario. post hunc .8. intermisso senario. post hunc .12. transmisso denario. Atque hoc idem in ceteris. Quincupli vero propositio secundum triplicis similitudinem alternatim paribus atque imparibus positis ordinatur.

¶ De superparticulari eiusque speciebus earumque generationibus. Capitulum .24.

Superparticularis vero est numerus ad alterum comparatus: quotiens habet in se totum minorem et partem eius aliquam. Qui si minoris habeat medietatem: vocatur sesqualter. si vero tertiam partem: vocatur sesquitertius. si vero quartam: vocatur sesquiquartus. et si quintam: vocatur sesquiquintus. Atque his nominibus in infinitum ductis: in infinitum quoque superparticularium forma progreditur. Et maiores quidem numeri hoc modo vocantur: minores vero qui habentur toti et eorum aliqua pars: vnus subsesqualter: alter subsesquitertius: alius subsesquiquartus: alius vero subsesquiquintus: atque idem secundum maiorum normam multitudinemque protenditur. Uocant autem maiores numeros duces: minores comites. Superparticularium quoque infinita est multitudo: ob eam rem quod eiusdem species interminabili progressione fungantur. Nam sesqualter habebit quidem duces omnes post ternarium numerum naturaliter triplices. Comites vero omnes post binarium naturaliter pares: hoc modo: vt primus primo: secundus secundo: tertius tertio comparetur: et deinceps. Describantur enim longissimi versus triplicium naturalis numeri atque duplicium: et sit hoc modo.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20

¶ Primus igitur versus continet numerum naturalem secundus eius triplicem: tertius vero duplicem: atque in eo si ternarius binario: vel si senarius quaternario: vel nouenarius senario comparetur: vel omnes triplices superiores si duplicibus numeris consequentibus opponantur emiolia idest sesqualtera proportio nascetur. tres enim habent intra se duo et eorum mediam partem idest .1. sex quoque continent intra se .4. et eorum medietatem idest .2. et nouem intra se senarium claudunt: et eius mediam partem: idest .3. eodemque modo in ceteris. Uidendum vero si quis secundam speciem superparticularis numeri considerare desideret idest sesquitertiam quali ratione reperiat: ac diffinitio quidem huius comparationis talis est. Sesquitertius est: quem minor comparatus habet cum semel et eius tertiam partem sed hi inueniuntur si omnibus a quaternario numero continuatim quadruplis constitutis: a ternario numero tripli eis comparentur: eruntque duces quadrupli: comites tripli. Sit enim in ordine hoc modo numerus naturalis: vt sub eo quadrupli: et sub eo tripli sint. supponatur sub primo quadruplo primus triplus sub secundo secundus: sub tertio tertius: et eodem modo cuncti eiusdem primi versus tripli in ordinem dirigantur.

1	2	3	4	5	6	7	8
4	8	12	16	20	24	28	32
3	6	9	12	15	18	21	24

¶ Igitur primum primo si compares sesquitertia ratio continebitur. Nam si .4. tribus compares habebunt in se 4. totum ternarium et eius terciam partem idest .1. et si secundum secundo idest octonarium senario compares: idem inuenies: habebit enim octonarius senarium totum et eius tertiam partem idest .2. et per eandem sequentiam vsque in infinitum progrediendum est. Notandum quoque est: quod .3. comites sunt: duces .4. Rursus .6. comites: duces .8. et in eodem ordine ceteri similiter modo vocantur duces sesquitertij: comites subsesquitertij: et in cunctis secundum hunc modum positis conueniunt seruare vocabula.

De quodam vtili ad cognitionem super particularibus accidente. Capitulum .15.

Hoc aūt admirabile profundissimūq; in istoꝝ ordinibus inuenitur: quod primus dux primusq; comes ad se inuicem nulla numeri intermissione copulantur. Naz primi se nullo in medio posito transeunt: secundi interponunt .i. tertij duos: quarti .3. & deinceps vna semper minoꝛ quā ipsi sunt intermissione succrescunt. Atq; hoc vel in sesqualteris: vel in sesquitertijs: vel in alijs superparticularis partibus necesse est inueniri. Nā que ut quaternarius contra ternariū comparetur: nullum intermisimus: post .3. enim mox .4. sunt. At vero .6. contra .8. in secūdo scilicet sesquitertio: vna facta est intermissio. Inter .6. enim & .8. solus est septenarius qui transmissus est numerꝰ. Rursus ut .9. contra .12. cōparemus: qui sunt in dispositiōe tertij: duorū medioꝝ est facta transmissio. Inter .9. eni & .12. sunt .10. & .11. scdm hunc modum quarta dispositio .3. quinta .4. intermittit.

Descriptio per quā docet ceteris inequalitatis speciebus antiquioꝛē esse multiplicem. Capitulum .26.

Quoniā aūt naturaliter & scdm propriaz ordinis consequentiā: multiplicem, inequalitatis speciē cunctis preposuimus: primāq; speciē esse monstrauimus: licet hoc nobis posterioris operis ordine clarescat: hic quoq; per attingentes id quod propositumꝰ planissime breuiterq; doceamus. Sit eni talis descriptio in qua ponatur in ordinem vsq; ad denariū numerū cōtinui numeri ordo naturalis: & secundo versu duplus ordo teratur: tertio triplus: quarto quadruplus: & hoc vsq; ad decuplū. Sic enim cognoscemus quemadmoduz superparticulari & super partienti: & cunctis alijs princeps erit species multiplicis: & quędam alia simul inspicimus et ad subtilitatē tenuissima: & ad scientiā vtilissima: et ad exercitationē mentis iocundissima.

Tetragonus. Longitudo. Secunda vnitas.

Prima vnitas. Latitudo. Latitudo. Tertia vnitas.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	4	6	8	10	12	14	16	18	20
3	6	9	12	15	18	21	24	27	30
4	8	12	16	20	24	28	32	36	40
5	01	15	20	25	30	35	40	45	50
6	12	18	24	30	36	42	48	54	60
7	14	21	28	35	42	49	56	63	70
8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
9	18	27	36	45	54	63	72	81	90
10	20	30	40	50	60	70	80	90	100

Secunda vnitas. Longitudo. Tetragonus.

Ratio atq; expositio digeste formule. Capitulum .27.

Si igitur duo prima latera ꝓposite formule que faciunt angulum: ab vno ad .10. & .10. procedentia respiciantur: & his subteriores ordines comparētur: qui .s. a .4. angulum incipientes: in vigenos terminum posuit: duplex idest prima species multiplicitatis ostenditur: ita vt primus primum sola superet vnitate: vt duo vnum secundus secundū binario superuadet: vt quaternarius binarium tertius tertium tribus: vt sene

rius ternarium: quartus quartum quaternarij numerositate transcēdant: vt. 9. quaternarium: ⁊ per eandem cuncti sequentiam sese minoris pluralitate preterant. Si vero tertius angulus aspiciatur: q ab. 9. inchoans longitudinem latitudinemq3 tricenis altrisecus numeris extendit: ⁊ hic cum prima latitudine ⁊ longitudine comparetur: triplex speciebꝰ multiplicitatis occurrit: ita vt illa comparatio per. t. litteram fiat. Hic3 se numeri sopabūt secūdum paritatis factam naturaliter connexionem. Primus enim primum duobꝰ superat: vt vnum. 3. secūdus secundum quaternario: vt binarium senarius. tertius tertium sex: vt ternarium nouenarius. ⁊ ad eundē3 ceteri modum progressionis augescunt. Quam rem nobis scilicet ⁊ ipsa naturalis obiecit integritas: nihil nobīs extra machinantibꝰ: vt in ipso modulo descriptionis apparet.

Si quis autem quarti anguli terminum qui sedecī3 numeri quantitate notatus est: ⁊ longitudinem latitudinē3 q3 in quadragenos determinat velit superioribus cōparare per. t. litterę formam proportione collata quadrupli multitudinem pernotabit. Hisq3 est ordinabilis super se progressio vt primus primum tribꝰ superet: vt. 4. vnitatem. Secundus secūdum senario vincat: vt octo binarium. Tertius tertium nouenario transeat: vt duodenarius ternarium: ⁊ sequentes summulę trium se semper adiecta quātitate transiliant. Et siquis subteriores aspiciat angulos idē3 per omnes multiplicitatis species eisq3 ad decuplum dispositissima ordinatione perueniet. Si quis vero in hac descriptione superparticularis species requirat tali modo reperiet. Si enī secūdum angulū3 notet cuius est initiū quaternarius: eiq3 superiacet binarius: atq3 hunc sequentem quis accomodet ordinē3: sesqualtera proportio declarabitur. Nam tertius secundi versus sesqualter est: vt tres ad duo: vel sex ad quattuor: vel. 9. ad. 6. vel 12. ad. 8. Itemq3 in ceteris qui sunt in eadem serie numeris: talis coniugatio miscetur: nulla varietatis dissimilitudo surripiet. Eadem tamen summarum supergressio est in hac quoq3 quę in duplicibus fuit. Primus eni3 primū idest ternarius binarium vno superat: secundus vero secundum duo: si tertius tertium tribus ⁊ deinceps. Si vero quartus ordo tertio comparetur: vt. 4. ad. 3. ⁊ eodē ceteros ordine consecteris: sesquitertia comparatio colligitur: vt. 4. ad. 3. vel. 8. ad. 6. ⁊. 12. ad. 9. videsne vt in omnibus his sesquitertia comparatio conseruetur. Preterea eos qui sub ipsis sunt: si idem faciens sequentes versus alterutris comparaueris omnes sine vllo impedimēto species superparticularis agnosces. Hoc autem in hac est dispositione diuinum quod omnes angulares numeri tetragoni sunt. Tetragonus autem dicitur vt breuissime dicam quod post latius explicabitur: quem duo equales numeri multiplicant. vt in hac quoq3 descriptione est. vnꝰ enim semel: vnus est: ⁊ est potestate tetragonus. Itē bis duo. 4. sunt. Ter. 3. 9. quos in semetipsos multiplicatiōnes primi ordinis perficere. Circum ipsos vero qui sūt idest circū angulares: longilateri numeri sunt. Longilateros aūt voco quos vno se supergredientes numeri multiplicant. Circum. 4. enim. 2. sunt ⁊. 6. sed duo nascunt ex vno ⁊ duobꝰ cū vnū bis multiplicaueris: sed vnitas a binario vnitate precedit. Sex vero a duobus ⁊ tribus bis enī tres senariū reddunt. Nouenarium vero sex ⁊. 12. claudunt. q. 12. ex tribꝰ nascuntur ⁊. 4. Ter enim. 4. fiunt. 12. Senarius vero ex duobꝰ ⁊ tribus. Bis enim. 3. faciunt. 6. qui omnes vno maioribꝰ lateribus procreati sunt. Nam cum. 6. ex binario ternarioq3 nascuntur: tres binarium numerum vno superant cunctiq3 alij eiusdē modi sunt: vt primo ⁊ secundo ordine ad alterutrū multiplicatis terminis procreentur: ita vt quod nascitur ex duobus longilateris altrisecus positis: ⁊ bis medio tetragono tetragonꝰ fit: Et rursus quod ex duobꝰ altrinsecus tetragonis: ⁊ vno medio longilatero bis facto nascitur: ipse quoq3 tetragonꝰ fit. ⁊ vt angulorum totius descriptionis ad angulares tetragonos positorū vnꝰ anguli sit prima vnitas: alterꝰ vero q contra ē tertia. Bini vero altrinsecus anguli secundas habeant vnitates: ⁊ duo angulariū tetragonorū anguli equū faciunt quod sub ipsis continet illi quod fit ab vno illorum qui est altrinsecus angulorū. Multa enī sunt alia quę in hac descriptione vtilia possūt admirabiliaq3 perpendi quę interim propter castigatam introducendi breuitatem ignota esse permittimꝰ. Nūc vero ad sequentis propositum conuertamus.

¶ De tertia inęqualitatis specie quę dicitur superparticus: deq3 speciebꝰ eiꝰ earūq3 generationibꝰ. Capi. 28.

Igitur post duas primas habitudines multiplices ⁊ super particulares: ⁊ eas quę sub ipsis sunt sub multiplices: ⁊ sub superparticulares tertia inęqualitatis species inuenitur: quę a nobis superiꝰ superpartiens dicta ē. Hec ē aūt quę fit cum numerꝰ ad alium comparatus: habē3 eum totum infra se: ⁊ eiꝰ in super aliquas ptes: vel duas: vel. 3. vel. 4. vel quot ipsa attulerit comparatio. Quę habitudo incipit a duabꝰ pribꝰ tertijs. Nam si duas medietates habuerit: qui illū3 intra se totum coercet: duplus p superpartiente componitur. Habebit autem vel duas tertias vel duas quītas vel duas septimas vel duas nonas. ⁊ ita progredientibus si duas solas partes minoris numeri superhabuerit: per easdem partes imparibus numeris minorē maior: sūma transcendit. Nam si eum habeat totum ⁊ duas eius quartas: superparticularis necessario repetitur. Nam duę quartę medietas est: ⁊ fit sesqualtera comparatio. Si vero duas sextas: rursus est superparticularis. Duę eni3 sextę pars tertia est. Quod si in cōparatione ponatur sesquitertię habitudinis efficiet formam. Post hos nascuntur comites q sub superpartientes vocantur. hi autē sūt qui habentur ab alio numero ⁊ totum vel duę: vel. 3. vel 4. vel quotlibet alię partes. Si ergo numerus alium intra se numerum habens eiꝰ duas partes habuerit: superbipartiens nominatur si vero tres supertripartiens. qd si. 4. superquadripartiens. atq3 ita progredientibus in infinitum fingere nomina licet. Ordo autem eorum naturalis est: quotiens disponuntur a tribus omnes pares atq3 impares numeri naturaliter cōstituti: ⁊ sub his aptātur alij qui sunt a quinario numero incipientes omnes impares. His igitur ita dispositis: si primꝰ primo: secundus secūdo: tertiꝰ tertio: ⁊ ceteri ceteris comparentur: superpartiens habitudo procreatur. Sit enim dispositio hoc modo.

	3	4	5	6	7	8	9	10	
	5	7	9	11	13	15	17	19	

Si igitur quinarij numeri ad ternarium comparatio consideretur: erit superpartiēs ille q vocatur superbipartiens. Habē3 enim quinarius totos in se tres ⁊ eorum duas ptes: idest. 2. Si vero ad scd̄m ordinē speculatio referatur supertripartiens proportio cognoscet. atq3 in sequentibꝰ per omnes dispositos numeros oēs in infinitum species huiꝰ numeri conuenientes ordinatasq3 respicies. At vero quemadmodum singuli procreentur si in infinitum quis curet agnoscere: hic modus est. Habitudo enim superbipartientis: si vtrisq3 terminis duplicetur: semper superbipartientis proportio procreatur. Si enī quis duplicet. 5. faciet. 10. si tres faciet. 6. qui. 10. contra senarium cōparati superbipartientem faciunt habitudinem: ⁊ hos ipsos rursus si duplicaueris: idem ordo proportionis accrescit. Idemq3 si in infinitum facies: statum prioris habitudinis non mutabit. Si vero supertripartientes inuenire contendis: primos supertripartientes. idest. 7. et. 4. triplicabis ⁊ huiusmodi nascentur. Si vero qui ex his nati fuerint ternarij multiplicatione produxeris: idem rursus efficient. Quod si superquadripartientes quēadmodum in infinitū progrediantur optes

addiscere: primas eorum radices in quadruplum multiplices licet: idest. 9. 4. 5. et eos qui illa multiplicatione proferentur: rursum in quadruplum: et eandem fieri proportionem in offensa nimirum ratione reperies. Et cetere species vna semper plus multiplicatione crescentibus radicibus oriuntur. Radices autem proportionum voco numeros in superiore dispositione descriptos, quasi quibus omnis summa supradicte comparationis innititur. In hoc quoque videndum est: quoniam cum due partes minore plus in maioribus sunt: tertii semper vocabulum subaudiri. Ut superbipartiens qui dicitur quoniam duas minoris numeri tertias partes habet: dicatur superbipartiens tertias. Et cum dico supertripartiens: subaudiri necesse sit supertripartiens quartas: quoniam tribus super quartis exuberat. Et superquadripartienti subauditur superquadripartiens quintas. et ad eundem modum in ceteris vno semper adiecto superhabitas partes subauditio facienda est. vt eorum germana conuenientiaque his nomina det sint. vt qui dicitur superbipartiens: idem dicatur superbitertius. Qui dicitur supertripartiens is sit supertriquartus. et qui dicitur superquadripartiens: idem dicatur superquadriquintus. eademque similitudine vsque in infinitum nomina producantur.

¶ De multiplici superparticulari. Ca. 29.

[S]itur relate ad aliquid quantitatis, simplices et prime species hec sunt. Due vero alie ex his velut ex aliquibus principiis componuntur vt multiplices superparticulares: et multiplices superpartiens. horumque comites submultiplices superparticulares: et submultiplices superpartientes. Namque in his vt in predictis proportionibus: minores numeri et eorum quoque species omnes addita sunt prepositione dicuntur. Quorum diffinitio talis reddi potest. Multiplex superparticularis est: quotiens numerus ad numerum comparatus: habet eum plusque semel et eius vnam partem. hoc est habet eum aut duplum aut triplum: aut quadruplum: aut quotienslibet: et eius qualibet aliquam partem: vel mediam: vel tertiam: vel quartam vel quecunque alia partium exuberatione contigerit. Hic ergo et multiplici et superparticulari consistit. Quod enim comparatum numerum plusque semel habet multiplicis est. Hoc vero quod minorem in habenda parte transcendit: superparticularis. Itaque ex vtroque nomine facto vocabulo est. speciesque illius ad illarum scilicet fiunt imaginem proportionum: ex quibus ipse numerus originem trahit. Nam prima pars huius vocabuli que multiplicis nomine possessa est: multiplicis numeri specie vocabulo nominanda est. Que vero superparticularis est: eodem vocabulo nuncupabitur quo superparticularis numeri species vocabantur. Dicetur enim qui duplicem habuerit alium numerum: et eius mediam partem: duplex sesqualter. qui vero tertiam: duplex sesquitertius. qui quartam: duplex sesquiquartus. et deinceps. Si vero ter eum totum contineat et eius mediam partem: vel tertiam: vel quartam: dicitur triplex sesqualter: triplex sesquitertius: triplex sesquiquartus et eodem modo in ceteris. Dicetur quoque quadruplus sesqualter: quadruplus sesquitertius: quadruplus sesquiquartus. et quotiens totum numerum in semetipso continuerit: per multiplicis numeri species appellatur. quam vero partem comparati numeri clauserit: secundum superparticularem comparationem habitudinemque vocabitur. Horum autem exempla huiusmodi sunt. Duplex sesqualter est: vt quinque ad duo. habent enim. 5. binarium numerum bis et eius mediam idest. 1. Duplex vero sesquitertius est septenarius ad ternarium comparatus. At vero nouenarius ad quaternarium duplex sesquiquartus. Si vero. 11. ad. 5. duplex sesquiquintus. Et hi semper nascentur dispositis in ordinem a binario numero omnibus naturaliter paribus imparibus que terminis: si contra eos omnes a quinario numero impares comparentur. vt primum primo: secundum secundo: tertium tertio caute et diligenter apponas. vt sit dispositio talis.

2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
5	7	9	11	13	15	17	9	21	23

[S]i vero a duobus paribus omnibus dispositis terminis: illi qui a quinario numero inchoantes: quinario numero rursus sese transiliunt comparentur: omnes duplices sesqualteros creant vt est subiecta descriptio.

2	4	6	8	10	12
5	10	15	20	25	30

[S]i vero a tribus inchoent dispositiones: et tribus sese transiliant: et ad eos aptentur qui a septenario inchoantes: septenario sese numero transgrediuntur: omnes duplices sesquitertii habita diligenter comparatione nascuntur. vt subiecta descriptio monet.

3	6	9	12	15	18	21
7	14	21	28	35	42	49

[S]i vero omnes in ordinem quadrupli disponantur: hi qui naturalis numeri quadrupli sunt: vt vnitatis quadruplus: et duorum triumque et quattuor: atque quinarii: et ceterorum sese sequentium: vt ad eos aptentur a nouenario numero inchoantes: semper sese nouenario precedentes: tunc duplicis sesquiquarte proportionis forma texetur.

4	8	12	16	20	24
9	18	27	36	45	54

[A]t vero species huius numeri que est triplex sesqualtera hoc modo procreatur: si disponantur a binario numero omnes in ordinem pares: et ad eos a septenario numero inchoantes: septenario sese supergredientes: soluto ad alterutrum modo comparationis aptentur.

2	4	6	8
7	14	21	28

[S]i autem a ternario numero ingressi cunctos naturalis numeri triplices disponamus: et eis a denario numero denario sese supergredientes ordine comparemus: omnes triplices sesquitertii in ea terminorum continuatione prouenient.

3	6	9	12
10	20	30	40

¶ De eorum exemplis in superiore formula inueniendis Capitulum. 30.

[H]orum autem ceterumque qui sequuntur exempla integre planeque possumus pernotare: si in priorem descriptionem quam fecimus cum de superparticulari et multiplici loqueremur: vbi ab vno vsque in denarium multiplicationum summa concreuit: diligens volumus acumen intendere. Ad primum enim versum omnes qui sequuntur collati ordinatas conuenienterque multiplicis species reddent. Si vero ad secundum cunctos qui tertii sunt ordinis aptaueris ordinatas species superparticularis agnosces. Quod si tertio ordini quicunque sunt in quinto versu compares: superpartientis numeri species positas conuenienter aspicies. Multiplex vero superparticularis ostenditur: cum ad secundum versum omnes qui sunt quinti versus serie comparantur vel qui sunt in septimo vel qui sunt in nono atque ita si in infinitum sit ista descriptio in infinitum huius proportionis species procreabuntur. Manifestum autem etiam hoc est: quod horum comites semper cum sub prepositione dicentur. vt est subduplex sesqualter: subduplex sesquitertius. subduplex sesquiquartus. et ceteri quidem ad hunc modum.

¶ De multiplici superpartiente. Ca. 31.

[M]ultiplex vero superpartiens est: quotiens numerus ad numerum comparatus habet in se alium numerum

tetum plusquã semel: & eius vel duas vel .3. vel quotlibꝫ plures ꝑticulas: secundum numeri supparticntis figurã. In hoc quoqꝫ propter causam supius dictam non erũt due medietates: neqꝫ due quarte: neqꝫ due sexte: sed due tertie: vel due quinte: vel due septime ad priorem similem consequentiã. Non ẽ aũt difficile scdm priorũ exẽpla posita: & hos quoqꝫ & preter nostra exempla numeros inuenire. Uocabunturqꝫ hi scdm proprias ptes. duplex supbipartiens: vel duplex suptripartiens: vel duplex supquadripartiens. Et rursus triplex supbipartiens: et triplex suptripartiens: & triplex supquadripartiens: & simil. ter. Ut .8. ad .3. comparati faciunt duplicẽ supbipartientem & .16. ad .6. & omnes quãqꝫ ab .8. incipientes: octonario se numero transgrediant: comparati ad eos q a trib⁹ icboantes ternarij sese quãtitate pretereunt. Nec erit diff aliis alias eius ptes scdm predictũ modum diligentib⁹ repire. Hic quoqꝫ illud meminisse debem⁹ quod minores & comites non sine sub prepositione nominant: vt sit subduplex supbipartiens: subduplex suptripartiens.

¶ Demonstratio quẽadmodum omnis inequalitas ab equalitate processerit. Caplm. 32.

Restat aũt nobis profundissimam quãdaꝫ tradere disciplinam: que ad oẽm nature vim rerũqꝫ integritatẽ maxima ratione ptineat. Magn⁹ eñ ppe in hac scientia fruct⁹ est: siqs non nesciat quod bonitas diffinita est & sub scientiam cadens: animoqꝫ semp imitabilis & perceptibilis prima natura ẽ: & sue substantie decore ppetua. Infinitum vo malicie dedecus est: nullis proprijs principijs nitens: sed natura sperrans a boni diffinitione principij tanqꝫ aliquo signo optime figure īpressa componit: & ex illo erroris fluctu retinet. Nam nimiã cupiditatem: irãqꝫ imodicã effrenationem: quasi qdam rector animus pura intelligentia roboratus astringit. & has quodãmodo inequalitas formas temparata bonitate constituit. Hoc aũt erit perspicuum: si intelligam⁹ oẽs inequalitatis species ab equalitatib⁹ venisse primordijs: vt ipsa quodãmodo equitas matris et radicis obtinens vim: ipsa oẽs inequalitatis species ordinesqꝫ profundat. Sint eniꝫ nobis tres equales termini idest tres vnitates: vel .3. bini: vel tres terni: vel tres quaterni: vel quãtos vltra libet ponere. Quod enim in vnis trib⁹ terminis euenit: idem contingit in ceteris. Ex his igit scdm precepti nostri ordinem videas primũ nasci multiplices: & in his duplices pri⁹: de hinc triplos: deinde quadruplos: & ad eundem ordinem consequentes. Rursus multiplices si conuertentur: ex his superparticulares oriunt: & ex duplicib⁹ qdem sesqualteri: ex triplicibus sesquitertij: ex quadruplis sesquiquarti: & ceteri in hunc modũ. Ex superparticularib⁹ vero conuersis superpartientes nasci necesse ẽ. ita vt ex sesqualtero nascat supbipartiens: suptripartientẽ sesqterti⁹ gignat: & ex sesquiquarto super quadripartiens. Rectis aũt positis neqꝫ conuersis prenibus superparticularib⁹ multiplices superparticulares oriũtur. Rectis vo superpartientib⁹ multiplices superpartiẽtes efficiunt. Precepta aũt tria hec sunt: vt primũ numerũ primo facias parem: scdm vo primo & scdo: tertiũ primo duob⁹ secundis & tertio. Hoc igit cũ in terminis equalibus feceris: ex his qui nascentur duplices erunt. De quibus duplicib⁹ si idẽ feceris: triplices perantur. & de his quadruplices. atqꝫ in infinitum oẽs formas numeri multiplices explicabit: iaceant igit .3. termini equales.

1	1	1

Nascat itaqꝫ primo prim⁹ equalis idest vnus. Secũdus vero primo & scdo idest .2. terti⁹ vo primo duob⁹ secundis & tertio par fit: idest vni et duob⁹ vnis & vni. q sunt .4. vt est descriptio.

1	1	1
1	2	4

Id: sine vt duplici proportione sequens ordo texatur. fac rursus idem de duplicib⁹ vt sit primus primo equalis: idest vni. secundus primo & secundo: idest vni & duob⁹ qui sunt .3. terti⁹ primo idest vni duobus secundis idest .4. & tertio idest quattuor. qui simul .9. sunt: & venit hec forma.

1	1	1
1	2	4
1	3	9

Rursus si de triplicib⁹ idẽ feceris: continu⁹ quadruplus pcreabit. Sit enim prim⁹ primo equ⁹ idest vni⁹. sit secundus primo & secundo equalis idest .4. sit terti⁹ primo duob⁹ secundis & tertio equalis: idest .16.

1	1	1
1	2	4
1	3	9
1	4	16

Et in ceteris qdem ad hanc formam trib⁹ his preceptis vtemur. Si vo q ex equalib⁹ nati sũt multiplices eos disponam⁹: & scdm hec precepta vertamus: ita vt conuerso sint ordine: sesqualter ex duplici pcreabitur. sesquiterti⁹ ex triplici. sesquiquart⁹ ex quadruplo. Sint enim .3. duplices termini qui ex equalib⁹ creati sunt & q vltim⁹ est prim⁹ ponat huiusmodi.

4	2	1

Et constituatur primo ī hoc ordine prim⁹ par idest .4. secundus vero primo & scdo par: idest .6. terti⁹ vo primo duob⁹ secundis & tertio idest .9.

4	2	1
4	6	9

Ecce tibi illa sesqualtera quantitas ex termino duplicitatis exorit. Uideam⁹ nunc ad eundem modũ ex triplici q nascatur. disponant enĩ triplices supiores: conuerso scilꝫ ordine sicut duplex hic est quoqꝫ ordo disposit⁹.

9	3	1

Ponatur ergo prim⁹ primo equus idest .9. secundus primo & secundo idest .12. terti⁹ primo duob⁹ secundis & tertio equus idest .16.

9	3	1
9	12	16

Rursus secũda species superparticularis numeri idest sesquiterti⁹ procreat⁹ est. Quod si idem de quadruplo quis facere velit: sesquiquart⁹ continuo nascetur vt monstrabit subiecta descriptio.

16	4	1
16	20	25

Ac siquis idem de cunctis i infinitum ptib⁹ multiplicatis faciat: conuenienter ordinem superparticularitatis inueniet. Quod si conuersos superparticulares aliquis scdm hec precepta conuertat: continuo videat superpartientes excrescere. & ex sesqualtero quidem superbipartiens: ex sesquitertio suptripartiens procreat. & ceteri scdm cõmunes denominationis species sine vlla ordinis interpollatiõe nascentur. Disponant igit sic.

9	6	4

Superioris igit descriptionis primo prim⁹ equus numerus ascribat idest .9. scdus vo primo & scdo: idest .15. terti⁹ vero primo: duob⁹ secundis & tertio idest .25.

9	6	4
9	15	25

Si ergo sesquitertium eodem modo vertam⁹: ordo suptripartiens inuenitur. sit enim prima propositio sesquitertij.

16	12	9

Ponatur secundum priorem modū primo par primus idest.16. secundus primo & secundo idest.28. tertius primo duob⁹ secundis & tertio idest.49. Omnis ergo summa disposita supertripartientes efficiet.

16	12	9
16	28	49

Rursus si sesquiquartum eodem modo verteris supquadripartiens statim quantitas procreabitur. vt est ea forma quam suppositam vides.

25	20	16
25	45	81

Restat quemadmodum ex superparticularibus & superpartientib⁹ multiplices suppartientes nascant ostendere. Quorum binas tibi faciā descriptiones. Nāq; si rectū & non conuersum sesqualterum ponim⁹: duplex supparticularis excrescit. fit eni hoc modo.

4	9	9

Ponatur scdm superiorem modum primo prim⁹ equalis idest.4. secūdus primo & secūdo idest.10. terti⁹ primo duobus secundis & tertio equalis idest.25.

4	6	9
4	10	25

Ecce hec quidē duplex sesqualtera summa producta est. Si vo sesquitertiū non puersum ponam⁹ dupl⁹ sesqtert⁹ īueniē. vt subiecta dscriptio docet.

9	12	16
9	21	49

Et vero si ad suppartientes animū conuertamus: eosq; ordinatim scdm superiora precepta disponamus: multiplices suppartientes ordinati pgenitos reperim⁹. Disponat eniz suppartiēs hec formula.

9	15	25

Scribantur ergo primus primo equus idest.9. Secūdus primo & secūdo: idest.24. terti⁹ primo duobus secūdis & tertio idest.64.

9	15	25
9	24	64

Ides ne vt ex supbipartiente duplus supbipartiens exortus sit. At vero si suptripartientez ponam: duplex siue dublo tripartiens inuenit vt in subiecta descriptione perspicuum est.

16	28	49
16	44	121

Hic ergo de supparticularibus vel de superpartiētibus multiplices supparticulares vel multiplices suppartientes oriunt. Quare constat omniū inequalitatum equalitatē eē principiū. ex eadē eniz inequalia cūcta nascuntur. Ac de his quidē hactenus dixisse dixisse eē credidim⁹ ne vel infinita secemur: vel circa res obscurissimas ingredientium animos detinentes: ab vtilioribus moremur.

Finit liber primus.

Incipiunt capitula libri secundi.

Finiunt capitula.

Incipit liber secundus.

Quemadmodum ad equalitatem omnis inequalitas reducatur. Capitulum primum.

f Uperioris libri disputatiõe digestũ ẽ: quẽadmodum tota inequalitatis substantia a principe sui generis equalitate processit. Sz que rerũ elemẽta sunt: ex eisdem principaliter omnia cõponuntur: & in eadẽ rursus resolutione facta resoluuntur. Ut quĩ articularis vocis elementa sunt lr̃e: ab eis ẽ syllabarũ pgressa coniunctio: & in easdem rursus terminatur extremas. eandẽq; vim optinet sonus in musicis. Jam vero mundum. 4. corpora nõ ignoramꝰ efficere. Nãq; vt ait ex imbri terraq; anima gignuntur & igni. sed in hec rursus eius. 4. elementa fit postrema resolutio. Ita igitur quĩ ex equalitatis margine cunctas inequalitatis species proficisci videmus: oĩs a nobis inequalitas ad equalitatem rursus velut ad quoddam elementum proprij generis resoluatur. Hoc autem trina rursus inspectione colligit. eaq; resoluendi ars dat quibuslibet tribꝰ terminis inequalibus quidẽ: sz pporti onaliter constitutis: idest vt eandem mediꝰ ad primum vim proportionis optineat: quã q est extremꝰ ad mediũ in qualibet inequalitatis rõne: vel in multiplicibꝰ: vel ĩ supparticularibꝰ: vel in suppartientibꝰ: vel in his que ex his procreantur: hoc est multiplicibꝰ supparticularibꝰ: vl̃ multiplicibus superpartientibus eadem atq; vna ratio ne indubitata constabit. Propositis enim tribus vt dictum est terminis equis proportionibꝰ ordinatis: vltimum semper medio detrahemꝰ: & ipsum qdem vltimum primũ terminũ collocamus: quod de medio relinquitur: secundum. De tertiis vero propositorum terminorum sũma auferemus vnũ primum & duos secundos eos qui de medietate relicti sunt. & id quod ex tertia summa relinquitur tertium terminũ constituemus. Uidebis igitur hoc facto in minorem modum summas redacti: & ad principaliorem habitudinẽ comparationes proportionesq; reduci. vt si sit quadrupla proportio: primo ad triplam: inde ad duplam: inde ad equalitatem vsq; remeare. Et si sit superparticularis sesquiquartus: primo ad sesquitertiũ: inde ad sesquialterũ: postremo ad tres equales terminos redire. Hoc autẽ nos exẽpli gratia in multiplici tm̃ proportione docebimus. Sollertem vo in alijs quoq; inequalitatis speciebus id experientem: eadem rõ preceptorum iuvabit. Constituantur enim tres ad se termini quadrupli.

	8	32	128	

a Ufer igitur ex medio minorẽ: idest ex triginta duobus octonarium: relinquuntur. 24. & primum octonarium terminũ pones: scdm vo quod reliquum fuerit ex medio: idest. 24. vt sint hi duo termini. 8. 24. De tertio vero: idest. 128. aufer vnũ primũ: idest. 8. & duos secundos qui sunt reliqui: id ẽ bis. 24. & relinquitur. 72. His dispositis terminis: ex quadruplis proportionibus equati proportio tripla reducta ẽ. Sũt. n. hi termini.

	8	24	72	

c Et his sũt ipsis idẽ si feceris: ad duplũ rursus cõparatio remeabit. Pone enĩ primũ minori equũ idest. 8. & ex secundo aufer primũ. 16. relinquentẽ. Sz ex tertio idest ex. 72. aufer primũ: idest. 8. & duos secũdos: idest bis. 16. & erit reliqua pars. 32. Quibus positis ad duplas proportiones habitudo redigitur.

	8	16	32	

f Dem vero ex his si fiat: rem oĩm ad equalitatis summas eliquabimus. Pone enĩ primũ minori equũ: idest. 8. & aufer ex. 16. octonariũ: remanẽt 8. qbus dispositis: ex tertio idest. 32. sumptis p̃mo: idest. 8. & duobꝰ scdis idest octonarijs: supersunt. 8. Quibus dispositis prima nobis equalitas cadit. vt subiecte summule docent.

	8	8	8	

b Inc igitur si quis ad alias inequalitatis species gium tendat eãdem convenientiam intueri bene inveniet. Quare pronunciãdum est: nec vlla trepidatione dubitandum quod quẽadmodum per se constãtis quãtitatis vnitas principium & elementũ est: ita & ad aliquid relate quãtitatis equalitas mater est. Demõstravimus enĩ quod hinc & eius procreatio prima fortitur: & in eam rursus postrema solutio estit

De inveniendo in vnoquoq; numero quot numeros eiusdem proportionis possit procedere: eorumq; descriptio: descriptionisq; expositio. Capitulum. 2.

c Et sũt quedam in hac re profunda & mirãda speculatio: & vt ait nicomachus ennocophaton theorema proficiens. & ad platonicam in timeo anime generationem: & ad intervalla armonice discipline. Ibi enim iubemur producere atq; extẽdere tres vel quatuor sesqualteros: vel quotlibꝫ sesquitertias proportiones: & sesquiquartas cõparationes. easq; secũdũ propositũ ordinẽ sepe continuas iubemur extendere. Ne autem hoc labore quodã semper qdem maximo: frequentius inferaci fiat: hec nobis ratione in quot numeris quãti possint eẽ superparticulares investigandum est. Oẽs enĩ multiplices tantarum similium sibimet proportionũ principes erunt: quoto ipsi loco ab vnitate discesserunt. Quod autem dico sibimet similium tale est: vt dupli sẽ per multiplicẽs vt superius dcm̃ ẽ sesqualteros creet: et triplex sit dux sesquitertio: ũ: quadruplus sesquiquartis. Primꝰ ergo duplex vnũ solũ habebit sesqualterũ. secundus duos. tertiꝰ tres. quartus. 4. & scdm hũc ordinẽ eadem fit in ĩfinitũ progressio. Neq; vnquã fieri põt: vt vl̃ super proportionẽ numerũ vel ab eo sit deminutor equalis ab vnitate locatio. Primus ergo duplex ẽ binarius numerus: q vnũ solũ sesqualterum recipit: idest ternariũ. Binarius. n. contra ternariũ cõparatꝰ sesqualterã efficit proportionẽ. Ternarius vo quoniã medietatẽ non recipit: nõ est alter numerus ad quẽ in rõne sesqualtera cõparetur. Quaternariꝰ vo numerus scdus duplex est. hic ergo duos sesqualteros precedit. Est enim ad ipsum quidem cõparatus senarius numerus ad senarium vo quĩ medietatem habet: novenarius. & sunt duo sesqualteri. ad. 4. sz 6. ad sex vero. 9. Novenariꝰ vo quoniã medietate caret: ab hac cõparatione seclusus est. Tertiꝰ vo duplex est. 8. hic ergo. 3. sesqualteros antecedit. Comparatur enim ad ipsum duodenarius numerus. ad duodenariũ. 18. ad. 18. rursus 27. At vero. 27. medio caret. Idẽ quoq; in sequentibꝰ evenire necesse est. quod nos cum propria ordinatione subdidimus. Sẽp. n. hoc divina quadã nec humana cõstitutione speculationibus occurrit: vt quotiensciiq; vltimus numerus invenit: q loco duplicis ab vnitate sit partalis sit vt in medietates dividi secunq; non possit.

Latitudo.

1	2	4	8	16	32
	3	6	12	24	48
	sn	9	18	39	72
		su	27	54	108
			la	81	162
				tis	243.

f Dem contingit etiã in triplicibꝰ. ex illis enĩ sesquitertij procreantur. Nã quĩ primus triplex ẽ

ternarius numerus: habet vnum sesquitertium: idest. 4. Cuius quaternarij tertia ps non pot inueniri: atqz ideo hic epitrito caret. Secundus vero qui est noue habz ad se duodenarium numez sesquitertiu. Duodenari⁹ aut quo niam hz tertia parte: in sesquitertia pportione cöparat ad eu numer⁹ sedecim: qui tertie ptis sectione solutus est. Uiginti septe aut quonia tertius e triplex: hz ad se sesqui tertiu triginta sex: 7 h. c. rursus ad quadraginta octo eadem proportione cöparat. Cui si sexagintaquatuor appositi fuerint: eande rursus vim proportöis explebunt. Quos sexagintaquatuor ad nullum sesquitertiu rursus aptabis qm parte tertia non tenentur. Atqz hoc in cunctis tripli cibus inuenitur: vt extrem⁹ eiusdez proportionis nume rus tantos ante se precedentes habet: quato primus eoz ab vnitate discesserit. Et qui tot super se eiusde proportio nis habuerit numeros quotus ab vnitate prim⁹ eoz ia cet: eius pars qua illi cöparatus numer⁹ possit eade facere pportoez iueniri neqat. Et triplicis qde hec e discriptio.

Latitudo.

1	3	9	27	81	243
	4	12	36	108	324
	an	16	48	144	432
		gu	64	192	576
			la	256	768
				ris	1024

g Quadrupli secüdum hanc formam descriptio est: ad quam scz qui a priorib⁹ instructus accesse rit: nulla ratione trepidabit: 7 de ceteris quidem multiplicibus eandem conuenientiam pernotabit.


Latitudo.

1	4	16	64	256	1024
	5	20	80	320	1280
	an	25	100	400	1600
		gu	125	500	2000
			la	625	2500
				ris	3125

h Inc quoqz perspicuu est: superparticulariu que admodum prius ostensum est: primos esse mul tiplices. Siqdem duplices sesqualteros: tripli ces sesquitertios: 7 cücti multiplices cüctos in ordine su perparticulares creant. Est etiam in his hoc quoqz mira bile. Naqz vbi prima latitudo fuerit duplex: 7 sub eisde qui sunt versus continui alternatim positi: secüdum sene latitudinis duplices erunt. Si vero fuerint triplices: 7 i feriores ordines tripla sel suis terminis multiplicatiöe superabunt. At in quadrupla quadrupli. atqz hoc infini ta ductu speculatöe nö fallit. Angulares at oium multi plices eueint necesse e. Erüt at duplicü qde triplices: tri plicü qdruplices qdruplox vo qncupli. 7 hz eade ordis icömutabile rönez sibimet cücta pcentiet. Quib⁹ expositis ad sequente operis serie cöpetens disputatio conuertat.


Quod multiplex interuallu ex gb⁹ supparticularib⁹ me dietate posita interuallis fiat: eiusqz iueniedi regula. Ca. 3.

I igr duç prime supparticulares spes cöiugant pri ma spes mltiplicitatis exorit. Ois. n. duplex ex ses qltero sesqtertioqz cöponit: 7 ois sesqualt 7 sesqter ti⁹ duplice iügunt. Na ternari⁹ sesqualter e duoz: qtuoz vo sesquitert⁹ ternarij. sed. 4. duplus duorum.




sesqualter sesquitertius

Igitur sesqualter 7 sesquitertius vnum duplice componunt. At vero si fuerint medietas 7 dupl⁹ inter duplicem 7 mediu potest vna medietas talis inueniri: quçad alteram extremitatem sesqualtera sit: ad alteram sesquitertia. Altrinsecus enim positis senario et ternario: idest dupli 7 medietate: si quaternari⁹ in me dio collocetur: ad ternarium numerum sesquitertiam con tinet rönem: ad senarium vo sesqualteram.




f Ecce igitur dictum est: 7 duplicem a sesqualtero sesquitertio que coniungi: 7 has duas supparti cularis species duplicem procreare idest primam speciem multiplicis quatitatis. Rursus ex prima multi plicis specie: idest ex duplici: 7 pma superparticulari: idest sesqualtera continés multiplicis species: idest tripla con iungitur. Naqz. 12. senarij numeri dupl⁹ est: octo m vero 7 octo ad duodenarium sesqualter: qui ad senarium nu merum triplus est.




t Positis eisdem. 6. 7. 18. nouenarius in medieta te ponatur. erit ad senarium sesqualter: qui ad. 18. subduplus e. 7 ad senarium. 18. triplus est.




t Ex duplici igitur 7 sesqualtero triplex ratio pro portionis exoritur 7 in eas rursus resolutione fa cta reuocatur. Si autem hic: idest triplus nume rus qui est species secunda multiplicis secunde speciei su perparticularis aptetur: quadrupli continuo forma con texitur: 7 in easdez rursus partes naturali partitione sol uetur: secundum modum quem superius demonstrauimus.



Si vero quadruplus sese ac sesquiquartus agglome rent: quincuplus continuo fiet.



Et si quincuplus cum sesquiquinto: mox sescupli pro portio coniugabitur.



Atque ita secundum hanc progressionem cuncte multiplicitatis spes sine vlla rati ordinis permutatione nascentur. Ita vero vt duplus cum sesqualtero triplicem creet. et triplus cum sesqtertio quadruplū. quadruplus cum sesquiquarto quincuplū. et ceteri eodē modo. vt nullus hanc continuationem finis impediat.

¶ De p se cōstante quātitate que in figuris geometricis consideratur cōis tractatum magnitudinum. Capitulum. 4.

Et quidē de quātitate quam scōm ad aliquid speculamur ad presens dicta sufficiant. Nunc aūt in hac sequentis quedam de ea quantitate que per seipsam constat neqꝫ ad aliquid refert expediam. que nobis ad ea prodesse possunt: que post hec rursus de relata ad aliquid quantitate tractabim⁹. Alternatim enim quodāmodo matheseos speculatio alterna probationum rōne constitui. Nūc aūt nobis de his numeris sermo futurus est: q circa figuras geometricas et earum spacia dimensionesqꝫ versantur. idest: de linearib⁹ numeris: et de triangularib⁹ vel quadratis: ceterisqꝫ quos sola pādit plana dimensio nec non de inequali latere cōpositione cōmunis. De solidis etiam: idest: cubis: et sphericis vel pyramidis: laterculis etiam vel tignulis et cuneis que omnia quidem geometrice proprie considerationis sunt. Sed si sit ipsa geometrice scientia ab arithmetica velut quadam radice ac matre producta est: ita etiam eius figurarum semina in primis numeris inuenimus. Planum siquidē fecimus quod omnes disciplinas hec seruata consumeret quas minime constituta infirmaret. Hoc autē cognoscendum est quod hec signa numerorum posita que nunc quoqꝫ homines in sūmarum designatione describūt: nō naturali institutione formata sunt. vt enī quinarij subiectam notulam signant de. v. vel denarij quam describimus de. x. et alias huiusmodi: non natura posuit: sed vsus affinxit. Quinqꝫ enim vel decē vel quotlibꝫ alios illis notulis p compendio notare voluerunt: ne quotiens vnitates quis monstrare vellet: totiens et virgule ducerētur. Nos autem quotiensūqꝫ aliquid monstrare volumus: in his presertim formulis: ordinatarum virgularū multitudinem non grauamur apponere. Cum enim quinqꝫ volumus demonstrare: sex mus quinqꝫ virgulas: ducimusqꝫ eas hoc modo. I I I I I. et cum. 7. totidem. et cum. 10. nichilominus. q: naturalius est quemlibet numerum quātas in se retinet: tot vnitatibus designare quam notulis. Est igitur vnitas vicem optinēs puncti: intervalli: longitudinisqꝫ principium: ipsa vero nec intervalli nec longitudinis capax. quēadmodum punctum principiū quidem linee est atqꝫ intervalli: ipsum vero nec intervallū nec linea. Neqꝫ enim punctum puncto superpositum vllum efficit intervallum: velut si nihil nulli iungas. Nihil eni est quod ex nullorum procreatione nascatur. Eadē quippe etiam circa equalitates proportio manet. Nā si quotlibet fuerint termini pares: tantum quidem est a primo ad secūdum: quātum a secundo ad tertium. Sed inter primū et scōm: vel scōm et tertium: nulla est intervalli lōgitudo vel spacium. Si enim tres senarios ponas hoc modo. 6. 6. 6. quēadmodum primus est ad secundum: sic est secundus ad tertium. Sed inter primum et secundū nihil interest. 6. enim. et. 6. nulla spacij intervalla disiungunt. Ita etiam vnitas in seipsa multiplicata nihil procreat. Semel enim in vnum nihil aliud ex se gignit quā ipsa est. Nam quod intervallo caret etiam vim gignendi intervalla non recipit. quod in alijs numeris non videtur euenire. Omnis enim numerus in seipsum multiplicatus: alium quēdam efficit maiorem quam ipse est. idcirco quoniam intervalla multiplicata maiore sese spacij plexitate distēdunt. Id vero quod sine intervallo est: plus quam ipsum est pariendi non habꝫ potestatem. Ex hoc igitur principio: idest ex vnitate prima omnium longitudo sumere sic: que a binarij numeri principio in cunctos sese numeros explicat. quoniam primum intervallum linea est: duo vero intervalla sunt longitudo et latitudo. i. linea et superficies. Tria ergo intervalla sunt: longitudo: latitudo: altitudo: idest linea: superficies: atqꝫ soliditas. Preter hec aūt alia intervalla inueniri nō possunt. Aut enim vnum intervallum erit quod longitudo est aut aliquid quod duobus intervallis expositū est: vt si qua res longitudinem habeat et latitudinem. vel trina intervalli dimensione porrigitur: si longitudine: altitudine: latitudineqꝫ censetur. supra que adeo nihil inueniri potest: vt ipsorum sex motuum forme ad intervallorum naturas et numerum componantur. Unum enim intervallum duos in se continet motus. vt in tribus intervallis sex sese motuum summa conficiat hoc modo. Est enim in longitudine ante et retro: in latitudine sinistra et dextra: in altitudine sursum ac deorsum. Necesse est autem vt quicqd fuerit solidum corpus: hoc habeat longitudinem latitudinemqꝫ et altitudinem. et quicquid hec tria in se continet: illud suo nomine solidum vocatur. Hec enim tria circa omne corpus inseparabili coniunctione versantur: et in natura corporum constituta sunt. Quare quicquid vno intervallo caret: illud corpus solidum nō est. Nam quod duo sola intervalla retinet: illud superficies appellatur. Omnis enim superficies sola longitudine et latitudine continetur. et hic eadem illa conuersio remanet. Omne enim quod superficies est: longitudinem

ꝛ latitudinem retinet. ꝛ quod hec retinet: illud est superficies. Hec autē superficies vno tm̄ interuallo solidi corporis dimensione superat: que vno rursus interuallo lineam vincit. que longitudinis naturā retinēs latitudinis expers est. Que linea eo quod vn⁹ ē interualli sortita naturam a superficie vno interuallo: a soliditate duob⁹ spacijs vincitur: Punctū igit̄ alio rursus interuallo a linea vincitur: ipsa scʒ que reliqua ē longitudine. Quare si punctum vno idem interuallo a linea supgreditur: idem a superficie vincatur duob⁹: trib⁹ vero interualli dimensi nib⁹ a soliditate relinquitur: constat punctū ipsum sine vlla corporis magnitudine vel interualli dimensione: cum ꝛ longitudinis ꝛ latitudinis ꝛ profunditatis expers sit oium interuallorꝫ eē principiuꝫ: ꝛ nature insecabile: quod greci athomon vocant: idest ita diminutum atqꝫ paruissimum vt ei⁹ pars inueniri non possit. Est igit̄ punctū primi interualli principiū: non tm̄ interuallum. ꝛ linee caput: sed nōdum linea. Sicut linea quoqꝫ superficiei principiū ē: sed ipsa superficies non est: ꝛ secundi interualli caput est: scdʒ tamen interuallum ipsa non retinet. Idem quoqꝫ ꝛ in superficie rōnem cadit: que ꝛ ipsa solidi corporis ꝛ triplicis interualli naturale sortit̄ initium: ipsa vero nec trina interualli dimensione distendit̄: nec vlla crassitudine solidat̄.


De numero lineari. Capitulum. 5.

Sic etiā in numero vnitas quidem cum ipsa linearis numer⁹ non sit: in longitudinē tñ distenti numeri principiū est. Et linearis numerus cuʒ ipse tot⁹ latitudinis expers sit: in aliud tamē spaciū latitudinis extenti numeri sortit̄ initium. Superficies quoqꝫ numerorum cum ipsa solidum corp⁹ non sit: addita tamē altitudini solidi corporis caput est. Hoc autem planius his exēplis liquebit. Linearis numerus ē a duob⁹ inch oans: adiecta semper vnitate in vnum eūdēqꝫ ductum quantitatis explicata congeries. vt est id quod subiecimus.


| II | III | III | IIII |

De planis rectilineis figuris: quodqꝫ earum principium sit triangulus.

Plana vero superficies in numeris inuenit̄: quotiens a trib⁹ inchoatione facta addita descriptionis latitudine: in sequentium se naturalium numerorꝫ multitudine anguli dilatantur. vt sit prim⁹ triangulus numer⁹. secundus quadrat⁹. terti⁹ qui sub quinqꝫ angulis continetur: quem pentagonum greci nominant. quart⁹ hexagonus: idest qui sex angulis includitur. quint⁹ heptagonus. sextus octogonus: idest qui. 7. vel. 8. angulorꝫ terminis dilatantur. ꝛ ceteri eodem modo singillatim per naturalem numerorꝫ angulos augeant in plana scʒ descriptione figurarum. Hi vō idcirco a ternario numero inchoant: quod latitudinis ꝛ superficiei l' huius ternarius principiū est. In geometrica quoqꝫ idē planius inuenit̄. Due enim linee recte spacium non continent. ꝛ ois triāgularis figura: vel tetragoni: vel pētagoni: vel hexagoni: vel cuiuslibet q plurib⁹ angulis cōtinet̄: si a medietate p singulos angulos linee pducant̄ tot eū diuidunt trianguli: quot ipsam figurā angulos habere ptigerit. Quadratū eniꝫ ita ducte linee in. 4. pentagonū in. 5. hexagonū in. 6. heptagonū in. 7. ꝛ ceteros in suorum angulorum mōmensuraqꝫ per triangulos partiuntur. vt est subiecta descriptio.




Triangula vero triangula figura cum eā quis ita diuiserit: in alias figuras non resoluitur nisi in ipsam in tria enim triangula dissipatur.



Vnde hec figura princeps est latitudinis: vt cetere oēs superficies in hanc resoluantur: ipsa vero quoniam nullis est principijs obnoxia: neqꝫ ab alia latitudine sumpsit initiū in sese ipsa resoluitur. Idē autē ꝛ i numeris fieri sequēs opis ordo monstrabit.

Dispositio triangulorum numerorum. Cap. 7.

Est igitur primus triangulus numerus q solis tribus vnitatibus dissipat̄: scdm superficiei positionē triangula scʒ descriptione: ꝛ post hunc quilibet equalitatem laterū in trina laterū spacia segregant.



De lateribus triangulorum numerorum. Ca. 8.

Huc modū in infinita pgressio ē: oēsqꝫ ordine trianguli equilateri perexabuntur: ꝛ primū oium ponēt id qd ex vnitate nascit̄: vt hec vi sua triangulus sit: nō tñ ēt ope atqꝫ actu. Nā si cunctorū ē mater numerorum: quicquid in his qui ab ea nascuntur numeris inuenitur: necesse est vt ipsa naturali quadam potestate ptineat. ꝛ hui⁹ triāguli lat⁹ est vnitas. Ternari⁹ vō qui primus est opere ꝛ actu ipso triangulus: crescēte vnitate binariū numerꝫ lat⁹ habebit. Ubi eniꝫ ꝛ potestate pmi triāguli. i. vnitatis vnitas lat⁹ ē. actu vō ꝛ ope triāguli pmi: i. ternarij dualitas: quā greci dyada vocāt. Scdi vō triāguli qui ope atqꝫ actu scdus ē. i. senarij: crescente naturali numero in laterib⁹ ternari⁹ inuenitur. Tertij vō. i. denarij quaternari⁹ latus ptinet. ꝛ qrti vō idest. 15. quinari⁹ lat⁹ tenet. ꝛ quīti senarius. Idēqꝫ vsqꝫ in infinitum.

De generatione triangulorum numerorum. Ca. 9.

Nascuntur autē trianguli disposita naturali quātitate numerorum: si priorib⁹ semper multitudo sequētium congregetur. Disponatur enim


naturalis numer⁹ hoc modo.

1	2	3	4	5	6	7	8	9

Ex his igit̃ si primum numerum sumã idest vni tatem: habeo primum triangulū: qui est vi ⁊ po testate nondum etiam actu nec opere. Huic si se cundum aggregauero q in naturali numerorum disp ositi one descriptus est idest binarium: prim⁹ mihi triangulus opere ⁊ actu nascit̃ idest ternari⁹. Si vo huic tertiū ex na turali numero adiecero: secundus mihi ope ⁊ actu triãgu lus procreat̃. Sup vnū enim ⁊ duo si tertium idest terna rium aggregauero senari⁹ extenditur: secundus scʒ trian gulus. Huic vo si consequentem quaternarium suppo suero: denari⁹ explicatur: qui ẽ terti⁹ actu triangul⁹. quos p latera disponens ad supioris descriptionis exemplar: cunctos triangulos numeros sine vlli⁹ dubitationis erro ribus pernotabis. ⁊ quantas vltim⁹ numer⁹ in se vnita tes habʒ quem supior. h⁹ aggregabis: tot ipe qui fit trian gulus vnitates habebit in latere. Nam ternarium qui est prim⁹ actu triangulus adiecto binario vnitati feceram⁹: at hic duos habet in latere. ⁊ senarium bis adiecta terna rij quãtitate produxim⁹: cui⁹ latus soli tres continent: et idẽ in alijs cunctis quot vnitates habentem numerū su perioib⁹ aggregabis: tot vnitatib⁹ ei⁹ latera continebun tur.

De quadratis numeris. Cap. 10.

Quadratus vo numer⁹ est: qui etiã ipse quidem latitudinem pãdit sed non in tribus angulis vt superior forma: sʒ. 4. Ipse quoqʒ equali la terum dimensione porrigitur. Sūt aūt hmõi.



De eorum lateribus. Cap. 11.

Sed in his quoqʒ scđm naturalem numerū late rum augmenta succrescūt. Prim⁹ eni vi ⁊ po tentia quadrat⁹ idest vnitas: vnum habʒ in la tere. Secundus vo qui actu prim⁹ idest. 4. du obus p latere positis continetur. Tertius vero idest no uem qui secundus est opere: trib⁹ in latere positis aggre gatur. Et ad eandem sequentiam cuncti procedunt.

De quadratorū generatõe rursusqʒ de eoꝝ lateribus. Capitm. 12.

Nascunt̃ aūt tales numeri ex naturalis nume ri dispositione: nõ quẽadmodum supiores tri anguli: vt ordinatis ad se invicẽ numeris cõ gregent̃: sʒ vno semp intermisso qui sequitur si cum supiore vel superiorib⁹ colligat̃: ordinatos ex se q̃ dratos efficiet. Disponatur enim naturalis numer⁹ hoc modo.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11


Ex his igitur si vnū respiciã: prim⁹ mihi nat⁹ ẽ po testate quadrat⁹. Quod si vno relicto priori tertio iunxero: secundus mihi quadrat⁹ efficitur. Naʒ si vno relicto binario ternariū apposuero: quaternari⁹ mi hi quadrat⁹ exoritur. Quod si rursus relicto medio quat narie quinariū similiter aggregauero: quadrat⁹ mihi ter tius idest nouenari⁹ pcreatur. Un⁹ enim ⁊. 3. ⁊. 5. nouē colligunt. At vero si his intermisso senario septenarium iungaʒ. tota i. 16. ei⁹ sūma concrescit: idest quarti quadrati numerositas. Et vt breuiter hui⁹ forme pcreationis ap pareat: si cuncti ipares sibimet apponant̃: collocato scʒ na turali numero: quadratoꝝ ordo texetur. Est etiaʒ in his hec nature subtilitas ⁊ imobilis ordinatio: quod tot vni tates vnusquisqʒ q̃dratorū retinebit in latere: quãti fuerit numeri ad ꝯiunctionẽ ꝓpriã ꝯgregati. Nam in primo quadrato qui ex vno fit: vn⁹ est in latere. In secundo idest quaternario qui ex vno ⁊ trib⁹ pcreat̃: qui duo sunt ter mini: binario latus texit̃. ⁊ in nouenario quoniã trib⁹ nu meris procreatur: latus ternario continetur. Atqʒ idem in alijs videri licet.

De pentagonis eorūqʒ laterib⁹. Ca. 13.

Pentagon⁹ vero numer⁹ est: q ipse quidem i la titudinẽ scđm vnitatẽ descriptis quidem. 5. angulis continetur: cūctis scʒ laterib⁹ equali di mensione dispositis. Sunt aūt hi.

1	5	12	22	35	51	70

Quẽ quoqʒ mõ eoꝝ latera succrescunt. Nã pri mi potestate pentagoni idest vni⁹: idẽ vnus spa ciū lateris tenet. Secundi vero quinarij qui est actu ipso atqʒ opere prim⁹ pentagonus: bini p latera fixi sunt. Tertius vero idest. 12. tribus in latus auctus est. Quartus. 22. 4. numerorū in latere quantitate ostendit̃. Atqʒ idẽ in ceteris scđm vnitatis progressionem in na turali scilʒ numero secundum superiorum figurarum in crementa tenduntur.



De generatione pentagonorum. Ca. 14.

Nascunt̃ aūt hi numeri q extẽsi i latitudinẽ quiqʒ angulos pãdūt: ab eadẽ naturali numeri quãtita te i sese coaceruata: ita vt duob⁹ sp itericet̃ nume ris supiori vel supiorib⁹ vincẽs ternario cūcui iūgend⁹ ẽ aggreget̃. Nãqʒ vnitati intermissis duob⁹ ⁊ trib⁹ si q̃tuor iūgas: q trib⁹ ipsã supent vnitatẽ: q̃nari⁹ pentagon⁹ pcrea bit. Post. 4. vo si intermisso qnario ⁊ senario. 7. aggreges duodenanū pẽtagonū pcreabis. Nãqʒ vn⁹ ⁊. 4. ⁊. 7. nu meri. 12. explebūt. Hoc ẽt i alijs fiet. Nã si. 10. vel. 13. vel. 16. vel. 19. vel. 22. vel. 25. supiorib⁹ cūctis adiūxeris: eodẽ quo supius mõ pẽtagoni fiẽt: fm supiorẽ descriptionẽ.

22	35	51	70	92	117

De hexagonis eorūqʒ generationib⁹. Ca. 15.

Hexagoni aūt q sex angulis ⁊ heptagõi q. 7. rur sus laterib⁹ ꝯtinent̃: sʒ hūc modū eoꝝ lateꝝ aug mẽta succrescūt. Nãqʒ i triãguli numeri nã pcrea tioneqʒ ipsos numeros iūgebam⁹ q sese i nãli dispositõe se querent̃: ⁊ secū vnitate transirent: q̃drati vo numeri. i. tetragõi pcreatio fiebat ex numeris q vno intermisso copu labant̃: cū se binario superarẽt pẽtagoni vo nã fuit ex duo bus interpositis relictisqʒ q se ternario vincẽt. Scđm quoqʒ talia augmẽta hexagonoꝝ vel octogonoꝝ vel. 9. lateꝝ figu ra vel. 10. vel quotlibʒ alioꝝ cõpetẽti pgressiõe ꝯficit̃. Ut eni in pentagono duob⁹ intermissis eos iūgebam⁹ q se ter nario superarent. ita nūc in hexagono trib⁹ intermissis eos iūgemus q se q̃ternario trãseant. ⁊ erūt qdẽ eoꝝ radices ⁊ fundamẽta: ex qb⁹ iūctis oẽs hexagoni nascuntur.

1	5	9	13	17	21

¶ ad eundem ordinem consequentes: atque ab his sexangulorum formę nascuntur.

	6	15	28	45	66	

Uos ad superiorem modum scilicet descriptos: in propriis ordinibus pernotabis.

¶ De heptagonis eorumque generationibus: et communis omnium figurarum inueniendę generationis regula descriptionisque figurarum. Capitulum. 16.

Eptem vero angulorum figura est: cum ad eundem ordinem progressionis vno plusquam in .6. angulorum figura numero intermisso superiori coniunxeris. Nam si quattuor interpositis qui se se quinario vincant aggregaueris: heptagoni continuo figura nascetur. vt hi numeri sint eorum radices et vt superius dictum est fundamenta.

	1	6	11	16	21	

Qui vero ex his constant hi sunt.


	1	7	18	34	55	

Quem vero angulorum secundum eundem ordinem forma procreatur: ita vt secundum ęqualem progressionem primi quoque eorum numeri distent. Nam in triangulo qui sunt numeri: quę prima superficiei figura est: vno sese tantum numeri procedunt: qui scilicet eorum naturam descriptionemque perficiunt. In tetragono vero qui secundus est duobus sese iuncti numeri vincunt. et in pentagono tribus et in hexagono .4. et in heptagono .5. huiusque rei nullus est modus. Hoc autem nos subiectarum formarum descriptiones docebunt.

1   1.2. 3   1.2.3. 6   1.2.3.4. 10.



1   1.3. 4   1.3.5. 9   1.3.5.7 16




.1.   1.4. .5.




1.4.7. .12.   1.4.7.10. 22.



.1.   1.5. .6.



1.5.9. .15.   1.5.9.13. .28.



¶ Descriptio figuratorum numerorum in ordine. Capitulum. 17.

Imiliter autem licebit et aliarum formarum quę pluribus angulis continentur: quantitates ascribere. Sed quoniam facilius oculis subiecta retinentur: supradictarum formarum numerositas in subteriore descriptione ponatur.

trianguli	1	3	6	10	15	21	28
quadrati	1	4	9	16	25	36	49
pentagoni	1	5	12	22	35	51	70
hexagoni	1	6	15	28	45	66	91
heptagoni	[illegible]	7	18	34	65	81	112

¶ Qui figurati numeri ex quibus figuratis numeris fiant: atque quod triangulus numerus omnium reliquorum principium sit. Capitulum. 18.

His igitur ita sese habentibus quid in hac re sit consequens inuestigemus. Omnes enim tetragoni qui sub triangulis sunt naturali ordinatione dispositi: ex superioribus triangulis parantur: illorumque collectione quadrati figura componitur. Quattuor enim tetragonus fit ex vno et tribus: idest ex duobus superioribus triangulis. Nouem vero ex tribus et .6. sed vtrique sunt trianguli. Et .16. ex .6. et .10. et .25. ex .10. et .15. Idemque in sequenti ordine quadratorum constans atque immutabile reperitur. Pentagonorum vero summę conficiuntur ex vno super se tetragono et altrinsecus triangulus constituto. Namque .5. pentagonus ex quattuor super se posito tetragono: et ex vno qui in triangulorum ordine ponitur aggregatur. Duodecim vero pentagonus ex nouenario super se quadrato: et tribus secundo triangulo nascitur. Uigintiduo vero ex .16. et .9. quadrato scilicet atque triangulo et .35. ex .25. et .10. et in ordinem ad eundem modum intuentem nulla cunctatio contrarietatis impediet. At vero si hexagono s librata examinatione perspicias: ex eisdem triangulis et super se positis pentagonis procreantur. Namque sex hexagonus: ex quinario pentagono et vno qui est in triangulorum ordine dispositus nascitur. Nec alia est origo .15. hexagoni: nisi ex duo denario pentagono et ternario triangulo. Quod si .28. rursum hexagonum ex quibus superioribus nascatur adductas: nullos inuenies nisi .22. pentagonum senariumque triangulum. Atque hoc in ceteris. Nec hunc genituręe ordinem heptagonorum pertractatio refutabit. Namque ex sup se hexagonis et ex eminus positis triangulis perantur. Septem enim heptagonus nascitur: ex senario hexagono et vno prestante triangulo. 18. ve-

ro heptagonus ex.15.hexagono & ternario triangulo con iugatur: & 34.ex.29.scilicet exagono: & senario triangu- lo: atq; hoc in cunctis inoffensum reperire licet. Uides ne igitur vt prim⁹ solum triangul⁹ cunctoꝝ summas efficiat: & omnium procreationibus misceatur:

¶ Pertinens ad figuratorum numerorum descriptionē speculatio. Capitm. 19.


Si vero omnes si ad latitudinez fuerint compa rati: idest trianguli tetragonis: vel tetragoni pē tagonis: vel pentagoni hexagonis vel hi rursus heptagonis: sine aliqua dubitatione triangulis sese super abūt. Nanq; si ternarium triangulum quaternario vel quaternarium tetragonum quinario: vel quinariuz pen tagonum senario hexagono: vel senarium septenario he ptagono compares: primo se triangulo idest sola transeūt vnitate. At vero si senari⁹ contra novenarium: vel hic cō tra.12.vel hic contra.15.vel.5.contra.18.pro inuenien- dis differentijs comparentur: secundo se triangulo idest ternario superabunt. Decez vero ad.16.&.16.ad.22.&.22. ad.28.&.28.ad.34.si componas: tertio se triangulo vin- cent idest senario. Atq; hoc rite notabitur in alijs cunctis sequentib⁹ sese perspectum: omnesq; se triangulis antece dent. Quare perfecte vt arbitror demonstratum ē omni um formarum principium elementumq; esse triangulum.

¶ De numeris solidis. Ca. 20.

Inc vero ad figuras solidas facilior via ē. Pre cognito enim quid in planis numeroruz figu ris vis, ipsa quātitatis naturaliter operet ad solidos numeros non erit vlla cunctatio. Si cut enim longitudini numerorum aliud interuallum idest superficiem vt latitudo ostenderetur adiecim⁹: ita nūc la- titudini siquis addat eam que alias altitudo alias crassi- tudo, alias profunditas appellatur: solidum numeri cor pus explebit.

¶ De pyramide quod ea sit solidarum figuraꝝ principi um sicut triangulus planarum. Cap. 21.


Idetur aūt quēadmodū i planis figuris trian gulus numer⁹ prim⁹ ē: sic in solidis q vocatur pyramis pfunditatis eē principiū. Oīum qp perataꝝ i numeris figūraꝝ necesse est inuenire primordia. Est aūt pyramis alias a triangula basi in alti tudinez sese erigēs: alias a tetragona alias a pētagona: & scdm sequentium multitudinem anguloꝝ ad vnuz cacu minis verticē sublevata. Posito enim triangulo atq; di sposito: si p tres angulos singule recte linee stantes ponā- tur: hecq; tres inclinent vt ad vnum medium punctum vertices iungant: fit pyramis. Que cum a triangula ba si profecta sit: tribus triangulis per latera concluditur hoc modo. Sit.a.b.c.triangulum: si huic igit triangulo per tres angulos erigantur linee: & ad vnū punctū cōuertant quod ē.d.ita vt.d.punctū nō sit in plano sz pendens: il- le sz linee ad ipsum erecte verticē & quod ammodo cacu men.d.faciēt: & erit basis.a.b.c.vnū triangulum: p late ra vo tria triangula idest vnum triangulum.a.d.b.aliud vero.b.d.c.tertium vo.c.d.a.



¶ De his pyramidis que a q̄dratis vel a ceteris multiā gulis figuris proficiscuntur. Cap. 22.

Tem si a tetragona basi proficiscatur: & ad vnū verticē ei⁹ linee dirigant: erit pyramis quatuor triangulorū p latera: vno esti tetragono in basi posito: sup quā figura ipsa fundata ē. & si a pen tagono surgant quinq; linee: quinq; rursus pyramis triā gulis continebit: & si ab hexagono sex triāgulis nihilomi nus: & quātoscūq; angulos habuerit figura sup quaz py ramis residet: tot ipsa per latera triangulis continet. vt i subiectis descriptionib⁹ palam est.









¶ Solidorum generatio numerorum. Ca. 23.

Iunctur aūt huiusmodi pyramides hoc mō. Prima pyramis de triangulo: scda pyramis de tetragono: tertia pyramis de pētagono: qrta pyramis de hexagono qnta pyramis de hepta gono qnta pyramis de heptagono. Idem in ceteris pstat numeris. Nam qm lineares numeros eē diximus: qui ab vno profecti in infinitum currerent vt sunt.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

Js aūt ordinatim cōpositis & i se inuicē cū distan tia iunctis supficies nascebant. Ut si vnū & duo iūgeres: prim⁹ triāgulus nasceret: idest.3.& cum his adiūgerem⁹ tertiū.i.ternariū: senari⁹ triangul⁹ rursus occurreret. & post hos tetragoni vno intermisso: pētagoni vo duob⁹: hexagoni trib⁹: heptagoni relictis quatuor na scebant. Nūc vo ad solidoꝝ corporū pcreationē: ipse no- bis supficies naturalit figurate puenient: & ad faciendas q dem pyramidas a triāgulo ipsi nobis trianguli cōponen di sunt. Ad pcreandas vo pyramidas a tetragono: tetrago ni. ad eas vo que sūt a pentagono: pentagoni copulandi sunt. & ille que sunt ab hexagono vel heptagono nō nisi hexagonorū vel heptagonorum copulatione nascentur. Prim⁹ ergo potestate triangul⁹ vnitas ē: eandēq; etiam ponem⁹ virtute pyramidaz. secūdus vero triangul⁹ ē ter nari⁹. quē si cū primo cōiūxero.i.cū vnitate: quaternaria mihi pfunditas pyramidis excrescit. At vo si is tertiū se nariū iūxero: denaria pyramidis pcreabit altitudo. His si denariū iūxero.20.numeroꝝ pyramis veniet. atq; ita in cunctis alijs eadem ratio copulationis est.

Trianguli.

1	3	6	10	15	21	28	36	45	55

Pyramides a triangulis.

1	4	10	20	35	56	84	120	165	220

In hac igitur coniunctione necesse est: vt semper qui vltimus fit coniugatorum numerorum: is quasi quodammodo basis sit. Cunctis enim lateri inueniuntur: et qui ante ipsum numeri coniunguntur: minores esse necesse est: vsque dum ad vnitatem detractio rata perueniat. que puncti quodammodo et verticis obtineat locum. Namque in .10. pyramide super sex additi sunt .3. atque vnus. quo senarius superat ternariam quantitatem. ipsi vero tres vnum pluralitate transcendunt. qui vnus extremum terminum progressionis ostendit. Similis quoque ratio in ceteris prospici potest: si eorum procreationes diligentius volueris perscrutari. Ille vero que sunt a tetragono pyramides: eadem tetragonorum super se compositione nascuntur. Describantur enim cuncti tetragonis idest.

1	4	9	16	25	36	49	64	81	100

Si vnitatem primam ex hac dispositione presumam erit mihi potestate et vi pyramis ipsa vnitas: non dum etiam opere atque actu. At sic huic tetragonum superponam idest .4. nascetur pyramis quinque numerorum: que duobus tantum numeris per latera positis continetur. Sin vero his sequentem .9. adiecero: fiet mihi .14. numerorum forma pyramidis: que per latera tribus vnitatibus concludatur. Atque huic si sequentem tetragonum .16. superponam: tricenaria mihi pyramidis forma producitur. In his quoque omnibus pyramidis: tot erunt vnitates per latera quante in se fuerint numerorum aggregate quantitates. Nam vnitas que prima pyramis est vnum solum idest se ipsam gerit in latere. Quinque vero que constant ex vno et .4. duobus per latera designantur et .14. que ex tribus numeris compositis fit: ternario numero in latere posito constituitur. Hanc autem pyramidum generationem monstrat subiecta descriptio.

Tetragoni.

1	4	9	16	25	36	49	64	81	100

Pyramides a tetragonis.

1	5	14	30	55	91	140	204	285	385

Et ad eundem modum cuncte a ceteris multiangulis profecte forme: in altioris summe spacia producuntur. Omnis enim multorum angulorum forma ex sui generis figura vnitati superposita ab vno ingredientibus ad pyramidum constituendas figuras vsque in infinita progreditur. Et ex hoc quidem apparere necesse est triangulas formas ceterarum figurarum esse principium: quod omnis pyramis a quacunque basi profecta vel a quadrato vel a pentagono: vel ab hexagono vel ab heptagono vel a quocunque similium: solis triangulis vsque ad verticem continetur.

De curtis pyramidibus. Capitulum vigesimumquartum.

Scire autem oportet que sunt curte pyramides vel que bis curte: vel que ter curte: vel quater: et deinceps secundum numerorum adiectionem. Perfecta enim pyramis est: que a qualibet basi profecta vsque ad primam vi et potestate pyramidum peruenit vnitatem. Sin vero a qualibet basi profecta vsque ad vnitatem altitudo illa non venerit: curta vocabitur. Neque huiusmodi pyramis tali nuncupatione signatur: si vsque ad extremitatem punctumque non venerit. Hec autem est: vt si quis .16. tetragono adiiciat .9. atque huic .4. et ab vlterioris sese adiectione vnitatis suspendat: pyramidis quidem figura est: sed quoniam vsque ad cacumen verticis non excreuit. curta vocabitur: et habebit summitatem non iam punctum quod vnitas est: sed superficiem: quod est quilibet numerus secundum basis illius angulos porrectus: atque vltimus aggregatus. Nam si tetragona fuerit basis: quadrata diminutione semper ascendit. et si pentagona basis: similiter. et si hexagona: illa quoque vltima superficies erit hexagona. Ergo in curta pyramide tot erunt angulorum superficies quot fuerit basis. Si vero illa pyramis non solum ad vnitatem extremitatemque non peruenit: sed nec ad primum quoque opere et actu multiangulum eius generis cuius fuerit basis: bis curta vocabitur. vt si a .16. tetragono proficiscens vsque in .9. terminum ponat: neque excrescat ad .4. et quotcunque tetragoni defuerint: totiens eam curtam esse dicemus. Vt si vnitas defuerit primus quadratus: curtam quam greci kaoluron vocant. Si vero duobus tetragonis deficit: idest vnitate et eo qui sequitur: vocatur bis curta quam greci dikaoluron appellant. Quod si tribus tetragonis: ter curta dicitur quam greci trikaoluron nominant: et quotcunque tetragoni fuerint minus: totiens illam pyramidam curtam esse proponimus. Hoc autem non solum a tetragono pyramidis: sed in omnibus ab omni multiangulo progredientibus speculari licet.

De cubis vel asseribus vel laterculis vel cuneis vel sphericis et paralellipipedis numeris. Capitulum .xxv.

De solidis quidem que pyramidis formam obtinent equaliter crescentibus: et a propria velut radice multianguli figura progredientibus dictum est. Est alia rursus quedam corporum solidorum ordinabilis compositio eorum: qui dicuntur cubi vel lasseres: vel laterculi: vel cunei: vel sphere: vel paralellipipedi. que sunt quotiens superficies contra se sunt et ducte in infinitum nunquam concurrent. Dispositis enim in ordinem tetragonis.

1	4	9	16	25

Quoniam hi solam longitudinem latitudinemque sortiti sunt et altitudine carent: si per latera solam vnam multiplicationem recipiant: equalem producunt profunditatem. Nam quatuor tetragonus duos habet in latere: et nascitur ex bis duobus. Bis enim duo quatuor faciunt. Hos ergo duos ex ipsius latere si multiplices equaliter: cubi forma nascetur. Nam si bis hi nos bis facies: octonaria quantitas crescet: et est primus hic cubus. Nouem vero tetragonus quoniam .3. habet in latere: et factus est ex tribus in se multiplicatis si enim vnam lateris multiplicationem adiunxeris: rursus alius cubus equali laterum formatione crescit. Ter enim tres si tertio duxeris .27. cubi figura producitur. Et .16. qui est ex .4. si quater augescat: sexaginta quatuor cubus pari laterum dimensione crassabitur. et sequentes quidem tetragoni secundum eandem modum multiplicatione facta producuntur. Tot autem necesse est vnitates cubus habeat in latere: quot habuit primus ille tetragonus ex quo ipse productus est. Nam quoniam .4. tetragonus duos tantum numeros habet in latere: duos quoque habet octonarius cubus. et quoniam nouem tetragonus tribus per latus vnitatibus figurabant: solo ternario .27. cubi latus vrgetur. Et quoniam .16. tetragonus quatuor vnitatum latus habebat: totidem .64. cubus in latere gestabit vnitates. Quare etiam vi et potestate cubi quod est vnitas vnus erit in latere. Omnis enim tetragonus vna quidem superficies est quatuor angulorum totidemque laterum. Omnis autem cubus qui ex tetragonorum superficie in profunditatem corporis creuit: per tetragoni sui latus multiplicatus: habebit quidem superficies .6. quarum singula planitudo tetragono illi priori equalis est. Latera vero .12. quorum vnumquodque singulis his que superioris fuere tetragoni equum est. et vt superius demonstrauimus: tot vnitatum est. Angulos vero .8. quorum singulis sub tribus huiusmodi continentur: quales priores fuere tetragoni vnde cubus ipse productus est. Ergo ex

naturaliter profuso numero: q in subiecta forma descripti sunt subtercti tetragoni nascuntur. & ex his tetragonis q subnotati sunt: cubi producuntur.

Numerus naturalis.

1	2	3	4	5	6	7

Tetragoni.

1	4	16	25	36	49

Cubi.

1	8	27	64	125	216	343.


Et quoniam omnis cubus ab equilateris quadratis profectus: equus ipse oibus partibus est. Nam & latitudini lõgitudo: & his duobus compar est altitudo. & sc̃dm sex partes: idest sursum deorsum: dextera sinistra: ante: post: sibi equalẽ eẽ necesse est. huic oppositum contrariũq eẽ oportebit: qui neq longitudinẽ latitudini: neq hec duo profunditati gerat equalis: sed cunctis inequalibus quãuis solida figura sit ab equalitate cubi longissime distare videatur. Hi autem sunt: vt siquis faciat bis tres quater: vel ter quater quinquies. & alia huius modi que p inequales spacior gradus inequaliter procedunt. Hec autẽ forma greco noie scalenos vocat. nos eo gradatã possum⁹ dicere: qd a minore modo velut gradib⁹ crescãt. aũt eandẽ figurã greci qdã sphenisco. Nos aũt cuneũ p[...]ssum⁹ dicere. Etenim quos ad quãlibet illã ẽ con stringendo ĩ cuneos formãt: neq latitudinis: neq altitudinis habita ratione: quantũ cõmodũ fuerit: tanti vel altitudini minuit vel crassitudini pfunditatis augef. Atq ideo hos plerũq. necesse est oibus partibus inequalib⁹ inueniri. Quidam vero hos bomiscos vocant. id est quasdã arulas que in ionica grecie regione vt ait nichomacus hoc modo formate fuerunt: vt neq altitudo latitudini: neq hec longitudini conueniret. Vocãt aũt alii his quibusdã nominib⁹ que nũc p sequi supuacuũ iudicam⁹. Igr̃ cubi equalib⁹ spaciis se porrigẽtibus: & hui⁹ forme quã dixim⁹ gradata distributiõe disposite: medietates sunt: neq omnibus inequales. quos greci paralelipipedos vocant. Latini nomen hoc ita vniformiter cõpositum habere nõ possunt. Ut tamen idem pluribus dicã: sit ea nã que hoc nomine vocatur figura: q alternatim positis latitudinibus continetur.

De parte altera longioribus numeris: eorũq generationibus. Capitulum. 26.

Huiusmodi vero formas quales sunt que vocantur a grecis heteromikeis nos dicere possumus parte altera longiores. quarũ figurarum numerus quoq hoc modo diffiniendus est. Parte altera longior est numerus: quem si in latitudinẽ describas: & ipse quidem. 4. prouenit laterum &. 4. angulorũ sed non cunctis equalibus sed semper minus vno. Nanq nec latera lateribus cuncta cũctis equa sunt: nec longitudini latitudo: sed vt dictũ est: cum hinc altera pars maior fuerit: vno tñ minorem precedit ac superat. Si enim numerum naturalem disponas in ordinem: & secũdum per primum multiplices: talis nascetur numerus: vel si secundum per tertium: vel si tertium per quartum: vel si quartum per quintum. omnesq hi vnitate tantum addita multiplicentur: nascenf parte altera lõgiores. Disponatur enim numerus naturalis.

1	2	3	4	5	6	7

Et nunc quidem hactenus. Siquis igitur faciat vnũ bis faciet duo. Et rursus bis tres faciet. 6. ter quater faciet. 12. quater. 5. faciet. 20. & hoc modo ad eundem ordinem. Quicunq igitur ita facti sunt: procreabuntur parte altera longiores: vt subiecta descriptio docet. In qua ex quibus numeris multiplicati nascuntur parte altera longiores supra ascripti sunt. Qui vero nascuntur subtertius subnotati.



De ante longioribus numeris: & de vocabulo numeri parte altera longioris. Capitulum. 27.

Ergo si ab vnitate tantum discrepent qui multiplicantur: descripti superi⁹ numeri protendũtur. Si vero aliquo numero vt ter septem vel ter quinq vel aliquo modo alio & non eorum latera sola discrepent vnitate: non vocabitur hic numerus parte altera longior: sed ante longior. Alterum. n. apud pythagoram vel sapientie eius heredes nulli alii nisi tantum binario ascribebatur. Hunc alteritatis principium esse dicebant. Eandem autem naturam & semper sibi similem consentientẽq nullam aliam nisi primeuam ingeneratamq vnitatem. Binarius autem numerus primus est vnitati dissimilis: idcirco qd primus ab vnitate disiũgitur: atq ideo alteritatis cuiusdam principium fuit: qd ab illa prima & semper eadem substantia sola tantum est vnitate dissimilis. Merito ergo dicentur hi numeri parte altera longiores: quod eorum latera vnius tantum se se adiecta numerositate precedãt. Argumentum est autẽ alteritatem in binario numero iuste constitui: quod non dicitur alterum nisi e duob⁹ ab his in quos bene loquendi ratio non negligitur. Amplius quod impar numer⁹ sola vnitate perfici monstratus est: par vero sola dualitate idest solo binario numero. Nam cuiuscũq medietas ẽ vnus: ille impar est. cui⁹ vero. 2. hic paritate recepta: in gemina equa disiungitur. Quare dicendum est imparẽ numerum eiusdem atq in sua se natura tenentis immutabilisq substantie esse participem: idcirco quod ab vnitate formetur: parem vero alterius plenum esse nature: idcirco quod a dualitate compleatur.

Quod ex imparibus quadrati: ex paribus parte altera longiores fiant. Capitulum. 28.

Et vero positis in ordinem ab vnitate imparibus: & sub his a dualitate paribus descriptis coaceruatio imparium tetragonos facit: coaceruatio parium superiores efficit parte altera lõgiores. Quare quoniam tetragonorum hec natura est vt & ab imparib⁹ procreentur: qui sunt vnitatis participes idest eiusdem immutabilisq substantie: cunctisq partibus suis equales sint: quod & anguli angulis: & latera laterib⁹ & longitudini compar est latitudo: dicendũ est huiusmodi numeros eiusdem nature atq immutabilis substantie participes. Illos vero numeros quos parte altera longiores paritas creat: alterius dicemus esse substantie. Nam quemadmodum vn⁹ a duobus vno tantum alter est: sic horum latera a se tantum vno sunt altera: & vna tantum differunt vnitate. Quare disponantur in ordinem omnes ab vno impares: & sub his omnes a binario numero pares.

1	3	5	7	9	11	13
2	4	6	8	10	12	14

Et ergo princeps imparis ordinis vnitas: que ipsa quidem effectrix et quodammodo forma quedam est imparitatis. Que in tantum eiusdem nec mutabilis substantie est: vt cum vel seipsam multiplicauerit: vel in planitudine vel in profunditate: vel si alium quemlibet numerum per seipsam multiplicet: a prioris quantitatis forma non discrepet. Namque si vnum semel facies vel si semel vnum semel: vel si duo semel: vel si tres semel: vel si quattuor semel: vel si quemlibet alium numerum multiplicet: a quantitate sua is quem multiplicat numerus non recedit. quod circa alium numerum non potest inueniri. Paris vero ordinis binarius numerus princeps est. que dualitas cum in eodem ordine paritatis sit: tum principium totius est alteritatis. Namque si seipsam multiplicet vel per latitudinem vel etiam profunditatem: vel si quemlibet numerum in sua conglobet quantitatem: continuo alter oritur. Nam bis duo vel bis duo bis si facias: vel bis tres vel bis. 4. vel bis. 5. vel quemlibet alium multiplicet: quicquid hinc nascitur alius quam primo fuerat inuenitur. Nascuntur autem ex superiore descriptione et ex primo ordine omnes tetragoni hoc modo. Vnum enim si respexeris: primus potestate tetragonus est. Sin vero vnum tribus coaceruaueris. 4. tetragonus exoritur. Huic si quinarium iunges nouenarius rursus occurrit. Huic si copules. 7. 16. quadrati forma se suggerit. Idemque si in ceteris facias omnes competenter quadratos videas procreari. At vero ex secundo paritatis ordine idem cuncti parte altera longiores fiunt. Namque si duos primos respexero: huiusmodi mihi numerus occurrit qui fit ex bis vno. Cum vero duobus sequentes. 4. iunxero: parte altera longior rursus erit senarius scilicet qui fit ex bis tribus. Cui si sequentem aggregauero nascetur mihi duodenaria forma: que fit ex quater tribus. Quod si continuatim quis faciat cunctos huiusmodi numeros in competenti ordine procreatos videbit. Quam descriptionem scilicet inferior forma demonstrat.

Radices.

1	1.3.	1.3.5.	1.3.5.7.	1.3.5.7.9.

Tetragoni idest quadrati.

1	4	9	16	25

Radices.

2	2.4.	2.4.6.	2.4.6.8.	2.4.6.8.10.

Parte altera longiores.

2	6	12	20	30

¶ De generatione laterculorum eorumque diffinitione. Capitulum. 29.

Nos autem superius laterculos diximus: que sunt et ipse quidem solide figure hoc modo fiunt. Quotiens equalibus spacijs in longitudinem latitudinemque porrectis: minor his additur altitudo. Vt sunt huiusmodi. 3. ter bis. qui sunt. 18. vel. 4. quater bis vel alio quolibet modo. vt his in longitudinem latitudinemque equis minor altitudo ducatur. Hi definiuntur hoc modo. Laterculi sunt qui fiunt ex equalibus equaliter in minus. Asseres vero et ipse quidem figure sunt solide: sed hoc modo vt ex equalibus equaliter ducantur in maius. Nam si equa fuerit latitudo longitudini et maior sit altitudo: ille figure a nobis asseres: a grecis docides nominantur. vt si quis hoc modo faciat. 4. quater. nouies: qui inde procreantur asseres nominati sunt. Sphenisci vero quos cuneolos superius appellauimus hi sunt qui ex inequalibus inequaliter ducti per inequalia creuere. Cubi vero qui ex equalibus equaliter per equalia producti sunt.

¶ De circularibus vel sphericis numeris. Capitulum 30.

Horum vero omnium quanticunque fuerint ita ducti: vt a quo numero cubice quantitatis latus coeperit in eundem altitudinis extremitas terminetur: numerus ille ciclicus vel sphericus appellatur: vt sunt multiplicationes que a quinario vel senario proficiscuntur. Nam quinquies quinque qui fit. 25. ab. 5. progressus in eosdem. 5. definit. Et si hos rursum quinquies ducas: in eosdem. 5. eorum terminus veniet. Quinquies enim. 25. sunt 125. et si hos rursus quinquies ducas: in quinarium numerum extremitas terminabitur. Atque hoc vsque in infinitum idem semper euenit. Quod in senario quoque conuenit considerari. Hi autem numeri ideirco ciclici vel spherici vocantur: quod sicut sphera vel circulus in proprij semper principij reuersione formatur. Est enim circulus posito quodam puncto et alio eminus defixo: illius puncti qui eminus fixus est equaliter distans a primo puncto circumductio: et ad eundem locum reuersio vnde moueri coeperat. Sphera vero est semicirculi manente diametro circumductio et ad eundem locum reuersio vnde reuersio vnde prius coeperat ferri. Vnitas quoque virtute et potestate ipsa quoque circulus vel sphera est. quotiens enim punctum in se multiplicaueris: in seipsum vnde coeperat terminatur. Si enim facias semel vnum vnus redit. et si hoc rursus et semel idem est. Igitur si vna fuerit multiplicatio solam planitudinem reddit: et fit circulus. Si secunda: mox sphera conficitur. Etenim secunda multiplicatio effectrix semper est profunditatis. Ex. 5. igitur et. 6. paucas huiusmodi formas subscripsimus.

1	5	6
1	25	36
1	125	216
1	625	1296
1	3125	7776

¶ De natura rerum que dicitur eiusdem nature et de ea que dicitur alterius nature. et qui numeri cui nature coniuncti sunt. Capitulum. 31.

Et de solidis quidem figuris hec ad presens dicta sufficiant. Qui autem de natura rerum propinquis inuestigantes rationibus: quique in matheseos disputatione versati: quid in quaque re esset proprium subtilissime peritissimeque viderunt: hi rerum omnium naturas in gemina diuidentes hac speculatione distribuunt. Dicunt enim omnes omnium rerum substantias constare ex ea que proprie sueque semper habitudinis est nec vllo permutatur. et ea scilicet natura que variabilis motus est sortita substantiam. Et illam primo immutabilem naturam vnius eiusdemque substantie vocant. Hanc vero alterius scilicet quod a prima illa immobili discedens prima sit altera. Quod nimirum ad vnitatem pertinet: et ad dualitatem. qui numerus primus ab vno discedens alter factus est. Et quoniam cuncti secundum vnitatis speciem naturamque impares numeri formati sunt: quique ex his coaceruatis tetragoni fiunt duplici modo eiusdem substantie participes esse dicuntur: quod vel ab equalitate formantur tetragoni: vel coaceruatis in vnum numeris imparibus procreantur. Illi vero qui sunt pares: quoniam binarij numeri forme sunt: quique ex his coaceruati collectique in vnam congeriem parte altera longiores numeri nascuntur: hi secundum ipsius binarij numeri naturam ab eiusdem substantie natura discessisse dicuntur. putaturque alterius nature esse participes: idcirco quoniam cum latera tetragonorum ab equalitate progressa in equalitatem proprie latitudinis ambitum tendant: hi adiecto vno ab equalitate laterum discesserunt: atque ideo dissimilibus lateribus et quodammodo alteris a se coniunguntur. Quare nobis notum est quod ex his ea que sunt in hoc mundo coniuncta sunt. Aut enim proprie immutabilis eiusdemque substantie est quod deus vel anima vel mens est: vel quodcunque proprie nature incorporalitate beatur aut mutabilis variabilisque nature: quod corporibus indubitanter videmus accidere. Vnde nunc nobis monstran-

dum est: hac gemina numerorum natura quadratorum scilicet et parte altera longiorum: cunctas numeri species cunctasque habitudines vel relatae ad aliquid quantitatis: vel multiplicium vel superparticularium et ceterorum, vel ad seipsam considerate: vel formarum quas dudum in superiore disputatione descripsimus informari, ut quemadmodum mundus ex immutabili mutabilique substantia: sic omnis numerus ex tetragonis que immutabilitate perficiuntur: et ex parte altera longioribus que mutabilitate participant probetur esse coniunctus. Et primo quidem distribuendum est qui sunt hi quos promecas vocant: idest anteriore parte longiores, vel qui quos heteromikeis idest parte altera longiores. Est enim parte altera longior numerus: quicunque unitate tantum lateri crescit adiecta, ut sunt 6. scilicet bis .3. vel .12. tres quater. et consimiles. Anteriore vero parte longior est: qui sub duobus numeris huiusmodi continetur: quorum latera non possidet unitatis differentia: sed aliorum quorumcunque numerorum, ut ter. 5. vel ter sex: vel quater. 7. Quodammodo enim longitudine in proliziorem modum porrecta merito anteriore parte longior videtur. Cur autem parte altera longiores numeri dicantur: supra iam dictum est. Quadrati vero quoniam equam latitudinem longitudini gerunt: proprie longitudinis vel eiusdem latitudinis aptissime vocabuntur, ut bis .2. ter 3. quater. 4. et ceteri. Parte altera vero longiores: quod non eadem longitudine tendantur: alterius quodammodo longitudinis: et parte altera longiores vocantur.

Quod omnia ex eiusdem natura et alterius natura consistunt: idque in numeris primum videri. Capitulum. 32.


Omne autem quicquid in propria natura substantia que est immobile: terminatum definitumque est quippe quod nulla variatione mutetur: nunquam esse desinat: nunquam possit esse quod non fuit. At hec unitas sola est: et que unitate formantur: comprehensibilis et determinate et eiusdem substantie esse dicuntur. Ea vero sunt que vel ab equalibus crescunt velut quadrati vel quos ipsa unitas format: idest impares. At vero binarius et cuncti parte altera longiores: qui a finita substantia discesserunt: variabilis infiniteque substantie nominantur. Constat ergo numerus omnis ex his que longe diuncta sunt atque contraria: ex imparibus scilicet et paribus. Hic enim stabilitas: illic instabilis variatio. hic immobilis substantie robur: illic mobilis permutatio. hic definita soliditas hic infinita congeriis multitudinis. Que scilicet cum sint contraria: in unam tamen quodammodo amicitiam cognationemque miscentur: et illius unitatis informatione atque regimento unum numeri corpus efficiunt. Non ergo inutiliter neque improvide qui de hoc mundo deque hac communi rerum natura raciocinabantur: hanc primam totius mundi substantie divisionem fecerunt. Et plato quidem in timeo eiusdem nature et alterius nominat quicquid in mundo est. atque aliud in sua natura permanere putat individuum inconiunctumque et rerum omnium primum. alterum divisibile: et nunquam in proprii statu ordinis permanens. Phylolaus vero necesse est inquit omnia que sunt vel infinita vel finita esse. Demonstrare scilicet volens omnia quecunque sunt ex his duobus consistere. aut ex infinita scilicet esse aut ex finita: ad numeri sine dubio similitudinem. Hic enim et uno et duobus et impari atque pari coniungitur. Que manifesta sunt equalitatis atque inequalitatis: eiusdem atque alterius: definite atque indefinite esse substantie. Quod videlicet non sine causa dictum est: omnia que ex contrariis consisterent: armonia quadam coniungi atque componi. Est enim armonia plurimorum adunatio et dissentientium consensio.

Ex eiusdem atque alterius numeri natura qui sunt quadratus et parte altera longior omnes proportionum habitudines constare. Capitulum. 33.


Disponantur ergo in ordinem non iam pares atque impares ex quibus quadrati vel parte altera longiores fiunt: sed hi ipsi qui illis concervatis in unumque redactis et quadrati et parte altera longiores prodeunt. Ita enim videbimus istorum quendam consensum et ad ceteras numeri partes procreandas amicitiam: ut non sine causa hoc in omnibus rebus ab numeri specie natura rerum sumpsisse videatur. Sint igitur duo versus tetragonorum ab unitate ductus: et a binario numero parte altera longiorum.

1	4	9	16	25	36	49
2	6	12	20	30	42	56

Horum igitur si primum compares primo dupli quantitas invenitur: que est prima multiplicitatis species. Si vero secundum secundo: hemiolie quantitatis habitudo producitur. Si tertium tertio: sesquitertia proportio procreatur: Si quartum quarto: sesquiquarta. et si quintum quinto: sesquiquinta. Et hinc superparticularium normam in quamvis longissimum spacium progrediens: integram inoffensamque reperies. Ita ut in prima dupli proportione unitatis solius sit differentia. Duo namque ab uno sola semper discrepant unitate. In sesqualtera vero duorum est differentia. in sesquitertia trium. in sesquiquarta. 4. et deinceps secundum superparticulares formas numerorum: quod ad differentias attinet: uno tantum crescit adiecto numerum explicans naturalem.



Si vero secundum tetragonum primo parte altera longiori compares: et tertium secundo: et quartum tertio: et quintum quarto easdem rursus proportiones effici prenotabis quas in superiore forma descripsimus. Sed hic differentie ab unitate non inchoant: sed a binario numero in infinitum per eosdem calculos progrediuntur. Eritque secundus primi duplus, tertius secundi sesqualter, quartus tertii sesquitertius. secundum eandem convenientiam que superius demonstrata est.



Rursus quadrati invicem imparibus differunt: parte altera longiores paribus.

Differentie impares.						
	3	5	7	9	11	13
1	4	9	16	25	36	49
Quadrati.						


Differentie pares.						
	4	6	8	10	12	14
2	6	12	20	30	42	56
Parte altera longiores.						


Tu vero si inter primum et secundum tetragonum primum parte altera longiorem ponimus: ad utrosque eos una proportione coniungitur. In utrisque enim proportionibus dupli multiplicitas invenitur. Sin vero inter secundum tertiumque tetragonum secundum

dum parte altera longiorem ponas sesqualtere compara tionis ad vtrosqz forma componitur. Et si inter tertiuz et quartum tetragonum tertia parte altera longiorem con- stituas: sesquitertia spēs nascetur et idem si in cunctis fece ris: cūctas superparticulares spēs inuenire miraberis.

Tetragoni	primus	Parte altera longiores	primus	Tetragoni	secundus	
	1		2		4	duplus
	2us		2us		3us	
	4		6		9	sesqualter
	3us 9		3us 12		4us 16	sesquitertius
	quartus 16		quartus 20		quintus 25	sesquiquartus

Et ad eundem modum in ceteris conuenit intue- ri. Rursus si ponantur duo tetragoni ex superius descriptis: idest primus et secundus: et in vnū colli gantur: et medius eorum parte altera longior bis multi- plicetur: tetragonus fit. Nāqz vnus et .4. si iungantur. 5. faciunt. eorum binarius parte altera longior si bis du catur: quatuor faciunt. qui iuncti .9. sine vlla dubitatione conficient qui est numerus quadratus. Et ad eundē mo- dum in alijs hoc modo dispositis numeris quos supra descripsimus idem constat intelligi. Si vero conuertas et inter duos primum et secundum parte altera longiores secundum tetragonum ponas: qui in ordine quidem se- cundus est: sed actu et opere primus. ex duobus parte altera longioribus congregatis: et bis multiplicato medio tetra gono: rursus tetragonus conficitur. Nanqz inter .6. et bi narium numerū qui sunt primus et secūdus partes altera lōgiores si ponatur quaternarius ordine secundus: primus actu tetragonus: et coniungant duo et sex faciunt .8. Tum si bis ducantur medij quatuor faciunt rursus octonariū qui cum superioribus iuncti sedecim tetragonum pandūt.





Illud quoqz nō oportet minore admiratione su scipere: quod secūdum proprias naturas: vbi al trinsecus duo tetragoni sunt: et vnus parte altera longior in medio ponitur: tetragonus qui nascit ille semp ab impari procreatur. Nā ex superioribus vno et .4. et bis mul tiplicato binario: factus est nouenarius tetragonus. qui scz a tri bus procreatur. Ter enī tres .9. faciūt. qui ternarius impar est numerus. Ex sequēs qui ex quatuor et .9. et bis multipli cato senario coniunctus est .25. tetragonus: et ipse ex impa ri quinario nascit continenti post ternarium. Quinquies enī quinqz .25. procedunt. et quinarius post ternarium impar est numerus. Et in sequenti quoqz eadem ratio est. Nā qui ex .9. et .16. et bis ducto .12. quadratus .49. producitur: ille a septenario impari fit post quinarium continenti. Septies enim .7. .49. creant. At vero vbi duo altrinsecus parte altera longiores et vnū medium tetragonum claudūt omnes ex bis qui fiunt tetragoni a paribus producuntur. Nam qui ex duobus et .6. parte altera longioribus et qua- ternario bis multiplicato .16. tetragonus factus est: ille a q̄ ternario numero idest pari producitur. Quater enim .4. 16. sunt. Et in sequēti quoqz ordine vbi ex senario et duo decim et bis in suē summam ducto nouenario .36. fiunt: ex continenti pari senario copulantur. Sex enim sexies. 36. restituunt. Nec minus in eandem rōnem cadet ex .12. et 20. et bis .16. factus .64. tetragonus. Hic enim ex octona- rio continenti post senarium nascitur. Octies eniz octo. 64. tetragonum iungūt. Et in alijs quoqz secūdum eun- dem modū si idē facias rōnis ordo non discrepat.

Quod ex quadratis et parte altera longioribus omnis formarum ratio consistat. Capitulum. 34.

Illud vero quod ex his duobus tota oium forma rum videt orta prolatio: non minore conside- ratione notandum est. Nāqz trianguli qui cun- ctas alias formas sicut superius docuimus colle- cti producunt: his iūctis velut ex quibusdaz ele mentis oriunt. Nāqz ex vno primo tetragono et binario primo parte altera longiore ternarius triangulus copulat. Et ex binario vel quaternario: idest ex secundo tetragono senarius triangulus percat. Ex quaternario quoqz et sena- rio: denarius triangulus nascitur. Et ad eundem ordinem cuncta triangulorum ratio constabit. Disponantur eniz alternatim inter se tetragoni et parte altera longiores. qui vt melius pernotarent: prius in duobus eos versibus dispo- suimus post autem eosdem permiscuimus. et qui exinde trianguli nascerentur ascripsimus.

Tetragoni.

1	4	9	16	25	36	49	46	81

parte altera longiores.

2	6	12	20	30	42	56	72	90

tetragoni et altera parte longiores alternati.

1	2	4	6	9	12	16	20	25	30	36	42
3	6	10	15	21	28	36	45	55	66	78	

Trianguli.

Quemadmodum quadrati ex parte altera longioribus vel parte altera longiores ex quadratis fiant. Capitulum. 35.

Omnis vero tetragonus si ei proprium latus addatur: vel eodem rursus demātur: parte alte ra longior fit. Nāqz .4. tetragono si quis duo iungat: vel duo detrahat. 6. addendo perficit et duo detrahendo. at vtraqz figuram continet parte alte ra longiorem quę scz magna est alteritatis vis. Omnis enim infinita et indeterminata potentia: ab ęqualitatis na tura: et a suis se finibus continēti substantia discedens: aut in maius exuberat aut i minore decrescit.

Quod principaliter eiusdem quidem sit substātię vni tas: secūdo vo loco impares numeri: tertio quadrati. et qd principaliter dualitas alterius sit substantię: secūdo vo lo co pares numeri: tertio pte altera longiores. Cap. 36.


Onstat igit primo quidem loco vnitatem pro prie imutabilisqz substantię eiusdēqz naturę: dualitatem vo primam alteritatis mutationis qz esse principium. Secundo vo loco omnes i pares numeros propter vnitatis cognationem eiusdem atqz imutabilis substantię eē participes: pares vo ob bi narij numeri consortium alteritatibus esse permixtos. Tetragonos quoqz ad eūdem modum considerari mani festum est. Nāz quod eorum compositio et coniunctio ex imparibus fit: imutabili eos naturę pronunciabo con iunctos. Quod vero parte altera longiores ex copulati one pariū percant: nunqz ab alteritatis varietate separant.

Alternatim positis quadratis et parte altera longio ribus qui sit eorum consensus in differentia et in propor tione. Capitulum. 37.

Illud igitur perspiciendum est: quod si idem tetragoni et parte altera longiores disponantur: ita ut alternatim sibi permixti sint: tanta ibis est coniunctio ut alias sibi in eisdem proportionibus cõmunicent: discrepent autem differentijs. Alias vero differentijs pares sint: proportionibus distẽt. Disponantur enim in ordinem idem illi superiores tetragoni: et parte altera longiores ab vno.

1	2	4	6	9	12	16	20	25	30

Ergo in superiore formula hoc maxime intuẽdũ est. Nãq inter vnũ qui est tetragonus et .2. dupla proportio est. inter .2. et .4. dupla. Hic ergo tetragonus cum parte altera longiore: atq hic cum sequente tetragono: eadem proportione iunguntur: differentijs vero non isdem. Nanq duorum atq vnius sola vnitas differentia est: sed idem duo a quaternario solo binario relinquuntur. Rursus si .2. ad .4. speculeris dupla est proportio. si quattuor ad sex habitudinem sesqualteraz recognosces. Hic ergo in proportionibus discrepant i differentijs pares sunt. Nãq et quattuor a duobus et .6. a q̃tuor eodem binario distant. In sequentib⁹ etiam eodem modo sicut in primis fuit: ratio constat. Nam eadez proportio est: differentijs non eisdem. Naz .4. ad .6. et sex ad nouem sesqualtera proportione iunguntur. 6. autem quaternarium duob⁹. 9. vero senarium tribus pretereunt. In sequentib⁹ etiam eadem ratio speculabitur. et semper alternatim nunc quidem eędem proportiones: alię differentię sunt, nũc autem ordine permutato: hisdem differẽtijs alię proportiones. Semperq in quibus differunt secũdum naturalis numeri ordinem tetragoni et parte altera longiores sese superabunt: tantum quod geminatę sũmalis naturalis numeri fit progressio. Quod mirum videri non debet. nos enim ipsas summas tetragonorum et parte altera longiorum geminamus ad primas secundasq proportiones.



1	2	4	6	9	12	16	20	25	30	36
1	2	2	3	3	4	4	5	5	6	

Differentię.

Eędem quoq quoq differentię mirabilem in modum a toto per sequentes partes et per easdez vnitates quibus superius creuerunt progrediuntur. Nãq inter vnum et duo tantum vnitas intercedit: quę vnitati cui ęqualis est totũ ẽ binarij vero medietas. Eodem modo inter .2. et .4. tantũ duo sunt. q binarij totum sunt: quaternarij medietas. Inter quaternarium vero et senarium idem duo sunt: ad quaternariuz medietas: ad senarium pars tertia. Tres vero q sequunt qui inter. 6. et. 9. constituti sunt medij: sunt quidem senarij dimidium: pars vero tertia nouenarij. Et rursus ternari⁹ qui nouenarij tertia pars est: duodenarij quarta est. et ad eundem modum vsq in finem descriptionis geminatę huiusmodi partibus sicut ipsa quoq summaz comparatio geminata est: ęquas partium progressiones aspicies.

Probatio quadratos eiusdẽ eẽ naturę. Ca. 38.

Illud aũt apertissimũ signum est oẽs tetragonos imparibus esse cognatos: quod in omni dispositione ab vno vel in duplicib⁹ vel in triplicibus talis naturę ordo conseritur vt nũquam nisi secundum imparẽ locum tetragonus inueniat. Disponamus enim in ordinẽ numeros: primo quidem duplices: deinde triplos.

1	2	4	8	16	32	64	128	256
1	3	9	27	81	243	729	2187	6561

Si igitur in vtrisq versib⁹ primos aspicias: singulos quos inuenis quoniam tetragoni sunt: in impare loco sunt constituti: quoniam primi sunt. Si vero tertium locum respexeris. 4. et. 9. notabis: quorum hic a duob⁹ proficiscit: illum ternarius creat. qui sũt loco impari constituti. Quintum deinde si videas locuz 16. et. 81. respicies. sed vnus a quaternario nascit: alteruz nouenari⁹ creat. Et si nonũ locum rursus aspicias: tetragonos pnotabis. 256. 6561. quorum supior fit a. 16. inferior vero ab. 81. Idem si in infinitum facere libeat indiscrepanter incurrit.

Cubos eiusdem participare substantię quod ab imparibus nascantur. Caplm. 39.

Cubi vero cubi q quãquã tribus interuallis sublati sint: tamen propter ęqualem multiplicationem participant imutabilis substãtię: eiusdemq naturę sunt socij: non aliorum quã imparium coaceruatione producunt nunquã vero parium. Nã si omnes ab vnitate impares disponantur: iuncti figuras cubicas explicabunt.

1	3	5	7	9	11	13	15	17	19	21

Vnitas igitur qui prim⁹ est potestate et virtute primum cubum faciet. Iuncti vero duo qui sequunt ternari⁹ scilz et quinarius secundum efficiunt cubum: qui est octonarius. Iuncti autem. 3. qui sequuntur septenarius nouenariusq et. 11. cubum faciunt: q. 27. numero continet qui est tertius. Et sequẽtes quattuor quartum. et qui sequuntur. 5. quintum. et ad eundem modum quotus quisq cubus efficitur: tot coniunctione impares apponuntur. Hoc autem diligentius subiecta descriptio docet.

1	3	5	7	9	11	13	15	17	19
1		8			27			64	

primus ab vno	secundus a bis duobus bis	tertius a ter tribus ter	quart⁹ a quater quattuor quater

De proportionalitatibus. Capitulũ. 40.

Et de his quidem sufficienter dictum est. nunc res admonet quędam de proportionibus disputantes quę nobis vel ad musicas speculationes: vel ad astronomicas subtilitates: vel ad geometricę considerationis vim: vel etiam ad veterz lectionum intelligentiam prodesse possint: arithmetica introductione cõmodissime terminare. Est igit proportionalitas duarum vel trium vel quotlibet proportionum assumptio ad vnum atq collectio. Vt autem cõmuniter definiamus: proportionalitas est duarum vel plurium proportionum similis habitudo: etiam si non eisdem quantitatibus et differentijs constitutę sint. Differentia vero est inter numeros quãtitas. Proportio est duorum terminorum ad se inuicem quędam habitudo et quasi quodã modo continentia. Quorum compositio quod efficit: proportionale est. Ex iunctis enim proportionibus proportionalitas fit: In tribus autem terminis minima proportionalitas inuenit. Fit etiam in plurib⁹ sed longior. vt binarius ad vnum quoniaz duo sunt termini: duplã obtinet proportionem. sin vero quattuor contra. 2. impares: et hic quoq dupla proportio est. quos tres terminos si continue consideres: ex duabus proportionibus fit proportionalitas. Et est proportionalitas: vnum ad duo: et duo ad quattuor. Est enim proportionalitas vt dictum

est collectio proportionum in vnum que redactio. Fit etiam et in longioribus. Nam si quatuor illis octo velis adiungere: et bis.16. et bis.32. et deinceps duplos qui sequuntur: fit in omnibus dupla proportionalitas ex proportionibus duplis. Igitur quotiens vnus atque idem terminus ita duobus circum se terminis communicat: vt ad vnum dux sit, ad alium comes: hec proportionalitas continua vocatur: vt vnus duo quatuor. Est enim equalitas in his proportionis. et quemadmodum sunt.4. ad.2. sic sunt duo ad vnum. Et rursus quemadmodum vnus ad duo: sic duo ad quatuor. Et secundum quantitatem quoque numeri eodem modo est. Quantum enim tres superant binarium: tantum binarius vnitatem. et quantum vnus a duobus minor est: tantum binarius a ternario superatur. Sin vero alius ad vnum refertur terminus: alius vero ad alium: necesse est habitudinem disiunctam vocari. Ut ad equalitatem quidem proportionis sunt.1.2.4.8. Sic enim sunt quemadmodum duo ad vnum: sic octo ad quatuor. et conuersim quemadmodum vnus ad duo: sic quatuor ad octo. Et permutatim quemadmodum quatuor ad vnum sic octo ad binarium. Secundum quantitatem vero numeri: vt sunt.1.2.3.4. quantum enim vnus a duobus vincitur: tantum ternarius a quaternario superatur. Et quantum duo vnum vincunt: tanto ternarium quaternarius transit. Permixtim etiam quanto vnus tribus minor est tanto binarius quaternario. vel quanto ternarius vnitatem superat: tanto binarium transgreditur quaternarius.

Que apud antiquos proportionalitates fuerint: quas posteri addiderint. Capitulum. 41.

Onsesse quidem et apud antiquiores note: queque ad pythagore vel platonis vel aristotelis scientiam pertinent: he tres medietates sunt arithmetica: geometrica: armonica. Post quas proportionum habitudines tres alie sunt que sine nomine quidem feruntur. Vocantur autem quarta: quinta: vel sexta. que superius dictis opposite sunt. Sic vero posteri propter denarij numeri perfectionem quod erat pythagore complacitus: medietates alias quatuor addiderunt: vt in his proportionalitatibus denarie quantitatis corpus efficerent. Secundum quem numerum et priores quinque habitudines comparationesque descripte sunt: vbi quinque maioribus proportionibus quos vocauimus duces: minores aptauimus alios terminos quos comites diximus. Inde etiam in aristotelica atque archyte prius.10. predicamentorum descriptione: pythagoricum denarium manifestum est inueniri. Quando quidem et plato studiosissimus pythagore secundum eam disputationem diuidit et archytas pythagoricus ante aristotilem licet quibusdam sit ambiguum decem hec predicamenta constituit. Inde etiam.10. membrorum particule. inde alia permulta que omnia persequi non est necesse.

Quod primum de ea que vocatur arithmetica proportionalitate dicendum est. Cap. 42.


Nunc vero de proportionalitatibus deque medietatibus dicendum est. Et primum quidem de ea medietate tractabimus: que secundum quantitatis equalitatem neglecta proportionis paritate constitutorum terminorum habitudines seruat. In his autem quantitatibus medietas ista versatur: inque his speculanda est: in quibus a seipsis termini differunt. Quid autem esset differentia terminorum superius diffinitum est. Hanc autem esse arithmeticam medietatem numerorum ipsa ratio declarabit: quoniam eius proportio in numeri quantitate consistit. Que igitur causa est huiusmodi terminorum habitudinem id est arithmeticam cunctis alijs proportionalitatibus ante ponere? primum quod hanc nobis in principio ipsa numerorum natura et vis naturalis quantitatis opponit. Huiusmodi enim proportiones queque ad terminorum differentias pertinent: vt paulo post demonstrabitur in naturalis primum numeri dispositione cognoscimus. Deinde quod superiore libro disputantibus nobis apparuit arithmeticam vim geometrice atque musice esse antiquiorem: et quod illam has simul inferret: sublata vero perimeret. Quare ordine disputatio progreditur: si ab ea prius inchoandum sit medietate: que in numeri differentia non in proportionis speculatione versatur.

De arithmetica medietate eiusque proprietatibus. Capitulum. 43.

Arithmeticam medietatem vocamus: quotiens vel tribus vel quotlibet terminis positis: equalis atque eadem differentia inter omnes dispositos terminos inuenitur. In qua neglecta proportionis equalitate terminorum tantum differentiarum que specularis custoditur. vt.1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.

In hac enim naturalis numeri dispositione si quis continuatim differentias terminorum curet aspicere: secundum arithmeticam medietatem equa terminorum inter se discrepantia est. Equales enim sunt differentie: sed eadem proportio atque habitudo non est. Si igitur in tribus terminis consideratio sit: continua proportionalitas dicitur. Sin vero hic alius dux et alius comes: illic vero vtrique sint alij: vocabitur disiuncta medietas. Si igitur in tribus tantum terminis secundum continuam medietatem conspexeris: vel in quatuor: vel in quotlibet alijs secundum disiunctam: easdem semper differentias terminorum videbis: tantum solis proportionibus permutatis. Id si in vno quis nouerit reliqua eius ratio non latebit. Sit continua medietas.1.2.3. Hic vnus a duobus et.2. a tribus solis tantum singulis distant. et sunt eedem differentie proportiones vero alie. Nanque duo ad vnum duplus est. tres ad duo sesqualter. et in ceteris idem videbis. Sin autem permiscens et aliquos preteriens eligas: et in his aliquam speculationem ponas: idem poterit euenire. Nam si equales terminos intermittas: et sese in priore dispositione preterant. si singulos intermittas: solius binarij notabitur differentia. Sin vero duo preteres: ternarij. si tres: quaternarij. et ad eundem modum vno plus quam intermiseris: erit illa quam querimus differentia terminorum. Namque si in tribus terminis singuli relinquantur: binarius semper incurrit.


Differentie



intermissi

Idest ne vt cum superius in naturalis numeri dispositione se termini singulis preterirent: pretermissis duobus 2.4. vnus ad tres: et.3. ad quinarium comparati binarium solum in differentia retinuerint. Hec non etiam in disiunctas eadem versabitur obseruatio.


Differentie



Intermissi


t Alibus igitur vestigijs insistentem nullus ab eadem similitudine error abducet. Nãq3 si duos intermittas: ternarius differentiam continebit. si tres: quaternarius. si quatuor quinarius: eque in continuis proportionibus atq3 disiunctis. Qualitas autẽ proportionis eadem non erit quãuis sint equis terminis differentijs distributi. Quod si conuersim ponãtur: vt non eisdem differentijs eadem qualitas proportõis eueniat: geometrica talis proportionalitas non arithmetica nominatur. Est autem proprium hui⁹ medietatis quod si in tribus terminis speculatio fit: compositis extremitatibus illa summa que inter extremitates est: non solo tãtum: verũ etiam fit quãtitate medietas. Ut si ponantur 1.2.3. vnus & tres quatuor reddunt. Duo vero qui medius inter vtrosq3 est: quaternarij medietas inuenitur. Quod si bis medietatẽ duxas equus erit extremitatibus Bis enim duo quatuor creant. Sin vero disiuncta sit: quod fit ex vtrisq3 extremitatibus compositis: hoc ex duabus medietatibus redditur. Si enĩ sunt. 1.2.3.4. vn⁹ & quatuor quinarium creant: duo & tres medij in eundẽ rursus quinarium surgunt.

continuus




bis duo
4

discontinuus



5

t Et illi hoc quoq3 solida proprietate coniunctuz: quod quemadmodum sunt omnes termini huiusmodi dispositionis ad seipsos: ita sunt differentie ad differentias constitute. Namq3 omnis termin⁹ sibiipsi equalis est & differentie differentijs sunt equales Illud quoq3 subtilius quod multi huius discipline periti nisi nicomachus nunq3 antea perspexerunt: quod in omni dispositione vel continua vel disiuncta: quod cõtinetur sub duabus extremitatibus minus est eo numero qui ex medietate conficitur tantum quantum possunt due sub se differentie continere que inter ipos sunt terminos constitute. Ponamus enim tres terminos huiusmodi 3.5.7. Si igitur tres septies augeantur: in. 21. numerum cadunt. Quod si medium terminum idest. 5: in semetips multiplicaueris: quinquies quinq3 faciunt. 25. Et hic numerus ab eo quem extremitates colligunt quaternario maior est: quem scilicet differentie conficiunt. Inter tres enim 3.5.5.7. bini intersunt. quos si in sese multiplices. 4. reddunt. bis enim duo quatuor fiunt. Recte igit̃ dictum est: in hac huiusmodi dispositione quod continet sub extremitatibus minus esse illo numero qui fit ex medietate tantum quantum differentie in se multiplicate reddunt.



q Uartum vero proprium huiusmodi dispositionis notatur: quod antiquiores quoq3 habuere notissimum: quod in hac proportionalitate vel medietate in minoribus terminis maiores proportiões in maioribus minores comparationes necesse est inueniri. Nãq3 in dispositione hac. 1.2.3. minores sunt termini. 1.2. maiores. 2.3. 3.2. ad vnum duplus est. 3. vero ad duos sesqualter: sed maior est proportio dupli quã sesqualtera. In armonica autẽ medietate econtrario euenire contingit. In minoribus enim terminis minores proportiones: in maioribus maior proportionis quantitas custoditur. Harum vero medietatum idest arithmetice atq3 armonice: geometrica proportionalitas media esse notata est. que vel in maioribus vel in minorib⁹ terminis equas numerorum qualitates in proportionalitate custodit. Inter maius vero & minus: equalitas loco ponitur medietatis. Et de arithmetica quidem medietate satis dictum est.

De geometrica medietate eiusq3 proprietatibus. Capitulum. 44


n Unc vero que hanc sequitur geometrica medietas expediatur que sola vel maxime proportionalitas appellari potest: propterea quod in ea eisdem proportionibus terminorum vel in maioribus vel in minoribus speculatio ponitur. Hic enim equa semper proportio custoditur: numeri quantitas multitudoq3 negligitur contrarie quam in arithmetica medietate. vt sunt. 1.2.4.8.16.32.64. Uel in tripla proportione. 1.3.9.27.81. Uel si quadrupla vel si quincupla vel si in quamlibet multiplicitatem numerorum sit constituta dispositio. In his enim quotlibet terminos sumpseris: explebunt geometricam medietatem. quẽadmodum enim prior ad sequentem ita sequens ad alium. Et rursus: si permixte facias idem erit. Si enim ponantur tres termini. 2.4.8. quemadmoduz sunt. 8. ad. 4. ita. 4. ad 2. Atq3 hoc si conuertas: quemadmodum sunt. 2. ad. 4. ita erunt. 4. ad. 8.

Dupla Dupla



v El si in quatuor terminis vt sunt. 2. et. 4. 8. et 16. quemadmodum est primus ad tertiũ. i. 2. ad. 8. sic erit secũdus ad quartũ: idest. 4. ad. 16 Utraq3 enĩ proportio q̃druplа est. Et conuersim quẽadmodum quartus ẽ ad scdm: ita tertius noscitur ad primum

Hoc vero etiam disiunctę licet. Nam quemadmodum est primus ad secundum: idest. 2. ad quatuor: sic terti⁹ ad quartum: id est. 8. ad. 16. et conuersim quemadmodum secū dus ad primum: idest. 4. ad duos: ita quartus ad tertiū: idest. 16. ad. 8. idq; in omnibus rata consideratione perspicies.



b Habet autem proprium huiusmodi medietas quod in omni dispositione secundum hanc proporti onalitatem terminorum differentię in eadem proportione contra se sunt qua fuerint ipsi termini quorum sūt ipsę differentię. Siue enim dupli contra se sint termini: duplę erunt etiam differentię. siue tripli: triplę. siue secū dum quamlibet multiplicitatem: eadem in differentijs multiplicitas erit: quā prima consideratio inuenit in terminis. vt subiecta descriptio monet.

Differentię duplę

1	2 4	8	16	32	64	128
1 2	4	8	16	32	64	128 256

Termini dupli

n Nulli igitur dubium esse potest quod cum omnes termini dupli sint: ita differentię quoq; eorū ter minorum duplę esse videantur: vt vno minus ter mino in differentijs: omnes pene dispositos subter terminos quorum sunt ipsę differentię: superior ordo reddi derit. Est etiam aliud proprium quod omnis ad minorem maior terminus comparatus: ipsum minorem retinet differentiam. Nāq; binarius ad vnitatem: ipa vni tate differt. et quaternari⁹ binario: ipo binario. et octonari us quaternario ipo quaternario. et deinceps minores alij ipsis minorib⁹ ab eisdem ipsis differunt quos numero sitate preterēunt. Et hoc quidem in dupla proportione cadit. Sin vero sint triplices proportiones: maior termi nus a minore termino duplicato minore termino differt Ut si sint. 1. 3. 9. tres ab vno: binario differunt: in quem vnitas idest minor terminus duplicatus excrescit. 3. 9. a tribus senario differunt: quem ternarius duplicatus educit. Et in alijs cūctis eiusmodi ratio reperietur. Sin vero quadruplices sint: triplicato minore termino maior terminus a minore distabit. Et si quinqupli: quadruplicato. et si sextupli: quinquuplicato. et vna minus multiplicatione quam est ipsa minorum ad maiores comparatio terminorum: minorem numerus maior exuperat.

Differentię duplę

1	2	4	8	16	32	64	128
1	2	4	8	16	32	64	128 256

Termini dupli

Differentię triplę

2	6	18	54	162	489	1458	
1 3	9	27	81	243	729	2187	

Termini tripli

Differentię quadruplę

3	12	48	192	768	3072	12288	
1 4	16	64	256	1024	4096	16384	

Termini quadrupli.

b Et aūt proportionalitas et in alijs omnibus vt superparticularib⁹ vel superpartientib⁹ inuenitur huiusmodi proprietate in omnibus conseruare: vt in continua proportione: quod fit sub extremitatibus si tres fuerit termini: hoc a medietate multiplicata consurgat. Si enim sint. 2. 4. 8. quod fit ex bis. 8. idem fit ex q̄ter. 4. Uel si sit in quatuor terminis disiuncta proportio quod fit sub vtrisq; extremitatibus id duarum medietatum multiplicatiōe concrescat. Ut si sint. 2. 4. 8. 16. quod fit ex bis. 16. idest quater. 8. reddatur. Exemplar autem nobis maximum certissimumq; sit illud: vbi ex equalitate dixim⁹ omnes inequalitatis species fundi. Illic enī in omnibus vel multiplicibus vel superpartientib⁹ vel superparticularibus vel in ceteris continuis geometrica proportiōalitas custoditur: has omnes proprietates q̄s supradiximus obtinens. Quarta vero est proprietas huius medietatis: quod vel in maioribus vel minoribus terminis equales semper proportiones sunt. Namq; si ponantur. 2. 4. 8. 16. 32. 64. inter hos omnes dupla pportio est. Apparet etiam hec proportionalitas in binis proportionibus ab vnitate alternatim parte altera longioribus quadratisq; dispositis a prima multiplicitatis habitudine idest a dupli per cunctas superparticularis habitudines proportionesq; discurrēs quod subiecta d̄scriptione signatum est.

Tetragonus	1	
parte al. lon.	2	dupla
Tetragonus	4	dupla
parte al. lon.	6	sesqualtera
Tetragonus	9	sesqualtera
parte al. lon.	12	sesquitertia
Tetragonus	16	sesquitertia
parte al. lon.	20	sesquiquarta
Tetragonus	25	sesquiquarta
parte al. lon:	30	sesquiquinta
Tetragonus	36	sesquiquinta
parte al. lon.	42	sesquisexta
Tetragonus	49	sesquisexta

ℭ Que medietates quibus rerum publicarum statibus comparentur. Capitulum. 45.

a Tres ideo arithmetica quidem ei reipublicę cō paratur que paucis regit: idcirco quod in mi noribus ei⁹ terminis maior proportio sit. Musicam vo medietatem optimatum dicunt eē rem publicam: ideo quod in maioribus terminis maior proportionalitas inuenitur. Geometrica medietas popularis quodammodo et ex equalitate ciuitatis est. Nanq; vel in maioribus vel in minorib⁹ equali oium proportionalitate cōponitur: et est inter omnes paritas quędā medietatis equū ius in proportionibus conseruantis.


ℭ Quod superficies vna tantum in proportionalitatib⁹ medietate iungant: solidi vo numeri duabus medietatibus in medio collocantur. Capitulum. 46.

p Est hec igitur tempus est: vt expediam⁹ nunc quidam nimis vtile in platonica quadam disputatione: que in timei cosmopeia haud facili cuiquam vel penetrabili ratione versatur. Omnes enim planę figurę que nulla altitudine crescunt vna tantum medietate geometrica continuantur: alia q̄ iungat non potest inueniri. vnde duo tantum in his interualla sunt constituta: a primo scilicet ad mediū: et a medio ad tertium. Si vero fuerint cubi: duas tantum habebunt medietates vbi tertia inueniri non poterit: secundū geometricam. scilicet pportionem. vnde formę solidę tria interualla dicuntur habere. Est enim vnum interual-

tum a primo ad secundum: et a secundo ad tertium: et a tertio ad quartum: que est scilicet postrema distantia. Recte igitur et plane figure duobus intervallis: et solide tribus contineri dicuntur. Sunt enim duo tetragoni. 4. scilicet et. 9. horum igitur unus tantum medius in eadem proportione constitui potest. Nanque senarius ad. 4. sesqualter est: et. 9. ad senarium eodem modo sesqualter. Hoc autem ideirco evenit quod singula latera singulorum tetragonorum efficiunt senariam medietatem. Nanque quaternarii tetragoni latus binarius est: novenarii ternarius. hi ergo multiplicati senarium perfecerunt. Bis enim tres senarius est. Et quotienscunque datis duobus tetragonis eorum medietatem volumus invenire: latera eorum multiplicanda sunt: et qui ex his procreabuntur medietas est. Si autem cubi sint. ut. 8. et. 27. due tantum inter hos eadem proportione medietates constitui queunt. 12. scilicet et. 18. nanque. 12. ad. 8. et. 18. ad. 27. sesqualtera tantum proportione iunguntur. In his quoque eadem laterum ratio est. Nanque ex uno cubo quo propinquior est: una medietas duo latera colligit: ex alternatim vero posito unum. In alia quoque medietate idem est. Ponantur enim duo cubi et in medio eorum due medietates quas superius diximus. 8. duodecim. 18. 27. octonarii igitur latus est binarius: bis enim bini bis octonarium fecerunt. Ternarius vero. 27. cubi latus est. Ter enim tres ter. 27. restituunt. Medietas igitur que iuxta octonarium est: idest. 12. mutuatur duo latera ex propinquo sibi octonario et aliud unum latus ex altrinsecus posito. 27. cubo. Bis enim bini ter. 12. pandunt. Et. 18. eadem ratione duo latera a propinquo sibi. 27. cubo colligit: et unum ab altrinsecus posito octonario. Tres enim ter bis. 18. concludunt. Hoc autem universaliter speculandum est: si tetragonus tetragonum multiplicet: sine dubio tetragonus provenit. Sin vero parte altera longior tetragonum multiplicet vel tetragonus parte altera longiorem: nunquam tetragonus: sed semper parte altera longior crescit. Rursus si cubus cubum multiplicaverit: cubi forma conficitur. Si vero parte altera longior cubum: vel cubus parte altera longiorem: nunquam cubus procreabitur. hoc scilicet secundum similitudinem paris atque imparis. Par enim parem si multiplicet: semper par nascitur. et impar imparem si multiplicet. impar continuo procreatur. Si vero impar parem: vel si par imparem multiplicet: par semper exoritur. Hoc autem facilius cognoscitur ex lectione platonis in libris de republica: eo loco qui nuptialis dicitur: quem ex persona musarum philosophus introducit. Sed nunc ad tertiam medietatem redeundum est


De armonica medietate eiusque proprietatibus. Ca. 47.

a Rmonica autem medietas est: que neque eisdem differentiis nec equis proportionibus constituitur: sed illa in qua quemadmodum maximus terminus ad parvissimum terminum ponitur: sic differentia maximi et medii contra differentiam medii atque parvissimi comparatur. Ut si sint. 3. 4. 6. vel si. 2. 3. 6. Senarius enim quaternarium sua tertia parte superat: idest duobus. quaternarius vero ternarium sua quarta parte supervenit: idest uno. Et senarius ternarium sua medietate idest tribus. ternarius vero binarium sua parte tertia idest unitate transcendit. Quare in his neque eadem proportio terminorum est: neque sunt eedem differentie. Sed autem quemadmodum maximus terminus ad parvissimum terminum: sic differentia maximi et medii ad differentiam medii atque postremi. Nanque in hac proportione que est. 3. 4. 6. maior terminus idest senarius ad parvissimum terminum ternarium duplus est et differentia maximi et medii idest senarii et quaternarii duo scilicet: ad differentiam medii et ultimi idest quaternarii atque ternarii que est unitas dupla perspicitur. Sed hoc quoque subiecta descriptione monstratur.



b Habet autem proprietatem quemadmodum dictum est contrariam arithmetice medietati. In illa enim in minoribus terminis maior erat proportio: in maioribus minor. in hac vero in maioribus quidem terminis maior est proportio: in minoribus vero minor. Nanque in hac dispositione. 3. 4. 6. tres ad quattuor comparati sesquitertiam habitudinem: sex vero ad quattuor sesqualteram reddunt: sed maior est proportio sesqualtera a sesquitertia tantum quantum pars tertia medietate transcenditur. Iuste igitur medietas quedam geometrica proprieque esse proportionalitas indicatur. scilicet inter eas ubi in maioribus terminis minor est proportio et minoribus maior: et inter eam ubi in maioribus maior est minoribus minor. Illa est enim vere proportionalitas que medietatis quodammodo locum obtinens: et in maioribus et in minoribus: equalibus proportionum comparationibus continetur. Hoc quoque signum est duarum extremitatum mediam esse quodammodo geometricam proportionem. Nanque in arithmetica proportione medius terminus eadem sua parte et minorem precedit et a maiore preceditur secundum alia parte minoris alia vero parte maioris. Sit enim arithmetica dispositio. 2. 3. 4. Ternarius igitur numerus binarium tertia sua parte precedit idest uno: et a quaternario tertia sua parte preceditur idest uno. At vero ternarius non eadem parte minoris minorem vincit: vel maioris a maiore superatur. Nanque minorem idest binarium uno superat: idest ipsius medietate binarii. a quaternario vero uno relinquitur: que pars quaternarii quarta est. Recte igitur dictum est medium terminum in huiusmodi medietate: eadem sui parte et minorem vincere et maiore superari: sed non eisdem partibus vel minoris minorem transgredi: vel maioris a maiore transcendi. Contrarie armonica medietas proportionem habet. Nanque non eadem parte sua medius terminus in hac proportione vel minorem vincit: vel a maiore superatur. sed eadem parte minoris minorem superat: qua parte maioris a maiore superatur. In hac enim dispositione armonica que est. 2. 3. 6. ternarius binarium tertia sui parte vincit: idem ternarius a senario a tota sui quantitate superatur: idest tribus. Idemque ipse ternarius medietate minoris vincit minorem idest uno. et medietate maioris a maiore termino vincitur idest tribus. Senarii enim medietas ternarius est. In geometrica vero medietate neque eisdem suis partibus medius vel vincit minorem vel a maiore vincitur. neque eadem parte vel minoris minorem superat: vel maioris a maiore relinquitur. sed qua parte sua medius terminus minorem superat: eadem parte sua maior terminus medium vincit. Quod est ut medietas atque extremitas equalibus medietatem et extremitatem reliquam suis partibus supervadant. In hac enim dispositione que est. 4. 6. 9. tertia sui parte medius senarius quaternarium superat: idest duobus: et tertia sui parte rursus novenarius senarium vincit: idest tribus. Habet autem aliam pro-

p:ietatem armonica medietas. vt cum duas extremitates in vnum redactas medietas multiplicauerit dupla quãtitas colligitur quam si se multiplicent due extremitates. Sint enim hi termini.3.4.6. Si igitur ternarium et senarium iungas nouenarium facies: qui per quaternarium ductus.36.efficit. quod si se ipse extremitates multiplicent: et fiant tres sexies.18.conficiunt: quod est prioris summe dimidium.




¶ Quare dicta sit armonica medietas ea que digesta est. Capitulum. 48.


Onsiderandum forsitan videatur: cur hanc armonicam medietatem vocemus. Cui hec ratio est. quoniã arithmetica dispositio equas tantum per differentias diuidit quantitates: geometrica vero terminos equa proportione coniungit. At vero armonica ad aliquid quodãmodo relata consideratiõe: neqz solum in terminis speculationem proportionis habet: neqz solum in differentiis: sed in vtrisqz cõmuniter. Querit enim vt quemadmodum sunt ad se extremi termini: sic maioris ad medium differentia: contra differentiam medietatis ad vltimum. Ad aliquid aũt considerationem armonie proprie esse in primi libri rerum diuz divisione monstrauimus. Ipsarum quoqz musicarum consonantiarũ quas symphonias nominant proportiones in hac pene sola medietate frequenter inuenias. Namqz symphonia diatessaron: que princeps est et quodammodo vim obtinens elementi: constituitur scz in epitrita proportione: vt est quaternarius ad ternarium: in eiusmodi armonicis medietatibus inuenitur. Sint enim eiusmodi armonice medietatis termini quorũ extremi dupli sint et rursus alia huiusmodi dispositio quorũ extremi tripli.

3	4	6		2	3	6

Enarius igitur ad ternarium duplus est. idẽ autem in alia dispositione senarius ad binariuz triplus. Horum igitur si differentias colligamus et ad se inuicem comparemus: epitrita proportio colligitur vnde diatessaron symphonia resonabit. Inter tres enim et.6.ternarius est: et inter binarium et senarium quaternarius: qui sibimet cõparati sesqtertiã efficiunt proportionẽ.




In eadem quoqz medietate et diapente symphonia componitur: quam sesqualtera habitudo restituit. Nam in vtrisqz dispositionibus bis que subiecte sunt: in duplici senarius ad quaternarium sesquialter est: in triplici ternarius ad binarium: ex quib9 vtrisqz diapente symphonia coniungitur.




Est hanc autem diapason consonantia que fit ex duplici. vt est subiecta formula.



In triplici quoqz dispositione simul diapente et diapason symphonia componitur: seruans sesqualteram et duplicem rationem. quod subiecta descriptio docet.




Et quoniam triplus duas continet consonantias diapente scilicet et diapason: in hui9 triplicis positione in differentiis eundem rursus triplum reperiemus secũdum subter descriptum modum.



In dupla vo dispõne maior termin9 ad medii termini cõtra se driaz tripl9 ẽ. et rursus mior termin9

ad mediū contra minorem terminum comparati differentiam triplus est.


Differentie



Termini.

Est autem maxima symphonia que vocatur bis diapason: velut bis duplum: quoniam diapason symphonia ex dupli proportione colligitur: hec se iuncture armonice medietatis interserit. Nam in dupli proportione medius terminus ad minoris sui differentiam quadruplus inuenitur.

Differentie.



Termini.

In triplicibus quoqꝫ extremitatibus maior differentia ad minorem differentiam quadrupla est: et bis diapason symphoniam emittit. Namqꝫ in dispositione .2.3.6. extremorum differentia est: idest senarii et binarii .4. minor vero differentia idest ternarii et binarii vnus .4. autem vno quadrupla maior est relatione: que cōparatio bis diapason consonantiam tenet.

De geometrica armonia. Capitulum. 49.

Dicunt autem quidam armonicam huiusmodi medietatem idcirco quod semper hec proportionalitas geometrice armonie cognata est. armoniam autem geometricam cubū dicūt. Ita enim ex longitudine in latitudinem distentus est et in altitudinis cumulū creuit: vt ex equalibus proficiscens ad equalia perueniens: equaliter totus sibi conueniens meruerit. Hec autem medietas in omnibus cubis que ē geometrica armonia perspicitur. Omnis enim cubus habꝫ latera .12. angulos octo superficies sex. Hic autem ordo et dispositio armonica est. Disponantur enim .6.8.12. hic ergo quēadmodū est maior terminus ad paruissimum ita differentia maioris et medii ad paruissimam comparatur. Postremi nāqꝫ .12. ad sex dupli sunt. differentia vero .12. et octonarii quaternarius ē. octonarii vero et senarii duo. dupla aūt ratione distabūt duobus quattuor comparati. Rursus octonarius q medietas est alia sua parte minorē precedit: et alia sua parte a maiore preceditur. eadem autem parte minoris minorem superat: qua parte maioris a maiore superatur. Rursus si extremitates in vnum redigantur et a medietate octonario multiplicentur: duplus erit ab eo numero quem sole extremitates multiplicate perfecerint. Oēs autem in hac dispositione symphonias musicas inuenimus. Diatessaron quidem ē octo ad sex quoniā proportio sesquitertia est. At diapente .12. ad .8. quoniam ea que sesqualtera comparatio dicitur in ea diapente consonātia reperit. Diapason vero que ex dupli nascitur ex .12. ad sex compositione producitur. Diapason vero et diapente que triplicis optinent rationem: fit ab extremitatum differentia ad differentiam minorem. Nanqꝫ duodenarii et senarii sex differentia est. minor vero est differentia octonarii et senarii: idest .2. dum senarius ad binarium triplus est: et diapason simul et diapente consonantiam sonāt. Illa vero maior consonantia que est bis diapason: que ex quadruplo fit in medii termini idest octonarii: et eius differentie comparatione perspicit: que inter octonariuꝫ senariumqꝫ reperit. Quare proprie atqꝫ conuenienter huiusmodi proportionalitas armonica medietas appellatur.

Quemadmodum constitutis altrinsecus duobus terminis: arithmetica et geometrica armonica inter eos medietas alternetur. atqꝫ de eorū generationibus.

Nos autem prestare debemus quat nos quemadmodū ...to calamo extremis foraminibus manentibus musicis mos est: vt mediuꝫ foramē permutantes: atqꝫ aliud aperientes aliud digitis occludentes diuersos emittant sonos. Vel cum duabus altrinsecus protensis cordis medii neruī sonum musicus vel astringendo tendat vel remittendo grauat: ita quoqꝫ datis duobus numeris nunc quidem arithmeticam: nunc vero geometricam: nunc aūt armonicam medietatē experiamur inserere. vt rectum propriūqꝫ medietatis nomen fit: quod manentibus extremitatibus huc atqꝫ illuc ferri permutariqꝫ videatur. Poterimus autem hanc in duobus altrinsecus positis terminis vel paribus vel imparibus permutare: ita vt cum arithmeticam ponimus medietatem differentiarum tantum ratio equabilitasqꝫ seruet. Cum vero geometricam: rata se proportionum iunctura custodiat. Sin aūt armonica fiat differentiarum comparatio ab terminorum proportione non discrepet. Et sint quidem primo pares posite quedam extremitates: inter quas has omnes medietates oporteat internectere .10 et .40. Prius igitur arithmetica medietas aptetur. Inter hos ergo si .25. posuero: erit mihi arithmetica proportio differentiarum quantitate immutabiliter custodita. ibi huiusmodi scilicet dispositione .10.25.40. Vides enī vt quindene sese summule quantitate transcendant. Omnesqꝫ proprietates quas supra diximus in medietate arithmetica conuenire: ab hac huiusmodi dispositione non repies alienas. Namqꝫ quemadmodum vnusquisqꝫ eorum terminus ad seipsum est: quoniam sibi equalis est: ita sunt ad se inuicem differentie: quū sibi sunt equales. et quanto maior terminus mediū transit: tanto medius vincit minorem. Et extremitatum aggregatio duplex est medietate. et minorum terminorum proportio maior est illa comparatione que inter maiores terminos continetur. Et tanto minor est numerus qui fit ex multiplicatis extremitatibus ab eo qui fit ex multiplicata medietate: quantum eorum differentie multiplicate restituunt. Illud quoqꝫ quod medietas eadem sui parte et a maiore vincitur et minorem ipsa superuenit. non eadem aūt parte minoris minorem trāsit: vel maioris a maiore relinqt. que oēs sex proprietates non alterius nisi arithmetice medietatis sunt. Quod si superius dicta meminerit lector: ita esse indubitan-

ter intelliget. Rursus si inter eosdem. 10. et 40. viginti constituam: statim geometrica medietas cum suis proprietatibus cunctis exoritur: arithmetica medietate pereunte. In hac enim dispositione. 10. 20. 40. quemadmodum est maior ad medium: sic medius ad extremum. Et quod continetur ab extremitatibus equum est ei quod a multiplici medietate completur. Differentie quoque eorum in eadem sunt proportione qua termini. Crementum vero et imminutio proportionum secundum terminos nulla est: sed maiorum terminorum proportio a minorum terminorum proportione non discrepat. Si vero armonicam medietatem contingere velim. 16. mihi numerus inter extremitates vtrasque ponendus est vt sit hoc modo. 10. 16. 40. Nunc igitur licet in huiusmodi dispositione omnes armonicas proprietates agnoscere. qua enim maximus ad paruissimum terminus proportione coniungitur: eadem proportione differentie ad semetipsas comparantur. Et quibus partibus maioris a maiore medius vincitur: eisdem partibus minoris preterit minorem. Quis vero non eisdem vel a maiore vincitur: vel transit minorem. Et in maioribus terminis maior est proportio: in minoribus minor. Et si in vnum extremitates redigantur: et medietatis quantitate concrescant: duplus inde conficitur numerus ab eo qui ex solis multiplicatis extremitatibus procreatur. Atque hoc quidem in terminis paribus constitutum est. At vero si impares proponantur vt sunt. 5. et 45. aptatus medius. 25. arithmeticam proportionem medietatemque constituit. Nam si sint. 5. 25. 45. eadem sese numerorum quantitate termini transgrediuntur. et omnis superius dicta proprietas arithmetice medietatis in his terminis custodit. Sed si. 15. numerum medium ponam vt sint. 5. 15. 45. in geometricam medietatem termini relabuntur: equalibus terminorum ad se inuicem proportionibus custoditis. Nouem vero si inter vtrosque terminos ponam: vt sint. 5. 9. 45. fit armonica medietas. vt qua summa maximus numerus paruissimum precedit: eadem maior differentia minorem differentiam vincat. Qua vero disciplina huiusmodi medietates reperire possimus expediendum est. Datis duobus terminis: si arithmeticam medietatem constituere oportebit: vtraque est extremitas coniungenda. quodque ex ea copulatione colligitur diuidendum. isque numerus qui ex diuisione redactus est arithmeticam medietatem inter extremitates locatus efficiet. vt. 10. et 40. simul vero: efficiunt. 50. quos si diuidam. 25. redduntur. Hic erit medius terminus secundum arithmeticam proportionem. Vel si illum numerum quo maior minorem superat diuidas: eumque minori superponas: quodque inde excreuerit medium ponas arithmetica medietas informatur. Nam. 40. denarium tricenario superat. quem si diuidas. 15. fiunt. hunc si minori idest denario superposueris. 20. et 5. nascentur. quem si medium constituas: arithmetice medietatis ordo formatur. Geometricam vero si rationem vestiges: eius numeri qui sub vtrisque extremitatibus continetur tetragonicum latus inquire: et hunc medium pone. Nam sub: 40. et denario numero. 400. continentur. Si enim denarium in. 40. multiplices: hic numerus crescit. Horum igitur quadringentorum require tetragonicum latus. hi sunt. 20. Vicies enim. 20. 400. efficiuntur. Repertum ergo latus quadratum medium constitues. Vel si eam proportionem quam inter se dati termini custodiunt diuidas: et id quod relinquetur medium terminum ponas. Namque. 40. ad denarium quadruplus est. Igitur quadruplam si diuidas duplum facies: qui est scilicet. 20. Nam. 20. ad denarium duplus est. Hunc si medium constituas: medietatem geometricam perficiet. Armonicam vero medietatem tali modo reperies. differentiam terminorum in minorem terminum multiplica. et post iunge terminos. et iuxta eum qui inde confectus est: committe illum numerum qui ex differentiis et termino minore productus est. Cuius cum latitudinem inueneris: addes eam minori termino. et quod inde colligitur medium terminum pones. 10. enim. et. 40. fiunt. 50. Differentia autem inter. 10. et. 40. 30. sunt. quam si multiplices in denarium: idest in minorem: decies. 30. oportet. 300. efficies. Quos. 300. iuxta eum committe qui ex iunctis vtrisque effectus est: idest iuxta. 50. faciunt. enim quinquagies senos et inuenitur latitudo senarius. Hunc igitur si minori termino addas facient. 16. et hic numerus medius constitutus inter. 10. et. 40. armonicam proportionem medietatemque seruabit.

De tribus medietatibus que armonice et geometrice contrarie sunt. Capitulum. 51.

b

Et quidem sunt apud antiquiores inuente probateque medietates. quas idcirco longius enodatiusque tractauimus: quod he maxime in antiquorum lectionibus inueniuntur: et ad omnem pene vim cognitionis eorum versatur vtilitas. Ceteras autem pretereundo transcurrimus: idcirco quod non multum nobis in lectionibus prosunt. sed tantum ad implendam denarii numeri quantitatem. Que ne lateant ne velint aliquibus ignorate depromimus. Videntur enim he superdictis medietatibus esse contrarie ex quibus originem trahunt. Ex his enim etiam iste sunt constitute. Est autem quarta medietas que opposita videtur armonice in qua tribus terminis positis: quemadmodum est maximus terminus ad paruissimum: sic differentia minorum ad differentiam maximorum. Vt sunt. 3. 5. 6. sex ad ternarium duplus. Et sunt minores. 5. et. 3. maximi vero huius dispositionis. 6. et. 5. Differentia vero minorum quinarii scilicet et ternarii. 2. sunt maiorum quinarii et senarii. 1. qui. 2. ad vnum comparati duplum faciunt. Ergo quemadmodum est maximus terminus ad paruissimum sic minorum terminorum differentia est ad differentiam maximorum. Liquet autem oppositam et quodammodo contrariam esse hanc medietatem armonice medietati: idcirco: quod in illa quemadmodum est maximus terminus ad paruissimum: sic minorum terminorum differentia ad differentiam minorum. Hic autem contrario. Est autem proprium huius medietatis: quoniam quod continetur sub maximo termino et medio: duplum est eo quod continetur sub medio atque paruissimo. Sexies enim quinque. 30. sunt: quinquies vero tres. 15. Due vero alie medietates quinta scilicet et sexta geometrice medietati contrarie sunt: et eidem videntur opposite. Est autem quinta medietas: quotiens in tribus terminis quemadmodum est medius terminus ad minorem terminum: ita eorum differentia ad differentiam medii atque maioris. Nam in hac dispositione. 2. 4. 5. quaternarius ad binarium duplus est. sed inter quaternarium et binarium duo sunt: inter quaternarium vero et maiorem terminum idest quinque. 1. et duo ad vnum dupli sunt. Contrarium autem geometrice medietati in hac proportione est: quod in illa quemadmodum maior terminus ad minorem esset: sic maiorum differentia ad differentiam minorum. hec vero contrarie quemadmodum minores ad se termini sunt: sic minorum differentia terminorum ad maiorum differentiam comparatur. Est autem proprium in hac quoque dispositione quod illud quod continetur sub maiore termino et medietate duplum est eo quod sub vtrisque extremitatibus continetur. Nam quinquies quattuor sunt. 20. quinquies vero. 2. sunt. 10. et. 20. denarii duplus est. Sexta vero medietas est quando tribus terminis constitutis quemadmodum est maior terminus ad medium: sic minorum terminorum differentia ad differentiam maiorum. In dispositione enim que est. 1. 4. 6. maximus terminus ad medium sesqualter est. differentia vero minorum idest vnius et. 4. ternarius est: maiorum vero idest quaternarii et senarii binarius. Ternarius autem binario comparatus sesqualteram habitudinem proportionis efficiet. Eodem autem modo hec quoque medietas geometrice contraria est quemadmodum et quinta: propter pro-

portionem differentiarum a minoribus ad maiores terminos conuersam.

¶ De quattuor medietatibus quas posteri ad implendũ denarium numerum adiecerunt. Capitulum. 52.

Et hę quidem sunt sex medietates quarũ tres a pythagora vsq3 ad platonem aristotelemq3 manserunt. Post vero qui secuti sunt has tres alias de quibus supra disseruimus suis commentarijs addidere. Sequens autem ętas quemadmodum diximus ad implendam denariam quantitatem alias quattuor medietates apposuit. quas non adeo quis in veterum libris inueniat. Has igitur posquam possumus breuissime disponamus. Prima enim quę est earum in ordine vero septima medietas hoc modo coniungitur: cum in tribus terminis quemadmodum est maximus terminus ad vltimum: sic maximi ⁊ paruissimi termini differentia ad minorum differentiam terminorum. vt in hac dispositione. 6.8.9. Nouenarius igitur ad senarium sesqualter est. quorum est differentia ternarius. Minorum vero terminorum: idest octonarij ⁊ senarij binarius differentia est qui ad superiorem ternarium comparatus facit sesqualteram proportionem. Secunda vero inter quattuor: sed octaua in ordine proportionalitas est: quotiens in trib⁹ terminis quemadmodum sunt extremitates ad se inuicem comparatę: sic eorum differentia ad maiorum terminorũ differentiam. vt sunt. 6.7.9. Nouem igitur ad. 6. sesqualter est. ⁊ eorum differentia ternarius est qui comparatus contra maiorum differentiam. idest septenarij ⁊ nouenarij que binarius est: reddit sesqualteram proportionem. Tertia vero inter has sequentes quattuor. nona autem in ordine proportio est: quando tribus terminis positis quam proportionem medius termin⁹ ad paruissimum custodit: eam tenet extremorum differentia ad minorum differentiã comparata. vt. 4.6.7. Etenim. 6. ad. 4. sesqualter ẽ. quorum est differentia binarius. septenarij vero ⁊ quaternarij ternarius differentia est. quem si ad superiorem binarium comparemus sesqualtera proportione coniungitur. Quarta vero quę in ordine decima est consideratur in tribus terminis: cum tali proportione medius termin⁹ ad paruissimum comparatur: quali extremorum differentia contra maiorum terminorum differentiam proportione coniungitur. vt sunt tres quinq3 octo. Quinarius enim medius terminus ad ternarium superbipartiens est. Extremorum vero differentia octonarij scilicet ⁊ ternarij quinarius. qui comparatus contra maiorum terminorũ differentiam scilicet quinarij ⁊ octonarij qui est ternari⁹: ⁊ ipse quoq3 superbipartiens inuenitur.

¶ Dispositio decem medietatum. Cap. 53.

Disponamus igitur omnes medietates in ordinem: vt cuiusmodi omnes sint facillime possint intelligi.

Arithmetica	Prima	1	2	3
Geometrica	Secunda	1	2	4
Armonica	Tertia	3	4	6
contraria armonicę	Quarta	3	5	6
contraria geome.	Quinta	2	4	5
contraria geome.	Sexta	1	4	6
inter. 4. prima	Septima	6	8	9
inter. 4. secunda	Octaua	6	7	9
inter. 4. tertia	Nona	4	6	7
inter. 4. quarta	Decima	3	5	8


¶ De maxima ⁊ perfecta symphonia quę tribus distenditur interuallis. Capitulum. 54.

Restat ergo de maxima perfectaq3 armonia disserere: que tribus interuallis cõstituta magnã vim obtinet in musici modulaminis temperamentis: ⁊ in speculatione naturalium questionum. Etenim perfectius huiusmodi medietate nihil poterit inueniri: que trib⁹ interuallis producta plenissimã corporis naturã substãtiamq3 sortita est. Hoc enim modo cubũ quoq3 trina dimẽsione crassatum: plenam armoniam esse demonstrauimus. Hęc autem huiusmodi inuenitur: si duob⁹ terminis constitutis: qui ipsi tribus creuerint interuallis longitudine: latitudine: ⁊ profunditate: duo huiusmodi termini medij fuerint constituti: ⁊ ipsi tribus interuallis notati: qui vel ab equalibus per equales equaliter sint producti: vel ab inequalibus ad inequalia equaliter: vel ab inequalibus ad equalia equaliter vel quolibet alio modo atq3 ita cũ armonicã proportionẽ custodiant: alio tamẽ modo comparati faciant arithmeticam medietatem: hisq3 geometrica medietas que inter vtrasq3 versatur deesse nõ possit. In quattuor enim terminis si fuerit quemadmodum primus ad tertium: sic secundus ad quartum: proportionum ratione scilicet custodita: geometrica medietas explicatur. Et quod continetur sub extremitatibus equũ erit ei quod sub vtraq3 medietate ad semetipsam multiplicata conficitur. Rursus si maximus quattuor terminorum numerus ad eum qui sibi propinquus est talem habeat differentiam qualem idem ipse maximo propinqu⁹ ad paruissimum: huiusmodi proportio in arithmetica consideratione proponitur. Et extremorum coniunctio duplex erit proprię medietate. Si vero inter quattuor qui est tertius terminus equa parte quarti quartum terminum superet: ⁊ equa primi a primo superetur: armonica huiusmodi proportio medietas perficiatur. Et quod continetur sub extremorum aggregatione ⁊ multiplicatione medietatis duplex est eo quod sub vtraq3 extremitate conficitur. Sit autem quoddam huius dispositionis exemplar hoc modo. 6.8.9.12. Has igitur omnes solidas quantitates esse non dubium est. Sex enim nascuntur ex vno bis ter. 12. autem ex bis duo ter. Horum autem medietates: octonarius fit semel duo quater. Nouenarius vero semel tres ter. omnes igitur termini cognati sibi: ⁊ tribus interuallorum dimensionibus notati sunt. In his igitur geometrica proportionalitas inuenitur: si. 12. ad. 8. vel. 9. ad senarium comparemus. Vtraq3 enim comparatio sesquitertia proportio est. ⁊ quod continetur sub extremitatibus idem est ei quod fit ex medijs. Nanq3 quod fit ex duodecies sex: equum est ei quod fit ex octies. 9. Geometrica ergo proportio huiusmodi est. Arithmetica autem est si duodenarius ad nouenarium: ⁊ nouenarius ad senarium comparetur. In vtrisq3 enim ternari⁹ differentia est. ⁊ iunctę extremitates medietate duplę sunt. Si enim iunxeris senarium ⁊ duodecim: facies. 18. qui est nouenario medio termino duplus. In his ergo geometricam arithmeticamq3 medietatem perspeximus. Hic quoq3 armonica medietas inuenitur: si. 12. ad. 8. ⁊ rursus 8. ad senarium comparemus. Qua enim parte senarij octonarius senarium superat: idest parte tertia: eadem duodenarij parte octonarius superatur. Quattuor enim quib⁹ octonarius a duodenario vincitur: duodenarij tertia pars est. Et si extremitates iungas. 6. scilicet ⁊. 12. easq3 per octonarium medium multiplices. 144. sunt. Quod si se extremitates multiplicent: sex scilicet ⁊. 12. faciunt. 72. quo numero. 144. duplus est. Inuenemus hic quoq3 omnes musicas consonantias. Namq3. 8. ad. 6 ⁊. 9. ad. 12. comparati sesquitertiam proportionem reddunt: ⁊ simul diatessaron consonantiam. Sex vero ad. 9. vel. 8. ad. 12. comparati reddunt sesqualteram proportionem: sed diapente symphoniam. Duodecim vero ad senarium considerati duplicem proportionem: sed diapason symphoniam canunt. Octo vero ⁊. 9. ipsi contra se medij cõsiderati epogdoum iungunt. qui in musico modulamine tonos vocat.

que omnium musicorum sonorum mensura cõmunis ē. Omnium enim est sonus iste paruissimus. Unde notā est quod diatessaron et diapente consonantiarū tonos differentia est, sicut inter sesquitertiam et sesquialteram proportionē sola est epogdous differentia. Eius autem descriptionis subter exemplar adiecimus.

Proportionalitas geometrica.


Sesquialtere proportiones.



72
Extremorum mediorumque multiplicationes.

Proportionalitas arithmetica.

Differentie.
3 3




18

Extremitates iuncte ad nouenarium medium duple sunt.

Proportionalitas armonica.


Partes minoris maiorisque terminorum.
2 4



144
Iuncte extremitates et per medium multiplicate.

Consonantie musice.

Sesquitertia Diatessaron
Epogdous
Sesquitertia Diatessaron



Dupla
Diapason.

Finis Arithmetice

¶ Boetii de Musica liber primus. Prohemium Musicam naturaliter nobis esse coniunctam: et mores vel honestare: vel evertere. Capitulum. I.

Omnium quidem perceptio sensuum ita sponte ac naturaliter quibusdam viventibus adest: ut sine his animal non possit intelligi. Sed non eque eorundem cognitio: ac firma perceptio animi investigatione colligitur. Illaboratum est enim: quod sensum percipiendis sensibilibus rebus adhibemus. Que vero sit ipsorum sensuum: secundum quos agimus: natura: et que rerum sensibilium proprietas: id non obvium neque cuilibet explicabile esse poterit: nisi quem conveniens investigatio veritatis contemplatione direxerit. Adest enim cunctis mortalibus visus: qui utrum venientibus ad visum figuris: an ad sensibilia radiis emissis efficiatur: inter doctos quidem dubitabile est: vulgum quoque ipsa dubitatio preterit. Rursus cum quis triangulum respicit vel quadratum: facile id quod oculis intuetur: agnoscit: Sed quenam trianguli vel quadrati sit natura: a mathematico necesse est petat. Idque de ceteris sensibus dici potest: maximeque de arbitrio aurium: quarum vis ita sonos captat: ut non modo de his iudicium capiat: differentiasque cognoscat: verum etiam delectetur sepius: si dulces coaptatique modi sint: angatur vero: si dissipati atque incoherentes feriant sensum. Unde fit: ut cum sint quattuor matheseos discipline: cetere quidem ad investigationem veritatis laborent: Musica vero non modo speculationi: verum etiam moralitati coniuncta sit. Nihil est enim tam proprium humanitatis: quam remitti dulcibus modis: astringique contrariis. Idque non modo sese in singulis vel studiis vel etatibus tenet: verum per cuncta diffunditur studia: et infantes: ac iuvenes: nec non etiam senes ita naturaliter affectu quodam spontaneo modis musicis adiunguntur: ut nulla omnino sit etas: que a cantilene dulcis delectatione seiuncta sit. Hinc etiam internosci potest: quod non frustra a Platone dictum est mundi animam musica convenientia fuisse coniunctam. Cum enim eo: quod in nobis est iunctum convenienterque coaptatum: illud excipimus quod in sonis apte convenienterque coniunctum est: eoque delectamur: nos quoque ipsos eadem similitudine compactos esse cognoscimus. Amica est enim similitudo: Dissimilitudo vero odiosa atque contraria. Hinc etiam morum quoque maxime permutationes fiunt. Lascivus quippe animus vel ipse lascivioribus delectatur modis: vel sepe eosdem audiens cito emollitur: ac frangitur. Rursus asperior mens vel incitatioribus gaudet: vel incitatioribus asperatur. Hinc est etiam quod modi musici gentium vocabulo designati sunt: ut lidius modus: et phrygius. Quo enim quasi unaqueque gens gaudet: eodem modus ipse vocabulo nuncupatur. Gaudet enim gens modis morum similitudine. Neque enim fieri potest: ut mollia duris: dura mollioribus adnectantur: aut gaudeant. Sed amorem delectationemque (ut dictum est) similitudo conciliat. Unde Plato etiam maxime cavendum existimat: ne de bene morata musica aliquid permutetur. Negat enim esse ullam tantam morum in repu. labem: quam paulatim de pudenti ac modesta musica invertere. Statim enim idem quoque audientium animos pati: paulatimque discedere nullumque honesti ac recti retinere vestigium: si vel per lasciviores modos inverecundum aliquid vel per asperiores ferox atque immane mentibus illabatur. Nulla enim magis ad animum disciplinis via: quam auribus patet. Cum ergo per eas Rithmi modique ad animum usque descenderint: dubitari non potest: quin equo modo mentem atque ipsa sunt efficiant: atque conforment. Idvero et intelligi in gentibus potest. Nam que asperiores sunt getarum: durioribus delectantur modis. Que vero mansuete mediocribus. Quamquam id hoc tempore pene nullum est. Quod vero lascivum ac molle est genus humanum: id totum scenicis ac theatralibus modis tenetur. Fuit vero pudens ac modesta Musica: dum simplicioribus organis ageretur. Ubi vero varie permixteque tractata est: amisit gravitatis atque virtutis modum: et pene in turpitudinem prolapsa minimum antiquam speciem servat. Unde Plato precipit minime oportere pueros ad omnes modos erudiri: sed potius ad valentes: ac simplices. Atque hic maxime illud retinendum est: quod si quoquo modo per parvissimas mutationes hinc aliquid permutaretur: recens quidem minime sentiri: post vero magnam facere differentiam: et per aures ad animum usque delabi. Idcirco magnam esse custodiam reipu. Plato arbitratur Musicam optime moratam: pudenterque coniunctam ita: ut sit modesta ac simplex: et mascula: nec effeminata: nec fera: nec varia. Quod lacedemonii maxima ope servavere: cum apud eos Thaletas Cretensis gortinius magno precio acitus pueros disciplina musice artis imbueret. Fuit enim id antiquis in morem: diuque permansit. Quoniam vero eis thimotheus Milesius super eas: quas ante repererat: unum addidit nervum: ac multipliciorem Musicam fecit: exigere de laconica. Consultumque de eo factum est. Quod insigne est spartiatarum lingua. s. litteram in. R. vertentium ipsum de eo consultum eisdem verbis grecis apposui.

¶ Quod consultum id scilicet continet. Idcirco Thimotheo Milesio Spartiatas succensuisse: quod multiplicem Musicam reddens puerorum animis: quos acceperat erudiendos: officeret: et a virtutis modestia prepediret. et quod armoniam: quam modestam susceperat: in genus chromaticum: quod mollius est: invertisset. Tanta igitur fuit apud eos musice diligentia: ut eam animos quoque obtinere arbitrarentur: Vulgatum quippe est: quam sepe iracundias cantilena represserit: quam multa vel in corporum: vel in animorum affectionibus miranda perfecerit. Cui enim est illud ignotum: quod pythagoras ebrium adolescentem tauromintanum sub phrygii modi sono incitatum spondeo succinente reddiderit mitiorem et sui compotem. Nam cum scortum in rivalis domo esset clausum: atque ille furens vellet domum amburere: cumque pythagoras stellarum cursus (ut ei mos nocturnus) inspiceret: ubi intellexit sono phrigii modi incitatum multis amicorum admonitionibus a facinore noluisse desistere: mutari modum precepit atque ita furentis animum adolescentis ad statum mentis pacatissime temperavit. Quod scilicet. M. Tullius commemorat in eo libro: quem de consiliis suis composuit: aliter quidem: sed hoc modo. Sed ut aliqua similitudine adductus maximis minima conferam: ut cum violenta adolescentes tibiarum etiam cantu (ut fit) instincti mulieris pudice fores frangerent: admonuisse tibicinam ut spondeum caneret: Pythagoras dicitur. Quod cum illa fecisset: tarditate modorum et gravitate canentis illorum furentem petulantiam consedasse. Sed ut similia breviter exempla conquiram: Terpander: atque Arion Methimneus lesbios: atque iones gravissimis morbis cantus eripuere presidio. hismenias vero Thebanus Boeciorum pluribus: quos sciatici doloris tormenta vexabant: modis cunctas fertur abstersisse molestias. Sed etiam Empedocles cum eius hospitem quidam gladio furibundus in-

naderet: quod eius ille patrem accusatione damnasset: inflexisse modum dicitur canendi: itaque adolescentis iracundiam temperasse. In tantum vero priscę philosophię studiis vis musicę artis innotuit: vt pythagorici cum diurnas in somno resoluerent curas: quibusdam cantilenis vterentur: vt eis lenis et quietus sopor irreperet. Itaque experrecti aliis quibusdam modis stuporem somni confusionemque purgabant: Id nimirum scientes: quod tota nostrę animę corporisque compago musica coniuncta sit. Nam vt sese corporis affectus habet: ita etiam pulsus cordis motibus incitantur. Quod scilicet Democritus Hypocrati medico tradidisse fertur: cum eum quasi insanum cunctis Democriti ciuibus id opinantibus in custodia medendi causa viseret. Sed quorsum ista? Quia non potest dubitari: quin nostrę animę et corporis status eisdem quodammodo proportionibus videatur esse compositus: quibus armonicas modulationes posterior disputatio coniungi copularique monstrabit. Inde est enim: quod infantes quoque cantilena dulcis oblectat. Aliquid vero asperum atque immite ab audiendi voluptate suspendit. Nimirum id etiam omnis ętas patitur: omnisque sexus. Quę licet suis actibus distributa sint: vna tamen Musicę delectatione coniuncta sunt. Quid enim fit: cum in fletibus luctus ipsos modulantur dolentes? Quod maxime muliebre est: vt cum cantico quodam dulcior fiat causa flendi. Id vero etiam fuit antiquis in morem: vt cantus tibię luctibus preiret. Testis est Papinius Statius hoc versu. Cornu graue mugit adunco tibia: cui teneros suetum producere manes. Et qui suauiter canere non potest: sibi tamen aliquid canit: non quod eum aliqua voluptate afficiat id quod canit: sed quod quandam insitam dulcedinem ex animo proferentes quoquo modo proferant: delectantur.
Nonne etiam illud manifestum est: in bellum pugnantium animos tubarum carmine accendi? Quod si verisimile est ab animi pacato statu quemque ad furorem atque iracundiam posse proferri: Non est dubium, quod conturbatę mentis iracundiam: vel nimiam cupiditatem modestior modus possit astringere. Quid quod cum aliquis cantilenam libentius auribus atque animo capit: ad illud etiam non sponte conuertitur: vt motum quoque aliquem similem auditę cantilenę corpus effingat: et quod omnino aliquod melos auditum sibi memor animus ipse decerpat. Ut ex his omnibus perspicue: nec dubitanter appareat ita quidem nobis musicam naturaliter esse coniunctam: vt ea ne si velimus quidem: carere possimus. Quo circa intendenda vis mentis est: vt id quod natura est insitum: scientia quoque possit comprehensum teneri. Sicut enim in visu quoque non sufficit eruditis colores formasque conspicere: nisi etiam quę sit horum proprietas: inuestigauerint: Sic non sufficit cantilenis musicis delectari: nisi etiam quali inter se coniunctę sint vocum proportione discatur.

Tres esse Musicas: in quo de vi Musice narratur. Capitulum. 2.

Principio igitur de Musica disserenti illud interim dicendum videtur: quot Musicę genera ab eius studiosis comprehensa esse nouerimus. Sunt autem tria. Et prima quidem mundana est. Secunda vero humana. Tertia quę in quibusdam constituta est instrumentis: vt in Cythara vel tibiis: cęterisque: quę cantilenę famulantur. Et primum ea quę est mundana: in his maxime perspicienda est: quę in ipso cęlo vel compage elementorum: vel temporum varietate visuntur. Qui enim fieri potest: vt tam velox cęli machina tacito silentique cursu moueatur. Et si ad nostras aures sonus ille non peruenit. Quod multis fieri de causis necesse est: non poterit tamen motus tam velocissimus vti magnorum corporum nullos omnino sonos ciere: cum presertim tanta sint stellarum cursus coaptatione coniuncti: vt nihil ęque compaginatum: nihil ita commixtum intelligi possit. Namque alii excelsiores: alii inferiores feruntur: atque ita omnes ęquali incitatione voluuntur: vt per disparates inęqualitates ratus cursuum ordo ducatur. Unde non potest ab hoc cęlesti vertigine ratus ordo modulationis abesse. Jam vero quatuor elementorum diuersitates contrariasque potentias: nisi quędam armonia coniungeret: qui fieri posset: vt in vnum corpus ac machinam conuenirent. Sed hęc omnis diuersitas ita et temporum varietatem parit et fructuum: vt tamen vnum anni corpus efficiat. Unde si quid horum: quę tantam varietatem rebus ministrant: animo et cogitatione discerpseris: cuncta pereant: nec (vt ita dicam) consonum quicque seruent. Et vt in grauibus cordis his vocis modus est: vt non ad taciturnitatem grauitas vsque descendat: atque in acutis ille custoditur acuminis modus: ne nerui nimium tensi vocis tenuitate rumpantur: sed totum sibi sit consentaneum atque conueniens: Ita etiam in mundi Musica peruidemus nihil ita esse nimium posse: vt alterum propria nimietate dissoluat. Uerum quicquid illud est: aut suos affert fructus: aut aliis auxiliatur: vt afferant. Nam quod constringit hiems: ver laxat: torret ęstas: maturat autumnus: temporaque vicissim vel ipsa suos afferunt fructus vel aliis vt afferant subministrant. De quibus posterius studiosius disputandum est. Humanam vero musicam quisquis in sese ipsum descendit: intelligit. Quid est enim: quod illam incorpoream rationis viuacitatem corpori misceat: nisi quędam coaptatio: et veluti grauium leuiumque vocum quasi vnam consonantiam efficiens temperatio? Quid est autem aliud quod ipsius inter se partes animę coniungat: quę (vt Aristoteli placet) ex rationabili irrationabilique coniuncta est? Quid vero quod corporis elementa permisceat: aut partes sibimet rata coaptatione contineat? Sed de hac quoque posterius dicam. Tertia est Musica quę in quibusdam consistere dicitur instrumentis. Hęc vero administratur aut intentione: vt neruis: aut spiritu vt tibiis: vel his quę ad aquam mouentur: aut percussione quadam vt in his: quę in concaua quędam virga ęrea feriuntur: atque inde diuersi efficiuntur soni. De hac igitur instrumentorum Musica primum hoc opere disputandum videtur. Sed proemii satis est. Nunc de ipsis Musicę elementis est disserendum.

De vocibus: ac de Musicę elementis. Ca. 3.

Consonantia: quę omnem musicę modulationem regit: preter sonum fieri non potest. Sonus vero preter quendam pulsum percussionemque non redditur. Pulsus atque percussio nullo modo esse potest: nisi precesserit motus. Si enim cuncta sint imobilia: non poterit alterum alteri concurrere: vt alterum impellatur ab altero. Sed cunctis stantibus motuque carentibus nullum fieri necesse sonum. Idcirco diffinitur sonus percussio aeris indissoluta vsque ad auditum.
Motuum vero alii sunt velociores: alii tardiores: eorundemque motuum alii sunt rariores: alii spissiores. Nam si quis in continuum motum respiciat: ibi aut velocitatem aut tarditatem necesse est comprehendat. Sin vero quis moueat manum: aut frequenti eam mouebit motu: aut raro. Et si tardus quidem fuerit ac rarior motus: graues necesse est sonos effici ipsa tarditate: et raritate pellendi. Sin vero sint motus celeres ac spissi: acutos necesse est reddi sonos. Idcirco enim idem neruus si intendatur amplius: acutum sonat: Si remittatur graue. Quando enim tensior est: velociorem pulsum reddit: celeriusque reuertitur: et frequentius ac spissius aerem ferit. Qui vero laxior est: solutos ac tardos pulsus effert: rarusque imbecillitate feriendi nec diutius tremit. Neque enim quotiens pellitur corda: vnus edi tantum putandus est sonus: aut vnam in his esse percussionem: sed totiens aer feritur: quotiens eum corda tremebunda percusserit. Sed quoniam iuncte sunt velocitates sonorum: nullo intercapedo auribus sentitur

Et vnus sonus sensum pellit vel grauis: vel acutus: quāuis vterqȝ ex pluribus constet: grauis quidē ex tardioribus ⁊ rarioribus: acutus vero celeribus ac spissis. velut si conum: quem turbinem vocant: quis diligenter extornet: eiqȝ vnam virgulam coloris rubri vel alterius ducat: ⁊ eum qua potest celeritate conuertat: tunc totus conus rubro colore videtur infectus. Non quo totus ita sit. Sed ꝙ partes puras rubre virge velocitas comprehendat: ⁊ apparere non sinat. Sed de his posterius. Igitur quoniam acute voces spissioribus ⁊ velocioribus motibus incitantur. Graues vero tardioribus ac raris. Liquet additione motuum ex grauitate acumen intendi: detractione vero motuum laxari ex acumine grauitatem. ex pluribus enim motibus acumen ꝙ̄ grauitas constat. In quibus autem pluralitas differentiam facit: eam necesse est in quadam numerositate consistere. omnis vero paucitas ad pluralitatem ita sese habet: vt numerus ad numerum comparatus. Eorum vero que secundū numerum conferuntur: partim sibi sunt equalia: partim inequalia. Quocirca soni quoqȝ partim sunt equales: partim vero sunt inequalitate distantes. Sed in his vocibus: que nulla inequalitate discordant: nulla omnino consonātia est. est enim consonantia dissimilium inter se vocum in vnum redacta concordia.

De speciebus inequalitatis. Cap. 4.

Que vero sunt inequalia: quinqȝ inter se modis inequalitatis momenta custodiunt. Aut enī alterum ab altero multiplicitate transcenditur aut singulis partibus: aut pluribus: aut multiplicitate ⁊ parte: aut multiplicitate ⁊ partibus. Et primum quidē inequalitatis genus multiplex appellatur. Est vero multiplex: vbi maior numerus minorē numerum habet in se totum vel bis: vel ter: vel quater: ac deinceps: nihilqȝ deest: nihil exuberat: appellaturqȝ vel duplum vel triplum vel quadruplum: atqȝ ad hunc ordinē in infinita progreditur. Secundum vero inequalitatis genus est: quod appellatur superparticulare: idest cum maior numerus minorem numerum habet in se totū: ⁊ vnā eius aliquam partem: eamqȝ vel dimidiam: vt tres duorum: ⁊ vocatur sesqualtera proportio: vel tertiam: vt quattuor ad tres: ⁊ vocatur sesquitertia. Adhunc etiam modū in posterioribus numeris pars aliqua a maioribus super minores numeros continetur. Tertium vero genus inequalitatis est: quotiens maior numerus totum intra se minorem continet: ⁊ eius aliquantas insuper partes. et si duas quidem supra continet: vocabitur proportio superbipartiens: vt est quinqȝ ad tres. Sin vero tres sup se continet: vocabitur supertripartiens: vt sunt septem ad quattuor. Et in ceteris quidem eadem similitudo esse potest. Quartum vero inequalitatis est genus: quod ex multiplici: ⁊ superparticulari coniungitur: cum scilȝ maior numerus habet in se minorem numerū vel bis: vel ter: vel quotienslibet: atqȝ eius vnam partem aliquam. Et si eum bis habet: ⁊ eius dimidiam partem: vocabitur duplex sesqualter: vt sunt quinqȝ ad duo. Sin vero bis minor continebitur: ⁊ eius tertia pars: vocabitur duplex sesquitertius: vt sunt septem ad tres. Sin vero tertio continebitur: ⁊ eius dimidia pars: vocabitur triplex sesqualter: vt sunt septem ad duo. Atqȝ ad eundem modum in ceteris ⁊ multiplicitatis: ⁊ superparticularitatis vocabula variantur. Quintum est genus inequalitatis: quod appellatur multiplex superpartiens: quando maior numerus minorem numerum habet in se totum plusqȝ̄ semel: ⁊ eius plusqȝ̄ vnam aliquam partem. Et si bis maior numerus minorem numerum continebit: duasqȝ eius insuper partes: vocabitur duplex superbipartiens: vt sunt tres ad octo. ⁊ rursus triplex superbipartiēs: vt sūt tres ad vndecim. Ac de his idcirco nunc strictim ac breuiter explicamus: quoniam in libris: quos de Arithmetica institutione conscripsimus: diligentius enodauimus.

Que inequalitatis species consonantiis aptentur. Capitulum. 5.

Ex his igitur inequalitatis generibus postrema duo quoniam ex superioribus mixta sunt: relinquamus. De tribus vero prioribus speculatio facienda est. Optinere igitur maiorem ad consonantias potestatē videtur multiplex: consequēter autem superparticularis: Superpartiens vero ab armonie concinentia separatur: vt quibusdam preter Ptolomeum videtur.

Cur multiplicitas: ⁊ superparticularitas consonātijs deputentur. Capitulum. 6.

Atqui nāqȝ probantur comparationi consentanea que sunt natura simplicia: Et quoniam grauitas ⁊ acumen in quantitate consistunt: ea maxime videbuntur seruare naturam concinētie que discrete proprietatem quantitatis poterunt custodire. Nam cum sit alia quidem discreta quātitas: alia vero continua: ea que discreta est: in minimo quidem finita est: sed in infinitum per maiora procedit. Namqȝ ī ea minima vnitas eademqȝ finita est. In infinitum vero modus pluralitatis augetur: vt numerus qui cum a finita incipiat vnitate: crescendi non habet finē. Rursus que est continua: tota quidē finita est: sed per infinita minuitur. Linea enim que continua est: infinita semper partitione diuiditur: Cum sit eius sūma vel pedalis vel quecunqȝ alia definita mensura. Quocirca numerus semper ī infinita crescit: continua vero quantitas in īfinita minuitur. Multiplicitas igitur quoniam crescendi finem nō habet: numeri maxime seruat naturam. Superparticularitas autem: quoniam in infinitum minorem minuit proprietatem seruat continue quātitatis. Minuit autē minorem: cum semper eum continet: ⁊ eius vel dimidiā partem: vel tertiam: vel quartam: vel quintam. Nam semper pars a maiore numero denominata ipsa decrescit. Nam cum tertia a tribus denominata sit: quarta vero a quattuor: cum quattuor tres superent: quarta potius ꝙ̄ tertia minutior inuenitur. Superpartiens vero iam quodā modo a simplicitate discedit. Duas enim vel tres vel quattuor habet insuper partes: ⁊ a simplicitate discedēs exuberat ad quandam partium pluralitatem. Rursus multiplicitas omnis in integritate se continet. Nam duplum bis habet totum minorem. Triplum item tertio cōtinet totum minorem: atqȝ ad eundem modum cetera. Superparticularitas vero nihil integrum seruat: sed vel dimidio superat: vel tertia: vel quarta: vel quinta. Sed tamē diuisionem singulis ac simplicibus partibus operatur. Superpartiens autem inequalitas nec seruat integrū: nec singulis adimit partes. Atqȝ ideo secundum Pythagoricos minime musicis consonantijs adhibetur. Ptolomeus tamen etiam hanc proportionem inter consonātias ponit: vt posterius ostendam.

Que proportiones quibus cōsonantijs musicis aptētur. Capitulum. 7.

Illud tamen esse cognitum debȝ: ꝙ omnes musice consonantie aut in duplici: aut in triplici: aut in quadrupla: aut in sesqualtera: aut ī sesquitertia proportione consistant. Et vocabitur quidē que in numeris sesquitertia est: diatessaron. Que in numeris sesqualtera: Diapente appellatur in vocibus. Que in proportionibus dupla est: diapason in consonātijs. Tripla vero diapente: ac diapason. Quadrupla autem bisdiapason. Et nunc quidem vniuersaliter: atqȝ indiscrete dictum sit. Posterius vero omnis ratio proportionum lucebit.

Quid sit sonus: quid interuallum: quid concinentia. Capitulum. 8.


s Omnis igitur ē vocis casus emmeles. i. aptus melo in vnam intensionem. Sonuz vero non generalē nūc volum⁹ diffinire: Sed eum qui grece dicitur phthongus dict⁹ a similitudīe loquēdi. φθέγγεσθαι. Interuallū vō est soni acuti grauisq3 distantia. Consonātia est acuti soni grauisq3 mixtura suauiter vniformiterq3 auribus accidens. Dissonantia vero est duorū sonoꝝ sibimet permixtoꝝ ad aurez veniens aspera: atq3 iniocunda percussio. Naz dum sibimet misceri nolunt: ⁊ quodāmodo integer vterq3 nititur ꝑuenire: cumq3 alter alteri officit: ad sensum vterq3 insuauiter transmittitur.

Non oē iudicium dandū eē sensibus: sed amplī⁹ rōni eē credendum: i quo de sensuum fallacia. Cap. 9.

s Ed de his ita proponimus: vt non oē iudicium sensib⁹ dem⁹: q̄q3 a sensu aurium huiusce arti sumatur omne principiū. Nam si nullus esset auditus: nulla oīno disputatio de vocib⁹ extitisset. Sed principiū quodāmodo: ⁊ quasi admonitionis vicem tenet auditus. Postrema vero pfectio: agnitionisq3 vis in ratione consistit: que certis regulis sese tenens nullo vnq3 errore prolabitur. Nam quid diutius dicendū est de errore sensuum: quando nec omnibus eadem sentiendi vis: nec eidem homini semper equalis ē. Frustra autem vario iudicio quisq3 cōmittet: quod veraciter affectat iquirere. Idcirco Pythagorici medio quodam feruntur itinere. Nam nec omne iudicium dedūt auribus: ⁊ quedam tamen ab eis non nisi auribus explorantur. Ipsas ⁊ enim consonantias aure metiuntur. Quib⁹ vero inter se distantijs consonantie differant: id iam nō auribus: quarum sunt obtusa iudicia: sed regulis rationiq3 permittunt: vt quasi obediens quidam: famulus q3 sit sensus: Iudex vero atq3 imperans ratio. Nam licet oīum pene artium atq3 ipsius vite momenta sensuum occasione producta sint: nullum tamen in his iudicium certum: nulla veri comprehensio: si arbitrium rationis abscedat. Ipse enim sensus eque maximis minimisq3 corrumpitur. Nam neq3 minima sentire propter ipsorum sensibiliuz paruitatem potest: ⁊ maioribus sepe confunditur Ut in vocibus: que si minime sint: difficilius capta auditus: si sint maxime: ipsius sonitus intentione surdescat.

Quemadmodum Pythagoras proportiones consonantiarum inuestigauerit. Cap. 10.

b Ec igitur maxime causa fuit: cur relicto aurium iudicio. Pythagoras ad regularum momenta migrauerit: qui nullis humanis aurib⁹ credens: que partim natura: partim etiam extrinsecus accidentibus permutentur: partim ipsis variantur etatibus: nullis etiam deditus instrumentis: penes que sepe multa varietas atq3 inconstantia nasceretur: dū nūc quidez si neruos velis aspicere: vel aer humidior pulsus obtūderet: vel siccior excitaret: vel magnitudo corde grauiorem redderet sonum: vel acumen subtilior tenuaret: vel alio quodā modo statum prioris constantie mutaret: ⁊ cum idem esset in ceteris instrumentis: omnia hec inconsulta minimeq3 estimans fidei diu estuans inquirebat: qua nā ratione firmiter ⁊ constanter consonantiarum momenta perdisceret. Cum interea diuino quodam nutu preteriens fabrorum officinas pulsos malleos exaudiuit ex diuersis sonis vnam quodāmodo concinentiam personare. Ita igitur ad id quod diu inquirebat. attonitus accessit ad opus. Diuq3 considerans arbitratus est diuersitatem sonorum ferientium vires efficere. Atq3 vt id apertius colliqueret: mutarent inter se malleos imperauit. Sed sonorum proprietas non in hominum lacertis herebat: sed mutatos malleos comitabat. Ubi igit id aīaduertit: malleorum pondus examinat. Et cū quinq3 eēnt forte mallei: dupli reperti sunt pondere: qui sibi secundū diapason consonantiam respondebant. Eundem etiam qui dupl⁹ esset alio: sesquitertium alteri⁹ comprehendit ad quem scilicet diatessaron sonabat. Ad alium vero quēdam: qui eidem diapente consonantia iungebatur: eundem superioris duplum reperit esse sesqualteruz. Duo vero hi: ad quos superior duplex sesquitertius ⁊ sesqualter eē probatus est: ad se inuicem sesquioctauam proportionem perpensi sunt custodire. Quintus vero est reiectus: qui cunctis erat inconsonans. Cum igitur ante Pythagoram consonantie musice partim diapason: partim diapente. partim diatessaron: que est consonantia minima: vocarentur: Primus Pythagoras hoc modo reperit: qua proportione sibimet hec sonorum corda iungeretur. Et vt sit clarius: quod dictū est: Sint verbi gratia malleorum quatuor pondera: que subter scriptis numeris cōtineantur. 12. 9. 8. 6. Hi igitur mallei: qui. 12. ⁊. 6. ponderibus vergebant: diapason in duplo concinentiam personabant. Malleus vero. 12. ponderum ad malleum. 9. Et malleus. 8. ponderum ad malleum. 6. ponderū secūdum epitritam proportionem diatessaron consonantia iūgebatur. Nouem vero ponderū ad. 6. ⁊. 12. ad. 8. diapente consonantiam permiscebant. Nouem vero ad. 8. in sesquioctaua proportione resonabant tonum.



Quibus modis varie a Pythagora proportiones consonantiarum perpense sint. Ca. 11.

b Inc igitur domum reuersus varia examinatione perpendit: an in his proportionib⁹ ratio symphoniarum tota consisteret: Nunc quidē equa pondera neruis aptans: Eorūq3 consonātias aure diiudicans: Nunc vero in longitudine calamorum duplicitatem medietatemq3 restituens: ceteras q3 ꝓportiones aptans integerrimaz fidē diuersa experientia capiebat. Sepe ⁊ pro mensurarū modo cyathos equorum ponderum acetabulis immittens: Sepe ipsa quoq3 acetabula diuersis formata ponderibus virga erea ferreaue percutiens nihil eē diuersum inuenisse letatus est. Hic ēt ductus longitudinē crassitudinēq3 cordaruz vt examinaret aggressus est. Itaq3 inuenit regulam: de qua posterius loquemur: que ex re vocabulum sumpsit: non q2 regula sit linea: per quam magnitudines cordarum sonūq3 metitur: sed q2 regula quedaz sit huiusmodi inspectio fixa firmaq3: vt nullū inquirentem dubio fallat iudicio.

De diuisione vocū: earūq3 explanatione. Cap. 12.

s Ed de his hactenus. Nunc vocum differentias colligamus. Omnis enim vox aut syne-

Des est: que continua: aut diastematice que dicitur cū intervallo suspensa. ⁊ continua quidē ē: qua loquentes: vel prosam orationē legentes verba percurrimus. Festinat enim tunc vox nō herere ī acutis ⁊ gravibꝰ sonis: sꝫ q̄ velocissime verba pcurrere expediendisq̄ sensibꝰ: exprimēdisq̄ sermonibus continue vocis imperꝰ operat. Diastematice autem est ea: quam canendo suspendimus: ī qua non potius sermonibus: sed modulis inseruimꝰ. Estq̄ vox ipsa tardior: ⁊ per modulandas varietates quoddā faciens intervallū: nō taciturnitatis: sꝫ suspense ac tarde potius cantilene. His (vt albinꝰ autumat) addit tertia oīa: que medias voces possit includere cū sc̄ heroū poemata legimꝰ: neq̄ ꝯtinuo cursu: vt prosā: neq̄ suspenso segniorīq̄ modo vocis: vt canticū.

ℭ Quod infinitatem vocū humana nā finierit. Ca. 13.

S Ed que continua vox ē: ⁊ ea rursus qua decurrimꝰ cantilenā: naturaliter quidē infinite sunt Consideratione enī accepta nullꝰ modus vel evolvendis sermonibꝰ fit: vel acuminibꝰ attollendis: gravitatibus q̄ laxandis. Sꝫ vtrisq̄ natura humana fecit pprīū finē. Continue enī voci terminū humanus spūs fecit: vltra quē nulla rōne valet excedere. Tātū enim vnusquisq̄ loquitur ꝯtinue: quātū naturalis spūs sinat. Rursus diastematice voci nā hoīum terminū facit que acutā eorꝫ vocē gravēq̄ determinat. Tm̄ enī vnusquisq̄ vel acumen valet extollere: vel deprimere gravitatem: quātū vocis eiꝰ naturaliter patit modus.

ℭ Quis modus sit audiendi. Ca. 14.


N Unc quis modus audiendi sit: disseramꝰ. Tale enī quiddā fieri ꝯsuevit in vocibꝰ: quale cū paludibꝰ vel quietis aquis iactū eminꝰ mergitur saxū. Priꝰ enī ī parvissimū orbē vndā colligit. Dein de maioribꝰ orbibꝰ vndarū globos spargit atq̄ eo vsq̄: dū fatigatꝰ motus ab eliciēdis fluctibꝰ cōquiescat. Sēpq̄ posterior ⁊ maior vndula pulsu debiliore diffunditur. q̄ si quid sit: qḋ crescētes vndas possit offendere: statī ille motꝰ revertitur: ⁊ q̄si ad centrum: vnde pfectꝰ fuerat: eisdem vndulis rotūdatur. Ita igitur cū aer pulsus fecerit sonū: pellit aliū primū: ⁊ quodāmodo rotundū fluctū aeris ciet. Itaq̄ diffunditur: ⁊ oīum circūstantiū simul ferit auditum. atq̄ illi est obscurior vox: qui longiꝰ steterit q̄m ad eū debilior pulsi aeris vnda pvenit.


ℭ De ordine theorematum. i. speculationum. Capitulum. 15.


H Is igitur ita ppositis dicendū videtur: quot generibꝰ oīs cantilena texatur: de quibꝰ armonice īventionis disciplina consideret. Sūt autem hec: Diatonicū: Cromaticū enarmonicū. De quibꝰ ita demū explicandū ē: si priꝰ de tetracordis disseramꝰ: et quēadmodum auctꝰ nervorū numerꝰ ad id quo nūc pluralitas est: vsq̄ pvenerit. Id aūt fiet: Si priꝰ cōmemoremus: quibus proportionibus symphonie musice misceantur.


ℭ De consonantijs proportionum: ⁊ tono: ⁊ semitonio Capitulum. 16.


D Iapason consonantia est: que fit ī duplo vt hec est. 1:2. Diapente vō que ꝯstat his numeris. 2. 3. Diatessaron vero ē: que in hac pportiōe consistit. 3. 4. Tonꝰ vō sesquioctava pportione cōcluditur: Sed ī hoc nō dū ꝯsonantia: vt. 8. 9. Diapasō vero ⁊ diapente tripla comparatione colligitur hoc modo. 2. 4. 6. Bisdiapason quadrupla collatione perficitur. 2. 4. 8. Diatessarō vero ac diapēte vnum perficiunt diapason hoc modo. 2. 3. 4.

















¶ Nam si vox voci duplo sit acuta vel grauis: diapasõ consonantia fiet. Si vox voci sesqualtera proportione sit vel sesquitertia: vel sesquioctaua acutior grauiorq;. Diapente: vel diatessaron: vel tonum consonantiam reddet. Item si diapason. vt. 2. 7. 4. 7 diapente: vt. 4. 7. 6. coniungantur: triplam: que est diapason 7 diapente: efficiãt simphoniam. q si bis diapason fiãt: vt duo ad quattuor: 7 q̃tuor ad octo: quadrupla fiet consonantia: que est bisdiapason. q si sesqualtera: 7 sesquitertia. i. diapente: 7 diatessaron: vt duo ad tres: 7 tres ad quattuor cohiungantur: Dupla. i. diapason numerum nascitur concinentia. Quatuor enim ad tres sesquitertiam optinent proportionem. Tres vero ad binarium sesqualtera collatione iunguntur. 7 idem quaternarius ad binarium appositis dupla ei comparatione copulatur. Sed sesquitertia diatessaron: Sesqualtera proportio diapente consonantiã creat Dupla vero diapason efficit symphoniam. Diatessarõ igitur ac diapente vnam diapason concinentiam iungũt Rursus tonus in equa diuidi non potest. cur autẽ: posterius liquebit. Nunc hoc tantum nosse sufficiat. q nũq̃ tonus in geminas equa diuiditur. Atq; vt id facilius comprobetur: Sit sesquioctaua proportio. 8. 9. Horum nullus naturaliter medius numerus incidet. Hos igit binario multiplicamus: fiunt q; bis. 8. 16. bis. 9. 18. inter. 16. autem. 7. 18. vnus numerus naturaliter incidit qui est scilicet. 17. Qui disponantur in ordinem. 16. 17. 18. Igitur. 16. ac. 18. collati sesquioctauam retinent proportionem: atq; idcirco tonum. Sed hanc proportionẽ. 17. numerus medius non in equalia partitur. Comparat⁹ enim ad. 16. habet in se totum. 16. 7 eius sextamdecimã partem scilicet vnitatem. Si vero ad eum idest. 17. tertius idest. 18. numerus comparetur: habet eum totum: 7 eius decimam septimam partem. Non igitur iisdẽ partibus 7 minorem superat: 7 a maiore superatur. Est enĩ minor pars septima decima: maior sextadecima. Sẽ vtraq; semitonia nuncupantur. Non q omnino semitonia ex equo sint media: sed quod semum dici solet: quod ad integritatem vsq; non peruenit. Sed inter hec vnum maius semitonium nuncupatur: aliud minus.


¶ In quibus primis numeris semitonium constet. Capitulum. 17.

q Uod vero sit integrum semitonium: aut quibus primis numeris constet: nunc euidentius explicabo. Id enim quod de diuisione toni dictum est: non ad hoc pertinet: vt semitoniorum modos voluerimus ostendere: Sed ad id poti⁹ q tonum in geminas equa diceremus non posse distungi Diatessaron: que est consonantia: vocum quidem ẽ quatuor: interuallorum trium. Constat autem ex duobus tonis: 7 non integro semitonio. Sit enim subiecta descriptio. 192. 216. 243. 256. Si igitur. 192. numerus. 256. comparetur: sesquitertia proportio fiet: ac diatessaron concinẽtiam resonabit. Sed si. 216. ad. 192. comparemus: sesquioctaua proportio est. est enim eorum differentia. 24. que ẽ octaua pars de. 192. est igitur tonus. Rursus si. 243. ad. 216. cõparetur: erit altera sesquioctaua proportio. Nam eorum differẽtia. 27. pars. 216. probatur octaua. Restat comparatio. 256. ad. 243. Quorũ differentia est. 13. Qui octies facti medietatem. 243. non videntur implere. Nõ ẽ igit semitoniũ: sẽ min⁹ a semitonio. tũc enĩ integrũ ee semitoniũ iure putaret. Si eorũ differentia: que est. 13. sẽ octies medietatẽ. 243. numerorũ potuisse equare. Est ergo verũ semitoniũ min⁹. 243. ad. 256. comparatio.



¶ Diatessaron a diapente tono distare. Cap. 18.

Versus diapente consonantia vocum quidem est quinque intervallorum quattuor: trium tonorum: et minoris semitonii. Ponatur idem numerus. 192. et eius sesqualter sumatur: qui ad eum diapente faciat consonantiam. Sit igitur numerus. 288. Igitur horum et superius deprehensorum. 192. ponantur in medio numeri hi. 216. 243. 256. et sit hoc modo formata descriptio. 192. 216. 243. 256. 288.




¶ In superiore igitur descriptione. 192. et. 256. duos tonos et semitonium continere monstrati sunt: Restat igitur comparatio. 256. ad. 288. que est sesquioctava idest tonus eorumque differentia est. 32. que est octava pars. 256. Itaque monstrata est diapente consonantia ex tribus tonis semitonioque constare. Sed dubium diatessaron consonantia a centum nonaginta duobus numeris usque ad. 256. venerat. Nunc vero diapente ab eisdem. 192. numeris usque ad. 288. ostenditur. Superatur igitur diatessaron consonantia ad diapente ea proportione. que inter. 256. et. 288. numeros continetur. At est hic tonus. diatessaron igitur symphonia a dyapente tono transcendit.

¶ Diapason quinque tonis: et duobus semitoniis iungi. Capitulum. 19.


Diapason consonantia constat ex quinque tonis: et duobus semitoniis: que tamen unum non implevit tonum. Quoniam enim monstratum est diapason ex diapente et diatessaron consistere: diatessaron vero probata est ex duobus tonis et semitonio constare: diapente ex tribus tonis ac semitonio: simul iuncta efficiunt quinque tonos. Sed quoniam illa duo semitonia non erant integre medietatis: eorum coniunctio ad plenum usque non pervenit: Sed medietatem quidem superat: ab integritate relinquitur. Est quoque diapason secundum hanc rationem ex quinque tonis: et semitoniis duobus: Que sicut ad integrum tonum non aspirant: ita ultra integrum semitonium prodeunt. Sed que horum sit ratio: vel quemadmodum ipse consonantie musice regnant: postea liquidius explanabitur. Interea primi disputationi sub mediocri intelligentia credulitas adhibenda est. tunc vero firma omnis fides sumenda est: cum propria unumquodque demonstratione claruerit. His igitur ita dispositis paulisper de cithare nervis: ac de eorum nominibus: quoque modo sunt additi: disseramus: Que quoque eorum causa sit nominum. His enim primum ad noticiam venientibus facile erit scientia que sequuntur: amplecti.

¶ De additione cordarum: earumque nominibus. Cap. 20.


Simplicem fuisse principio musicam refert nichomacus adeo: ut quattuor nervis tota constaret Idque usque ad orpheum duravit: ut primus quidem nervus et quartus diapason consonantiam resonarent. Medii vero ad se invicem atque ad extremos diapente ac diatessaron: ac tonum: Nil vero in eis esset inconsonum: Ad imitationem scilicet Musice mundane: que ex quattuor constat elementis. Cuius quadricordi Mercurius dicitur inventor. Quintam vero cordam post chorebus athis filius adiunxit: qui fuit Lydorum rex. Hyagnis vero phrix sextum his apposuit nervum. Sed septimus nervus a terpandro lesbio adiunctus est secundum scilicet planetarum similitudinem. Inque his: que gravissima quidem erat: vocata est hypate quasi maior atque honorabilior. Unde Iovem et hypaton vocant. Consulem eodem quoque nuncupant nomine propter excellentiam dignitatis. Eaque saturno est attributa propter tarditatem motus: et gravitatem soni. Parhypate vero secunda quasi iuxta hypaten posita et collocata. Lichanos tertia idcirco: quoniam lichanos digitus dicitur: quem nos indicem vocamus. Grecus a lingendo lichanon appellat. Et quoniam in canendo ad eam cordam: que erat tertia ab hypate: index digitus: qui est lichanos: inveniebatur: idcirco ipsa quoque lichanos appellata est. Quarta dicitur mese: quoniam inter septem semper est media. Quinta est paramese quasi iuxta mediam collocata. Septima autem dicitur nete: quasi neate idest inferior Inter quam neten: et paramesen est sexta: que vocatur paranete: quasi iuxta neten locata. Paramese vero quoniam tertia est a nete: eodem quoque vocabulo trite nuncupatur: ut sit descriptio hec.



¶ His octavam Samius Lychaon adiunxit: atque inter paramesen: que et trite dicitur: et paraneten nervum medium coaptavit: ut ipse tertius esset a nete. Et paramese quidem vocata est solum: que post mediam collocabatur trites vero nomen perdidit: postea quam inter eam: atque paraneten tertius a nete locatus est nervus: qui digne trites nomen caperet: ut sit octocordum secundum Lychaonis additionem hoc modo.




¶ In superioribus igit̄ duabus dispositionibus eptacordi: et octocordi. eptacordum quidē dicitur synemenon: quod ē coniunctum. Octocordum vero diezeugmenon quod est disiunctum. In eptacordo enim est vnum tetracordum: hypate: parhypate: Lichanos: Mese. Aliud vero mese: paramese: Paranete: Nete: Dum mesen neruum secundo numeramus. Atq̄ ideo duo tetracorda per mesen coniūguntur. In octocordo vero qm̄ octo sunt cordę: superiores quattuor idest hypate: Parhypate: Lichanos: Mese. vnum tetracordum explent. Ab hoc vero disiunctum atq̄ integrum inchoat a paramese: progrediturq̄ per triten: et paraneten: et finitum ad neten. et est disiunctio: que vocatur diezeuxis. Tonusq̄ est distantia Meses: et Parameses: Hic igitur mesa tantum quidem nomen obtinuit. Non enim est media positione. qz in octocordo duę quidem semper medię reperiuntur. Sed vna media non potest inueniri. Prophrastus autem periores ad grauiorem partem vnam addidit cordam: vt faceret totū enneacordum. Quę quoniam super hypaten est addita: hyperhypate est nuncupata. Quę prius quidem dum nouē cordarum tantum esset cithara hyperhypate vocabatur. Nunc autem lichanos hypaton dicitur alijs superadditis. In quo ordine. atq̄ instructione: quoniam ad inducem digitum venit: Lichanos appellata est. Sed hoc posterius apparebit. Nunc vero Enneacordi ordo sic se habet.




¶ Estiacus colophonius decimam in grauiorem ptem coaptauit cordaz. Timotheus vero Milesius vndecimā. Quę quoniam super hypaten. atq̄ parhypaten sunt additę: hypate quidem hypaton vocatę sunt: quasi maximę magnarū: et grauissimę grauium: aut excellentes excellentium. Sed vocata est prima inter vndecim hypate hypaton: Secūda vero parhypate hypaton: qm̄ iuxta hypaten hypaton collocata est. Tertia quę dudū in enneacordo hyphypate vocabatur: Lichanos hypaton est nuncupata. Quarta vō hypate antiquū tenuit nomē. Quinta parhypate. Sexta lichanos antiquū. s. hñs vocabulū. Septima mese. Octaua paramese. Nona trite. Decima paranete. Vndecima nete. Est igit̄ vnum tetracordū hypate hypatō. parhypate hypaton: Lichanos hypatō: hypate. Aliud vō hypate: parhypate: Lichāos: Mese. Et hęc quidē ꝯiuncta sunt. Tertiū vō ē paramese: trite paranete: Nete. Sz qm̄ inter supius tetracordum: quod ē hypate hypatō: parhypate hypaton: Lichanos hypatō: hypate meson: et inter infimū: qđ ē paramese: trite: paranete: nete: fit positione mediū tetracordū: qđ ē hypate: parhypate: Lichanos: mese: totum hoc medium tetracordū meson vocatum ē quasi mediarū: vocaturq̄ cum additamēto h̄ hypate mesō. parhypate mesō: lichāos mesō: mese. Qm̄ vō inter hoc meson tetracordū: et inferius: qđ ē netarum:


disiunctio est meses scilicet et parameses: inferius omne tetracordum disiunctarum idest diezeugmenon vocatum est cum additamento scilicet hoc. Paramese diezeugmenon: trite diezeugmenon: paranete diezeugmenon: nete diezeugmenon: ut sit descriptio hoc modo.




¶ Est igitur hic inter paramesem ac mesen disiunctio atque ideo diezeugmenon tetracordum hoc vocatum est. Quod si paramese auferatur: et sit mese trite. paranete. nete: tunc coniuncta idest synemmena erunt tria tetracorda: vocabiturque ultimum tetracordum synemenon hoc modo.



¶ Sed quoniam in hac vel in superiore endecacordi dispositione mese: que propter mediam collocationem ita vocata est: nec ad proxima accedit et longe ab hypatis ultimis distat: nec proprium distantie retinet locum aliud unum tetracordum adiunctum est super neten diezeugmenon: que quoniam supereminebant acumine netas superius collocatas: omne illud tetracordum hyperboleon vocatum est. hoc modo.




¶ Sed quoniam rursus mese non erat loco media: sꝫ magis hypatis accedebat: Ideirco super hypates hypaton addita est una corda: que dicitur proslambanomenos, ab aliquibus autem prosmelodos dicitur, tono integro distans an ea que est hypate hypaton: Et ipsa quidem idest proslambanomenos a mese octaua est resonans cum ea diapason symphoniam. Eadēqꝫ ad lichanon hypaton resonat diatessaron ad quartam scilicet: que licanos hypaton ad meson resonat diapente symphoniam ⁊ est ab ea quinta. Rursus mese a paramese distat tono: que eadem mese ad netem diezeugmenon quintam facit diapēte cōsonantiam: Que nete diezeugmenon ad netē hyperboleon q̄rtā facit diatessaron sonātiā. ⁊ proslambanomenos ad netēꝫ hyp boleō reddit bisdiapason ꝯsonātiā. hoc mō.



¶ De generibus cantilenarum. Capitulum. xi.

b His igitur expeditis: dicendum est de generibꝰ melorum. Sunt autem tria diatonum. chroma. Enarmonium ⁊ diatonicum quidem aliquanto durius ⁊ naturalius: Chroma vero est iam quasi ab illa naturali intentione descendens ⁊ in molliis occidens. Enarmonium vero optime atqꝫ apte coniunctum. Cum sint igitur quinqꝫ tetracorda hypatō meson synemmenon. diezeugmenon. hyperboleon. In his omnibus secundum diatonū cantilene procedit vox per semitonium. tonum ac tonum. In uno tetracordo. Rursus in alio per semitonium tonum ac tonum: ac deinceps. Ideoqꝫ vocatur diatonicum quasi quod per tonum ac per tonum progrediatur. Chroma autem quod dicitur color. quasi iam ab huiusmodi intentione prima mutatō cantatur per semitonium ⁊ semitonium ⁊ tria semitonia. Tota enim diatessaron consonantia est duorum tonorūꝫ ac semitonij: sed non pleni. Tractum est autem hoc vocabulum vt diceretur chroma a superficiebus: que cum permutantur in alium transeunt colorem: Enarmoniuꝫ vero quod est magis coaptatum est: Quod cantatur in omnibus tetracordis per diesin ⁊ diesin ⁊ ditonum. Diesis autem est semitonij dimidium: vt sit trium generum descriptio per omnia tetracorda discurrens. hoc modo.








¶ De ordine chordarum nominibusque in tribus generibus. Capitulum. xx.

Nunc igitur ordo cordarum disponendus est omnium que per tria genera variantur vel inconstanti ordine disponuntur. Prima est igitur proslambanomenos que eadem dicitur prosmelodos: Secunda hypate hypaton. Tercia parhypate hypaton. Quarta vero universaliter quidem lichanos appellatur. Sed si in diatono genere aptetur: dicitur lichanos hypaton diatonos. Si vero in chromate: dicitur diatonos chromatice. vel lichanos hypaton chromatice: Si autem in enarmonio: dicitur lichanos hypaton enarmonios vel diatonos hypaton enarmonios. Post hanc vocatur hypate meson: Dehinc parhypate meson. Atque hic lichanos meson simpliciter. In diatonico quidem genere diatonos meson. In chromate lichanos meson chromatice vel diatonos meson chromatice. In enarmonio diatonos meson enarmonios, vel lichanos meson enarmonios has sequitur mese. Post hanc sunt duo tetracorda partim synemmenon: partim diezeugmenon. Et synemmenon est quod post mesen ponitur idest trite synemmenon. Dehinc lichanos synemmenon. eadem in diatonico diatonos synemmenon: In chromate vero vel diatonos synemmenon chromatice: vel lichanos synemmenon chromatice. In enarmonio vero vel diatonos synemmenon enarmonios: vel lichanos synemmenō enarmonios. Post has nete synēmenon. Si vero mese nervo non sit synemmenon tetracordum adiunctum. Sed sit diezeugmenon: est post mesen paramese. Dehinc trite diezeugmenon. Inde lichanos diezeugmenon. Que in diatono. Diatonos diezeugmenon. In chromate. tum diatonos diezeugmenon chromatice. tum lichanos diezeugmenon chromatice. In enarmonio vero tum diatonos diezeugmenon enarmonios. tum lichanos diezeugmenon enarmonios. Eadem vero dicitur et paranete. cum additione vel diatoni vel chromatis vel enarmonii. Super has nete diezeugmenon: trite hyperboleon: paranete hyperboleon: paranete hyperboleon. Et que ē paranete hyperboleon: eadem in diatono diatonos hyperboleon. In chromate vero chromatice hyperboleon. In enarmonio vero enarmonios hyperboleon. harum ultima ea est que est nete hyperboleon. Et sit descriptio eiusmodi ut trium generum contineat dispositionem. In quibus et similitudinem nominum et differentiam per notabis. ut si nervi similes. in omnibus cum eis qui sunt dissimiles colligantur fiant simul omnes octo et viginti. Hoc autem monstrat subiecta descriptio.




¶ Que sint inter voces in singulis generibus proportiones. Capitulum. 23.

Ec igitur mō p singula tetracorda i generum ꝓprietates facta partitio ē, vt oia quidē diatonici generis quoqꝫ tetracorda duob[9] tonis ac semitonio ptīrentur. Diciturqꝫ in hoc genere ton[9] incōposit[9] idcirco qm̄ integer ponitur: nec aliquod ei aliud interuallum iungitur: Sed in singulis interuallis īnegri isunt toni. in chromate vero semitonio ac semitonio incompositoqꝫ triemitonio posita diuisio est: Idcirco aūt incompositum hoc triemitoniū appellam[9]: qm̄ in vno collocatum est interuallo. potest autem appellari triemitonium in diatono genere semitoniū ac ton[9]. Sꝫ nō est incompositum. duobus enim id perficitur interuallis: Et i enarmonio genere idem ē. Constat aūt ex diesi: ꝛ diesi ꝛ ditono incomposito: quod scilicet ꝓpter eandē cām incōpositū nūcupamus: qm̄ in vno collocatum ē interuallo.

¶ Quid sit synaphe. Capitulum 24.

Ed in his ita dispositis constitutisqꝫ tetracordis synaphe est. Quam ꝯiunctionem dicere latina significatione possumus: quotiens duo tetracorda vni[9] medietas termini continuat atqꝫ coniungit: vt in hoc tetracordo.




¶ Hoc igitur est vnum tetracordum hypate. parhypate. lichanos hypate meson. Aliud vō hypate meson. parhypate meson. licanos meson. mese. In vtrisqꝫ igitur te

tracordis hypate meson adnumerata est. Superiorisque tetracordi ea est acutissima. Posterioris vero grauissima. Estque illa coniunctio vna eademque corda hypate meson: duo tetracorda coniungens: vt eadem hypaton ac meson tetracordo in superiore descriptione adiūrit. Est igitur synaphe: quę coniunctio dicitur: duorū tetracordorum vox media: Superioris quidem acutissima: posterioris vero grauissima.

¶ Quid sit diezeusis. Capitulum. 25.

Diezeusis vero appellatur: quę disiunctio dici potest: quotiens duo tetracorda toni medietate separantur. vt in his duob⁹ tetracordis.



¶ Duo igitur tetracorda esse euidenter apparet quoniam quidem octo sunt corde. Sed diezeusis est.i. disiunctio inter mesen & paramesen: quę inter se pleno differre tono. de quibus euidentius explicabitur: cum vnum quodque studiosius explanandum posterior tractatus assumpserit. Sed diligentius intuenti quinque non amplius tetracorda reperiuntur hypaton. meson. synēmenon. diezeugmenon. hyperboleon.

¶ Quibus nominibus neruos appellauerit albinus. Capitulum. 26.

Albinus aūt earum nomina latina oratōe ita interpretatus ē: vt hypatas principales vocaret. Mesas medias. synēmenas coniunctas. diezeugmenas disiunctas. hyperboleas excellentes. Sed nobis in alieno opere non erit immorādū.

¶ Qui nerui quibus sideribus comparentur. Capitulum. 27.

Illud tamē interī de superioribus tetracordis addendum videtur: q ab hypate meson vsque ad neten quasi quoddā ordinis disiunctionisque celestis exemplar est. Namque hypate meson saturno ē attributa. parhypate vero iouiali circulo consimilis est. Lichanon meson marti tradidere. Sol meson obtinuit. triten synēmenon venus habet. paranetem synēmenon mercurius regit. nete autem lunaris circuli tenet exemplum. Sz marcus tullius contrariū ordinem facit Nam in sexto libro de republica sic ait. Et natura fert vt extrema ex altera parte grauiter: ex altera autē acute sonēt Quam ob cām summ⁹ ille stellifer cursus: cuius conuersio est concitatior: acuto & excitato mouetur sono. Grauissimo autem hic lunaris atque infimus. nam terra nona immobilis manens vna sede semper heret. hic igitur tullius terram quasi silentium ponit.i. immobilē. post hāc lui proximi⁹a silentio est: dat lunę grauissimum sonum vt sit luna proslambanomenos. mercurius hypate hypaton. venus parhypate hypaton. Sol lichanos hypatō. mars hypate meson. iuppiter parhypate meson. saturn⁹ lichanos meson. celum vltimum mese. Que vero sint harū immobiles: que vero intotum mobiles: quę autem immobiles mobilesque consistant: cum de monocordi regularis diuisione tractauero erit locus aptior explicandi.

¶ Que sit natura consonantiarum. Ca. 28.

Consonantiam vero licet aurium quoque sensus diiudicet: tamen ratio perpendit: Quotiens enim duo nerui vno grauiore intenduntur: simulque pulsi reddunt permixtū quodāmodo et suauem sonum. duęque voces quasi coniunctę in vnum coalescunt. tunc fit ea quę dicitur consonantia. Cum vero simul pulsi sibi quisque ire cupit. nec permiscent ad aurem suauem atque vnū ex duob⁹ compositum sonū: tunc est quę dicitur dissonantia.

¶ Ubi consonantię reperiuntur. Ca. 29.

In his aūt comparatiōib⁹ grauitatis atque acuminis has cōsonantias necesse ē inueniri: quę sibi cōmensurate sint.i. quę notaz possunt habere cōmunem mensuram: vt in multiplicib⁹ duplum q est illa pars metitur: quę inter duos est terminos differentia: vt inter duos: & quattuor binarius vtrosque metit: inter duos atque sex. quę tripla est binari⁹ vtrosque metiatur: inter nouem atque octo eadem vnitas ē: quę vtrosque metiatur. Rursus insuperparticularibus si sesquialtera sit proportio: vt quatuor ad sex: binarius est: qui vtrosque metiatur. qui. scilz vtrorumque est differentia. q si sesquitertia sit proportio: vt si octo senario comparentur: idem binarius vtrosque metitur: id vero non euenit i ceteris generibus inequalitatum: quę supra retulimus. vt in superpartiente. Nam si quinarium ad ternarium comparemus: binarius qui eorum differentia ē neutrū metitur. Nam si semel ternario comparat⁹: minor est: duplicatus excedit. Item bis quinario cōparatus: minor ē: tertio vero supgredit. Atque idcirco hoc primū inequalitatis gen⁹a consonantię natura disiungitur. amplius q in his: quę cōsonantias formant: multa similia sunt. in his vero minime: id probatur hoc mō. Namque duplū nihil ē aliud nisi bis simplū: Triplū nihil aliud nisi tertio simplum. Quadruplum vero idem ē q quarto simplū. Sesqualterum: bis medietas. Sesquitertium vero ter pars tertia. quod haud facile in ceteris inequalitatum generibus inuenitur.

¶ Quemadmodum plato dicat fieri consonantias. Capitulum. 30.

Plato vero hoc modo fieri in aure consonantiā dicit. Necesse est ingt velociorē qdē eē acutiorem sonum. hic igitur cum grauem precesserit i aurem celer ingreditur. offensa que extrema eiusdē corporis parte quasi pulsus iterato motu reuertitur: Sed iam segnior: nec ita celeri vt primo impetu emissus occurrit. Quo circa grauior quoque. Cum igitur iam grauior rediens nunc primum graui sono venienti similis occurrit: miscetur ei: vnamque (vt ait plato) consonantiam miscet.

¶ Quid contra platonem nichomacus sentiat. Capitulum. 31.

Sed id nichomacus nō arbitratur omnī veraciter: Neque eni similiū eē consonantiā: sz dissimilium poti⁹ in vnum eandēque consonantiam venientium: graui⁹ vero graui si misceatur: nullam facere consonantiam: quoniā hanc canendi concordiā similitudo non efficit: sz dissimilitudo. Quę cum distet i singulis vocib⁹: copulaē in mixtis: Sz de hinc pot⁹ nichomacus fieri consonantiam putat. Non ingt vn⁹ tm̄ pulsus ē: qui simplicē modum vocis emittat: Sed semel percussus neruus sepius aerem pellēs multas efficit voces. Sed quia ea velocitas ē percussionis: vt son⁹ sonum quodāmodo cōprehendat: distantia non sentit & q̄si vna vox auribus venit. Si igitur percussiones grauium sono

rū cōmēsurabiles sit percussionibꝰ acutorū sonorꝫ: vt i bis ꝑ
portionibꝰ: quas supra retulimꝰ. Non ē dubiū quin ipsa
cōmensuratio sibimet musica ē: vnāqꝫ vocū efficiat conso
nantiam.

Que consonantia quā merito precedat. Ca. 32.

S Ed inter oēs quas retulimꝰ consonātias hēn
dum iudiciū ē: vt i aure ita quoqꝫ in rōne quā
harū meliorē oporteat arbitrari. Eodē nanqꝫ
mō auris afficitur sonis: vel oculus aspectu:
quo animi iudiciū numeris vel continua q̄titate. Pro-
posito eni numero vel linea nihil ē faciliꝰ quā eiꝰ duplū
oculo vel animo contueri. Item post dupli iudicium seq
tur dimidij: post dimidiū tripli. post triplū partis tertie.
Que iō qm̄ facilior est dupli descriptio: optimā nichoma
cus putat diapason consonātiā: post hanc diapente: que
mediū tenet. hinc diapente ac diapason: que triplum.
Ceteraqꝫ secundū eundē modū formāqꝫ diiudicat. Nō
vero hoc ptolomeꝰ eodē modo: cuius omnem sententiam
posterius explicabo.

Quo sint mō accipiēda que dicta sunt. Ca. 33.

O Mnia tn̄ que dehinc diligentiꝰ expediēda sūt
sūmati nunc ac breuiter attentemꝰ: vt interi in
superficie quadā hec aium lectoris assuefaciant
qui ad interiorē sciāz posteriore tractatione de
scendet. Nunc vero quod erat pythagoricis in more: vt
cum quid a magistro pythagora diceretur: hinc nullꝰ ra-
tionem petere audebat. Sed erat eis rō docentis aucto
ritas: idqꝫ fiebat quam diu discentis animꝰ firmiore do-
ctrina roboratus ipse eādem rerū rōnem nullo ēt docente
repiret. ita ēt nunc lectoris fidei: que preponimꝰ: cōmen-
damus: vt arbitretur diapason in dupla: diapente in ses-
qualtera. Diatessaron in sesqtertia. Diapente ac diapasō
in tripli. bis diapason in quadrupla proportione consi
stere. Post vero ꝛ hoc rō diligentiꝰ explicabit. ꝛ quibus
modis aurium quoqꝫ iudicio consonantie musice colli-
gantur: ceteraqꝫ oia: que supiꝰ dicta sunt: amplior tracta-
tus edisseret. Et tonum sesqoctauā facere pportionē: eā
qꝫ in duo equa diuidi non posse: sicut nullā eiusdem ge-
neris proportiones. s. supparticularis: diatessaron eti-
ā consonantiam duobꝰ tonis semitonioqꝫ consistere. semi-
tonia vero ēē duo maius ac minꝰ: Diapente autem tribꝰ
tonis ac minore semitonio contineri. Diapason vero qn
qꝫ tonis ac duobꝰ minoribus semitonijs expleri: neqꝫ ad
sex tonos vllo mō peruenire. hec oia posteriꝰ ꝛ numerorū
rōne ꝛ aurium iudicio comprobabo atqꝫ hec hactenus.

Quid sit musicus. Capitulū. 34.

N Unc illud ē intuendum quod ois ars omnis
qꝫ etiā disciplina honorabiliorē naturaliter ha
beat rōnem quā artificiū: quod manu atqꝫ ope
artificis exercet. Multo eni est maiꝰ atqꝫ alti
us scire quod quisqꝫ faciat: q̄ ipsum illud efficere: q̄ sciat
ꝛ enim artificiū corporale quasi seruiens famulatur. Ra-
tio vero quasi dn̄a impat: ꝛ nisi manꝰ secūdum id quod ra
tio sancit: efficiat: frustra fit. Quāto igitur preclarior ē sci
entia musice in cognitione rōnis: quam in ope efficiendi
atqꝫ actu tantum. s. q̄tum corpus mente supatur: Quod
s. rōnis expꝰs seruitio degit: illa vero impat atqꝫ ad rectū
deducit. q̄ nisi pareatur eiꝰ imperio: expers rationis opꝰ
titulabit. Unde fit vt speculatio rōnis operandi actu nō
egeat. Manuum vero opera nulla sint nisi rōne ducan
tur. Jam vero quanta sit gloria meritumqꝫ rationis: hic
intelligi potest. q̄ ceteri (vt ita dicam) corporales artifi
ces non ex disciplina sed ex ipsis potius instrumentis ce
pere vocabula: Naz cithāredus ex cithara: vel tibicen ex
tibia: ceteriqꝫ suorum istrumentorum vocabulis nuncu
pantur: is vero est musicus: qui ratione perpensa Canen
di scientiam non seruicio operis: Sz impio speculatōis
assumit. Quod. s. in edificiorum belloruūqꝫ opa videmus
ꝛ in contraria scilꝫ nuncupatione vocabuli: Eorum nāqꝫ
noībus vel edificia inscribuntur vel ducuntur triumphi:
quorum impio ac rōnem instituta sunt non quorūz ope
re seruitioqꝫ pfecta. Tria igitur sunt genera: que circa ar
tem musicam versantur: Unum genus est quod instru-
mentis agitur: aliud fingit Carmina: Tertium quod
instrumentorū opꝰ carmēqꝫ diiudicat. Sed illud quidē
quod i istrumentis positum est: ibiqꝫ totam opam consu
mit: vt sunt cithāredi: quiqꝫ organo ceterisqꝫ musice istru
mentis artificium pbantꝰ a musice scientie intellectu seiū
cti sunt. qm̄ famulantur (vt dictum est) nec quicquā affe
runt rōnis. Sed sunt totius speculationis expertes. Secū
dum vero musicam agentium genus est poetare: Quod
non potiꝰ speculatione ac ratione quā naturali quodam i
stinctu fertur ad carmen. Atqꝫ icirco hoc quoqꝫ genus a
musica segregandum est. Tertium est quod iudicandi pi
tiam sumit. vt rithmos: cantilenasqꝫ totumqꝫ Carmen
possit perpendere: Quod. s. qm̄ totum in ratione ac specu
latione positum est: hoc proprie musice deputabitur. Isqꝫ
musicus est: cui adest facultas secundum speculationem
rōnem ve propositam ac musice conuenientem de mo-
dis ac rithmis. Deqꝫ generibus cantilenarum: ac de p-
mixtionibus ac de omnibus: de quibꝰ posterius explicā-
dum est: ac de poetarum carminibus iudicandi.

Eiusdem Boetij de Musica. liber secundus.

Proemium. Ca. 1.

S Uperius volumē cūcta digessit: que nūc
diligentiꝰ explicanda eē proposui. itaqꝫ
priusq̄z ad ea veniam: que proprijs ra-
tionibus perdocenda sunt: pauca pre-
mittam: Quibus elucubratior animus
auditoris ad ea que dicenda sunt accipi
enda perueniat.

Quid pythagoras esse philosophiam constituerit. Capitulum. 2.

P Rimus oium pythagoras sapientie studium
philosophiam nūcupauit. Quam scꝫ eius rei
notitiam ac disciplinam ponebat: que proprie
vereqꝫ eē diceretur. Esse autem illa putabat:
que nec intentione crescerent: nec diminutione decresce-
rent: nec vllis accidentibus mutarentur: Hec autem esse
formas: magnitudines: qualitates. habitudines: cetera-
qꝫ: que p se speculata immutabilia sunt: iuncta vero cor
poribus permutantur: ꝛ multimodis variationibꝰ mu-
tabilis rei cognatione vertuntur.

De differentijs q̄titatis: ꝛ que cui discipline sit de putata. Capitulum. 3.

O Mnis vero quātitas secundum pythagoraz
vel continua vel discreta est: Sed que conti-
nua est: magnitudo appellatur: Que discreta
est multitudo. Quorum hec est diuersa ꝛ con-
traria pene proprietas. Multitudo enim a finita incho-
ans q̄titate crescens in infinita progreditur. vt nullus
crescendi finis occurrat. Estqꝫ ad minimuz terminata i-
terminabilis ad maius. eiusqꝫ principium vnitas ē: qua
minus est nihil. Crescit vero per numeros atqꝫ in infini
ta protenditur: nec vllus numerus: quo minꝰ crescat: ter
minum facit. Sed magnitudo finitam rursus sue mensu
re recipit quātitatem: Sed in infinita decrescit. Nam si
sit pedalis linea vel cuiuslibet alterius modi: potest in
duo equa diuidi: eiusqꝫ medietas in medietatē secari eiu
sqꝫ rursus medietas in aliam medietatē: vt nunqꝫ vllus
secandi magnitudinem terminus fiat. ita magnitudo q̄
tum ad maiorem modum terminata est: sit vero cum de
crescere ceperit infinita. At contra numerus. q̄tuz ad mi
norem modum: finitus est: infinitus autem incipit eē cū
crescit: cum igitur hec ita sint infinita: tn̄ quasi de rebus
finitis philosophia pertractat: inqꝫ rebus infinitis repe-
rit aliquid terminatuz: de quo iure possit acumen proprie


speculationis adhibere. Nam magnitudinis alia sunt immobilia: vt terra vt quadratum vel triangulum: vel circulus. alia sunt mobilia: vt sphera mundi: et quicquid in ea rota celeritate conuertitur. Discrete vero quantitatis alia sunt per se: vt tres vel quattuor: vel ceteri numeri. Alia vero ad aliud. vt duplum triplum: Aliaque: que ex comparatione nascitur. Sed immobilis magnitudinis geometria speculationem tenet. Mobilis vero scientiam astronomia persequitur: per se vero discrete quantitatis arithmetica auctor est. ad aliquid vero relate musica probatur obtinere peritiam.

℃ De relate pro quantitatis differentijs. Cap. 4.


Et de ea quidem quantitate discreta que per se est in arithmetica sufficienter diximus: Relate vero ad aliquid quantitatis simplicia quidem genera sunt tria. Unum quidem multiplex. Aliud vero super particulare: Tertium superpartiens: Cum vero multiplex super particulari suppartientique miscetur: fiunt alie due ex his. i. multiplex superparticularis: et multiplex superpartiens. horum igitur omnium talis est regula. si vnitatem cunctis in naturali numero volueris comparare: totus multiplicis ordo texetur. Duo enim ad vnum duplus est. tres ad eundem triplus. quattuor quadruplus. et in ceteris eodem modo: vt subiecta descriptio docet.

I	I	I	I	I	I	I	I	I
II	III	IIII	V	VI	VII	VIII	IX	X

℃ Si vero superparticularem proportionem queras naturalem sibi compara numerum detracta. s. vnitate vt tres duobus sesqualter est: quattuor tribus: qui sesquitertius est: quinarius quaternario sesquiquartus est: et in ceteris eodem modo quod monstrat subiecta descriptio.



℃ Superpartientes autem tali modo reperies. disponas naturalem numerum a ternario scilicet inchoantem. Si vnum igitur intermiseris: Superbipartientem efficies pernotabis. quod si duo: supertripartientem: quod si tres: superquadripartientem. idemque in ceteris.



℃ Adhunc vero ordinem spectans et composita ex multiplici et superparticulari: et ex multiplici et superpartienti proportiones lector diligens speculabitur. Sed de his tamen omnibus in arithmeticis expeditius dictum est.

℃ Cur multiplicitas ceteris antecellat. Ca. 5.

Sed in his illud est considerandum: quod multiplex inequalitatis genus. longe duobus reliquis videtur antiquius. Naturalis enim numeri dispositio. in multiplicibus vnitati que prima est: comparantur. Superparticularis vero non vnitatis comparatione perficitur. Sed ipsorum qui post vnitatem sunt dispositi numerorum: vt ternarij ad binarium quaternarij ad ternarium. Et in ceteris adhunc modum Superpartientium vero longe retro formatio est: que nec continuis numeris comparatur. Sed intermissis: nec semper equali intermissione: Sed nunc quidem vno nunc vero duobus: nunc vero tribus. nunc vero quattuor: atque ita in infinita succrescit. Amplius multiplicitas ab vnitate incipit: superparticularitas a binario: superpartiens proportio a ternario initium capit. Sed de his hacten9. Nunc quedam que quasi axiomata greci vocant premittere oportebit: que tum demum quo spectare videantur intelligemus: Cum de vnius cuiusque rei tractabimus demonstratione.

℃ Qui sint quadrati numeri: deque his speculatio. Capitulum. 6.

Quadratus numerus est: qui gemina dimensione in equa concreuerit: vt bis duo: ter tres. quater quattuor quinquies quinque. sexies sex. quorum est ista descriptio.

II	III	IIII	V	VI	VII	VIII	IX	X
IIII	IX	XVI	XXV	XXXVI	XLVIIII	LXIIII	LXXXI	C

℃ Superius igitur dispositus numerus naturalis latus est quadratorum inferius descriptorum. Continui enim naturaliter sunt quadrati: qui sese in subiecto ordine consequuntur vt. iiij. ix. xvi. et ceteri. Si igitur continuum quadratum minorem a continuo quadrato maiore sustulero: quod reliquitur tantum erit quantum est: quod ab vtrorumque quadratorum lateribus iungitur: vt si quattuor auferam a nouenario quinque sunt reliqui: qui ex duobus et tribus: qui sunt vtrorumque quadratorum latera: coniunguntur: Item si nouenarium aufero de eo qui sex decimis numeris ascriptus est. vij. sunt reliqui: qui. s. ex ternario et quaternarioque coniunctus est: qui predictorum quadratorum latera sunt. Idemque in ceteris. Quod si non sint continui quadrati. Sed vnus inter eos transmissus sit: sit ei9 quod relinquitur medietas: id quod ex vtriusque lateribus efficitur: vt si quaternarium de. xvi. quadrato auferam9. xij. relinquuntur. quorum. xij. medietas est is numerus qui ex vtrorumque lateribus conuenit. Sunt autem vtrorumque latera. duo et quattuor: que senarium iuncta perficiunt. Atque in ceteris idem modus est. Sin vero duo intermittantur: tertia pars erit eius quod relinquitur id quod vtrorumque latera coniungunt: vt si quattuor de. xxv. auferam intermissis duobus quadratis: reliqui. xxi. sunt. Eorum vero latera sunt. II. et. v. qui efficiunt. vij. qui sunt pars tertia numeri. xxi. Atque hec regula est: vt si tres intermissi sint: pars quarta sit id quod ex vtrorumque lateribus efficitur eius quod subtracto minore a maiore relinquitur. Sin quattuor transmittantur: quinta: Atque vno plus vocabulo numeri partes venient: quam sit intermissio numerorum.

℃ Omnem inequalitatem ex equalitate procedere eiusque demonstratio. Capitulum. 7.

Sicut autem quemadmodum vnitas pluralitatis numerique principium: ita equalitas proportionum. tribus. n. preceptis (vt in arithmetica dictum est) multiplices proportiones ex equa

litate producimus: ex conuersis vero multiplicibus superparticulares habitudines procreamus. Item ex conuersis superparticularibus superpartientes comparationes efficimus ponantur enim tres vnitates vel tres binarij. vel tres ternarij. vel quotlibet equi termini: et sit primus primo equus in sequenti scilicet ordine constitutus. Secundus vero primo ac secundo, tertius primo duobus secundis ac tertio: ita enim numero progresso fit duplex multiplicitatis prima proportio. vt descriptio monet.

I	I	I
I	II	IIII

Nam vnitas in secundo ordine constituta equa est prime vnitati in superiore loco disposite. item binarius equus vnitati prime ac secunde: Item quaternarius equus est vnitati prime: ac duabus vnitatibus secundis atque vnitati tertie. et est. i. ij. iiij. dupla proportio: quod si de his idem feceris tripla comparatio parabitur: ac de tripla quadrupla: de quadrupla quincupla: Ac deinceps talis currit habitudinum procreatio. Rursus ijsdem tribus preceptis superparticulares fiunt: vt vno probamus exemplo. Conuertamus nunc et priorem maiorem numerum disponamus. iiij. ij. i. ponatur igitur primus primo equus idest. iiij. secundus primo scilicet et secundo. idest. vi. tertius primo duobus secundis et tertio idest. ix. Quibus dispositis sesqualtera notatur esse proportio.

IIII	II	I
IIII	vi	Ix
Sesqualtera		Sesqualtera

Atque id si de triplis fiat: sesquitertia. Si de quadruplis sesquiquarta. consimilibusque in alterutra parte vocabulis proportionalitas ex multiplicitate nascetur. Ex superparticularitate vero conuersa ducitur superpartiens habitudo. Disponatur enim conuersim sesqualtera comparatio. ix. vi. iiij. Ponatur enim primus primo equus i. ix. secundus primo et secundo. i. xv. Tertius primo duobus secundis ac tertio, i. xxv. ac disponantur in ordinem hoc modo.

ix	vi	IIII
ix	xv	xxv
Superbipartiens		Superbipartiens

Superbipartiens igitur ex conuersis sesqualteris habitudo producta est. quod si quis ad hanc speculationem diligens scrutator accedat: ex sesquitertiis conuersis supertripartientem producit. Ceterisque similibus vocabulis adequatis cunctas ex superparticularitate superpartientis species procreari mirabitur: Ex non conuersis autem superparticularibus: sed ita vt ex multiplici procreati sunt: manentibus necesse est multiplices superparticulares creari. Ex manentibus vero superpartientibus ita vt ex superparticularibus prodierunt: non alij nisi multiplices superpartientes procreabuntur. ac de his quidem hactenus. diligentius enim in arithmeticis libris de hac comparatione est disputatum.

Regula quotlibet continuas proportiones superparticulares inueniendi. Capitulum. 8.

Sepe autem accidit: vt tres vel quattuor vel quotlibet equas superparticularium proportiones de musica disputator inquirat: Sed ne id casu atque inscitia facientes: error vllus difficultatis impediat: hac regula quotlibet equas proportiones ex multiplicitate ducemus. vnusquisque multiplex ab vnitate. secundum computatus tot superparticulares habitudines precedit sue scilicet. in contrariam partem denominationis: quotus ipse ab vnitate discesserit hoc modo: vt duplex sesqualteras antecedat. Triplex sesquitertias. Quadruplex sesquiquartas. ac deinceps in hunc modum. sit igitur duplorum terminorum subiecta descriptio.

I	II	IIII	VIII	XVI
	III	VI	XII	XXIIII
		IX	XVIII	XXXVI
			XXVII	LIIII
				LXXXI

In superiore igitur descriptione binarius primus multiplex vnum ad se ternarium habet: qui possit facere sesqualteram proportionem. Ternarius vero non habet alium qui eius possit esse sesqualter quoniam medietate deficit. Rursus quaternarius secundus est duplex hic duos sesqualteros antecedit senarium et nouenarium: qui medietate caret. Atque iccirco nullus ei habitudine sesqualtera comparatur. Et in ceteris idem est tripli vero eodem modo sesquitertios creant. sit enim similis in triplo descriptio.

I	III	IX	XXVII	LXXXI
	IIII	XII	XXXVI	CVIII
		XVI	XLVIII	CXLIIII
			LXIIII	CXCII
				CCLVI

In superiore igitur descriptione sesquitertias proportiones ita natas videmus: vt primus triplex vnum sesquitertium antecedat. Secundus duos. tertius tres: semperque pars tertia in vltimo numero naturali quodam fine clauditur. quod si quadruplum statueris eodem modo sesquiquartos inuenies. si quincuplum sesquiquintos. Ac deinceps singuli denominationis multiplices tot superparticulares precedunt: quoto loco ipsi a se vnitate discesserint. vnam vero tantum quadrupli dispositionem ponemus vt in ea sicut in ceteris lector acumen mentis diligens exerceat.

I	IIII	XVI	LXIIII	CCLVI
	V	XX	LXXX	CCCXX
		XXV	C	CCCC
			CXXV	D
				DCXXV

Hec igitur speculatio ad hanc vtilitatem videtur inuenta. vt quotienscunque. iiij. vel quinque. vel quotlibet sesqualteros vel sesquitertios vel sesquioctauos vel quotlibet alias proportiones quis inuestigare voluerit: nullo errore labatur: vtque non ei numero primo tales proportiones querat aptare: qui quanti sint propositi: tot precedere: et post se habere non possit. Sed disponat potius multiplices: videatque quantos superparticulares requirit: eumque multiplicem respiciat: qui eo loco ab vnitate recesserit: vt est in superioribus descriptionibus. si tres sesqualteros fortasse quesierit: non a quaternario ingrediatur inuestigationem. hic enim quoniam secundus est: duplus duos tantum precedit: tertiumque ei aptare non poterit. Sed vt ab octonario medietates temptet apponere. hic enim quoniam tertius est: tres quas querit sesqualteras proportiones efficiet. et in ceteris eodem modo.

Est etiam alia augendi proportiones via hoc modo: Radices proportionum dicuntur in eisdem comparationibus minime proportionis. Disponatur enim numerus naturalis: vnitate multiplicatus.

	ii	iii	iiii	v	vi	vii

Minime igitur proportiones sunt vt in sesqualtera. iij. ad. ij. in sesquitertia. iiij. ad. iij. in sesquiquarta. v. ad iiij. et deinceps in infinitum et quecunque se proportiones vnitate precesserint. Propositum igitur sit duas sesqualteras proportiones continua comparatione producere. sumo radicem sesqualteram: eamque dispono. ij. et. iij. Multiplico igitur binarium per binarium fiunt. iiij. Item ter-

narius per binarium crescat: erunt. vi. Rursus ternariũ in semet ipsum ducemus. fiunt. ix. qui disponantur hoc modo.

ii	iii	iiii	vi	ix

¶ Inuenimus igitur duas propositas sesqualteras proportiones. vi. ad. iiij. et. ix. ad. vi. Sit nunc propositum tres inuenire: Dispono eosdem numeros quos supra in exquirendis duobus sesqualteris habitudinibus proposueram: ipsasq; sesqualteras proportiones. Multiplico binario quaternarium. fiunt octo. Rursus senariũ binario fiunt. xij. Rursus nouenarium binario fiũt. xviij. Rursus nouenarium ternario: fiunt. xxvij. disponantur igitur hoc modo.

ii	iii		
iiii	vi	ix	
viii	xii	xviii	xxvii

¶ Atq; hic modus erit in ceteris: vt si sesquitertias proportiones velis extendere: ponas sesquitertiorum radices: que sunt quaternarius atq; ternarius ad se inuicem.

iii	iiii		
ix	xii	xvi	
xxvij	xxxvj	xlviii	lxiiii

¶ Atq; ad hunc modum multiplices: q si sesquiquartas sesquiquartorum dispones radices eadem multiplicatione sesquiquartos quotlibet extendes. Quantum autem nobis he cõsiderationes prosint: Sequens ordo mõstrabit.

De proportione numerorum qui ab alijs metiuntur.

Capitulum 9.

Si duos numeros eorũ differentia integre fuerit permensa: in eadem sunt proportione numeri: quos sua differentia mensa est: in qua erunt ꝓportione & hi numeri: secundũ quos eos sua mensa est differentia. Sint enim numeri. l. lv. Hi ergo ad se inuicem sesquidecima habitudine cõparantur et est eorum differentia quinari?: qui. l. ẽ pars decima numeri. l. hic igitur metietur quidem. l. numerum decies. lv. vero vndecies secũdum igitur decem atq;. xi. numeros. lv. et. l. propria differentia. i. quinarius permetitur. et sunt. xi. ad. x. sesquidecima comparatione compositi. in eadem igitur sunt proportione numeri. quos propria differentia itegra permẽsa est: in qua sunt hi: quos eos propria differentia ẽ ꝑmensa: q si qua differentia numerorum eos numeros quorũ est differentia metiatur: vt eãdem mẽsuram numerorũ pluralitas excedat: idẽq; in vtrisq; sit excessus: et sit diminutior differentie mensura: quam ẽ pluralitas numerorũ: maiorẽ obtinebũt proportionem ad se inuicem numeri: si eis illud quod relinquitur post mẽsionem: detractum sit: quam fuerunt itegri: cũ eos ꝓpria differẽtia metiebat. Sint enim numeri duo. liiij. lviij. hos igitur quinarius qui est eorum differentia: metiat. metitur igitur. liiij. quinarius decies. vsq; ad. l. Relinque vero ternariũ. Rursus. lviij. numerum metitur idẽ vndecies vsq; ad. lv. atq; in eo iterũ ternariũ relinquit. Auferatur igitur ex vtrisq; ternarius fiũt. l. et. lv. qui disponatur hoc modo.

liiii	l	viii	l	lv

¶ In hoc igitur manifestũ est maioris esse proportiõis inter se. l. et. lv. quam. liiij. et. lviij. In minoribus eni numeris maior semper proportio reperitur. q paulo posterius demonstrabimus. Sin vero illa differentie permẽso numerorum multitudinẽ superuadat: eademq; vtrosq; numeri pluralitate preterea: minores erunt proportiões numeri superius mensi cũ additione eius sũme: qua vtrosq; metiens differentia superuadit: quam fuerunt ante: cũ eos propria differentia metiebatur. Sint enim numeri. xlviij. et. liij. horum quinarius differentia est. Metiatur igitur. xlviij. numerum quinarius decies fiunt. l. Superuadit igitur. l. numerus. xlviij. numerum binario. Idem quinarius. liij. vndecies metiatur fiunt. lv. qui eisdem rursus duobus. liij numerum superuadit. Addat vtrisq; binarius et disponantur hoc modo.

xlviii	liii	l	lv

¶ Minores igitur sunt proportiones. l. ad. lv. comparati cum additione. s. binarij quo differentia eos metiens superuadit: quam. xlviij. et. liij. numeri quos eadẽ: que tamen in eis supercreuit: quinarij differentia permensa est: Maiores vero et minores proportiones hoc modo intelliguntur. Dimidia pars maior est: q̃ tertia. Tertia pars est maior: quam quarta. Quarta pars maior ẽ: quã quinta. ac deinceps eodem modo. Unde fit vt sesqualtera proportio. maior sit sesquitertia. et sesquitertia sesquiquartam vincat. Atq; idem in ceteris. hinc euenit vt in numeris maioribus minor: et in minoribus maior semp videatur proportio superparticularium numerorum. Quod apparet in numero naturali. disponatur enim numerus naturalis. i. ij. iij. iiij. Binarius igitur ad vnitatem duplus est. Ternarius ad binarium sesqualter est. Quaternarius vero ad ternarium sesquitertius. Maiores vero sunt numeri tres et. iiij. Minores: binarius et vnitas: in maioribus igitur minor: et in minoribus maior proportio continetur: hinc apparet q si aliquibus numeris proportionem cõtinentibus superparticularem: equa pluralitas addatur: maiorem esse proportionẽ ante eque pluralitatis augmentum: quam postea quã eis pluralitas equa sit addita.

¶ Que ex multiplicibus et superparticularibus multiplicitates fiant. Capitulum. 10.

Illud etiam premittendũ videtur. quod paulo post demonstrabitur. Si multiplex interuallum binario fuerit multiplicatum: id etiã q ex illa multiplicatione nascetur: multiplex est: q si id quod ex tali multiplicatione procreatum sit: nõ fuerit multiplex: tunc illud non esse multiplex: quod binario fuerit multiplicatum. Item si superparticularis proportio binario multiplicetur: id q fit neq; superparticularé ẽ: neq; multiplex: q si id quod ex tali multiplicatione nascetur: neq; multiplex neq; superparticulare est: tunc illud quod binario multiplicatum est: vel superparticularis vel alterius generis est: non vero multiplicis.

¶ Qui superparticulares quos multiplices efficiant.

Capitulum. 11.

His illud addendum ẽ duos primos superparticulares primam efficere multiplicem proportionem. vt si sesqualter et sesquitertius coniungantur duplicem creant. Sint enim numeri. ij. iij. iiij. iij. ad. ij. sesqualter est. iiij. ad. iij. sesquiterti? quatuor ad duo duplus. Rursus primus multiplex primo additus superparticulari scḋm multiplicem creat. Sint enim numeri. ij. iiij. vi. iiij. nãq; ad. ij. duplex est. primus scz multiplex. vi: ad. iiij. sesqualter. qui ẽ prim? superparticularis. vi. ad duo triplus. q secũdus est multiplex. q si triplum sesqtertio addas: quadruplus efficit. Atq; in hunc modũ iunctis proportionibus multiplicium ac superparticulariũ: in infinitum multiplices procreantur.

¶ De arithmetica geometrica armõica medietate. Ca. 12.

Quoniã vero de ꝓportionibus que erant interim tractanda prediximus: nunc de medietatibus est dicendum. Proportio enim est duorũ terminorum ad se quedam comparatio: terminos aũt voco numerorum summas: Proportionalitas est equarum proportionum collectio: Proportionalitas vero in tribus terminis minima constat: Constat autem plerumq; in pluribus. vt in quatuor vel in sex terminis Cum enim primus ad secundum terminus eandem

retinet proportionem: quã secundus ad tertium: dicitur hec proportionalitas. Estq3 inter tres terminos medi⁹: qui secundus est. has igitur proportiones medij termini coniungentis: trina partitio est. Aut enim equa est differentia minoris termini ad medium: ⁊ medij ad maximũ Sed nõ equa proportio vt in his numeris. i. ij. iij. inter vnum quippe ac duo ⁊ inter duo ⁊ tres tantum vnitas differentiam tenet. Non est aũt equa proportio. Duo qp pe ad vnum dupli sunt. Ternarius ad duo sesqualter. Aut est equa proportio in vtrisq3: non vero equalibus differentijs constituta. vt in his numeris. i. ij. iiij. Nã duo ad vnum ita sunt dupli: quemadmodum quaternarius ad binarium. Sed inter quaternarium binariũq3 binarius: inter binarium atq3 vnitatem vnitas differentiam facit. Est vero tertium medietatis genus quod neq3 eisdem proportionib⁹ neq3 eisdem differentijs constat Sed queãdmodum se habet maxim⁹ terminus ad minimum: ita se se habet maiorum terminorum differẽtia ad minorum differentiam terminorum vt in his numeris iuj. iiij. vi. Nam sex ad. iij. duplus est. inter sex vero ⁊. iiij. binarius est. Inter. iiij. vero ac. iij. vnitas. Sed binarius comparatus ad vnitatem: rursus duplus est: ergo vt est maximus terminus in numeris ad minimum ita maiorum differentia ad minorum differentiam terminorum. Vocatur igitur illa medietas: in qua eque sũt differentie: arithmetica. Illa vero in qua eque proportiones: geometrica: Illa autem quam tertiã descripsim⁹ armonica: Quarum hec subiciamus exempla.

Arithmetica			Geometrica			Armonica		
I	II	III	I	II	III	III	IIII	vI
eque drie			eque proportões			diuerse dre: ⁊ ppor.		

Nõ vero ignoramus alias quoq3 eẽ proportionum medietates: quas quidem in arithmetica diximus. Sz ad presentem tractatum he sunt interim necessarie. Sed inter has tres medietates proportionalitas quidem proprie. ⁊ maxime geometrica nuncupatur idcirco quoniam equis proportionibus tota contexitur. Sed tamen eodẽ vtemur promiscue vocabulo proportionalitates etiam ceteras nuncupantes.

De continuis medietatibus ⁊ disiunctis. Ca. 13.

s

Ed in his alia continua est proportionalitas. Alia disiuncta. Continua quidem vt super⁹ disposuimus. Unus enim idemq3 numerus medius: nunc quidem maiori Supponitur: nunc quidem minori preponitũ: Quotiens vero duo sũt medij tunc disiuncta proportionalitas nuncupatur: vt in geometrica hoc moddo. i. ij. iij. vi. Nam vt est binarius ad vnitatem. ita senarius ad ternarium. ⁊ vocatur hec disiuncta proportionalitas. vnde intelligi põt continuam quidẽ proportionalitatem. In tribus ⁊ minimis terminis inueniri. Disiunctã vero. in. iiij. potest autem in. iiij. ⁊ in pluribus continua esse proportionalitas. siquidem hoc modo sit. i. ij. iiij. viij. xvi. Sed hic non erunt duo proportiones sed plures. semperq3 vna min⁹: quã sint termini constituti.

Cur ita appellate sint dicte superius medietates. Capitulum. 14.

i

Dcirco aũt vna eorum medietas arithmetica nuncupatur: quod inter terminos. Secũduz numerum equa est differentia. Geometrica vero secunda dicitur: quod similis est qualitas proportionis: Armonica autem vocatur: quoniaz ita copta est: vt indifferentijs ac terminis equalitas proportionum consideretur. Et de his quidez diligentius in arithmeticis disputatũ est. nunc vero vt cõmemoremus: tantum ista perstrinximus.

Quemadmodum ab equalitate supradicte processerint medietates. Capitulum. 15.

s

Ed paulisper quemadmodum iste proportionalitates ab equalitate procreantur: dicenduz est: Predictum est enĩ q in numero valet vnitas: Idem in proportionibus equalitatẽ valere. Et sicut numeri caput est vnitas: ita proportionum equalitatem eẽ principiũ. Quõ circa hoc modo arithmetica medietas ab equalitate nascetur: positis enim tribus equis terminis. Tribus modi sunt: quibus hec proportionalitas producatur. Ponatur enim primus primo equus. Secundus primo ⁊ secundo. Tertius primo secundo ac tertio. Quod hoc monstratur exemplo. Sit vnitates tres. Ponatur igitur primus primo equus idest vnus. Secundus primo ac secundo. idest duo: Tertius primo secundo ac tertio idest tres. eritq3 dispositio talis.

I	I	I
I	II	III

Rursus tres sint binarij in equalitate constituti. ij. ij. ij. ponatur primus primo equus. idest. ij. Secundus primo ⁊ secundo idest. iiij. Tertius primo secundo ac tertio idest. vi. ⁊ erit dispositio hec.

II	II	II
II	IIII	vI

Sed in his hoc speculandum est q si vnitas fuerit ad equalitatis principiũ constituta: vnitas ẽt erit indifferẽtijs numerorum ipsi vero numeri inter se nullum intermittunt. Si vero binarius teneat equalitatem: binari⁹ est differentia ⁊ vnus inter terminus semp numerus intermittitur. Sin vero ternarius: idẽ differentia ẽ inter terminos vero duo naturaliter constituti intermittuntur Ac deinceps ad hunc modum. Est ẽt alia proportionalitatem arithmetica procreandi via. ponantur enĩ tres equi termini: constituaturq3 prim⁹ primo ac secũdo equ⁹ Secundus primo ac duobus secundis. Tertius primo ⁊ duobus secundis ac tertio: vt si sint tres vnitates. Sit primo primo ac secundo equus idest. ij. Secundus vero primo ac duobus secundis idest. iij. Tertius autem primo duobus secundis ac tertio. Idest quatuor.

I	I	I
II	III	IIII

Hic igitur terminorum differentiam vnitas tenet. inter binarium enim ⁊ vnitatem atq3 inter ternarium ac binarium. Unitas interest. Nullus vero naturalis numerus intermittitur. Post vnitatem enim mox binarius est: ac post binarium ternarius: naturaliter constitut⁹ idq3 rursus in binario fiat. Sintq3 tres binarij. ⁊ sit primus primo ac secundo equus. i. quaternarius. Secundus vero primo ⁊ duobus secundis. idest senarius. Tertius autem primo duobus secundis ac tertio idest octonarius.

II	II	II
IIII	vI	vIII

Hic quoq3 binarius tenet differentiam terminorum vno inter eos naturaliter intermisso. Nam inter. iiij. et. vi. quinarius naturaliter intermittitur. inter. vi. atq3. viij: Septenarius collacatur. Quod si ternarius equalitatis principium sit: fiet ternarius differentia verbi gratia. Sint termini tres ad regulas superiorum subitus.

	III	III	III
	vI	Ix	xII

In his ergo ternariꝰ est differentia ⁊ duo numeri intermissi, idest vno minus ꝙ sit differentia semp numeris itermissis. Atqȝ idem ⁊ in quaternario: quinarioqȝ perspicitur. Et que nos propter breuitatem tacemus: Ijdē regulis ex semetipso diligens lector inueniet: Geometrica vero proportionalitas tūc quēadmodū inueniri ab equalitate possit ostēdimꝰ: qm̄ quemadmodū ab equalitate ois inequalitas profluit: monstrabamus. Nisi tamen fastidium est nunc quoqȝ breuiter repetendum ē. Constitutis enim tribꝰ equis terminis ponatur primꝰ primo equꝰ Secūdus primo ac secūdo. Tertio primo duobꝰ secūdis ac tertio. Idēqȝ fiat cōtinue atqȝ ita ex equalitate: geometrica pportionalitas principiū sumat. Sȝ de harū pportionū pprietatibꝰ ꝙ diligentissime i arithmeticis diximꝰ ꝙ si ad hec illis instructus lector accedat: nullo dubitationis errore turbabit. Armonica vero medietas de q̄ nūc paulo latius tractanduȝ est: hac rōne pcreatur. Constituat eni sigdeȝ duplices curamꝰ effingere: tribus eqs terminis positis primꝰ primo ac duobus secundis equalis Secūdus duobus primis ⁊ duobꝰ secūdis. Tertiꝰ semel primo: bis scdo: ⁊ ter tertio. Atqȝ hoc mō sint vnitates. I. I. I. Constituatur igitur primꝰ primo ac duobꝰ secūdis equalis. i. ternariꝰ. Secūdus vō duobꝰ primis ⁊ duobꝰ secūdis. i. q̄ternariꝰ. tertiꝰ vero p̄mo ac duobꝰ scdis ⁊ tribus tertijs. i. sex. Et si in binarijs equalitas cōstruatur: vel in ternarijs eadē rō medietatis apparet duplo a se terminis differentijsqȝ distantibꝰ: vt subiecte descriptiōes monent.

	I	I	I
	III	IIII	vI
	II	II	II
	vI	vII	xII
	III	III	III
	vIIII	xII	xvIII

¶ Quod si facienda ē in extremitatibꝰ tripla proportio: tribus eqs terminis cōstitutis. Primꝰ qdē faciendus ē ex primo ac secūdo. Secundum vero ex primo ac duobus secundis. tertiꝰ aūt ex primo duobꝰ secūdis ac tribꝰ tertijs vt est subiecta descriptio.

	I	I	I	
	II	III	vI	
	II	II	II	
	IIII	vI	xII	
	III	I.I	II	
	vI	Ix	xvIII	

¶ Sȝ ingressi armonicā disputationē que d ea diligētius dici possūt tacite pterēūda eē nō arbitror: Collocet igitur armonica proportionalitas inqȝ ea descriptōe supiore ordine terminorum īter se differentie disponantur.

Diffe	I	II	rentie
III	IIII	vI	

¶ Vides ne igit. vt. iiij. ad tres diatessarō cōsonantiam prodāt. vI. ad. iiij. diapēte cōcordēt. vI. vero ad. iij. diapason misceāt simphoniā: ipseqȝ earū differentie rursus eādē statuant cōsonātiā: Binariꝰ eni ad vnitatē duplꝰ ē in diapasō cōsonātia cōstituitꝰ. ꝙ si se extremitates multiplicēt: itēqȝ mediꝰ sui multiplicitate succrescat: cōparati numeri toni habitudinē cōcordiāqȝ seruabūt. ter eni sex efficiunt. xviij. quat. iiij. fient. xvi. Sed. xviij. numerꝰ. xvi. numerū minoris pte octaua trāscendit: Rursus minimꝰ terminꝰ si se ipe multiplicet efficiet. ix. ꝙ si maior terminꝰ sui multiplicatione concrescat: efficiet. xxxvj. Qui sibimet cōparati quadruplā. i. bis diapason cōtinēnā seruāt. ꝙ si hoc diligēnꝰ īspiciamus: hec erit ois rei differentiarū vel terminorū i se iuicē multiplicatio. Minimꝰ eni terminus. si medio multiplicetur fient. xij. Itē minimꝰ terminus. si maximo multiplicet fiet. xviij. Mediꝰ vero terminus si maximi numerositate augeat: fiet. xxiiij. Rursus minimꝰ terminꝰ si se ipo cōcrescat: fiet. ix. Eodē modo si mediꝰ fient. xvi. Senariꝰ vō q maximꝰ est si se ipm multiplicet. xxxvi. reddet. hec igit i ordinē disponātur. xxxvi xxiiij. xviij. xvi. xij. ix. sunt igitur diatessaron consonātiā resonantes. xxiiij. ad. xviij. ⁊. xii. ad. ix. diapente vero xviij. ad. xij. ⁊. xxiiij. ad. xvj. ⁊. xxxvi. ad. xxiiij. Tripla autem que est diapente ⁊ diapason. xxxvi. ad. xij. Quadrupla vero que est bis diapason. xxxvi. ad. ix. epogdous vero qui tonus ē. xviij. ad. xvi. cōparatione seruatur.



¶ Quemadmodū inter duos terminos supradicte medietates vicissim collocentur. Cap. 16.

S Olent autē duo termini dari proponiq; vt inter eos nūc quidē arithmeticā: nunc vero geometricā: nunc armonicam medietatē ponam9 De qb9 in arithmeticis quoq; dixim9. Id tamen ipm nunc etiā breuiter explicem9. Si arithmetica medietas q̄rr: datorum terminorū videnda differentia ē: eademq; diuidenda ac minori termino adijcienda. Sint enim dcē. x. xl. altrinsec9 termini constituti: horūq; medietas secūdum arithmeticā proportionalitatē queraē. differentiā pri9 vtrorūq; respicio: que est. xxx. hanc diuido fiunt. xv. hanc minori termino. id ē decē appono: fiūt xxv. Si igitur hic iter. x. & xl. medi9 colloceē. fit arithmetica proportionalitas hoc mō. x. xxv. xl. Itē inter eosdem terminos medietatē geometricā collocem9. Extremos p pria numerositate multiplico. vt. x. in. xl. fiunt. ccc. horū tetragonale latus assumo: fiunt viginti. Vicies enī viginti fiunt. ccc. Hos igitur. xx. medios inter. x. ac. xl. si collocē: fit geometrica medietas subiecta descriptione formata x. xx. xl. Si vero armonicam medietatē queramus: ibimet ipsis copulam9 extremos. vt. x. & xl. fient. l. Eorum differentiā que est. xxx. In minorem terminū multiplicemus. sc3. in. x. vt fiant decies. xxx. q sunt. ccc. hos secundum. l. partimur fiunt. vi. Quos cum minori termino addiderim9: fient. xvi. hunc igitur numerū si inter. x. ac. xl. mediū collocem9: armonica pportionalitas expeditur. x. xvi. xl.

¶ De consonantiarū modo secundum nichomacum. Capitulum. 17.


S Ed his hacten9. nunc illud addendū videtur quēadmodū pythagorici pbant cōsonantias musicas i predictis pportionib9 inueniri: in q re. s. eis ptolomeus nō videt assensus: de quo paulo posteri9 dicem9. hecēni ponenda est maxime eē prima suauisq; consonantia: cui9 pprietatē sensus apertior comprehendit. Quale enī ē vnū quodq; p semetipsum: tale & dephenditur sensu: Si igitur cūctis notior ē ea consonantia: que in duplicitate consistit: nō est dubiū primā eē oium diapason consonātiā meritoq; excellere: quoniā cognitione precedat. Reliquę vero hanc necessario secundum pythagoricos ordinem tenent: quē dederint multiplicitatis augmenta: et superparticularis habitudinis detrimēta. Monstratū quippe ē: q multiplex inequalitas superparticulares pportiones meriti antiqtate trascendat. Quo circa naturales numer9 ab vnitate vsq; ad quaternariū disponantur. I. II. III. IIII. Igitur vni binari9 cōparatus pportionē duplicē facit: & reddit diapason consonantiā eā que est maxima et simplicitate notissima. si vero vnitati ternari9 cōparetur: diapason ac diapente cōcordiam personabit. Quaternarius vero vnitati comparat9 quadruplam tenet. bis sc3 diapason efficiens symphōiā q si ternarius binario comparetur diapente. Si vero q ternarius ternario. diatessaron consonantiā supplet. isq; est horum ordo cunctis ad se inuicem comparatis: Nam comparatio que restat: Si quaternarium binario comparemus: cadet in duplicem pportionē: quā tenebat ad vnitatem binari9 comparatus. itaq; maxime distant soni in bis diapason: cū a se quadrupla interualli dimensione discedunt. Minimū vero: cum acutior grauiorem tertia grauioris pte trascendit. Ac stat deinceps continentiarū modus: qui neq; vltra quadruplam possit extendi: neq; intra partem tertiam coartari: Et secundum nichomacum quidem hic consonantiarum est ordo: vt sit prima diapason: secunda diapason et diapente: tertia bis diapason. quarta diapente. quinta diatessaron.

¶ De ordine consonantiarum sententia eubolidis & hypas. Capitulum. 18.

S Ed eubolides atq; hypasus alium consonantiarum ordinem ponunt aiunt enim multiplicitatis augmenta superparticularitatis diminutioni rato ordine respondere. Itaq; non posse esse duplum nisi dimidium: nec trip um preter tertiam partem. Quoniam igitur sit duplum: ex eo diapason cōsonantiam reddi. Quoniam vero sit dimidium: ex eo q̄si contraria diuisione sesqualteram. i. diapente effici proportionem. Quib9 mixtis sc3 diapason ac diapente triplicē procreari: que vtrāq; continet symphoniam. S d rursus triplicis partem tertiam contraria diuisione parturi. Ex qua rursus diatessaron symphonia nascetur. Triplicem vero atq; sesquitertium iunct os quadruplā comparationem proportionis efficere. vnde fit vt ex diapasō & diapente que est vna consonantia & diatessaron vna cōtinentia cōiungatur: que in quadruplo consistēs bis diapason nomen accepit. Secundum hoc quoq; hic ordo ē. Diapason. diapente diapason: ac diapente. diatessaron. bis diapason.


¶ Sententia nichomaci que quibus consonātijs apponantur. Capitulum. 19.

S Ed nichomacus non eandem eis eē arbitratur contrariam positionem. Sed poti9 vt vnitas in arithmeticis crementi erat. diminutionisq; principiū: ita ē diapason symphoniam reliquarum esse principium. illas vero sibi cōtraria diuisiōe posse constitui. id vero facili9 erit cognitu. si prius perudeatur in numeris: constituatur igitur vnitas: dueq; ab ea partes fluant vna multiplicis: alia diuisionis. Sitq; hec formula.



¶ Et ad hunc modum ad infinita progressio est binarius enim vnitatis duplex est. Contraria vero eius pars eidem dimidium vnitatis ostendit. Tres triplus & contraria pars tertia. Quatuor quadruplus parsq; contraria quarta. Atq; ita crescendi & decrescendi in simplici est vnitate principium. Idem igitur nunc ad consonantias conuertamus. Erit igitur diapason que est dupla supremi loco principij. Que vero reliquę sunt: in contraria diuisione hoc modo. Sesqualter quidem triplo: sesquitertius vero quadruplo. Quod tali argumentatione probabitur: Idem enim primum est sesqualter: qui primus triplus scilicet principalis vnitatis. Nam ternarius idem primus triplus est: si vnitati. Idem primus sesqualter: Si binario comparetur. Rursus idem ternarius eiusdem differentię quam ad binarium

facit: cuius naturaliter positus probatur esse sesqualter: triplus est. Cum igitur inter sesqualter triplici opponatur. Diapente consonantia diapente ac diapason consonantie rationabiliter putatur opponi. Rursus quadruplus sesquitertij contrariam diuisionem tenet. Nam qui est primus quadruplus idem rursus primus sesquitertius inuenitur hoc modo. Quaternarius quippe prim⁹ est quadruplus si vnitati: primus sesquitertius: si ternario comparetur. Rursus eius differentie quam inter se ac ternarium tenet: ipse sit quadruplus. Unde fit vt sesquitertia proportio: que est diatessaron: q̄druple proportioni que est bis diapason in contrariū diuidat. Dupla vero quoniam nullam habet oppositam proportionem nec vllus ipsa sesqualtera est: aut extat numerus: cui possit binari⁹ qui primus est duplus: superparticulari proportione cōiungi: talem formam contrarie proportionis excedit. Atq̄ idcirco secundum nichomacum diapason consonantiarum principiū teneat hoc modo.




¶ Sed q̄uis ita sese habeat: inquit tamen omnes meli⁹ multiplices proportiones consonantiarum precedere: superparticulares sequi: sicut paulo ante descripsimus. Cū igitur ɔsonantia sit duarū vocū rata permixtio sonus vero modulate vocis casus vna intentione productus: sit q̄ idem minima particula modulationis: omnis vero son⁹ constet impulsu. Pulsus · tro omnis ex motu fiat: tumq̄ motuum aliqui sint equales: Alij vero inequales: inequalium vero alij sint multo inequales. alij vero minus. alij vero mediocriter inequales: Ex equalitate quidem nascitur sonorū equalitas: Ex inequalitate vero ea que secundum mediocritatem distantie inequales sunt: manifeste: primeq̄ ac simpliciores eueniunt proportiones que sunt. sc; multiplices aut superparticulares. dupli. tripli. quadrupli. sesqualteri atq̄ sesquitertij consonantie. Ex his vero que in reliquis proportionib⁹: vel multimode vel non ita claris. vel longe oino asse distantibus inequalitates fiunt: dissonantie existunt. Nulla aūt sonorum concordia procreatur.

¶ Quid oporteat premitti vt diapason in multiplici genere demonstretur. Capitulum. 20.

[b] Hoc igitur ita distincto: demonstrabitur diapason consonantia que cunctarum optima est i multiplici inequalitatis genere et in duplitatis habitudine reperiri. At primū q̄dē illud demonstrādū quēadmodū i multiplicitatis genere diapason consonantia possit agnosci. Precurrendum est igitur ad breue quiddam quo prius cognito facilior demonstratio fiat. Ab oi supparticulari: si continuam ei superparticularē q̄s auferat ꝓportionē que ē scilicet minor id quod reliquitur minus est ei⁹ medietate que detracta ē ꝓportionis vt in sesqualtera ac sesquitertia: Quoniaʒ sesqualtera maior ē: sesquitertiaʒ de sesqualtera detrahamus. Relinquitur sesqoctaua ꝓportio: que duplicata nō efficit integraʒ sesquitertiā ꝓportionē s; ea distantia minor ē q̄ i semitonio repit. q̄ si duplicata sesqoctaua comparatio non est integra sesq̄tertia: simplex sesqoctaua non est sesquitertie proportōis plēa medietas. q̄ si sesqquartū sesq̄tertio auferas id qd̄ relinq̄t medietatē sesqquarti nō efficit. ideq̄ i ceteris.

¶ Demōstratio ꝑ impossibile diapason i multiplici genere esse. Capitulum. 21.

[a] Se nūc ad diapasō ɔsonātiā redeam⁹. q̄ si ea nō ē i multiplici genere inequalitatis: cadet isuꝑparticulare inequalitatis gen⁹. Sit igit superparticularis ꝓportio diapason ɔsonātia. Auferat ab ea cōtinua ɔsonantia. i. diapente: relinquitur diatessaron. Bis igitur diatessaron minus est vno diapente et ipm diatessaron non iplet diapente consonātie medietatē q̄ ē īpossibile. Mōstrabit eni bisdiatessaron tono ac semitonio consonātiā diapēte trāscendere: Quocirca nec diapason quidē insupꝑticulari inequalitatis genere poni pōt.



¶ Demonstratio per impossibile diapente diatessaron et tonum in superparticulari esse. Cap. 22.

[R]Estat igitur vt diapente ac diatessaron et tonum in superparticulari ponenda esse monstremus. Nam et si id in prima quoque probatione ea qua diapason in superparticulari genere non esse ponendam monstrauimus, id quoque quodam rationis modo perclaruit. Sigillatim tum de eo ac diligentius pertractemus: Nam si in superparticulari quis has habitudines ponendas esse non dixerit in multiplici genere fatebitur collocandas. Nam in superpartienti vel ceteris mixtis cur poni non possint: superius (vt arbitror) explanatum est. ponantur igitur si fieri potest in multiplici genere. Et quoniam diatessaron consonantia minor est. diapente maior diatessaron duplici, diapente vero triplici proportioni multiplicitatis aptatur. Uerisimile est enim vt est consonantia diatessaron consonantie diapente continua. ita si diatessaron in duplici statuitur. diapente in continua duplicis poni. i. triplici. Tonus autem quoniam in habitudinibus musicis post diatessaron locatur: nimirum in ea proportione ponatur: que est minor duplici. hec autem in multiplicitatis genere non potest inueniri. Restat igitur in superparticularis habitudinem cadat. Sit igitur prima. i. sesqualtera toni proportio. Nam si duplicem auferemus triplici: quod relinquitur sesqualter est. Quod si diatessaron quidem duplex est. diapente vero triplum: sublato diatessaron a diapente tonus relinquitur fit: nullo modo dubitari potest: quin tonus in sesqualtera debeat proportione constitui. Sed due sesqualtere proportiones duplicem vincunt. Quemadmodum ex arithmeticis instructus sibi potest quisque colligere. Duo igitur toni diatessaron superabunt: quod est inconueniens. Diatessaron enim duos tonos semitonij spatio transcendit. Non igitur fieri potest: vt non diapente ac diatessaron in superparticulari inequalitatis genere collocetur. quod si quis tonum quoque in multiplici genere esse perscribat quoniam quidem tonus minor quam diatessaron. Diatessaron vero minus est quam diapente. diapente quidem ponatur in quadrupla. diatessaron in tripla. tonus in duplici: Sed diapente constat ex diatessaron et tono. Quadruplum igitur secundum hanc rationem constabit ex triplo ac duplo. quod fieri nequit. Rursus statuatur diatessaron quidem in triplici et diapente in quadruplo. Si igitur auferamus triplum a quadruplo: sesquitertius relinquetur. Rursus si diatessaron diapente consonantie subtrahas: fit reliquus tonus: Tonus igitur secundum hanc rationem in sesquitertia proportione constabit. Sed tres sesquitertij vno triplici minores fiunt. Tres igitur toni vnum diatessaron nulla ratione supplebunt. quod est falsissimum. Duo enim toni ac semitonium minus diatessaron consonantiam supplent. Ex his igitur demonstrat diatessaron consonantiam non esse multiplicem. Dico autem quoniam nec diapente consonantia. in multiplici genere poterit collocari. Nam si in eo statuatur: quoniam est ei minor continua idest diatessaron. non locabitur diapente: in multiplici minimo. i. duplici scilicet vt sit locus: quo diatessaron consonantia possit aptari. Sed diatessaron consonantia multiplicis generis non est. Quo circa nec diapente. in maiore habitudine multiplicis quam est dupla que minima est aptari potest. Si igitur diapente in minima scilicet dupla diatessaron vero que minor est: in multiplici quidem aptari non potest. Non est enim minus quicquam duplici. Si igitur sesqualtera. Tonus vero sesquitertia. In continua enim proportione locabitur. Sed duo sesquitertij ampliores sunt vno sesqualtero. Duo igitur toni vnam diatessaron consonantiam vincent: quod nulla ratione continget. Ex his igitur approbatur diapente ac diatessaron in multiplici genere collocari non posse. quo circa in superparticulari genere inequalitatis sunt ponentur.

¶ Demonstratio diapente et diatessaron in maximis superparticularibus collocari. Cap. 23.

[I]Llud quoque addendum necessario est: quoniam si diapente ac diatessaron superparticulares proportiones tenent: in maximis superparticularibus proportionibus collocantur. Sunt autem maxime sesqualtera et sesquitertia. Hoc vero approbabitur hoc modo. Nam si in minoribus proportionibus quam sesqualtera vel sesquitertia. diapente ac diatessaron consonantie collocentur. non est dubium quin sicut alie proportiones superparticulares preter sesqualteram et sesquitertiam iuncte non efficiunt vnum duplum: ita diapente ac diatessaron vnum diapason nulla ratione concludunt. Quoniam enim diapason in duplici proportione esse monstratum est. duplex vero proportio ex sesqualtero sesquitertioque componitur. Diapason vero ex diatessaron ac diapente copulatur: non est dubium quin si totum diapason in duplici statuatur: diapente et diatessaron in sesqualtera sesquitertiaque proportione sint locande. Aliter enim non poterunt diapason iuncte perficere: que consonantia in duplici proportione consistit. Nisi in duabus proportionibus steterint sesqualtera. scilicet ac sesquitertia. Alie enim proportiones superparticulares hanc nulla ratione contingent

¶ Diapente in sesqualtera diatessaron in sesquitertia esse tonum in sesquioctaua. Capitulum. 24.

[D]Ico autem quoniam proprie diapente in sesqualtera. et diatessaron. in sesquitertia proportione consistit. Quoniam enim inter vtrasque proportiones sesqualteram scilicet et sesquitertiam Sesqualtera maior est: et sesquitertia minor: quoniamque in consonantijs diapente maior: diatessaron minor: apparet maiorem proportionem maiori: et minorem minori esse consonantie aptandum. Erit igitur quidem diapente in sesqualtera: diatessaron vero in proportione sesquitertia collocanda. Quod si diatessaron a diapente consonantiam subtrahamus: relinquitur spatium: quod dicitur tonus. Sesquitertiam vero si proportioni sesqualtere minuamus: relinquitur sesquioctaua proportio. Quo fit vt tonus. In sesquioctaua debeat ratione constitui.

¶ Diapason ac diapente In tripla proportione esse. bis diapason In quadrupla. Capitulum. 25.

[S]Ed quoniam demonstratum est diapason quidem duplam diapente vero sesqualteram. iunctas vero duplam ac sesqualteram triplicem proportionem procreare: ex his etiam apparet diapente ac diapason in triplici proportione constitui. Sed si quis triplici proportioni sesquitertiam habitudinem iungat: quadruplam facit: Igitur si diapente ac diapason consonantiis diatessaron symphonia iungatur: fit quadruplum spatium vocum: quod bis diapason supra esse monstrauimus.

¶ Diatessaron ac diapason non esse consonantiam: secundum pythagoricos. Capitulum. 26.


[S]Ed in his illud diligens lector agnoscat: quod consonantie consonantijs superposite alias quasdam consonantias efficere. Nam diapente ac diatessaron iuncte diapason (vt dictum est) creant. huic vero diapason rursus si diapente symphonia iungatur fit consonantia que ex vtrisque vocabulis nuncupatur. diapason. scilicet ac diapente. Cui si diatessaron ad-

datur: fit bis diapason: que quadruplam proportionem tenet. Quid igit si diatessaron ac diapason consonantias iungamus: vllam ne secundum pythagoricos efficiet consonantiam. Minime. Mox enim in superpartiens inequalitatis genus cadit: nec seruat vel multiplicitatis ordinem: vel superparticularitatis simplicitatem. Age enim statuatur numeri quibus id facilius approbemus. Sit enim ternarius: cuius sit senarius duplus, scilicet in diapason consistens proportione. huic aptetur sesquitertia quam diatessaron esse prediximus: vt octonarius. Is enim ad senarium diatessaron proportionem tenet. Qui octonarius ad ternarium comparatus habet eum bis. Sz ne sit multiplex habet etiam eius aliquas partes neq3 eas simplices. Duabus enim eum superuenit vnitatibus: que sunt due tertie partes ternarii: quem primum terminum minimumq3 locamus. Sint igitur termini hi.iii.vi.viii. Illud quoq3 quod inter duas sibi continuas consonantias cadit. et enim neq3 duplum est integrum vt diapason consonantiam perficiat: neq3 triplum: vt diapason ac diapente efficiat simphoniam. Cum si tonus addatur: mox triplum modum proportionis efficiet. Quoniam enim diapason ac diapente sibi iuncte efficiunt triplum. Diatessaron vero et tonus diapente consonantiam iungunt. si diapason consonantie addatur diatessaron: inconsonum fit: quoniam inter duplicem ac triplicem nulla potest naturaliter proportio multiplicitatis intelligi. quod si ei adiectio tonum: fit diapason diatessaron et tonus: quod nihil distabit vtrum diapason ac diapente fit. Diatessaron enim et tonus diapente constituunt: Sit enim diapason quidem.iii.et.vi. Diatessaron.vi.et.viii. Tonus.viii. et.ix. Diapente.vi.et.ix. Diapason ac diapente.iii.ac.ix. Erit igitur sic triplex proportio.iii.vi.viii.ix. Sed quamquam de his multa meditemur: nos tamen qua potuimus breuitate partim ea ipsa que pythagorici affirmant promentes: partim ex eisdem quedam consequentia argumentantes probauimus: Si diatessaron consonantie diapason addatur consonantiam ex his contingi non posse. quid vero sentiat de his ptolomeus: posterius apponam. Sz de his hactenus. Nunc de semitoniis considerandum est.

De semitonio in quibus minimis numeris constet. Capitulum. 17.

Videntur enim semitonia nuncupari non quod vere tonorum sint medietates: sed quod sint non integri toni: huiusq3 spatii quod nunc quidem semitonium nuncupamus: Apud antiquiores autem limma vel diesis vocabatur: hic modus est. Cum enim ex sesquitertia proportione que diatessaron est: due sesquioctaue habitudines: que toni sunt: auferuntur: relinquitur spatium: quod semitonium nuncupatur. Queramus igitur duos tonos continua dispositione descriptos. Sed quoniam hi (vt dictum est) in sesquioctaua proportione consistunt: duasq3 sesquioctauas proportiones continuas adhibere non possumus, nisi multiplex ille: a quo he deriuari possint: reperiatur. sit vnitas prima eiq3 octonarius octuplus primus. ab hoc igitur vnum sesquioctauum potero deriuare. Sed quia duos querimus: fient octies octo: atq3 ex eo.lxiiii.explicentur. Erit igitur secundus octuplus, a quo possumus duas sesquioctauas proportiones educere. Namq3 octo que est octaua pars.lxiiii. vnitatum eisdem additi totam summam.lxxii. perficiunt. his vero si sua octaua similiter opponatur: que est nouenarius lxxxi. reddunt. Eruntq3 hi duo toni continui principali dispositione conscripti.lxiiii.lxxii.lxxxi. Nunc igit.lxiiii. vnitatum sesquitertium conquiramus. Sed quoniam.lxiiii. probantur tertiam partem non habere: si omnes hi numeri ternario multiplicentur. mox eis pars tertia continget: et omnes in eadem proportione durabunt: qua fuerunt antequam his ternarius multiplicator accederet. fiant igitur ter.lxiiii.cxcii horum tertia.lxiiii. eisdem addita.cclvi. reddet. Erit igit hec sesquitertia proportio diatessaron consonantiam tenens.

Nunc igitur duas sesquioctauas proportiones ad.cxcii. duobus se numeris continentes rato ordine collocemus fient igitur ter.lxxii.i.ccxvi. Rursus ter.lxxxi.qui fiunt. ccxliii. Qui inter duos suprascriptos terminos collocentur hoc modo.cxcii.ccxvi.ccxliii.cclvi.



In hac dispositione proportionum. Primus numerus ad postremum diatessaron consonantiam constituit. Idem vero primus ad secundum. et secundus ad tertium geminos constituunt tonos. Constat igitur spacium quod relinquitur ex.ccxliii.ad.cclvi. in quibus minimus semitonii forma consistit.

Demonstrationes non esse.ccxliii.ad. cclvi.toni medietatem. Capitulum. 18.


Probo igitur.ccxliii.ad.cclvi.distantiam non esse integram toni medii dimensionem. Ex enim ducentorum quadraginta trium et ducentorum lvi. differentia tredecim tantum vnitatibus continetur. Qui tredecim minus quidem quam minoris octauam decimam: plus vero quam nonamdecimam optinent partem. Si enim decies decies tredecim ducas efficies. ccxxxiiii. qui.ccxliii.nullo modo equabit. Si decies nouies multiplices: superuadent: cum oporteat omne semitonium si tamen integri toni dimidium tenet: inter sextamdecimam partem ac septimamdecimam collocari. Quod posterius demonstrabitur. Nunc illud liquebit talem semitonii distantiam sibimet geminatam. vnum toni spatium non posse complere. Age enim vt sese.cclvi.ad.ccxliii.habent tales duas sibimet continuas proportiones secundum superius descriptam regulam disponamus. cc.enim.l.et. vi. semet ipses multiplicemus. et fit maximus terminus.lxv.dxxxvi. Item.ccxliii.propria numerositate concrescant. et fit minimus terminus.lix.xlviiii. Rursus.cclvi. adducentorum xliii.multitudinem concrescant. Erit igitur numerus. lxii.ccviii.hic igitur medius collocetur hoc modo.

	lxv. dxxxvi	lxii.ccviii	lix.xlvie

In eadem igitur sunt proportione ducenti.lvi. et. ccxliii. In qua. lxv. d.xxxvi.ad.lxii.ccviii. Et item. lxii.ccviii.ad.lix. xlviiii. Sed maximus eorum terminus qui est. lxv. dxxxvi. ad minimum qui est. lviiii. xlviiii. Unum integrum non efficit tonum. quod si primi ad secundum proportio que est equa secundi ad tertium proportioni: integri esse semitonii probaretur: duo dimidia iuncta vnum necessario efficerent tonum. Nunc autem cum non sit extremorum terminorum sesquioctaua proportio: manifestum est hec duo spacia propter tonorum dimidia non videri. Quicquid enim cuiuscunq3 est dimidium id si duplicetur illud efficit: cuius dicitur esse dimidium. Si vero illud implere non possit geminata particula minus est parte dimidia. Si vero superfluat ac superuadat: plus est parte dimidia. preterea probabimus. lxv. dxxxvi. non facere sesquioctauam proportionem. Si. lviiii.xlviiii. vnitatibus comparentur: si octaua pars. lix. xlviiii. eisdem secundum eas que in arithmeticis dicte sunt regulas aggeratur. Que quoniam in integris numeris non consistit: Icirco eandem octauam partem relinquimus lectorum diligentie computandam. liquet igitur eam proportionem que in.cclvi. et. ccxliii. est constituta: non esse integrum dimidium toni. Quo circa id quod vere semitonium nuncupatur: pars toni minor est quam dimidia.

¶ De maiore parte toni in quibus minimis numeris constet. Capitulum. 19.

r Eliqua igitur pars quę maior ẽ: apotome nũcupatur a grecis a nobis vero põt vocari decisio. Id enim natura fert: vt quotiens aliquid secatur ita vt non equis partib⁹ diuidatur: quãto minor pars dimidio minor ẽ: tãto maior pe eadẽ quę auctior est: dimidium vincat. Quantum igitur semitonium minus integro dimidio toni minus est: tanto apotome toni integrum superat dimidium & vincit. Et quoniam docuimus semitonium in .cclvi. & .ccxliij. principaliter stare: nunc ea quę apotome dicitur: In quibus possit minimis constare numeris approbemus. Si igitur .ccxliij. partem recipere octauam possent cum ad eum sesquioctauus numerus compareretur: tunc .cclvi. habitudo ad sesquioctauam summã minimi numeri comparata: apotomẽ necessaria ratione monstraret. Nunc vero ei quoniam pars octaua de esse monstratur: vtriqꝫ numeri octies fiant. Et ex .ccxliij. quidẽ octies multiplicatis fit numerus .M.dcccc.xliiij. Quibus si propria conferatur octauus qui sunt .ccxliij. fient .ii.dcxxvij. Rursus .cclvi. per octonarium crescant. fient igitur .ii.xlviij. Atqꝫ hic suprascriptorum terminorum in medio collocetur.



¶ Tertius igitur terminus ad primũ toni retinet proportionem. Secundus ad primũ semitonij minoris. Apotomes vero tertius ad secũdum. Atqꝫ in hisdem primis apotomes videtur constare proportio: cum semitonij in .cclvi. & .ccxliij. numeris spatium contineatur. Iccirco aũt .M.dcccc.xliiij. & .ii.xlviii. in eadem proportione sũt: qua .ccxlvi. ad ducentos .lvi. quoniã .cclvi. & .ccxliij. octonario multiplicati sunt. Si eni vnus numerus duos quoslibet numeros multiplicet: qui ex ea multiplicatione nascuntur: In eadẽ erunt proportione: qua fuerunt hi numeri: quos prior numerus multiplicauit.

¶ Quibus proportionibus diapẽte diapason constet & qm̃ diapason sex tonis non constet. Ca. 30.

s Ed qm̃ de diatessaron consonantia lati⁹ diximus: breui⁹ & pene puris numeris de diapason ac diapente consonantijs disseramus. diapente enim constat ex trib⁹ tonis ac semitonio. idest ex diatessaron & tono. Disponantur enim numeri quos superior descriptio comprehendit .cxcii. ccxvi. ccxliij. cclvi. In hac igitur dispositione primus terminus ad secundum & secundus ad tertium tonorum retinet proportiones. Sed terti⁹ ad quartum semitonij minoris: vt supra monstratum est. Si igitur .cclvi. octaua eisdem quorũ octaua est apponatur: fient .cclxxxviij. Quibus .cxcii. comparati sesqualterum spatium proportionis efficiũt. Quo circa tres quidem toni sunt: si primus ad secundũ secundus ad tertium: quintus conferatur ad quartum. Semitonium vero minus tertij ad quartum terminũ comparatio tenet. qꝫ si diatessaron quidem duorum tonorum est ac semitonij minoris: diapente vero trium tonorũ ac semitonij minoris: iuncte vero diatessaron ac diapente vnum diapason videntur efficere: erunt quinqꝫ toni & duo spatia semitoniorum minora: quę vnum tonũ non videantur implere. Non est igitur diapason consonantia constans sex tonis vt aristoxenus arbitraẗ. quod in numeris quoqꝫ dispositum euidenter apparet. Sex enim toni in ordinem disponantur .s. in sesquioctauis proportionibus constituti. Sex vero sesquioctauę proportiones a sexto octuplo procreantur. Disponantur igiẗ sex octupli. hoc modo.

	i	viii	lxiiii	dxii	iiii.xcvi
	xxxi.dcclxviii		.cclxii.		cxliiii

¶ Ab hoc igitur vltimo numero sex toni in sesquioctaua proportione constituti locentur hoc modo. Disponãẗ primum octuplis terminis: vt octauę terminorum pro ipsorum terminorum lateribus adiungantur. Sit autem descriptio talis.

	octupli	i	viii	lxiiii	dxii
	iiii.xcvi	xxxii.dcclxviii		cclxii.cxliiii	


	Sesquioctaue	Partes octauę
	cclxii.cxliiii	xxxii.dcclxviii
	cccliiii.dccccxii.	xxxvi.dccclxiii
	cccxxxi.dcclxxvi.	xli.cccclxxii.
	ccclxxiii.ccxlviii.	xlvi.dclvii.
	cccxix.dcccciiii.	lii.cccclxxxviii.
	cccclxxii.cccxcii.	lix.xlix.
	dxxxi.ccccxli.	

¶ Huius igitur dispositionis hec rõ est. Continu⁹ eniꝫ versus: qui limes dicitur: octuplos numeros tenet. A sexto vero octuplo sesquioctauę proportiones oriunẗ. vbi vero octauas partes scripsimus: octauę sunt eorũ numerorum partes: quib⁹ adiacent. Que si eisdem quibus adiacent apponantur: posteriores numeros creant: vt in primo qui est .cclxij.cxliiij. huius octaua .xxxii.dcclxviii. hi sibimet si coniungantur: posteriorem efficiunt numerum qui est .cccliiij.dccccxii. Idemqꝫ in ceteris inuenitur. Si igitur vltimus numer⁹ qui est .dxxxi.ccccxli. duplus esset prioris numeri qui est .cclxii.cxliiij. recte diapason sex tonis constare videretur. Nunc autem si minimi numeri .i. prioris duplicem conquiramus minor erit eo numero qui est maxim⁹ ac supremus. Nam .cclxii.cxliiij. numeri duplus est qui ad eũ scꝫ diapason consonãtiã tenet .dxxiiii. cclxxxviii. hic igitur minor est eo numero qui sextum retinet tonum eo scꝫ qui est .dxxxi.ccccxli. Minor est igiẗ diapason cõsonantia sex tonis. Atqꝫ id quo sex toni diapason consonantiam superuadunt: voco cõma. qꝫ constat in minimis numeris .dxxiiii.cclxxxviii. & .dxxxi.ccccxli. Sed de his quid aristoxenus sentiat: Qui auribus dedit omne iudicium: alias cõmemorabo. Nunc voluminis seriem fastidij vitator astringam.

¶ Eiusdem Boetij de Musica Liber tertius. Aduersus aristoxenum demonstratio superparticularem proportionem diuidi in equa non posse. atqꝫ ideo nec tonũ. Capitulum. primum.


s Uperiore volumine demonstratũ est diatessaron consonantiã ex duobus tonis copulari ac semitonio. diapente vo ex trib⁹ tonis ac semitonio constare. Sꝫ ea semitonia dimidium toni integrum nõ posse pficere: Si sigillari considerata tractentur, atqꝫ ideo diapason ad sex tonos nullo modo peruenire. Sed quoniam aristoxenus musicus iudicio aurium cuncta permittens hęc semitonia non arbitratur esse secundum pythagoricos contractiora dimidio: sed sicut semitonia dicuntur: ita eẽ dimidietates tonorum. De eisdem rursus paulisper est disputandum demonstrandũqꝫ pri⁹ nullã superparticularem habitudinem noto numero posse diuidi in integrã medietatem. Inter duos eni numeros superparticularẽ proportionem continentes: aut illi sunt principales: quo


ram est vnitas differentie: sic posteriores: nullus ita poterit medi⁹ numer⁹ collocari. vt quā minimus proportionem teneat ad medium: eam medius teneat ad extremum sz vt in geometrica proportione: sed aut differētias eq̄s facere potest: vt sit equalitas secūdum arithmeticam medietatem: aut armonicam inter eosdem terminos medius numerus collocatus faciet medietatez: aut quamlibet aliam. quarū in arithmeticis fecimus mentionē. q̄ si id demonstrabitur: nec illud quidem stare poterit: sesquioctauam proportionez que tonus est in dimidia posse diseri. Quando quidem sesquioctaua oīs in superparticulari inequalitatis genere consistit. Id vero melius inductiōe monstrabitur. Nā si per singulas proportiones consideratione deducta. s. superparticulares nulla prorsus occurrit: que interposito medio termino equis proportionib⁹ diuidatur: non est dubium: quod superparticularis comparatio non possit inequa partiri. q̄ si videtur aurib⁹ consonum aliquid tenere: cum cuilibet voci duobus tonis ac semitonio integro distans vocula comparetur: id non esse consonum natura monstratur. Sz quoniam sensus omnis que minima sunt: comprehendere nequeat: idcirco hanc differentiam que vltra consonum procedit: sensuz aurium non posse distinguere: fore aūt vt deprehendatur si frequentissime talis particula per eosdem crescat errores Nam quod in minimo haud sane cernitur compositum coniunctūqz cū iam magnū esse ceperit peruidet. A qua igitur proportione est ordiendū: an compendium dubi[illegible] questioni: si ab eo de quo queritur ordiamur: Id vero est ton⁹ in duo equa possit partiri nec ne. Nunc igit de tono est pertractandum: et quēadmoduz non possit tonus equa diuidi demonstrandum est: Quam demonstrationem si quis ad reliquas superparticulares comparatiōes transferat: similiter demonstrabitur superparticularem in equa noto atqz integro numero separari non posse. Primi igitur tonum continentes numeri sunt. viii. atqz. ix. Sed quoniam sesqui ita naturaliter consequūtur: vt medius inter eos numerus non sit: eosdē binario quo. s. n. s. numo possum multiplico. fiunt igitur. xvi. ac. xviii. inter hos vero naturaliter numerus cadit qui est. xvii. igitur. xviii. ad. xvi. tonus est. Sed. x. et. viii. ad. x. et. vii. cōparat⁹ habet eum totū: et eius septimādecimam partem. Septimadecima vero pars minor est sextadecima naturaliter. Maior est igitur proportio que sub. xvi. ac. xvii. numeris continetur: quā ea que sub. xvii. ac. xviii. Qui disponantur hoc modo. et sit. xvi. A. xvii. c. xviii. B. Medietas igitur integra toni inter. c. ac. B. nullo modo cadet. Minor est enim. c. b. proportio. c. a. proportione. Ad maiorem igitur partem medietas rata ponenda est. Sit vero medietas. d. Quoniam igitur. d. b. quidez proportio. quod est integrum dimidiū toni maior est. c. b. proportione: que est minor pars toni. a. c. autem pportio: que est maior pars toni a. d. proportione maior est q̄ est dimidium toni. est autem a. c. proportio sesquisextadecima. c. b. autem sesquiseptimadecima. non est dubiuz quin integra medietas inter sesquisextamdecimā. ac sesqseptimamdecimā cadat. Sed hoc in integro numero nullo modo poterit inueniri.



¶ Quoniam vero ad. xvi. numerum. xvii. numer⁹ comparatus super sesquisextādecimam optinet proportionē. si eiusdē. xvii. numeri sextamdecimam requiramus: erit vnitas. atqz vnitatis pars. xvi. hanc si eidem. xvii. numero coniungamus: fiunt. xviii. et pars sextadecima. Si igitur. xviii. et pars sextadecima. xvi. numero comparet:

pte toni mensuram videatur excedere. Cum ad eum solus .xvi. numerus sesquioctauā custodiat proportionē. Unde fit vt qm̄ supersesquisextadecima proportio. tonū bis aucta transcendit: non sit integrum toni dimidium. Quicquid enim bis ductum transcendit aliquid: id vltra dimidium illius esse videbitur: quod transcendit. Quocirca supersesquisextadecima. non erat toni dimidiū. Ac per hoc nec alia vlla maior sesquisextadecima proportione: toni poterit eē dimidium: cum ipsa sesquisextadecima integro toni dimidio sit maior. Sed quoniā sesquisextamdecimam proportionē continuus sequitur sesquiseptimadecima. videamus an ea tonum bis multiplicata impleat. xvij. igitur numeri sesquiseptimamdecimā partem tenet terminus .xviij. In eadem igitur proportione si ad .xviij. numerum alium comparemus erit .xviij. z septimadecima pars. q si ad .xvij. terminum in sesquioctaua proportione positum numerum comparemus: fient. xviij. z pars octaua. Maior vero est pars octaua pte septima decima. Maior igitur est proportio numerorum xvij. ac .xviij. z octaua: quam ea que in .xvij. ac .xviij. z parte septimadecima continetur. que sunt. s. bis sesquiseptimedecime proportiones. Due igitur sesquiseptime decime vnum tonum non videntur implere. Non est igitur sesquiseptima decima toni dimidium: quoniam que duplicata non implet integrum: non continet dimidium. Semper enim dimidium duplicatum ei cuius est dimidium coequatur.






Ex sesquitertia proportione sublatis duobus tonis toni dimidium non relinqui. Capitulum. 2.

Jam vero si eos numeros disponamus qui sesquitertia proportione duobus tonis retractis relinquuntur: in his considerare possumus: vtrum ea proportio que post duos tonos relinquitur: integri loco semitonij censeatur. q si ita repertum sit: illud quoque est comprobatum diatessaron consonantiā duobus tonis atque integro semitonio copulari. Erat igitur superius terminus primus .cxc. duo. Ad hunc sesquitertiā proportionem tenebant .cclvi. Sed ad primum terminum .ccxvi. faciunt tonum. Ad .ccxvi. rursus .ccxliij. toni obtinent locum. Et si igitur relinquitur ex tota diatessarō proportione ea. s. habitudo que in .ccxliij. z .cclvi. vnitatibus constat. hec igitur si probatur integri toni eē dimidium: dubitari non pōt diatessaron ex duobus tonis semitonioque constare. Qm̄ igitur demonstratū est toni dimidiū inter sesquisextādecimā z sesquiseptimādecimā proportiōez locari: ab hac comparatione etiam hec proportio metienda ē. Ac enim longius progrediamur: sumo ex .ccxliij. octauādecimā partem: ea fit .xiij. z semis. hanc si eisdem apposuero fiunt .cclvi. z semis. Apparet igitur minorem proportionem .cclvi. ad .ccxliij. sesquioctauadecima habitudine. q si dimidius tonus maior quidem ē in sesquisextadecima minor vero in sesquiseptimadecima proportione. Sesquioctauadecima vero minor est sesquiseptimadecima habitudine: ducentorum vero .lvi. ad ducentos .xliij. comparatio: que scz relinquitur ex diatessarō duobus retractis tonis. minor est sesquioctauadecima. Non est dubium quin hec duorum numerorum proportio semitonio longissime diminutior sit.


Aduersum aristoxenum demonstrationes diatessaron consonantiam ex duobus tonis z semitonio non constare: nec diapason sex tonis. Capitulum. 3.

Quod si (vt ait aristoxenus) diatessaron consonantia ex duobus tonis semitonioque coniungitur: due diatessaron consonantie necessario quinque tonos efficiunt: z diapente ac diatessaron iuncte sicut vnum diapason iungunt: ita sex tonis continua proportione coequantur. Et quoniam paulo ante sic disposuimus tonos: quorum minimus erat numerus .cclxii. cxliiii. Ad hunc vero vltimus in sexto collocatus tono numerus .dxxxi. cccxli. quintū vero retinebat tonum .ccclxxii. z .ccccxii. disponantur hoc modo.



Nunc igitur de minoribus numeris. s. quinque tonis loquamur. Si ergo diatessaron duobus tonis ac semitonio: bis vero diatessaron quinque consisteret tonis: si ex .cclxij. cxliiij. diatessaron intenderem. Atque de .ccclxxii. ccccxii. aliud diatessaron remitterē: Idem inter vtraque intentionem remissionem ue numerus inueniretur. Id autem sit hoc modo a numero qui est .cclxii. cxliiii. diatessaron intendo, idest sesquitertium in qui fit in .ccclviiii. dxxv. et triente. Rursus de .ccclxxii. ccccxii. numeris remitto ses


quitertiam proportionem: que fit in. cclviii. ccxliii. has igitur proportiones disponamus hoc modo. & sit primus quidem numerus. a. secundus vero. b. tertius. c. quartus. D.



C Cum igitur a. terminus ab. d. termino quinque remotus est tonis quoniamque diatessaron in duobus tonis ac semitonio iungitur: vt aristoxenus arbitratur, vnumque diatessaron inter. a. atque. b. aliud vero inter. c. atque. d. positum est. b. & c. terminos non oportet esse diuersos: sed vnos atque eosdem: vt integre quinque toni ex duabus diatessaron consonantijs constare videantur: Nunc vero quoniam est differentia. iiii. dcclxviii. & bisse arguitur diatessaron minime tonis duobus ac semitonio coniungi.

C Diapason consonantiam. vi. tonis comate excedi: & quis sit minimus numerus comatis. Ca. 4.

Sed hanc si querimus in integris numeris differentiam collocare: quoniam in ea parte que est bisse pars tertia si addatur: plenam efficit vnitatem que pars tertia eiusdem bisse dimidium est. si totius differentie dimidium eidem adiecero quod est. ii. ccclxxxiiii. & triens fit omnis summa. vii. c. liiii. Que duudum comatis proportionem tenebat. Coma enim est quo sex toni superant diapason consonantiam: quod in primis. vii. clvii. vnitatibus continetur. Igitur vt differentie dimidium proprium adiecimus. vt i. vii. cliii. excresceret: ita etiam cunctis. a. b. c. d. terminis medietates proprias adiungamus: & eadem erit in omnibus que supra proportio: fietque eadem inter quinque tonos ac bis diatessaron differentia: que est inter sex tonos ac diapason consonantiam differentia: scilicet. vii. cliii. vnitates: Unde colligitur: quinque tonos bis diatessaron. & sex tonos vnum diapason tantum comate superare. Quod in primis. vii. cliii. vnitatibus inuenitur. id autem patefaciet Subiecta descriptio.



C Quemadmodum philolaus tonum diuidat. Capitulum. 5.

Philolaus vero pythagoricus alio modo tonum diuidere tentauit. Statuens. s. primordium toni ab eo numero: qui primus cubum a primo impari: (quod maxime apud pythagoricos honorabile fuit:) efficeret. Nam cum ternarius numerus primus sit impar tres. tertio. ix. atque id ter si duxeris. xxvii. necessario exurgent. qui ad. xxiiii. numerum tono distat. tandem ternarii differentiam seruans. Ternarius enim. xxiiii. summe octaua pars est: Que eisdem addita primum a ternario cubum. xx. ac. vii. reddit. Ex hoc igitur philolaus duas efficit partes. vnam que dimidio sit maior: eamque apotomen vocat. Reliquam que dimidio sit minor:

eamq; rursus diesim dicit: quam posteri semitoniũ minus appellauere: harum vero differẽtiam coma. Ac primum diesim in .xiii. vnitatibus constare arbitratur: eo ꝙ hoc inter .ccl vi. & .ccxliii. peruisa sit differentia: Quodq; idem numerus .i. xiii. ex nouenario ternario. atq; vnitate consistat. Quę vnitas puncti obtineat locum. Ternarius vero primę imparis lineę. Nouenarius primi spacii quadrati. Ex his igitur causis cum .xiii. diesiz ponat quod semitonium nuncupatur reliquam .xxvii. numeri partem. que .xiiii. vnitatibus continetur: apotomẽ eẽ cõstituit. Sed quoniam inter .xiii. & .xiiii. vnitas differentiam facit: vnitatem loco cõmatis censet eẽ ponẽdam. totum vero tonũ in .xxvii. vnitatibus locat. eo ꝙ inter ccxvi. ac .ccxlui. qui inter se distant tono .xxvii. sit differẽtia.

Tonum ex duobus semitonijs ac cõmate constare. Capitulum. 6.

Ex quibus facil'e apparet tonum duobus semitonijs minoribus & cõmate constare. Nam si totus tonus ex apotome constat ac semitonio semitonium vero ab apotome differt cõmate: nihil ẽ aliud apotome nisi semitonium minus & cõma. Si igitur duo semitonia minora de tono quis auferat: coma fit reliquum.

Demonstratio tonum duobus semitonijs cõmate distare. Capitulum. 7.


Idem vero hoc quoq; probabitur modo. Naz si diapason quinq; tonis ac duobus minoribus semitonijs continetur. superantq; sex toni diapason consonantiam vno cõmate. non ẽ dubium quin tonis quinis ab vtroq; spatio sublatis: fiant reliqua ex diapason quidem duo semitonia minora: de sex vero tonis tonus. Atq; hic tonus hec duo semitonia: quę relinquuntur: vincit cõmate: Quod si duobus eisdem semitonijs cõma reponatur: equabunt tonum. cõstat igitur: vnum tonum duobus semitonijs minoribus & cõmati: ꝙ in .vij. diui. prunis vnitatibus inuenitur: equari.

De minoribus semitonij interuallis. Cap. 8.


Philolaus igitur hec atq; his minora spatia talibus diffinitionibus includit. Diesis inquit est spacium: quo maior ẽ sesquitertia proportio duobus tonis. Cõma vero ẽ spacium quo maior est sesquioctaua proportio duabus diesibus. i. duobus semitonijs minoribus: Schisma est dimidiũ cõmatis. Diaschisma vero dimidiuz diescos. i. semitonij minoris. Ex quibus illud colligitur: quũ tonus quidem diuiditur principaliter in semitonium minus atq; apotomen: diuiditur etiam in duo semitonia & cõma. Quo fit vt diuidatur in quattuor diachismata & cõma. integrum vero dimidium toni quod est semitoniuz: constat ex duobus diachismatibus: ꝙ est vnum semitonium minus & schismate ꝙ est dimidium cõmatis. Quoniam enim tot tonus ex duobus semitonijs minoribus & cõmate coniunctus est: si quis id integre diuidere velit: faciet vnum semitonium minus cõmatisq; dimidium. Sed vnum semitonium minus diuiditur in duo diaschismata. Dimidium vero cõmatis vnum schisma est. Recte igit' dictum est integre dimidium tonum in duo diaschismata: atq; vnum schisma posse partiri. Quo fit vt integruz semitonium minore semitonio vno schismate differre videatur: apotome autem a minore semitonio duob' schismatibus differt. Differt enim cõmate. Sed duo schismata vnum perficiunt cõma.

De toni partib' sumendis per consonantias. Capitulum. 9.


Sed de his quidez hactenus. Nunc vero illud videtur esse dicendum: quemadmodum per consonantias musicas ĩperata possimus spacia nunc extẽdere: nunc vero remittere: id autẽ lineali ter fiat: lineasq; quas describimus vocis accipiuntur loco. Sed tam sese ratio ipsa demonstret. Sit propositum toni spatium per consonantiam sumere: in acutum scz atq; grauem. Sit sonus .b. ab hoc intendo alium sonum qui diapente spacio ab eo ꝙ est .B. distet ad eũ qui est .c. ab hoc remitto diatessaron consonantiaz ad id quod est .d. Et quoniam inter diapente ac diatessaron ton' differentiam facit .d. B. spatium tonus repertus est.




Ad grauiorem vero partem ita modulabimur tonuz ab eo ꝙ est .b. diatessaron intendo ad .f. & ab .f. diapente remitto ad .k. Erit igitur .k. b. tonus. Animaduertet igitur diligens lector: ad .d. b. quidem ad acutam partem effectum tonum: ad .k. b. autem ad grauem.




Sit propositum minorem toni partem per consonantiam sumere in acutam partem atq; grauem. Minor vero toni pars est spatium: quo duos tonos diatessaron cõsonantia transcendit. Sit enim sonus .a. intendo. ab a. diatessaron ad .b. rursus intendo ab .b. diatessaron ad .c. ab remitto diapente ad .d. Tonus est igitur .b. d. Rursus ab .d. intendo diatessaron ad .e. Remitto iterum ab e. diapente ad .f. Tonus est igitur .d. f. Duo igitur sũt toni .b. d. d. f. Et erat .b. a. integrum diatessaron. Erit igitur .f. a. minor toni pars: ꝙ semitoniũ nuncupatur.




ℭ Ad graviorem vero partem hoc modo. Sit sonus.a. intendo duos tonos per consonantiam ad.g. diatessaro͂ vero ab.g.remitto ad.k. Erit igitur.k.a.minor semitonij pars: quod oportebat efficere.




ℭ Si ergo a tribus terminis diatessaron auferamus apotome fit reliqua. Sunt enim tres toni.a.b.b.c.c.d.ab his auferatur.a.e. diatessaron: Erit igitur.e.c. semitonium minus apotome igitur est.c.d.




ℭ Hanc igitur apotome͂ si sit co͂modum sic sumemus. ac primum quidem ad acutum intendo tres tonos ab a.eos qui sunt ad.B.et ab eo quod est.b.ad.c. diatessaron consonantiam remitto et fit.c.a.apotome reliqua.




¶ Quod si idem spatiū ad graue sonū velimꝰ efficere: fit hoc modo. Sit sonꝰ a. itēdo semitoniū minꝰ id quod ē. a. d. Remitto ab. d. tonū quod ē. d. c. erit igitur. c. a. ea quā requirimꝰ: apotome.



¶ Sit propositū in acutā partē sumere coma. sit sonꝰ. a. intēdo apotomen. a. b. remitto semitoniū minꝰ b. c. et quoniā semitoniū apotome minꝰ ē cōmate. Coma erit. c. a.





¶ Rursus ad grauem partem hoc modo. intendo ab. a. sono semitonium minus id quod est. a. d. ab. d. vero remitto apotomen. id quod est. d. e. Erit igitur cōma. e. a.



¶ Regula semitonii sumendi. Ca. 10.

Oportet vero has oēs consonantias rite eē animo atqȝ auribus notas. frustra enim hec ratione et scientia colliguntur: nisi fuerint vsu atqȝ exercitatione notissima. Ut vero id quod institutione musice adorti sumus: non mox auribus: quod iam prouectorum in musica est: Sed rōne interim censeatur. Unum dabimus exemplum inueniendi spatij: quod videtur eē paulo difficilius. scilicet semitonij minoris: vt in vtramqȝ partem acutam. scȝ atqȝ grauem: rato possit ordine reperiri. Sit diatessaron. a. b. oportet igitur circa a. b. consonan minus semitonium ad grauiorem partem acutioremqȝ deducere. intendo igitur. b. c. diatessaron. Remitto rursus diapente. c. d. Erit igitur tonus. B. d. diatessaron enim consonantia a diapente consonantia tono superatur: et. c. b. spatiū ab. c. d. spatio. b. d. spatio trāscenditur. Rursus intendo diatessaron. d. e. remitto autem diapente e. f. Tonus est igitur. d. f. Sed. d. b. tonus erat. Semitonium igitur minus est. a. f. quod subtractis duobus tonis. f. d. d. b. ab. a. b. diatessaron spatio relinquitur. Rursus remitto diatessaron. a. g. intendo diapē te. g. h. Erit igitur. a. h. tonus. Sed erat. a. f. semitoniū. Erit igitur. f. h. apotome. Rursus remitto diatessaron. h. k. intendo diapente. k. l. Tonus igitur est. h. l. Sed erat tonus. B. d. Erit igitur. l. d. apotome. Rursus intendo diatessaron. f. m. Semitoniuz igitur est. b. m. Remitto diatessaron. l. n. semitoniū igitur est. n. a. Per consonātiam igitur sumpta sunt circa. a. b. duo semitonia. b. m. quidem ad acutum. N. a vero ad grauem partem. totumqȝ. M. N. minus est quam diapente. Constat eniȝ ex quinqȝ semitonijs: et apotome geminata. ex duobus igitur tonis et tribus semitonijs minoribus. et quoniaȝ duo semitonia vnum tonum implere nequeunt: Sed relinquitur coma totum. M. N. spatium minus est spatio diapente consonantie vno cōmate. Quod facillime diligens lector intelligat.





C Sed quia paululum de commatis ratione prediximus: non est diffugiendum et in quali proportione idem ipsum comma contineatur ostendere. Est enim comma quod vltimum comprehendere possit auditus: dicendumque est semitonium minus ac semitonium maius quantis sigillatim commatibus constare videantur. ipse quoque tonus quantis rursus commatibus coniungitur. Ac primum hinc conuenientes sumat initium.

C Demonstratio archite super particularem in equa diuidi non posse: eiusque reprehensio. Cap. xi.


Superparticularis proportio scindi in equa medio proportionaliter interposito numero non potest. Id vero posterius firmiter demonstrabitur. Quam enim demonstrationem ponit architas: nimium fluxa est: hec vero huiusmodi est. Sit inquit superparticularis proportio. a. b. Sumo in eadem proportione minimos. c. e. Quoniam igitur sunt minimi in eadem proportione. c. e. et sunt superparticulares. e. numerus. c. numerum parte vna sua eiusque transcendit. Sit autem hec d. Dico quia. d. non erit numerus. Sed vnitas. Si enim est numerus. d. et pars eius qui est. e. metietur. d. numerus. e. numerum. Quo circa et. c. numerum metietur. Quo fit vt. c. quoque metiatur. vtrumque igitur. c. et. e. numeros metietur. d. numerus. Quod est impossibile. Qui enim sunt minimi in eadem proportione quibuslibet alijs numeris: hi primi ad se inuicem sunt: et solam differentiam retinent vnitatem. vnitas igitur est. d. igitur e. numerus. c. numerum vnitate transcendit. Quo circa nullus incidet medius numerus: qui eam proportionem equaliter scindat. Quo fit vt nec inter eos qui eandem his proportionem tenent: medius possit numerus collocari: qui eandem proportionem equaliter scindat.

C Et secundum archite quidem rationem idcirco in supparticulari nullus medius terminus cadit: qui equaliter diuidat proportionem quia minimi in eadem proportione sola differunt vnitate. Quasi vero non et in multiplici proportione minimi eiusdem vnitatis differentiam sortiantur. Cum plures videamus esse multiplices preter eos qui in radicibus collocati sunt inter quos medius terminus scindens equaliter eandem proportionem possit aptari. Sed hec qui arithmeticos nostros diligenter inspexerit: facilius intelliget. Addendum vero est id ita euenire: vt architas putat: in sola supparticulari proportione Non autem vniuersaliter est ducendum. Nunc autem ad sequentia conuertamur.

C In quibus numerorum proportionibus sit comma. et quia sit in ea que maior est quam. lxxv. ad. lxxiiii. minor quam. lxxiiii. ad. lxxiii. Ca. xii.

Primum igitur dico quia hi numeri quibus comma continetur maiorem inter se retinent proportionem. quam. lxxv. ad. lxxiiii minorem quam. lxxiiii. ad. lxxiii. id vero ita demonstrabitur. ac primo quidem illud reminiscendum est: quod sex toni diapason commate transcendunt. Sit igitur. a. quidem. cclxii. cxliiii. B. autem diapason ad eum continens consonantiam in dupla scilicet constitutam. dxxiiii. cclxxxviii. c. vero sextonis ab a numero discedat et sit. dxxxi. cccxli. Que omnia ex secundi volu

minis tonorum dispositione sunt colligenda. Inter b igitur atque c. commatis proportio continetur: Aufero igitur b numerum de numero c. et relinquitur d. in vii. cliii. unitatibus collocatus. Qui numerus minor est quam sit septuagesima tertia pars b numeri: maior vero est quam eiusdem septuagesima quarta sit. Nam si eundem. D numerum qui est in. vii. cliii. septuagies ter multiplicem: fiet mihi e numerus in. dxxii. cxl viiii. unitatibus constitutus. Si eum septuagies quater multiplicem: fit numerus f. dxxviii. cccxxii. Quorum quidem. e. qui per septuaginta tres auctus est: minor est b numero. f autem qui per. lxxiiii. maior est b numero. Recte igitur dictum est. d. eius quod est b minorem quidem esse quam septuagesimam tertiam partem maiorem vero quam septuagesimam quartam. Quocirca et c. numerus b numerum minore quidem parte eius quod est b. eundem b superat: quam septuagesima tertia: maiore vero quam septuagesima quarta. Eius igitur quod est. c. proportio ad id quod est b maior quidem est: quam. lxxv. ad. lxxiiii. minor vero quam. lxxiiii. ad. lxxiii. Nam in priore unitas septuagesima quarta est minoris: in posteriore vero eadem unitas septuagesima tertia.




Idem aliter explicandum. Illo prius presumpto quod si cuius proportionis propriis numerorum differentia equaliter augeatur: minor inter eos qui post additionem fiunt proportio continebitur quam inter priores: qui ante additionem illam quadam proportione distabant. Ut sex et quattuor si utrisque binarius que est differentia sua apponatur: fiet viii. et vi. Sed inter. vi. et. iiii. sesqualtera: inter. viii. et vi. sesquitertia proportio continetur: minor vero est proportio continetur: minor vero est proportio sesquitertia sesqualtera proportione. hoc igitur ita predicto disponantur superiores numeri qui proportionem commatis continebant. i. dxxxi. cccxli. et sit. a. Sit etiam b dxxiiii. cclxxxviii. horum differentia sit. c. vii. cliii. c. igitur numerus maiorem numerum eo qui est. a septuagies quinquies metitur. Si igitur c numerum septuagies quinquies multiplicem fiet mihi d qui est. dxxxvi. cccxxv. Igitur. d. numerus eum qui est a numero eo qui est c antecedit idest. v. xxxiiii. Rursus c numerus eum qui est b metiatur septuagies quater multiplicetur que: fiet igitur numerus f dxxviii. cccxxii. Qui f eo qui est b maior est eodem c numero qui est. v. xxxiiii. Ergo d numerus eum qui est a transcendit numero b autem numerus ab eo qui est f vincitur eodem c numero. Si igitur a numero eundem c apponamus fiet d. Si vero b numero eundem c apponamus fiet f. Sed d. numerus septuagies quinquies auctus est per. c. sed multiplicatum f autem septuagies quater multiplicato crevit obtinent igitur inter se proportionem d atque. f. quam habent. lxxv. ad lxxiiii. Sed d atque f sunt a atque b. uno eis addito c maiorem igitur necessarie est proportionem contineri inter a atque b quam inter d atque f. Nam a atque b numerus uno c addito effecti sunt d atque f. Minor igitur proportio est inter d atque f quam inter a atque b. Sed inter d atque f eadem proportio est que inter. lxxv et. lxxiiii. inter a igitur atque b maior proportio est quam inter. lxxv. et. lxxiiii. Ac a atque b comma continent. Maior igitur proportio est commatis quam. lxxv. ad. lxxiiii.



C Quia igitur ostendim⁹ comatis proportionem maiorem ee q̃3 eam q̃3.lxxv.continent ad.lxxiiii.cõparati. Nūc ostendendū ē: quēadmodū minorem inter se proportionem cōtineant numeri spatium cōmatis continētes q̃3.lxxiiij.ad.lxxiii.comparati. Id vero mōstrabitur hoc modo. Reminiscendum pri⁹: quid secundo volumine diximus: cum de mensura differentie loquebamur: Si enim ex qualibet proportione differentiam eorum numerorū: qui eā continent: auferamus: hi qui relinquuntur maiorem obtinebūt proportionem: his numeris: qui erant ante differentie eiminutionē. Sint eni. viii.et.vi. Ab his propriam aufero differentiam idest.ii.fiunt.vi.et.iiii. Sed in superioribus sesquitertia: in hac sesqualtera proportio continetur. Maior vero est sesqualtera proportio sesquitertia proportione. Sint igitur ijdem.a.atq3.b. Qui sunt superius descripti: quorum est differentia.c.


Multiplico differentiam.c.numeri septuagies quater fit numerus.f.sc3.dxxviiij.cccxxl. Qui.a.numero comparatus vincitur numero.g: sc3.ii.cxviii. Rursus idem.c.multiplicetur septuagies ter efficiet numerum.k.i.dxxii clxviiii. Qui comparatus.b.numero vincitur eodē.g.i.ii.cxviiii. Sublato igitur.g.de numeris.a.atq3.b.effecti sunt.f.atq3.k. Minorem igitur proportionē retinebit.a.atq3.b.q̃3.f.atq3.k. Sz.f.atq3.k.eam retinent proportionem quam.lxxiiii.ad.lxxiii. hi enim multiplicato c.effecti sunt. Minor est igitur proportio.a.atq3.b.numerorum cōma continentium q̃3.lxxiiii.ad.lxxiii. Sed paulo ante monstratum est eadem cōmatis proportionē maiorē esse q̃3.lxxv.ad.lxxiiii. Mōstrati sunt igitur numeri. Qui cōma continent maiorem quidem inter se habere proportionem quam.lxxv.ad.lxxiiii. Minorē vero q̃3.lxxiiii.ad.lxxiii.quod oportebat ostendere.




C Quod semitonium min⁹ maius quidem sit q̃3.xx.ad xviiii.minus q̃3.xviiii ad.xviii. Ca. 13.

Quod si ad semitonium minus talis speculatio conuertatur: eius quoq3 proportionem facillime reperiemus. Que constat inter cclvi.et ccxliii. Sit igitur.cclvi.a.ccxliii.B.horū differentia.xiii.e. Dico q̃it.a.ad.b.minorem retinet proportionem: q̃3.xviiii.5.ad.xviii.5. Metiatur enim.C.xviiii.semis id quod est.a.fiunt.cclii.5. Quod fit.d.qui sc3 comparatus ad.a.eode3 a duob⁹ semisq3 transcenditur

Sitq3 hec differentia.f.sc3 duo et.5.rursus eadem.i.differentia.b.numerum metiatur octies decies semis: fiet.ccxl.5.quod fit e.igit.e.Comparatus ad.b.eodem.e.trāscenditur.i.duob⁹ et semis.d.igitur ab eo quod est a et rursus.e.ab eo quod est.b.eadem.f.differentia sunt minores. Subtracto igitur f.ab eo quod est a atq3 b facti sunt d atq3 e. Maiorem igitur proportionem tenent inter se.d.atq3.e.quam a atq3 b. Sed d atq3 e eandem retinent proportionē inter se: q̃3.xviiii.5.ad.xviii.5. A.igitur ad.b.minorem retinet proportionem quam.xviiii.5.ad.xviii.5. Quod oportebat ostendere.




¶ Videtur tamen eadem proportio.cclvi.ad.ccxliii.maior esse ab ea quam continent.xx.&.xix. Sint enim.a.b.c. Idem qui superius descripti sunt. Metiatur igitur.c. differentia.a.terminum vigies:fient.cclx. Qui sunt.d. qui comparati ad id quod est.a.eandem quaternario transcendunt.hic sit.f. Rursus idem.c.metiatur.b.decies novies fient.ccxlvii.hic sit.e.qui comparati ad.b.eodem.f.transcendunt. Adiecto igitur.f.his qui sunt.a.atq;.b.facti sunt.d.atq;.e. Maior igitur est proportio eorum qui sunt.a.atq;.b.q̃ eorum qui sunt.d.atq;.e. Si.d.atq;.e.vigies atq; decies novies multiplicatus.c.numerus efficit. Maior igitur est proportio eorum qui sũt.a.atq;.b.qui.f.semitonium continent: quam ea que est.xx.ad.xviii. Demonstratum igitur est semitonium minus maiorem quidem habere proportionem quam.xx.ad.xviiii.minorem vero quam.xviii.s.ad.xvii.s. Nunc idem minus semitonium cõmati comparemus quod est ultimum. Auditui subiacens: ultimaq; proportio.




¶ Semitonium minus maius quidem esse tribus cõmatibus:min⁹ vero quatuor. Capitulum. 14.

Igitur demonstrandum proponim⁹ semitonium minus maius quidem eẽ cõmatib⁹ tribus min⁹ vero quatuor. Quod hinc facillime possis agnoscere. Sint tres numeri ita dispositi: ut inter se proportionem contineant diapason:& eam que dicitur sextonorum. Sint enim.a.cclxii.cxliiii.intẽdantur igitur ad.b.quidem quinq; toni continui.& sit.b.ccclxxii.cxxxii.ad.c.autem diapason consonantia referatur & sit.c.dxxiiii.cclxxxviii. Ad.d.autem sextoni intendantur:sitq;.dxxxi.ccccxli.his ita dispositis & constitutis manifestum est inter.c.atq;.d.cõma constitui.eorũq; differentiam esse.vii.cliii. Id autẽ sit.k.remittantur igitur duo toni ab eo quod est.B.ad.id quod est.e. Et sit.e.ccclxxiii.ccxlviii. Rursus ab eo quod est.e.intendo diatessaron ad id quod est.f.cccxcvii.dclxiiii.quoniam igitur inter.e.atq;.b.duo sunt toni.inter.e.atq;.f.diatessaron:inter.b.igitur.atq;.f.minus semitonium reperitur. Sublatis enim a diatessaron consonantia duobus tonis fit reliquum semitonium minus: quod in primis numeris constare predixi.cclvi.ccxliii. Quos eosdẽ numeros si milies nonagenties quadragies quaterq; multiplices.b.atq;.f.numeros explicabis. Quos necessarie ẽ eandem proportionem superius dictis numeris continere.qui uno atq; eodem numero idest.M.cccxliiii.pariter multiplicati creuere. Item ab eo quod est.f.intendo diatessaron.f.ad.g.& sit.g.dclxiii.dlii. Rursus ab eodẽ.g.remitto ad.p.duos tonos.& sit.p.dxxiiii.cclxxxviii Quod.p.necessarie est: ut eũdem sonum:quem.c.numerus exhibeat. Ad equalitatem nãq; eius talitratione progressus est. Et enim ea que est.a.c.diapason consonantia que constat quinq; tonis ac duobus semitoniis minoribus.ab.vi.tonis cõmate superatur. Ab eodem igitur.a.termino numerus.p.quinq; tonis ac semitoniis duob⁹ recessit hoc modo.ab eo quod est.a.usq; ad id quod est.b.quinq; nimirum colliguntur toni.ab eo autem quod ẽ b.usq; ad id quod est.f.minus esse semitonium pernotatur.f.vero atq;.p.idem rursus semitonium minus includunt.a.igitur usq; ad.p.quinq; tonos ac duo semitonia minora produxit.iure igitur.p.atq;.c.eisdem numeris conscribuntur. Sed quoniam inter.f.atq;.c.semitonium minus est.videamus hec que sit eorum differentia: ut eam cõmati comparemus. Est autem eorum differentia.xxvi.dcxiiii.& sit hec.m. Igitur.k.cõmatis differentia est.M.autem semitonii minoris. Si igitur.k.numerum tertio auxerimus:fiet numerus.xxi.cccl viiii. Et sit hic.l. Si vero quater eũdem numerũ.k.multiplicare voluerim⁹ fiet.xxviii.dcxij.& sit hoc.N.igit.M.maior quidem est ab.l.Idem autem.M.minor est ab.N.Sz.n.quater auctio cõmate succreuit.l.autem tertio.M.vero semitonii minoris obtinet differentiam. Iure igitur dictum est minus semitonium minus quidem eẽ q̃ quatuor cõmata:maius vero q̃ tria.




¶ Apotomē maiorē esse q̄. iiii. cō mata minorē q̄. v. tonum maiorē q̄. viij. minorem q̄. viiii. Ca. 15.

(e) Adē hac rōne et semitoniū mai⁹ q̄ apotomē mai⁹ supradicti retulim⁹: quot comatū sit possum⁹ invenire hoc mō. Sit. a. cclxii. cxliiii. Quinqz v̄o ab eo distās tonis sit. b. ccc xxi. cccxii. Sex v̄o distās tonis ab eo qd̄ ē. a. sit. d. l. dcxxi. cccxli. Inter. b. igit᷑ atqz. d. ton⁹ ē. b. v̄o ab eo qd̄ ē. c. distat p̄ semitoniū min⁹ et sit. c. ccccxcvii. dclxiiii. Relinqt᷑ ergo inter. c. atqz. d. apotome pportio, nā cū sit ton⁹. b. d. ex eo si auferas. b. c. semitoniū min⁹: c. d. relinqt᷑ mai⁹: qd̄ apotomē eē sup̄ retulim⁹. Inter. d. igit᷑ atqz. c. ē dr̄ia. xxxiii. dcclxxvii. Hic aūt sit. e. sz erat cōma dr̄ia vii. cliii. hic sit. f. Si igit᷑. f. id q̄ ē cōma qnqes multiplicē: fiet mihi. xxxv. dcclxv. et sit hoc. G. Si v̄o idē. f. quater multiplicē sit. l. nūer⁹: q̄ ē. xxviij. dcxii. G. igitur ab eo qd̄ ē. e. mai⁹ ē. l. min⁹. Sz. g. quiquies auctū ē cōma l. v̄o q̄ter ē aūt apotomes dr̄a. e. iure igit᷑ dcm̄ ē: apotomen minorē qdē eē quā quinqz cōmata: maiorē v̄o quam q̄tuor. Ex hoc igit᷑ cōprobat᷑ tonū maiorē quidē eē quaz sint octo cōmata minorē v̄o quā novē. Nā si min⁹ semitoniū mai⁹ quidē ē quā tria cōmata min⁹ v̄o quā q̄tuor apotome aūt maior quidē ē quā q̄tuor cōmata minor v̄o quā quinqz: iūctū semitoniū min⁹ semitonio maiori: qd̄ ē apotome: erit oē mai⁹ quidē octo cōmatibus min⁹ vero q̄ā novem. Sz apotome atqz semitoniū min⁹ vnū efficiūt tonū Ton⁹ igit᷑ maior quidē ē. viii. cōmatib⁹: minor vero. ix.




Superius dictorum per numeros demonstratio. Capitulum. 16.


Sed quamquam per hanc rationem demonstratum sit: quemadmodum tonus comatibus compararetur: non est tamen quasi segnibus dedissimulandum: quo minus per se hanc contra comata comparationem retinere tonus ipse monstretur. Sit igitur. a. quidem. cclxii. cxliiii. b. autem quinque distans tonis. cccclxxii. cccxcii. C. vero diapason ad id quod est. a. continens symphoniam scilicet in numeris. dxxiiii. cclxxxviii. d. autem ab eo quod est. a. sex tonos totos differens. dxxxi. ccccxli. d. igitur ab eo quod est. c. distat comate sex toni. f. ab diapason consonantia. id autem sit. e. vii. cliii. d. autem ab eo quod est. b. tono integerrimo distat. vi. f. toni quinque tonis. id autem sit. f. lix. xlix. Si igitur. e. novies augero: fiet mihi. h. lxiiii. ccclxxvii. Sin vero octies: fiet. lvii. ccxxiiii. Id sit. G. Sed. h. quidem. f. numero comparatus superat: G. vero superatur. et est. f. toni differentia. h. autem novies multiplicatum coma. g. vero octies demonstratus est igitur tonus minor quidem. viiii. comatibus: octo comatibus maior.



Ita his premissis licet maius semitonium minore semitonio comate distare monstratum sit: tamen idem quoque per se et per subiectos numeros tali ratione probabitur. Sit. a. numerus. cccclxxxxvii. dclxiiii. ab eo vero semitonium minus distans sit. b. numerus: qui iam supra quoque descriptus est. dxxiiii. cclxxxviii. apotome vero distet ab eo quod est. a. Is numerus: qui colligitur unitatibus. dxxxi. ccccxli. et sit hic. c. Quoniam igitur. a. b. minus semitonium. a. c. maius: differentia eius quod est. c. ab eo quod est. b. perquirenda est. Ea est. vii. cliii. id sit. d. Sed hic numerus quondam coma monstrabat. inter maius igitur semitonium ac minus coma differentiam facit.



Rursus demonstrandum propono tonum duobus semitoniis minoribus solo comate esse maiorem. Sit. a. numerus. cccclxxii. cccxcii. Ab hoc intendatur tonus. dxxxi. ccccxli. et sit hic. d. ab eo vero quod est. a. intendatur semitonium. Minus quod est. b. ac sit. b. cccclxxxxvii. dclxiiii. Item ab eo quod est. b. semitonium aliud intendatur minus quod est. c. et sit. c. dxxiiii. cclxxxviii. Quoniam igitur. a. d. tonus est. a. c. vero duo continent minora semitonia videamus que sit differentia inter. c. atque. d. numeros constituta. Est autem. e. scilicet unitatum. vii. cliii. Demonstratum est igitur tonum duobus semitoniis minoribus comate esse maiorem. Sed quoniam omnia iam que probanda promisimus: propria ratione monstrata sunt: nunc quod superest musice institutioni: regularis monochordi facienda est partitio. Quam rem quoniam longior tractatus extendit: in posterioris commentarii disputationem censuimus transferendam.




Eiusdem Boetii de Musica liber quartus.

Uocum differentias in quantitate consistere. Ca. I.


E si omnia que demonstranda erũt superioris libri tractatione digessimus: non penitet tamen rursus eadem memorie recolligenda prestare cum quadam diuersitate tractatus vt his rursus ad memoriam redeũtibus ad regule diuisionem: quo tota tendit intentio: veniamus. Si foret rerum omnium quies: nullus auditum sonus feriret. Id autẽ fieret quoniaz cessantibus motibus cunctis nulle inter se res pulsum cierent. vt igitur sit vox: pulsu est opus. Sed vt sit pulsus: mot⁹ necessarie est antecedat. Ut ergo sit vox: motum eẽ necesse est: Sed omnis motus habet in se tum velocitatem: tum etiam tarditatem. Si igitur sit tardus in pellendo motus: grauior redditur sonus. Nam vt tarditas proxima stationi est: ita grauitas contigua taciturnitati. Uelox vero motus acutam voculam prestat. Preterea: que grauis est: intensione crescit ad medium. Que vero acuta: remissione decrescit ad medium. Unde fit vt omnis sonus quasi ex quibusdam partibus compositus esse videatur. Omnis autem partium coniunctio proportione cõmittitur. Sonorum igitur coniunctio proportionibus constituta est. Proportiones autem principaliter in numeris considerantur: proportio vero simplex numerorum vel in multiplicib⁹ vel in superparticularib⁹ vel in superpartientibus inuenitur. Secundũ vero multiplices proportiones vel superparticulares consone vel dissone voces exaudiuntur. Consone quidem sunt: que simul pulse suauem permixtumq₃ inter se coniungunt sonum. Dissone vero que simul pulse: non reddunt suauẽ neq₃ permixtum sonum. his igitur ita predictis de proportionibus pauca dicamus.

Diuerse de interuallis speculationes. Ca. 2.


Si interuallum multiplex binario multiplicetur: id quod fit ex hac multiplicatiõe: interuallum multiplex est. Sit multiplex interualluz b.c. et b. multiplex eius quod est. c. et fiat vt est. c. ad. b. ita. b. ad. d. Quoniam igitur. b. multiplex est eius quod est. c. metitur. c. terminus id quod est. b. vel bis vel tertio vel deinceps. et est. vt. c. ad. b. ita. b. ad. d. Metitur igitur. b. terminus id quod est. d. Quo circa quia. c. terminus id quod est. b. metitur: metitur etiaz. d. Multiplex est igitur. d. eius quod est. c. et est. c. d. Interuallum effectum ex composito bis copulatoq₃ sibimet et per binariũ multiplicato. b. c. interuallo. in numeris quoq₃ idez probatur. Sit enim. b. ad. c. duplum: vt binarius ad vnitatem et fiat vt. c. ad. b. ita. b. ad. d. Erit igitur. d. quaternarius. Multiplex est. b. ad. c. idest binarius ad vnitatem. Multiplex est igitur. d. quaternarius ad. c. vnitatem. Est autem quadruplus quaternarius vnitatis ex binario multiplicata medietas quod est interualluz. b. c.




Si interuallum binario multiplicatum multiplex effecerit interuallum: ipsum quoq₃ multiplex erit. Sit interuallum. b. c. et fiat vt. c. ad. b. ita. b. ad. d. et. d. sit ad. c. multiplex. Dico: quia. b. eius quod est. c. multiplex est. Quoniam enim. d. eius quod est. c. multiplex est: metietur. c. id quod est. d. metietur et. b. Ostensum vero ẽ quoniam si sint termini proportionaliter constituti: cum prim⁹ fuerit vltimo comparatus: si primus vltimum fuerit mensus: metietur et medium. c. igitur metitur id quod ẽ. b. Multiplex est igitur. b. ei⁹ quod ẽ. c. Id rursus ex numeris sit. c. vnitas. d. vero ex duplicata proportione. b. c. sit quaternarius: et ẽ multiplex ei⁹ quod est. c. Est enim quadrupl⁹. Quoniam igitur hic quadruplus ex duplicata. b. c. proportiõe generatur. b. c. proportio dimidium ei⁹ erit. igitur. b. c. proportio dupla ẽ. Sed duplum multiplex est. Erit igitur b. c. proportio multiplex.




Superparticularis interualli medius numerus neque vnus neque plures proportionaliter interuenient. Sit enim b.c. proportio superparticularis & in eadem proportione minimi sint. d.f.& g. Quoniam. d.f.& g. minimi sunt in eadem proportione: sunt eiusdem proportionis primi. Quo circa eos vnitas metietur. Auferatur igitur. g. ab d.f. & relinquatur. d. hic est igitur vtrorumque mensura communis. hec igitur erit vnitas. Quo circa nullus inter. f. d. atque. g. incidet numerus: qui sit ab. f. d. quidem minor maior vero ab. G. Sola enim inter est vnitas quanti vero in superparticularibus proportionibus proportionaliter inter eiusdem proportionis minimos intercidunt: tot etiam inter ceteros eiusdem proportionis incident. Sed nullus inter. f. d. atque. g. minimos eiusdem proportionis interuenire potest. Nullus igitur inter. b. atque. c. proportionaliter cadet. & in numeris sit quelibet superparticularis proportio: vt sesqualtera. hi vero sunt. x. & xv. in eadem vero proportione minimi. ii. & iii. aufero de. iii. binarium sit reliqua vnitas: eadem vtrosque metitur: Nullus erit igitur inter binarium ternariumque numerus: qui sit binario maior: minor vero ternario. Alioquin vnitas diuideretur quod est inconueniens. Quare nec inter. x. quidem atque. xv quisquam inuenietur numerus: qui talem ad. x. obtineat proportionem qualem ad eum tenent. xv.



Si interuallum non multiplex binario multiplicet id quod fit ex hac multiplicatione nec multiplex est nec superparticulare. Sit enim interuallum non multiplex b.c. & fiat vt. c. ad. b. sic. b. ad. d. Dico quoniam. d. eius quod est. c. neque multiplex est neque superparticularis. Sit enim si fieri potest primum. d. eius quod est. c. multiplex. Et quoniam cognitum est. Si interuallum binario multiplicatum sit. & multiplex interuallum creatum. id quod multiplicatum est bis interuallum esse multiplex. Erit igitur. b.c. multiplex. sed non est positum. Non igitur erit. d. eius quod est. c. multiplex: nec vero superparticulare. Nam superparticularis proportionis medius proportionaliter terminus nullus interuenit. inter. d. vero. & c. est proportionaliter terminus constitutus. idest. b. Nam vt. c. ad. b. ita. b. ad. d. impossibile igitur erit. d. eius quod est c. vel multiplicem esse vel superparticularem: quod oportebat ostendere. Et in numeris sit non multiplex interuallum. vi. ad. iiii. fiatque vt sunt. iiii. ad. vi. ita sex ad aliquem quemlibet numerum. hic erit igitur nouenarius. Qui quaternarij neque multiplex neque super particularis est.




Si interuallum binario multiplicetur: atque id quod ex ea multiplicatione creabitur multiplex non sit: ipsum quoque non erit multiplex. Sit enim interuallum. b.c. fiatque vt. c. ad. b. ita. b. ad. d. & non sit. d. eius quod est. c. multiplex. Dico quoniam nec. b. eius quod est. c. erit multiplex. Si enim est: & d. eius quod est. c. est multiplex. At non est: Non erit igitur. b. eius quod est. c. multiplex.




Duplex interuallum ex duobus maximis superparticularibus coniungitur sesqualtero & sesquitertio. Sit enim. a. quidem eius quod est. b. sesqualter. b. vero eius quod est. c. sesquitertius. Dico quoniam. a. eius quod est c. duplex est. Quoniam igitur sesqualter est. a. eius quod est. b. igitur. a. habet in se totum. b. eiusque dimidium. Duo igitur. a. equi sunt tribus. b. Rursus quoniam. b. eius. quod est. c. sesquitertius est. b. igitur habet. c. & eius tertiam partem. Tres igitur. b. equi sunt ad quatuor. c. Tres autem. b. equi erant duobus. a. Duo igitur. a. equi sunt ad quatuor. c. vnus igitur. a. equus est duobus. c. Duplex


erit igitur.a.eius qui est.c.triplex. Et in numeris. Sit enim sesqualter.xii.ad.viii. Sesquitertius vero.viii.ad.vi. Ergo.xii.ad.vi. Duplices sunt.




Ex duplici intervallo atque sesqualtero triplex nascitur intervallum. Sit enim.a.eius quod est.b.duplex. b.autem eius quod est.c.sesqualter. Dico quoniam.a.eius quod est c triplex est. Nam quoniam.a.eius quod est.b.duplex est a.igitur equus est duobus.b. Rursus quoniam.b.eius quod est.c.sesqualter est.b.igitur habet in se totum.c. et eius dimidiam partem. Duo igitur.b.equi sunt tribus c. Sed duo.b.equi erant uni.a.et unus igitur.a. equus est tribus.c. Igitur.a.uno.c.triplex est. Et in numeris sit duplex quidem senarius ternario: sesqualter vero ternarius binario. Senarius igitur triplex est binario.



Si sesqualtero intervallo sesquitertium demptum fuerit intervallum: erit quod relinquitur sesquioctavum. Sit enim.a.quidem eius quod est.b.sesqualter. At vero.c.eius quod est.b.sesquitertius. Dico quoniam.a.eius quod est.c.sesquioctavus est. Quoniam enim.a.eius quod est b.sesqualter est.a.igitur habet.b.et eius dimidiam partem. Octo igitur.a.equi sunt ad duodecim.b. Rursus quoniam.c.eius quod est.b.sesquitertius est.c.igitur habet in se.b.et tertiam eius partem. Novem igitur.c.equi sunt ad duodecim.b. Duodecim autem.b.equi erant ad octo.a. Et octo igitur a equi sunt ad novem.c. Igitur.a. equus est ei quod est.c.et octave eius parti. A. igitur eius quod est.c.sesquioctavus est. Et in numeris sesqualterum quidem intervallum sit novenarius ad senarium. Sesquitertium vero octonarius ad senarium. Novem igitur ad octo sesquioctava proportio est.



Sex proportiones sesquioctave maiores sunt uno duplici intervallo. Sit enim quidem numerus.a. huius autem sit sesquioctavus.b. huius sesquioctavus.c. et huius sesquioctavus.d. et huius sesquioctavus.f. eiusque sesquioctavus:g. atque huius sesquioctavus.h. Id autem fiat secundum descriptum in Arithmetica modum. et sint numeri.a.b.c.d.f.g.h. et sit.a.cclxii.cxliiii. huius autem sesquioctavus qui est.b.ccxciiii.dcccxii.huius autem sesquioctavus qui est.c.cccxxxi.dcclxxvi.huius autem sesquioctavus qui est.d.ccclxxiii.ccxlviii.huius autem sesquioctavus qui est.f.ccccxix.dcccciiii.huius autem sesquioctavus qui est.g.cccclxxii.cccxcii. huius autem sesquioctavus qui est.h.dxxxi.ccccxli. Et sunt.dxxxi.ccccxli. que est h.plusque duplices ad ducenta.lx.duo milia.c.xliiii.quod est.a. Sex igitur sesquioctave proportiones. Ampliores sunt uno duplici intervallo.



C Musicarum per grecas ac latinas litteras notarum nuncupatio. Capitulum. 3.

Et quoniam sum⁹ neruum secundum predictas consonantias per regulam diuisimus: quoniamque necessarios sonos trib⁹ generib⁹ cantilenę exhibebit ista partitio: musicas interim notas apponere: vt cum diuisam lineam hisdem notulis signauerimus: quod vnicuique sit nomen: facillime possit agnosci. Ueteres enim musici propter compendium scriptionis: ne integra semper nomina necessarie esset apponere: excogitauere notulas quasdam: quibus neruorum vocabula notarentur: easque per genera modosque diuisere. Simul etiam hac breuitate captantes: vt si quando melos aliquod musicus voluisset ascribere super versum rithmica metri compositione distentum: has sonorum notulas ascriberet. ita miro modo repenientes: vt non tantum carminum verba: quę litteris explicarentur: Sed melos quoque ipsum: quod his notulis signaretur: in memoriam posteritatemque duraret. Sed ex his omnibus modis vnum interim lidium eiusque notulas per tria genera disponemus: in reliquis modis idem facere in tempus aliud differentes. Sane si quando dispositionem notarum litterarum grecarum nuncupatione descripsero: lector nulla nouitate turbetur. Grecis enim litteris nunc in quamlibet partem imminutis: nunc etiam in flexis: tota hec notarum descriptio constituta est. Nos vero cauemus aliquid ab antiquitatis auctoritate transuertere: Erunt igitur priores ac superiores notulę dictionis. i. verborum: secundę vero atque inferiores percussionis proslambanomenos


quę adquisitus dici potest. Z. non integrum et tau iacens. ꝼ. Hypate hypaton quę est principalis principalium. ⅂ conuersum. et. ꝼ rectum. ⅃⊢. Parhypate hypaton. idest sub principalis principalium. B. non integrum. et. ꝼ. supinum L B. hypaton enarmonios: quę est principalium enarmonios. A. supinum. et r. conuersum retro habens virgulam. ⅂ V. hypaton cromatice quę est principalium extenta. A. supinum: habens lineam et. r. conuersum duas habens lineas. ⅂ V. hypaton diatonos quę est principalium extenta. φ. grecum digamon. φF. hypate meson quę est principalis mediarum. c. et. c. Ȿ. parhypate meson quę est sub principalis mediarum. 9. et. c. supinum. Ꞓ. Meson enarmonios quę est mediarum enarmonios. π. grecum. et. c. conuersum. π϶. Meson cromatice quę est mediarum cromatica. π. grecum habens virgulam et. c. conuersum per medium habens virgulam. π϶. Meson diatonos quę est mediarum extenta. π. grecum et. N. grecum diductum. N. Mese quę est media. i. et. λ. iacens. λ. Trite synemenon quę est tertia coniunctarum. θ. λ. supinum. Ꞓ. Synemenon enarmonios quę est coniunctarum enarmonios. H. grecum. et. λ. iacens conuersum per medium habens virgulam. λH. Synemenon cromatice: quę est coniunctarum cromatica. H. grecum habens virgulam et A. conuersum habens virgulas. λH. Synemenon diatonos quę est coniunctarum extenta. r. et. H Nete synemenon quę est vltima coniunctarum. ω. quadratum supinum. et. z. paramese quę est sub media. π. et n. grecum iacens. Ȥ. Trite diezeugmenon: quę tertia diuisarum est. E. quadratum. et. π. grecum supinum. ЧC.

diezeugmenon enarmonios: que est diuisarum enarmoni os. Λ. τ. π. grecum iacens conuersum. ⩡. diezeugmenō cromatice que est diuisarum cromatica. Λ. habens virgu lam τ. π. grecum iacens conuersum habens lineā angu larem. ⊏ Λ. Diezeugmenon diatonos que est diuisarū diatonos. ω. quadratum τ supinum. τ. Ζ. Nete die zeugmenon que est vltima diuisarum. φ iacens. τ. Ν. in uersum diductum. Ν Θ. Trite hyperboleon que est tertia excellentium. γ. deorsum respiciens dextrum τ semi. α. sinistrum sursum respiciens. υ Λ. hyperboleon enarmo nios que est excellentium enarmonios. τ. supinum τ se mi. Λ dextrum supinum. ν ⊥. hyperboleon cromatice que est excellentium cromatica. τ. supinum habens lineam τ semi. Λ. dextrum supinum habens retro lineā. ∇ ⊥. hy perboleon diatonos que est excellentium extenta. μ. gre cum habens acutam. τ. π. diductum habens acutā. π μ. Nete hyperboleon. i. habens acutam. τ. Λ. iacens hēns acutam. ι ⋖.


Ζ ⊔	Proslambanomenos	μ Ν	Lichanos meson diatonos	Λ ⊐	Parañ. diezeug. enarm.
7 Γ	Hypate hypaton	Ι Λ	Mese	Λ ⊐	Parañ. diezeug. chrōa.
Β L	Parhypate hypaton	θ V	Trite synēmenon	ω Ζ	Parañ. diezeug. diatonos
ψ ⊤	Lichāos hypatō enarm.	Η Λ	Paranete synē. enarm.	Θ Ν	Nete diezeugmenō
ψ ⊤	Lichanos hypatō chrōa.	Η Λ	Paranete synē. chroma.	⋖	Trite hyperboleon
Φ ϝ	Lichāos hypatō diato.	Γ Ν	Paranete synē. diatonos	⊥ ν	Paran. hypbolcō. enarm.
ϲ C	Hypate meson	ω Ζ	Nete synēmenon	⊥ ν	Parañ. hypbolcō chrōa.
Ρ Ϲ	Parhypate meson	Ζ Ξ	Paramese	μ π	Parañ. hypbolcō diatoñ.
π ͻ	Lichanos mesō enarm.	Ε μ	Trite diezeugmenō	ι ⋖	Nete hyperboleon
π ͻ	Lichanos meson chroma.				


¶ Monocordi regularis partitio in genere diatonico. Capitulum. 4

Ost monocordi regularis diuisionem adiiciendis arbitror esse ea: in quibus veteres musice doctores sententie diuersitate discordant: habendumq; de omnibus subtile iudicium: atq; id quod proposito deest operi: mediocris doctrine dispositione supplendum est. Potest enim alia quoq; esse diuisio: in qua non vnus tantummodo neruus assumitur: qui positis proportionibus diuidatur: verum octo: atq; eiusmodi cithara fiat: aut in pluribus: et quanti necessarii sint nerui: tota proportionum ratio quasi oculis subiecta cernatur.

¶ De vi armonice: et que sint eius instrumenta iudicii et quonam vsq; sensibus oporteat credi. Ca. I.

S

Ed de his paulo post loquemur. Nunc dicendum que sit vis harmonice: de qua tractare instituentes. iiii. libros impleuimus. Naturam vero eius vnacq; exprimendam in huius quinti voluminis seriem distulimus. Armonica est facultas differentias acutorum et grauium sonorum sensu ac ratione perpendens. Sensus enim ac ratio quasi quedam facultatis armonice instrumenta sunt. Sensus namq; confusum quiddam ac proxime tale: quale est illud quod sentit: aduertit. Ratio autem diiudicat integritatem: atq; vnas persequitur differentias. Itaq; sensus inuenit quidem confusa ac proxima veritati: Accipit vero ratione integritatem. Ratio vero ipsa quidem inuenit integritatem: accipit vero sensu confusam ac proximam veri similitudinem. Nam neq; sensus nihil concipit integritatis: sed vsq; ad proximum venit. Ratio vero diiudicat: velut si quis manu circulum scribat: fortasse eum vere circulum oculus arbitretur. Ratio vero nullo modo esse id quod simulatur: intelligit: hoc vero ic circo est: quoniam sensus circa materiam vertitur: speciesq; in ea comprehendit: que ita sunt fluide: atq; imperfecte. neq; determinate: et vsq; ad vnguem expolite: sicut est ipsa materia. Quare ipsum quoq; confusio sequitur: mentem vero atq; rationem quoniam materia non moratur: Species quas peruidet: preter subiecti communionem intuetur. atq; ideo eam integritas comitatur ac veritas. potiusq; in sensum quod peccat: aut minus est: aut emendat aut complet. fortasse autem id quod sensus non integre: sed confuse: atq; a veritate minus quasi quidam incallidus estimator agnoscit in singulis minus habeat erroris: collecta vero multiplicantur in summam: atq; id circo magnam faciunt differentiam. Nam si duas voculas tono sensus distare arbitretur: neq; distent: rursusq; ab vna earum tono putet distare tertiam: neq; integra ac toni vera sit distantia. Item tertie quarteq; toni sensus differentiam putet: atq; in eadem quoq; erret: neq; sit differentia toni. ab hac etiam quarta quintam distare semitonii putet: neq; vere: neq; integre estimet: in singulis fortasse minus videatur erratum: quod vero in primo tono sensus reliquit: atq; id quod in secundo et tertio atq; in quarto semitonio peccatum est: in vnum congregatum atq; collectum efficiet: vt prima vox ad quintam vocem diapente non contineat consonantiam. quod oportebat fieri si tonos tres ac semitonium sensus integre iudicasset. Quod igitur in singulis tonis minus peruidebatur: id collectum in consonantiam euidenter apparuit. atq; vt peruideas sensum quidem confusa colligere: nullo modo autem ad integritatem rationis ascendere: sic consideremus. Date enim linee maiorem minorem ne aliam reperire nihil est difficile sensui. proposita vero mensura: vt tanto maiorem: tanto ue minorem reperiat: id non faciet sensus. Prima conceptio: sed solers rationis inuentio. vel si rursus datam lineam propositum sit vel duplicare: vel dimidiam secare: id fortasse licet paulo difficilius quam confuse maiorem minorem ue reperire: poterit tamen sensus inuentione constitui. Si vero imperetur: vt proposite linee tripla ponatur: vel ab ea pars tertia recidatur: vel quadrupla constituatur: vel pars quarta resecetur: non ne impossibile sit sensui: nisi integritas rationis accedat: hoc ideo quia processus quidem rationi locus accrescat: deficit sensui. Si enim octauam partem proposite linee auferre aliquis imperetur: vel eiusdem octuplam dare cogatur: totius quidem sumere dimidiam compellitur: dimidieq; dimidiam: vt si quarta: quarteq; dimidium: vt sit octaua. Rursusq; totius duplam: dupleq; duplam: vt sit quadrupla: quadrupleq; duplam: vt sit octupla. Itaq; in tanta rerum numerositate nihil efficit sensus: Cuius omne iudicium subitum atq; in superficie positum integritatem perfectionemq; non explicat. Iccirco non est aurium sensui dandum omne iudicium: sed exhibenda est etiam ratio que errantem sensum regat ac temperet: qua labens sensus deficiensq; veluti baculo innitatur. Nam vt singule artes habent instrumenta quedam: quibus partim confuse aliquid informent: vt asciculum: partim vero quod est integrum: deprehendant: vt circinum. Ita etiam armonica vis habet duas iudicii partes: vnam quidem huius-

modi: per quam sensus comprehendit subiectorum differentias vocum. Aliam vero: per quam ipsarum differentiarum integrum modum mensuramque considerat.

¶ Quid sit armonica regula: vel quam intentionem armonici pythagorici: vel aristoxenus: vel ptolomeus esse putent. Capitulum. 2.

b Huiusmodi igitur instrumentum in quo rationis adhibito modo sonorum differentie perquiruntur: vocatur armonica regula. in que re multorum doctorum sententie discordia fuit. Quidam enim qui pythagoricis disciplinis maxime crediderunt: hanc intentionem armonice esse dicebant: ut cuncta rationi consentanea sequerentur. Sensum enim dare quedam quodam modo seminna cognitionis: rationem vero perficere. Aristoxenus vero econtrario rationem quidem comitem ac secundariam esse dicebat: cuncta vero sensus iudicio terminari: et ad eius modulationes consensumque esse tenendum. A ptolomeo autem quodam modo alio armonice definitur intentio. ea scilicet ut nihil auribus rationique possit esse contrarium. Id enim secundum ptolomeum armonicus videtur intendere: ut id quod sensus iudicat ratio quoque perpendat: et ita ratio proportiones inveniat ut ne sensus reclamet: duorumque horum concordia omnis armonice intentio misceatur. Atque in eo maxime aristoxenum ac pythagoricos reprehendit quod aristoxenus nihil rationi: sed tantum sensibus credit: pythagoricos autem: quod minimum sensibus: plurimum tamen proportionibus rationis invigilent.

¶ In quo aristoxenus vel pythagorici vel ptolomeus gravitatem atque acumen constare posuerunt. Ca. 3.

q Quoniam vero sonum omnes esse consentiunt aeris percussionem: gravitatis atque acuminis differentiam diversa ratione ponebant aristoxenum secuti: et pythagorici. Aristoxenus quippe sonorum differentias secundum gravitatem atque acumen arbitratur in qualitate consistere pythagorici vero in quantitate ponebant. Ptolomeus autem pitagoricis propior videtur. Idcirco quoniam ipse quoque gravitatem atque acumen non in qualitate putat: sed in quantitate constitui. Et enim spissiora ac subtiliora corpora acumen: rariora et vastiora edere gravitatem: ut nihil nunc de intensionis relaxationisque modo dicatur. Quamquam etiam cum relaxatur aliquis quasi sit rarius atque crassius Cum vero intenditur: spissius redditur: subtiliusque tenuatur.

¶ De sonorum differentiis ptolomei sententia. Capitulum. 4.

h His igitur ita expeditis differentias sonorum ptolomeus dividit hoc modo. Vocum alie sunt unisone: alie minime. unisone sunt: quarum unus sonus est vel in gravi vel in acuto. Non unisone vero: quando alia est gravior: alia acutior. Harum partim ita sunt: ut earum inter se differentia communi fine iungatur. Non enim discreta est: sed a gravi in acutum ita ducitur: ut continua videatur. Alie vero sunt non unisone: quarum differentia silentio interveniente distinguitur: ut vero voces communi fine iungantur: fit hoc modo. Sicut enim cum in nubibus arcus aspicitur: ita colores sibimet sunt proximi: ut non sit certus finis: cum alter ab altero disgregatur. Sed ita verbi gratia a rubro discedit ad pallidum: ut per continuam mutationem in sequentem vertatur colorem nullo medio certoque interveniente: qui utrosque distinguat: ita etiam fieri solet in vocibus: ut si quis percutiat nervum eumque dum percutit torqueat: evenit: ut in principio pulsus gravior sit: dum torquetur vero vox illa tenuetur: continuique fiant gravis vocis sonitus et acute.

¶ Que voces armonie sint apte. Ca. 5.

c Cum igitur non uni sonantium vocum alie sint continue: alie disgregate: Continue quidem tales sunt: ut inter se earum differentia communi fine iungatur: nec habeat locum designatum vox acuta gravisque: quem teneant. Discrete vero habent propria loca: veluti colores impermixti quorum differentia visitur suo quodam loco constituta. Continue quidem non unisone voces ab armonica facultate separantur. Sunt enim sibi ipsis dissimiles: nec unum aliquid personantes. Discrete vero voces armonice subiiciuntur arti. Potest enim distantium sibique dissimilium vocum differentia deprehendi. in quibus que iuncte efficere melos possint. ἐμμελεῖς dicuntur. ἐκμελεῖς. autem quibus iunctis effici non potest.

¶ Quem numerum proportionum pythagorici statuunt. Capitulum. 6.

c Consone autem vocantur: que copulatae mixtos suavesque efficiunt sonos. Dissone vero que minime. Et hoc quidem est ptolomei de sonorum differentia iudicium. Nunc autem quid a ceteris musicis in consonantiarum positione dissenserit: dicendum videtur: pythagorici enim consonantias diapente ac diatessaron simplices arbitrantur: atque ex his unam diapason consonantiam iungunt. Esse etiam diapente ac diapason: et bis diapason: Illam tripliciis hanc quadrupli. Diapason vero ac diatessaron consonantiam esse non estimant: idcirco quoniam non in superparticulari vel multiplici cadit comparatione: Sed in multiplici superpartiente. Est enim hec proportio vocum: ut octo ad. iii. si quis enim horum in medio quattuor ponat efficit terminos hos. viii. iiii. iii. Quorum octo ad. iiii. diapason efficiunt consonantiam. iiii. ad. iii. diatessaron octo vero ad. iii. in multiplici superpartiente constituitur. Que autem sit multiplex superpartiens comparatio: ex arithmeticis libris cognoscendum est: et ex his que secundo huius institutionis libro digessimus. Pythagorici autem consonantias in multiplicibus ac superparticularibus ponunt: sicut in eodem libro secundo: quartoque predictum est. A superpartientibus vero ac multiplicibus superpartientibus consonantiam separant. Quibus autem modis diapason quidem dupla: diatessaron vero sesquitertio: ac diapente sesqualtero iungunt pythagorici: ex secundo huius institutionis musice libro et quarto petendum est.

¶ Quod reprehendat ptolomeus pythagoricos in numero proportionum. Capitulum. 7.

r Reprehendit autem pythagoricos ptolomeus totamque eam quam predictis libris exposuimus demonstrationem pluribus modis. in quo totum illud etiam quod diatessaron ac diapente sesqualtero et sesquitertio coniungant. in reliquis vero superparticularibus cum eiusdem sint generis: nullas omnino applicent consonantias.

¶ Demonstratio secundum ptolomeum diapason et diatessaron consonantie. Ca. 8.

p Probat autem ex diatessaron et diapason quandam fieri symphoniam hoc modo. Quoniam enim diapason consonantia talem vocis efficit coniunctionem: ut unus atque idem nervus esse videatur. Idque pythagorici quoque consentiunt. Quocirca si qua ei consonantia fuerit addita: integra inviolataque servatur. Ita enim diapason consonantie additur tamquam uni nervo. Sit igitur diapason consonantia: que continetur inter hypaton meson et neten diezeugmenon. Utraque hec ita sibi consentit: atque coniungitur sono: ut una vox quasi unius nervi: non quasi duorum mixta pellat auditum Quamcumque igitur huic diapason consonantie consonantiam iunxerimus: servatur integra: quia ita iungitur tamquam uni voci eique nervo. Si igitur hypate meson et nete diezeugmenon in acutum diatessaron fuerint iuncte: si coniungitur nete quidem diezeugmenon ea que est nete hy-

perboleon; hypate autem meson ea que est mese: vtraq; ad vtrãq; consonabit. & mese ad netẽ diezeugmenõ: & eadem mese ad hypatẽ meson. Item nete hyperboleon ad netẽ diezeugmenon & ad hypatẽ meson. Item si ad graviorem partem vtriusq; diatessaron consonantie referentur: erit ad meses quidem hypaton diatessaron retinens cõsonantiã hypate hypaton: ad netẽ autem diezeugmenõ paramese. Consonabitq; & hypate hypaton ad hypaten meson. & ad neten diezeugmenon. ad paramesen nete diezeugmenon: & ad hypatẽ meson: Sed eo modo vt gravior que est: ad sibi quidem proximam diatessaron retineat consonantiam: ad vlteriorem vero diatessaron ac diapason: vt hypate hypaton ad hypaten meson diatessarõ ad netẽ diezeugmenon diatessaron ac diapason. Itẽ nete hyperboleon que est acutior: ad sibi proximam netẽ diezeugmenon diatessaron consonantiam: ad hypaten mesõ diatessaron ac diapason.

Que sit proprietas diapason consonantie.
Capitulum. 9.

(b) Hoc vero id circo evenire contendit: quõ diapason pene vna vocula est: taliſq; consonantia vt vnum quodammodo effingat sonum: & sicut denario numero qui fuerit additus intra eum posit⁹ integer inviolatusq; servatur: cum in ceteris ad ita minime eveniat: ita etiam in hac consonantia. Nam si duo tribus adijcias: quinq; continuo reddis: & numeri species immutata est. Si vero eosdem denario addas: duodecĩ feceris: & binarius iunctus denario conservatus est. Item ternarius ceteriq; eodem mõ. Ita igitur simphonia diapason quãcũq; aliam susceperit ꝯsonantiam: servat nec immutat: nec ex consona dissonã reddit. Nam sicut diapente simphonia iuncta diapason consonantie in tripla. s. proportione diapason ac diapente consonantiam servat: ita etiam diatessaron cum sit consonantia iuncta cum diapason: aliam consonantiam reddit: & fit secũdum ptolomeum alteri⁹ consonantie additio: eiusq; est diapason ac diatessaron in multiplici super partiente constituta. Estq; ea proportio dupla superbipartiens: vt octo ad tres. habent enim ternarium octo bis: duasq; eius partes idest duas vnitates.

Quibus modis ptolomeus consonantias statuat.
Capitulum. 10.

(e) Et de pythagoricorum quidem opinione ptolomeus ita diiudicat. Quib⁹ vero modis ipse ꝯsonantiarum proportiones numerosq; vestiget: hinc ordiendum est. voces inquit inter se vel vnisone sunt: vel non vnisone. Non vnisonarum autem vocum alie quidem sunt equisone: alie emmelis: alie dissone: alie ecmelis. Et vnisone quidem sunt: que vnum atq; eundem sigillatim pulse reddunt sonũ. Equisone vero: que simul pulse vnum ex duobus atq; simplicem quodammodo efficiunt sonum: vt est diapason ea que duplicata: que est bis diapason. Consone autẽ sunt que compositum permixtumq; suavem tamen efficiunt sonum: vt diapente ac diatessaron. Emmelis autem sunt quecũq; quidem consone non sunt: possunt aptari tamen recte ad melos: vt sunt he que consonantias iungunt. Dissone vero sunt: que non permiscent sonos: atq; insuaviter feriunt sensum. Ecmelis vero que non recipiũtur in consonantiarum coniunctione: de quibus paulo posterius in divisione tetracordorum dicemus. Quoniã igitur vnivocis quidem comparationibus proxime sunt equivoce: necessarie est vt equis numeris ea numerorum inequalitas adiungatur: que est proxima equis. Est aũt iuxta equalitatem numerorum ea que est dupla. Nam & prima multiplicitatis species est: & maior numerus eũ minorem numerum supervenit: eũ equo ipsi minori trãscendit: vt duo vnum vno transgrediuntur: qui eidẽ vnitati equalis est. Iure igitur duplex proportio equisonis aptatur. i. diapason. Bis diapason vero bis dupla. i. quadruplo. que autem proportiones dividunt duplicẽ proportionem prime ac maxime: his aptande sunt consonantijs que dividunt diapason equi consonantiam. vnde fit: vt diapente quidem sesqualtere: diatessaron vero sesquitertie comparationi copulentur. Iuncte vero consonantie cum equisonis alias efficiunt consonantias: vt diapente ac diapason in triplo: diatessaron ac diapason in ea proportione que est octo ad tres. Emmelis autem sunt: que diapente ac diatessaron dividunt: vt tonus ceterẽq; proportiones: de quibus paulo posterius in divisione tetracordorum loquemur: simplices earũ scilicẽ partes.

Que sunt equisone: que consone: que emmelis.
Capitulum. 11.

(s) Sunt equisone quidem sunt diapason ac bis diapason: quoniam earum temperamento mixturaq; vnus atq; simplex quodammõ efficitur sonus. Consonantie autem sunt prime quidẽ insuperparticularibus sesqualtera & sesquitertia. i. diapente ac diatessaron. Et diapason ac diapente & diapason ac diatessaron he sunt composite atq; coniuncte ex equisonis & consonantibus. Emmelis autem reliqui: Qui inter has poni possunt: vt inter diatessarõ ac diapente differentia tonus. iunguntur q; quodammodo. equisone quidem ex consonantibus: vt diapason ex diatessaron & diapente: consonantie autem ex his: qui emmelis soni vocantur: vt eadem diapente & diatessaron tonis ceterisq; dicendis posterius proportionibus. Sed quomodo quidem horum omnium proportio colligi possit: ex eo loco sumẽdum est: quem quarto volumine in fine descripsimus: vbi numerus super semisperia tendebatur. Ibi enĩ deprehenditur equisonantia diapason ac bis diapason: & cõsonantie simplices diapente ac diatessaron: & consonantie composite diapason ac diapente: & diapason ac diatessarõ & qui sunt emmelis soni: vt in toni differentia consistentes.


Quemadmodum aristoxenus intervalla consideret.
Capitulum. 12.

(q) Quid vero de his aristoxenus sentiat: breviter aperiendum est. Ille enim quoniam minime tractatum rationi constituit. Sed aurium iudicio permittit: Idcirco voces ipsas nullis numeris notat: vt earum colligat proportiones: Sed earũ in medio differentiam sumit: vt speculationem nõ ĩ ipsis vocibus. Sed in eo quod inter se differunt: collocet: nimis improvide: qui differentiam se scire arbitretur earũ vocum: quarum magnitudinem nullam: mensuramve constituat. hic igitur & diatessaron ꝯsonantiam duorum tonorum ac semitonij esse proponit: & diapente trium tonorum ac semitonij: & diapason sex tonorum: quod fieri non posse superioribus voluminibus demonstratum est.

Descriptio octocordi: qua ostenditur diapason ꝯsonantiã minorẽ eẽ sex tonis. Capitulum. 13.

(d) Docet autem ptolomeus per cuiusdam octocordi divisionem diapason intra sex tonos cadere hoc modo. Intendantur enim octocorde. i. a. b. c. d. e. f. g. h. sitq; sesquioctava. a. k. ei⁹ que est. b. l. & b. l. eius que est. c. m. & c. m. eius que est. d. n. & d. n. eius que est. e. x. & e. x. eius: que est. f. o. & f. o. eius que est. g. p. Erunt igitur sex toni. Rursus inter f. o. & g. p. h. ducatur medius nervus ad. R. Erit igitur a. k. dupla ab eo quod est. h. R. pulse igitur simul. a. k. h. R. diapason equisonantiam consonabunt. Si vero aliquis. g. p. percutiat: semper erit paulo acutior quam

est.b.R. Ac per hec transcendunt sex toni diapason consonantiam. Si enim.a.k.et.g.p.diapason pulsati resonarent: tonorum sex esset diapason consonantia: Si vero his non consonantibus.a.k.et.b.R.diapason consonarent: et.b.R.acutior esset quam.g.p.diapason consonantia sex tonos excederet. Nunc vero quia consonantibus.a.k.et.b.r.ab ea que est.g.p.gravior invenitur: non potest dubitari: quin sex toni diapason consonantiam excedant. Atque ita sensu quoque potest colligi diapason consonantiam inter sex tonos cadere. Sic igitur aristoxeni error sine dubitatione convincitur.





Diatessaron consonantiam tetracordo contineri. Capitulum. 14.

a Nunc de tetracordorum divisione dicendum est. Et enim diatessaron consonantia quattuor efficitur nervis. Idcirco etiam diatessaron nuncupatur: vt igitur duobus nervis extrinsecus positis ad diatessaron simphoniam consonantibus tetracordum fiat: duos necessarie est statui in medio nervos: qui ad se invicem: atque ad extremos tres proportiones efficiant.

Quomodo aristoxenus vel tonum dividat: vel genera: eiusque divisionis dispositio. Ca. 15.


b Hoc igitur diatessaron aristoxenus per genera tali ratione partitur. Dividit enim tonum in duas partes: atque id semitonium vocat. Dividit in tres: cuius tertiam diesin vocat cromatis mollis. Dividit in.iiij. cuius quartam cum propria medietate. i. cum octava totius toni appellat diesin cromatis hemiolij. Rursus solam quartam eius vocat diesin enarmonios: Cum igitur hec ita sint: cumque generum divisio secundum eum sit duplex: vnum quidem genus est mollius. Aliud vero incitatius. Et mollius quidem est enarmonium. incitatius vero diatonicum. Inter hec vero consistit cromaticum incitatione mollitieque participans. Fiunt igitur secundum hunc ordinem differentie permixtorum generum sex. Una quidem enarmonij. iij. autem cromatici. i. cromatis mollis. et cromatici hemiolij et chromatici toniaci. Due vero reliquae diatonici mollis atque incitati. Quorum omnium talis secundum aristoxenum divisio est. Quoniam enim quarta pars toni diesis enarmonios nuncupari predicta est: quoniamque aristoxenus non voces ipsas inter se comparat: sed differentiam vocum intervallumque metitur: et secundum eum tonus est duodecim vnitatum: huius erit igitur pars quarta diesis enarmonios tres. Quoniam vero ex duobus tonis ac semitonio diatessaron consonantia iungitur: erit tota diatessaron ex bis duodecim ac sex vnitatibus constituta. Sed quoniam sepe fit: vt si vsque ad octavas velimus deducere partes: non in integros numeros. Sed in aliquas particulas incurramus: idcirco quidem facienda est tota diatessaron consonantia.lx. At vero.xxiiii.tonus. Semitonium duodecim. pars quarta: que diesis enarmonios dicitur: sex. octava autem tres. iuncta vero octava cum quarta. sex scilicet cum tribus: vt faciat diesin cromatis emiolij: erunt novem. His igitur ita constitutis tria genera enarmonicum: cromaticum: diatonicum: has aristoxeno videntur habere proprietates: vt alia eorum dicantur spissa: alia minime. Spissa sunt: quorum due graviores proportiones. Unam eam: que ad acutum apposita est magnitudine non vincunt. Non spissa vero: quorum due proportiones vnam reliquam poterunt superare. est autem enarmonicum et cromaticum spissum: diatonicum vero non spissum. Itaque enarmonium secundum aristoxenum dividitur. vi. vi. xlviii. vt inter gravem nervum: ac proxime gravem sit quarta pars toni: que dicitur diesis enarmonios. cum sit tonus. xxiiii. vnitatibus constitutus. Item secundum intervallum a gravi nervo ad tertium sit eadem quarta pars toni. Reliqui vero qui restant ex sexaginta qui totius proportionis sunt inter tertium a gravi nervo atque acutissimum quartum ponuntur. xlviii. et due proportiones ad gravem posite. i. vi. ac. vi. vnam reliquam ad acutum locatam. i. xlviii. non vincunt. Cromatis vero mollis hanc facit divisionem. viii. viii. xliiij vt octo atque octo sint tertie partes tonorum: est enim tonus (vt dictum est). xxiiii. vnitatum: et dicitur tonus pars tertia diesis cromatis mollis. Item cromatis hemiolij diatessaron ita partitur. viiii. viiii. xlii. Est autem diesis cromatis hemiolij pars octava toni cum. Quarta. i. ex. xxiiij. sex cum tribus. Item cromatis toniaci. Talis secundum aristoxenum partitio est. xii. xii. xxxvi. Scilicet vt in duobus intervallis singula semitonia constituat: et quod reliquum est in vltimo. Atque in his omnibus due proportiones: que graviori nervo sunt proxime: reliquam: que ad acutum posita est: magnitudine minime superant. Sunt enim (vt dictum est) spissorum generum. Spissa quippe genera sunt enarmonium atque cromaticum. Diatonica vero divisio ipsa quoque est duplex. Et mollis quidem diatonici divisio est hec modo. xii. xviii. xxx. vt duodecim semitonium sit: decem et octo semitonium et quarta pars toni. xxx. vero quod reliquum est. Quorum decem et octo et duodecim efficiunt triginta: nec superantur ab ea parte que reliqua est. Item diatonici incitati talis partitio est. vt semitonium ac duos habeat integros tonos. i. xii. xxiiii. xxiiii. ex quibus. xxiiii. et. xii. i. xxxvi. non superantur a reliqua parte que ad acutum est. Sed potius vincunt. Est igitur secundum aristoxenum tetracordorum predicta partitio: que subiecta descriptione monstrabitur.







¶ Quomodo architas tetracorda diuidat eorumqꝫ descriptio. Capitulum. 16.

Rchitas vero cuncta in rōne constituens nō mō sensum auriū i primis consonantijs obser uare neglexit: verum ēt maxime in tetracordorum diuisione rōnem secutus est. Sed ita: vt neqꝫ eā quam querebat efficaciter expediret: neqꝫ sēsui proposita ab eo rō consentiret. Ille enim tria esse genera arbitraſ: enarmonium. diatonicum. cromaticum. In qbus eosdē grauissimos statuit atqꝫ acutissimos sonos. in oib⁹ qdē generibus grauissimos sonos faciens. ij. xvi acutissimos vo. M. dxij. inter hos in trib⁹ generib⁹ neruum grauissimo proximū collocat eū. s. q ſit. i. dccexliiij. vt ad eum. ii. xvi. sesquiuicesimam septimam obtineant proportionem. Post hec vero infra acutū neruum. Tertium vero a grauissimo eū collocat in enarmonio genere: q ſit. i. dccxc. ad quem. i. dccexliiij. sesquitricesimaquinta proportione iungantur. Idemqꝫ. i. dccxc. ad acutissimū. i. M. dxij. In sesquiquarta proportione ſit constitut⁹ Item in diatonico genere tertium quidē a grauissimo neruo: scdm vero ab acutissimo eum ponit: qui ſit. i. dcci. ad quos. i. dccexliiij. sesquiseptima proportione coniuncti sunt. Ipſi autem. i. dcci. ad acutissimū. i. dxii. sesquioctaua. in cromatico vero genere tertium a grauissimo: et secū dum ab acutissimo enim ponit: qui ad. i. dcci. qui est tertius a grauissimo in diatonico genere: eā obtineat proportionem: quā obtinet. cclvi. ad. ccxliii. hic autem ē. i. dccxcii. q est secundus ab acutissimo appositus: habetqꝫ proportionem. Secundus ab acutissimo in diatonico genere .i. i. dcci. ad secundum ab acutissimo in chromatico genere idest. i. dccxcii. eam quā habent. ccxliii. ad. cclvi. eorūqꝫ tetracordorum secūdum archite sententiam diuisorum formam monstrat subiecta descriptio.







¶ Quemadmodum ptolomeus et aristoxeni et archite tetracordorum diuisiones reprehendat. Ca. 17.

Ed vtrasqꝫ tetracordorum diuisiones ptolomeus ita reprehendit. Architam quidem primo: quoniam secundus ab acutissimo neru⁹ in cromatico genere idest. i. dccxcii. ita est collocatus: vt nec ad acutissimum. i. dxii. nec ad proximum grauiori. i. dccexliiii. vllam superparticularem efficiat proportionē cum archytas tantam superparticularibus comparationibus habuit dignitatem: vt eas etiam inconsonantiarum ratione susceperit. Dehinc q primam a grauissimo pro

portionem in cromatico quidem maiorem sensus deprehendat: quam fecit architas. hic nãq; in cromatico genere. I. d cccclxiiii. ad. ii. xvi. distare fecit sesquiuicesimam se primam proportionem: cum secũdum consuetaz cromatico generis modulationem sesquiuicesima prima esse debuerit. Item enarmonium genus ea proportio: quã primam a grauissimo secundum archite retinet diuisionem talis est: vt longe minor esse debeat: quam in ceteris generibus inuenitur. Hec autem equam eam ceteris generibus statuit: dum primas a graui proportiones in trib⁹ generibus sesquiuicesimas septimas ponit. Aristoxenũ vero culpat: quoniam in cromate molli et cromate hemiolio tales posuerit primas secundasq; a graui neruo proportiones: que a se a minimo et quãtum sensus non possit internoscere: distarent. Est quippe proportio prima i cromatis mollis diuisione secundum aristoxenum octo. et in cromate hemiolio nouem. Sed octo ad nouem vnitatis differentia distant. Est autem tonus totus. xxiiii. vnitatibus secundum positionem: quorũ vnitas. xxiiii. est. Prime igitur a graui inter se proportiones cromatis mollis: et cromatis hemiolii. xxiiii. parte toni distant: qđ propter breuitatem differentie nullo modo sentit audit⁹. Idem etiam aristoxenum reprehendit: cur diatonici generis duas tantum fecerit diuisiones. vt i molle incitatumq; diuideret: cum possint alie quoq; diatonici generis species inueniri.

Quemadmodum ptolomeus tetracordorum diuisionem fieri dicat oportere. Ca. ig.

P Tolomeus tetracorda diuersa ratione partit illud in principio statuens: vt inter duos altrinsecus sonos tales vocule aptentur: que se superparticularibus proportionibus excedãt inequalibus: tamen: quoniã superparticularis proportio non potest in eque diuidi. Dehinc vt omnis comparatio: que fit ad eum neruum qui est grauissimus in tribus: minor sit ceteris: que acutis vocibus coniungunt. Sed in his ea que spissa nominamus talia esse debẽt: vt due proportiones: que grauitati sunt pro. imę: minores sint ea propo. tione: que relinquitur ad acutum, in nõ spissa vero vt in diatonicis generibus nusquam spna.


Nicolaus Iudecus Venetus: Donato Cauale lo viro Rectorio. S.

R Ecognoscens superiorib⁹ diebus Danate Musarum cultor elegantissime quosdam diui Boetij de Geometria libros consulto Euclidis greco exemplari: Cui⁹ ille complusula Theoremata ad verbum latina fecit: animaduerti eminentissimum geometram euclidem a nostris et mendose admodum legi: et (vt mea quidẽ fert opinio) non satis recte exponi. Sed prius illud fere traductoris culpa accidisse videtur. Is enim: quicũq; tãdem fuerit: e barbara lingua greca volumina transferens semilatina. reddidit. Nam vocabula quedam ita: vt iacent: barbara dimittit: cum tamen latini sua habeant et quidem optima ac probatissima. Quam enim quadrilaterã figuram. Rhombum et greci et nostri appellant: ille verbo quodam (vt ita dicam) exotico helmuaim vocat: et huic affinẽ: quam greci Rhomboiden dicunt: Similẽ helmuaim. Sunt et alię quędam quadrilaterę figurę: quas greci trapezia: nostri Mensulas nominant. Has noster hic interpres latini atq; greci vocabuli perque ignarus Helmuarifas dicere non veretur. Sed sint sane hec leuia et nõ multa animaduersione digna. Illud certe (ni fallor) defendi nulla excusatione potest: quod rerum definitiones: quibus vt principijs totius scientię vtimur: et confundendo falsas facit: et quas Euclides minime somniauit in earum locum: quę illius erant: temerario quodam ausu supponit. Nam statim in initio operis lineam huiusce modi definitionis termino claudit. Linea est longitudo sine latitudine: cuius quidem extremitates sunt duo puncta. Hec vero finitio ei lineę accõmodari minime potest: quam peripheriam greci nominant: cũ illa extremis nullis finiatur. Atq; quidam ex recentioribus falsa translatione decepti hanc tanq; Euclidis veram definitionẽ defendere conantur: dicentes peripheriam quidem extremis et finibus actu carere: aptitudine vero (vt eorũ vtar vocabulo) fines et terminos agnoscere. Quod ridiculũ est: Siquidem eodem exemplo lineam ipse definiam longitudinem citra latitudinem: que quidem extremis careat. quod si reclamabis: et lineam obijcies rectam finitaz: Respondebo eam finibus habilitate potentiaq; vocare: quibus actu non vacet. Quamobrem aut vtraq; diffinitio recipienda est: quo nihil potest esse absurdius: aut vtraq; reijcienda. Quod rectissima ratione fieri constabit: si quis animaduertat: quam incuriose egregius ille interpres duas rerum longe aliarum definitiones in vnam quasi formã coniunxerit: atq; ad vnam tantum rem definiendam assumpserit. Nam Euclides cum lineaz definiuisset longitudinem citra latitudinem: essent q; et lineis quędam finitę et terminatę: Mox declarauit: qui essent lineę fines et termini inquiens. Lineę vero extrema puncta sunt. At hic noster tam lepidę traductionis auctor ex duarum definitionum permixtione confusioneq; vnum quasi corpus definitionis collegit: ac soli lineę congruere apteq; posse putauit. Ad plenam igitur lineę definitionẽ nihil aliud corrogandum est preter id: quod dictum est lineam longitudinem esse citra latitudinem. Sic enim circũ currentes lineas rectas: et flexuosas complectitur: item finitas pariter atq; infinitas. Ex quibus quidem infinitas lineas prior nobis iam infirmata definitio manifestissime non recipiebat. Age ostendamus nunc etiaz Euclidis definitiones ab hoc nostro interprete (vt est i omnibus eque diligentissimus) preter mitti quandoq;: et alias quasdam pro illis adhiberi. In quo quidem non multum in explicando laborabimus. Nam statim post dictas

descriptiones lineam rectam his verbis definit. Linea recta est ab vno puncto ad alium breuissima extensio in extremitates suas vtrūq3 eorum recipiens. Non ita Euclides: Sed definitionem vniuersam breuissime colligit in hunc modum. Recta linea est: quę ex ęquo sua puncta interiacet. Non secus in definitione planę superficiei aberrat. Nam cum Euclides sic definiat. Plana superficies est: quę ex ęquo suas lineas interiacet. Ille quādam longe aliam cōmentus est definitionem hoc modo. Plana superficies ē ab vna linea ad aliam extensio in extremitates suas recipiens. Sed hęc atq3 alia huiuscemodi plura partim inscite & indocte translata: partim etiam immutata & inuersa: Si vtrūq3 diligenter legere aliquando tibi contigerit: per te ipse facillime deprehendes. Nūc quę in expositore Campano in primum elementorum librum notaui: explicare tibi aggredior. In qua quidem re ab omnibus viris doctis: quibus hęc nostra legere ociū erit: petitum impetratumq3 esse velim: ne eos viri auctoritas magis moueat: q3 ratio ipsa & veritas. Leguntur itaq3 (vt ad rem ipsam iam veniam) apud Euclidē in primo elementorum libro duo Theoremata: quorum alterum reciprocat: atq3 recurrit ad alterum. Ambo vero deductione ad incōmodum a Campano demonstrata sunt. Sed vt quid ordiar: planius intelligas: accipe primum Theoremata ipsa cum eorum deductionibus ita: vt illa legit: atq3 astruit Campanus: Deinde quid fortasse peccauerit ille: quidq3 nos sentiamus: breuiter audias. Theoremata igitur hęc sunt.

Omnis trianguli longius latus maiori angulo oppositum est.

Sit vt triāgulo.a.b.c.angulus.a. sit maior angulo.c. Dico: q latus.c.b. maius erit latere.a.b. Si enim sit ęquale: erit per.5. angulus.a. ęqualis angulo.c. Quod est contra hypothesim. Si autem.a.b. sit maius: resecetur ad ęqualitatem.c.b.per.3. Sitq3.d.b. ęquale.c.b. erit ergo per.5. angulus.d.c.b. ęqualis angulo.b.d.c. Sed.b.d.c. est maior angulo.b.a.c. per 16. Ergo.b.c.d. est maior.b.a.c. Quare multo fortius maior.a.c.b. pars toto. Quod est impossibile.



Omnis Trianguli maiori angulo longius latus oppositum est.

Sit vt in triangulo.a.b.c. latus.b.c. sit maius latere.a.b. Dico: q angulus.a. erit maior angulo.c. & est conuersa precedentis. Si enim sit ęqualis: tunc per.6. latus.a.b. est ęquale lateri.b.c. Quod est contra hypothesim. Si autem.c. sit maior: tunc per precedentem latus.a.b. est maius latere.b.c. Quod est contra hypothesim. Quare astruitur propositum.




Sic campanus. Sed vt in quo nobis minus recte sensisse videatur: facilius percipias: pauca quędā ex dialectica facultate partim prenotare: partim intermiscere oportet. Sūt igitur in oi questione (vt philopono in posteriois Analyticis placet) duo: quorum alterū datū est: quęsitum alterum: vt si positū in questione fuerit: An celum rotundū sit: celum datum est: sed an rotundum sit quęritur. At campanus proposita Theoremata in datū atq3 quęsitum nequaq3 recte soluisse videtur. Nā in priore Theoremate maiorem angulum sibi dari postulat: & subinde quęrit: an illi maius latus sit e regione constitutum: Contra q3 in posteriore maius quidem latus dari vult: an vero sit maiori angulo obuersum: quęrit. Quod contra faciendum ē. Nam quiuis in dialectica mea quidem sententia vel mediocriter eruditus facile videre potest in eo Theoremate: quo omnis Trianguli longius latus maiori angulo contra respondere proponitur: longius quidem latus trianguli dari subijci q3 oportere: an vero maiori angulo sit e regione positum: quęri ac predicari: Contraq3 in conuerso Theoremate maiorem quidem angulum concedi: longius vero latus inquiri. Ob hoc vero peccatum consecutum est & aliud longe maius. Nullum enim ex propositis theorematis assertoria demonstratiōe campanus astruxit: sed vtrūq3 ad incōmodum ducente ostendit. Quod in geometria: vbi fieri potest: vel maxime vitandum est: in qua solent demonstrationes afferri ex prioribus notioribusq3 naturę: nō nobis modo: Quales sunt: quę assertorię: rectęq3 appellantur. Huius vero errati origo atq3 initium huiusmodi fuit. Nam campanus priori theoremati predicationem preter naturam dedit. Maiorē enim angulum trianguli subijcit: & predicat longius latus: si quidem in oi questione subiectus terminus est: quod datur: predicatus: quod quęritur. Est autem prius per naturam Triangulum latera hēre: q3 angulos. Nā ex laterū coitiōe anguli pficisci: peraguntur intelliguntur. Qui igitur subijcit angulū trianguli: & latus predicat: is illud quod alteri accidit: eius predicationi subijcit: cui accidit: ac ob id predicationem preposteram: & naturę contrariam facit: Quā aristoteles aut modo predicationem censet appellādam: aut predicationem quidem non simpliciter: sed per accidens. vbi igit pdicatio preter naturā hētur: aut difficile: aut certe ipossibile ē assertoriā demōstrationē accommodare. In huiuscemodi nāq3 dmōstratōe necesse ē & maioris extremitatis: q in cōclusione predicat: & minori extremitati: q in eadē subijcit cām eē mediū. At fieri nullo mō pōt: vt ei qd accidit: eius cui accidit: ppriā cā eē statuatur. Hic coactus ē cāpanus i priore theoremate: qd i datū atq3 quęsitū ipite secuisset: demōstratōe vti ad incōmodū ducēte. & q illud putabat principale: posterius: quod ad ipsū cōuertebat: nō alia collectiōe: q3 ad incōmodū ducente astruxit. Atq3 ita nullā demōstrationē rectā assertoriāq3 ad ea: quę diximus theoremata colligēda cāpanus adhibuit: qd tn oportuit: cū ipsa sit ad icōmodū ducēte potior. Hęc sūt mi do

nate:q̄ quātū ad pposita theoremata attinet: in cāpano rep̄hēdēda cēsuim⁹: s3 hec:q̄ stricte disputauim⁹: illos nō exacte subtiliteq3 itellecturos certo scio: q posteriores Analyticos aristotel nō diligētissime legerit. Reliquū igit ē: vt illa ipsa theoremata (quēadmō3 polliciti sum⁹) dmōstrem⁹ tradicta tñ pri⁹: vt traducēda erāt. Soluem⁹ igit ꝛ sepabim⁹ theorema pricipale i datū: atq3 q̄situ: vt o3: ꝛ ad ip3 astruēdū assertoria demōstratōē vtemur: Posteri⁹ vo theorema: qd ad pricipale recurrit: cū pdicatione p̄ter nā3 sortiat demōstratione ad icōmodū pducēte breuiter colligemus. Demōstrationes igitur ipsas aggrediamur: itēde.

Ois triāguli mai⁹ lat⁹ sub maiore angulo ptenditur.

Jt eni triāgulū.a.b.c. hñs lat⁹: qd ē.a.c. mai⁹ eo late qd ē.a.b atq3 āgulū quoq3.a.b.c. sub quo latus.a.c. ptēdit: maiorē eē angulo.b.c.a. cui 3 mīdet lat⁹.a.b. nā q2 mai⁹ ē lat⁹.a.c. q̄3.a.b. 9stituat ipsi.a.b. eq̄le ipsū.a.d. ꝛ ptrahat ipsū.b.d. lat⁹ ꝛ qm triāguli: qd ē.b.d.c. extior angul⁹ ē is: q ē.a.d.b. maior vtiq3 erit iteriore ꝛ ex aduerso 9stituto āgulo.d.c.b. eq̄lis vo ē āgulus.a.d.b. ipi.a.b.d. āgulo. nā lat⁹ q̄3.a.b. lati.a.d. equū erat. Maior itaq3 ē āgul⁹.a.b.d. ipso.a.c.b. āgulo. multo igit maior erit angul⁹.a.b.c. angulo.a.c.b. Omnis igitur triāguli mai⁹ lat⁹ sub maiore angulo protenditur. Quod oportebat demonstrare.




Ois triāguli sub maiore angulo mai⁹ lat⁹ ptēdit.

Jt triāgulū.a.b.c. maiorē hñs.a.b.c. āgulū eo: q ē.b.c.a. Aio lat⁹ q̄3.a.c. ipso.a.b. late mai⁹ eē. nā si mai⁹ nō sit: aut eq̄le erit ipsū.a.c. ipsi.a.b. aut mīn⁹. eq̄le sane nō ē ipsū.a.c. ipsi.a.b. eq̄lis eni foret ēt angulus.a.b.c. āgulo.a.c.b. atq nō erat. Nō igit eq̄le ē ip3.a.c. lat⁹ ipsi.a.b. lati. Neq3 vo min⁹ ē ipsū.a.c. ipo.a.b. minor eni foret angul⁹.a.b.c. āgulo.a.c.b. atq nō erat. nō igit min⁹ ē ipsū.a.c. lat⁹ ipo.a.b. late. dmōstratū āt ē neq3 eq̄le illi eē. mai⁹ itaq3 erit ip3.a.c. lat⁹ ipo.a.b. late. Ois igit triāguli sub maiore āgulo mai⁹ lat⁹ ptēdit. quod oportebat demonstrare.



Hec sūt igit huiuscemodi theorematū demōstratiōes cū faci.eas: tū facillime ꝛ q̄ merito q̄drēt. S3 anq̄3 te dimittā: volo audias ꝛ aliud qddā hui⁹ hoīs erratū leuiusculū fortasse: turpe tñ: ꝛ viro philosopho nō negligēdū. Hēt eni i eodē elemēto xprio pblema istiusmodi. ad datā3 rectā lineā: datūq3 i ea pūctū: dato angulo rectilineo equālē angulū rectilineū 9stituere. hoc vero sic legit: ꝛ dducit campan⁹




Data recta linea sup terminū ei⁹ cuiuslibet angulo proposito equum angulum designare.

Jt data linea.f.e. ꝛ sint linee.b.a. 9tinētes angulū datū cui subtēdā basi3.c. Sup pūctū.f. linee.e.f. iubere facere eq̄lē āgulū āgulo dato, ad lineā.e.f. adiūgo.f.d. eq̄lē linee.a. ꝛ ex.f.e. sumo.f.g. eq̄lē.b. ꝛ ex.g.e. sūo.g.h. eq̄lē.c. ꝛ sup pūcta.f. ꝛ.g. dscribo duos circulos.d.k. ꝛ.k.h. s3 quātitatē duar linear.f.d. ꝛ.g.h. ꝛ itersecātes se i pūcto.k. sic docuit pcedēs. ducēsq3 lineis.k.f. ꝛ.k.g. erūt eq̄lia duo lata.k.f. ꝛ.f.g. triāguli.k.f.g. duob⁹ laterib⁹.a. ꝛ.b. triāguli.a.b.c. ꝛ basis.g.k. equalis basi.c. ergo p octauā3 angulus.k.f.g. equalis erit angulo 9tento ab.a. ꝛ b. quod est propositum.



Hec dscriptio pmore aspectu sat scite satisq3 sollicite facta vr. s3 si curiose attēteq3 legerites: inuenies eā a seria doctrina plo pbari nō decere. nā cū artē nāc emulā eē oporteat ipsā: q3 nā supuacaneis nō abūdet: nō artificiose dscribere iudicādus ē: q plura i dscribēdo 9gerit q̄3 qb⁹ ad dmōstratōe3 vti necc̄ū sit. qd cāpan⁹ nescio quō nō duitat: s3 apertissime icurrit. qd eni sibi vult illa duor circulor dsignatio: qd illa tot eadē q̄titate linear tā sollicita ductio? Nōne poterat: ac magis dbebat: dato angulo: q.a. ꝛ.b. lineis 9tinet: ꝛ basi.c. adiecta: anxietate alia: ꝛ q̄si morositate dscriptionis pcermissa: stati assūptis trib⁹ lineis: q̄ eēnt designat equales: triangulū 9stituere? Qd fieri licere ex supiore pblemate abūde 9stabat. Quare q istiusmodi pblema diligenti⁹ pcisiusq3 ondere volet: is (vt opior) sic dmrabit.



Ad datam rectam lineam: datumq3 in ea punctū: dato angulo rectilineo equū angulū rectilineū 9stituere.

Jt data recta linea.a.b. datūq3 in ea pūctū.a. Datus vero angul⁹ rectiline⁹.d.c.e. o3 igitur ad datā rectā lin.ā.a.b. ꝛ ad datū i ea pūctū.a. dato āgulo rectilīco.d.c.e. eq̄lē āgulū rectilineū 9stituere sumāt i lieis c.d. ꝛ.c.e. pūcta (si lub3).d. ꝛ.e. ꝛ ptrahat.d.e. ꝛ ex trib⁹ req

lineis.a.f.ꝛ.a.g.ꝛ.f.g.quę sunt datis rectis lineis trib⁹ c.d.ꝛ.c.e.ꝛ.d.e.equales. Triangulum constituatur.a.f.g.ita: vt equalis sit ipsa.c.d.linea ipsi.a.f.ipsa vero.c.e.ipsi.a.g.postremo ipsa.d.e.ipsi.f.g. Quoniam igitur duę lineę rectę.d.c.ꝛ.c.e.duabus rectis lineis.f.a.ꝛ.a.g.equales sunt altera alteri: ꝛ basis.d.e.basi.f.g.equa habetur: angulus quoqꝫ.d.c.e.angulo.f.a.g.equalis erit. Ad datam itaqꝫ rectam lineam.a.b.datum qꝫ in ea punctum.a.dato angulo rectilineo.d.c.e.equalis angulus rectilineus.f.a.g.constitutus est. Quod oportebat facere. Addidissem quoqꝫ alia plura longe etiam grauiora errata: nisi me epistolam scribere meminissem. Sed euclidem ipsum aliquando fortasse vna perlegemus: annotabim⁹qꝫ omnia: in quibus nostri a recta ratione discedere videbuntur. Interim hec pauca tibi mi Donate scripsimus: vt essent apud te eius beniuolentię atqꝫ obseruantię pignus: qua te prosequebar (ꝛ nunc quoqꝫ prosequor) cum nostrę Patauinę philosophorum academię Rector hic ageres. Uale ex Patauina philosophorum palestra.

¶ Incipit liber primus Geometrię Euclidis a Boetio in latinum translatę.

q Uia vero mi patrici Geometrarum exercitatissime Euclidis de artis geometricę figuris obscure prolata te adhortante exponenda ꝛ lucidiore aditu expolienda suscepi. Imprimis quid sit mensura desiniendum opinor.

¶ De mensura.

m Ensura vero est quicquid pondere: capacitate longitudine: altitudine: latitudine: animoqꝫ finit. Principium autem mensurę punctum vocatur. Punctum est: cuius pars nulla est. linea vero sine latitudine longitudo est: lineę vero fines pũcta sunt.

¶ De generibus linearum.

r Ecta linea est: quę equaliter in suis protenditur punctis. Superficies vero est: quod longitudine: latitudineqꝫ censetur. Superficiei autem fines lineę sunt.

Recta linea

¶ Plana superficies: dicitur quę equaliter in rectis suis lineis continetur.




¶ De generibus angulorum.

p Lanus angulus est duarum linearum in plano inuicem se se tangentium: ꝛ non in directo iacentium ad alterutram conclusio.



¶ Quando autem quę angulum continẽt: lineę rectę fuerint tunc rectilineus angulus nominatur.




¶ Cum vero recta linea super rectam lineam stans circū se equos sibi inuicem fecerit angulos: rectus est vterq; equalium angulorum. Et linea super rectā lineam stās perpendicularis dicitur. Obtusus angulus maior recto est.
¶ Acutus autem angulus recto minor est.




¶ De modis figurarum.

Figura est: quod sub aliquo vel aliquibus terminis continetur.
¶ Terminus vero quod cuiusq; est finis.
¶ Circulus vero est figura quedam plana & circūducta: Et sub vna linea: contenta: que circūferentia vocatur ad quam a puncto: quod intra figuram positum est: omnes que incidunt. Recte linee sibi inuicem sunt equales. hoc vero punctum centrū circuli nominatur.



¶ Diametrus autem circuli est recta quedam linea per centrum ducta: & ab vtraq; parte in circūferentia circuli terminata: que in duas equas partes circulum diuidit.

¶ Semicirculus vero est plana figura. que sub diametro: Et ea quam diametrus apprehendit: circunferentia continetur.




¶ Recti lineę figure sunt: que sub rectis lineis continentur.
¶ Trilatere quidem figure est: que sub tribus rectis lineis continetur.


¶ Quadrilatere autem: que sub quatuor.
¶ Finitima vero mensuralis est linea. que aut pro aliquo obseruationum: aut aliquo terminorum obseruatur.
¶ Multi latera itaq; figura est: que sub pluribus quam quatuor lateribus continetur.

¶ De triangulis.


Equilaterum igitur triangulum est: quod tribus equis lateribus continetur.




¶ Isosceles autem est: quod duo tantummodo latera habeat equalia.




¶ Scalenum vero quod tria latera habet inequalia




¶ Amplius trilaterarum figurarum orthogonium. i. re ctiangulum: quidem triangulum est: quod habet angulū vnum rectum.



ℭ Ambligonium. autē quod latine obtusiangulum dici tur est: quod obtusum habet angulum.



ℭ Oxigonium vero .i. acuti angulum est: in quo tres an guli sunt acuti.



ℭ De quadratis.


Quadrilaterarū vero figurarum quadratū vo catur: quod ē equilaterum atq; rectiangulum.



ℭ Parte altera longius vero est: quod rectiangulū q- dem est: sed equilaterum non est.




ℭ Rombus vero est: quod equilaterum quidem est: sed rectiangulum non est.



ℭ Romboides autem est: quod in contrarium collocatas lineas atq; angulos habet equales: non autem rectis an gulis: nec equis lateribus continetur.



ℭ Preter hec autem oēs quadrilatere figure trapezia. idest mensule nominantur.



¶ Paralelle idest alternę recte lineę nuncupantur: quę in eadem plana superficie collocate atque vtrinque producte in neutra parte concurrunt.

Parallele.


¶ De petitionibus quę sunt in geometrica.

Petitiones vero siue postulata (vt veteribus placuit) dicuntur: quinque sunt.

¶ Prima vt ab omni puncto in omne punctum recta linea ducatur postulat.


¶ Secunda: vt definita recta linea in continuum rectumque producatur: admonet.

¶ Tertia omni centro et omni spatio circulum designare precipit.



¶ Quarta omnes rectos angulos sibi inuicem equos esse volt.

¶ Quinta autem: si in duas rectas lineas linea recta incidens interiores duos angulos et in eadem parte duobus rectis fecerit minores: rectas lineas in infinitum productas ad eas partes in quibus duo interiores anguli duobus rectis minores sunt: concurrere iubet.



¶ De communibus animi conceptionibus: que sunt in geometria.


Communes igitur animi conceptiones sunt: que a grecis. κοιναὶ ἔννοιαι. vocantur. que spatia et interualla eidem sunt equalia. Et sibi inuicem sunt equalia. Et si ab equalibus equalia auferantur: que relinquuntur: equalia sunt. Et si equalibus equalia ad dantur: tota quoque equalia sunt. Et que sibimet ipsis conueniunt equalia sunt.

¶ Omne paralello grammum rectiangulum sub iis duabus rectis lineis: que rectum ambiunt angulum dicitur contineri.


¶ Omnis vero paralello grammi spatij vnum quodque eorum quę circa eandem diametrum sunt: paralello grammorum cum duobus supplementis gnomon nuncupatur.

¶ Circuli sunt equales: quorum diametri sunt equales. Inequales vero sunt: qui sic se non habent.


¶ Recta linea circulum contingere dicitur: quę cum circulum tangat: in vtraque electa parte non secat circulum.



¶ Circuli se inuicem contingere dicuntur: qui tangentes se se inuicem non secant.




¶ Recte lineę in circulo a centro distare equaliter dicuntur: quando a centro in ipsas ducte perpendiculares inuicem sibi sunt equales.



¶ Plus vero a centro distare dicitur linea: in quam perpendicularis longior cadit.



¶ Portio circuli est figura: que sub recta et circuli circũfe rentia continetur.
¶ In portione circuli angulus esse dicitur: quando in circũferentia portionis sumitur aliquod punctum: et ab eodem puncto ad linee terminos due recte linee subiunguntur.



¶ Angulus circuli dicitur qui sub duobus a cẽtro ductis lineis continetur. Quando linee que adiunguntur: aliquam circumferentie comprehendunt particulam in ea angulus consistere perhibetur.




¶ Sector circuli est figura: que sub duabus a centro ductis lineis: et subiacenti circũferentia: que ab eisdem comprehẽditur: continetur.



¶ Similes circulorũ portiones dicũt: que equales suscipiunt angulos. vel in quib' q inscribuntur: anguli sibi invicem sunt equales.




¶ Figura intra figurã dicitur inscribi quando ea que inscribitur: eius in quam inscribitur: latera vno quoq suo angulo ab interiori parte contingit.



¶ Figura vero figure circumscribi perhibetur: quotiens ea que circũscribitur suis omnibus lateribus omnes angulos eius: cui circũscribitur tangit.

¶ Expliciunt prolegomena. Incipiunt schemata.


¶ Supra datam rectam lineam terminatam triangulũ equilaterum constituere.




¶ Ad datum pũctum date recte linee equalem rectam lineam collocare.




¶ Duobus lineis rectis inequalib⁹ datis a maiore minori equam rectam lineam abscindere oportet.





¶ Si duo triangula duo latera duobus lateribus habeant equa alterum alteri et angulum angulo equum eorum qui sub equalibus rectis lineis continentur: et basim basi equam habebunt: et triangulum triangulo equum erit: et reliqui anguli reliquis angulis erunt equales alter alteri: sub quibus equalia latera subtenduntur.






¶ Triangulorum isoscelium anguli qui ad basim sunt: equales sibi invicem sunt.






¶ Si trianguli duo anguli equi sibi invicem sint: et que equalibus angulis subtenduntur latera: sibi invicem erunt equalia.


¶ Super eandem rectam lineam duabus eisdem rectis lineis alie due recte linee equales altera alteri nullo modo constituentur, ad aliud atque aliud punctum ad easdem partes eosdem fines primis rectis lineis possidentes.




primi dicēs, Nunq̄ a iure ad iniuriā me quisq̄ detraxit.
Secundo Boetius dictus fuit Manlius. quia de genere
Manlioꝝ fuit qui erant nobiles romani. Tertio Boeti-
us dictus fuit Torquatus a quodā nobili romano sic di-
cto. qui cum singulare bellum iniret cum quodam de gallia
ipsum deuicit ꝛ torquem in collo habentem sibi abstulit:
cuius ratione dictus fuit Torquatus. de cuius genere fuit
Boetius. Quarto Boetius dictus fuit Seuerinus a seue
ritate. Seuerus enim fuit cum Theodorico regi gottorum
se opposuit. Uel dictus fuit seuerinus quasi sequens veri-
tatem nunq̄ enim in iudicijs vel amore vel odio flecti po
tuit a veritate. Quinto Boeti⁹ dictus fuit Exconsul qua
si vnus ex consulibus romanorum. vel exconsul quasi ex-
tra consulatum positus quem prius habuit. Exconsulares
dicebantur qui iam deposuerāt consulatū. et licet ab hono
re consulatus cessarent: tamen postea plus alijs in magna
reuerentia habebātur. Sexto dictus fuit Patritius a no-
bilissimo romano sic dicto de cuius genere fuit Boeti⁹. vel
alio modo patricij dicebantur nobiles romani qui proui-
debant reipublice sicut pater filio quorū nomīa scripta erāt
aureis litteris ꝛ ideo dicebātur patres. de quoruz numero
fuit dictus Patritius: propter quod boetius fuit dict⁹ pa
tricius. Septimo dicebatur Ordinarius. quia rempubli
cam ordinauit. Uel aliter ordinarij dicebantur qui tāte di
gnitatis erant ut quolibet ordine digni essent. et sic fuit bo
etius. Octauo nomine proprio dictus fuit Boeti⁹. quod
interpretatur adiutor: quia in necessitate pauperibus subue
niebat. ℂ Quarto videndum est de causa intitulandi e hu
ius libri. Intitulatur iste liber de consolatione philosophi
ca. Ubi sciendū q̄ philosophica consolatio dicitur rationa-
bilis demonstratio declarās de cuius amissione nō est do
lendum. ꝛ de cuius possessione non sit gaudendū. ꝛ q̄r hoc
pertractatur in presenti libro ideo sic intitulatur. ℂ Quin-
to videndum est de generali summa huius toti⁹ libri. vbi
sciendum q̄ boetius in hoc libro ostendit bona tempora-
lia esse transitoria ꝛ non cōsistere totaliter in eis totalem ve
ram felicitatem. ꝛ per consequēs non est dolendum de eo-
rum absentia. nec gaudendum de eorum presentia. ꝛ nemi
nem debere extolli in prosperis. nec deprimi in aduersis.
Ostenditur etiam in presenti libro quid sit summū bonū
vbi sit situm. ꝛ quomodo ad ipsum perueniatur. Etiā ostē
ditur q̄ boni semper sunt potentes ꝛ mali semper sunt im
potentes. ꝛ q̄ bonis nunq̄ desunt sua premia. malis nun
q̄ sua supplicia. Post hoc ostenditur quid sit diuina pro-
uidentia quid casus. quid fatum. quid liberum arbitriū.
Et ponit Boetius rationes quibus probat liberum arbi
trium nō posse stare cuz prouidentia diuina. et ponit quo-
rundam falsam solutionē et eam improbat. Postea osten
dit veram solutionem quam rationibus confirmat. Ista et
alia plura pulchra determinātur in hoc libro sicut patebit
in sequentibus.

Anicij Manlij Torquati Severini Boetij Ordinarij Patricij viri exconsulis de consolatione philosophie liber primus incipit.

Metrum primum.

Carmina qui quondam studio florente peregi.
Flebilis heu mestos cogor inire modos.

Carmina qui quondã. prīs liber boetij prima sui diuisione diuidit in quinq; ptes. sm q ponit quinq; libros priales quos continet. In primo cõquerit se miserijs subiectū. In scdo ponit remedia ɔsolatiua. In tertio determinat de vera felicitate in quo sit sita et quō ad eā perueniat. In q̄rto mouet quasdā q̄ones ipsi phie. In quito determinat de casu et prouidentia diuina. Prim⁹ liber incipit hic. Carmina. Secūdus liber incipit. ibi. Post hec paulisp. Tertius ibi. Jam cantū illa finierat. Quartus ibi. Hec cum phia. Quintus ibi. Dixerat orationisq; cursum. Quid et de quo agat in quolibet libro patebit loco suo. Primus liber diuidit. in. 13. ptes quia huius primi libri sunt septē metra et sex prose. que ptes patebūt. que autē sit materia et intentio cuiuslibet ptis similiter patebit. ¶ Notandū autem q primū metrū hui⁹ primi libri vocat elegiacū. Et est autē metrū elegiacū quod cõstat ex vno versu exametro. i. sex pedū. et alio penthametro. i. quinq; pedū. Et dr̄ elegiacū ab eleys qd̄ est miseria. elegia enī est miseria. Metrū enim elegiacū inuentū fuit pro describēda miseria. q̄uis eo hodie aliqui vtūtur ad alia describenda. vñ orati⁹. vsib⁹ impariter iūctis querimonia primū. Post hec inclusa est voti sententia compos. Quis autē fuerit prim⁹ adinuentor talis metri elegiaci dubitat. vñ orati⁹. Quis tñ exiguos eleyos emiserit auctor. Grāmatici certāt et adhuc sub iudice lis est. Et diuidit hoc primū metrū in quattuor ptes. Primo boetius deplangit statū sue miserie ex pte pmutationis studij. scdo ex pte defectus corporalis. tertio ex pte prolōgationis vite miserabilis. quarto apostrophat cõtra suos amicos. secūda ibi Venit enim. tertia ps ibi. Mors hoim felix. q̄rta ibi. qd me felicē. Primo facit. qd̄ dictū est. scdo approbat dictum suū ibi. Ecce mihi lacere. dicit primo. Ego boeti⁹: qui quondā. tpe prosperitatis. studio meo florēte peregi. i. composui. carmina. supple delectabilia et iocūda. nūc. tpe aduersitatis. flebilis. i. dign⁹ ut defleā. Uel flebilis. i. tristis. cogor inire. i. inchoare mestos modos. i. tristia metra de mea miseria. ¶ Notandū sicut dictū fuit prius. boeti⁹ vtit in hoc libro tam psa q̄ metro. metro q: talis modus scribendi magis fuit cõueniens sue materie. sicut enī potus amarus q̄ amarus est delectabili⁹ sumit si fuerit aliqua dulcedine pmixtus. sic rõnes phie in prosa tradite libenti⁹ a boetio suscipiunt si fuerint iocūditate metri dulcorate. Et cõ boeti⁹ nunc vtit metro nūc prosa q: alternatis vti delectabili⁹ est. Unde auctor poetrie. Quod sapit insipidū vitiosa frequētia reddit. Itē nota q boetius potius incipit librū suū a metro q̄z a psa q: mod⁹ scribēdi metric⁹ magis fuit vsitat⁹ apd̄ antiquos q̄z prosaicus. Uel ideo q: metrū est delectabilius psa. ut ex eo magis alliciat audiētes ad suū librū: cõ in principio libri sui vtit metro. Itē nota circa litterā. q carmina vno mõ dicuntur scripta metrica certis pedib⁹ mēsurata. Alio mõ dicūtur quecūq; dicta vl' scripta etiā psaica que sunt de re delectabili: boeti⁹ autē florente studio cõposuit ut plurimū carmina psaica de re delectabili. Edidit enī quedam carmina phica. quedā logicalia. quedā theologicalia sicut ptz respicienti eius diuersos libros. Tempe autē aduersitatis cogebat. boetius ad cõponendū carmina metrica mitia. ¶ Itē nota studiū est vehemēs applicatio animi ad aliqd agēdū cum bona volūtate. dico cū bona volūtate. q: in maliuolā aiam non intrabit sapientia. hec Salomon. Et pfectio discipuli in trib⁹ consistit. ex boetio de disciplina scolariū. in attentiõe. docilitate. et beniuolētia. homini enī nolenti scientiam et ut oportet studenti īpossibilis est possessio boni. ex strarius p̄io ethicorū ¶ Itē nota q duplex est studiū florens. et tria ad studiū florens exigūtur. Primo requiritur iuuētus. quia iuuenes pspicatiores sunt senibus. senes autē magis sunt immemores. Secūdo requirit habit⁹ necessariorū. quia natura per se nõ est sufficiens ad speculandū. sed oportet necessaria existere. ex quarto ethi. Tertio requirit animi tranquillitas. que cõtingit per sedationē passionū. quia aīa in quiete et residentia fit prudēs. 7. phisicor. Ubi enī passiones dnant ibi intellect⁹ obscurat. Ideo boeti⁹ in fineb⁹ primi libri hortādo nos ad fugā passionū dicit Gaudia pelle. pelle timorē. Spemq; fugato: nec dolor adsit. Nubila mēs ē vinctaq; frenis. Hec vbi regnāt. Studiū autē aridū est. ad qd̄ cõcurrūt opposite cõditiões. s. senectus. necessariorū defectus: et aīe pturbatio ¶ Nota q versus de miseria dicūtur mesti modi. dicūtur enī modi a modulādo q: pedib⁹ modulant. et dicūtur mesti rõne materie quia sunt de tristi materia scilicet aduersitatis.

¶ Nota q in primis duob⁹ versib⁹ notat antithesis. i. cõtrapositio. dicit enī in p̄io versu quondā pegi. cui ɔ̄riat in scdo versu cogor inire. i. inchoare. Itē dicit in p̄io versu florente studio. cui ɔ̄riat in scdo flebilis. Itē dicit in primo versu. carmina supple iocūda. cui ɔ̄riat in scdo mestos modos. ¶ Itē notandū q boeti⁹ rõnabiliter deplangit statū suū ex pte pmutatiõis studii phici qd̄ versum fuit in studiū poeticū. quo nunc cogebat vti. Proposuit enim Boeti⁹ dolorē suū metrice cõscribere et non phice ɔsolari. Nā studiū phicū est studiū veritatis. q: scdo methaphi. vocari phiam sciam veritatis recte se h3. studiū autē poeticū est studiū falsitatis. Nā ex pohemio methaphisice. sm puerbiū mentiunt multa poete. Item per studiū phicū acquiritur beatitudo. ex. 10. ethicor. Per studium autē poeticum falsitatis certitudo. ex. 1. methaphisice.

Ecce mihi lacere dictant scribenda camene:
Et veris elegi fletibus ora rigant.

¶ Ecce mihi lacere dictant scriben. 7c. Hic Boeti⁹ approbat dictū suum. dixit enī q cogat inire mestos modos. hoc ipse probat. Secūdo respõdet questioni ibi. hos saltē. Primo dicit. Bene dixi q cogor inire mestos modos. Ecce. demonstratio huius ad sensum. Nā camene. id est muse poetice. lacere. id est lacerātes mentes hoim. ille dictāt mihi dicta scribenda. supple carmina metrica. et elegi id est versus miserie quos muse mihi dictant. illi inq̄ elegi rigāt. id est humectant ora. i. faciem meā veris fletibus. ¶ Notandū q sm poetas 9. fingunt fuisse muse in monte Elicone iuxta fontē caballinū. de quo fonte loquit Persius in principio libri sui dicēs. fonte caballino 7c. que muse finguntur poetis ministrasse sciam cõponendi carmina metrica. et iste muse poetice vocabant camene quasi canētes amene eo q multū delectant hoies rõne metri. ¶ Nota q ille muse poetice dicūtur lacere actiue. q: lacerant. i. distrahūt mētes hominū subiicientes ipsas diuersis passionib⁹ nunc passioni amoris. nūc doloris sicut patz p Ouidiū de amore tractantem. et p alios poetas. vel dicūtur lacere passiue rõne poematū suorū que poemata dicūtur lacera: q: nõ sunt firmitate et rõne stabilita. vbi notandū q quedā carmina dicūtur integra: quedā lacera. Integra sunt carmina phica nulla falsitate pmixta: s3 firmitate rationū stabilita et animū firmāt. Lacera sunt carmina poetica que nõ instruunt hominē nec cõsolant: sed lacerant. i. distrahunt mētes hominū nūc reducendo homini ad memoriā voluptates: nūc dolorē nūc alias passiones. ¶ Item notandū. versus elegi principaliter inuēti fuerūt. propter miseriā describendā. et q: hos versus muse dictabant Boetio. p quos boeti⁹ magis suā miseriā reduxit ad memoriā q̄z p eos cõsolaret: ideo elegi erāt cā ipsi Boetio veri fletus. ¶ Itē notandū. duplex est flet⁹ adulatori⁹ et verus. Adulatori⁹ qui est fictus qualis est fletus amatis. Si enī dixerit amasi⁹ ad amasiā: si diligis me

ipsa incipit flere. quare: ut p fletū firmi⁹ ipsum posset tenere. cū autē nūmos nō poterit extorquere ab ipso dicat. vade garcio te nō novi vere. Alius est fletus ver⁹ qui ex vero cordis dolore ⁊ ex vera pietate procedit. ⁊ ad talē fletū Boeti⁹ puocatus fuit p musas dictātes sibi carmina. ¶ Notādū q̄ hec dictio elegi pōt exponi dupli. vno mō q̄ teneat̄ noīatiue. ⁊ tūc est sensus. elegi. i. versus miserie rigāt ora mea fletibus. Alio modo q̄ teneat̄ genitiue et tūc est sensus carmine rigant veris fletibus ora elegi. i. miseri hominis. quia elegus a um. i. miser. ra. rum. fm Huguitionem.

Has saltem nullus potuit peruincere terror:
Ne nostrum comites prosequerentur iter.

¶ Has saltē nullus ⁊c. Hic boetius respōdet tacite q̄ōni. Quereret aliquis quō muse dictant tibi carmina scribēda cū sis in exiliū relegatus. q: intrasti sine omni comitiua. ad hoc respondet boeti⁹ licet omnes amici mei dereliquerunt me in exilio propter timorē imperialem. tamē has musas nullus terror imperialis potuit vincere quin sequerētur nostrū iter. i. me vsq₃ in exiliū dictātes nobis carmina. ¶ Notandū. licet bona exteriora pūt auferri ab hoīe p violentiam sicut per furtū. p rapinā per incendiū tamē scīa non potest auferri ab hoīe. non enī scīa violētia aufert̄. nec vetustate cōsumit̄ nec tristicia minuit̄. vnde Seneca. 9. eplā ad lucillū recitat. q̄ cū Stilbon capta patria: amissis liberis: amissa vxore sua ⁊ alijs bonis solus ab incēdio exierat: regsit⁹ fuerat a Demetrico nūquid oīa pdidisset. respōdit nihil perdidi. sed omnia bona mea mecū sunt. iusticia. virtus. ⁊ prudentia. ⁊ hoc innuit boetius dicēs. Musas se non reliquisse. vnde etiā Alanus de planctu nature de sciētia dicit. super oēm possessionē generosa emanat possessio: que sparsa colligit̄: erogata reuertit̄: publicata suscipit incrementū. p quā nobilis thesaurus secretis penetralib⁹ nasci: effectus eterne delectationis acquirit̄. Hec est sol p quē mēs discit a tenebris: cordis oculus deliciosa animi paradisus. Hec immortalē ex mortali facit. et caducū hominē in deum deifice mutationis auctoritate cōuertit. ¶ Nota circa hanc dictionē saltem. q̄ tres dictiōes proferri pūt p tim que deberēt pferri p tem. vnde pferim⁹ saltim p saltē tim que vo p tēpus. extimplo p extemplo. quod est cōtra huguitionē. qui dicit Tintrix detestor extumplo timpora saltim.

Gloria felicis olim viridisq₃ iuuente:
Solantur mesti nunc mea fata senis.

¶ Gloria felicis. Hic boetius deplangit statū suū ex parte defectus corpalis. Et prio proponit eū in generali. secūdo in speciali. secūda ibi. Venit enī. dicit prio quondā consolabātur me gloria felicis. id est, pspere iuuētutis. ⁊ gloria viridis iuuente. i. delectabilis iuuētutis. sed nūc fata. i. euentus. mesti senis. id est tristis senectutis. solant̄. id est consolant̄ mea. id est meā partem. quasi diceret. prius cōsolabar dulci iuuētute. nunc autē cōsolor tristi senectute. fm illam sententiā sic exponit̄ littera. Gloria felicis iuuente. i. prospere iuuētutis. viridis. i. delectabilis iuuētutis. olim. i. quondā supple cōsolabat̄ me. nūc fata. id est euent⁹. mesti senis. id est tristis senectutis solant̄ mea. id est meā partē. ¶ Notandū q̄ cōmuniter illa littera aliter exponit̄ referēdo eam ad musas poeticas sic. Camene que quondā tpe iuuentutis erāt gloria felicis ⁊ viridis iuuētutis. quod dicitur pro tanto q: iuuenes olim solebant informari in arte poetica in qua proficiētes gloriabātur in vsu metrorum ⁊ rigmorū. nunc autē camene solant̄ mea fata inquā mesti senis. ¶ Notandū q̄ felix iuuētus est que bonis exterioribus est adornata de quib⁹ bonis loquit̄ Aristoteles. circa principiū libri de bona fortuna dicēs. Sine rebus exterioribus a quorū fortuna est dn̄a nō cōtingit esse felicem. Sed viridis. i. delectabilis iuuētus est illa que est bon⁹ nature decorata s. fortitudine. pulchritudine. ⁊ agilitate. vn̄ aristoteles in ethicis. Non enim felix est qui specie turpis aut solitarius: aut carens prole. ¶ Nota q̄ boetius repētat in se statū miserie cū dicit fata mesti senis se cōsolari cum minime hoīem cōsolant̄ sed magis perturbāt. etiā cū dicit musas poeticas se cōsolari similiter repētat statū miserie. q: muse poetice nō cedent alicui in solatiū. sed pot⁹ in aumentū doloris. Itē de significationib⁹ sani ponit Huguitio duos versiculos dicens. Consiliatio mors parat responsa deorum. Et uentus rerū signantur nomine sani.

Venit enim properata malis inopina senectus:
Et dolor etatem iussit inesse suam.
Intempestiui funduntur vertice cani:
Et tremit effeto corpore laxa cutis.

¶ Venit enī pperata malis. Hic boetius declarat in speciali defectū corpalem. dicēs. Bene dico q̄ fata meste senectutis nūc consolant̄ me. enī pro q: senectus inopina. i. inopinata p apocopē. pperata. i. festinata venit in malis. i. cū suis malis ⁊ incōmodis. ⁊ dolor supple quē patior iussit inesse. i. induxit mihi suā etatē. per qd̄ innuit̄ q̄ nō solū etas inducat dolorē. sed econuerso dolor inducat ⁊ causat etatem ⁊ seniū. Et tūc boetius ponit duo signa sue senectutis dicens. cani supple capilli intēpestiui. i. ante debitū tēp⁹. fundunt̄ in vertice. i. in capite meo. Aliud signū senectutis ibi. q̄ cutis mea laxa. i. soluta tremit corpe ⁊ effeto. i. carne cōsumpta ⁊ euacuata. ¶ Nota q̄ hoiem senē multa mala ⁊ incōmoda circūueniunt. Nam pellis eius [illegible]bitur. cor ei⁹ conatur. pulmo eius debilitat̄. lumbi ei⁹ indurant̄. dorsum incuruat̄. mēbra tremūt. vn̄ poeta dicit. Optam⁹ senium cum venerit est male ventū. hoc est gibbosum surdum cecūq₃ morosum. propter hoc dicit boetius q̄ senectus venit mihi cū suis malis. Notandū circa illā ptē. ⁊ dolor etatem q̄ triplex est causa senectutis. s. etas infirmitas. ⁊ aduersitas. Senectus que inducit̄ per etatē naturalis est que aūt inducit̄ p infirmitatē vel aduersitatē accidentalis est. qualis senectus fuit in boetio q̄ senuerat propter multitudinē doloris et tristicie. ¶ Notandū q̄ canicies boetii fuit intēpestiua. huguitio dicit. Intēpestiuū est. qd̄ est incongruū. inconueniēs inutile. vel sine tpe. vnde intempestiuū dicit̄ illud quod nō habeat idoneū temp⁹. vel qd̄ nō est cōueniēs pro tpe. ⁊ q: boetius iuuenis erat etate ⁊ cōsenuerat ex aduersitate iā canicies eius fuit intēpestiua. ¶ Notandū q̄ in iuuenib⁹ cutis est dēsa propter multitudinē sanguinis ex quo sanguine generat̄ caro. sed q: sanguis diminuit̄ in senibus diminuit̄ etiā caro in eis. Ideo cutis senū est laxa ¶ Notandū circa hoc vocabulū effeto. q: ipm tractū est a mulierib⁹ pregnantib⁹. que cū pepint. dicūtur effete. i. fetu euacuate. Unde dicit huguitio q̄ fetus est natus mulieris adhuc in vtero existēs. ⁊ dicit̄ a foueo eo q̄ ibi fouet̄. inde fetus ta. tū. i. plenus a. um. Inde effetus. i. debilis: quasi sine fortitudine virūm vel viribus euacuatus. Inde fetosus a. um. i. plenus fetu. Unde in psal. Oues eorum fetose. id est plene fetu. ⁊ senes pūt dici effeti: quasi extra fetū positi. q: senectus nō est apta ad generandum fetum.

Mors hominum felix que se nec dulcibus annis
Inserit et mestis sepe vocata venit.
Heu heu q̄ surda miseros auertitur aure
Et flentes oculos claudere seua negat.
Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret:
Pene caput tristis merserat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum:
Protrahit ingratas impia vita moras.

¶ Mors hominū felix. hic boetius deplangit statum suum ex parte diuturnitatis vite miserabilis. et primo pmittit q̄ mors hominū sit felix ⁊ que non. ⁊ dicit sic. Illa mors hominū est felix que nec inserit, id est non immittit se dulcibus annis id est tempibus prosperis cum delectat hominem viuere. Similiter illa mors est felix que sepe vocata venit mestis supple annis id est tristibus annis. quia in annis aduersitatis miseri consueuerūt vocare mortē. Tūc ostendit que mors hominū sit crudelis. dicens. heu q̄ sur-

du aure id est reclusa aure. Seua mors. id est crudelis auerti-
tur. id est spernit miseros homines & negat. id est nõ vult
claudere flentes oculos eorũ. quasi dicat crudelis mors est
que non permittit miseros mori & dicit claudere flẽtes ocu-
los. per hoc innuens ꝙ in morte oculi hominũ clauduntur.
Et tunc boetius deplanget prolongationẽ sue vite dicẽs
Dum fortuna malefida id est perfida mihi faueret. id ẽ ar-
rideret. leuibus. id est transitorijs bonis. tristis hora sup-
ple mortis. pene merserat id est oppresserat meum caput.
quasi dicat tempore prosperitatis semp accelerauit mors oppri
mere me nunc autẽ quia fortuna nubila id est aduersa mu
tauit fallacem vultuz impia. id est misera vita. protrahit.
id est prolongat. mora supple viuendi. ingratas. id ẽ odio
sas mihi. quia propter miseriã trahebat ipm boetiũ viuere
¶ Notandũ ꝙ licet sm vulgares & sm apparentiã hec sen
tentia de morte felici & crudeli videat vera: tamen sm rei ve
ritatẽ est falsa. q: mors etiã tempe prosperitatis potest eẽ bo
na. Nam sm Senecã. optimũ est mori cũ delectat viuere.
& tempe aduersitatis potest mors esse mala q: aduersitas
sepe inducit desperationẽ. Boeti⁹ autẽ representãdo statuz
miseri hoĩs: hanc sententiã ponit tanq̃ verã. ¶ Notandũ
ꝙ mors vel compatur ad vitã pñtem vel futurã. Pˀo mõ
illa mors dicit felix. que fugit pcm prosperitatis & accedit
tempore aduersitatis. Si autẽ compat mors ad vitã futu-
ram tũc ipsa potest dici bona & mala tempe prosperitatis
et etiã aduersitatis q: si mors ducit ad gl̃am dicit bona. si
ad penã dicit mala. ¶ Notandũ sm Remigiũ sup dona-
tum heu aliquãdo est monasyllabũ aliquãdo dissillabũ. si
cut metri necessitas requirit. Unde in proposito est dissilla
bum dicẽdo. heu heu surda miseros auertit aure. ¶ Notan
dum ꝙ hoc verbũ auertor quandoq; est passiuũ cõstructũ
cum ablatiuo mediante prepositione ut dicendo auertor a te
& est idem quod remoueor. Aliquãdo est verbũ deponens
cõstructum cũ accusatiuo ut dicẽdo auertor te. & tũc idẽ est
quod sperno te. & sic accipit in proposito cũ mors auertitur
id est spernit miseros. Un versus. In vi passiua notat auer
tor remoueri Sz sic deponẽs auertor spnere signat ¶ No
tandũ. boetius appellat fortunã malefidã quia est decepti
ua. Unde Seneca. Neminẽ aduersa fortuna cõminuit nisi
quẽ secunda decepit et alibi Seneca Fortuna neminem fidẽ
seruat. nulli simul obesse contenta est quẽ nimiũ fouet hūc
stultum facit. ¶ Nota fortune bona dicũtur leuia q: trãsi
toria. Non enĩ pdurant circa hominẽ sm Senecã. Illud
nõ est tuũ quod fortuna facit esse tuũ. donum enĩ quod de-
dit potuit potuit & auferre. ¶ Notãdum ꝙ boetius appel
lat fortunã nubilã id est obscurã siue cecã. depingebat enĩ
antiquitus fortuna ceca. q: ex improuiso accedit et recedit.
Uel quia cecum reddit hominẽ extollendo eum in prospe
ris et deprimẽdo in aduersis ¶ Notandũ ꝙ boetius dicit
fortunam olim circa se mutasse fallacem vultum. quia for-
tuna olim depingebat duplici facie. anteriori alba. posteri
ori autẽ parte nigra p albã denotabat prosperas p nigraz
aduersitas. mutauit ergo fortuna circa boetiũ fallacẽ vultũ
prosperitatis. postea ostendit ei vultum aduersitatis.

Quid me felicem toticus iactastis amici.
Qui cecidit: stabili nõ erat ille gradu.

¶ Quid me felicem. hic boetius deplangit statuz miserie
sue apostrophãdo cõtra amicos dicens. O amici mei qd
id est propter quid iactastis. id est iactando dixistis me. to
tiens. felicẽ frustra enĩ hoc dixistis. quia felicitas mea non
erat stabilis. quod patet ex hoc quia ego cecidi. & ille qui ce
cidit de prosperitate in aduersitatẽ nõ erat in stabili gradu
prosperitatis. ¶ Notãdũ duplex est felicitas politica que
consistit in bonis exteriorib⁹. et talis non est stabilis sicut
nec bona exteriora. Alia est felicitas speculatiua. que consi-
stit in actu sapientie scilicet in speculatione substantiaruz
separataruz. & talis felicitas est stabilis & immutabilis ut
sit bonum optimum. pulcherrimum. delectabilissimuz ex
primo ethicorum.

Prosa prima.

Et dum mecũ tacitus ipse reputarem
b querimoniãq; lacrimabilez stili officio
designarem: astitisse mihi supra verti-
cem visa est mulier reuerendi admoduz vul-
tus: oculis ardentibus: et vltra cõmunẽ homi
num valentiaz perspicacibus: colore viuido:
atq; inexhausti vigoris: quãuis ita eui plena fo-
ret ut nullo modo nostre crederet etatis. statu
ra discretionis ambigue. Nam nũc quidẽ ad
cõmunẽ sese hominũ mensurã cohibebat. nũc
vero pulsare celum summi verticis cacumine
videbat. que cũ caput altius extulisset: ipsum
etiam celũ penetrabat: sese respicientiũq; ho-
minuz frustrabat intuitus.

¶ Prosa prima primi libri.

Et dum mecũ tacitus ipse. Hic incipit psa prima
b huius primi libri in qua boeti⁹ introducit phiam
sup suã miseriã consolantẽ. ¶ Ubi nota ꝙ boeti⁹
dolens & ipsa phia ipm consolans non sunt aliud nisi ani
mus dolens ex oppressiõe sensualitatis: & ratio consolans
ex vigore sapientie. Et diuidit. primo ostendit boeti⁹ quõ
phia sibi apparuit. scdo quid circa ipz egerit. scdã ibi. Que
vbi poeticas musas. Primo describit apparitionẽ philo
sophie quoad tps et ad locum. & describit eius dispositioẽ
quo ad vultum: quo ad aspectũ: quoad colorẽ et vigorem:
& quo ad etatẽ. Scdo describit phiam q̃tum ad habitum
exteriorẽ. Tertio quoad ornamẽta & insignia que manib⁹
gestabat scdã ibi. vestes erant. Tertia ibi Et dextra quidẽ
dicit primo Dũ ego Boetius hec que supra in metro dixi
tacitus mecũ reputarẽ. i. cogitarẽ. & querimoniã lacrimabi
lem id est pꝛouocantẽ ad lacrimas designarẽ. id est describerẽ
officio stili. visa est mihi mulier astitisse supra verticẽ. id ẽ
supra caput. admodũ id est valde reuerendi vultus. oculis
ardentib⁹ & pspicacibus. i. claris. vltra cõmunẽ valentiaz
hominũ. id est vltra homines. que apparuit in colore viui
do. id est delectabili. & apparuit mihi tanq̃ inexhausti. id
est inconsumpti vigoris. Quãuis ipsa foret ita plena eui. id
est durationis ut nullo modo crederet esse nostre etatis. sta-
tura eius ambigue. id est dubie discretionis id est cognitio
nis. Nam nũc. id est aliquãdo cohibebat. id est extendebat
sese ad cõmunẽ mensurã hominũ. id est longitudinẽ. nunc
id est aliquando videbat pulsare. id est attingere celum ca
cumine summi verticis. id est altitudine capitis. que cum
caput altius extulisset ipsum etiã celum sua longitudine
penetrabat. ¶ Notandũ. ꝙ boetius describit philosophi
am sibi apparuisse sub specie mulieris: q: philosophia apd
grecos. & sapientia apud latinos est generis feminini. vel
ideo quia sicut mulier infantes lacte nutrit: sic philosophia
minus pfectos nutrit facilibus doctrinis. Uel ideo q: boe
tius erat eger. Mulier autẽ magis est cõpassiua & magis
habilis ad cõsolandũ egrũ q̃ vir. Nam sm Salomonem.
vbi non est mulier ibi ingemiscit eger. ¶ Notandũ. stare
est erecto modo se habere: & quia philosophia erigit hoiem
ad delectationes intellectuales faciens cadere sensuales. iõ
ipsa describit stetisse & dicit stetisse supra verticẽ: quia phi
losophia est in anima intellectiua que nõ habet organuz in
vertice. Nam anima intellectiua nullius organi corpalis
est actus. Uel dicit ideo stare supra verticẽ: quia de supero
cardine elapsa venit. ut dicit boetius tertia prosa huius p
mi. ¶ Notandũ philosophia dicit reuerendi vult⁹: quia
suos possessores reuerendos facit. Nam sm Tulliũ sola sa
pientia est que meret honores. Item sm Tulliũ reuerentia
est quedam decẽs ac matura grauitas: que habet per phi
losophiam ergo dicit reuerendi vultus. ¶ Notandũ. illud
quod est ardens est penetratiuũ. & quia per rationẽ & intel
lectum que sunt oculi philosophie penetramus intima re-

rum & quidditates earū: ideo philosophia dicit apparuisse ardentibus oculis. Et quia p philosophiā speculamur ea que vulgares & cōmunes nō speculant. ideo dicit habuisse oculos pspicaces vltra cōmunē hominū valentiā. ¶ Notandū color viuidus est color naturalis pulcher & delectabilis. & quia philosophia in se pulcherrima est: cū sit res mirabilis & diuina. & delectabilis quia mirabiles affert delectationes: ideo describit apparuisse viuido colore. Itē philosophia apparuit inexhausti vigoris: quia philosophia cū sit perpetua exhauriri nō potest. Uel ideo est inexhausti vigoris: quia quantūcunq3 homo cognoscat de philosophia: adhuc tamē restant plura cognoscēda: quod patz ex diuersitate opinionū in philosophia quarz vna destruit aliam. Itē quia philosophia est eterna & precesserat ipsum Boetiū. ideo dicit eā non fuisse sue etatis ¶ Notandū tres sunt partes philosophie essentiales. s3. 6. methaphisice: naturalis: mathematica: & diuina. Sm naturalē philosophiā dicit philosophia se cohibere ad cōmunē mensuraz hominū in q̄ntum tractat de naturalibus que cōmuniter via sensus cognoscū tur: inter que natura hominis est summū ad quod peruenitur. Dicit autē philosophia pulsare celū quo ad mathematicā. id est quo ad astronomiā in q̄ntum tractat de motibus & figuris astrorum. Dicitur autē penetrare celū quo ad methaphisicā in q̄ntum dirigit in cognitionē dei & substantiarum separatarū. Et dicit philosophia frustrare intuitum hominū respicientiū: quia perfectā cognitionē substantiarū separatarum in hac vita habere nō possumus. Nam sicut se habet oculus nocticoracis ad lumen solis: sic intellectus noster ad manifestissima in natura ex scdo methaphisice.

Uestes erant tenuissimis filis: subtili artificio īdissolubiliq3 materia pfecte. quas: vti post eandem pdente cognoui: suis manibus texuerat. Quarū speciem: veluti fumosas imagines solet. caligo quedam neglecte vetustatis obduxerat. Harum in extremo margine. P. grecū in supremo vero T. legebatur intextū: atq3 inter vtrasq3 litteras in scalarum modū gradus quidā insigniti videbant: quibus ab inferiore ad superius elementū esset ascensus. Eandem tamen vestem violentorū quorundā sciderant manus: et particulas quas quisq3 potuit abstulerant.

¶ Uestes erant tenuissimis filis. Hic Boetius describit philosophiā q̄ntum ad habitū exteriorē. Primo q̄ntuz ad materiā vestium. secūdo q̄ntum ad picturaz vestium. tertio q̄ntum ad violentiam vestibus illatā: & legant partes simul. dicit primo. vestes philosophie erant pfecte tenuissimis. id est subtilissimis filis. & erant ex subtili artificio. et ex materia indissolubili. quas vestes ipsa texuerat suis. i. proprijs manibus vti pro stat. ego cognoui eadem philosophia prodente. id est reuelante mihi in tertia prosa huius primi. quarū supple vestiū. speciē id est pulchritudinē quedam caligo. id est obscura ignorantia. neglecte vetustatis. id est negligentie veterū. obduxerat id est obscurauerat veluti solet supple obducere. caligo fumosas imagines. id est stantes in fumo. Nunc ostendit quid fuerit depictuz in vestibus eius dicens. In extremo margine. id est in inferiori parte harū vestium. legebatur intextū. P. id est practica. in supremo supple margine. id est in superiori parte vestium. erat intextum. T. id est theorica. quod interpretat speculatiua. et inter vtrasq3 litteras. inter. T. et. P. erant quidam gradus insigniti. id est impressi. in modū scalarū. quibus gradibus ascendebat ab inferiori littera ad superiorem. Nunc tangit violentiam vestibus illatam dicēs. Eandem vestem sciderāt. id est lacerauerant. manus quorundā hominū violentorū supple facientiū violentiam. & q̄squis id est vnusquisq3. abstulerat particulas a veste quas poterat auferre. ¶ Notandū q3 per vestes philosophie intelliguntur partes essentiales & artes liberales. Sicut enim corpus vestibus ornatur: sic philosophia suis partibus decoratur. Per fila autē subtilissima intelligūtur precepta philosophicalia siue propositiōes philosophicales. sicut enim vnū filum in vestibus ordinat circa aliud: sic vna propositio iuxta aliā. que propositiōes dicūtur subtilissime: quia per eas homo subtilia intelligat. Dicūtur et huiusmōi precepta subtilia artificia cōcepta ratiōe ornatus verborū & sententiarū que in eis inueniūtur. & sunt ex materia indissolubili: quia licet a quibusdā male exprimātur: tum in seipsis habent veritatē indissolubilē. ¶ Notandū. per manus philosophie: per quas suas vestes texuerat: intelliguntur philosophi qui pcepta philosophicalia cōscripserunt. & dicūtur rationabiliter manus philosophie: q3 nisi fuissent instructi preceptis philosophicis: ea exprimere minime valuissent. ¶ Notandū q3 vestes philosophie dicūtur fuisse obducte quadā caligine. quia tempore Boetij artes ad tantā negligentiā deuenerant q3 pauci eas curabāt. Sed Boetius eas trāstulit et exposuit siue cōmentatus est. vel ideo vestes philosophie fuerūt fumose: quia ab antiquis obscure fuerit tradita philosophia. ab Empedocle poetice. a Platone enigmatice. ab Aristotele sub verborū obscuritate. ¶ Notandū quia due sunt partes principales philosophie: scilz practica & theorica. Ideo in veste philosophie erant due littere intexte. scilz. P. et. T. P. autē erat in inferiori parte vestis. et. T. in superiori: p quod innuit q3 philosophia practica est inferior speculatiua ordine dignitatis. Per gradus autē medios qui erant inter vtrasq3 litteras intelligūtur scientie eloquentie que sunt grāmatica. logica. rethorica. ¶ Notandū q3 dicit ascensum fuisse per gradus a practica ad speculatiuā. p hoc innuit q3 homo primo debet eē sufficienter instructus in practicis ut post ascendere valeat contemplatiuas. ¶ Notandū quid sit scindere vestes philosophie. illi tantū dicūtur vestes scindere philosophie qui putant habētes vnā scientiam se esse perfectos philosophos sine alijs. Si autē aliqui sciant vnā artem sine alia: dummodo se cognoscāt non esse pfectos philosophos: tales non scindūt vestes philosophie. vel illi scindūt vestes philosophie. qui per extortas expositiones trahūt veras propositiones ad suas falsas opiniones.

Et dextera quidē eius libellos: sceptrum vero sinistra gerebat.

¶ Et dextra quidem eius. Hic Boetius describit philosophiā q̄ntum ad insignia & ornamenta que manibus gestabat dicens. Et dextera manus philosophie gestabat libellos. sinistra vero gestabat. id est portabat sceptrum. id est virgam regalem. ¶ Notandum. q3 omnis cura. et intentio viri sapientis versatur vel circa cōtemplationē sapientie que designatur per libellos: vel circa regimē reipublice quod designat per sceptrū. & quia contemplatio sapientie potior est q̄3 regimen reipublice. ideo philosophia dicit in dextera habere libellos. In sinistra vero sceptrū.

Que vbi poeticas musas vidit: nostro assistentes thoro: fletibusq3 meis verba dictantes: commota paulisper ac toruis inflammata luminibus. P. Quis inquit has scenicas meretriculas ad hunc egrum permisit accedere. Que dolores eius non modo nullis fouerent remedijs: verum dulcibus insuper alerent venenis: Hee sunt enim que infructuosis affectuū spinis vberem fructibus rationis segetem necant. Hominumq3 mentes assuefaciunt morbo: non liberant. At si quē prophanū vti vulgo solitum: nobis blanditie vestre detraherent: minus moleste ferendū putarem.

Nihil quippe in eo nostre opere lederentur. Nunc vero eleaticis atque achademicis studijs enutritum alleristis. Sed abite potius syrenes usque in exitium dulces: meisque eum musis curandum sanandumque relinquite. Boetius. His ille chorus increpitus deiecit humi mestior vultum: confessusque rubore verecundiam limen tristis excessit.

C Que ubi poeticas musas. Postq̃ Boetius ostendit quomodo philosophia sibi apparuit. Hic ostendit quid circa ipm egerit. et primo ostendit quomodo musas poeticas fugavit. secundo ostendit quomodo ipse de hoc obstupuit. tertio quomodo philosophia sibi appropinquans fletum eius deplanxit. secunda ibi. At ego. tertia ibi. Tum illa. Dicit primo que supple philosophia. ubi pro postq̃. vidit poeticas musas assistentes nostro thoro id est lecto. quia Boetius tanq̃ eger in lecto decubuit. et cum vidit musas dictantes verba. id est carmina. meis fletibus ipsa philosophia paulisper id est aliquantulum. commota et inflammata. id est incensa. toruis luminibus id est crudelibus vel terribilibus oculis inquit quis permisit has meretriculas scenicas. id est umbrosas. accedere ad hunc egrum: que dolores eius non modo. id est non tantum. fouerent id est sanarent. nullis remedijs. id est medicamentis. verum pro sed. alerent supple dolores eius dulcibus venenis. Hec sunt enim muse que infructuosis spinis affectuum id est passionum necant. id est suffocant. uberem. id est fertilem fructum rationis fructibus. id est in fructibus suis. et mentes hominum assuefaciunt morbo: non liberant. Hic alloquitur musas dicens. O muse si vestre blanditie detraherent nobis quem. id est aliquem virum prophanum. id est illiteratum. ut pro tanq̃. solitum. id est similem. vulgo ego putarem id ferendum. id est patiendum. minus moleste quippe in hoc nihil lederentur nostre opere. id est nostre sedulitates. sed vos alleristis nobis hominem hunc enutritum studijs. id est scientijs eleaticis. id est aristotelicis. atque achademicis. id est platonicis. Nunc fugat eas dicens. sed abite potius. id est recedite. vos syrenes. dulces usque in exitium id est in mortem. et relinquite eum curandum meis musis. id est doctrinis salubribus. Tunc ille chorus. id est turba musarum increpitus. id est redargutus. mestior. id est tristior existens. vultum suum deiecit. id est inclinauit humi. id est terre. et rubore confessus verecundiam. tristis excessit. id est exiuit. limen id est domum in quo decubuit Boetius. C Notandum quod ideo muse poetice dicebantur assistere thoro Boetij quia B. studuit metrice dolorem suum describere. Item philosophia dicitur paulisper commota: per quod innuitur quod ira immoderata non debet cadere in virum sapientem: quia virtus consistit in immoderatione passionum. Unde licet irasci sit homini naturale: tamen irasci quando oportet: et ut oportet: et quantum oportet est hominis virtuosi et sapientis. Unde Seneca quid crudelius ira. Similiter in de virtutibus cardinalibus. Esto tardus ad iram. Item interrogatio quandoque fit causa ignorantie abiiciende. aliquando ut ex responsione facta aliquid probet. quandoque fit propter increpationem faciendam. et hoc ultimo modo philosophia interrogat o quis has scenicas meretriculas. etc. C Notandum quod muse poetice dicuntur meretricule. sicut enim meretrix allicit hominem delectando nihil utilitatis sibi conferendo et committit se cuilibet non ex amore sed spe lucri: ita poete non scribunt amore scientie sed ut aliquid laudis vel premij consequantur. et delectant ratione metri modicum utilitatis conferendo sed diversas passiones inducendo. Appellat autem philosophia musas meretriculas scenicas quia carmina poetica in scena consueverunt pronunciari. Ubi nota quod scena dicebatur locus umbrosus in theatro ubi abscondebant persone pronunciantes carmina tragica vel comica. unde scena interpretatur umbraculum vel umbra. Vel ideo muse poetice dicuntur scenice. id est umbratiles: quia sunt umbra scientie non vera scientia cum obumbrent mentes hominum. Item metrica descriptio doloris non sanat dolorem sed magis auget quia consideratio miserie est prouocativa tristicie. unusquisque autem cum diligentia considerat quod scribere vult. Item metrica descriptio dicitur esse dulce venenum. quia placet et nocet. ratione metri placet. sed propter recordationem doloris nocet. Item affectus est vehemens animi passio animum torquens. et verum iudicium rationis impediens. Et sunt quattuor affectus animi gaudium dolor spes et timor: qui dicuntur infructuose spine quia suffocant segetem rationis. que est scientia et virtus. Item licet de omni errore dolendum sit. potius tamen de errore sapientis q̃ insipientis. nam error sapientis alios exemplo corrumpit. error autem insipientis non. quia ab insipiente non trahitur exemplum. propter quod dixit Salustius. Omnia mala exempla a rebus bonis orta sunt. Ergo dicit philosophia. magis esset dolendum de errore Boetij q̃ alicuius prophani. C Item secundum Huguitionem phanum idem est quod templum. Inde prophanus. id est sacrilegus quasi procul a phano id est a templo. Prophanum etiam dicitur quicquid non est sacrum. unde omnes layci et illiterati dicuntur prophani quasi procul a phano sapientie. C Item secundum Huguitionem opera opere est sedulitas in rebus agendis. Opera autem philosophie est intentio vel labor ad aliquid philosophicum adducendum. Item eleys est civitas grecie in qua studuit Aristoteles. unde studia sua dicuntur eleatica. Achademia autem fuit civitas vel villa in qua studuit Plato. unde studia sua dicuntur achademica. utrisque autem studijs Boetius fuit enutritus. C Item philosophia musas appellat syrenes. sicut enim syrenes dulcedine cantus attrahunt nautas periclitando eas. sic muse delectatione metri alliciunt homines vel mentes hominum et rationem aliquo affectu submergunt et obscurant. C Item quod una philosophia cunctam musarum expulit signat quod unus sapiens sua virtute et sapientia infinitos errores stultorum extinguit.

At ego cuius acies lacrimis mersa caligarat ut nec dinoscere possem: que nam hec esset mulier tam imperiose auctoritatis: obstupui: visuque in terram defixo quidnam deinceps esset actura expectare tacitus cepi.

C At ego cuius acies. Hic Boetius ostendit quomodo obstupuit de actu philosophie. dicens. At ego Boetius cuius acies. id est visus mersa lacrimis caligarat id est obscura fuerat. ut nec possem dinoscere. id est investigare. quenam id est que esset hec mulier tam imperiose auctoritatis. id est potentie. ego obstupui. id est miratus fui et defixo. id est inclinato. visu in terram. tacitus cepi expectare. quidnam deinceps. id est consequenter esset actura circa me. C Notandum. quia Boetius doluit de amissione rerum temporalium. eius acies. id est ratio et intellectus caligarat. ita quod non potuit cognoscere philosophiam. C Nota quod licet Boetius de actu philosophie obstupuit. tamen tacitus expectavit quid deinceps facere vellet per hoc innuens se esse talem qui consolationem acciperet qui enim resistunt alios audire. nec audita ratione acquiescunt tales sibiipsis obstaculum consolationis faciunt.

Tum illa propius accedens in extrema lectuli mei parte consedit: meumque intuens vultum luctu gravem atque in humum merore deiectum his versibus de nostre mentis perturbatione conquesta est.

C Tum illa propius accedens. Hic Boetius ostendit quomodo philosophia sibi appropinquans fletum eius deplanxit dicens. Tum illa philosophia accedens propius consedit in extrema parte lectuli. id est cordis mei. et intuens me

pim vultū grauem.idest grauatum luctu.atq3 deiectum.id est inclinatum in humi.id est in terram. merore. idest tristicia.conquesta est his versibus sequentibus de perturbatione nostre mentis. ¶ Nota ꝙ philosophia dicit sedisse in extrema parte lectuli.id est cordis Boetij. Nam cū esset in tristicia et doleret propter amissionem rerum temporaliū parum vel nihil sapientie habebat. ꝛ quia tota cura ei⁹ erat circa terrena amissa.ideo dicit habuisse vultum merore deiectum in humū.

Metrū secundū primi libri.

b

En ꝙ̄ precipiti mersa profundo
Mens hebet et propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras:
Terrenis quotiens flatibus acta
Crescit in immensum noxia cura.

Metrum secundū primi libri.

b

En quā p̄cipiti mersa profundo. Hic incipit metrum secundum huius primi libri. Quod vocatur metrum dactilicum a pede predominante. ꝛ dicitur thetrametrū a numero pedum.a thetra quod est quattuor. quia quattuor pedes continet et dicitur ypercatalecticum propter syllabam habūdantē post duos pedes in medio versus. Verbi gratia. Primus pes est. Heu ꝙ̄ secundus precipi.sed syllaba ti huius nominis precipiti superabūdat. tertius pes est mersa pro. quartus fundo Similiter est in alijs. In hoc ergo metro. philosophia deplangit statū boetij dolendo perturbationē sue mentis.et facit duo. Primo vniuersaliter philosophia deplangit perturbationem mentis hominum. Secundo specialiter conuertit planctum suum super Boetium ibi. Hic quondam. Primo dicit.heu quā.id est quantum.mens hominum hebet. id est obscuratur.mersa precipiti profundo.id est cura rerum temporalium que precipitat hominē.ꝛ talis mens relicta propria luce.id est contemplatione.tendit.id est laborat.ire in tenebras externas.id est in ignorantias exteriores. hoc autem contingit homini.quotiens supple mens acta. id est agitata.terrenis flatibus.id est prosperitatibus vel euentibus cura.id est solicitudo rerum temporaliū.noxia. id est nociua,crescit in immensum.id est supra modum.

¶ Nota.ꝙ in nobis est duplex virtus rationalis et sensualis.sensus autem semper aduersatur rationi. quia caro concupiscit aduersus spiritum.ꝛ spiritus aduersus carnē. cum autem sensualitas vincit rationem. tunc homo est in malo statu regiminis. et efficitur bestialis. Vnde Albert⁹ super tertio de anima dicit. Turpe est nobis abijcere regimen superioris ꝛ induere regimen inferioris virtutis quod nobis cōmune est cum bestijs. Ideo scribitur tertio ethicorum. in antiqua translatione valde conandum et laborandum est nobis. Vt virtus nostra concupiscibilis subiecta sit rationi quemadmodū enim pueri peruerse viuunt si nō a suis pedagogis fuerint coacti ad recte viuendum. sic appetitus sensualis ducit nos ad insolentiam.nisi regula rationis fuerit coartatus. plures autem homines sequuntur sensualitatem ꝙ̄ rationem. insudantes bonis exterioribus et delectationibus sensualibus per que impediūtur in speculatione et cognitione summi boni.

¶ Ideo philosophia hoc deplangens dicit in metro. Heu ꝙ̄ precipiti. ¶ Item cum anima ingerit se curis rerū temporalium profunde precipitatur et hebet quia a cognitione rerum et sui creatoris destituitur ꝛ destituta cadit in tenebras externas.id est in ignorantias exteriores. Vbi nota ꝙ duplex est ignorantia quedam naturalis que est in infantibus et decrepitis.ꝛ vocatur ignorantia interna.quia ex naturali defectu contingit. Alia est ignorantia que causatur ex negligentia hominis quando solicitatur circa exteriora.et talis dicitur externa.quia est extra naturā. de qua dicitur ꝙ omnes homines naturaliter scire desiderāt. Prima ignorantia cum sit naturalis non est viciosa. quia turpes a natura nemo increpat neq3 bonos laudat. Secunda est viciosa cum sit per hominis negligentiam de quo loquitur Boetius secundo huius li. prosa quinta. Ceteris animantibus sese ignorare natura est. hominibus vero vicio venit. Item dicit noxia cura. Vnde Seneca in prouerbijs. Magnam partem perturbationis sibi dedit qui exterioribus se inijcit. Item ratio et intellectus dicuntur lux hominis.quia illuminat hominē ad cognitionem creature et creatoris. dicuntur autem propria lux hominis quia solum genus hominum viuit arte et ratione ex prohemio methaphisice.

Hic quondam celo liber aperto:
Suetus in ethereos ire meatus:
Cernebat rosei lumina solis.
Visebat gelide sydera lune.
Et quecunq3 vagos stella recursus
Exercet varios flexa per orbes,
Comprensam numeris victor habebat.

¶ Hic quondam celo liber aperto. Hic philosophia specialiter conuertit se ad deplangendum Boetium. ꝛ primo ostendit quanta contemplatione Boetius quondā viguit. Secundo ostendit quomodo destitutus a tali contemplatione solum de terrenis cogitabat.ibi. Nunc iacet effeto. Primo philosophia commēdat Boetium ab Astronomia. Secundo a naturali philosophia. Tertio a morali. secunda ibi Quinetiam causas.tertia ibi. Quis voluat stabilem. Primo dicit Boetius quondam liber.id est solutus a cura rerum temporalium.celo sibi aperto. per cognitionem. suetus fuit ire.per rationem. in ethereos meatus.id est in motus corporum celestium. ꝛ ipse cernebat, id est speculabatur. lumina. id est radios rosei solis. visebat.id est cum desiderio videbat. sydera.id est constellationes. gelide.id est frigide lune. ꝛ ipse boetius. victor ignorantie.habebat omnem stellam comprehensam numeris. id est certis computationibus.quecumq3 stella.erratica.exercet.id est operatur. vagos.id est varios recursus.nunc progrediendo:nunc regrediendo.stella tanquā flexa. id est mota,per varios orbes,id est circulos.

¶ Nota ꝙ animo liberato a curis exterioribus concessū est philosophari. Ideo quedam artes dicuntur liberales: quia filij liberorum.id est nobilium qui erant liberati a curis temporalibus talibus artibus vacabant. Ideo dicit philosophia ꝙ boetius quondam liber.ꝛc.

¶ Nota. ꝙ dicit celo aperto.licet homo planetas celi corporaliter non attingat tamen speculatione comprehendit. Hoc pulchre tangit Trismegistus. dicens. Magnum miraculum est homo et animal honorandum.hic anima intellectiua in naturam dei transit quasi ipse deus sit. Hic per naturam anime diis est coniunctus.hic demonum genus nouit.terram colit. elementis commiscetur acumine mentis.in maris profunda descendit.celum quod videtur altissimum animi sagacitate metitur. Intentionem animi eius nulla aeris caligo confundit: nec terre densitas eius operationem impedit.non aque profunditas aspectū eius obtundit.

¶ Nota ꝙ sol in ortu suo apparet roseus propter vapores interpositos inter visū nostrū ꝛ solē. Nā albū visū p̄ rimū

apparet rubeum. Etiam licet in meridie vapores sint interpositi: non tamen apparet tunc roseus: eo q illi vapores non sunt grossi sed subtiliati calore solis. ¶ Nota philosophia dicit lunam esse gelidam: qd non est intelligendum formaliter: quia prime qualitates que sunt calidum. frigidū humidum. siccum. non habent locum in corporibus celestibus: cum non recipiant peregrinas impressiones. sed dicitur luna gelida virtualiter vel effectiue: quia frigus et crassos humores efficit in istis inferioribus: propter qd noctes quibus luna preest sunt gelidiores et humidiores magis diebus. ¶ Nota q planete dicuntur habere vagos recursus: quia mouentur duplici motu: scilicet primi mobilis ab oriente in occidentem: et proprio motu ab occidente in orientem. vel ideo quia quandoqz apparent nobis stationarii. quandoqz retrogradi. quandoqz propinqui. quandoqz aliqualiter remoti. ¶ Nota q stella erratica dicitur flexa idest mota per varios orbes circulorum scilicet deferentis et epicycli ratione quorum circulorum nūc dicuntur progressiui. nūc retrogradi. nunc stationarij vt dictum est. et habet videri in theorica planetarum vel astronomia.

Quin etiam causas: vnde sonora
Flamina sollicitent equora ponti.
Quis voluat stabilem spiritus orbem.
Vel cur hesperias sydus in vndas
Casurum rutilo surgat ab ortu.
Quis veris placidas temperet horas:
Vt terram roseis floribus ornet.
Quis dedit vt pleno fertilis anno
Autūnus grauidis influat vuis
Rimari solitus: atqz latentis
Nature varias reddere causas.

¶ Paulinum consularem virū. Hic ponit sextum beneficium: dicens. Ego traxi .i. liberaui paulinū virū ꝯsularem cuius opes iam deuorassent spe ⁊ ambitione .i. cupiditate canes palatini .i. familiares regis similes canibus. illū traxi a faucibus hyātium .i. appetentiū opes paulini. ¶ Nota ꝙ familiares regis qui presidebant palatijs vocabātur canes palatini. sicut enim canes habent ora hyantia ad cupidas escas: sic isti hyabant ad decipiendas facultates patrum romanorum. ¶ Tunc ponit septimū beneficium dicens. Ego opposui me odijs Cypriani delatoris .i. accusatoris ne pena preiudicate accusationis corriperet .i. puniret. Albinum virū consularem. ¶ Nota ꝙ Cyprianus qui fuit de familia regis iniuste accusauit virū Albinum consularem qui prius iudicatus fuit ad penam ꝙ̄ accusatus: ⁊ ne ista pena cui adiudicatus fuerat ipsum Albinum corriperet Boetius se opponens odijs Cypriani accusatoris Albinum saluauit. ¶ Nota ex istis bn̄ficijs enumeratis apparet ꝙ Boetius nō gessit magistratū pro vtilitate ꝓpria: sed pro cōi bono. si enim ꝓpriam vtilitatem intendisset vtiq; odiū ⁊ offensam potentū euitasset qđ nō fecit. Et ꝑꝰ dicit: nūꝙ̄ me a iure ad iniuriā q̄sq̄ detraxit: ex quo satis apparet ipsum non quesiuisse ꝓpriū cōmodū. tales enī frequētius de iure deflectunt. Et subdit nunqd videor in me .i. contra me exacerbasse .i. irritasse satis magnas discordias opponendo me potentibus quasi dicat imo. Sed esse apud ceteros tutior. Hic tangit frustrationem suorum bn̄ficiorum. dicens. Sed ego debui esse tutior apud ceteros scꝫ romanos quibus impendi ista bn̄ficia ⁊ tñ non sum tutus vt post videbit: lꝫ ego non meruerim securitatē apud aulicos idest familiares regis aulam inhabitantes: opponēdo me eis amore iusticie. ¶ Nota ꝙ vna cā perturbationis fuit frustratio suorum meritorum: q2 amicitia ⁊ gratia istorum frustrabatur circa ipsum: quibus multa beneficia impēdit: ⁊ ꝓpter quos in multa odia ⁊ indignationes incidit.

Quibus autem deferentibus perculsi sumus quorum vnus Basilius olim a regio depulsus ministerio: in delationem nostri nominis alieni eris necessitate compulsus est. Opilionem vero atq; Gaudentium cū ob innumeras atq; multiplices fraudes ire in exilium regia censura decreuisset: cumq; illi parere nolētes sacrarum sese edium defensione tuerentur: cōpertumq; id regi foret: edixit vt nisi infra prescriptū diem a Rauēna vrbe decederēt ꝑ notas insigniti frontibus pellerentur. Quid huic seueritati posse astrui videtur? Atqui eodē die deferentibus eisdem nominis nostri delatio suscepta est. Quid igitur? Nostre ne artes ita meruerunt? An illos accusatores iustos fecit premissa dānatio? Ita ne nihil fortunam puduit si minus accusate innocentie: ⁊ accusantiū vilitas pudori debuisset.

¶ Quibus aūt deferētibus perculsi sumus. Hic Boetius tangit suam perturbationē ex iniusta sui ꝯdēnatione. ⁊ primo facit h. scđo expurgat se de quibusdā sibi obiectis. scđa ibi. Quo vti. Primo ostēdit iniustā sui ꝯdēnationē ex accusatiū ꝑsonarū viliū. Scđo ex falsitate crīs sibi impositi. Tertio ex seueritate iudicū ⁊ peruersitate. scđa ibi. At cuius crīs. tertia ibi. Et cuius vnꝗ̄. Primo dicit. Nos sumus perculsi .i. percussi aulicis deferentibus .i. accusantibꝰ: quorum vnus erat Basiliꝰ qui ꝓpter maliciā suā depulsus fuerat a ministerio regio: ille cōpulsus pecunia susceptꝰ est in delationē .i. accusationē nostri nominis. Alij duo accusatores nostri fuerūt Opilio ⁊ Gaudentius: quos cum rex Theodoricus ꝓpter innumerabiles fraudes ipsorum ordinasset ire in exilium ⁊ ipsi nolētes parere .i. obedire. se tuerent .i. defenderent se intrando ecclesias cū illud esset cōptū .i. reuelatū regi edixit .i. precepit rex vt nisi infra ꝑscriptū .i. statutū terminū decederent ab vrbe Rauēna deberent repelli ⁊ primo signari in frontibꝰ cauterio sicut solent signari malefactores. Et dicit Boe. qđ videt: posse astrui idest cōformari huic seueritati. ꝙ eodē die eisdē deferentibꝰ idest accusantibꝰ nos supple. suscepta fuit delatio .i. accusatio nostri nominis. qđ igit o philosophia est dicendū meruerūt ne h' artes nostre quasi dicat nō. nunqd isti iustificati sunt ꝓpter nostram accusationē quasi dicat nō. nunqd nihil puduit fortunā de tali accusatione. q.d. imo debuit pudere fortunā ⁊ si nō puduit fortunā innocentia accusari: tñ vilitas accusantiū debuit eē pudor ipsi fortune. Nota h' vocabulū perculsus. dicit Hugutio percello .i. perculi in preterito: ⁊ perculsum in supino. est idem qđ pellere vel potius terrefacere: sed pellere ptinet ad corpus: sed percellere ad aīam. ¶ Nota circa h' vocabulū deferentibus ꝙ defero tria significat. Primo idē ē ꝙ deporto. Inde delator .i. deportator. Scđo idem est ꝙ honoro. Inde delator .i. honoris exhibitor. Tertio .i. accuso. Inde delator .i. accusator q detegit qđ latebat ⁊ sic vltimo mō capit h'. Unde versus. Accusat defert dat honorē fertq; deorsum. ¶ Nota ad testes idoneos septē requirunt ꝯditiōes que his versibꝰ cōtinent. Etas ꝯditio sexus discretio fama. Et fortuna fides in testibus illa requires. Primo requirit etas: q2 pueri nō pūt esse testes. Scđo requirit ꝯditio libera. idō serui nō pūt perhibere testimoniū. Tertio requirit sexus masculinus. idō mulieres nō pūt esse testes. Quarto requirit discretio. idō furiosi ⁊ stulti nō pūt testari. Quinto requirit fama idō ꝑsone infames non pūt testificari. Sexto requirit fortuna ꝓpter qđ pauperes non pūt testificari. Septimo requirit fides ꝓpter qđ infideles non pūt perhibere testimoniū. Inter illas ꝯditiōes due sunt viliores .s. paupertas ⁊ infamia. Boe. ergo volens ostendere suā ꝯdēnationē iniustā ex vilitate testiū accusantiū ꝓpter quam repellēdi erāt a testimonio dicit in vno fuisse defectū fortune scꝫ in basilio. Sed in alijs duobus .s. in Opilione ⁊ gaudentio dicit fuisse vitiū infamie. ¶ Nota ꝙ nihil videtur seuerius ⁊ nequius ꝙ̄ ꝑsonas viles ⁊ dānandas admittere in testimoniū ꝯtra innocentes. Quia dicit Seneca in de remedijs fortuitorum. Nō pōt hr̄e vllam auctoritatē sniā: vbi q dānandus est male de te loquitur.

At cuius criminis causa arguimur: summam queris? Senatum dicimur saluum esse voluisse. Modum desideras? delatorem ne documenta deferret: quibus senatum lese maiestatis reū faceret impedisse criminamur. Quid igit o magistra censes? Inficiabimur crimen ne tibi pudorem simus? At volui: nec vnꝗ̄ velle desistam fatebimur: sed impediendi delatoris opera cessabit. An optasse illius ordinis salutem nephas vocabo. Ille quidem suis de me decretis vti hoc nephas esset effecerat: sꝫ sibi semper mentiens imprudentia rerū merita nō potest immutare. Nec mihi socratico decreto phas esse arbitror: vel occuluisse veritatē: vel cōcessisse mendatium. Uerum id quō sit tuo sapientumq; iudicio estimandum relinquo.

Cuius rei seriē atq; veritatem: ne latere posteros queat. stilo etiā memorięq; cōmendaui.

¶ At cuius criminis causa arguimur summā queris. senatum. etc. Hic boetius ostendit iniustā suā condēnationē excusare criminis sibi impositi. secūdo ex dictis infert quandam admirationē. ibi qua in re. Prima in duo sm q duo imponebātur boetio de quib⁹ se excusat. secūda ibi. Nam de cōpositis. Primū quod sibi imponebat fuit q impediuisset quendā nunciū deferentē regi accusationē senat⁹. ut senatus redderet reus lese maiestatis q erat ergo in litteris. O phōs tu forte queris summā. id est sententiā criminis cuius criminis causę arguimur. Nos dicimur voluisse saluare senatū forsan desideras scire per quē modū. dico q nos criminamur. id est arguimur īpediuisse delatorē ne deferret documēta. id est litteras regi quib⁹ faceret senatū reum lese maiestatis. quid igit o magistra censes. i. iudicas inficiabimur. i. negabimus crimen illud ne sim⁹ tibi pudori atq; id est sed ego volui saluare senatū nec vnq; desistā velle. sz opera. id est diligentia impediēdi delatoris ista cessabit. id est cessare debet. qz non est verū q impediuerim⁹ delatorez litterarū. nūquid est nephas optare salutē illius ordinis. scz senatus. quasi. di. nō est nephas. Iste vero senatus q consensit in meā damnationē effecerat hoc suis decretis. i. iudicijs. ut si esset nephas saluare ipsum. sed īprudentia sibi ipsi mentiēs id est in damnū suū mentiens. nō potest immutare meritū rerū ita q illud qd̄ prius fuit meritoriū postea fiat demeritoriū nec puto esse licitū sm preceptū socratis occultasse. i. occultasse veritatē. vel cōcessisse mendaciū. sed quō illud sit ego relinquo tuo ꝛ sapientū iudicio. veritatem autez huius rei ne lateat posteros. i. successores. ego cōmendaui stilo. i. scripto ꝛ memorię ¶ Nota. accusatio boetij fuit detestabilis quia facta p infames psonas. fuit irrōnalis. qz de bono accusabat. s. de saluatiōe senatus qd̄ erat bonum. etiā accusatio eius fuit iniusta. qz falsa. accusabat enī impediuisse delatorē. quod falsum fuit. ¶ Nota. iste dicit esse reus lese maiestatis qui cōtra regez vel aliū principē aliqd̄ malū machinat. ¶ Nota inficiorāris. prime cōiugatiōis deponētale. i. nego. Unde hugui inficiorāris proprię est nō fateri factū quod verū est sed cōtra veritatē vel mendacio. vel est proprię inficiari sm eū. rem debitā denegare. cū a creditore depositū. ꝛ etiā. i. cōtendere vel negare. ¶ Nota. dicit in textu. Nunqd optare salutē senatui nephas vocabo. duplex est salus. spūalis que est animę. tempal' que est corporis. Salutē spūalem tenemur omnib⁹ velle. etiaz malis ratiōe charitatis p quā etiā mali diligēdi sunt licet nō in eo q mali. Salutē vero temporalem tenemur velle oībus bonis ꝛ pcipue amicis. amicorū vero peccantiū tenemur salutē velle q̄diu sanabiles sunt ut recuperēt virtutē amissam. sed si propter magnitudinē malicię sint insanabiles dissoluit amicitia nec est optāda salus. ꝛ quia malicia senatus romanorū erat sanabilis. qz forte senat⁹ cōpulsus metu regio fuit cōsentire in damnationē boetij. Ideo optare sibi salutē nō erat nephas licz boetio turbato hoc videretur. ¶ Nota veritas nō est occultanda sm socratē. Nam qui tacet veritatē alijs nescientib⁹ mentit. ꝛ qui mēdacijs cōsentit similiter facit ¶ Nota mendaciū nō est cōcedendū. quia sm arist. in ethicis mēdaciū p se prauū est ꝛ fugiēdū. ꝛ p̄io elencoꝝ. duo sunt opa sapientis. nō mentiri de hijs de quibus nouit. ꝛ mentientē posse manifestare.

Nam de cōpositis falso litteris quibus libertatē arguor sperasse romanam quid attinet dicere? Quarū fraus aperta patuisset si nobis ipsorū confessione delatorū que in oībus negocijs maximas habet vires vti licuisset. Nā que sperari reliqua libertas pōt. Atq; vtinam posset vlla. Respōdissem canij verbo: qui cū a gayo cesare germanici filio cōscius cōtra se facte coniurationis fuisse diceretur si ego inquit scissem: tu nescisses.

¶ Nam de cōpositis falso litteris. Hic Boetius excusat se de secūdo crimine sibi imposito. Imponebat enim sibi q scripsisset litteras ad imperatorē constantinopolitanū pro liberatiōe romanorū de manu regis theodorici. vnde dicit in littera. Nam de cōpositis litteris falso. quia falsę hoc mihi imponit quib⁹ litteris arguor sperasse romanā libertatem quid attinet dicere. cū non det mihi locus defensionis. quarū litterarū fraus id est fraudulētia. patuisset aperta. i. manifesta. si nobis licuisset vti cōfessione. i. allocutiōe ipsorū delatorū. i. accusatorū. quod. s. vti examinatione accusatorū maximas vires habet in omnib⁹ negocijs. id est causis iudiciarijs. nam que reliqua libertas sperari potest romanis. q. d. nulla. tantū enī rex theodoricus inualuerat q nulli⁹ poterat vel audebat cōtra ipsum. vtinā posset vlla libertas sperari vtiq; ita prudenter egissem de negocio quod regi nō innotuisset ꝛ respōdissem verbo Canij qui cū accusaret a gayo cesare filio germanici q esset reus cōiurationis facte contra se. respōdit canius si ego scissem tu nescisses. q. d. si ego reus ita prudenter celassem negociū q ad tuam noticiā nūq; peruenisset. ¶ Nota q in causis iudiciarijs testium siue accusatorū examinatio maximas habet vires. quia p eā deuenit ad rei veritatē sicut patz de daniele qui examinando duos psbiteros falsę accusantes Susannā ipsos de falsitate accusationis corā omni populo cōuicit. similiter bo. si data fuisset sibi locus examinādi suos accusatores vtiq; ipsos mendaces reddidisset. ¶ Nota. Canius fuit quidā romanus prudens et sapiēs. accidit ut quidā ex romanis cōspirarent ꝛ facerēt cōiurationē contra Gayū cesarē et cum cesar proponeret Canio q esset reus illius cōiurationis facte. respōdit si ego scissem tu nescisses. Sic Boe. respōdisset regi Theodorico si sibi improperasset de litteris compositis super restituende libertate ipsis romanis.

Qua in re non ita sensus nostros meror hebetauit ut impios scelerata cōtra virtutē querar esse molitos: sed ea que sperauerint effecisse vehementer admiror. Nam deteriora velle nostri fuerit fortasse defectus: posse autē cōtra innocentiā que sceleratus quisq; cōceperit: inspectante deo mōstro simile est. vnde haud iniuria tuorū quidā familiarium quesiuit. Siquidē deus inqt ē vnde mala: bona vero vnde si nō ē.

¶ Qua in re non ita sensus. Hic Boetius ex dictis infert quandā admirationē. secūdo inuehit contra senatores qui cōsenserunt in suā damnationē ibi. sed si phas fuerit. Dicit primo. Ex quo a malis iniuste accusatus sum: qua in re propter quod. nō ita. id est nō intantū. meror. id est tristicia. hebetauit. id est oppressit. sensus nostros ut ego querar. id est cōquerar impios. id est malos. mollitos. id ē machinatos scelerata. id est nequiciosa cōtra virtutē. id est virtuosos homines sed ego admiror vehemēter. id est fortiter effecisse. id est ad effectū produxisse. sup. illa que mali sperauerūt id est conceperūt. Nam velle deteriora. id est mala. fortasse fuerit nostri defectus. id est ex nostro defectu. sz posse supple pficere malū cōtra innocentiā. id est homines innocentes que quisq; sceleratus cōceperit. id est cogitauerit. deo hoc inspectāte supple hoc est simile mōstro. id est admirabile. vnde. id est pro tāto quidā tuorum familiariū. id est philosophorū. quesiuit haud iniuria. id ē nō iniuste. Siquidē pro certo. deus est vnde mala supple proueniūt. vero p sed. vnde. id ē a quo bona si deus nō est. q. di. ex quo iniuste a malis accusatus sum propter hoc nō intantū sum oppressus dolore q cōquerar malos machinari mala bonis. sed admiror q illi qui mala cōcipiūt cōtra bonos possunt producere ad effectū nam velle malū est forte ex nostro defectu. sed q malus possit pficere malū contra bonos est hoc

inspiciente est simile monstro. Unde quidã philosophus. Non immerito quesiuit. Si deus est vnde prouenitũt mala. et si deus nõ est vnde puenitũt bona. ¶ Nota ex quarto huius duo requiruntur ad aliquẽ effectũ producendũ. scilz voluntas et potestas. Requirit voluntas quia nullus cogere dicitur quod non vult. Requirit potestas qz sine potestate voluntas frustrat. q autẽ mali habent voluntatẽ offendẽdi bonos nõ est mirandũ. sed q habent potestatẽ producẽdi ad effectũ suam voluntatẽ deo respiciente est simile monstro. ¶ Nota simile mõstro est quod contingit preter intentionẽ nature. Sicut ergo mõstra fiunt preter intentionem nature. Sic videbatur Boetio. q mala preter ordinẽ diuine prudentie cõtingerent. quod nõ videtur rõnale. cum deus sit summe bonus q aliquo modo sit causa mali. fieri ergo mala in mũdo deo inspiciẽte videt simile monstro.
¶ Nota q deus nõ est causa effectiua mali. cum sit summe bonus. licz sit causa mali permissiua. quia permittit fieri malum. et sic exponit auctoritas prophete. Ego dñs faciens omnia hec. faciens bonũ et creans malũ. sup. permissiue. Aliter dicit duplex est malũ scz pene et malũ culpe. deus ẽ causa mali pene quod punit. sed nõ est causa mali culpe. quia hic est qui peccatũ non fecit.

Sed si phas fuerit nephanos homines qui bonorũ omniũ totiusqz senatus sanguinẽ petunt nos etiã quos propugnare bonis senatuiqz viderãt perditũ ire voluisse. Sed nũ idẽ de patribus quoqz merebamur? Meministi ut opinor quoniã me dicturũ qd facturũue presens ipsa semp dirigebas. Meministi inquã verone cum rex auidus cõmunis exitij maiestatis crimen in albinũ delatũ ad cunctũ senatus ordinem trãsferre moliret: vniuersi innocentiã senatus quãta mei periculi securitate defenderim. Scis me hec et vera proferre: et i nulla vnqz mei laude iactasse. Minuit enĩ quodãmodo se probãtis cõscientie secretũ: quotiẽs ostẽtando quis factũ recipit fame preciũ. Sed innocentiã nostrã quis exceperit euẽtus vides. Pro vere virtutis premijs falsi sceleris penas subimus.
¶ Sed si phas fue. Hic Boetius inuehit contra senatũ qui cõsensit in suam cõdẽnationẽ tangendo suã beniuolentiam quã habuit ad eos et dicit. Si phas fue. id est ponamus phas esse nephãs. homines. id ẽ malos homines consulatus. qui omniũ bonorũ et totius senatus. id est romane ciuitatis. petũt. id est desiderant. sanguinẽ. id est mortẽ nos etiã voluisse ire perditũ. id ẽ ad perdendũ. quos viderant propugnare bonis hominib9. qz pro et senatui. Sz nũ id est nũquid. nos idẽ. scilz perdere merebamur de patrib9 id est de senatorib9 quasi di. nõ. sed o philosophia meministi ut opinor quoniã me dicturũ. i. volentẽ dicere. quid. id est aliquid de p vel. facturũ ipsa semp presens sup. existẽs dirigebas. id est regebas. ergo nec verbis nec factis offendi senatũ meministi in quã philosophia verone. id est apud veronã ciuitatẽ. cum rex theodericus. auidus existẽs cõmunis exitij. id est tormẽti senatorũ cum ipse crimen lese maiestatis delatũ in albinũ ipse rex moliret. id ẽ laboraret. transferre illud crimen ad totũ senatũ quanta securitate. id ẽ tutela. mei periculi defenderim. id est liberauerĩ. innocentiam vniuersi senatus. id est totius cõsulatus. O philosophia tu scis me proferre. id est loqui. vera et nunqz me iactasse in vlla mei laude enĩ pro quia. minuit quodãmodo secretũ cõscientie. probãtis. id est laudãtis se. quotiẽs quis ostentãdo id est manifestãdo factũ recipit. preciũ fame. id est mercedẽ laudis ab hominib9. Sed tu p. vides quis euẽtus exceperit. id est liberauit. nostrã innocentiã. nos subim9. id ẽ sustinemus. penas falsi sceleris. id est false nobis impositi pro premijs vere virtutis. ¶ Nota sm sene. dolor cuz ui tatur cũ ab eo a quo bonũ meruerat malũ venit. cũ igitur Boetius omnẽ beniuolentiã exhibuerit senatorib9 grauit9 doluit de sua offensione. ¶ Nota in ciuitate verone cũ Albinus esset accusatus de graui crimine ita vt diceret re9 lese maiestatis. illud crimẽ rex theodericus voluit trãsferre ad totum senatũ et ipsũ damnare. Sed boetius exponẽs se periculo senatũ liberauit. ¶ Item nota q secretũ conscientie est virtus que minuit cum aliquis virtuose operat iactando se ut consequat famã et laudẽ populi. Unde sene. conscientiam potius qz famã attẽde et e dicit macro. Sapiẽs gloriam suã in conscientia ponit stultus autẽ in laude humana. Unde dicit Isid. qui aliqd donũ a deo largitũ in laudẽ suam cõuertit proculdubio virtutẽ in viciũ transire facit.

Et cuius vnqz facinoris manifesta cõfessio ita iudices habuit in seueritate cõcordes: ut si aliquos vel ipse ingenij error humani vel fortune conditio cunctis mortalibus incerta submitteret. si inflãmare sacras edes voluissem. si sacerdotes impio iugulare gladio. si bonis omnibus necẽ struxisse diceremur: presentem tamẽ sententia confessum et cõuictum me punisset. Nunc vero quingẽtis fere passuũ milibus procul moti atqz indefensi ob studiũ propensius in senatũ morti proscriptioniqz damnamur. O meritos de simili crimine neminẽ posse conuinci. Cuius dignitatẽ reatus ipsi etiaz qui detulere viderunt.

¶ Et cuius vnqz facinoris. Hic boeti9 ostendit se perturbatũ ex iudiciũ seueritate et inflexibilitate dicens. Cui9 vnqz facinoris. i. peccati manifesta cõfessio. i. cuius vnqz hominis peccatũ manifestũ habuit iudices ita cõcordes in seueritate. ut nõ aliquos eorz vel ipse error humani ingenij submitteret. i. flecteret ad misericordiã vel cõditio fortune. id ẽ euẽtus fortuitus existẽs incerta cũctis mortalibus supple hominib9 submitterz aliquos eorz. Si diceremur voluisse inflãmare. id est incendere. sacras edes. id est ecclesias. et si nos diceremur struxisse. id est procurasse necẽ. id est mortez bonis omnib9. et si diceremur iugulare. id est punire sacerdotes impio gladio. tamẽ pro sed. sentẽtia. id est iudicium damnasset me presentem conuictũ et cõfessum crimine. sed nos procul moti. id est absẽtes quingentis milib9 passuũ et indefensi ob propẽsius studiũ. id est propter studiũ intensiu9. nos damnamur. id est adiudicamur in senatu morti. qz p et proscriptioni. Et tũc exclamat dicẽs. O meritos id est dignos vel beatos. iudicio neminẽ posse cõuinci de simili crimine sicut nec ego iuste cõuictus sum. cui9 reatus. i. criminis dignitatẽ. id est innocẽtiaz. ipsi etiã viderũt. id est cognouerunt. qui detulere. id est accusauerũt me. ¶ Nota q iudices quãdoqz mouent ad misericordiã duplici de causa. primo mõ propter errorẽ humani ingenij. quia humanũ ingeniũ sepe fallit in iudicio. quia ignorat vtruz aliqñ iuste de re sentiat vel nõ et timens deũ ne iniuste iudicet mouet ad misericordiã parcẽdo reo. Secũdo iudices mouent ad misericordiã propter euentũ fortune. qui incert9 est hominibus. eiusd enĩ iudex in alio [illegible] fortunã accidit. et illud debet recordari. sed nulla illarũ causarũ mouit iudices ad miserandum hoc. sed cõcorditer ipm damnabant. ¶ Nota q nullus debz damnari etiaz pro crimine cõmissimo nisi sit pñs cõuictus vel crimẽ in iudicio cõfessus. b. autẽ cũ damnaret non erat cõuictus nec crimẽ cõfessus et erat absens. qz in studio athen. sic ergo iniuste erat damnatus. ¶ Nota q hoc. cuz damnaret distabat a loco iudicij quingẽtis milib9 passuũ. et cuz mille passus faciunt vnũ miliare. ideo hic distabat ad quingẽta miliaria. ¶ Nota Boetius dãnat9 fuit proscriptiõi. Hug. dicit proscriptio

est iudicialis sententia lata cōtra aliquē cuius nomē p̄ fere de scriptura tabule enee delebat. Cōsuetudo enī romana fuit q̄d noīa senatoꝝ quoꝝ cōsilio vrbs romana regebatur aureis litteris in tabula enea scriberēt. vnde ⁊ patres cōscripti dicebant. Et dicit̄ proscriptus quasi procul a scriptura positus. Et sic boetius erat proscriptus. quia nomē suum deletū fuit de tabulis eneis.

Quā vti alicuius sceleris admixtione fuscarent: ob ambitū dignitatis sacrilegio me conscientiā meā polluisse mentiti sunt. Atqui ⁊ tu insita nobis omnē rerū mortaliū cupidinē de nostri animi sede pellebas: ⁊ sub tuis oculis sacrilegio ph̄ias locū esse nō erat. Instillabas.n. auribus cogitationibusq̄ quotidie meis pitagoricū illud. Enpoy theō .i. deo nō dijs seruiendū. nec cōueniebat vilissimoꝝ me spirituū presidia captare: quē tu in hanc excellentiā cōponebas: ut cōsimilē deo faceres. Preterea penetral innocens domus: honestissimoꝝ cetus amicorū: socer simachus etiā sanctus ⁊ eque actu ipso reuerendus ab omni nos criminis huius suspitione defendūt.

ℭ Quā vti. ⁊c̄. Hic boetius expurgat se de quibusdā obiectis. scd̄o ostendit vnde sumpta fuit rō obiectionis. ibi. Sed o nephas. ℭ Nota boeti⁹ obijciebat̄ q̄ ip̄e p sua arte nigromātica sacrificaret demonib⁹ pro dignitatib⁹ acquirendis. de hoc boe. excusat se dicens. Quā sup̄. meā dignitatem. vti pro ut. fuscarent. id est denigrarēt. admixtione alicui⁹ sceleris mētiti sunt meā polluisse cōsciētiā sacrilegio, id est demonū obsequio ob ambitū. i. propter cupiditatē dignitatis acquirende atq̄ p̄ terre. tu insita. i. inserta. nobis pellebas de sede. i. de loco omnē cupidinē. i. omnē cupiditatē rerū mortaliū. ⁊ sub tuis oculis nō erat ph̄ias eē locū sacrilegio. i. cultui demonū. q̄ pro ⁊. tu instillabas auribus q̄ pro ⁊ cogitationib⁹ meis illud pitagoricū deo nō dijs seruiendū. nec cōueniebat me captare. i. optare. p̄sidia. id est auxilia. vilissimorū. spirituū. id est demonū. quē tu cōponebas. i. locabas. in hanc excellentiā ut cōsimilē deo faceres. preterea innocens penetral. i. vxor domus mee. cet⁹ id est multitudo honestissimorū amicorū. Et socer simach⁹ sanctus ⁊ eq̄ reuerēdus ipso actu defendūt nos ab oī suspitione huiusmodi criminis. ℭ Nota q̄ cōsuetudo inuidoꝝ est cū non p̄nt alicui suā p̄bitatē auferre nitūtur ip̄am saltem aliquo vicio denigrare. Et sic fama boe. denigrata fuit vicio sacrilegij. ℭ Nota q̄ sacrilegiū est sacrorum furtū. et ponit̄ sacrilegus pro homine scelerato. etiā sacrilegiū est cultura demonū siue idoloꝝ. Inde sacrileg⁹. i. ydolator ⁊ sic capitur in proposito. ℭ Nota q̄ ambit⁹ media p̄ducta est cupiditas honoris. Sed ambit⁹ media correpta est circuitus. ⁊ primo capit̄ hic. ℭ Nota q̄ ph̄ia repellit omnē cupiditatē bonorū exteriorū quod scribit in. i. li. de plantis. q̄ ph̄ia tria inducit. s. mentis illustrationē. felicitatis appetitū: et mollis affluentie cōtemptū. ℭ Nota. ph̄ia facit hominē similē deo. nō silitudine omnimoda. sed participatiua. ita q̄ homo participat̄ aliquid cōditionis diuine. s. intelligentie. Unde sene. Hoc mihi ph̄ia p̄mittit q̄ me parē deo reddit ⁊ alibi dicit. Uir speculatiu⁹ est q̄si deus in humano corpore hospitatus. ℭ Nota sacrilegiū nō habz locū sub oculis philosophie. q̄ ph̄ia p̄ se oīa agenda ⁊ facienda ordinatissime disponit et nō p̄mittit hominē ad vana declinare. q̄ dicit tullius in li. de finib⁹ bonoꝝ ⁊ malorū. p̄. a supstitione liberat. metu mortis non cōturbat. ⁊ est supstitio vana religio. s. idoloꝝ cultura. ℭ Nota penetral est secreta camera. vel locus secretus interior in domo vel in templo. vbi reponūtur clinodia vl̄ aliqua talia. ⁊ ponit̄ hoc p̄ vxore boetij p̄ metaphorā ponēdo cōtinens p̄ cōtento q̄ ip̄a consueuit morari in penetrali. ℭ Nota q̄ symach⁹ fuit quidā nobilis romanus ⁊ socer boetij cui⁹ filiam boe. duxerat nomine elphe. qui symach⁹ non fuit tantū sanctus interius in affectu. sed etiā reuerēdus in exteriori actu sicut dicit boeti⁹.

Sed o nephas. Illi vero de te tanti criminis capiūt fidem: atq̄ hoc ipso videbimur affines fuisse maleficio: q̄ tuis imbuti moribus instituti disciplinis sumus. Ita nō est satis nihil mihi profuisse tuam reuerentiā: nisi vltro tu potius mea offensione lacereris.

ℭ Sed o nephas. Hic boetius ostēdit vnde fuerit rō sumpta obiecti criminis. q̄ ex ip̄a ph̄ia cui deditus erat. Unde dicit exclamādo. O nephas illi sup̄. mali capiūt fidem tāti criminis de te o ph̄ia atq̄ hoc. i. propter hoc. videbimur fuisse affines maleficio sacrilegij. q̄ nos sum⁹ imbuti. id ē instructi. tuis disciplinis. i. doctrinis ⁊ sum⁹ instituti. id ē informati. tuis morib⁹. ita non est satis tuā reuerentiā nihil mihi p̄fuisse. nisi vltro. i. spōte tu potius lacereris ab illis mea offensione. hoc dicit boe. pro tāto. quia iniuriati sunt sibi propter ph̄iam. ideo magis iniuriati sunt ph̄ie q̄z sibi. ℭ Nota quādo boe. vacabat studio. fugiebat cōsortia stultorū ⁊ querebat secreta loca propter studiū. ideo putabant ip̄m loqui cū demonib⁹ ⁊ eis sacrificare. ℭ Itē q̄ bo. fere omnia que volebat facere sua sapiētia faciebat. ideo putabant eum demonē habere familiarē sibi obsequentē sicut apulegi⁹ opinatus est de socrate q̄ haberet familiarē deum de quo fecit librū quē intitulauit de deo socratis.

At vero hic etiā nostris malis cumulus accedit. q̄ estimatio plurimoꝝ nō reꝝ merita sz fortune spectat euentū: eaq̄ tantū iudicat eē p̄uisa: que felicitas cōmēdauerit. Quo fit: ut existimatio bona prima omniū deserat infelices. Qui nūc populi rumores q̄ dissone multiplicesq̄ sententie: piget reminisci. hec tantū dixerim ego vltimā esse aduerse fortune sarcinā: q̄ dū miseris aliq̄d crimen affigit̄: que perferūt meruisse credātur. Et ego siquidē bonis omnibus pulsus: dignitatibus exutus: existimatione fedatus ob beneficiū tuli suppliciū.

ℭ At vero hic etiā. Hic boeti⁹ ostēdit se esse perturbatū ex fame sue lesione dicēs hic cumulus. i. augmētatio. accedit nostris malis q̄ existimatio. i. iudiciū. plurimorū. i. vulgariū nō spectat. i. nō respicit. merita reꝝ sicut homo meret̄. sz spectat euentū fortune. i. iudicat hoīem s̄m q̄ fortuna se hz circa ip̄m. ⁊ ea tantū iudicat vulgus esse p̄uisa a deo que cōmēdauerit felicitas. i. p̄spa fortuna. quo fit. i. ex quo sequit̄. ut existimatio bona deserat infelices. vñ me piget. i. tedet reminisci qui nūc sint rumores p̄pli de me. ⁊ q̄z multiplices q̄ p̄ ⁊. dissone. i. discordātes sententie sint de me. nā quidā dicūt me reū esse. quidā nō. Hoc tñ dixeri. i. volui dixisse vltimā esse sarcinā. i. grauissimū pondus. aduerse fortune. q̄ dū aliq̄d crimē affigit̄. i. imponit̄. miseris. i. infelicib⁹. ip̄i credātur meruisse sup̄. illa que ip̄i miseri p̄ferūt. i. patiunt̄ Et ego bonis omnib⁹ pulsus. q̄ in exiliū relegatus. ⁊ exutus dignitatib⁹ quia dānatiōe proscriptus. ⁊ fedatus. i. maculat⁹ existimatiōe. ego q̄ prius virtute honest⁹ reputabar. nūc scelere deformis reputor ⁊ tuli. i. recepi suppliciū id est penā ob beneficiū. i. p̄pter beneficiū. ℭ Nota q̄ vulgares nō iudicāt s̄m merita rerū vtrū homo mereat̄ aliquid vel nō. sed iudicāt s̄m euētū fortune. Unū hoiem bene fortunatū iudicāt felicē. male fortunatū iudicāt miseꝝ sed tale iudiciū falsum ē. vñ dicit sene. 45. ep̄la. Non felicē hunc existimes quē vulgus appellat felicē ad quē pecunia cōfluxit sed illū cui omne bonū in aīo est erectū ⁊ extensum. Itē bona estimatio deserit infelices. q̄ primā maliciam quod incidit [illegible] eis incurrūt est q̄ vulgus male de ip̄sis opinat̄. [illegible]

vulgus ea que miseri patiũtur q ex merito talia patiantur

Uidere autẽ videor nephariias sceleratorũ officinas: gaudio leticiaq; fluitantes. perditissimuz quẽq; nouis delationũ fraudibus imminentẽ. iacere bonos nostri discriminis terrore prostratos. flagiciosum quẽq; ad audẽdum quidẽ facinus ĩpunite: ad efficiẽdum vero p̃mijs incitari. insontes autẽ non mõ securitate verum ipsa etiã defensiõe priuatos. Itaq; libet exclamare ad deum celi.

¶ Uidere aũt vi. Hic boe. ondit se esse pturbatũ ex his q̃ vidit in mũdo generalr. s. bonos deprimi ⁊ malos extolli. d. Ego videor videre. i. cognoscere nepharias officinas. i. malas societates sceleratoꝝ hoim fluitãtes gaudio. et p ⁊. leticia. ⁊ quẽq; pditissĩmũ. i. pessimũ. imminẽtẽ. i. insistẽtẽ nouis fraudib⁹ delationũ. i. accusationũ. ⁊ video bonos iacere pstratos. i. depssos. terrore nostri discrimis. ⁊ etiã video quẽq; flagiciosum. i. prauũ hoiem. incitari ad audẽdũz. i. ad p̃sumendũ. facin⁹. i. peccm̃ impunite. i. sine pena. vero p sed. incitari p̃mijs ad efficiẽdũ. i. ad ppetrãdũ. facin⁹. i. peccatũ autẽ p s3. Ego video insontes. i. innocẽtes nõ mõ. i. nõ tantũ. priuatos securitate veꝝ etiã defensiõe. Itaq; p ergo. lib3. i. placet mihi exclamare ad deũ celi. q̃re talia permittat in mũdo ut mali exaltẽt ⁊ boni deprimant. ¶ Nota q boe. q erat turbate mẽtis ⁊ in statu miserię videbat q mali in hoc mũdo eẽnt potẽtes ⁊ viuerẽt ĩpuniti. boni aũt impotẽtes ⁊ viuerẽt irremũerati. s3 p̃bus in q̃rto hui⁹ ip̃m cõsolãdo. pbat malos sp eẽ impotẽtes ⁊ bonos eẽ potentes. ⁊ malis nũq̃ deesse sua supplicia ⁊ bonis nũq̃ sua p̃mia. ¶ Nota q officine dicũt dom⁹ officialiũ vbi reponũtur ea que ad ipsos spectãt. ⁊ ad eoꝝ officia sicut sunt celaria ⁊ granaria ⁊ alia hmõi. Hic autẽ accipiunt officine pro cõgregatiõe maloꝝ ⁊ dicũtur ab officio officine. q̃d ẽ nocere ceteris.

Metrum quintum primi libri.

Stelliferi conditor orbis.
O Qui perpetuo nexus solio.
Rapido celum turbine versas.
Legemq; pati sydera cogis.
Ut nunc pleno lucida cornu.
Totis fratris obuia flammis.
Condat stellas luna minores.
Nunc obscuro pallida cornu.
Phebo propior lumina perdat.
Et qui prime tempore noctis
Agit algentes hesperus ortus:
Solitas iterum mutat habenas.
Phebi pallens lucifer ortu.
Tu frondifluę frigore brume.
Stringis lucem breuiore mora.
Tu cum feruida venerit estas.
Agiles noctis diuidis horas.

Metrũ quintũ primi libri.

O Stelliferi cõditor orbis. Hic incipit q̃ntũ metruz hui⁹ primi q̃d dicit pindaricũ ab inuẽtore. anapesticũ a pede p̃dñiante. Est aũt anapest⁹ pes p̃n⁹ dactilo cõstans ex primis duab⁹ breuib⁹ ⁊ tertia lõga sillaba. ⁊ ẽ metꝝ achatalecticũ. i. sine defectu. In hoc aũt metro boe. exclamat ꝯ pũidentiã diuinã. admirãs q oĩa regant a deo p̃ter act⁹ hũanos. l3 hoc falsum sit. tñ boe. sic videbat sm statũ turbatũ. Et diuidit. p̃io cõmendat diuinã pũidẽtiaz ex gubernatione celestiũ ⁊ terrestriũ. scdo tãgit act⁹ hũanos nõ regi a deo. tertio rogat deũ ut regat act⁹ hoim secũda ibi. Oia certo. tertia ibi q̃squis rex. Prima diuidit. p̃io ꝯmẽdat reguimẽ diuinę pũidẽtię circa celestia. scdo magis circa terrestria ibi. Tu vis variũ tpet. P̃io dicit. O ꝯditor. i. creator. orbis stelliferi. i. ferẽtis stellas. q nex⁹. i. adiũctus ppetuo solio. i. eterne sedi v̄sas. i. freq̃nter vertis celũ. rapido turbine. i. veloci motu ⁊ cogis sydera pati legẽ. i. ordinatũ ordinẽ. ut ipsa luna. nũc. i. aliq̃n lucida pleno cornu sicut in plenilunio. obuia. i. opposita totis flãmis. i. luib⁹ fr̃is. i. solis. ipsa luna cõdat. i. abscõdat. minores stellas. q̃ in plenilunio nõ videnẽ propter maius lumẽ. ⁊ tu cogis nũc. i. aliq̃n ut ipsa luna ex̃ns pallida obscuro cornu ipsa existens ppior phebo. i. soli p̃dat. i. amittat. luia. i. lucẽ. q. d. tu facis ut luna q̃nto magis recedit a sole tãto magis illuminat ⁊ luie suo obscurat miores stellas. ⁊ q̃nto magis appropinq̃t soli. tãto plus obscurat. ⁊ tu cogis ut hesper⁹. i. stella vespertina. q agit algẽtes. i. frigidos ortus tpe noctis. id ẽ in crepusculo q̃d est p̃ia ps noctis seq̃ndo solẽ. iste hesperus de mane lucifer dicit⁹ pallẽs in ortu phebi. iteꝝ mutat solitas hẽnas. i. solitos cursus nã cũ de vespe seqt solez de mane p̃cedit ip̃m ⁊ tu stringis. i. coartas. lucẽ. i. diẽ. breuiore mora tpe brume. i. hyemis. frondifluę. i. facientis f. o des fluere. cũ feruida estas venerit. tũc tu diuidis. i. distinguis. agiles horas. i. breues horas noctis. q. d. tu facis q tpe hyemali noctes sunt plixiores dieb⁹. in tpe estiuali cõuerso. ¶ Notãdũ q de⁹ dicit cõditor stelliferi orbis. q: ab ipso depẽdet celũ ⁊ tota natura ex. 12. meth. ⁊ dr residere in ppetuo solio. q: in celo q̃d ẽ ppetuũ. nã celũ est loc⁹ deoꝝ ⁊ spũum. ⁊ oẽs barbari ⁊ greci ⁊ quicũq; putãt deos eẽ. cũ locũ q sursum ẽ deo attribuũt tanq̃ ĩmortale ĩmortalitati coaptãtes p̃io celi ⁊ mũdi. ⁊ dr vertere celuz rapido turbine. mot⁹ eni firmamẽti dr rapid⁹. q: suo motu rapit secũ alias speras. Unñ nota q verso est verbũ freq̃ntatiuũ ⁊ significat freq̃nter vertere ⁊ in hoc innuit q celũ sp mouet ⁊ nõ cessabit. q: dicit cõmẽtator nõ est timendũ q celũ stet. Et rõ q: mouẽs mouet sine fatigatiõe ⁊ sine pena. 12. meth. ¶ Itẽ de⁹ est nex⁹ ppetuo solio. i. ꝯiũct⁹ ppetuo celo. Unñ de⁹ triplr ẽ in vniuerso. s. eẽntialr seu p̃ntialr. sacramẽtalr. seu misterialr. ⁊ misericordialr. Essentialr seu p̃ntialr ẽ in sua vera claritate in q̃ ip3 hõ nũq̃ vidit. sicut dicit xp̃s p̃bia. deũ nemo vidit vnq̃ sicut ipe est in ppetuo solio. Sacralr seu misterialr. de⁹ ẽ in sacro eucaristię q̃d rata fide credim⁹. Sz misericordialr de⁹ ẽ vbiq;. p3 q dicit scriptura. mĩa dñi plena ẽ terra. ⁊ tñ p̃uenit dictũ cõe sm q dicit scriptura. de⁹ est vbiq;. ¶ Nota sm hugũ. soliũ ẽ sedes regal ex solidis lignis facta. dicta a soliditate. i. a firmitate. ¶ Nota q de⁹ cogit sydera pati legẽ nõ violẽta nec coacta motiõe. q: nullũ violentũ ppetuũ. s3 cogit ea volũtaria ordinatiõe obseruare legẽ. i. determinatũ motũ ut tpe eis statuto oriãt ⁊ occidãt ¶ Nota q lũa ĩ se ẽ corp⁹ opacũ recipiẽs lumẽ a sole. ⁊ ĩ ea pte que ẽ versus solẽ illũiat. cũ aũt diametę opposita sit soli sicut in plenilunio tũc luie suo obscurat miores stellas eo q maius lumẽ obfuscat min⁹. s3 cũ luna ẽ in illa pte celi in q̃ est sol sicut ꝯtigit in cõiũctiõe. tũc supior ps q̃ est v̄sus solẽ est illuiata. ⁊ inferior ps q̃ est v̄sus nos ẽ obscurata. ⁊ tunc nihil videm⁹ de luna. s3 cũ incipit elõgari a sole tũc ps elõgata incipit modicũ appere nob. ⁊ tũc dicim⁹ eẽ nouiluniũ: ⁊ q̃nto plus elõgat. tãto pl⁹ appet nobis illũiata ¶ Nota bo. dicit solẽ eẽ frẽm lunę. q: sm fabulas iupiter ꝯcubens cum latona genuit ex ea duos gemellos. s. phebũ q dr sol. ⁊ dianã q̃ dr luna. ⁊ sic sm fabulas sol ẽ frater lunę. ¶ Nota stella que de vespe seqt solẽ ⁊ de mane p̃cedit. h3 diuersa noia. p3 p v̄sum. Lucifer aurora ven⁹ vesper hesper⁹ dicit. Quõ aũt sit possibile q eadẽ stella de vespe seq̃t solẽ ⁊ de mane p̃cedat: dicũt aliq q hoc nõ ꝯtingit in vna ⁊ eadẽ pte anni. s3 in diuers. dnt. n. q ĩ estate seqt solẽ ⁊ in hyeme p̃cedit. s3 hoc ẽ ꝯ oẽs auctores dicẽtes. hoc eẽ in eodẽ tpe eẽnt Alij dicũt q mercuri⁹ ⁊ ven⁹ sunt stellę silis coloris ⁊ q̃ntitatis q̃x vna q̃nq; seqt solẽ alia p̃cedit. ⁊ sic vr eẽ vna stella que seqt ⁊ p̃cedit. s3 hoc nõ ẽ. Hug. dicit q ven⁹ ẽ altior sole ⁊ loqt sm antiq̃s astrologos. q locauerũt venerẽ s. solem cũ igit ꝯtingit q ven⁹ ⁊ sol simul veniũt ad occasum. q: venus ẽ altior diuti⁹ videt in ẽ sero q̃ sol eadẽ rõne diu⁹ videt in

mane q̄nis eq3 cito discurrāt nā alti⁹ videnť ascendētia re
mota q̄ ppinq ꝛ diur⁹ videnť descendētia remota q̄ pro
pinq. licet eq̄lu motu incedāt. Sz moderni astrologi locāt
venerē sub sole. Alii dicūt ꝙ vna est stella q̄ vno tpe seq̄tur
solē alio tpe p̄cedit. Et dicūt s̄m ptolomeū ꝙ illa stella ha
bet epiciclū in cui⁹ circūferētia defert corp⁹ eius. Est āt epi
ciclus circul⁹ puus cui⁹ centrū ē in circūferētia orbis defere
tis. nūc aūt ē ita ꝙ epiciclus veneris sp est cū sole. ita ꝙ si
ptrahaľ linea a cētro terre p cētrū epicicli veneris ad firma
mentū eadē linea trāsibit p centrū sol. vel nō multū distabit
ab eo. cū āt ven⁹ feraľ in circuitu epicicli aliqn̄ erit in eadē
linea cū sole. aliqn̄ p̄cedit aliqn̄ seq̄ľ. Itē mora solis sup ori
zontē facit diē. cū dies fit latio solis sup terrā mora āt solis
sub orizōte facit noctē. ꝛ q: sol longiorē facit morā tpe esti
uali sup orizontē. ꝛ breuiorē sub orizonte. ideo dies estiua
les longiores sunt noctibus. in hyeme autē fit ecōuerso p
pter quod dies hyemales breuiores sunt noctibus.

Tua vis varium temperat annum.
Ut quas boree spiritus aufert:
Reuehat mitis zephirus frondes:
Quasq3 arcturus semina vidit
Sirius altas vrat segetes.
Nihil antiqua lege solutum.
Linquit proprie stationis opus.

ℭ Tua vis v. ⁊c̄. Hic bo. cōmēdat regimē diuine puidē
tie magis circa terrestria. s. circa ptes ānu: dicēs. O de⁹ tua
vis. i. virt⁹. tpat. i. ordinat variū annū. i. diuersas ptes ā
ni. ut mitis zephir⁹. i. vētus vernalis. reuehat. i. reducat
frondes q̄s aufert. i. distribuit spūs boree. i. flat⁹ boree. et
tua vis tpat. ut q̄s. i. q̄cūq3 semia vidit arctur⁹ illa stella il
las altas segetes. i. lōgas segetes. vrat siri⁹. i. stella canicu
la tpe estiuali. ꝛ siccitat. Nihil solutū. i. segregatū. antiq̄ le
ge. i. eterna lege diuine puidētie. linq̄t. i. derelinq̄t. op⁹ p
prie stationis. i. ad qd̄ opandū ē statutū. ℭ Nota ꝙ q̄tuor
sunt ptes āni. ver. hyems. autūn⁹. ꝛ estas. In vere flat vē
tus q diciľ zephirus q est collateralis fauonii. ꝛ q: flat⁹ ei⁹
est lenis: iō diciľ mitis ꝛ pducit viridia. In hyeme ꝛ ma
xime in pncipio viget flatus boree. q est vētus collateralis
aq̄lonis cui⁹ flat⁹ est fortis ꝛ frigid⁹. ꝛ destruit viridia denu
dādo arbores. ℭ Nota ꝙ arctur⁹ est stella circa maiorē vr
sam q̄ diciľ videre semia. q: tpe sui ortus. quo oriľ cum sole
tūc seminaľ sicut in autūno ℭ Nota. siri⁹ ē stella q̄ alio no
mine dī canicula. ꝛ dī siri⁹ a siren qd̄ ē tract⁹ ppter lōgū trac
tū caloris. ꝛ apparet cū sol ē in cācro. ꝛ dī vrere segetes. i.
maturare. ℭ Nota. de arcturo dicit ysid. in li. ethimol. ar
cturus est sid⁹ p⁹ caudā maioris vrse positū. ꝛ oriľ tpe autūna
li. sed vegeti⁹ dicit arcturū oriri post idus septēbris. 17. kl
octobris. Itē dicit ysid. canicula est stella ꝛ diciľ sirius que
estiuis mensibus in medio centro celi est. ꝛ iuncta cum sole
duplicaľ calor eius. ꝛ dissoluūtur corpa a qua stella dicūt di
es caniculares in quib⁹ molestę sunt purgationes.

Omnia certo fine gubernas.
Hominum solos respuis actus.
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica versat
Fortuna vices. premit insontes
Debita sceleri noxia pena.
At peruersi resident celso
Mores solio: sanctaq3 calcant
Iniusta vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris. iustusq3 tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria: nil nocet ipsis
Fraus mendacii compta colore.
Sed cum libuit viribus vti:
Quos innumeri metuūt populi:
Summos gaudent subdere reges

ℭ Oia certo fi. ⁊c̄. In ista pte boe. tāgit actus hoīm nō re
gi a puidētia diuina sz derelictos regimi fortunę dicens.
O deus tu gubernas oia certo fine. i. certo ordine ad finem
ꝛ respuis. i. spnis regere solos actus hoīm. q̄ o rector deus
tu merito cohibere. i. coercearis. cur lubrica fortuna. i. insta
bilis fortuna versat. i. vertiľ. tātas vices. i. alternatiōes.
q: ipsa p̄mit insontes. i. innocētes. noxia pena debita scele
ri. i. hoī scelerato. ꝛ puersi mores. i. hoīes puersi in morib⁹
resident in celso solio. i. alto loco. ipsi nocentes. i. mali calcāt
scā colla. i. colla scōꝝ hoīm iniusta vice. i. iniusta alternatio
ne. q sancti poti⁹ deberēt calcare colla nocentiū q̄ ecōuerso. ꝛ
clara virtus. i. homo clare virtutis. latet cōdita. i. abscondi
ta. obscuris tenebris. i. ab hoibus vicio obscuratis. ꝛ iust⁹
homo tulit. i. sustulit. crimē iniqui hoīs. ꝛ piuria nil nocēt
ipsis iniq̄s. nec fraus cōpta. i. ornata. mendacii colore. i. fal
sa apparētia nocet ipsis. sz cū prauis libuit vti viribus. i.
exercere vires. quos prauos metuūt innumeri ppli. i. vul
gares. tūc ipsi gaudēt subdere. i. supplātare summos reges
id est bonos ꝛ sapientes quoꝝ est regere ꝛ alios gubernare
ℭ Itē deus oia gubernat certo fine. q: dicit cōmētator. io.
metē. Deus est mēsura omniū ꝛ regula ꝛ infallibiliter ve
rū metrū. ꝛ cōmentator dicit primo celi ꝛ mūdi. Entia diui
na nos gubernant ꝛ regūt ꝛ nobis sunt q̄si finis. ℭ Item
illud qd̄ est sapientissimū regit certo fine cū sapiētis ē rege
re. sed deus est sapientissim⁹ eo ꝙ sapia a deo processit. Vn̄
scriptura. Ois sapia a deo est. ℭ Nota boe. vidit in mun
do bonos deprimi et malos exaltari. cū tamen potius fie
ret econuerso. Ideo sibi videbaľ ꝙ actus et opationes hoim
non regerenť a deo. sed magis a fortuna quę hūc humiliat
ꝛ huūc exaltat. Ideo boetius deo cōqueriť.

O iam miseras respice terras:
Quisquis rerum federa nectis.
Operis tanti pars non vilis
Homines quatimur fortunę salo.
Rapidos rector comprime fluctus.
Et quo celum regis immensum
Firma stabiles federe terras.

ℭ O iā mi. ⁊c̄. Hic boe. rogat ut de⁹ regat act⁹ hoim. ꝛ ho
mines sicut regit celū. d. O q̄squis deus es tu q nectis. i.
cōiungis. federa. i. cōcordias reꝝ. respice miseras terras. i.
hoīes in terris habitātes. Nos. n. hoīes nō sum⁹ vilis pa
sed valde nobilis tāti tui opis. i. mūdi. nos q̄timur. i. con
cutimur. salo. i. mari. ꝛ amaritudine fortunę. iō tu de⁹ com
prime. i. restrīge. rapidos fluctus. i. magnos impetus for
tunę. ꝛ eo federe. i. regimine. quo regis īmmēsuz celum tu
firma. i. robora. stabiles terras. i. homīes stabiles in terra.
ℭ Nota boe. dicit hoīem nō esse vilē ptē mundi. q: scribiť
in prologo li. de pomo arist. Hō est dignissima creaturaꝝ
similitudo oim ad imaginē dei factus. ꝛ scdo de aia. q̄dāmodo
aia cōuenit cū oib⁹ creaturis: cū angel' in intelligēdo cū brutis
in sentiendo. cū plantis in vegetando. cū lapidib⁹ in essen
do. ℭ Nota bo. compat fortunā salo. i. mari. Sicut. n. na
uis vndis marinis iactaľ i altū nūc: ꝛ nūc in profundū. sic
homo p fortunā nūc in prosperitate leuatur. nūc in aduersita
te deijcitur.

Prosa quinta primi libri.

Hec vbi cōtinuato dolore delatraui. il-
b la vultu placido: nihilq3 meis questi-
bus mota. P. Cum te inq̄t mestū la-
chrymantēq3 vidissem illico miserū exulemq3
cognoui. Sed q̄ longinquū eēt exiliū. nisi tua
pdidisset oratio nesciebā. Sed tu q̄ pcul a pa-
tria non quidē pulsus es: sed aberrasti. At si te

pulsu: existimari mauis: te potius ipse depulisti. Nam id quidē de te nunq̄ cuiq̄ ꝑ̄bas fuisset. Si enī cuius oriūdus sis patrię reminiscaris nō vti atheniensiū quondā multitudis imperio regit̄: sed εις κοίρανός ἐστιν, εἷς βασιλεύς. vnus dn̄s est ⁊ vnus rex vnus ⁊ princeps q̄ regit eā. Qui frequētia ciuiū nō depulsiōe letat̄. Cuius agi frenis atq₃ obtēꝑare iusticię summa libertas est. An ignoras illā tuę ciuitatis antiq̄ssimā legē qua sanctū est ei ius exulare nō esse quisquis in ea sedē fundare maluerit. Nā qui vallo eius ac munimine cōtinetur: nullus metus est ne exul esse mereatur. At quisquis inhabitare eam velle desierit: pariter desinit etiam mereri.

ℭ Prosa quinta primi libri.

Hec vbi continuato. Hic incipit quinta prosa huius primi in q̄ boe. ostēdit quō ph̄ia se habuit ad suam querimoniā ⁊ q̄d ex ea cognouerit. 2. ph̄ia quędam dicta Boetij irrationabilia ꝑuipēdit. 3. sub breuitate recolligit ea q̄ ip̄m boetiū perturbāt. 4. ph̄ia dat modū remedēdi ip̄m boe. scd̄a ibi. Itaq₃ nō tā me loci hui⁹. tertia ibi. Et tu quidē de tuis. quarta ibi. Sed q̄m plurib⁹. Dicit primo. Postq̄ ego bo. delatraui. i. c̄ rōem locut⁹ sum hec. sup. p̄dicta cōtinuato dolore. i. assidua turbatione. illa. sup. ph̄ia placito vultu nihil mota. i. irata. meis querelis. sup. de meis querimonijs. inq̄t. i. dixit. Cū. i. q̄n. ego vidissem te boe. mestē. i. tristē. q₃ p ⁊. lachrymantē. i. flentē. illico. i. statim cognoui te miser. q₃ p ⁊. exulē. i. patientē exiliū. s₃ q̄ longinquū. i. remotū. sct̄ illō exiliū ego nescirē. i. ignorabā. nisi tua orō. i. sermo mihi ꝑdidisset. i. reuelasset. s₃ tu sup. bo. quidē p certe. nō es pulsus q̄ procul. i. valde remote. a patria. i. a iudicio rōis. s₃ aberrasti. i. deuiasti. at p s₃. si te mauis. i. magis vis. existimari pulsum a patria potius sup. tu ipse depulisti te bo. Nā p q₃. q̄dē p certe. id sup. repellere te a pria nunq̄ fuisset p boas. i. licitū. cuiq̄ sup. homini. Si. n. reminiscaris. i. recorderis. cui⁹ patrię. i. de q̄ patria sis oriūdus. i. natus. nō vti p sicut. sup. ciuitas atheniensiū quondā regit̄ impio. i. ex precepto multitudis. i. instoꝝ rectoꝝ. sc̄z quod greci quod tm̄ valet in latino. sed vn⁹ ē dn̄s ⁊ vn⁹ rex vn⁹ ⁊ princeps q̄ letat̄. i. gaudet. de frequētia id est frequēti inhabitatiōe. ciuiū. i. incolaꝝ. ⁊ nō depulsione. cui⁹ regis agi. i. duci. frenis. i. preceptis. atq₃ p ⁊. obtemꝑare. i. obedire. iusticię summa ē libertas. An p nunquid. ignoras illā an⁊ q̄ssimā legē. i. statutū. tuę ciuitatis. i. rectę rōis. q̄ sanctū. i. cōfirmatū est ius nō ee. i. ad eā nō ꝑtinere exulare. i. exiliū pati quisq₃. i. quicūq₃. maluerit. i. optauerit. fundare. i. locare in ea ciuitate sedē. i. habitationē suā. naz p q₃. q continet̄. i. cōp̄rehēdit̄ vallo ac munimē ei⁹ sup. ciuitatis. null⁹ met⁹. i. timor. est illi ne mereat̄ esse exul. at. p sed. quisq₃ desierit. i. cessauerit. velle inhitare eā ciuitatē pariter desinit etiā mereri. i. meritū cōsequi. ℭ Nota q̄ delatrare proprię est canū. in proposito āt delatrare est vrgēte dolore c̄ rōem loqui. ⁊ sic boe. q₃ dixit act⁹ hoīm nō regi a deo c̄ rōem loquebat̄ ergo dixit se delatrasse. ℭ Nota nō ē hoīs sapiētis moueri ex hīs q̄ dicunt̄ ab insipiēte c̄ rōem. sed magis debet insipientē instruere ⁊ ip̄z cōsolari ergo ph̄ilosophia nō fuit mota ex q̄stib⁹ boetij. s₃ magis ip̄m cōsolabat. ℭ Nota ph̄ia cognouit boetiū eē miseꝝ ⁊ exulē miser est ille cui⁹ anim⁹ sequit̄ mutationē reꝝ tpaliū ita q̄ extollitur in prosperis. ⁊ deprimit̄ in aduersis. Exul in proposito est ille nō qui mutat regionē sed q̄ agit c̄ rōem ℭ Nota q̄ p lachrymas pt̄ cognosci q̄ rō hoīs est turbata. sed q̄tū turbata sit nō cognoscit̄ nisi sermone dolēte. ergo dicit ph̄ia lachrimis. cognoui te esse exulē. sed quantū esset exiliū nesciebā: nisi tua orō mihi prodidisset. ℭ Nota. ille pulsus est a pria qui oino rōem amittit. s₃ ille aberrat qui ꝑtē ratiōis in aliquo rōem retinet et in aliquo amittit. Boe. aūt nō erat pulsus procul a patria. quia nō totā rationē amiserat. credebat enim omnia regi a deo. sed in hoc aberrabat q̄ actus hominū a deo regi non putabat. ℭ Nota. de patria hoīs q̄ ē recta rō loquit̄ sn̄. in de remedijs fortuitoꝝ dicēs. Pria ē vbicūq₃ bō bñ ē. illō āt q̄d bñ ī hoīe ē nō in loco est in hoīs inq̄tū p̄ttr ē. si sapiēs ē nō peregrinat̄. si stult⁹ exulat. ℭ Nota a patria rōis null⁹ hoīm expulit nisi ip̄e se ip̄z q₃ hō. nō alieno ipetu s₃ ꝑprio defectu terminos ⁊ limites rōnis exiuit. ℭ Nota ciuitas atheniēsiū regebat̄ ipio multitudis. p̄mo. n. eā regebāt reges. postea successerūt ꝑn̄cipes tādē p regimie ei⁹ singul' ānis digebāt. 36. sapiētes. s₃ patria rōis tm̄ vno p̄ncipe regit̄. s. deo qui ē regula rectę rōis. ℭ Nota hō dr̄ oriūd' a patria rōis inq̄tū sis ei⁹ intellectus q̄ vn̄t rectę rōne a deo dat̄. ℭ Nota nisi hō manet ī patria rōis ī q̄tū deo subijcit̄ ⁊ legi diuinę. ⁊ q₃ de⁹ ī subiectiōe suoꝝ delectat̄: ideo letat̄ in multitudie ciuiū ⁊ nō in expulsiōe eoꝝ. Repellit āt aliquis a patria rōis a deo rebellādo ⁊ a recta rōe recedēdo. ℭ Nota. qui obtēꝑat se dō ē summe liber. q₃ inq̄tū aliquis agit fm̄ rectā rōez intm̄ ē liber. s₃ p obtēꝑare se dō hō magis agit fm̄ rōz. g̃ tal' magis liber ē. vn̄ se. 52. ep̄la dic̄. Queris q̄ sit libtas. libtas vā ē nulli rei parere. nō seruire. eq̄ nimis prospa ⁊ aduersa ferre ⁊ fortunā in equū ducere. nota q̄ a ciuitate rōis null⁹ exulat nisi p affectiōz tpaliū. tal' āt affectio ē volūtaria ⁊ iō sola volūtate aliquis exulat a tali ciuitate ⁊ q₃ tal affectio non potest hominē occupare q̄diu est infra terminos rectę rōnis: iō dicit ph̄ia. nā qui vallo eius ⁊c̄.

Sed q̄ nō tā me loci huius: q̄ tua facies mouet. Nec bibliothecę potius cōptos ebore ac vitro parietes q̄ tuę mētis sedē requiro. In qua nō libros s₃ id q̄d libris p̄ciū facit librorū quondā meoꝝ sniās collocaui. Et tu q̄dē de tuis in cōe bonū meritis vera q̄dē: s₃ p multitudine gestoꝝ tibi pauca dixisti. de obiectoꝝ q̄dē tibi vel honestate vel falsitate cunctis nota memorasti. de sceleribus fraudibusq₃ delatoꝝ rectę tu q̄dem strictimq₃ attingēdū putasti: q̄ ea melius vberiusq₃ recognoscētis oia vulgi ore celebrēt̄. Increpuisti etiā vehemēter iniusti factū senatus. de nr̄a etiā criminatiōe doluisti. lesę quoq₃ opinionis dāna fleuisti. Postremo adūersus fortunā dolor incāduit. cōq̄stusq₃ nō equa meritis p̄mia ꝑpēdi: in extremo musę seuientis vt que celū: in terras quoq₃ pax regeret vota posuisti.

¶ Cū igit p̄cipua sit mortalib⁹. Hic phia ex dictis cōsolatur boetiū dicens. Ex quo hoibus est p̄cipua cura. i. maxima cura. retinēdę vitę. i. saluandę vitę. o te felicē si cognoscas tua bona cui etiā nunc suppetūt. i. abūdant talia bona. quia nemo dubitat esse cariora ipsa vita quare iam sicca lachrymas ꝛ noli flere. nōdū. n. oīs fortuna est tibi exosa. id est aduersa. ad vnū. i. oīno nec tibi incubuit. i. institit. tempestas aduersitatis nimiū valida. qm̄ tenaces anchorę. i. amici inseparabiles. herēt. i. firmiter manēt quę scilz anchorę nō patiant tibi abesse solamē p̄ntis tpis nec spez futuri tpis. Et dicit boetius. precor ut herēat. i. maneant illę anchorę. quia ipsis manētibus. utcūq3. i. qualitercūq3 res se habeāt. nos enatabim⁹ euadendo aduersitatē fortunę: sz o phia tu vides q̄ꝫtum decus nostris ornamētis bonorum exteriorum quib⁹ ornabamur decesserit. Subiūgit phia. nos promouim⁹ aliquātulū animū tuū ad consolationē si nondū piget te toti⁹ tuę sortis. quia maior ps salua tibi manet sed nō possum ferre tuas delicias: qui tā luctuosus. i. plenus luctu. atq3 anxius cōq̄reris aliqd abesse tuę btitudini. i. tuę felicitati. ¶ Nota q̄ sicut mors est oim amarissima: qr oīa abscindit: oīa deuorat ꝛ quia aliqui iudicāt se nō timere mortē: ꝛ tamē timēt sm Senecā in de remedijs for. Sic vita est oim dulcissima. oīa. n. appetūt esse ꝛ viuere ideo vnūquodq3 naturalr nitit ad saluandū vitā: qua nihil est charī⁹. Si ergo boeti⁹ possedit bona q̄ chariora sunt vita: nō debuit se existiare miserum: sed magis felicē. ¶ Nota q̄ phia amicos appellat anchoras. sicut. n. tēpestate incūbente p anchorā nauis retinet ꝛ a piclitatione saluat: sic imminēte aduersitate fortunę homo fidelib⁹ amicis ne succūbat infortunio subleuat. Fideles eni amici retinent hominē impetu fortunę agitatū ne totalr deijciat a sua stabilitate. ¶ Nota sm huguitionē suppetere. id est submistrare vel supabundare. sed pigere est piger esse vel penitere vł grauare vel offendere.

Quis est eni tam cōpositę felicitatis: ut nō aliqua ex pte cum status sui qualitate rixet. Anxia eni res est humanorum cōditio bonorum. et q̄ vel nunq̄ꝫ tota pueniat: vel nunq̄ꝫ ppetua subsistat. Huic census exuberat: sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit: sz angustia rei familiaris inclusus esse mallet ignotus. Illę vtroq3 circumfluus vitā celibē deflet. Illę nuptijs felix: orbus liberis alieno censum nutrit heredi. Alius prole letatus: filij filięue delictis mestus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortunę suę conditione concordat. Inest enim singulis quod inexpertus ignoret: expertus exhorreat.

¶ Quis est eniz tam cōpositę felicitatis. Hic philosophia probat felicitatē nulli posse totaliter euenire. Secūdo ostēdit q̄ q̄ꝫto aliquis est felicior tanto leuiori aduersitate prosternit. Tertio concludit ex his felicitatē fortuitā amaram esse ꝛ miserā. Quarto inuehitur cōtra homines. Secūda ibi. Adde q̄ felicissimi. Tertia ibi. Quā multis. Quarta ibi. Quid igitur o mortales. Primo dicit. Quis ē homo tam cōpositę felicitatis. id est tam copiosę felix. ut non rixetur. id est discordet ex aliqua parte. cum qualitate. id est cū dispositione sui status. id est suę fortune. q. d. nullus est ita felix. quia cōditio. id est status humanorū bonorum est anxia res. id est misera res. quę nunq̄ꝫ homini tota prouenint. vel nunq̄ꝫ perpetua subsistat. Tunc declarat q̄ nō tota prouenit homini. quia huic. id est alicui homini. exuberat census. id est habundat pecunia. sed aliud sibi deficit. quia degener sanguis. id ē ignobilitas est sibi pudori. hūc supple aliū hominē nobilitas facit notū: sed ipsę inclusus angustia reifamiliaris. id est paupertatis. mallet. id est magis vellet esse ignot⁹. Illę. i. alter hō. circūfluus. i. circūdatus. vtroq3. id est tam diuitijs q̄ꝫ nobilitate. ipsę defleet celibem vitā. id est castā vitam: quia nō potest forsan euenire vxorem. illę. id est alter. felix nuptijs. scilz habendo vxorem. orbus. id est carens liberis. i. pueris. ipsę nutrit. i. cōgregat censum alieno heredi. Ali⁹ āt letat⁹ ple: ipsę mestus

illachrymat. i. feminiliter. defleat. i. p crimib⁹ filii vel filie sue. Jtaq̃ nemo facile pcordat cũ conditione sue fortune. Jnest enim singulis supple hoībus. aliqd quod ipse inexpert⁹ ignoret. vel expertus ipm exhorreat. ⁊ sic rixat cum qualitate sui status. ☙ Nota q̃ nõ est homo tã felix quin inueniat aliquã conditionẽ in se quã vellet nõ habere propter qđ misera est cõditio humanoꝝ bonoꝝ. q: nunq̃ hoī tota puenit q: aliquis cõtemnere oia põt. sed oia habere nemo pot. Et datur vna ratio et littera. Illa cõditio humanoꝝ bonoꝝ nõ tota prouenit cui suus stat⁹ in aliquo displicet. sed nullus inuenit tam felix cui stat⁹ suus nõ displiceat in aliquo sicut declarat in littera. ergo ⁊c. ☙ Jtẽ sanguis seculis conditionis dicit degener. q: homines naturaliter liberi sunt sed p seruitutẽ degenerãt a natura. ☙ Nota vita calla dicatur vita celebs. quasi celestis. q: in carne viuere pter carnẽ est vita celestis ⁊ angelica. ☙ Nota sm huguitionẽ illachrimari est intus lachrimari vel cũ dolore lachrimari ⁊ est deponẽtis generis. sꝫ sm antiquos inuenit neutrius generis. ⁊ sic Boetius ponit hic in neutro genere cum dicit inestus illachrymat.

Adde q̃ felicissimi cuiusq; delicatissimus sensus est: ⁊ nisi ad nutũ cuncta suppetãt: omnis aduersitatis insolens minimis quibusq; prosternit. adeo perexigua sunt que fortũatissimis summã beatitudis detrahũt. Quã multos eẽ cõiectas: qui sese celo pximos arbitrent: si de fortune tue reliquiis pars eis minima contingat. Hic ipse locus quẽ tu exiliũ vocas incolẽtibus patria ẽ. Adeo nihil est miseꝝ nisi cum putes. Cõtraq; btã sors oĩs est equanimitate tolerãtis. Quis est ille tã felix q cum dederit impatiẽtie manus: statũ suũ mutare nõ optet?

☙ Adde q̃ feli cuiusq;. Hic ostendit pħia q̃ hõ magis felix leuiori aduersitate psternit. cũ hoc comparando boetiũ ad alios. Et dicit adde pdictis q̃ sensus cuiusq; hoīs felicissimi. i. fortunatissimi. est delicatissim⁹. i. ipatientissimus nisi ad nutũ suũ cũcta suppetãt. id est abũdent ipse erit insolens. i. impatiẽs omnis aduersitatis. ⁊ psternit a sua felicitate quibusq; minimis aduersitatib⁹ adeo perexigua sunt. i. valde exigua. que fortunatissimos detrahũt. i. auferũt summã. i. pfectionẽ btitudinis. O boeti q̃ multos eẽ cõiectas id est opinaris. qui sese arbitrent pximos esse celo. i. deo si eis cõtingat minima ps de reliquiis. i. de pmissis tue fortune. Hic locus quẽ tu vocas exiliũ. est patria incolẽtib⁹. id est habitãtib⁹. ⁊ ita eoꝝ iudicio spectat ad felicitatẽ. vir ergo de reb⁹ fortuitis cõcludit. Adeo nihil est miseꝝ nisi tu cũ putes. i. nisi ex reputatione ⁊ tua estimes ꝙ ꝑ ⁊ cõtra. i. p cõtrariũ omnis sors est btã equanimitate. i. patiẽtia ⁊ tolerantis. Quis est ille tã felix. qui cũ dederit man⁹ impatiẽtie. i. cũ fuerit factus ipatiẽs. qn ipse nõ optet mutare statum suũ. q. d. nullus est tã felix. ☙ Nota q̃ forsan aliquis diceret. nulli hoī placet stat⁹ suus si deesset sibi magnum fortunũ. Sꝫ delectat⁹ modici boni nõ ipedit cõplacentiã stat⁹ qui hõ totalr sit felix. hoc excludit pħia dicẽs. Quanto aliq̃s est felicior tanto est delicatior ⁊ q̃to est delicatior tanto magis grauat ex defectu modici boni. ⁊ sic felicissimus detrahit cõplementũ btitudinis. ☙ Notando q̃ vna ⁊ eadem res est quã vn⁹ iudicat spectare ad miserã. ali⁹ iudicat spectare ad felicitatẽ. ergo dicit pħia locus quẽ tu exiliũ vocis incolẽtibus est patria. ☙ Notãdũ q̃ cuicunq; sit homo habũdãs rebus fortuitis si aliqđ displicet sibi i statu suo. ipse optat statũ suũ mutari cõmendando statũ alterius: vn miles cupit⁹ laudat statũ mercatoris. cõtra mercator expertus pericula marina laudat miliciã. Similr legistæ laudant agricolas. ⁊ agricole vrbanos. Simile exẽplũ ponit boetius de scolarium disciplina de filio mediocrium qui suis displicẽtias vnius stat⁹ ꝑ altu ⁊ alui assumpsit. ☙ Nota q̃ dicit nihil est miseꝝ nisi cũ putes. vñ dicit sen. 9. epla. Miser est qui se beatũ non iudicat. licet mundo imperet nõ est beatus qui se beatũ non esse putat.

Quã multis amaritudinibus hũane felicitatis dulcedo respersa est: que si etiã fruenti esse iocunda videat: tamẽ quo minus cũ velit abeat retineri nõ possit. Liquet igit q̃ sit mortaliũ reꝝ misera btitudo: que nec apud equanimos ppetua pdurat: nec anxios tota delectat.

☙ Quã multis amaritudinib⁹. Hic pħia ostendit fortunatã felicitatẽ esse amarã ⁊ miserã dicẽs. Quã multis amaritudinib⁹ dulcedo humane felicitatis est respsa. i. pmixta que etiã si videat iocũda hoī fruẽti. tñ nõ possit retineri quominus abeat cũ velit. i. non potest retineri ad voluntatem hominis. ⁊ liquet. id est manifestũ est. q̃ misera sit beatitudo reꝝ mortaliũ. que nec perpetua pdurat apud equanimos id est apud cõstantes vel patientes nec ipsa tota. i. simul delectat anxios. id est miseros. ☙ Nota q̃ felicitas ⁊ dulcedo humana nõ est sine amaritudine. q: dicit beatus bernar. Nunq̃ in honore sine labore. nunq̃ in ꝑlatione sine tribulatione. nunq̃ in sublimitate sine vanitate q̃s esse potest. Jtẽ alan⁹ in anticlaudiano dicit. Sed nihil inuenio qđ in oĩ pte beate viuat quin multas nobis deferre querelas possit si nostrã velit accusare mineruã.

Quid igit o mortales extra petit' intra vos positã felicitatẽ. Error vos inscitiaq; cõfundit. Ostendã breuiter tibi summe cardinẽ felicitatis. Est ne aliquid tibi teipso pciosius? Nihil inquies. Igitur si tui compos fueris: possidebis quod nec tu vnq̃ amittere velis: nec fortuna possit auferre.

☙ Quid igit o mortales. Hic pħia inuehit cõtra homines ⁊ dicit sic. O mortales quare petit'. i. q̃ritis extra. i. in rebus exteriorib⁹ felicitatẽ positã intra vos. error ⁊ inscitia. id est ignorãtia cõfundit vos. ostendã tibi breuiter cardinẽ id est radicẽ summe felicitatis. est ne aliquid tibi pciosi⁹ teipso. nihil inquies. si igit fueris cõpos tui p trã qualitatẽ animi. tu possidebis quod nunq̃ amittere velis. sꝫ delectationẽ in operatiõe pfecte virtutis. nec fortuna poterit tibi auferre. ☙ Nota q̃ duplex est beatitudo. pfecta ⁊ impfecta. Perfecta beatitudo habet post hanc vitã. Et est vita eterna de qua loquit beatus Joh. 6. Hec est vita eterna ut cognoscãt te solũ verũ deum ⁊ quẽ misisti iesum xp̄m. alia est beatitudo imperfecta: que pot esse in ṗñti vita. quã phi posuerũt consistere in opatione optime virtutis. vñ radix talis beatitudis est tranquillitas ai ex moderatiõe ⁊ sedatione passionũ p habitũ virtutis. p talẽ autẽ tranquillitatẽ hõ efficit sui cõpos ut nõ deicias passionib⁹. ista autẽ tranquillitas nõ est quedã in rebus exteriorib⁹. sed solũ habz esse in aio hoīs. de qua beatitudine ⁊ trãquillitate hic loquitur pħia dicẽs. quid igit o mortales ⁊c. Et sen. loquens de eadem felicitate. 9. eplã dic. Summũ bonũ extrinsecus instrumenta nõ querit: domi colitur: ex se totum est incipit fortune esse subiectũ si quã partem sibi foris querit. Jtem seneca. 23. epistola. felicitatis auidius tuta est: que sic aut vi de prouenit querit. ex bona cõscientia ex honestis cõsiliis. ex rectis actionibus. ex cõtemptu fortuitoꝝ. Et 31. epistola dicit. Jllud bonũ est querendũ quod non fiet de die in diẽ peius. quid est hoc animus sed hic rectus. bon⁹ magnus. quid aliud voces hũc q̃ animũ quẽ deum in corpore humano hospitarum. Et. 41. epistola dicit. Lauda bonũ in homine quod eripi nõ potest. quod est propriũ hoīs. q̃ris quid sit illud. animus ⁊ ratio pfecta. rationale namq; animal est homo.

Atq; ut agnoscas in his fortuitis rebus beatitudinẽ cõstare nõ posse sic collige. Si btitudo

est summũ naturę bonũ ratiõe degẽtis: nec illud est summũ bonũ quod eripi vllo modo pt quĩ precellit id qđ nequeat auferri: manifestuȝ est q ad beatitudinẽ percipiendã fortunę instabilitas aspirare non possit.

℄ Atqȝ ut cognoscas in his. Hic phia pbat verã felicitatem nõ posse cõsistere in rebus fortuitis trib⁹ rõnib⁹ scđam ponit. ibi. Ad hec. tertia ibi. Et quoniã. Prima rõ talis est. In illo nõ cõsistit felicitas hoĩs quod põt auferri ab homine. ſȝ bona fortuita sunt hmõi. ergo ₓc. Maior nota. qȝ summũ bonũ est propriũ hoĩs. bonũ autẽ quod auferri potest nõ est summũ bonũ. qȝ illud qđ auferri nõ potest melius est eo qđ auferri potest. Minor patȝ. bona fortuita possunt auferri cũ sint mutabilia. vñ dicit in lrã. Ut agnoscas beatitudinẽ nõ posse cõstare in reb⁹ fortuitis sic collige per tales rationes. Si beatitudo est summũ bonũ naturę degẽtis rõe. i. naturę rõnalis. nec illud est summũ bonũ quod vllo modo põt eripi. i. auferri. qȝ illud. s. bonũ quod nequit id est nõ potest auferri hoc precellit. i. melius est eo qđ potest auferri. s. ex quo manifestuȝ est q instabilitas fortunę non possit aspirare. i. accedere ad beatitudinẽ accipiẽdã ℄ Nota q beatitudo est summũ bonũ. quia in tertio huius scđa prosa dicit q beatitudo est status pfectus aggregatiõe omniũ bonoȝ. ₓ beatitudo est summu bonũ naturę degentis. id est viuẽtis rõne. i. naturę rõnalis sicut hominis: qȝ humanũ genus viuit arte et rõne. ex phemio metaphi. Nulluȝ enĩ aliorum animaliũ est felix. ex. io. ethi. Bruta. n. animãlia nemo felicitabit. i. ethi. ₓ talis beatitudo nõ cõsistit in bonis exterioribus. sed in actu sapiẽtię. quia dicit aristo. in ii. pol. Testis mihi est de⁹ q in bonis exteriorib⁹ nõ cõsistit summũ bonũ. ₓ idẽ. in eisdẽ nos sum⁹ felices ₓ dij. dij autẽ nõ sunt felices bonis exteriorib⁹. ergo nec hoĩes. ℄ Nota licȝ in bonis exteriorib⁹ fortuitis nõ cõsistat felicitas formaliter ₓ essentialiter: tamẽ felicitas cõsistit in eis organice: qȝ deseruiunt ad felicitatẽ verã. sine. n. rebus exteriorib⁹ quaȝ fortuna dña est: nõ contingit esse felicẽ. supple organice. ex li. de bona fortuna. ₓ ex. io. ethicoȝ. Op⁹ est exterior prosperitate oĩ enĩ. natura enĩ per se nõ est sufficiens ad speculandũ: sed oportet cibũ potũ ₓ reliquũ famulatũ existere.

Ad hec quẽ caduca ista felicitas vehit: vel scit eã vel nesciat esse mutabilẽ. Si nescit: quę nam beata sors esse potest ignorãtię cecitate. Si scit metuat necesse est ne amittat qđ amitti posse nõ dubitat: quare cõtinuus timor nõ sinit esse felicẽ. An vel si amiserit negligendũ putat? sic quoqȝ perexile bonuȝ est qđ equo animo feratur amissum.

℄ Ad hec quẽ caduca ista felicitas vehit. Hic phia ponit scđam rõem quę talis est. Ille qui felix est fortuita felicitate aut scit eã mutabilẽ esse: aut nescit. si nescit. est ignorans. et p cõsequens nõ est felix. si scit eã esse mutabilẽ: necesse est q timeat ne eã amittat. cui autẽ inest cõtinuus timor felix eẽ nõ potest. vnde dicit in littera sic ad hec. s. pdicta addã aliã rõnem. Homo quẽ vehit. i. ducit. ista caduca. i. fortuita felicitas. vel scit eã esse mutabilẽ vel nescit: si nescit: quenam sors beata. i. quę felicitas beata potest esse cecitati ignorantię. q. d. nulla. Si scit eã esse mutabilẽ necesse est ut metuat ne amittat illud quod nõ dubitat posse amitti quare cõtinuus timor nõ sinat ipȝ esse felicẽ. Et forsan diceres. homo nõ timet amissionẽ fortunę. quia nõ curat vtrũ eã amittat vel nõ hoc excludẽs philosophia dicit. si amiserit bonũ fortuitũ. ₓ putat illud negligendũ. i. nõ curandũ. tũc illđ bonũ erit valde exile quod amissum ferat equo aĩo. i. eq̃li animo. i. cũ cõtinuitate: ₓ p cõsequens illđ nõ est summũ bonũ. ℄ Nota ex tertio hu ius pſa 9. Vera ₓ pfecta felicitas facit hominẽ potentẽ. reuerẽdũ. celebrẽ ₓ letũ. ergo vera felicitas excludit timorẽ. ₓ per cõsequẽs continu⁹ timor qui excludit leticiã nõ sinit esse felicẽ. vnde Senec. 9. epla. Ille beatissim⁹ est ₓ securus sui possessor. qui crastinũ diẽ sine solicitudine expectat. ℄ Item nota ex quo felicitas cõsistit in speculatione dei ₓ substantiaȝ separataȝ. ipsa excludit cecitatem ignorãtię: in qua ignorãtia felicitas esse nõ potest.

Et quoniã tu idẽ es cui plurimis esse atqȝ inuictũ p multas demõstrationibus scio mentes hominũ nullo esse modo mortales. Cũqȝ clarũ sit fortuitã felicitatẽ corporis morte finiri: dubitari nequit si hec afferre beatitudinẽ potest: quin omne mortaliũ genus in miseriã mortis fine labat. Qđ si multos scimus nõ morte solum verumetiã doloribus supplicijsqȝ beatitudinis fructum q̃sisse: quonã mõ pñs vita facere btõs potest: quę miseros trãsacta non efficit?

℄ Et quoniã tu idẽ es. Hic phia ponit tertiã rõnem que talis est. Si beatitudo cõsisteret in reb⁹ fortuitis. cũ bona fortuita finiãtur morte hoĩs: sequit q omnis hõ in morte fieret miser. quod nõ est veȝ. quia multi per mortẽ cõsecuti sunt felicitatẽ. sicut martyres ₓ alij sancti: qui perpessi sunt maxima tormẽta ut consequerẽtur beatitudinẽ in anima. dicit ergo sic in littera. Quoniã tu idẽ es hõ cui ego scio esse psuasum p multis. i. valde multis demõstrationib⁹ mentes. i. animas hominũ nullo mõ esse mortales. Et cum sit clarũ. i. manifestũ. fortuitã felicitatẽ finiri. i. terminari morte corpis hoĩs. nequit. i. nõ potest dubitari. si hec fortuita felicitas potest afferre. i. dare beatitudinẽ. quin oẽ genus mortaliũ. i. hominũ. labat in miseriã in fine mortis. Sed si scimus multos. s. sanctos q̃sisse fructũ beatitudis nõ solum morte. verũetiã doloribusqȝ. i. supplicijs quonã mõ. i. per quẽ modũ pñs vita supple bonis fortunę ornata. potẽ facere beatos. quę vita trãsacta. i. terminata. nõ efficit miseros. q. d. nullo mõ. ℄ Nota cuius pñtia est causa felicitatis eius absentia est causa miserię ₓ infelicitatis. Sicut enim nauta p sui pñtia est causa salutatis nauis: sic ei⁹ absentia est causa periclitationis ei⁹. ex. 2. phi. Si ergo bona fortuita p sui presentiã eẽnt causa beatitudinis: p sui absentiã essent causa miserię. Cum autẽ in morte hominis bona fortuita relinquãt hominẽ fugiẽdo: ₓ homo relinquat ea moriendo. oĩs homo post mortẽ esset miser ₓ infelix: qđ falsuȝ est. nã multi post mortẽ consequunt beatitudinẽ: ₓ qȝ forsan aliquis diceret mortuo homine morit ₓ aĩa eius. et sic post mortẽ homo nullã cõsequit beatitudinẽ. hoc excludit phia dicens ad boetiũ. tu es idẽ ille cui psuasum est multis demõstrationib⁹ aĩas hominũ eẽ immortales. ℄ Nota q oẽs logce in hoc cõueniũt q aĩa intellectiua hoĩs est immortalis. separat enĩ ab alijs sicut ppetuũ a corruptibili. ex 2. de aĩa. ₓ hoc est rõnabile: qȝ aĩa intellectiua immaterialis nõ est educta de potẽtia materię. sed ab extra. s. a deo. Ipsa enĩ scđm btm aug. creãdo infundit. ₓ infundẽdo creatur. ₓ ꝓpter qđ cũ abscisio materię sit causa ppetuitatis p cõmentatorẽ primo celi ₓ mundi. anima intellectiua immaterialis cũ sit ipsa est immortalis.

Metrum quartum libri secundi.

Quisquis volet perhennem
Cautus ponere sedem:
Stabilisqȝ nec sonori
Sterni flatibus euri:
Et fluctibus minantem
Curat spernere pontum:
Montis cacumen alti
Bibulas vitet arenas.
Illud proteruus auster
Totis viribus vrget.

Hec pendulum solute
Pondus ferre recusant.
Fugiens periculosam
Sortem sedis amene:
Humili domum memento
Certus figere saxo.
Quamuis tonet ruinis
Miscens equora ventus:
Tu conditus quieti
Felix robore valli:
Duces serenus euum.
Ridens etheris iras.

℄ Metrum quartũ libri secũdi.

Quisqs volet pēnnē. Hic incipit quartũ metrum huius secũdi. quod dicit metrũ anacreonticũ ab inuentore. iambicũ a pede p̄dominante. dimetrũ a numero pedũ catalecticũ quia deest vna syllaba ad cōplementum metri. huic metro adiungit metrũ fere gratuũ: sic dictũ ab inuentore de quo superius dictũ est. In hoc ergo metro philosophia cōmendat vitā mediocrē per talē methaphoram. Edificiū constructū in loco nimis alto vrget tempestatib⁹ ventoꝝ. ⁊ fundatū in loco arenoso defluit. sed fundatum in loco humili et saxoso vtrūqs vitat incōmodū. sic vita p̄sens nimiū eleuata prosperitate vel nimiū depressa aduersitate frequēter euenit inopinatis calamitatibus. desiuit mediocris autē secura p̄manet. Dicit ergo in littera. Quisquis homo cautus volet ponere sedez pēnnē. id est firmā mansionē ⁊ ip̄se stabilis existēs. nec velit sterni. id ē deici. sonoris flatibus euri illius venti. quisqs curat spernere pontū minantē fluctibus. id est mare fluctuans. ille vitet cacumē. id est summitatē alti montis. ⁊ vitet arenas bibulas: id est siccas. Tunc assignat causam quare debeat vitari in edificando cacumē alti montis. qꝛ illud s. cacumē alti montis vrget. i. infestat auster pterius. i. ventus impetuosus. Tūc assignat cām quare debeāt vitari arene. qꝛ he. s. arene solute. i. desiunctę p̄ siccitatē recusant ferre. i. nolunt portare. pendulū pond⁹. i. labile pōdus. Tu ergo fugiens periculosam sortē. i. euentū. amene sedis. i. amene mansionis: ⁊ certus existens memēto figere. i. stabilire. domū tuā in humili saxo. i. depresso lapide. quāuis ventus miscēs equora. i. voluēs maris. tonet. i. sonat. ruinis. i. flatibus ruinosis. tu felix cōditus robore. i. firmitate quieti valli. id est munitionis. ⁊ tu serenus. i. trāquillus duces. id est ages euū. i. vitā tuam. ridens. i. deridens ⁊ p̄ nihilo habens iras. i. p̄secutiones etheris. i. aure vel vēti seuiētis ℄ Nota q̄ omnis virtus superfluitate corrūpit. vnde virt⁹ cōsistat in medio. Est eni virtus habitus electiu⁹ in mediocritate consistēs a recta ratione determinat⁹. ideo omnis superfluitas tāquā viciosa vitāda est. Philosophia ergo docet vitare superfluā prosperitatē quā designat p̄ cacumē alti mōtis: que prosperitas plerūqs impugnat inuidia ⁊ potētia magnatū. que per ventū impellentē designat. Docet etiā vitare nimiam paupertatē: quā designat bibula arena: que paupertas recusat ferre indigentiā necessarioꝝ: que per pōdus pendulū designat. Indigentia eni grauat hoiem ad modū penduli ponderis. ℄ Nota securitas scḋm Tulliū in rhetorica sua. Est virtus incōmoditates imminētes ⁊ inchoantes assines (?) formidās. que securitas maxie appetēda ē. propter quod phia docet appetere vitā mediocrē que reddit hoiem securū scḋm illō poeticū. Medio tutissim⁹ ibis. ⁊ aliud. Tuta magis puppis est modico que flumine fert. Quā vitā mediocrē designat p̄ humile saxū in quo edificiū impetu vēti nō deijcit: nec inūdatiōib⁹ tanquā bibula arena dissoluit. ℄ Nota q̄ duplex est paupertas. volūtaria ⁊ leta: alia inuolūtaria ⁊ tristis. prima paupertas est appetēda. scḋa fugienda. De prima loquit̄ Sen. in epla. Honesta res est leta paupertas paupertas eni expedita secura est. Et. ii. epla. O inuelle miserie cū paupertate hēc cōmertiū. vnde cōtēnere opes. nemo alius est deo dignus: q̄ qui opes cōtēpserit. Secūda paupertas. s. inuolūtaria ⁊ tristis fugienda est. qꝛ mortalis est: ⁊ rōne tristicię stupescit ⁊ corrūpit naturā.

Prosa quinta libri secundi.

Sed quoniā rationū iam in te mearuz fomenta descendunt: paulo validioribus vtendū puto. Age. n. si iam caduca ⁊ momentanea fortunę dona nō essent. qd in eis est quod aut vestrū vnq̄ fieri queat aut non perspectū consideratumqs vilescat.

Prosa quinta libri secundi.

Sed quoniā rōnū iam in te. Hic incipit quinta p̄sa hui⁹ scḋi. in qua phia ponit remedia mouentia boetiū ad ostendendū q̄ bona fortunę sunt contēnenda: ⁊ min⁹ esse dolendū de amissione eoꝝ. Ista autez remedia sunt rōnes sumptę ex conditiōe particulariū bonoꝝ fortunę. s. diuitiaꝝ. honoꝝ. potestatū. ⁊ glię. Et p̄rio ostendit hoc de diuitijs. q̄ nō sunt magnope appetēdę ponendo vnā rōem generalē et spectantē oīa bona fortunę. Secūdo ponit rōnes de diuitijs. ibi. diuitię. Primo intēdit talem rōem. Nullus magnope debet illō appetere qō nō potest esse suū. ⁊ quod in se cōsideratū est vile: sed omnia bona fortuita sunt hmōi: qꝛ sunt mutabilia. ideo nō possunt eē propria hominis. ⁊ in se cōsiderata vilescūt. ergo. ⁊c̄. vn̄ dicit in littera. Quoniā fomēta. i. medicamenta mearū rationū: in te descendūt. qꝛ ego video te paulatim fortunā contēnere. puto esse vtendū paulo validiorib⁹ supple ratiōibus. i. magis mouentib⁹. Age est aduerbiuz hortandi. si. n. dona fortunę nō essent caduca. i. casualia. ⁊ momētanea. id ē trāsitoria ad modū momenti. quid est in eis. qō vnq̄ queat fieri vestrū aut perspectū ⁊ in se consideratū nō vilescat. q. d. nihil ℄ Nota q̄ bona fortunę sunt caduca et trāsitoria. qꝛ dicit Seneca. 76. epistola. Omnia bona fortunę nobis accidunt sed non adherent. ⁊ si abducātur sine vlla nostri lacrymatione discedūt. ex quo patz: si mutabilia sunt q̄ nō sunt propria bona hominis: quia scḋm eundem Senecam. Nihil propriū dicas quod mutari potest. ℄ Nota q̄ bona fortuita in se considerata vilescant: quia dicit Joānes crisosto. Bona fortunę in scriptis veterascūt ⁊ cōsumunt: aut ab extraneis dolo vel violentia vel calumnia diripiunt.

Diuitię ne vel vestri vel sui natura p̄ciosę sunt Quid earū potius: aurū ne an vis congestę pecunię? At qui hęc effundendo magis q̄ coaceruando melius nitent. Siquidem auaricia semper odiosos: claros largitas facit. Qō si manere apud quemq̄ nō potest quod trāsfertur in alterum: tunc est preciosa pecunia cum translata in alios vsu largiendi desinit possideri.

℄ Diuitię ne vel vestri vel sui naturē. Hic philosophia ponit rationes de diuitijs in speciali q̄ nō sunt magnope appetendę. Secūdo probat hoc generaliter de diuitijs ibi Quid autē. Prima diuidit̄ in quinqz partes scḋm q̄ qnqz sunt genera diuitiarū. que probat non multū esse appetenda. scilicz pecunia. gemmę. possessiones. vestes. ⁊ famuli. Primo ostendit propositū de pecunia. Secundo de gemmis. ibi. An gemmarū. Tertio de possessionibus ibi. An vos. Quarto de vestibus. ibi. Jam vero. Quito de famulis. ibi. An vero. Primo duabus ratiōibus probat diuitias non multū esse appetendas. secunda ibi. An eadem. Prima ratio talis est. Illa non sit multū appetenda. que nec ex sui natura nec ex natura vtentis sunt preciosa. diuitię sunt hmōi ergo ⁊c̄. maior nota: qꝛ nihil appetit̄ nisi bonū et preciosum. Minor declarat̄. diuitię nō sunt bonę ex sui natura. qꝛ nō faciūt bonū eū cui adueniūt. nec sunt bonę ex pręvtētis. quia nō iniustū cōseruant̄ sic enim faciunt hominē auarum. nec iniustū distribuunt̄. qꝛ sic relinquit

hominē. dicit. n. in littera. Diuitię vel sunt p̄ciose sui na-
tura: aut natura vestri vicinū eis. ⁊ quid earū est potius. i.
p̄ciosius. an aurū aut vis cōgeste pecunię. i. congregatę.
Atq̄ pro certe. hęc. s. diuitię non sunt preciosę cōseruando
eas: quia melius nitēt effundēdo. i. distribuēdo eas q̄ⱥ co
seruando. i. retinendo eas. siquidē auaritia q̄ pecuniā cō
seruat: semꝑ facit homines odiosos. ⁊ largitas que pecuniā
effundit facit claros. i. honestos. Subdit. ⁊ si illo qd̄ trāſ-
fert in alterū nō potest manere apud quemq̄ꝫ. tūc est p̄ciosa
pecunia loquēdo yronice. cū ꝫ ipsa vsu largiendi trāslata in
alios desinit possideri ¶ Notandū q̄ aliquid est bonū du
pliciter: vel ex natura sui: vel ex natura vicini. Illud dicit̄
bonū ex natura sui: qd̄ a se vel in se habz vnde sit bonum: ⁊
cuicūq̄ꝫ aduenit facit ipm̄ bonū sicut ratio recta. pax ⁊ alia.
Sed illud dr̄ bonū ex pte vicinis: quo si aliqs couenienter
vtat̄ aliquid boni inde puenit. ¶ Unde nota fm̄ beatum
bern. Solus error hoim̄ facit q̄ aurū ⁊ argentū reputantur
p̄ciosa cū sint nisi terra rubea ⁊ alba. ¶ Nota q̄ Seneca
8 1. epla. probās diuitias nō esse bonas sic arguit. Quod
bonū est bonos facit. diuitię nō faciūt bonos. ergo diuitię
bonę nō sunt. Itē illud qd̄ potest cōtingere cōtēptissimo et
turpissimo bonū nō est. diuitię autē ⁊ lenoni ⁊ lanistę con-
tingūt. ergo bonę nō sunt. Itē bonū ex malo nō fit: diuitię
autē fiūt ex auaritia quę mala est. ergo bonę non sunt.

At eadem si apud vnū q̄ta est vbiq̄ꝫ gentiū cō
gerat̄: ceteros sui inopes fecerit. Et vox qui-
dē tota: tota pariter multoꝝ replet auditū. Ue
strę vero diuitię nisi cōminutę in plures transi
re nō possunt. Qd̄ cū factū est: paupes neces-
se est ut faciāt quos relinquūt. O igitur angu-
stas inopesq̄ꝫ diuitias quas nec hr̄e totas plu-
ribus licz: ⁊ ad quēlibz sine ceteroꝝ paupertate
non veniunt.

¶ At eadē si apud vnū. Hic ponit scd̄am rōem quę talis
est. Illa nō sunt multū appetenda quę a plibus nō ꝑnt pos
sideri: ⁊ nō transeūt ad aliū sine paupertate alioꝝ diuitię sunt
hmōi. ergo. ⁊c. vn̄ dicit in littera. Si eadē pecunia q̄ta est
vbiq̄ꝫ gentiū. i. apud oēs gentes. si illa cōgerat̄ apud vnū
hoiem. ipa fecerit ceteros hoies inopes sui. i. carētes: ⁊ vna
vox pariter tota. i. siml̄ replet auditū multoꝝ. diuitię autē
nō possunt trāsire in plēs nisi cōminutę. i. diuisę in partes
qd̄ cū factū est. s. q̄ cōminutę trāseunt in alios: necesse ē ut
illos faciant paupes quos relinquūt. Et tūc exclamat con
tra diuitias dicēs. O igit̄ supple dico diuitias esse angu-
stas. i. artas. atq̄ꝫ ꝑ et inopes. qs nō licet pluribꝰ hr̄e totas.
⁊ quę nō veniūt ad quēlibet sine paupertate ceteroꝝ. i. alioꝝ
hominū. ¶ Nota q̄ diuitię nō veniūt ad quēlibet sine ali
oꝝ paupertate: quia dicit seneca in de remedijs. Pecuniā ꝑ
didisti: quā ut haberes aliꝰ ante te pdidit. pdidisti pecuniā
habes vno piculo minus quo te solicitē si cū illa auariciā per-
didisti. Et idē. 8 1. epla dicit. Diuitię animos inflant. sup-
biā pariunt. inuidiā cōtrahūt: mentē alienāt. timorē indu
cūt: insolentiā faciut. nihil autē aliud insolentia est q̄ⱥ speo
falsę magnitudinis. ergo diuitię bonę nō sunt.

An gemmaꝝ fulgor oculos trahit. Sed si qd̄
est in hoc splendore p̄cipui: gemmaꝝ est lux il
la: nō hominū. Quas quidē mirari homines
vehemēter admiror. Quid ē eni carēs aīe mo
tu atq̄ꝫ mēbrorū cōpage: quod aīatę rōnabi-
lisq̄ꝫ naturę pulchrū esse iure videat̄. Quę tam
etsi cōditoris opa suiq̄ꝫ distinctiōe postremę
aliqd̄ pulchritudinis trahūt: infra vestrā tamē
excellentiā collocatę admirationē vestrā nul-
lo modo merebantur.

¶ An gēmaꝝ fulgor oculos trahit. Hic ostendit phia: q̄
gemmę nō sunt appetēdę tanq̄ꝫ propriū bonū hoīs: intēn
dens talē rōem. Si aliqd bonū aīs vel felicitatis est in gē
mis: hoc cōsistit in luce ⁊ splēdore gēmaꝝ. s3 lux gēmaꝝ nō
est propriū bonū hoīs: sed est bonū ipsaꝝ gēmaꝝ. ergo. ⁊c.
vn̄ dicit in littera. An fulgor gēmaꝝ trahit oclos hominū
supple ad cōcupiscendū eas tanq̄ꝫ ꝓpriū bonū: s3 si qd est
p̄cipui. i. p̄ciositatis in hoc splēdore: illa lux est gemmaꝝ et
nō hoim. quas quidē gēmas vehemēter admiror homines
mirari. i. mirādo desiderare tanq̄ꝫ bonū suū. quid. n. est ca-
rens motu aīe atq̄ꝫ cōpage. i. coniūctione mēbroꝝ. q. d. qd
reperitur in rebꝰ inaīatis qd̄ iure videat̄. i. videri debeat. esse
pulchꝝ rei aīatę. atq̄ꝫ ꝑ ⁊ rōnabili naturę. q. d. nihil. q̄ gem-
mę tametsi ꝑ q̄uis trahūt. i. recipiāt. aliqd postremę pul-
chritudinis. opa. i. diligētia cōditoris. atq̄ꝫ pro et sui distin
ctione. i. specifica formatiōe. tamē ipę collocatę infra vestram
excellentiā. i. dignitatē. nullo mō merebant̄ vestrā admira-
tionē. ¶ Nota q̄ nō est gliandū de gēmis tanq̄ꝫ de ꝓprio
bono. qꝛ dicit seneca. 41. epla. Nemo gloriari dꝫ nisi de suo
quid. n. est stultiꝰ q̄ⱥ in hoīe aliena laudare: quid est eo de-
mentiꝰ qui ea mirat̄ quę ad aliū trāsferre ꝓtinus pnt. non
faciūt equū meliorē aurei freni. ¶ Nota q̄ quadruplex est
pulchritudo. prima est aīaliū rōnaliū: scd̄a est brutoꝝ siue
bestiā. tertia plantaꝝ vegetabiliū. quarta est reꝝ inaīatarū:
in quo genere gēme collocant̄. propter qd̄ dicit phia: si gē-
me trahunt aliqd postremę pulchritudinis. i. vltimę pul-
chritudinis.

An vos agroꝝ pulchritudo delectat. B. qd̄
ni. Est eni pulcherrimi operis pulchra portio
Sic quondā sereni maris facie gaudemus: sic
celum: sydera solē: lunāq̄ꝫ miramur. P. Nū
te hoꝝ aliquid attingit? Nū audes alicuius ta
lium splendore gloriari? An vernis floribus
ipse distingueris. aut tua in estiuos fructus in-
tumescit vbertas? Quid inanibus gaudijs ra
peris? Quid externa bona pro tuis amplexa-
ris? Nunq̄ꝫ tua faciet esse fortuna: quę a te na-
tura reꝝ fecit aliena. Terraꝝ quidem fructus
animantiū procuidubio debētur alimētis. Sz
si quod naturę satis est replere indigentiā ve-
lis nihil est qd̄ fortunę affluentiā petas. Pau
cis enim minimisq̄ꝫ natura contēta est. Cuius
sacietatē si superfluis vrgere velis: aut iniocū
dum quod infuderis fiet aut noxium.

¶ An vos agroꝝ pulchritudo. Hic pbat phia. idē de pos
sessionibꝰ sicut de agris ⁊ intēdit hāc sniaz. Bonitas agro
rū vel cōsistit in pulchritudine eoꝝ quę delectāt aspectū. et
talis pulchritudo non magis est ipsiꝰ hoīs q̄ⱥ pulchritudo
floꝝ vel stellaꝝ: quę etiā delectāt aspectū hoīs. ⁊ tn̄ nihil ad
hoiem pulchritudo istoꝝ. vel bonitas agroꝝ cōsistit in vti-
litate. eoꝝ quę est ad sustentationē hominis: sed hec possessio
agroꝝ nō est multū appetēda ut sit ampla: qꝛ natura pau-
cis est cōtenta. vn̄ dicit in lrā. An pulchritudo agroꝝ dele-
ctat vos ut gaudeatis de ea tanquā de bono vestro. et dicit
Boetius. qd ni. i. quare nō delectarz. Est eni pulchra por
tio opis pulcherrimi. i. mūdi. sic nos gaudemꝰ facie. i. aspe-
ctu maris sereni. i. tranquilli. sic. i. eadē rōne miramur celū
sydera. solē. atq̄ꝫ ꝑ ⁊ lunā. Rn̄dit phia. Nū. i. nūquid ali-
quid hoꝝ attingit te tanq̄ꝫ propriū. q. d. nō. nunqd audes
gl'iari splendore alicuius taliū tanq̄ꝫ tuo. q. d. nō. nūquid
tu ipse distingueris. i. ornaris vernis floribus. q. d. certe nō
nūqd tua vbertas. i. fertilitas. intumescit. i. surgit. i estiuos
fructꝰ. i. p estiuos fructꝰ. q. d. nō. qd rapis. i. accēdaris. in
anibꝰ gaudijs. supple reputādo ista eē tua bona. qd āplexa
ris externa bona pro tuis. q. d. frustra hoc facis: quia fortu
na nunquā faciet esse tua quę natura reꝝ ante fecit esse alie
na. Tunc dicit phia. nō nego qn ista possunt esse vtilia.

fructus enim terrae procul dubio debent alimentis animantium idest animalibus pro alimento. sed si velis replere indigentiam naturae. quod satis est. i. ad sufficientiam nihil est. i. non oportet quod petas. i. desideres affluentiam fortunae supple ad dilatandum et ampliandum agros. natura enim paucis contenta est. quorum satietatem si velis urgere. i. cogere. superfluis supple cibis et potibus. illud quod infuderis ventri superfluum. aut fiet iniocundum. i. triste. aut fiet nocivum i. periculosum. ¶ Nota quod ex lra potest formari talis ro. Si illud quod videtur magis inesse non inest nec illud quod minus. sed magis videtur quod homo debet gloriari de pulchritudine celi et stellarum et non debet quia nihil bonum est suum. ergo minus debet gloriari de pulchritudine agrorum et aliarum possessionum. ¶ Nota quod natura non est oneranda superfluis. sed est alenda paucis: quia paucis contenta est. unde Seneca .16. epistola. Si ad naturam vixeris nunquam eris pauper. si ad opinionem nunquam eris dives. Exiguum natura desiderat. opinio vero immensum. Et beatus Aug. dicit sumenda sunt alimenta tanquam medicamenta. Et Greg. Dum venter nimia societate extenditur aculeus libidinis suscitatur. ¶ Nota quod Arist. in quadam epistola ad Alexandrum dicit. Qui transgreditur debitum modum in pleno et in vacuo. non poterit evadere furorem egritudinis et molestias infirmitatum. Qui ergo appetit vivere et durare renunciet desiderio propter voluptatem. nec comestionem comestioni superaddat: quia omnis incontinens voluntatis est egrotans. 2. ethi. Et subdit. Audivi ab Ipocrate quod conservavit dietas pro quibus debilitatem corporis sustinebat. Cui dixit suus discipulus. Doctor egregie si velles bene comedere: non sustineris tantam corporis debilitatem. Cui ridit Ipocrates. Ego comedo ut vivam: non vivo ut comedam. unde dicit Arist. ibidem. Alimentum propter durabilitatem est querendum: non durabilitas propter alimentum. Subdit. Multos novi qui diminuerunt de alimento et comestione abstinentes a suis appetitibus et pravitatis gulae vivientes temperate per dietas qui fuerunt sanissimi corporis longioris vitae et boni appetitus.

Jam vero pulchrum variis fulgere vestibus putas. Quarum si grata intuitu species est: aut materiae naturam: aut ingenium mirabor artificis.

¶ Jam vero. Hic phia ostendit quod non sit gaudendum de pulchritudine vestium tanquam de proprio bono. et arguit sic. De illius pulchritudine non est gaudendum quae non est hominis pulchritudo. sed pulchritudo vestium non est hominis pulchritudo. sed est ipsarum vestium igitur etc. unde dicit in lra. Jam putas pulchrum esse. i. tuae pulchritudini ascribendum. fulgere variis vestibus q. d. non debes hoc putare. quarum. s. vestium. si species. i. pulchritudo. est grata. i. delectabilis intuitu. ego mirabor naturam materiae vestium aut mirabor ingenium idest subtilitatem artificis vestem formantis: nihil ascribendo tibi. ¶ Nota quod splendor habitus exterioris non facit hominem meliorem: nisi fulgeat habitus mentis interior i co. unde Sen. Nullus dicit gladium esse bonum si balteus eius deauratus est: et vagina gemmis distincta. sed gladius bonus est qui bene incidit et bonum acumen habet et mucro bonus est qui omne munimentum rupturus est. unde sunt versus. Aurea nobilitas lutum si vestiat ollam. Non ideo sequitur hanc minus esse luteam. Item poeta inquit. Cinge caput lauro: tege corpus gemmis et auro. Si fueris prius remanebis rusticus idem.

An vero te longus ordo famulorum facit esse felicem: qui si vitiosi moribus sint perniciosa domus sarcina: et ipsi domino vehementer inimica. Si vero probi sint: quonammodo in tuis opibus aliena probitas numerabitur? Ex quibus omnibus nihil horum quae tu in tuo computas bonis: tuum esse bonum liquido monstratur. Quibus si nihil inest appetendae pulchritudinis: quidem quod amissis doleas: vel laetus retentis?

Quod si natura pulchra sunt: quid id tua refert? Nam haec per se a tuis quoque opibus sequestrata placuissent. Neque enim idcirco sunt pretiosa quod in tuas venere divitias. sed quoniam pretiosa videbantur: tuis ea divitiis annumerare maluisti.

¶ An vero te longus ordo famulorum. Hic phia ostendit non esse gloriandum de multitudine famulorum tanquam de proprio bono et arguit sic. Famuli aut sunt perversi in moribus: et sic sunt nocivi. aut sunt bene morigerati. tunc nihil ad te: quia haec probitas est famulorum et non tua. unde dicitur in lra. An vero longus ordo famulorum facit te esse felicem. qui. s. famuli. si sint vitiosi moribus: tunc sunt perniciosa sarcina. i. periculosum pondus ipsius domus. et sunt vehementer inimica sarcina ipsi domino. si vero sint probi: quonam modo. i. per quem modum. aliena probitas numerabitur. i. computabitur in tuis opibus. q. d. nullo modo. et tunc concludit de omnibus predictis dicens. Ex quibus omnibus predictis monstratur liquido. i. aperte. nihil horum esse bonum tuum quae tu computas in tuis bonis: quibus si nihil inest appetendae pulchritudinis supple quae tibi ascribi poterit quid est. i. quare est. quod tu doleas de amissis. vel laetus retentis. quod pro sed si predicta sunt pulchra natura. i. propter naturam propriam. quid refert id tua. i. quid pertinet hoc ad te. q. d. nihil. nam haec sequestrata. i. divisa a tuis opibus. per se placuissent. non enim idcirco sunt pretiosa quod in tuas venere divitias. sed quia tibi videbantur pretiosa ideo maluisti ea annumerare tuis divitiis. ¶ Nota quod servi perversi in moribus sunt familiares inimici domini et totius domus: de quibus postea dicetur tertio huius. quarta prosa. Non est pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. et si videntur aliquando amici. hoc est ratione utilitatis non ratione virtutis. de quibus loquitur Seneca in de remediis: dicens. Vel musce sequuntur cadavera lupi: frumenta formicae. predam sequitur ista turba non hominem. Item Seneca dicit. 41. epistola. In homine illud laudandum est quod ipsius est. si familiam formosam habet et domum pulchram. si multum serit. si multum feneratur. nihil horum in ipso est: sed circa ipsum lauda in illo quod proprium est: quod nec auferri nec eripi potest.

Quid autem tanto fortunae strepitu desideratis. fugare credo indigentiam quaeritis copiam. Atque hoc vobis in contrarium cedit. Pluribus quippe adminiculis opus est ad tuendam pretiosae supellectilis varietatem. Verumque illud est permultis indigere eos: qui permulta possident. Contraque minimo indigere qui habundantiam suam naturae necessitate: non ambitus sui superfluitate metiantur.

¶ Quid autem tanto fortunae strepitu. Hic phia ostendit generaliter divitias non esse appetendas magnopere. Et facit hoc tribus rationibus. Secundam ponit ibi. Ita ne. tertiam ibi. Ego vero nego. Prima ratio est ista. Illa non sunt multum appetenda per quae homo non consequitur ea propter quae appetuntur. sed per divitias homo non consequitur ea propter quae divitiae appetuntur appetuntur enim divitiae propter fugam indigentiae quam fugam indigentiae homo non consequitur per divitias. sicut declarat in lra dicens. Quid autem tanto strepitu. i. labore desideratis. i. cum desiderio insultis fortunae credo vos quaeritis fugare indigentiam copia. i. divitiis q. d. ideo desideratis divitias ut suppleatis vestram indigentiam. sed hoc cedit vobis in contrarium. quia pluribus adminiculis. i. adiutoriis. est opus ad tuendam varietatem pretiosae suppellectilis. i. possessionis. verumque illud est. permultos eos indigere qui permulta possident. et etiam econtra. i. per contrarium. illi minimo indigent qui metiuntur. i. mensurant suam habundantiam. non superfluitate ambitus. i. cupiditatis. sed necessitate naturae. ¶ Nota secundum Senecam. permultis indigent qui permulta possident. propter quod multae divitiae non fugant indigentiam. sed magis excitant. unde poeta. Nulla ditari ratione potestis avari. Vos

faciunt inopes quas cumulant opes. ¶ Nota circa hoc qd dicit: numquid indigetis. dicit Seneca. 62. epla. Thaurus paucissimorum iugerum pascuis impletur. et vna silua pluribus elephantibus sufficit. homo terre pascitur et mari. qd igitur tam insatiabilem ventrem natura dedit nobis: cum tam modica corpora nobis dederit vt fastuosissimorum edacissimorumque animalium auiditatem vinceremus. quantulum enim est qd nature datur: paruo illa educatur. nō fames nostri ventris nobis magno constat: sed ambitio. ventri autem obedientes loco animalium numeremur: non hominum.

Ita ne autem nullum est propriū vobis atque insitum bonū vt in externis ac se positis rebus bona vestra queratis? Sic rerum versa conditio est: vt diuinum merito rōnis aial: nō aliter sibi splēdere nisi inanimate suppellectilis possessione videatur? Et alia quidem suis rebus cōtenta sunt. vos autem deo mente cōsimiles: ab rebus infimis excellentis nature ornamēta captatis: nec intelligitis quātā conditori vestro faciatis iniuriam. Ille genus humanū terrenis oībus prestare voluit. vos dignitatē vestram infra queque infima detruditis. Nam si omne cuiusque bonū: eo cuius est cōstat esse preciosius cum vilissima rerum vestra bona esse iudicatis: eisdem vosmetipsos vestra existimatione submittitis. qd quidem haud immerito cadit. Humane quippe nature ista cōditio est: vt tū tm̄ ceteris rebus: cum se cognoscit: excellat. Eadem tn̄ infra bestias redigatur si se nosse desierit. Nam ceteris animantibus sese ignorare natura est: hominibus vero vitio venit.

¶ Ita ne autem nullum. Hic ponit scd̄am rōnem. scd̄o cōcludit manifestū errorem hoium ibi. qm̄ vero late. Et rō talis est Illa non sunt appetenda quibus appetitis homo putās se talibus ornari: facit iniuriā suo creatori. sed bona exteriora sunt diuitie sunt hmōi. vt declarat in lr̄a. ergo etc. Et dicit. O hoies nunquid nullū bonum est pp̄ium atque insitū. i. naturale et intrinsecū vobis ita vt queratis bona vestra i externis rebus. i. in extrinsecis rebus. et in rebus se positis. i. a vobis seorsum positis. q. d. immo in vobis est bonum si cōsiderare vultis. sed sic est versa. i. mutata cōditio rerum vt aial diuinum. s. hō qui est similis deo: non aliter videatur sibi splendere nisi in possessione suppellectilis inanimate. i. bonorum exteriorum que sunt inaīata. et alia quidem ab hoie contenta sunt suis bonis: vos autem hoies deo cōsiles mēte captatis: i. queritis ornamenta vestre excellentis nature a rebus infimis. s. inanimatis. qd erroneū est. nec intelligitis quātam iniuriam faciatis vestro cōditori. sup se puertendo ordinē ab eo institutum. Ille enim cōditor voluit humanū genus prestare. i. precellere oībus terrenis. sed vos detruditis v̄ram dignitatem infra queque rerum infima. qd pbat ex hoc. Nam omne bonū est preciosius eo cuius est bonū cū vos iudicatis vilissima rerum sicut sunt bona fortune: esse vestra bona. vos submittitis. i. subiicitis vosmetipsos eisdē vestra existimatione. i. opinione. et hoc nō immerito cadit. i. accidit homini. Nam illa est conditio humane nature. qd cum. i. tūc tm̄ excellat ceteris rebus. cū se cognoscit. eadē tn̄ natura humana redigatur infra bestias si desierit se nosse. Nam ceteris animantibus natura est ignorare sese. sed hominibus venit. i. puenit ex vitio. ¶ Nota qd homini est insitū pp̄ium bonum qd est recta rō. que semp deprecatur ad optima. i cuius actu et speculatione consistit felicitas. qz sapiens maxime est felix. 10. ethi. et homo curans intellectum deo amantissimus videtur: ibidem. ideo non est querendū bonum hominibus in rebus externis. ¶ Nota qd homo mente et rōne est similis deo: qz sm̄ Senecam. Rō nihil aliud est qm̄ pars diuini spiritus: mersa in corpus humanū. Et dicit idem qd animus rectus est quasi deus in humano corpore hospitatus. Et idem dicit. Disce potius animū extollere in immensum: nobilis enim et generosa res est. ¶ Nota qd homo seipsum ignorans deterior est bestia. vñ Boetius in tractatu de summo bono allegans cōmentatorem dicit. Ueh vobis hominibus qui de numero bestiarum cōputati estis. diuinum qd in vobis est non cognoscentes ppter qd ad superiora ascenditis: et deo similes estis. Et subdit. Diuinū autem in hoie vocat intellectum et rōnem. ¶ Nota qd nihil pbibet vnum et idem esse nobilius et ignobilius quod diuersificatur sm̄ cōditionem seu considerationem. Unde qm̄uis homo sz se et simpliciter sit nobilior bestijs. tn̄ inquantum deficit ab aliquo qd sibi debetur sm̄ naturam. s. cognoscere se: qd non debetur bestijs sic est ignobilior bestia.

Quā vero late patet videtur hic error: qui ornari posse aliqd ornamentis existimatis alienis. At id fieri nequit. Nā si qd ex appositis luceat: ipsa quidem que sunt apposita laudantur: illud vero his tectū atque velatum in sua nihilominus feditate perdurat.

¶ Quā vero late pz. Hic phia concludit manifestū errorem hominum dicens. O hoies qm̄ late pz videtur error q existimatis aliqd posse ornari ornamentis alienis sed illud fieri nequit. Nam si aliqd luceat ex appositis sibi et nō ex pulchritudine pp̄ia: tunc apposita illa laudantur. sed illud qd est velatum et tectum appositis illis: illud nihilominus pdurat idest pseuerat in sua feditate. i. turpitudine. ¶ Nota si aliquid est fetidum in se cuius feditas non tollitur per ornatum extrinsecū. vñ dicit poeta. Aurea nobilitas luteam si vestiat ollam: Non ideo sequitur hanc minus esse luteam. Et quidam clericus respondens mulieri querenti vtrum esset pulchra: dixit. O dña pulchra sunt tibi appensa.

Ego vero nego illud esse bonū qd noceat habenti. Nū id mentior? minime inquies. Atqui diuitie possidentibus persepe nocuerūt. Cum pessimus quisque eoque alieni magis auidus: quicquid vsquam auri gēmarumque est: se solū qui hz dignissimum putat. Tu igitur qui nunc contum gladiumque sollicitus pertimescis: si vite huius callē vacuus viator intrasses: coram latrone securus cantares. O preclara opum mortaliū btitudo quā adeptus vbi fueris securus esse desisti.

¶ Ego vero nego illud esse bonum. Hic ponit tertiam rōnem que talis est. Illud non est multum appetendum qd nocet possidenti. sed diuitie sepe nocuerunt possidētibus. quod declarat ex duobus. Primo qz diuitie faciunt possidentes de se falsa opinari vel existimare. Scd̄o quia faciunt possidentes amissa securitate timere. vnde dicit i lr̄a. Ego phia nego illud esse bonum qd noceat hnti. nū id mentior inques minime. atq pro certe. diuitie persepe nocuerunt possidentibus: qz quisque homo eo qd ipse est auidus magis alieni eris ipse putat illum hoium solū dignissimū. qui hz. i. possidet quicqd vsquam est auri et gēmarum. Tu igitur homo qui in diuitijs constitutus nunc pertimescis gladiū. qz pro et contum si intrasses callem. i. semitā huius vite. tanquam viator vacuus coram latrone securus cantares. Tunc inuehitur contra diuitias. O preclara btitudo opum mortaliū et loqtur ironice. quasi dicat minime preclara: quā tu hō cū adeptus fueris: securus esse desisti. ¶ Nota diuitie nocent hnti. vñ Aris. in ethi. dicit. Talem quidem errorem hnt bona qd multis cōtingunt detrimenta ex ipsis. multi enim ppter diuitias perierunt. ¶ Nota qd mali tm̄ diuites reputant esse dignos. vñ dicit Amb. Ita incubuerunt mores hoium in admiratione diuitiarum vt nemo nisi diues putetur dignus. ¶ Nota diui

tiç non reddunt hoiez securos. vñ Juuenalis poeta. Pauca licz portes argenti vascula puri. Nocte iter ingressus gladiumqz contumqz timebis. Et mote ad lunam trepidabis arundinis vmbram. Cantabit vacuus coram latrone viator. Et Seneca. 14. epla. dicit. Nudum latro transmittit. etiã in obsessa via paupi pax est. Et. 74. epla dicit. Quisqs se multum fortunç dedit ingentem sibi materiam perturbationis fecit. vna hçc via est ad tuta vadendi: externa despicere: et honesto contentum esse.

Metrum quintum libri secundi.

Felix nimium prior etas.
Contenta fidelibus aruis.
Nec inerti perdita luxu.
Facili que sera solebat.
Ieiunia soluere glande.
Nec bachica munera norat.
Liquido confundere melle.
Nec lucida vellera serum
Tyrio miscere veneno.
Somnos dabat herba salubres.
Potum quoqz lubricus amnis.
Vmbras altissima pinus.
Nondum maris alta secabat
Nec mercibus vndiqz lectis
Noua littora viderat hospes.
Tunc classica seua tacebant.
Odijs neqz fusus acerbis
Cruor horrida tinxerat arma.
Quid enim furor hosticus vlla
Vellet prior arma mouere:
Cum vulnera seua videret
Nec premia sanguinis vlla.

¶ Metrum quintum secundi libri.

Felix nimiũ prior etas. Hic incipit quĩtũ metrũ huius secũdi: qđ dicit pentacatum ab inuẽtore anapesticũ a pede predominante. et est dimetrũ qz quattuor pedũ. nam duo pedes vnum metrũ cõstituũt et est catalecticũ: qz in quarto pede vna syllaba deficit ad cõplemẽtum metri. In quo metro phia cõmendat primam etatem que erat sine cupiditate diuitiarũ: deplangendo presentẽ etatem in qua dñatur: et regnat auaritia. Primo ergo cõmendat etatẽ antiquorũ. Scdo nrã etatẽ deplangit: ibi. Utinã modo. Primo dicit. prior etas nimiũ felix fuit contenta fidelibus aruis. i. fideli agricultura. nec fuit pdita. i. depravata. inerti luxu. i. graui supfluitate. quç etas solebat soluere. i. remouere. sera. i. tarda ieiunia facili glãde. i. vili fructu: nec illa etas norat. i. nouerat. confundere. i. miscere bachica munera. i. vina. liquido melle ad faciendũ mellicratũ sicut modo fit: nec etiam nouerat miscere. i. iungere. lucida vellera. i. albam lanam. serũ. i. illorũ pplorũ. tyrio veneno. idest sanguine condiliorũ: quorũ copia apud tyrum inuenitur ad faciendũ purpureũ colorem. Herba dabat eis salubres somnos: non enim dormiebant in lectis eburneis: sz in herbis et lubricus amnis. i. labilis aqua: dabat eis potum. et pinus illa arbor altissima dabat eis vmbras. idest vmbrosas habitationes. non enim in domibus et in curiosis edificijs habitabant. Nondum hospes aliqs extũs secabat. i. diuidebat nauigando. alta. i. pfunda maris. qz adhuc non erat vsus nauiũ: nec mercibus vndiqz lectis. i. collectis. viderat noua littora. i. alienas terras: qz manebant in patria: tunc in illa etate tacebãt seua classica. i. tubç vel cornua vocantia hoies ad bellum. dicta classica a calo qđ ẽ voco: neqz cruor fusus acerbis odijs tinxerat. i. madidauerat horrida arma: qz tũc non erat vsus armorũ. qd enim. i. ppt quid. hosticus furor vellet prior arma mouere cum videret seua vulnera: nec videret vlla premia sanguinis: qz nihil erat pro quo pugnarẽt. ¶ Nota circa hoc qđ dicit prior etas quattuor etates distinguunt sm poetas. In prima fuerunt hoies boni et simplices paucis contenti: qui comedebãt glandes. bibebant aquã. non colebant vineas. hanc etatem vocabant poetç auream. et erat sub saturno. de qua Boetius loqt in lra. Scda etas dicebat argentea quç erat sub Ioue cum hoies magis astuti inuenerũt agriculturam. et ceperunt inhabitare domos et plantare vineas. Tertiam etatẽ vocabant eneam: in qua hoies ppter ppriam curam rerũ ceperũt alios depellere: et sic aliqualiter maliciç dare. Quartã etatẽ vocabant ferreã: qr intantũ habundabat malicia et auaricia hoiuz: qđ nec fides nec iusticia mansit in terris: in qua etate nos sumus: quã in fine Boetius deplangit. ¶ Nota circa hoc qđ dicit inerti luxu. qđ inertia et ocium sunt cã luxuriç vnde poeta. Ocia si tollas perit cupidinis artes. Itẽ oratius. Quçrit egistus quare sit factus adulter. In promptu cã est: desideriosus erat. Est aũt triplex luxuria ex de scholarium disciplina. quçdam consistit in coitu: quçdã in crapula: et quçdam in vestitu: et quelibet est fugienda. ¶ Nota circa hoc qđ dicit: lucida vellera serũ. seres sunt qdam hoies apud quos conterit lana de arboribus. fila ergo quç a vermibus qui dicunt bonbices opantur: illa vocat hic lucida vellera. ¶ Nota qđ thirus est vermis venenosus in cuius sanguine intingit purpura. Alij dicunt qđ sit genus condiliorũ. in quorũ sanguine intingitur purpura: quorum condiliorum copia inuenitur apud thirum in insula.

Utinam modo nostra redirent
In mores tempore priscos
Sed seuior ignibus ethne
Feruens amor ardet habendi.
Heu quis primus fuit ille
Auri qui pondera tecti
Gemmasqz latere volentes
Preciosa pericula fodit.

¶ Utinam modo nostra redirent. Hic phia deplangit presentem etatem dicens. Utinã nostra tpa. i. cõditiões. nostri tpis redirent mõ. i. redigerent. i. priscos mores. i. in mores antiquos. sed heu non est ita: sed amor. i. desideriũ habendi. feruens seuior. i. piculosior. ignibus ethne. illius montis ardet. Heu qs fuit ille qui primus fodit. i. effodit. pondera tecti auri. i. absconditi. et effodit gẽmas volentes latere quç sũt preciosa picula: qz multi ppter eorũ preciositatẽ picula incidunt. ¶ Nota Sen. in lib. de diuisione scientiarũ cõmendans priorẽ etatẽ dicit. O felix prior etas quç tot protulit sapientes quibus velut stellis fulgentibus mũdi tenebras irradiaret. sed heu nunc alij terrenis curis inseruiũt: alij tpalis dignitatis ambitiõe inardescunt oẽs vero circa studiũ sapiençie elanguescũt. ¶ Nota qđ ethna est mons sicilię qui frequẽter ignibus inardescit: ad cuius similitudinẽ hic se auaricia et cupiditas hoiuz quç insatiabilis nũqz penitus extinguitur vñ Tullius in lib. de finibus bonorũ et malorũ dicit. Cupiditates hoiuz sunt insatiabiles quç nõ mõ singulares: sz vniuersas familias euertũt. Ex cupiditatibus enim odia seditiões discordiç bella nascũt. ex quibus vitã amarissimam necesse est effici.

Prosa sexta secundi libri.

Quid aũt de dignitatibus potentiaqz disseram: quas vos vere dignitatis ac ptãtis inscij celo exequatis? Quç si in improbissimũ quẽqz ceciderint: quç incendia flãmis ethne eructuantibus: qđ diluuium tantas strages dederint? Certe: vti meminisse te arbitror: consulare imperiũ: qđ libertatis principium fuerat: ob superbiam cõsulũ vestri

veteres obolere cupierunt. Qui ob eandē su/perbiam prius regium de ciuitate nomen ab stulerant. At si quādo quod perrarum est probis honores deferantur: qd in eis aliud q̄ probitas vtentium placet? Ita fit vt non virtutibus ex dignitate sed ex virtutibus dignitatibus honor accedat.

℄ Prosa sexta libri secundi.

q Uid aūt de dignitatib⁹. Hec est sexta prosa h⁹ scdi. in qua phūs ondit q̄ dignitates ꝛ ptātes nō sunt magnope appetende. Et pmo pbat intētū de dignitate ꝛ ptāte simul. Scdo de ptāte diuisim ibi. Que vo. Tertio iterato simul de dignitate ꝛ ptāte. ibi. Ad hec. Primo intendit rōnem talem. Illa non sunt multū appetenda que cū aduenerīt malis faciūt deteriores: ꝛ bonos nō efficiunt meliores. sed dignitates ꝛ ptātes hmōi sunt: sicut d. clarat in lra. igit ꝛc. vn̄ dicit sic. Quid disserā. i. dicā. de dignitatib⁹. ꝙ pro ꝛ. potentia quas vos inscij. i. ignari. vere dignitat̄ ꝛ ptātis exequat. i. assimilat. celo. i. summo bono que si ceciderint in quēq₃ improbissimū. i. viciosissimū que incendia ethne illius mont̄ dederint tantas strages. i. pericula flāmis eructuantib⁹. i. exeuntib⁹. ꝛ q̄ diluuiū dederit tantas strages sicut illi mali qbus aduenerūt dignitates. q. d. plura mala pueniūt ex dignitatib⁹ ꝛ ptātib⁹ maloꝝ q̄ ex incendio ignis vel diluuio fluuij. ꝛ subdit ꝑ hiā. vn̄ pro sicut arbitror te meminisse vestri veteres. i. antiquiores romani. cupierūt abolere. i. delere. imperiuꝫ ꝯsulare. i. dignitatē ꝯsularē pp supbiā ꝯsulum qd̄ impiuꝫ ꝯsulare fuerat principiū libertat̄ q₃ romani liberius viuebant sub ꝯsulibus q̄ sub regib⁹ q̄ romani ēt ꝑus abstulerant de ciuitate nomen regiū pp eandē supbiā. s. regū. Ex quo pꝫ q̄ dignitates faciūt malos deteriores. Si aūt ptātes ꝛ dignitates deferant̄ pbis: qd̄ rarꝫ est: qd in eis aliud placet dignitatibus q̄ pbitas vtentiū. q. d. nihil. ita fit. i. pp h̄ fit vt virtutibus non accedat honor ex dignitate: ſꝫ honor accedit dignitatib⁹ ex virtute vtentiū eis. ꝛ ita dignitates nihil boni adducūt ipsis bonis. ℄ Nota duplex est dignitas ꝛ potestas. quedā mūdana siue tpalis que ꝯsistit in bonis tpalibus exteriorib⁹: ꝛ in tali nō ꝯsistit vera felicitas cū sit respsa multis amaritudinib⁹. Alia est dignitas ꝛ ptās. sic siue spiritual̄ q̄ ꝯsistit in scientijs ꝛ vtutib⁹: ꝛ illa nō pt̄ superari vitio nec aduersitatib⁹ nec ꝓsperitatib⁹ in q̄ ꝯsistit btitudo ꝛ btā vita. Vn̄ Amb. in li. de offi. dic. Dico beatā vitā ꝯsistere in altitudine sapie. in suauitate ꝯscientie ꝛ in vtutis sublimitate. ℄ Nota q̄ inscij dignitates ꝛ ptātes mundanas adequant celo: q₃ non recte iudicant. iudicant eni s̄m ꝑcepi scentiā ꝛ non s̄m rei veritatē. impij enim velut a longe distantes a veritate speculant pmo clenoꝝ. ℄ Nota q̄ mali dignitatibus ꝛ ptātibus preditiplus nocent q̄ ignis vl̄ diluuiū aquaꝝ: q₃ mali dignitate sua ꝛ ptāte extollunt̄ in supbiam alios iugo seruitut̄ opprimēdo. pro quo exequēdo mouent̄ bella qbus humanū genus plus offenditur q̄ igne vel diluuio. ℄ Nota q̄ ciuitas romana a tpe romuli sui conditoris a regibus erat gubernata: postea romani existente malicia ꝛ supbia regum ipsos deiecerūt: ꝛ ꝯsules instituerunt qui etiā pp eoꝝ supbiā erant abiecti. ex quo pꝫ q̄ dignitas ꝛ ptās maloꝝ eos efficit peiores. ℄ Nota q̄ honor non debet̄ alteri rōne dignitat̄ sed potius rōne virtutis. Vn̄ Aristo. 4. ethi. Non erit vtiq₃ dignus honore prauus enim. virtutis enim pmiū honor est. Vn̄ s̄m veritatem solus bonus est honorandus.

Que vo est ista vestra expetibilis ac preclara potentia? Nonne o terrena aīalia consideratis quibus presidere videamini? Nam si inter mures videres vnum aliquē ius sibi ac ptātem p̄ ceteris vēdicantē quāto moueretis cachinno? ℄ Que vo est in ista vestra. Hic pbat spāliter de ptāte q̄ non sit multū appetenda duabus rōnibus. scda ibi. Quid aūt est. Pō talis est. Illa ptās non est multū appetenda que non est magne ꝛ fortis reputatōis sed tm̄ est fragilis ꝛ imbecillis. sed ptās tpalis est hmōi: q₃ per eā homo non pōt supra aīam: sed tm̄ supra corpus ꝛ sup ea bona que corporis sunt. humano aūt corpore nihil est imbecillius. Dicit ergo in lra. Que est ista vestra expetibilis. i. desiderabilis. ac preclara. i. nobilis potentia. q. d. nulla est nōne considerātis terrena aīalia quibus videamini psidere. i. preesse. si enim inter mures videres vnum pre ceteris. sibi vendicantem. i. vsurpantem. ius ac ptātem sup alios mures. o q̄to cachinno. i. risu tu moueremis. q₃ derisibile eēt. ꝛ talis ē potestas terrena. s. derisibilis que nō extēdit se nisi ad corp⁹.

Quid vo si spectes corpus imbecillius hoie reperie quos: quos sepe muscularum quoq₃ vl̄ morsus vel in secreta queq₃ reptantium necat introitus. Quo vo quisq̄ ius aliqd in quempiam nisi in solū corpus ꝛ qd est infra corpus: fortunā loquor: possit exercere. Nunquid vnq̄ libero imperabis aio? Nū mentē firma sibi rōne coherentē de statu ꝓprie quietis amouebis? Cum liberū quēdam virum in supplicijs se quidem tyrānus adacturum putaret: vt aduersum se facte ꝯiuratōis conscios proderet: linguā ille momordit atq₃ abscidit: ꝛ in os seuientis tyrāni abiecit. Itaq₃ cruciatus quos putabat tyrānus in materiaꝫ crudelitatis: vir sapiens fecit esse virtutis.

℄ Quid vo si tu spectes. i. ꝯsideres. corpus imbecilli⁹. i. debilius hoie. q. d. nihil. quos hoies sepe necat. i. interficit. morsus muscularꝫ. i. quoꝝ vermiū. vel etiā introitus in secreta. i. in interiora hois. queq₃ reptantiū. i. serpentium. quo vo. i. quō quisq̄ possit exercere ius aliqd̄ in quēpiā nisi in solum corpus ꝛ in fortunā. i. in bona fortune que sunt infra corpus. q. d. nullo modo. nunqd tu vnq̄ impabis libero aio. q. d. non. nunqd tu amouebis de statu ꝓp̄e q̄etis mētem sibi firma rōne coherentem. q. d. nō. ꝛ h̄ pbat exemplo cuiusdam phi: qui nullis tormentꝭ ad hoc potuit compelli vt illud faceret qd̄ rō naturalis iudicabat non faciendum. vn̄ dicit. Cū qdam tyrānus putaret se adacturꝫ. i. cōpulsurum. supplicijs quēdā liberꝫ virꝫ. i. phm. vt ipse proderet conscios facte cōiuratōis aduersum se. ille liber hō linguaꝫ momordit atq₃ abscidit ꝛ abiecit eam in os. i. in faciē seuientis tyrāni. Ita illos cruciatus quos tyrānus putabat esse maꝫ. i. cām crudelitat̄. vir sapiens fecit esse maꝫ virtutis: q₃ h̄ pro virtute non pro crudelitate ei reputatum est. ℄ Nota q̄ muscula est diminutiuū huius noīs musca. ꝛ per musculā dat intelligere quecunq₃ aīalia venenosa vel vermes venenosos. ꝛ ab isto loco recepit auctor floꝝ. cū dixit: debilius qd sit mare quos nece muscula pdit. ℄ Nota q̄ aīus hoīs liber est ꝛ cogi nō pōt. vn̄ Sen. Errat si quis seruitutē credit transire in totū hoiem. non enim transit in animā. q₃ libertas est aīa. ℄ Nota q̄ hō liber ꝛ ꝯsīās nullis supplicijs vinci pōt q₃ dicit Sen. in lib. de clementia. Magni animi ꝓpriū est placidū esse tranquillū: ꝛ iniurias ꝛ offensiones supbie dispicere. ꝛ. 28. eplā triginta tyranni Socratē circūsteterūt nec potuerūt aīuꝫ ei⁹ infringere.

Quid aūt est qd̄ in alium quisq̄ possit facere qd̄ sustinere ab alio ipse non possit? Busiridē accepimus necare hospites solitū ab hercule hospite fuisse mactatum. Regulus plures penorum bello captos in vincula coniecerat: sed mox ipse victor cathenis manus prebuit. Vllā ne igitur eius hois potentiā putas: qui qd ipse in alio pōt: ne id in se alter valeat efficere nō potest.

℄ Quid aūt est. Hic phūs ponit scdam rōneꝫ que est talis

Ita ptãs non est multũ appetenda: per quã nemo põt fa-
cere qd alius non possit in ipsum qd ipse põt in aliũ: sʒ
ptãs tpalis est hmõi sicut in lra declarat ponens duo exẽ-
pla de busiride ꝛ Regulo. Primũ exemplũ est de Busi-
ride. Busirides fuit filius Neptuni ꝛ matre libia q hospi
tes suos mactabat. Hercules aũt apud ipsum hospitatus
ipsum cõtra mactabat. Scdm exemplu est de regulo. Re-
gulus fuit cõsul romanus qui cũ multa bella ingessit cum
carthaginensibus multos ex eis captiuauit: sed tandem ab
eis fuit captus. Ex quo pʒ ꝙ quicqd põt aliqs in aliũ fa-
cere, põt etiam illud ab alio pati. Vñ Catho. Victorẽ a vi
cto ꝛc. ꝛ per ɔñs nulla est potentia humana quã h̃ interci-
pere non põt. vñ dicit lra. Quid est ꝙ quisqʒ possit facere
in alium qd ipse non possit sustinere ab alio. q. d. nihil qd
declarat. Nos accepimus. i. cognouim⁹. Busiridẽ solitum
idest cõsuetũ necare hospites. ipm fuisse mactatũ ab hercule
hospite sup. suo. Aliud exemplũ ponit. Regulus consul
romanus plures penoꝝ. i. carthaginensiũ captos bello con
iecerat. i. posuerat in vincula. sed mox ipse prebuit manus
cathenis victoꝝ. i. carthaginensiũ. numqd igit̃ vllam pu-
tas esse hoĩs potentiã qui nõ possit efficere ne alius valeat
in se qd ipse põt in alio. q. d. nulla reputãda ẽ hec potẽtia.

Ad hec si ipsis dignitatibus ac ptãtibus in
esset aliqd naturalis ac proprij boni: nũq̃ pes
simis peruenirent: neqʒ enĩ sibi solent aduersa
sociari. Natura respuit vt cõtraria queqʒ iun-
gantur. Ita cũ pessimos plerũqʒ dignitatibus
fungi dubiũ non sit: illud etiam liquet: natura
sui bona non esse quã se pessimis herere patiã
tur. Qd qdem de cunctis fortune muneribus
dignius existimari põt quẽ ad improbissimũ
queq̃ vberiora perueniunt.

¶ Ad hec si ipsis dignitatibus. Hic probat phĩa simĩ de
dignitatibus ꝛ ptãtibus. ꝙ non hñt in se aliqd naturale
bonũ pp qd sint appetende. scdo õndit ꝙ idem põt cõcludi
de oĩbus bonis fortune. ibi. Postremo. pmo facit qd dcm
est. scdo õndit falsam nominationẽ exterioꝝ bonoꝝ. ibi. De q
bus etiam illud. Rõ quã innuit est illa. Illud qd in se na
turaliter est bonũ non põt adiũgi pessimis. sed dignitates
ꝛ ptãtes pessimis adueniunt. ergo ꝛc. maior declarat̃ i lra.
Vñ dicit. Si ipsis dignitatibus ꝛ ptãtibus inesset aliqd
naturalis ꝛ proprij boni. nunq̃ peruenirent pessimis. neqʒ
enim aduersa. i. opposita solent sibi sociari. qz natura respu
it. vt queqʒ contraria iungant̃. i. stent simul. cũ ĩ nõ sit du
bium pessimos plerũqʒ fungi. i. vti dignitatibus: illd ẽe
liquet. i. manifestũ est. ipsa non esse bona sui natura quẽ se
pessimis patiant̃ herere. i. cõmanere. qd qdem dcm̃ de di-
gnitatibus ꝛ ptãtibus dignius põt existimari de cũctis mu
neribus fortune. quẽ. s. munera vberiora. i. copiosiora per
ueniunt ad queqʒ improbissimũ. ¶ Nota ꝙ duplex ẽ bo
num. vnũ qd ɔuenit cũ ente. ꝛ sic dignitates ꝛ ptãtes licet
malis adueniant tñ sunt bone. Aliud est bonũ qd est qdã
qualitas derelicta ex bonis opationib⁹ ꝛ vocat̃ bonũ moris
ꝛ sic dignitates ꝛ ptãtes bone nõ sunt: quia vt plurimũ
pessimis sociantur.

De quibus etiã considerandũ puto: ꝙ ne-
mo dubitat esse fortem cui fortitudinem inesse
conspexerit. Et cuicũqʒ velocitas adest mani-
festum est esse velocem. Sic musica qdẽ musi
cos: medicina medicos: rhetorica rhetores fac̃.
Agit enĩ cuiuscũqʒ rei natura qd ppriũ ẽ. nec
cõtrariaꝝ reꝝ miscet̃ effectibus: ꝛ vltro q̃ sunt
aduersa depellit. Atq nec opes inexpletam re
stringere auariciam queunt. Nec ptãs sui cõ-
potem facit quẽ viciose libidines isolubilibus
e strictũ retinent cathenis. Et collata improbis
dignitas non modo non efficit dignos: sʒ pro
dit potius ꝛ ostentat indignos. Cur ita proue
nit? Gaudetis enĩ sese res aliter habentes fal
sis cõpellare nominibus: quẽ facile rex ipsarũ
redarguunt̃ effectu. Itaqʒ nec ille diuitie: nec
illa potẽtia: nec hec dignitas iure appellari põt.

¶ De quibus etiam. Hic phĩa pbat ꝙ bona fortune nõ hñt
in suum effectũ. ꝛ sic p ɔñs hñt falsam denoĩationẽ arguẽ
do sic. Oĩne qd est naturale bonũ efficit qd est ppriũ ꝛ ex-
pellit ɔtrariũ. sicut fortitudo facit fortem: velocitas velocẽ
sed bona fortune non efficiunt qd videtur esse ppriũ quia
diuitie non faciunt diuitẽ cũ non restringant auariciã: nec
potentia facit potentẽ: nec dignitas dignũ: ppter qd diui-
tie false noiantur. Vñ dicit in lra. De quibus bonis fortune
illud etiã puto ɔsiderandũ ꝙ nemo dubitat illũ esse fortem
cui ɔspexerit inesse fortitudinem: ꝛ illũ esse velocem cuicũqʒ
adest velocitas. ꝛ sic musica facit musicos: medicina facit me
dicos: rhetorica rhetores. Natura enĩ cuiuscũqʒ rei agit qd
sibi est ppriũ: ꝛ nõ miscet̃ effectibus ɔtrariaꝝ reꝝ. ꝛ vltro
idest sponte repellit que sunt aduersa. i. ɔtraria atq p certe
nec opes. i. diuitie queunt. i. pñt restringere. inexpletam
auariciã hoĩꝫ. i. insatiabilem. nec ptãs facit illum cõpotẽ
sui. i. potentẽ. quẽ viciose libidines retinent astrictum in-
solubilibus cathenis. i. passionibus. ꝛ dignitas collata im
probis non mõ. i. non tm̃. nõ efficit dignos. sed prodit ꝛ
ostentat indignos. Cur ita prouenit: ꝙ bona fortune non
efficiunt qd videt̃ eis esse ppriũ. hoc est ideo qz vos hoĩes
gaudet̃ res sese aliter hñtes q̃ vidẽt̃ cõpellare. i. denoĩa
re falsis noĩbus quẽ noĩationes facile redarguunt̃ effectu ip
saꝝ reꝝ. Itaqʒ nec ille diuitie iure pñt appellari cũ nõ faci-
unt diuitem: nec illa potentia: nec hec dignitas iure appel-
lari põt. ¶ Nota ꝙ diuitie non faciunt diuitẽ qz non re-
stringunt auariciam. nam diuitie sm̃ Senecã. 27. ep̃la. sunt
composita paupertas in lege nature. talis aũt paupertas sm̃
legem nature excludit auariciã que insatiabilis ẽ. Natura
enim paucis contenta est. ¶ Nota ꝙ dignitas improboꝝ
ostentat improbos: qz improbus tanto a pluribus cogno
scitur quãto magis innotescit eius viciũ: ꝛ quãto aliquis ĩ
maiori dignitate ɔstituit̃ tãto plus cognoscit̃: pp qd dicit
Scũ. in pũerbijs loco ignominie apd idignũ ẽ dignitas.

Postremo idem de tota fortuna conclu-
dere licet: in qua nihil expetendũ. nihil natiue
bonitatis inesse manifestum est: que nec se bo
nis semper adiũgit: ꝛ bonos quibus fuerit ad
iuncta non efficit.

¶ Postremo idem de tota fortuna. Hic phĩa õndit idem
posse concludi de oĩbus bonis fortune dicens. Postremo
idest finaliter. licet hoc idem concludere de tota fortuna. in
qua nihil est expetendũ. i. desiderandũ. nihil inesse sibi na
tiue bonitatis. i. naturalis. manifestũ est que fortuna non
adiungit se semp bonis: ꝛ quibus fuerit adiuncta bonos
non efficit. ¶ Nota ꝙ bonum fortune facit illud bonum
cui additur. sicut musica facit musicum: ꝛ virtus facit vir-
tuosum. sed qz fortuna malos quibus aduenit non fac̃ bo
nos. pʒ qz nihil natiue bonitatis sibi inest. qualiter autẽ
mali malos faciunt bonos patebit in quarto li° psa sexta.

Metrum sextum secundi libri.

Nouimus quantas dederit ruinas:
Vrbe flãmata: patribusqʒ cessis:
Fratre qui quondã ferus itẽrẽpto:
Matris effuso maduit cruore:
Corpus ꝛ visu gelidum pererrans:
Ora non tinxit lachrymis: sed esse
Censor extincti potuit decoris.

Hic tamen sceptro populos regebat:
Quos videt condens radios sub vndas
Phebus extremo veniens ab ortu:
Quos premunt septem gelidi triones:
Quos notbus sicco violentus estu
Torret: ardentes recoquens arenas.
Celsa non tandem valuit potestas
Vertere praui rabiem Neronis.
Heu grauem sortem quotiens iniquus
Additur seuo gladius veneno.

¶ Metrum sextum libri secundi.

n Ouimus quãtas dederit ruinas. Istud ẽ sextũ metrum huius secundi: qđ dicitur saphicũ ab inuentore: trochaicum a pede predominante: et est vndecasyllabum: quia quilibet versus continet .xi. syllabas et est acathalecticum. quia nulla syllaba deficit ad perfectionem metri. In quo metrum philosophia declarat per exemplũ quod digni tates et potestates malis aduenientes non faciunt eos bonos. et hoc declarat per Neronem qui quãto fuit potentior tãto fuit peior. tangit autem philosophia quattuor malicias Neronis in hoc metro. Prima est quod vrbem romanã incendit que arsit septem diebus et septem noctibus: vt spectaculo illius ignis cognosceret quantus olim fuerat ignis quando troia capta arserat. Secũdum malum est quod Nero magnam partem senatus sine vlla causa interfecit. Tertium est quod proprium fratrẽ occidit vt so lus securius regnaret. Quartum est quod matrẽ suam occidi fecit vt videret locũ ventris in quo iacuit. Dicit ergo in littera. Nouimus quãtas ruinas. i. quãta pericula dederit Nero vrbe. sup. romana flãmata. i. incensa. et pro et. cesis. i. occisis. patribus. i. senatoribus. qui Nero quondã ferus idest crudelis. interempto fratre. ipse etiã maduit cruore matris effuso. et designans eius crudelitatẽ circa matrem dicit. et ipse Nero perlustrans. i. transiens visu gelidum corpus. i. infrigidatum corpus matris. non tinxit. i. madidauit ora. i. faciẽ suam lachrymis. sed ipse potuit sine oibus lachrymis esse censor. i. iudex extincti decoris. i. interfecte matris que decora fuit. tn hic Nero licet ita malus esset regebat populos sceptro. i. imperiali dignitate. hos inquã populos rexit quos phebus. i. sol veniens ab ortu extremo. videt condens. i. abscondens. radios suos sub vndas. et loquitur more poetarũ q. d. ipse rexit oẽs populos qui erãt ab ortu solis vsque ad occasum. Similiter regebat populos quos septẽ triones. i. septẽ stelle que sunt in maiori vrsa que dicuntur triones: quasi teriones quia illam plagã terunt. gelidi. i. frigidi premunt. plaga enim septentrionalis frigida ẽ. q. d. regebat oẽs populos aquilonares et illos regebat quos notbus. i. ille ventus collateralis austro. violentus estiuus. torret. i. cremat. sicco estu. i. calore. notbus inquã recoquẽs ardẽtes arenas. i. calidas. venit enim ille ventus a torrida zona. et ideo calidus est. q. d. Nero etiã regebat oẽs populos australes. et sic per quattuor plagas mũdi ostendit eius potẽtiam sup oẽs populos. tandem celsa potestas idest magna. non valuit vertere. i. mutare rabiem. i. crudelitatem praui Neronis. Et nũc deplangit coniunctionẽ magne potẽtie cum magna malicia. quia multa mala ex ea proueniunt dicens. Heu sup. dico esse grauem sortem. i. euentum. quotiens iniquus gladius. i. iniqua potẽtia. additur seuo veneno. i. venenose crudelitati. ¶ Nota secundum Arist. v. ethi. principatus virum ostendit. malicia enim hominis vel probitas ostenditur principatu. sicut patet in Nerone: cuius malicia et crudelitas in tempore sue dignitatis apparuit. propter quod dicit Arist. Seuissima est iniusticia habens arma. Et .7. ethi. dicit. Simile ẽ igitur comparare iniusticiã hominem iniusto. est enim deterior bestia decies milies. plura enim vtique mala faciet homo malus quam bestia. ¶ Nota preter hec mala Neronis que tanguntur in littera multo plura ipse perpetrauit. nam dicit philosophia tertio huius quinta prosa. Nero Senecam familiarẽ suũ preceptorem coegit ad eligendũ mortis arbitriũ. et quia Nero fuit crudelissimus hominum. ideo Seneca scripsit quendã libellum ad ipsum qui intitulatur liber de clementia. in quo hortatur eum ad fugam crudelitatis et ad vsum clementie qui liber sic incipit. Tibi scribere de clementia Nero cesar institui.

Prosa septima libri secundi.

t Um ego scis inquã ipsa minimum nobis ambitionem mortalium rerum fuisse dñatam. Sed materiã gerendis rebus optauimus: quo ne virtus tacita consenesceret. P.

¶ Prosa septima secundi libri.

t Um ego scis inquã. Hic incipit septima prosa huius secundi. in qua ostendit philosophia quod gloria mũdana non sit multum appetenda. Et primo inducit Boetium confitentem se non desiderasse multum predicta scilicet potẽtates et dignitates nisi inquãtum sunt materia rerum gerendarum. secũdo ostendit philosophia quod gloria sit perexilis bonum: et sit non multũ appetenda. secũda ibi. Et illa. Dicit primo Tum pro tunc. ego Boetius inquã. i. dixi. o philosophia. tu ipsa scis ambitionẽ. i. cupiditatem rerum mortaliũ. de quibus dixisti minimũ nobis fuisse dñatam. sed bene optauimus materiam rebus gerendis quo ne pro vt non. consenesceret in nobis virtus tacita. i. non excitata. ¶ Nota quod in sapiẽte non dñatur cupiditas rerum temporalium quia philosophia inducit nobilem affluentie contemptum ex lib. de plantis. Et Socrates cum Athenis ad studium pergeret. magnũ pondus auri in mare proiecit dicens: mergam te ne mergar a te. ¶ Nota quod materia rerum gerendarum sunt ista: sine quibus res conuenienter geri non possunt: et sunt tria. sapientia. auctoritas. et potẽtia. Sine enim sapientia nihil conuenienter geritur. vt de se patet. Res etiam gerenda auctoritate ornatur. quia homo autenticus libentius auditur et facilius ei creditur. Potentia vero mali deprimuntur et boni extolluntur. hanc materiã Boetius desiderans potẽtiã et dignitates quesiuit. ¶ Nota quod Boetius materiam dignitatis et potestatis ideo quesiuit ne virtus sua tacita consenesceret. idest nedum ipse ad senectutem perueniret. virtus sua tacita esset: dum nullus aliquid loqueretur de laude sue virtutis vel scriberet. Tunc enim virtus tacita consenescit: quando nõ agit aliquis vnde alij loquantur: et dum nihil scribitur de suis beneficijs. quia virtus habentem proficit. et opus eius laudabile reddit.

At illa atqui hoc vnum est quod prestantes quidem natura mẽtes: sed nondũ ad extremã manum virtutum perfectione perductas allicere possit: glorie scilicet cupido: et optimorum in rem publicam famam meritorum. Que quam sit exilis et totius ponderis vacua sic considera.

¶ At illa atqui hoc vnum est. Hic philosophia ostendit gloriam mundanam non esse appetendam. et primo premittit quod cupido glorie multos allicit. Secundo probat eum esse exilem et vanam ibi. Omnem terre ambitum. Primo dicit sic. Ex quo Boetius quandoque quesiuit dignitates et potestates: ne virtus sua tacita consenesceret. videtur quod ista propter laudem et gloriam quesiuit: ideo dicit philosophia. Hoc vnum est. s. cupido glorie et fama optimorum meritorum in rempublicam: que fama possit allicere mẽtes hominum. natura prestantes. i. excellentes. sed nondum. i. non adhuc. perductas ad extremã manũ perfectione virtutũ idest ad summã perfectionẽ: que fama et gloria quam sit exilis et vacua totius pondẽris. i. preciositatis. sic cõsidera ex sequẽtibus. ¶ Nota quod cupido vane glorie multos allicit et delectat. vnde Seneca. 61. epistola dicit. Illud precipue nos impedit quod

cito nobis placem⁹: si inuenim⁹ q nos bonos viros dicant q prudētes: q iustos. nō sum⁹ modica laudatiōe cōtēti: quicquid in nos adulatione sine pudore cōgesserit tanq̄ debitum putamus: optimos nos esse sapientissimosq̄ affirmantium⁹ assentim⁹ cū sciam⁹ nos sepe multa mētiri adeo quoq̄ indulgemus nobis ut laudari velimus in id cui cōtrariū maxime facimus. ¶ Nota q̄ duplex est bonitas mētis. s. naturalis et acq̄sita. Naturalis bonitas est sm̄ quā aliqui naturaliter sunt pij māsueti sobrij ⁊ casti. sed hec bonitas si nō emendaꝫ virtute ⁊ sapientia cito extollit hominē ad inanē gloriā. Alia est bonitas acq̄sita operatio virtutum ⁊ scientie ⁊ que nō pmittit hominē extolli vana gloria. q2 sapiens fructū suū ponit in cōsciētia. Stultus autē in laude sm̄ Macrobiū. Ideo dicit philosophia: q̄ cupido glorie allicit mentes natura pcellātes. nondū. i. nō adhuc virtutibus pfectas. ¶ Nota q̄ fama est frequēs laus optimorū meritorū in rempublicā. Sed gloria est clara noticia cū laude. vel gloria est late patēs preconiū. i. annunciatio.

Omnē terre ambitū: sicuti astrologicis demonstrationibus accepisti: ad celi spaciū puncti cōstat obtinere rationē: id est ut si ad celestis globi magnitudinē conferaꝫ: nihil spacij prorsus habere iudiceꝫ. Huius igitur tā exigue in mundo regionis: quarta fere portio est: sicut ptolomeo probante didicisti: que a nobis cognitis animātibus incolaꝫ. Huic quarte si q̄ntum maria paludesq̄ premūt: quantūq̄ siti vasta regio distenditꝫ: cogitatione subtraxeris: vix angustissima inhabitādi hominibus area relinquetur. In hoc minimo igiꝫ puncti quodā pūcto circūsepti atq̄ conclusi de puulganda fama: de proferendo nomine cogitatis. Ad quid habz amplū magnificumq̄ gloria tam angustis exiguisq̄ limitibus artata?

¶ Omnē terre ambitū. Hic philosophia ostēdit gloriam mundanā esse talē: nec multū appetēdam. Primo ostēdit hoc ex parte spacij in quo dilataꝫ. Secūdo ostēdit hoc ex diuersitate nationū ad quas nō diuulgaꝫ. Tertio ostēdit idē ex diuersitate morū propter quos de eodē cōtrarie iudicaꝫ. Quarto ostēdit idē ex breuitate durandis propter quā nō ppetuaꝫ. secūda ibi. Adde q̄ hoc. tertia ibi. Quid q̄ diuersarū. quarta ibi. Sed q̄s multos. Primo intendit talē rationē. Latitudo fame cōsistit in latitudine terre sup quā dilataꝫ. sed terra nō est lata sup quā fit dilatatio fame: sicut declarat in littera. ergo fama late nō potest diffundi. ⁊ p consequēs est exilis nec multū appetenda. Unde dicit in littera Tu accepisti. i. didicisti astrologicis demōstrationib⁹ omnē ambitū terre id est spaciū terre. obtinere. i. habere rationē puncti. ad spaciū celi. id est ad magnitudinē celi. quod magis exponēs dicit. vt si terra cōferaꝫ. i. cōpararetur ad magnitudinē celestis globi. ipsa iudiceꝫ prorsus nihil spacij habere. huius igiꝫ tam exigue regionis. id est terre in mundo. fere quarta portio. i. quarta ps est. que incolaꝫ. i. inhabitaꝫ ab animātib⁹ nobis cognitis. sicut tu didicisti a ptolomeo hoc probāte. si subtraxeris cogitatiōe. huic quarte parti terre q̄ntum maria ⁊ paludes premūt. id est occupant. ⁊ q̄ntū vasta id est ampla regio. distenditꝫ siti. id est siccitate. tūc vix relinquetꝫ hominib⁹ angustissima area. i. artissim⁹ locus inhabitandi. in hoc ergo quodā minimo pūcto pūcti. id est minima portione terre. vos homines circūsepti atq̄ cōclusi cogitatis de puulganda fama. de proferēdo. i. extollendo. noie. id est fama. ⁊ hoc sit inutiliter. sed quid habeat. id est potest habere. gloria amplū. q̄ pro ⁊. magnificū que artata est tā angustis ⁊ exiguis limitib⁹. id est terminis. q. d. nihil habet magnificū. ¶ Nota q̄ terra respectu celi nō est alicui⁹ quātitatis sensibilis. sed habet se sicut punct⁹. quia orizon qui terminat visum nostrū diuidit celū in duo media. qđ non esset si terra in cōparatione ad celū haberet aliquā quātitatē. ¶ Itē si terra esset alicui⁹ quātitatis sensibilis respectu celi: tunc stelle nō semp apparerent nobis eiusdē quantitatis. quod patet falsum. Quia in ea parte vbi terra esset magis gibbosa ⁊ propinquior celo apparerēt stelle maiores: ⁊ opposita parte minores. ¶ Itē minima stella fixa visu notabilis est maior tota terra. si ergo talis stella apparet nobis existentib⁹ in terra sicut punctus: multomagis terra respectu celi erit sicut pūctus. ¶ Item pūctus est quoddā indiuisibile: a quo linea equaliter distans facit circulū ⁊ quia celum ex omni parte equaliter distat a terra: ideo terra respectu celi habet se sicut punctus. ¶ Nota q̄ tres partes terre sunt inhabitabiles. vna propter nimiū calorē: due propter nimiū frigus. sed quarta pars que est tempata in caliditate et frigiditate a nobis inhabitaꝫ. sed quia adhuc non tota inhabitaꝫ propter maria ⁊ paludes. ⁊ propter nimiā siccitatē. ideo dicit philosophia q̄ quarta pars fere est habitabilis. vel dicit fere sm̄ alios. quia estus solis non facit torridam zonam totaliter inhabitabilē. cum quedam ciuitas dicta zenit supra quā ptolomeus dicit fundasse astrolabium directe sit sub equinoctiali. sed dicit inhabitabilis. quia est grauis inhabitationis. sed vltra equinoctialē omnino est inhabitabilis: propter nimiū calorem. ¶ Item dicit quartā partem terre inhabitari ab animantibus nobis incognitis. hoc forsan dicit propter antipodes si sunt qui nobis sunt ignoti.

Adde q̄ hoc ipsm̄ breuis habitaculi septū plures incolunt nationes: lingua: moribus totius vite ratione distātes: ad quas tamē difficultate itinerū: tum loquēdi diuersitate: tum cōmercij insolentia: nō modo fama hoīm singulorū: sed ne vrbiū quidē peruenire queat. Etate denique Marci Tullij: sicut ipse quodā loco significat: nondū caucasū montē romane reipublice fama transcenderat. ⁊ erat tunc adulta parthis etiā ceterisq̄ id locorū gētibus formidolosa. Uides ne igiꝫ q̄ sit angusta: q̄ cōpressa gloria: quā dilatare ac propagare laboratis? An vbi romani nominis transire fama nequit romani hominis gloria progredietur?

¶ Adde q̄ hoc ipsū breuis habitaculi. Hic philosophia ostendit gloriā non esse appetendā ex diuersitate nationū ad quas nō diuulgatur intendens talem rationē. Diuerse nationes et diuersa idiomata non solum impediūt promulgationem fame hominū. sed etiam vrbium. sed in terra habitabili sunt diuerse nationes diuersorū idiomatum. ergo promulgatio fame per talia impeditur: ⁊ p consequēs non est multū appetenda. vnde dicit in littera. Adde predicte rationi q̄ hoc ipsum septū. id est spacium breuis habitaculi. id est parui spacij. in quo nos habitamus. incolunt. id est inhabitant. plures nationes. id est gentes. distantes. id est differentes. lingua. id est idiomate ⁊ morib⁹ ⁊ ratione totius vite. id est ratione modi viuendi. ad quas nō potest peruenire. non modo. id est non tantū. fama singulorū hominū. sed etiam nec fama vrbium. tū. id est tam difficultate itinerū. id est viarum. tum. id est tam diuersitate loquendi. id est idiomatū. tum. id est tā insolentia. id est in cōsuetudine cōmercij. quia aliqui homines nō consueuerūt cum alijs cōmunicare in cōmercijs. quia etate. id est tempore Marci Tullij. sicut ipse marcus tullius significat. quodā loco. id est in quibusdā suis scriptis. fama romane reipublice nondū transcēderat caucasum montē. ⁊ tamē fama romanorū erat adulta. i. ab antiquo nota. etiā formidolosa parthis. talib⁹ hominib⁹. ⁊ ceteris gētib⁹. i. locorū circa caucasum montem. vides ne igiꝫ q̄ angusta sit gloria q̄

compressa. id est in modicũ redacta. quam laboratis dilatare et propagare. an pro nunquid. gloria vnius hominis romani illuc pgredictur. id est prouenict. vbi fama romani nominis. id est romane vrbis nequit transire. q. d. nõ.
¶ Nota partẽ terre habitabilẽ vocat septuz. quia est septa circundata mari. Unde linconiensis in tractatu suo de spera: et etiã Macrobi⁹ dicũt q quarta portio nostra habitabilis vndiq cingit mari. ¶ Nota q insolentia s̃m senecam est species falsę magnitudinis: sed s̃m huguitionẽ insolentia est supbia vel fatuitas. in proposito autẽ potest exponi pro incõsuetudine. et tũc dicit ab in qd est nõ. et soleo quod est cõsuesco. ¶ Nota q caucasus est mõs quidã situs in pte septẽtrionis ad quẽ non puenerat fama romane vrbis. licz parthis et alijs gentib⁹ assidentib⁹ fama romanoꝝ erat formidolosa. id est formidabilis.

Quid q si diuersarũ gentium mores inter se atq instituta discordant: ut qd apud alios laudi: apud alios supplicio dignũ iudicet. Quo fit ut si quẽ famę predicatio delectat: huic i plurimos populos nomẽ pferre nullo modo cõducat. Erit igitur puagata inter suos glia qsq contentus: et intra vnius gentis terminos preclara illa famę immortalitas coartabitur.

¶ Quid q si diuersarũ. Hic ostẽdit gloriã mundanã esse exilem ex parte diuersitatis morũ. propter quos de eodem apud diuersos cõtrarię iudicat. et intendit talem rationez. Contrarietas institutionũ et legũ impediũt famę dilatationem. sed hoies contrariarũ institutionũ et legũ terrã inhabitãt. ergo diuersitas institutionũ et legũ impediũt dilatationẽ famę. et p consequẽs nõ est multũ appetenda. Unde dicit in littera. Quid supple est iudicandũ q mores et instituta et leges diuersaꝝ gentiũ inter se discordãt ut illud qd apud alios iudicet dignũ laude: apud alios iudicet dignuz supplicio. quo fit. i. propter quod. ut si pdicatio. i. dilatatio famę. delectat quẽ. i. aliquẽ. nullo mõ cõducat. i. laboret. proferre nomẽ. i. famã suã. in plurimos pplos. q2 licet ab aliquib⁹ laudaret: ab alijs tamẽ vituperaret. Erit igit quisq cõtentus gloria puagata. i. dilatata inter suos: et illa pclara nec immortalitas famę: et loquit ironice: quia nõ est preclara: nec immortalis illa coartabit. id est cõstringet intra terminos vnius gentis. id est vni⁹ idiomatis. ¶ Nota q tãta est diuersitas morũ in gentib⁹ q illud quod reputatur apud alios laudabile. apud aliquos reputat vituperabile reputat. ut apud syrios laudabile comedere parẽtes mortuos: ne comedant a vermib⁹ in terra: quod apud alios ex trancos est execrabile. similr apud iudeos reputat laudabile ducere vxores cõsanguinitate proximas quod apud xpianos prohibet. Itẽ in triuallis laudabile est occidere parrez sexagenariũ et cremare ipm: quod apud alios est vituperabile Unde dicit poeta. Sũt loca sunt gentes: quib⁹ est mactare parentes. et phas: et pietas dũ longa superuenit etas.

Sed q multos clarissimos suis temporibus viros scriptoꝝ inops deleuit obliuio. Quanq quid ipsa scripta proficiũt quę cũ suis auctoribus pmit lõgior atq obscura vetustas.

¶ Sed q multos clarissimos. Hic philosophia ostẽdit exilitatẽ glorię ex breuitate durationis propter quã nõ ppetuatur. Et diuidit in tres ptes. Primo ostendit hoc ex hominũ obliuione. secũdo ex temporis breuitate. ibi. vos vero. tertio ostendit gloriam a viris virtuosis non esse appetendã. ibi. Uos autẽ. Primo dicit q fama et gloria non sit mortalis. patz quia q multos viros clarissimos. id est gloriosos suis tempib⁹ deleuit inops. i. defectuosa obliuio scriptoꝝ. q etiã ipsa scripta proficiant quid. i. parz. q scripta longior. i. obscura vetustas ipis pmit. i. cõsumit. cum suis auctorib⁹ quoꝝ sunt scripta. ¶ Nota q p scripturam fama gestoꝝ trãsmittit ad posteros. talis aũt scriptura ꝙ̃q deficit vel propter inopiã scriptoꝝ: vel q2 ipsa scripta in se vetustate cõsumitur. Et ideo fama et glia in obliuionẽ peruenit. Unde Salustius in catilinario conqrit res gestas romanoꝝ min⁹ esse famosas propter inopiã scriptoꝝ. atheniensiu vero maiores tamẽ q romanoꝝ ppter scriptoꝝ copiã.

Uos ergo immortalitatẽ vobis ppagare videmini: cũ futuri famã temporis cogitatis quod si ad eternitatis infinita spacia ptractes: quid habes quod de tui nominis diuturnitate leteris? Unius enim hora momenti si decem milibus cõferatur annis: qm vtrumq spaciũ diffinitum est: minimã licet: habet tamẽ aliquã proportionẽ. At hic ipse numerus annoꝝ eiusq quãtumlibet multiplex ad interminabilẽ diuturnitatẽ nec cõparari quidẽ potest. Etenim finitis ad se inuicẽ fuerit quędã: infiniti vero atq finiti nulla vnq poterit esse collatio. Ita fit ut quãtumcumq pliri tpis fama si cuz inexhausta eternitate cogitet: non pua sz plane nulla eẽ videat.

¶ Uos ergo immortalitatẽ vobis. Hic philosophia ostẽdit famã et gloriã nõ esse durabilẽ et immortalẽ ex temporis breuitate dicens. vos ergo homines videmini vobis propagare. i. facere immortalitatẽ. cũ cogitatis famã futuri tẽporis. et in hoc frustra cogitatis. q2 exilis est duratio famę p temp⁹. quod scilz temp⁹ si ptractis. i. cõparetis. ad infinita spacia eternitatis quid habes q leteris de tui nominis diuturnitate. id ẽ tuę famę. q. d. nihil est. etenim mora vni⁹ momenti si conferat. i. compareẽ. 10. milibus annis habz aliquã proportionẽ licet minimã id est valde paruã. quoniam vtrunq spaciũ temporis est diffinitũ sed hic numer⁹ annorũ. s. 10. milia. vel eius numeri q̃tumlibet multiplex fiat duplũ vel triplũ non potest compari ad interminabilẽ diuturnitatẽ quę est eternitas. etenim pro quia finitis ad se inuicem fuerit quędã collatio. id est compatio. Infiniti vero et finiti nulla vnq potest esse collatio. id est comparatio Ita fit ut fama temporis q̃tumcũq prolixi si cogitet compando cũ inexhausta. id est infinita eternitate. ipsa videat nõ paruã sed plane nulla esse. ¶ Nota q omne qd incipit in tempore necessario habet finẽ in tempe. cum tẽpus sit causa corruptionis temporaliũ. 4. ethi. cum igit fama sit temporalis incipiens in tempe ipsa desinet in tempe. et p consequẽs non est perpetua. ¶ Nota q temp⁹ q̃tumcũq magnũ comparatum ad eternitatez minimũ reputat. et quasi nullius momenti. licet enim finitorũ ad se inuicem possit esse compatio et inter ipsa potest esse proportio: tamen finiti ad infinituz nulla potest esse comparatio. Cum igit eternitas sit duratio infinita tota simul existens: et tempus q̃tumcũq magnũ sit finitum: temp⁹ nullã habebit proportionẽ ad eternitatẽ. et per cõsequẽs fama q̃tumcũq prolixi temporis cõparata ad eternitatẽ nulla videt esse.

Uos autẽ nisi ad populares aures inanesq rumores recte facere nescitis: et relicta cõscientię virtutisq pstãtia: de alienis pmia postulatis sermunculis. Accipe in hmõi arrogãtię leuitate q festiue aliquis illuserit. Nam cum qdam adorsus esset hominẽ contumelijs qui nõ ad verę virtutis vsum: sed ad supbaz gloriã falsum sibi philosophi nomen induerat: adiecissetq iã se sciturũ an ille philosophus eẽt: si qdem illatas iniurias leniter patienterq tolerasset. Ille patientiã paulisp assumpsit: acceptaq contumelia velut insultans: iam tandẽ inquit intelligis me eẽ philosophuz? Tũ ille nimiuz mordaciter intellexerã inquit si tacuisses.

¶ Uos aūt nisi ad populares aures. Hic philosophia ostendit gloriam a viris virtuosis non esse curandam. et hoc duabus rōnibus. secunda ibi. Quid autē est. Prima ratio est illa. Illud quod spectat ad leuitatē arrogantie a sapientibus non est curandū. sed gloria propter quā homo recte faciat propter laudes hominū illa spectat ad leuitatē arrogantie. et est digna derisione. ergo. 7c. Quod autē talis arrogātia sit quedā derisio declarat in littera. et dicit. Uos homines nescitis recte facere. nisi ad populares aures. id est ad populorum cōplacentias et ad inanes rumores et laudes. et vos postulatis. id est desideratis. premia de sermūculis alienis relicta. i. postposita. ꝯscientia. i. dignitate vite ꝯscie et virtutis. propter quā deberetis recte operari. accipe. i. ꝯsidera. quā festiue. id est gloriose. aliquis illuserit. id est derisérit quendā dicentē se eē philosophū in leuitate huiꝰ arrogantie. Nam cum quidā tyrannus esset adorsus cōtumeliis id est incepisset alloqui contumeliose quendam hominem: qui induerat. id est vsurpauerat sibi falsum nomen philosophi non ad vsum vere virtutis. sed ad superbam gloriam. et tyrannus adiecisset. id est dixisset. se iam scituruz an ille esset philosophus. si quidē illatas sibi iniurias patienter leniterqꝫ tolerasset. ille qui dixit se phm paulisper patientiā assumpsit. s. in principio. et post. et accepta ꝯtumelia a tyranno velut sibi insultās in ꝫ ad tyrānū. intelligis ne me eē phm. tūc ille tyrānꝰ mordaciter inqt. intellexerā te phm esse si tacuisses. ¶ Nota sm cōmētatorē in prologo. 4. phisico. verus phs debet esse perfectus oibus generibꝰ vi. tutū et ꝑ ꝯñs debet esse magnanimꝰ. Sed sm senecā in libro de clementia. magnanimi est iniurias et offensiōes superbi despicere. et ꝑ ꝯsequens verbis cōtumeliosis prouocari nō debꝫ. Itē phi est nō vinci a passionibꝰ sed potiꝰ debꝫ moderare et refrenare passiōes. cū virtus ꝯsistat in moderatiōe passionū. vñ Arist. 4. ethicoꝝ dicit. q Māsuetꝰ vult imꝑturbatꝰ esse et nō duci a passiōe. Un̄ quidā phs cōtumeliose sibi insultāti dixit. Tu didicisti maledicere: sed ego didici maledicta contemnere.

Quid autē est quod ad precipuos viros: de his enī sermo est: qui virtute gloriā petūt: quid inquā est quod ad hos de fama post resolutum morte suprema corpus attineat? Nam si quod nostre rationes credi vetāt toti moriunt homines: nulla est omnino gloria: cū is cuius ea esse dicitur non extet omnino. Sin vero bene sibi mens conscia terreno carcere resoluta celū libera petit: nōne omne terrenū negociū spernet? Que se celo fruens terrenis gaudet exemptam.

¶ Quid autē est quod ad ꝑcipuos viros. Hic phia ponit secundā rōnem que talis est. hoīes virtuosi vel tota. r moriunt corpore et aīa. vel aīa viuit post mortē. si totaliter moriunt nihil spectat ad eos de gloria post mortē si aīa eoꝝ viuit post mortē. illa petit celū spernēs omne terrenū negocium et sic nihil ad eā de terrena gloria. ergo apud virtuosos hoīes nulla debet esse cura de gloria. Dicit ergo in lrā. quid est qđ ad precipuos. i. ad virtuosos viros attineat de fama post resolutū corpus extrema morte. q. d. nihil de his enim viris est sermo noster. qui petūt. i. querūt gloriā virtute. id est operibꝰ virtuosis. Nā si homines toti moriūtur corpore et anima ut quidā putant qđ tamē nostre rōnes. i. phice rōnes. vetant. i. prohibēt credi. qr sm phm aīa intellectiua est immortalis nulla est oino gloria post mortē. cū ille omnino nō extet. i. non sit cuius ea gloria esse dicit. Sin vero mens bene sibi conscia. i. illesa. resoluta. i. liberata. terreno carcere. i. a corpore post mortē. libera petit celū. nonne ipsa aīa que celo fruens gaudet se exemptā terrenis ipsa spernet omne terrenū negociū. et per ꝯsequēs terrenā gloriā. q. d. sic. ¶ Nota qr ad virtuosos nihil spectat de fama nec in ꝑsenti vita nec in futura: nō in ꝑsenti: quia dicit seneca in ꝓuerbiis. Quāplurimi curāt famā pauci autē conscientiam tales pauci curātes conscientiā sunt virtuosi et phi de quibus loquit Boetius in fine tractatus de summo bono dicens. Pauci sunt viri honorādi sicut philosophi qui contēnunt desideriū sensus et sequunt desideriū intellectꝰ. Plurimi autē sunt qui curāt famā. sicut sunt vulgares q relicta virtute conscientie propter laudes hoīm recte faciūt de quibus dicit scriptura. Amen dico vobis receperūt mercedeꝫ suā. Nec etiā fama spectat ad viros virtuosos in futura vita qui virtuosi si totaliter moriuntur nihil ad eos de fama. Si autē anima viuit post mortē illa euolat ad celū et nihil curat de fama. spernet omne terrenū negociū. et potius gaudet quia est exempta a curis terrenis et gaudio celesti fruitur in eternum.

Metrum septimum secundi libri.

Quicumqꝫ solam mente precipiti petit:
Summumqꝫ credit gloriam
Late patentes etheris cernat plagas.
Artumqꝫ terrarum situm:
Breuem replere non valentis ambitum:
Pudebit aucti nominis.
Quid o superbi colla mortali iugo
Frustra leuare gestiunt.
Licet remotos fama per populos means.
Diffusa: linguas explicet.
Et magna titulis fulgeat claris domus;
Mors spernit altam gloriam.
Inuoluit humile pariter et celsum caput;
Equatqꝫ summis infima.
Ubi nunc fidelis ossa fabricij manent?
Quid brutus aut rigidus catho?
Signat superstes fama tenuis pauculis.
Inane nomen litteris.
Sed quid decora nouimus vocabula.
Num scire consumptos datur.
Iacetis ergo prorsus ignorabiles
Nec fama notos efficit.
Quō si putatis longius vitam trahi.
Mortalis aura nominis.
Cum sera vobis rapiet hoc etiam dies?
Iam vos secunda mors manet

Metrum septimū secundi libri.

Quicūqꝫ solā mente precipiti petit. Hic incipit metrū septimū huius secūdi quod dicit archilochium ab inuētore. iambicū a pede predñante. et cōstat ex primo versu trimetro et secūdo dimetro. in quo metro phia docet quō gloria sit contēnenda ex ꝯsideratione amplitudinis celi et strictitudinis terre dicēs. Quicūqꝫ petit: id est desiderat precipiti mente solā gloriā. et credit illā esse summū. i. precipuū inter appetēda. ille cernat. i. ꝯsideret: plagas etheris. i. partes celi. late patētes. et cernat artū situm terrarum. id est strictū spaciū terre in comparatiōe ad celum. ille pudebit. id est verecundabitur aucti nominis. id est aucte fame sue. non valentis replere breuē ambitum. id est paruū spaciuꝫ terre. Et tunc exclamat dicens. O propter hoc miror. quid id est propter quid. superbi gestiunt id est cupiunt. frustra leuare. id est extollere. colla sua mortali iugo. id est mortali fama. licet enim fama diffusa means. id est transiens per remotos populos explicet se linguas. id est per linguas populorum. et licet magna domus tua. id est nobilis parentela. vel familia fulgeat claris titulis. id est laudibꝰ tamen mors spernit altam gloriam. et mors pariter. id est simul inuoluit humile caput. id est miserum hominem. et celsum. id est nobilem vel diuitem et mors equat infima summis nulli parcendo quod declarat. dicens. Ubi nunc manent

ossa fidelis fabricij. quid Brutus rigidus: aut Catho? supple est. q. di. quid manet de gloria eorum post mortē: vtiqȝ modicū. s. illud manet quod tenuis fama. i. exilis su pstes. i. manēs. signat inane nomen eoꝝ paucis litteris scriptis in epitaphijs. sed quid. i. ad quid. nouim⁹ decora vocabula scripta. nūquid intelligiꝰ p ea ipsos esse consum ptos. i. mortuos. q. d. immo iacetis. ergo mortui prorsus ignorabiles nec fama efficit vos notos. Et quia aliqs dice ret licet ipsi sint mortui corporaliter tamē viuūt fm famā. dicit phia. Si putatis vitā vestrā lōgius trahi. i. prolongari. au ra mortalis nois. i. splendore mortal' famę. cū sera. i. vltia dies. vobis hoc rapiet. i. famā auferet. iā vos manet. i. ex pectat. secūda mors. q. d. si estis pri⁹ mortui corpe. i. fama manēs est vita vestra. illa cessante. secundario moriemini. ¶ Notandū fabriti⁹ fuit ꝯsul roman⁹ qui cū mitteret pu gnare cōtra pirrū regē epirotaꝝ. rex promisit sibi ptē regni sui ut trāsiret ad ipm qḋ fabritius cōtēpsit sequēti āno pir rus obtulit sibi magnā pecuniā auri. ut traderet sibi roma nū impiū. cui ait fabritius. Roma nō vult auꝝ sȝ vult im pare habētib⁹ auꝝ. propter hoc ipse dicit⁹ fuit fidelis fabrici us. Dicit etiā de fabritio. ꝙ cū quidā ad eū venisset ꝓmit tens se pirrū regē occisuꝝ: si fabrici⁹ sibi pecuniā aliquā da re vellet. Ipse vero fabrici⁹ hūc traditorē ligatū misit ad pir rū pro tali scelere puniendū cui tūc pirr⁹ dixit. Possibil⁹ est solē a suo tramite deuiare ꝙ̄ fabriciū a via rectę rōis di scedere. ¶ Nota ꝙ brutus fuit pim⁹ presul romanus qui amore libertatis ꝛ iusticę propter stupꝝ. Lucretię plima egit. ꝛ multa bella pro romanis inijt. propter qḋ etiam fa mosus fuit. ¶ Nota ꝙ catho dici⁹ est rigid⁹ propter rigorē al. qui ad nihil turpe flecti potuit ꝛ tantę iusticię fuit ut lu canus ipm dijs compararet in iudicāda causa. q̄ fuit inter Ju liū cesarē ꝛ pompeū dicēs. Uictrix cā dijs placuit sȝ victa Cathoni ꝛ de hoc magis pȝ quarto hui⁹ prosa sexta.

Prosa octaua libri secundi.

non se ex voluntate. probat dupliciter. Primo probat hoc quia voluntas sepe amplectit mortē que tollit esse indiui dui. Unde dicit. Uoluntas sepe amplectit mortē. quā natu ra reformidat. i. abhorret. cogentib⁹ causis. s. extrinsecis. sicut patz de martirib⁹. Secūdo probat idē ex hoc. q voluntas quāqz cohibet operationē cōseruatiuā esse spetiei dicēs cōtraqz. id est p cōtrariū. illud opus gignēdi. quo solo durat diuturnitas. i. pmanentia rerū mortaliū. quod natura appetit. interdū coercet voluntas. sicut patet in continentibus. adeo hec charitas. id est appetitus sui sup. manendi non procedit ex animali motiōe. sed ex naturali intentiōe quam deus indidit nature.

Dedit enim prouidentia creatis a se rebus hanc vel maximā manendi causam ut quoad possunt naturaliter manere desiderēt. Quare nihil ē q vllo mō queas dubitare: cuncta que sunt appetere naturaliter constātiā permanēdi deuitare perniciē. b. Cōfiteor inq̄ nunc me indubitato cernere: que dudum icerta videbāt.

Dedit eni prouidētia diuina reb⁹ creatis a se. hanc maximā cām manendi. ut desiderent pmanere naturaliter q̄diu possunt. quare nihil est q vllo mō queas. i. possis dubitare. cūcta que sunt naturaliter appetere constantiā permanendi. et deuitare pniciem. qd boeti⁹ cōcedens dicit. Cōfiteor inq̄. nunc me cernere indubitato. id est sine dubitatione que dudū incerta videbant sup. q vegetabilia et inanimata naturaliter appetūt pmanentiā essendi. Notandū q duplex est appetitus naturalis et animalis. Naturalis est qui consequitur formā naturalē. et quia prima pfectio illius quod habet formā naturale est esse. ideo appetitus cuiuslibet rei naturalis est ad suū esse habendū si careat. vel ad cōseruandū si habeat. Appetitus aīalis est qui consequitur formā apprehēsam: et si est forma apprehēsa p sensus. sic est appetitus sensitiuus. qui semp tendit in cōueniens nature. si autē est forma apprehensa p intellectū. tunc semp inclinatio conueniēs est appetitus rōnalis qui est voluntas. et qz illud qd sm se est discōueniens nature sibi est mors. illud homo apprehēdit quandoqz tanq̄ cōueniens propter aliud annexū. s. propter premiū eterne vite. ideo volūtas sepe amplectit mortē quā natura reformidat ex quo patet q appetitus essendi nō est primo et principaliter ex appetitu intellectiuo. sed ex appetitu naturali. Nam appetit⁹ intellectiu⁹ nō inuenit in oib⁹ in qb⁹ inuenit appetit⁹ naturalis.

P. Qd āt inqt subsistere ac pmanere appetit id vnum esse desiderat. Hoc enīz sublato nec esse quidē cuiq̄ pmācbit. b. Uerū est inq̄. P. Oia igit inqt vnuz desiderāt. b. Cōsensi. P. Sed vnuz idipsm mōstrauimus eē quod bonum est. b. Ita quidē. P. Cuncta igit bonuz petunt. qd quidē ita describas licet: ipz bonuz esse qd desideret ab oibus. b. Nihil inq̄ verius excogitari potest. nā vel ad nihilum cuncta referunt: et vno veluti vertice destituta. sine rectore fluitabunt. aut siquid est ad qd vniuersa festinēt: id erit oim summuz bonoz.

Qd autez inquit subsistere. Hic phia resumpta maiore concludit intentū dicens. quod autē appetit subsistere et pmanere. illd desiderat esse vnū. hoc eni sup. vno sublato nō pmanebit cui q̄z rei suū esse. dicit Boetius verū est. concludit ergo phia. Omnia igit vnū esse desiderant. Et boeti⁹ consentiēs dicit cōsensi. et tunc maiorē principalis syllogismi resumit ut concludat diffinitionē boni dicens. sed nos monstrauim⁹ vnū esse idipsm quod bonū est. dicit boetius ita quidē. tunc phia concludit intentū formādo diffinitionem boni dicēs. igit cuncta bonū petūt. qd bonū licet. i. licitū est. ut ita describas bonū est quod desideret ab oibus. Et dicit boetius nihil veri⁹ excogitari potest. quia vel ad nihilū cuncta referūtur et destituta vno vertice. i. principio cuncta fluitabūt sine rectore. Aut siqd est ad qd vniuersa festinent. illud erit summū omniū bonoz. Notandūz q omne qd est vel appetit pfici vel in sua pfectione saluari. cū igit pfici et in pfectione saluari sit bonū. oia appetūt bonū. Notandū cū dicit omnia appetūt bonū ibi non accipit bonū precise pro bono morali. nec precise pro bono naturali. sed pro bono cōmuniter accepto. quod bonū cōiter acceptū est esse essentiale vel accidentale cōueniens rei ut pficiatur. vel in sua perfectione saluetur.

P. Et illa nimiū inquit. O alumne letor. ipsam enim medie veritatis notam mēte fixisti. Sed in hoc patuit tibi quod ignorare te paulo āte dicebas. b. Quid inq̄? P. Quis esset inquit rerum oim finis. Is est eiz profecto qd desideraē ab oibus. quod quia bonuz esse collegimus: oportet rerum oim finem bonuz eē fateamur.

Et illa nimiū inquit. Hic phia ex dictis reducit boetiū in cognitionē cuiusdā quod supra se ignorare confessus est scz quis est finis omniū rerū. Et primo cōmendat dictum Boetij dicēs. O alūne nimiū letor. quia tu fixisti. id est stigili notā id est cognitionē. mente medie veritatis. i. perfecte veritatis que est in medio. sed hoc patuit tibi quod dicebas te ignorare pauloante sup. in p̄io libro sexta pro¹a. Et querit Boetius. quid inq̄z sup. est illud. dicit phia qs esset finis omniū rez. Et subdit. Is eni est finis omniū rerū quod desideraē ab omnib⁹. quod quia bonū esse collegimus: ut patz ex diffinitiōe boni. oportet ut fateamur bonū esse finē omniū rez. Notandū q p notam medie veritatis intelligit noticiā diuinā. sicut punctū est mediū circuli. a quo omnes linee ducūtur. sic deus est mediū veritatis. a quo omnis veritas procedit. Notandū q omnia appetunt suū finē eiz finis sit pfectio rei. et res destituta suo fine frustraē. Cū igit de ratiōe finis sit esse bonū. quia auferentes finē auferūt naturā boni ex secundo metaphi. &c. ideo finis omniū rez est bonū.

Metrum. xj. huius tertij libri.

q Uisqs pfunda mēte vestigat verum:
Cupitqz nullis ille deuijs falli:
In se reuoluat intimi lucem visus.
Lōgosqz i orbem cogat iflectēs motus:
Animoqz doceat qcqd extra molit:
Suis retrusum possidere thesauris.
Du[illegible]um qd atra texit terroris nubes
Lucebit ipso pspicatius phebo.

Metrum vndecimū tertij libri.

q Uisquis profunda. Illud est vndecimū metrū huius tertij quod dicit gliconicū ab inuētore. iembicum a pede predn̄ante. in quo metro phia ostendit quō possum⁹ cognoscere bonū et verū et puenire in cognitionem rerū. ex quo boeti⁹ prius fallus est se modo scire quod prius ignorabat. Primo ergo ostēdit modū quo possum⁹ deuenire in cognitionē veritatis. Secundo assignat cām eius. ibi. Non omne. dicit primo. Quisquis vestigat. i. inuestigare vult. verū profunda mēte. i. subtili. et pro et. cupit falli nullis deuijs. i. falsis opinionibus. que faciunt a vero deuiare. ille resoluat in se. i. extraet intra se. lucem. id ē speculationē. intimi visus. id est rationis et intellectus interioris. et ipse cogat. id est reducat. longos motus. id est operationes anime procedētes ab anima. inflectens eos in orbē. id est in circulū redeundo ad animā. et quicqd animū doceat molit. i. laborat speculando extra. id est circa res exteriores. ille doceat animū retrusum. id est ad se [illegible]

possidere suis thesauris. id est potentiis que sunt memoria & intellectus. & nunc illud qd atra nubes id est obscuritas ignorantie. ondam tegit .i. occultatur. illud lucebit. id est apparebit perspicacius id est candidius. ipso phebo. q. d. quod longo tempore fuit obscurum lucidum apparebit intellectui. ℂ Notandum q qui vult cognoscere verum dirigat rationem & intellectum ad ipsam rem extra & ad eius proprietates. & si aliqd cognoscit ex his non sit tamen iudicet. sed in se revertatur deliberando an ita sit vel non sit. quia sepe videt bonum esse quod non est. & non esse quod est. sine enim deliberatione non est iudicandum. quod non est longa deliberatione probatum. ideo dicit phia. revoluat in se lucem. intimi visus. ℂ Notandum q orbis est linea circumducta rediens ad idem. inflectere ergo longos motus in orbem est cum virtus anime ab anima vsqz ad ipsam rem diuertitur. & ad animam revertitur deliberando an ita sit vel non sit sm q cognovit.

Nō oē namqz mēte depulit lumē:
Obliuiosam corpus inuehēs molem.
Heret pfecto semē introrsum veri:
Quod excitatur vētilāte doctrina.
Nam cur rogati spōte recta cēsetis:
Ni mersus alto viueret fomes corde.
Qd si platonis musa personat verum
Quod quisqz discit immemor recordatur.

ℂ Non omne namqz mente depulit lumen. Hic philosophia assignat causam eius qd dictum est. scz quare possumus cognoscere verum dicens. Nam corpus inuehens .i. inducens obliuiosam molem. id est grauitatem qua homo fit obliuiosus non depulit omne lumen. id est cognitionem veritatis. mente. id est de mente. quia habitus principiorum manet in mente. et subdit profecto. id est pro certo. semen. id est principium veri. id est veritatis. heret. id est manet introrsum. i. intrinsecus in anima. qd excitatur ventilante. i. exercente doctrina. q autem semen veri sit in aia probatur p hoc q puer ignarus. quando recte respondet ad interrogata vtrum dualitas sit numerus par vel impar. vnde dicit. Nam cur rogati. id est interrogati censetis. id est iudicatis. vel respondetis recta sponte. id est voluntarie. nisi fomes. i. radix veritatis. mersus .i. latens viueret alto corde. i. profunda mente. & subdit q si musa. i. sapientia platonis personat verum illud qd quisqz discit. i. recordatur immemor. i. obliuius. ℂ Notandum q platoni imponitur q voluerit animas oia sciuisse anteqz coniungerentur corporibus. sz adiuncte corporibus oia tradidisse obliuioni. sed p studium et exercitium sapientiam recuperasse. ergo voluit q scire non est aliud nisi quoddam antiquorum reminisci ad quam intentionem videtur hic loqui phia sed non est dicendum q scire fiat per reminiscentiam sed scientia de nouo acquiritur p inuentionem vel doctrinam. verum est q intellectus noster naturaliter habet se in cognitionez principiorum: per que virtute intellectus agentis & p doctrinam deuenit in cognitionem principiatorum. Unde lincolniensis. primo posteriorum dicit. Non sola vox doctoris exterius sonans nec littera visa docet. sed hec duo mouent & excitant. Uerus autem doctor est qui mentem vlterius illuminat & veritatem ostendit. ℂ Notandum q sicut sanitas quandoqz causatur a principio intrinseco. s. a corde quandoqz a principio interiori & exteriori puta a medico & corde. sed nunqz causatur a principio exteriori sine interiori sicut scientia quandoqz acquiritur a principio interiori puta ab intellectu agente: sicut patet in habentibus scientiam per inuentionem. quandoqz acquiritur a principio interiori et exteriori simul. sicut a doctore et intellectu agente. nunqz autem requiritur a principio exteriori sine interiori.

Duodecima psa tertij libri.

Tum ego platoni inqz vehementer assentior: nam me horū iam secundo cōmemoras: primum q memoriā corporea contagiōe: dehinc cum meroris mole pressus amisi. p. Tum illa si priora inquit cōcessa respicias: ne illud quidē longius aberit quin recordaris quod te dudum nescire confessus es. b. Quid inqz. p. Quibus ait illa gubernaculis mūdus regatur. b. Memini inqz me inscitiā meam fuisse cōfessum: sed quid afferas licet iam prospiciā: planius tū ex te audire desidero. p.

Prosa. 12. tertij libri.

Tum ego platoni inqz. Ista est. 12. prosa & vltima huius tertij in qua phia reducit in cognitionez Boetium alterius cuius ignorantiam prius cōfessus est scz quibus gubernaculis mūdus regatur. Prio facit hoc secūdo boetius mouet quandā questionem phie. s. ibi Ludis ne me. primo ostendit phia q deus omnia gubernat sua bonitate. secundo ostendit modū quo omnia gubernat. ibi. Sed quod dicā tertio ex his concludit malum nihil esse ibi. Sed visne. Primo boetius assentit dictis platonis in metro & ostendit philosophia ipm posse deduci in cognitionē cuiusdā. cuius ignorantiā confessus est. Secūdo philosophia reducit ipm in cognitionem illius. secunda. ibi. Mundū hunc. primo dicit. Tum p tūc. ego boetius inqz vehementer assentior. id est cōsentio platoni. Nā me o phia horum scilicet. q deus sit finis omniū rerū & summuz bonū. secūdo cōmemoras. id est recordari facis. primum q amisi memoriā. id est quod erat in memoria corporea contagione. idest corporis grauedine. & me de hinc. idest secundo cōmemoror bonū cū amisi memoriā. pressus mole. id est pondere meroris. Tunc phia ostendit q non tantū bonū recordabitur propter dicta. sed cuiusdā alterius qd ignorare se dixerat dicens. si illa priora cōcessa respicias. nō aberit longius scilz a memoria tua quin facile recorderis quod dudum cōfessus es te nescire. id est ignorare in primo libro. Et querit Boe. Quid inqz. dicit phia quibus gubernaculis mundus regatur. & dicit boe. Memini inqz me fuisse cōfessum inscitiā. id est ignorantiā meā. & licet iā prospiciā. id est agnoscam. tamē desidero planius audire ex te quid afferas. id est quid de hoc dicas. ℂ Notādū q boetius dicit se secundo cōmemoratū fuisse duorum. q deus sit finis rerū. & quod sit summū bonū. Primo postqz mole corporis oppressus est amisit memoriā eorum. & postea per studium recordatus est. secundo quia merore et tristicia affectus in ignorantiam eorum lapsus est. sed postea per instructionem philosophie ad memoriam reduxit.

Mundū hunc inqt deo regi paulo ante minime dubitādum putabas. b. Ne nunc quidem arbitror inqz: nec vnqz dubitādum putabo. quibusqz in hoc rationibus accedā: breuiter exponam. Mūdus hic ex tam diuersis cōtrarijsqz ptibus in vnam formam minime cōuenisset: nisi vnus esset qui tam diuersa cōiungeret coniuncta vero naturarum ipsa diuersitas inuicez discors dissociaret atqz diuelleret: nisi vnus esset qui quod nexuit cōtineret. Nō tam vero certo nature ordo procederet: nec tam dispositos motus: locis: temporibus: efficientia spacijs qualitatibus explicaret nisi vnus esset q has mutationum varietates manens ipse disponeret. hoc quicquid est quo cōdita manent atqz agitantur vsitato cunctis vocabulo deum nomino. p.

ℂ Mundū hunc inqt deo regi. Hic philosophia vult ostendere intentū. & primo admonet boetiū de quodā prius concesso. & boetius illud fatetur & ratiōe cōfirmat. secūdo philosophia ostēdit quibus gubernaculis regatur mūdus. ibi. Tūc

Ita inquit. Primo dicit. O boeti tu pauloante. s. in pri-
mo libro putabas minime dubitandũ hunc mundũ regi
a deo. Dicit boetius minime arbitror dubitandũ. nec vn
q̃ putabo. et ego breuiter exponã quib⁹ rationibus accedaz
ad hoc probandũ. Et innuit boeti⁹ rationes suas dicẽs. hic
mũdus minime cõuenisset in vnã formã ex tam diuersis et
cõtrarijs partibus. nisi esset vn⁹ qui tã diuersa coniũgeret
sup. qui est deus. et ipsa diuersitas naturarũ huius mũdi
discors inuicẽ dissociaret. atq; diuelleret cõiuncta. nisi esset
qui cõtineret. id est cõseruaret. quod nexuit. id est cõiunxit.
quod sup. est deus. ordo vero nature tam certus nõ proce-
deret. nec explicaret tam dispositos motus. id ẽ ordinatos
motus locis temporibus efficacia spacijs. qualitatibus. ni-
si esset vnus q ip̃e manens. s. immobilis disponeret has
varietates mutationũ quicq̃d autẽ hoc est quo cõdita. id ẽ
creata manẽt. et agitant̃. i. mouent̃ illud vsitato cũctis vo-
cabulo nomio deũ. ¶ Notandũ q̃ boe. innuit tres rõnes
q̃ mũdus regat̃ a deo. Prima sumit̃ ex diuersa᷑ rerũ con-
iunctiõe que talis est. Diuersa et cõtraria nõ vniũtur inui-
cem p se. cũ igit̃ mũdus vnitus sit ex partib⁹ cõtrarijs ut ex
elemẽtis oportet ut aliqd sit vniens ea et hoc est deus. er-
go mũdus regit̃ a deo. Hanc rationem tangit ibi. Mũdus
hic. Secunda ratio sumit̃ ex contrariorũ simul coniũctoruz
conseruatiõe. que talis est. Diuersa cõtraria ex proprietate
sue nature dissocient̃ adinuicẽ: nisi ab aliquo cõseruent̃. s;
partes mũdi sunt diuerse et cõtrarie ergo. etc. Hanc rationẽ
tangit ibi. Coniuncta vero. Tertia ratio sumit̃ ex ordinata
motuũ dispositiõe que talis est. Nihil certitudinaliter et re
gulariter mouet̃ fm dispositionẽ loci temporis efficiẽtie. spa
cij et qualitatis nisi sit vnũ rectificãs et regulans sed motus
co᷑ qui sũt in mũdo sũt regulariter fm p̃dicta quinq;. er
go necesse est ponere rectificantẽ et regulantẽ quod est deus
ergo mũdus regit̃ a deo. Hanc rationẽ tangit ibi. Non tã
vero certus. ¶ Notandũ q̃ regulares motus sũt in mũ-
do locis cẽtruz ad proximationẽ et elongationẽ solis in ob-
liquo circulo. sũt etiã temporibus cẽtrum ad variationẽ di-
ei et noctis. Fiunt efficacia q: luna efficit augmentationez
et diminutionẽ humidorũ fm sui cresentiã et decrescentiaz
et efficit fluxuz et refluxũ maris. Fiunt etiã ordinati motus
spacijs: q: luna et alij planete maiori et minori spacio quã
doq; distant a sole et ab inuicẽ. etiã fiunt qualitatibus: q:
in estate causatur calor. in hyeme frigus.

Tum illa: cuz hec ingt ita sentias: paruã mi-
hi restare oportet puto: ut felicitatis cõpos pa
triam sospes reuisas: sed que proposuimus in
tueamur. Nõne in beatitudine sufficientiam
numerauimus: deũq; beatitudinẽ ipsam eẽ cõ
cessimus? b. Ita quidẽ. p. Et ad mundũ igatur
inquit regẽdũ nullis extrinsecis adminiculis
indigebit: alioquin si quo egeat plenã sufficien
tiam nõ habebit. b. Id inq̃ ita est necessariũ. p
per se igit̃ solum cuncta disponit. b. Negari in
q̃ nequit. p. Atqui deus ipm bonũ esse mon-
stratus est. b. Memini inq̃. p. per bonum igit̃
cuncta disponit. Si quidẽ per se regit omnia:
quẽ bonum cõsensimus. et hic est veluti quidã
clauus atq; gubernaculũ: quo mũdana machi
na stabilis atq; incorrupta seruat̃. b. Vehemẽ-
ter assentior inq̃: et id te pauloante dicturã te-
nui licet suspitione prospexi. p. Credo inquit:
iam enim ut arbitror vigilantius ad cernenda
vera oculos deducis.

¶ Tum illa cũ hec inquit ita. Hic phia supposito q̃ mun
dus regat̃ a deo probat q̃ ab ipso regatur p suam bonita-
tem et dicit. O boeti cũ hec ita sentias q̃ mundus regitur a
deo. puta mihi restare paruã operã. i. partem laboris ut tu
cõpos. id est potẽs felicitatis sospes. id est sanus. reuisas
patriã. id est cognoscas beatitudinẽ. Tũc probat q̃ deus
regat mũdum sua bonitate dicens. intueamur que propo-
suimus. nõne numerauimus supra in. 9. prosa in beatitu
dine esse sufficientiã et cõcessimus deũ esse ipsam beatitudi
nem. dicit Boetius. Ita est inq̃. ex hoc concludit philoso-
phia deũ nullo indigere ad regendũ mundũ. dicit ergo. ad
mundũ regendũ deus nullis extrinsecis adminiculis indi
gebit. alioquin si ita esset q̃ aliquo egeat. nõ habebit plenã
sufficientiã. Et dicit Boe. Illud inq̃ est necessarium. Ideo
concludit phia. deus cũcta disponit. i. regit. per se solũ. di
cit boetius. negari nequit. sed deus mõstratus est. esse ipz
bonũ: memini inq̃ dicit boe. ergo p bonũ deus cuncta di-
sponit: siquidẽ per se regit omnia. que cõsensimus esse bo-
nũ. et hic deus est veluti quidã clauus atq; gubernaculuz.
quo machina mũdana seruatur stabilis et incorrupta. dicit
boe. vehemẽter. i. valde assentior. et illud te dicturam pau-
loante prospexi. licet tenui suspitione. dicit phia. Credo i-
quit q̃ hec preuidisti. iam eniz ut arbitror vigilantius q̃
prius deducis oculos ad vera cernenda. ¶ Notandũ q̃ ex
littera accipiunt̃ due rõnes ad probandũ intentuz. Prio
probat q̃ deus p se regit omnia et talis in beatitudine est
summa sufficiẽtia sed deus est beatitudo. ergo in deo ẽ sum
ma sufficientia tale autẽ non indiget extrinsecis guberna-
culis. ergo per se deus regit omnia. Secunda ratio probat
q̃ deus per suã bonitatẽ que nõ distinguit̃ a deo regit oĩa
sicut deus p se regit omnia ut visum est. sed deus est ipsuz
bonũ ergo. per bonum regit omnia. ut patet de se. quia p
sua bonitate et clementia.

Sed quod dicam nõ minus ad cõtuenduz
patet. b. Quid inq̃? p. Cum deus inquit om-
nia bonitatis clauo gubernare iure credat̃: ea-
demq; omnia sicuti docui: ad bonum naturali
intentiõe festinent: nũ dubitari potest qn vo-
luntarie regant̃ seq; ad disponentis nutũ velu
ti conuenientia contẽperataq; rectori sponte cõ-
uertant. b. Ita inq̃ necesse est nec beatuz regi-
men esse videret: siquidẽ detrectantiũ iuguz
foret: non obtemperantium salus. p. Nihil est
igitur quod naturã seruans deo cõtraire cone
tur. b. Nihil inq̃. p.

¶ Sed quod dicam. Hic ponit per quẽ modũ deus om-
nia gubernat. Et primo ostendit q̃ omnia gubernat suaui
ter. quia oĩa sibi obediunt. Secũdo q̃ gubernat omnia q:
nihil sibi resistere potest. secũda ibi. quid si conet̃ primo dic.
Illud quod dicã non minus patet ad contuendũ. id est ad
desiderandũ. et dicit boetius. quid inq̃. Et dicit philoso-
phia. cum deus iure credat̃ omnia gubernare clauo bonita
tis sue. et omnia festinẽt naturali intentiõe ad bonuz. sicut
docuit prius in prosa decima. num pro nũquid. potest du-
bitari. quin voluntarie regantur sponte et cõuertant se ad nu
tum disponentis veluti conuenientia. id est obediẽtia. et cõ-
tempata. id est coaptata suo rectori. dicit boetius. Ita inq̃
necesse est. quia nõ videret̃ beatũ esse regimen dei. si foret
iugum detrectantiũ. id est recusantiũ sicut bos lasciuus re-
cusat iugum et si nõ esset salus obtemperantiũ. id est obedien
tium. ergo dicit philosophia. nihil est quod naturã seruãs
conet̃. id est laborat cõtraire deo. Dicit boeti⁹. Nihil inq̃
¶ Nota q̃ cum gubernare nihil aliud sit nisi in finem or-
dinare. nec aliud est deũ per bonitatẽ gubernare. q̃ p boni
tatẽ in finẽ dirigere. et cũ omnia naturaliter tendãt ad bo-
num tanq̃ in finẽ: manifestũ est q̃ omnia sponte in finem
dirigũtur et ita naturaliter omnia sponte obediũt guberna
ti. et per consequẽs deus regit omnia suauiter. ¶ Nota q̃
voluntariũ fm pfectam sui rationẽ tantũ inuenit̃ in habẽ
tibus voluntatẽ. sed extendendo voluntariũ ad omnẽ ap

petitū nō coactū. sicut potest reperiri in omnibus. ⁊ sic accipitur hic. ¶ Nota q̄ nihil seruans naturā repugnat deo. licet enī peccator videat̄ deo repugnare ipse nō seruat naturam. quia peccatū diminuit ⁊ deprauat naturā. Etiā boe. loquit̄ hic de appetitu nature ut patet ex superioribus.

Quid si conet̄ ait. num tandē proficiet quicq̄ aduersus eum quē iure potentissimū beatitudinis esse cōcessimus. B. Prorsus inq̄ nihil valeret. P. Non est igit̄ aliquid qd̄ summo huic bono vel velit vel possit obsistere. B. Non inq̄ arbitror. P. Est igit̄ summū bonum inq̄t quod regat cuncta fortiter suauiterq̄ disponit. B. Tum ego q̄ inq̄ me nō modo ea que cōclusa summa rationū: verū multo magis hec ipsa quibus uteris verba delectant: ut tan̄ tādē aliquando stultitiā magna lacerantē sui pudeat. P. Accepisti inquit in fabulis lacessentes celū gigantes: sed illos quoq̄ vti condignū fuit benigna fortitudo disposuit.

¶ Quid si conetur ait num tandem. Hic ostendit phia q̄ deus regit oīa fortiter: quia nihil est quod possit sibi resistere. Secūdo cōfirmat hoc p̄ quandā fabulam. ibi accepisti. Primo dicit. Si quid conet̄ resistere deo. nūquid aliquid proficiet aduersus eū. quē cōcessimus esse potentissimū in re beatitudinis. id est ex eo q̄ est beatitudo. dicit Boetius. Prorsus nihil valeret supple resistere. Igit̄ dicit phia. nō est aliquid quod huic summo bono vel velit vel possit obsistere. Dicit boetius. Nō arbitror. Ideo dicit philosophia summū bonū est quod regit cūcta fortiter suauiterq̄ dispo-nit. dicit Boetius q̄. i. q̄tum. me ex summā rationū que modo cōclusa est nō modo. i. nō tantūmodo me delectat. verū pro sed hec ipsa verba quib⁹ uteris multomagis delectant me. ita ut stulticiā. id est me stultū lacerantē. i. male reprehendentē. magna. s. que tangūt diuinā gubernatiōem pudeat sui. Tūc confirmat p̄ fabulā q̄ nihil potest resistere deo que talis est. Gigantes volētes expellere deos de celo posuerūt montē sup̄ montē ut ascenderēt quod videns iupiter ipsos fulmine deiecit ⁊ montib⁹ depressit. ⁊ hec in secundo metamorphoseos. Unde dicit. O boeti accepisti. id ē didicisti in fabulis gigantes lacessentes. id est lacerare volētes celum. sed fortitudo benigna. s. dei illos disposuit ⁊ deposuit vti condignū fuit. ¶ Nota philosophia hic alludit verbis sacre scripture que dicit. Attingit ergo a fine vsq̄ ad finem fortiter et disponit omnia suauiter: ideo dicit boetius se non tantum delectari in istis rationibus quantum in suis verbis.

Sed visne rationes ipsas inuicē collidamus: forsitan ex huiusmodi cōflictatione pulchra quedā veritatis scintilla dissiliat. B. Tuo inq̄ arbitratu. P. deū inquit esse omnipotentē nemo dubitauerit. B. Qui quidē inq̄ mente consistat: nullus prorsus ambigat. P. Qui vero ē inquit omnipotēs: nihil est quod ille nō possit. B. Nihil inq̄. P. Num igit̄ deus facere malū potest? B. Minime inq̄. P. Malum igit̄ inquit nihil est cum id facere ille non possit: qui nihil nō potest. B.

¶ Sed visne ratiōes ipsas inuicem. Hic philosophia concludit ex dictis q̄ malū nihil sit. Et primo petit assensum boetij. d. Uisne ipsas ratiōes. id est propositiōes ratiōe p̄batas. inuicē collidamus. id est cōponamus forsitan ex cōflictatione hui⁹ dissiliat. id est procedet. quedā pulchra scintilla veritatis. Et dicit Boe. fiat inq̄ tuo arbitratu. i. tua voluntate. Tunc ponit̄ propositionē manifestā dicēs. Ne-mo dubitauerit deū esse omnipotentē. Dicit boeti⁹ Null⁹ prorsus ambigit. qui mēte consistat. id est qui sane mētis ē. Tunc assumit aliā propositionē dicens. qui vero est omnipotēs. nihil est quod ille nō possit. dicit boetius nihil inq̄. Tunc ponit aliam propositionē deus non potest facere malū. dicit boe. minime. igit̄ concludit phia. malū nihil ē. cum illud facere nō possit. ille qui nihil nō potest facere. id est omnia facere. ¶ Notandū sicut deus est causa efficiens omniū ita ē finis omniū. vnde quicqd fit ab eo ordinatur ad ipm̄ tanq̄ ad finē. si ergo deus faceret malū ordinaretur ad ipm̄ tanq̄ ad finē. ⁊ cum ipse sit bonū malū ordinaret̄ ad bonū ergo deus nō potest facere malū tanq̄ aliquid per se intentū. Et sic ergo conclusio qua philosophia infert q̄ malum nihil est ratio cōclusionis est. deus potest facere omne quod est cū sit omnipotēs. sed deus nō potest facere malū. ergo malū nihil est. Et si dicerē si malū nihil est cur homo damnat̄ pro malo: dānabitur pro nihilo. Dicendū q̄ malum dicit defectū boni nō negatiue sed priuatiue. ⁊ ideo malum est defectū boni quod debz habere. ⁊ quia in potestate hominis est illud habere. ⁊ si nō habet illud bonū quod debet habere. ideo damnat̄ ⁊ ponit̄ exemplū. Aliquis tenet̄ soluere centū libras. ⁊ si nō soluat incarcerabit̄. certū est q̄ nō soluere nō est aliquid sed nihil. nō tamē simplr dicitur aliquis incarcerari pro nihilo sed ideo quia nihil erat quod debuit aliquid esse.

Ludis ne inq̄ me inextricabilem laborintum rationibus texens: quo nec quidē qua egrediaris introeas: nūc vero quo introieris egrediare. Admirabilem quendā diuine simplicitatis orbem cōplicas. Etenī pauloante a beatitudine incipiens eam summū bonū esse dicebas quam in summo deo sitam loquebare. Ipm̄ quoq̄ deum summū esse bonū plenāq̄ beatitudinē disserebas. ex quo neminē beatū fore nisi qui pariter deus esset quasi munusculum dabas. Rursus ipsam boni formā dei ac beatitudinis loquebaris esse substantiam. Ipsumq̄ vnū idipsum esse bonum dicebas qd̄ ab omni rerum natura peteret̄. Deum quoq̄ bonitatis gubernaculis vniuersitatē regere disputabas volentiaq̄ cuncta parere illi: nec vllam mali esse naturam. Atq̄ hec nullis extrinsecus sumptis: sed altero ex altero fidem trahente insitis domesticisq̄ probationibus explicabas. P.

¶ Ludisne inquit me. Hic boetius mouet questionē philosophie. secundo phia soluit ibi. Tum illa. Prio Boeti⁹ admirās de cōnexione ⁊ conuolutiōe rationū quib⁹ philosophia vsa est querit vtrū ista cōnexio rationū sit ex delusione phie vel proueniat ex natura rei. ⁊ breuiter illas rōnes recolligit ⁊ dicit. O phia ludis. i. deludis ne me. texens. i. formans laborintū. i. laborē difficilē in rōnibus faciēdo rationes circulares. quo. s. laborinto egrediaris ex pte qua introeas ⁊ egrediare eo loco quo introieris. tu complicas quēdam orbē admirabilē diuine simplicitatis. i. facis mirabilē circulationē rōnis inde diuina simplicitate. ⁊ tūc breuiter recolligit rōes. o tu paulo ante incipiēs a btitudine dicebas eā eē summū bonū quā beatitudinē tu loq̄bare eē sitā in summo deo. ⁊ disserebas deū eē summū bonū et plenā btitudinē. ex quo dabas. i. īferebas. quasi munusculū. i. corolariū neminē fore btm̄ nisi eēt deus. rursuz tu loquebaris formā boni eē substātiā dei ⁊ btitudis. ⁊ dicebas ipm̄ vnū esse idipm̄ qd̄ bonū. ⁊ illd̄ bonū dicebas eē qd̄ peteret̄ ab oī natura rerū ⁊ tu disputabas. i. disputādo probabas deū regere vniuersitatē gubernaculis bonitatis ⁊ cūcta volentia

parere. s. obedire deo. nec vllā esse naturā mali. & hec eiā ex plicabas nullis rōnib⁹ sumptis extrinsecus. i. nō accipiendo p̄ncipia extrinseca. sed insitis. i. intrinsecis & domesticis id est proprijs. & conuenientibus probatiōibus rei de qua agebat altero assumpto trahente fidē. i. certitudinē ex altero. ¶ Nota laborintus dicebat domus dedali quā cū aliquis intendebat intrare exiuit. & secundo intrauit. & cōsueuit depingi circularibus protractiōibus. & trāsumit hic ad designādū circulatiōes & reuolutiōes rōnū. ¶ Nota q̄ circūuolutio. & cōnexio rōnū qbus phia vsa est nō est sic circularis q̄ vna & eadē ppositio sit principiū & cōclusio respectu eiusdē. q: sic nō ptingit demōstrare circulo. ut pz p̄ria posteriorū. sz dicitur cōnexio circularis q: rōes ex inuicē depēdent. ita q̄ propositio cōclusa in vna sit principiū alteri⁹ cōclusionis in alia. nec propter istas diuersas cōclusiones est aliqua diuersitas in deo. sed omnia sunt idē simpliciter.

Tum illa minime inqt ludimus rēqz oīm maximā dei mūere: quē dudū deprecabamur: exegimus. ea ē.n. diuinę forma substātię: ut neqz in externa dilabat: nec in se externū aliqd ipsa suscipiat. Sz sicut de ea parmenides ait. oēz tu circulo adducis spōte multitudinē. i. rez: orbem mobilē rotat se imobilē ipsa cōseruat. Qd si rōnes quoqz nō extra petitas: sed intra rei quam tractabamus ambitū collocatas agitauimus: nihil est qd admirere: cū platone sanciente didiceris: cognatos de quibus loquūtur rebus oportere esse sermones.

¶ Tum illa minime inqt. Hic phia ridet boetio ad questionē & dicit. Minime ludimus. sed nos exegimus: i. pfecimus munere dei quē dudum deprecabamur rem maximā oim rez. ea. n. i. talis est forma. i. dispositio diuinę substātię. ut neqz in externa. i. in exteriora. dilabat. i. cadat nec suscipiat aliquid externū. i. extrinsecū in se. quod probat auctoritate parmenidis. quā p̄io ponit in greco deinde sensum eius subiūgit in latino. o. Sed sicut parmenides de ea ait. s. substātia diuina. q̄ diuina substātia rez orbē mobilē rotat id est mutat res circulatiōe generationis & corruptionis. & mutando res ipsa nō mutat sed se immobilē cōseruat. O boeti si nos agitauimus. i. cōmouim⁹ ratiōes non extra. i. non ab extrinseco petitas. i. sumptas: sed collatas intra rei ambitū. quā rem tractabamus. Nihil est q̄ de hoc admirere. id est admireris. cū id est ex quo tu didiceris: Platone sanciente. i. confirmāte. sermones oportere esse cognatos. i. proprios cōuenientes rebus. de quib⁹ sup. reb⁹ loquūtur. ¶ Nota q̄ sermones accipiēdi sunt sm materiā subiectā. quia certitudo nō est simpliciter querēda tātidibus ex primo ethi. vbi dicit q̄ disciplinati est tantū inqrere certitudinē sm vnūquodqz genus p̄ntum natura rei patit. Cū igitur deus sic regat omnia preter hoc q̄ cōmisceat cum eis ex li. de causis. sermones de diuina substantia accipiendi sunt sm intranea diuinę substantię & non sm extranea cum nō cōmisceatur cum eis.

Metrum duodecimum huius tertij libri.

Felix qui potuit boni
Fontem visere lucidum.
Felix qui potuit grauis
Terrę soluere vincula.

Metrū. ix. tertij libri.

Felix q potuit. &c. Istud est duodecimū metrū & vltimū huius tertij quod dicit gliconicū. ab inuentore. coriambicū a pede predñante. Primo eni ponitur spōdeus. dicendo felix. secūdo coriambus dicēdo q potuit. tertio pirrichius vel trocheus. in quo metro phia p⁹qz ostendit que sit vera beatitudo & vbi sit sita. hortat nunc ad pseuerandū in contēplatione illius beatitudinis. & primo ponit illū esse felicez qui relictis terrenis vacat diuinę contēplationi. secūdo ondit quid hmōi cōtemplationē impediat. tertio illd impedimentū vitare docet. scōa ibi. Quondā. tertia ibi. Vos hec fabula. primo dicit. Felix supple est q potuit visere. i. desiderabilr videre. lucidū fontē boni. i. deū qui est fons oīs boni. & felix est q potuit soluere vincula. i. affectiōes. grauis terrę. i. terrenoz q̄ sua grauitate trahunt hoiem deorsum. ¶ Notandū q̄ felix est q speculatur fontē boni & qui contēnit delectatiōes terrenas. vn̄ i libro de pomo & morte arist. scribit. Beata est aīa q̄ nō est infecta prauis opibus hui⁹ mūdi. & intellexit suū creatorē. ipsa est que reuertet in locū suū in delicijs magnis. ve aūt aīę que nō hz posse redeūdi ad patriā suā. turpia eni opa & delectationes corporales impediūt ascensum eius sursum.

Quondam funera coniugis
Vates threicius gemens:
Postqz flebilibus modis
Siluas currere: mobiles
Amnes stare coegerat:
Iunxitqz intrepidum latus
Seuis cerua leonibus:
Nec visum timuit lepus:
Iam cantu placidum canem:
Cum flagrantior intima
Feruor pectoris vreret:
Nec qui cuncta subegerant:
Mulcerent dominum modi:
Immites superos querens:
Infernas adijt domos.
Illic blanda sonantibus
Chordis carmina temperans
Quicquid precipuis dee
Matris fontibus hauserat.
Quod luctus dabat impotens:
Quod luctum geminans amor:
Deflet: tenera commouens.
Et dulci veniam prece
Vmbrarum dominos rogat.

¶ Quondā funera cō. Hic ondit qd ipediat cōtēplationē diuinoz q est effect⁹ terrenoz. qd declarat p q̄ndā fabulā. q talis ē. Orphe⁹ fili⁹ calliope fuit cytarista. q tāta dulcedine cytharē resonabat q̄ nō tantū hoies: sed etiā bruta alliceret: & intantū ea demulsit q̄ ipi⁹ suos naturales dimittebāt. siluas currere fluia stare fecit. hic habuit vxorē dictā euridicē quā cū pastor ariste⁹ adamaret vellet ipa fugiēs p̄ pta calcato q̄dā spēte interijt & ad iferos descēdit. quā orphe⁹ volens ab iferis reducere deos supnos sua cithara placare cepit. sed cū nō pficeret ad iferū descēdit. & intātū deos iferales deliniuit. q̄ cōcessa ē ei vxor tali cōditiōe vt qz exiret iferū nō flecteret retro aspectū vxorē respiciēdo. cū aūt iā ppe exiuisset orphe⁹ amore allect⁹ retrospexit & sic vxorē pdidit. Circa illā fabulā sic pcedit. p̄io ondit quō orphe⁹ ad iferos descēdēs p vxore rogauit. scōo quō mōstra iferni placauit. tertio ondit quō vxor ei pcessa fuit & eā pdidit. scōa ibi. Stupet. tertia ibi tādē dic p̄io. Vates threici⁹. i. orphe⁹ de thracia p̄uincia oriūd⁹. dict⁹ vates. i. sapiēs a multis. illę quōdā gemēs. i. deplorās funera. i. mortē piugis p⁹qz coegerat amnes. i. fluuios stare. siluas currere mobiles p⁹ipz flebilib⁹ modis. i. modulatiōib⁹ cithare. qs flēdo formauit. & p⁹qz cerua iūxit itrepidū lat⁹ seuis leonib⁹. q: cerua īcedebat secūdo modulatōes orphei. nec lep⁹ timuit canē visuz iā placidū. i. placatū cātu. i. sono cithare. q: lep⁹ & canis sīl stabāt ipm. Cū āt feruor. i. amor flagrātior. i. ardētior vreret. itima. i. interiora pectoris orphei & cū mōi. i. modulatōes. q cū

eta subegerāt.i.subiecerāt ñ mulcerēt.i.ñ placarēt diñ.s.et pbeū.ipse querens supos.i.deos immites.q̄ placari ñ poterāt. adiit domos infernas.i.infernales.illic temperās blanda carmina sonantibus cordis.i.ipse defles.i.flebiliter decantat in cythara quicquid hauserat ex precipuis fontib⁹ matris.s.calliopes.t ipse defles qd̄ luctus impotens qui facit hominem impotentem.sibi dabat.idest concessit. t defleuit illud quod dabat sibi amor geminans luctū. quomodo cōmouens.trenera.i.inferna.t rogat dominos vmbraꝝ idest infernales. dulci prece veniam.idest relaxationē sue vxoris. ℂ Nota sm Aristo.i.meth. t cōmentatorem .3. celi t mundi non omnes accipiunt veritatem per eundem modum.tum ꝑpter diuersam consuetudinem.tum ꝑpter diuersam naturam.tum ꝑpter paucitatem instructionis in logica. Unde quidam recipiunt veritatem per modum demonstrationis.quidam per modum auctoritatū. quidā per modum fabularum. vt ergo phia talibus satisfaciat aliquando demonstrationibus aliquādo auctoritatibus vel aliquādo fabulas interserit sicut in ꝓposito. ℂ Notandum q̄ orpheus dicitur vates quia carmen composuit. dicitur autem vates a vi mentis vel a video. ℂ Notandum q̄ trenera dicuntur quasi lamentabilia.a trenos m. qd̄ est lamentatio. Et trenarus in singulari est nomen cuiusdam montis in quo dicitur esse via ad infernum. in plurali trenera significat loca infernalia.sicut dicit Hug. Cōmuniter autem inuenitur hoc nomen scriptum sine.r. in pma syllaba. dicitur tenera vel tenerus. sicut i doctrinali. Trenerus infernus.tamen Hug. scribit tm̄ per.r. vt trenerus t trenera. Unde forsan ex vitio scriptorum quis subtrahit.r.

Stupet tergeminus nouo
Captus carmine ianitor.
Que sontes agitant metu:
Ultrices scelerum dee
Iam meste lachrymis madent.
Non ixionium caput
Uelox precipitat rota.
Et longa siti perditus
Spernit flumina tantalus.
Uultur dum satur est modis:
Non traxit Ticij iecur.

ℂ Stupet tergeminus nouo. Hic ostendit quō orpheus monstra inferni placauit dicens. Ianitor inferni qui dicit cerberus quasi vorator carnium:ille tergeminus.i. habēs tria capita canina.captus fuit nouo carmine.i. melodia prius inaudita.t stupet.i.admirat.tunc ondit quō alia monstra placauit dicens q̄ tres furie infernales Thesiphone Alecto. Megera que sunt vltrices scelerū inferentes metum peccatoribus ille lachrymabant ꝑpter dulcedinē cytharē. Unde dicit dee.i.furie tres vltrices scelerum.i peccatorū. que dee agitant.i. vexant.sontes.i peccatores.metu.i.timore iam meste madent.i.fluunt lachrymis. Tunc tangit remissionem pene quorundam in inferno t pmo Ixionis. Ubi sciendum q̄ Ixion voluit concubere cū Iunone. Cum aūt Juno interponeret nubem:Ixion proiecit semen in nubem ex quo nati sunt centauri.ipse aūt adiudicatus inferno continue voluitur in rota.que rota stetit orpheo modulante. vnde dicit. Uelox rota non precipitat.i. non deicit:caput ixioniū.i.ixionis sup. orpheo canente. Tunc tangit remissionem pene tantali. ℂ Ubi sciendū q̄ tantalus dicit lacerasse ꝓprium filium dans eum diis ad comedendum pro quo dānatus fuit. Dicit autem in inferno habere aquā vsq ad mentum:t poma pendentia ante os t tamen deficere siti t fame.cum enim vult sumere aquā vel pomum fugiunt ab eo.ille tantalus spreuit flumina. orpheo canente. vnde dicit tantalus pditus.i.cōsumptus longa.i. magna siti. spreuit flumina. Tunc ostendit remissionem pene. Ticij. Unde sciendum q̄ Ticius voluit concubere cum latona matre apollinis quē apollo interfecit t in infernū relegauit cuius iecur vultur deuorat. Orpheo autē canente vultur cessauit laniare iecur eius. vnde dicit: dum vultur est satur. modis idest modulationibus orphei non traxit.i. non laniauit iecur ticij.

Tandem vincimur:arbiter
Umbrarum miserans ait.
Donemus comitem viro
Emptam carmine coniugem.
Sed lex dona coerceat:
Ne dum tartara liquerit:
Phas sit lumina flectere.
Quis legem det amantibus.
Maior lex amor est sibi.
Heu noctis prope terminos
Orpheus euridicem suam.
Uidit:perdidit:occidit.

ℂ Tandem vincimur arbiter. Hic ostendit quō orpheo vxor sua concessa fuit. t quō eam pdidit dicens. Tandem arbiter.i.iudex vmbrarum ille miserans.i. misericordiam habens ait. nos vincimur. donemus.i. restituamus. viro scꝫ orpheo comitem coniugem emptam.idest comparatam carmine suo. sed lex.i.conditio.coerceat. ista dona. nephas sit sibi deducenti vxorem flectere. lumina.i.oculos respiciē do vxorem. dum liquerit.i. relinquerit tartara. t tunc exclamat dicens. Quis det.i. imponit legē amantibus. q.d. amor non vult coerceri lege. q: amor maior lex est sibi.i. maior amor est lege. Et subdit. Heu ꝓpe terminos noctis.i. inferni. Orpheus euridicem vxorē suā vidit respiciendo t perdidit ab inferis nō deducendo. occidit inferno tergo eam pdidit relinquēdo. ℂ Notandū q̄ apud inferos arbiter.i.iudex dicit adamantus q cogit aīas ad fatendū peccata cōmissa t vnicuiq sm merita sua penam distribuit. Iste adamantus dixit donemus viro coniugē. ℂ Notandū q̄ amor nō pōt lege coerceri. ex intenso amore hō ꝑ dū q̄ plus trāsgredit legē. t amor fortior est ad aliqd īplēdū q̄ lex ad coercendū. iō dicit qs legē det amātib⁹: maior lex est sibi. q.d. ꝑ qd lex dat amātib⁹ cū ꝑ se dura lex sit amare.

Uos hec fabula respicit:
Quicunq in superum diem
Mentem ducere queritis.
Nam qui tartareum in specus
Uictus lumina flexerit.
Quicquid precipuum trahit
Perdit:dum videt inferos.

ℂ Uos hec fabula respicit. Hic phia applicādo fabulam ad ꝓpositū ostēdit nos vitare īpedimētū cōtēplatōis summi boni t dic. O homines quicunq̄ queritis.i. vultis. ducere mentem.i. mentis cōtemplationē. in superꝫ diem.i. in supnā claritatē. hec fabula tā dicta respicit vos. q: ad vestrā informationē inducta. Nā qui victus affectu terrenoꝝ flexerit lumina. idest oculos rōnis t itellectus in tartareū spec⁹.i. i terrena idest que ducūt ad tartareā ꝓfunditatē. Quicqd ꝑcipuū.i. bonū trahit.s. laborādo. illud pdit dū videt inferos.i. dū intendit terrenis.i. tpalib⁹ q̄ sunt infima. ℂ Nota q̄ cupiditas t affectus terrenoꝝ īpedit cōtēplationē sūmi boni. Unde Boetius i tractatu de sūmo bono dic. Inordinata cupiditas multos īpedit a sumo bono. qsdā enī pigritiā seq vid. m⁹ Quosdā.n. delectatōes sensuales. Quosdā.n. desideria auri t argēti exceptis paucis viris honorādis phis q cōtēnūt sensus desideria t sequūt desideria itellect⁹. t ꝑpe finē eiusdem tractatus dicit. Phus maxime delectat in pmo principio in cōtemplatōe sue bonitatis t hec sola est recta delectatio:hec enim est vita phoꝝ sine qua nemo venit vita recta. Et subdit. Phm aūt voco oēs hoīes viuentē ordine na-

ture tendens in alta et finiens vitam acquirit vltimum finem et optimum vite humane qui est deus gloriosus benedictus in secula seculorum.

Explicit liber tertius de consolatione phie.

Incipit liber quartus. Prosa prima.

b Ec cum philosophia dignitate vultus et oris grauitate seruata leniter suauiterque cecinisset. Tum ego nondum penitus insiti meroris oblitus: intentionem dicere adhuc aliquid parantis abrupi. Et o inquam veri preuia luminis: que vsque adhuc tua fudit oratio tum sui speculatione diuina: tum tuis rationibus inuicta patuerunt. Eaque mihi: et si ob iniurie dolorem nuper oblita: non tamen ante hac prorsus ignorata dixisti.

Incipit liber quartus. Prosa prima.

b Ec cum phia dignitate vultus. Hic incipit quartus liber de consolatione phie cuius hec est prosa prima. in quo libro phia assignat causas quare mala concedantur in regno dei: cum olim rex rector bonus existat. s. deus. et probat bonos semper esse potentes et malos impotentes. et sicut vitia numquam sunt sine pena. ita virtutes numquam sunt sine premio. Probat etiam quod omnis fortuna tam prospera quam aduersa bonis est ad profectum. malis autem ad interitum. Etiam probat quod omnia que fiunt a deo recte fiunt et alia plura sicut patebit. Et diuiditur iste liber in 14. partes. quia septem sunt prose et septem metra huius quarti de quibus patebit in processu. Primo ergo ondit Boetius quomodo intentionem phie adhuc parantis plura dicere interrupit proponendo causas sui doloris. Secundo phia promittit sibi perfectam curam. Tertio dat modum curandi ipsum. secunda ibi. Tum illa et esset. tertia ibi. Et quoniam. Et quarto prosequitur intentionem ipsum curando in sequenti prosa. ibi. Tunc ego. Primo ondit quomodo interrupit intentionem phie volentem plura loqui. Secundo probat causas sui doloris secunda ibi. Sed ea ipsa est. Primo dicit. Cum phia cecinisset. i. decantasset hec. s. predicta. seruata leniter. i. delectabiliter. et suauiter. i. dulciter. seruata dignitate. i. reuerentia vultus. s. sui et grauitate oris. i. sermonis sup. sui. Tunc. i. post hec. ego. s. Boetius nondum. i. non adhuc. oblitus. i. immemor. penitus. i. omnino. s. insiti meroris. i. intrinseci doloris. Ego Boetius abrupi. i. interrupi. intentionem. i. propositum phie parantis. i. intendentis. dicere adhuc aliquid. Et inquam. i. dixi. O preuia. i. preambula. veri luminis. i. perfecte cognitionis s. illa que tua oratio. i. tuus sermo. fudit. i. locutus est. huc vsque. i. ad istum librum quartum. patuerunt. i. manifesta fuerunt. inuicta. i. insolubilia. Tum. i. aliquando. diuina speculatione. i. sancta contemplatione. tum. i. aliquando tuis rationibus. i. demonstrationibus. Et ea. i. illa predicta. et si pro quanto oblita mihi nuper idest aliquam determinationem ob dolorem iniurie sup. quam perpessus sum a Theodorico rege gottorum. non tamen dixisti prorsus. i. omnino. hec. s. predicta. ignorata. i. ignota. ante hac idest huc vsque. ¶ Nota quod dignitas est honesta et imperiosa auctoritas. dicitur autem phia habere dignitatem vultus propter sui honestatem. quia secundum Tullium sola sapientia est que meretur honorem. et propter sui auctoritatem que digna est vniuersitate. Etiam phia dicitur esse grauis ore. i. stabili sermone. quia sermonices philosophici firmitate rationum insunt stabiliuntur. ¶ Nota cum phia ondisset quid sit summum bonum et in quo situm sit. et fecisset exhortationem ad illud querendum intendebat ostendere modum quo ad illud peruenitur. sed antequam explerer illam intentionem Boetius velut auidus ad sciendum quedam quorum ignorantia detinebat ipsum in merore. interrupit intentionem phie volentis plura dicere. ¶ Nota quod phia dicitur preuia veri luminis. quia ipsa clarificat animam et trahit eam ab obscuritate ignorantie ad lucem sapientie et ad claritatem intellectus ex libro de pomo Aristo. Vel ideo dicitur preuia veri luminis. quia per ipsam tamquam per viam homo peruenit ad cognitionem veri luminis quod est deus. quia scribitur in libro de pomo quod per phiam homo cognoscit suum creatorem. qui de nihilo fecit omnia. qui est inceptor omnium inceptorum. et omnium principiorum principium. Et ibidem scribitur. oportuit vt phia mitteretur ad instruendum ignorantes. et eos qui non cognouerunt suum creatorem.

Sed ea ipsa est vel maxima nostri causa meroris: quod cum rerum bonus rector existat vel esse omnino mala possint: vel impunita pretereant. Quod solum quanta dignum sit admiratione: profecto considera. At huic aliud maius adiungitur. Nam imperante florenteque nequitia virtutis non solum premijs caret: verumetiam sceleratorum pedibus subiecta calcatur: et in locum facinorum supplicia luit. Que fieri in regno scientis omnia: potentis omnia: sed bona tantummodo volentis dei nemo satis potest nec admirari nec conqueri. P.

¶ Sed ea ipsa est. Hic Boetius proponit causas sui meroris dicens. Sed ea ipsa est causa nostri meroris et maxima causa quod cum rector rerum. s. deus bonus existat vel esse mala omnino possint: vel pretereant impunita quod saltem si nullum aliud inconueniens sequeretur: considera quanta sit dignum admiratione. At pro sed. huic adiungitur. i. additur aliud maius sup. admirandum. Nam pro quia imperante idest precipiente. et florente. i. vigente. nequitia. i. nequitiosis hominibus virtus. i. homo virtuosus. non solum. i. non tantum caret premijs. verumetiam ipsa virtus subiecta. i. subdita. calcatur pedibus. i. potentijs. sceleratorum. i. malorum et ipsa virtus luit. i. patitur supplicia. i. penas in locum facinorosum. i. vitiosorum loco. que. s. predicta fieri. i. permittere in regno. i. in mundo. scientis omnia. s. dei et potentis omnia sed volentis. i. intendentis. tantummodo bona. nemo satis vel admirari nec conqueri potest i. querimonias facere. ¶ Nota quod mala fiunt in mundo patet: quia ratio semper deprecatur ad homines. Cum ergo mali non regantur iudicio recte rationis. sed vincantur passionibus ire et concupiscentie ideo deficiunt a bono. Item superhabundantia et defectus sunt de genere malorum. cum virtus consistat in medio cum igitur in pluribus sit superhabundantia et defectus patet quod mala sunt in mundo. Cum autem omnia dependeant a deo celum et tota natura. et deus essentialiter sit bonus mirabile est quomodo mala esse possunt. vel saltem permaneant impunita. ¶ Nota quod quia boni attingunt finem omnium rerum. s. summum bonum ideo sunt potentes. mali autem quia hoc ipsum attingere non possunt sunt impotentes. Et quia Boetius in primo libro sexta prosa dixit se ignorare quis sit finis omnium rerum. ideo putabat bonos esse impotentes: malos autem potentes. et de hoc Boetius admiratur: vt patet in littera et ista est vna causa sui doloris.

Tum illa et esset inquit infiniti stuporis omnibusque horribilius monstris: sicuti tu estimas in tanti velut patrisfamilias dispositissima domo: vilia vasa colerentur: preciosa sordescerent. Sed non ita est. Nam si ea que paulo ante conclusa sunt: inconuulsa seruantur: ipso de cuius nunc regno loquimur auctore cognosces: semper quidem

potentes bonos esse: malos vero abiectos semper atq; imbecilles: nec sine pena vnq; esse vicia: nec sine premio virtutes bonis semper felicia: malis semper infortunata contingere. Multaq; id genus que sopitis querelis firmate soliditate corroborent.

Tum illa rc. Hic phia promittit. B. pfectam curam q̃ consulit in ptractatione huius materie. o. O Boeti r esset infiniti stuporis. i. admirationis r esset horribilius omnib⁹ monstris. i. deformitatibus si in dispositissima. i. inordinatissima. domo. s. in mūdo. tanti patrisfamilias. s. dei. si ibi colerent. i. honorent. vilia vasa. i. mali hoies. r si preciosa vasa. i. boni hoies sordescerent. i. vilescerent: sic tu estimas sed non est ita. Nam si ea que pauloante conclusa sunt. seruantur. inconuulsa. i. integra in sui veritate. tu auctore. i. doctore. ipso deo. de cui⁹ regno nūc loqmur cognosces. semper bonos esse potentes: malos vero ipotentes nec vnq; vicia esse sine pena: nec sine pmio ee virtutes. r cognosces bonis semp ptingere felicia. r malis infortunata. r cognosces multa id genus. i. huius generis. que corroborēt te firma soliditate. i. ptra aduersitatem fortune. querelis tuis sopitis idest remotis. ¶ Notandū sicut postea patebit omnia que fiunt recte a deo fiunt. Cum igitur ordo iusticie requirat vicia puniri: virtutes remunerari. si mali manerēt impuniti r boni irremunerati: r sic peruersus esset ordo in domo dei scz in mundo qđ eēt horribilius omnibus mōstris.

Et qm̄ vere formam btitudinis me dudum monstrante vidisti: quo etiam sita sit agnouisti: decursis oibus que pretermittere necessarium puto: viam tibi que te domum reuehat ostendam. Pennas etiam tue menti qbus se in altum tollere possit affigam: vt perturbatione depulsa sospes in patriam meo ductu: mea semita: meis etiam vehiculis reuertaris.

V Ela naricij ducis. Istud est metrū tertium huius quarti qd dicif gliconicū ab inuentore. coriambicum a pede pdn̄ante in quo pbia ostēdit transformationē hoiu3 in bestias per quādam fabulā. scdo ondit transformationē mentis per vitia esse peiorem transformatione corporis. ibi. O leuem. fabula quā intendit ē de transformatione socio4 vlixis. ꝛ est talis. Ulixes post bellum troianum. cum redeundo ad pp̄a diu errasset in mari: peruenit in quandā insulam quā inhabitabat quedam dea noie Circe: filia solis que per gramina ꝛ pociones consueuit hospites suos mutare in diuersas bestias: que etiā3 socios vlixis qui ad ipsā3 peruenerāt per suas potōes mutauit. sed mercurius dedit vlixi album florem p quē mutauit transformationē ꝛ potionē veneficam. Quis autē3 socij sui essent mutati in bestias q̄tum ad figuram corporis: tn̄ remansit in eis mens integra exclusa oīni bestiali feuicia. Unde dicif in littera. Eurus ventus talis: appulit vela ducis naricij. i. vlixis qui denominatur naritius a loco vl a regione de qua oriūdus erat: ꝛ appulit vagas rates. idest naues pelago. i. mari eiusdē3 insule. qua. i. in qua insula residens pulchra dea. Circe edita. i. genita ex semine solis. illa miscet nouis hospitib9. i. socijs. Ulixis pocula tacta carmine. i. incantatione. quos s. hospites. vt. i. postq̄. man9 Circe herbipotens. i. potens herba4. vertit. i. mutauit socios vlixis in varios modos. i. in varias figuras bestia4 Hunc. i. vnum illo4 tegit facies apri. ille. i. alius marmaricus leo. i. affricanus leo factus. crescit dente ꝛ vnguibus. Hic. i. alius nup lupis additus. i. ꝯiunctus dū parat flere pp̄ter suā transformationē ipse vlulat. Ille. i. alius obābulat. i. circuit tecta. i. dom9. mitis vt indica tigris. i. indie. ℄ Sed licet numen. i. deitas. arcadis. i. mercurij. q colif in arcadia qui dicif ales. eo q fingif habere alas ī pedibus ad designandū velocitatem sui motus. Ille mercurius miserans ducem. i. vlixem obsitum. i. circūdatum varijs malis. ipse soluerit. i. liberauerit eum a peste hospitis. s. circe. tn̄ remiges. i. socij vlixis. iam traxerant. i. biberant. mala pocula ore. ꝛ iam sues effecti. verterant. i. mutauerant pabula cerealia. i. nutrimēta panis est cibus hoiu3 glande. i. in glandes. qui est cibus suis. ꝛ nihil manet integrum. s. de figura humana. ipsis pditis. i. mutatis. voce ꝛ corpore. sola aūt mens stabilis manens gemit supra monstra. i. supra transformationē corporis quā patif. ℄ Notandū q transformatio hois in bestiam remanente aia rōnali nō est possibilis sm̄ rem. q2 si esset possibilis. vel esset possibilis sm̄ transmutationē substantialem vel accidentalem. nō sm̄ substantialem q2 per talem introducif noua forma substātialis. ꝛ sic due forme substantiales specifice differentes. vt forma lupi ꝛ hois simul informarent idem corpus qd falsum est. nec est possibilis sm̄ accidentia pp̄a que disponāt materiam ad determinatā formā. q2 impossibile est materiam sm̄ vnam ꝛ eandem dispositionē pportionari diuersis formis. Un̄ olo est impossibile aiam intellectiuā vniri materie disposite ad formā lupi. ergo transmutatio de qua hic loquif si est possibilis erit solū sm̄ accidentia indiuidui prouenientia ab exteriorib9 causis quēadmodū videf cōtigisse de rege Nabuchodonosor: de quo legif in Daniele. q

ex hois⁹ electus est ⁊ fenū comedit vt bos. ⁊ rore celi corpus eius infectum est: donec capilli eius crescerent in similitudinem aquilaꝝ. ⁊ vngues eius quasi vngues auium. ⁊ quia transmutatio ſm talia accidētia dicit ab expressa representatione spēi humane propter deformitatē figure. Ideo vt sic pōt dici transmutationē esse factā in bestiā aīa remanente. Alij dicunt ꝙ huiōi transmutatio non sit possibilis ſm rem: sed ſm quandā apparitionē fantasticā. vñ non videt̄ rōnabile ꝙ Nabuchodonosor transtulerit se ad iumenta comedens fenū nisi ꝙ quadam insania ⁊ apparitione fantastica agitatus seipsū reputabat iumentū aut bestiā: propter qđ a consortio hominū electus cum feris habitabat.

O leuem nimium manum:
Nec potentia gramina:
Membra que valeant licet
Corda vertere non valent.
Intus est hominum vigor,
Arce conditus abdita.
Hec venena potentius
Detrahunt hominem sibi
Dira〈q〉ꝫ penitus meant.
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere seuiunt.

C O leuem nimiū manu. Hic ostēdit transformationē mentis per vitia esse deteriorē trāsformatiōe corporis eo ꝙ mēs nobilior est tanto corpore ⁊ dicit. Ego dico manuꝫ circe. i. potētem. esse nimiū leuem. i. imbecillem. nec dico gramina eius eē potentia que lꝫ valeant vertere mēbra. s. corporis. non tñ valent vertere corda. q: intus est vigor hominū cōditus. i. absconditus. arce abdita. i. in mente abscondita. sed hec dira venena. i. vitia. potentius detrahunt hominē sibi. que venena siue vitia penitus meant. i. ptranseunt ⁊ non nocentia corpori seuiunt. i. seuire faciūt hoīeꝫ vulnere mentis. C Notandū ꝙ q: aīa nobilior ⁊ excellētior corpore transmutatio facta in aīa de virtutibus ad vitia stante corpore humano. ipsa est deterior ꝙ̄ facta transmutatiōe corporis humani in spēm bestie aīa remanente intrāsmutata q: aīa in transmutata dato ꝙ corpus transmutet̄ adhuc hō dicit̄ hō rōne aīe. sed remanente corpore humano ⁊ aīa trāsmutata iam hō non dicit̄ hō nisi equiuoce. ergo trāsmutatio aīe peior est trāsmutatiōe corporis aīa remanēte itrāsmutata.

Prosa quarta libri quarti.

Tum ego fateor inquā nec iniuria dici video vitiosos tametsi humani corporis spēm seruent: in beluas tamē aīoꝝ qualitate mutari. Sed quoꝝ atrox scelerataq; mens bonoꝝ pnicie seuit: idipsū eis licere noluissem. P. Nec licet inquit vti cōuenienti monstrabit̄ loco. Sed tñ si idip̄ tm qđ eis licere creditur auferat̄: magna ex pte sceleratoꝝ hominum pena releuatur.

C Prosa quarta quarti libri.

Tum ego fateor inquā. Ista est quarta prosa huius quarti in qua pncipaliter tria probat. Primo pbat malos esse miseriores qui cupita pficiunt ꝙ̄ si ea non pficerent. Scdo pbat malos esse miseriores si sint impuniti ꝙ̄ si sint puniti. Tertio ostēdit illos esse miseriores qui faciunt iniuriā ꝙ̄ illi qui patiunt̄. scda ibi. Nam hoc quoq;. tertia ibi. Nam ne illud. Primo Boetius consentiens pdictis facit quoddā notū. ⁊ phia sibi rndet. scdo phia psequit̄ principale intentū. ibi. Etenim. Primo dic. Tum ego Boetius finito carmine inquā. i. dixi. ego fateor idest cōcedo veꝝ esse qđ verū est. nec iniuria. i. nō iniuste video dici vitiosos mutari in beluas. i. bestias. qualitate. i. vitio aīoꝝ tam etsi pro certo. seruent spēm humani corporis. Tunc Boetius faciens notū dicens. Sed eis quoꝝ mens atrox. i. crudelis seuit pnicie bonoꝝ. idipsum noluissem eis licere. s. vt seuiāt mali in bonos. Rndet phia nec licet inquit vti monstrabit̄ cōuenienti loco: tñ si idipsuꝫ qđ creditur eis licere. hoc auferat̄ a malis. releuatur pena sceleratoꝝ hominū ex magna parte. C Notandū licet credatur malis licere ꝙ seuiant ɔtra bonos nō tñ in rei veritate licꝫ q: in sexta prosa huius quarti ostēdit phia ꝙ nihil licꝫ mal̄ contra bonos nisi quantuꝫ pmittit̄ ex ordinatione diuine prouidentie ad vtilitatem bonorum.

Etenim qđ incredibile forte cuiq; videat̄: infeliciores esse necesse est malos cū cupita pfecerint: ꝙ̄ si ea que cupiūt implere nō possint Nam si miseꝝ est voluisse praua: potuisse miserius est: sine quo voluntatis misere langueret effectus.

C Etenim qđ incredibile. Hic phia psequit̄ pncipale intentum. pbando ꝙ improbi sint miseriores qui cupita pficiunt ꝙ̄ qui pficere non possint. scdo ostēdit ꝙ in hac vita nihil est diuturnū in cōparatione ad vitā eternā. tertio ponit admirationem Boetij sup quodam. scda ibi. Neq; .n. tertia ibi. Tum ego. Primo dicit. Necesse est malos esse infeliciores. i. miseriores cuꝫ pfecerint cupita ꝙ̄ si nō possint implere quod forte videat̄ cuiq;. i. alicui incredibile. cuius probatio est. Nam si miseꝝ est voluisse praua miserius est potuisse. sine quo. s. posse. langueret. i. deficeret. effectus miserę voluntatis.

Itaq; cum sua singulis miseria sit triplici infortunio necesse est vt vrgeant̄: quos videas scelus velle posse pficere. B. Accedo inquā. sed vti hoc infortunio cito careant patrandi sceleris possibilitate deserti vehementer exopto. P. Carebunt inquit ocius ꝙ̄ vel tu forsitan velis: vel illi sese estiment esse cariturōs.

C Itaq; cū singulis tribus. s. volūtati potentię ⁊ effectui. sit sua miseria: necesse est vt illi vrgeant̄ triplici infortunio. idest malo quos videas scelus velle: scelus posse. scelus pficere. dicit Boetius accedo inquā. i. ɔsentio. sꝫ ego vehementer. exopto vt mali deserti possibilitate patrandi sceleris cito careant hoc infortunio. ⁊ dicit phia. Carebunt inqt ocius idest citi⁹ ꝙ̄ tu forsitan velis. i. velle doleas. vel ꝙ̄ illi estiment sese. i. seipsos cariturōs. C Notanduꝫ ꝙ phia dicit ꝙ posse malum sit peius ꝙ̄ velle malū. hoc videt̄ falsum q: posse peccare non est malū: sed velle peccare. Unde ſm Senecam. Omne peccatū in actione est. ⁊ omnis actio est volūtaria. ergo omne pctm̄ est voluntariū. pro tanto etiam dic̄ Aug. Tolle voluntatē ⁊ infernus non erit. ergo peius est velle malum ꝙ̄ posse malum. cuius ɔtrariū hic dicit. Ad hoc dicendū ꝙ si posse ⁊ velle ſm se ⁊ absolute ɔsiderent̄. tūc peius est velle malū ꝙ̄ posse malū. Si aūt accipit̄ posse vt sequens malam voluntatē ⁊ subseruiens eidem. vt voluntas mala pficiat̄ in exteriori ope sic peius est posse ꝙ̄ velle. q: sine tali posse langueret voluntatis effectus. i. non perficeret̄ opus eius extra. sicut aūt dicto modo peius ē posse malū ꝙ̄ velle. sic peius est pficere malū ꝙ̄ posse. ita ꝙ vnūquodq; istoꝝ trium. velle posse pficere aliquid mali addit supra precedens.

Neq; enim est aliquid ī tam breuibus vite metis ita serum qđ expectare longū imortalis presertim animus putet: quoꝝ magna spes et excelsa facinoꝝ machina repentino atq; insperato sępe fine destruit̄. qđ qdem illis miserię modum statuit. Nam si neqtia miseros facit: miserior sit necesse est diuturnior neqꝫ. Quos infelicissimos esse iudicarē si nō coꝝ malitiā

saltē mors extrema finiret. Etenim si de prauitatis infortunio vera conclusimus: infinitā liquet esse miseriam: quā constat eē eternā. B.

¶ Neq3 enim est aliqd. Hic phia q2 Boetius optauit malos citius carere potentia patrandi sceleris: pbat q in hac vita nihil est diuturnū vel duratiuū in cōparatione ad ppetuā vitam dicēns. Neq3 enim est aliqd serū .i. tardū vel durabile. in tam breuibus metis .i. terminis pñtis vite quod imortalis animus putet per longū tēpus expectare .i. manere. quoꝝ maloꝝ magna spes quā habent de longanimitate vite ꝯ excelsa machina .i. magna potentia facinoꝝ sepe destruit fine .i. morte fine inquā insperato ꝯ repentino. qd scʒ finiri morte statuit ipsis malis modū .i. terminū sue miserie. qd pbat per hoc. Nā si nequitia facit miseros vtiq3 ex dictis. necesse est vt diuturnior necē sit miserior. ꝙs malos iudicarem infelicissimos. si non extrema mors eoꝝ maliciam finiret. Si enim ꝯclusimus vera de infortunio prauitatis qd infortuniū .i. malum tanto est maius quāto est diuturnius liquet miseriam eoꝝ esse infinitā: quā constat eē eternam. Esset aūt miseria maloꝝ eterna si morte non finiretur. ¶ Notandū q de oppositis opposito modo iudicandum est. cum oppositoꝝ opposite sint cause. Sicut ergo in bonis illud qd est diuturnius est melius. sic ī malis quod diuturnius est peius. Cum igit malicia facit miseros malos: infinita esset eoꝝ miseria si perpetuo pdurarēt in vita. sed q2 mors terminat eoꝝ maliciam ideo eoꝝ miseriam ꝯ infelicitatem diminuit.

Tum ego mira qdem inquā ꝯ concessu difficilis illatio: sed his eam que prius ꝯcessa sūt nimium ꝯuenire cognosco. P. Recte inquit estimas: sed qui conclusioni accedere durum putat equū est: vel falsum aliqd precessisse demonstret. vel collationē ppositionū non eē efficacem necessarie ꝯclusionis ostēdat. alioqn ꝯcessis precedentibus nihil prorsus est qd de illatione causetur.

¶ Tum ego. Hic phia ponit admirationē Boetii sup deductione phie. d. O phia mira est illatio tua. ꝯ ꝯcessu .i. ad concedendū difficilis. quia pbat miseriā maloꝝ diminui p mortem. sed cognosco eā nimiū ꝯuenire his que ꝯcessa sunt prius. dicit phia. recte inquā estimas .s. q pdicte illationi difficile credit. sed q dur꜄ .i. difficile putat accedere ꝯclusioni ipsā ꝯcedēdo. equū est vt ipse demōstret aliqd falsum pcessisse in pmissis. vel ostēdat collationē ppositionū necessarie ꝯclusionis non esse efficacē. alioqn ꝯcessis pcedentib' nihil ē qd causet .i. cōqueraf de illatōe. Vn necessariū est eā ꝯcedē quātūcūq3 videaf dur꜄. ¶ Notandum q si nō ꝯsentit conclusioni. hoc est vel ppter pctm̄ in materia: vel ppter peccatum in forma. ppter pctm̄ in materia: vt si aliqua pmissaꝝ sit falsa. ppter pctm̄ in forma: vt si non sit debita connexio ppositionū respectu ꝯclusionis incidēte aliq̄ fallacia Si autem nihil istorum accidit necessario sequitur conclusio ex premissis.

Nam hoc quoq3 qd dicā nō minus mirū videaf: sed ex his que sumpta sunt eque ē necessariū. B. Quid nā inquā: P. feliciores inqt esse iprobos suppliciis luentes ꝙ si eos nulla iusticie pena coerceat. Neq3 id nunc molior qd cuiuis veniat in mentē corrigi vltiōe prauos mores: ꝯ ad rectū supplicii terrore deduci Ceteris quoq3 exemplū esse fugiendi culpanda: sed alio quodā mō iseliciores esse iprobos arbitror impunitos tāetsi nulla rō correctiōis: nullus respectus hēaf exempli. B. Et qs erit inquā preter hos alius modus: P.

¶ Nam hoc q3 qd dicam. Hic phia pbat malos esse miseriores si non puniant ꝙ si puniant. scdo soluit quoddā dubiū. tertio ponit quēdam epilogū pdictoꝝ. scda ibi. Sz queso. tertia ibi. Jd vo hactenus. Primo pmittit ꝯclusionem quā pbare intendat excludendo quosdā modos pbationis qbus ꝯclusio pbari posset. scdo ponit aliū modū pbationis ab istis. ibi. Et illa. Primo dicit: Hoc q3 dicam non minus videaf mirū. sed eque necessariū videaf ꝯcludi ex his que sumpta sunt ꝯ querit Boetius. Quid nā est h dicit phia. Ego dico improbos esse feliciores luentes supplicia ꝙ si nulla pena iusticie eos coherceat .i. puniat. sed ego non molior .i. non intendo nunc q aliqū veniat ī mentem p. auos mores .i. hoīes prauis moribus cōtra eū pena ... corrigi vltione .i. pena ꝯ terrore supplicii ipsos deduci ad rectū ꝯ nō intendo ceteris hoibus penam maloꝝ esse exemplū fugiēdi culpanda .i. mala. Sed preter istas causas cā est alia a pdictis qua arbitror iprobos esse feliciores punitos tametsi pro eis ... nulla rō correctiōis ꝯ nullus respectus exēpli hēatur. ꝯ querit Boetius. Quis erit preter hos alius modus. ¶ Nota q due sunt cause ppter quas videf melius malos esse punitos ꝙ ipunitos vna q2 p penas mali corrigūt. ꝯ resipiscūt a malo. Scda cā: q2 alii timore pene malorū declinant a malo ꝯ sic pena maloꝝ est exemplū aliis fugiendi malū. lʒ iste due cause sint vere tñ phia de eis nō intendit. sed vult assignare aliam cām pter istas.

Et illa bonos inqt esse felices malos vo miseros nōne ꝯcessimus: B. Ita est inq̄. P. Si igitur inqt miserie cuiuspiā bonū aliqd addatur: nōne felicior est eo cuius pura ac solitaria sine cuiusq̄ boni āmixtione miseria est: B. Sic inq̄ videf. P. Quid si eidē misero q cunctis careat bonis: preterea qbus miser est malū aliud fuerit ānexū: nōne multo infelicior eo cēsendus est cuius ifortuniū boni pticipatiōe releuatur B. Quid ni inquā: P. Habent igitur improbi cum puniuntur quidem boni aliquid annexum: penam ipsam .s. que rōne iusticie bona ē. idemq3 cum supplicio carent eis inest aliquid alterius mali ipsa ipunitas: quā iniquitatis merito malum esse confessus es. B. Negare non possum. P. Multo igitur infeliciores improbi sunt iniusta impunita donati ꝙ iusta vltione puniti.

¶ Et illa. Hic phia ponit aliū modū pter pdictos pbādo malos ipunitos esse miseriores ꝙ punitos. scdo declarat quoddā assumptū in pbatione. ibi. Sed puniri. Primo resumit qd supra pbatū est tertia psa dicens. Nōne ꝯcessimus bonos esse felices malos vo miseros dicit. Boetius ita est inquā. ꝯ phia. Si miserie alicuius addaf aliqd bonū nōne ipse est felicior eo cuius miseria est pura ꝯ solitaria sine admixtione alicuius boni. dicit Boetius. Sic inquā videf. vlterius querit phia. Si eidem misero q cūctis careat bonis aliud malū fuerit ānexum nōne censendus est infelicior eo cuius infortuniū .i. malū releuaf .i. reparatur pticipatione boni. dicit Boetius qd ni inq̄ .i. quare nō. igif dicit phia. improbi .i. mali cū puniunf hñt aliqd boni ānexum scʒ penā. que rōne iusticie bona est ꝯ cū idē iprobi carēt supplicio .i. pena inest eis aliqd alterius mali .s. ipsa ipunitas quā merito .i. iure iniqtatis ꝯfessus es eē malā. dicit Boe. negare non possum. Igif ꝯcludit phia q iprobi multo sunt infeliciores donati .i. additi iniusta ipunitate .i. mala ipunitate. ꝙ puniti iusta vltiōe .i. pena. ¶ Notandum q rō quā phia intendit est ista. Cuiuscūq3 hoīs malicie addif aliqd boni ipse felicior est eo cuius malicie nihil boni additur. sed cum malus homo punitur sue malicie additur aliquid boni .s. pena que rōne iusticie bona est. cū aūt non pu

nitur eius malicie addit aliquid malum. s. impunitas que mala est. ergo malus punitus felicior est malo impunito.

Sed puniri improbos iustum: impunitos vero elabi iniquũ esse manifestũ est. B. quis id neget? P. Sed ne illud quidem ait quisq̃ negabit: bonum esse omne quod iustuz est: cõtraq3 quod iniustũ est malũ liquet esse. b. Tuz ego ista quidem cõsequentia sunt. eis que paulo ante conclusa sunt.

¶ Sed puniri improbos. Hic philosophia declarat quoddam assumptũ in probatione. sc3 q̃ pena maloz sit bona. et q̃ impunitas sit mala dicẽs. Manifestũ est q̃ puniri improbos est iustũ. et iniquos elabi id est euadere impunitos est iniquũ. id est iniustũ. dicit. Boe. Quis neget illud subiungit philosophia. Nãquid illud aliquis negabit omne quod est iustũ esse bonũ. et econtra. id est p contrariũ qd iniustũ est. liquet. id est manifestũ est ipm esse malũ. Ego boe. dixi ista iam dicta cõsequẽtia sunt eis que pauloante cõclusa sunt. ¶ Notandũ q̃ philosophia innuit duplicem rationẽ. Prima talis est: pena maloz est iusta: sed iustuz est bonũ: ergo pena malorũ est bona. Secunda ratio est. impunitas malorũ est iniusta. sed iniustũ est malum: ergo impunitas malorũ est mala.

Sed queso inq̃ te nulla ne animarũ supplicia post defunctũ morte corpus relinquis? p. Et magna quidẽ inquit. quoz alia penali acerbitate: alia vero purgatoria clementia exerceri puto. Sz nũc de his disserere cõsiliũ nõ est.

¶ Sed queso inq̃. Hic boetius soluit dubiũ. Querit enĩ Bo. philosophia queso te inq̃. nunqd nulla animaz supplicia post mortẽ quoz malorũ alia ego puto exerceri. id est puniri penali acerbitate sicut mala damnatorũ. Alia vero puniri purgatoria clementia id est igne purgatorio. sed disserere. id ẽ disputare de his penis que debent animab⁹ p⁹ mortẽ nũc nõ est cõsiliũ. ¶ Notandũ q̃ peccatũ quãdoq3 est tale q̃ p ipm habituat voluntas ad malũ. cuiusmõi est mortale peccatũ. peccantes ergo mortaliter et in tali peccato decedentes puniũtur eterna pena post mortẽ. Nã sm bea. Grego. ad magnã iusticiã iudicantis dei ptinet ut nunq̃ careant supplicio: qui nunq̃ carere volunt peccato. Quãq3 autẽ peccatũ est tale q̃ constat cũ voluntate habituata ad bonũ: sicut est peccatũ veniale: tale nõ punitur eternaliter post mortẽ: sed quia ad iusticiã dei pertinet ut nullũ peccatũ maneat impunitũ. ideo oportet ut homo puniat ad temp⁹ pro peccato veniali. et quia p talem penã aĩa purgat ad receptionem pleni pmij. ideo illa pena dicit pena purgatoria.

Id vero hactenus egimus: ut que indignissima tibi videbatur malorũ potestas: eam nullam esse cognosceres. quosq3 impunitos querebare: videres nunq̃ improbitatis sue carere suppliciis. Licentiã quam cito finiri precabaris: nec longam esse disceres: infeliciorẽq3 fore si diuturnior: infelicissimã vero si esset eterna. Post hec miseriores esse improbos: iniusta impunitate dimissos: quã iusta vltione punitos. Cui sententie consequens est: ut tuz demũ grauioribus suppliciis vrgeant: cum impuniti esse creduntur. b.

¶ Id vero. 7c. Hic philosophia ponit quendã epilogum superiorũ. scdõ ostendit Boe. opinionẽ vulgi esse contrariã opinioni philosophie. ibi. Tum ego. Primo dicit. Id egimus. id est pertractauimus hacten⁹. id est hucusq3. ut potestas malorũ que tibi videbat indignissima: nullã eam esse cognosceres. sicut ostendimus in secunda prosa. et illos malos quos tu querebare impunitos. tu nunq̃ videres carere suppliciis sue improbitatis: sicut ostensum est tertia p. Et nos etiam egimus ut licentiaz seuiendi cõtra bonos quam tu cito precabaris finiri. disceres eam nõ esse longaz et infeliciorẽ esse potentiã ad malum si esset diuturnior: et infelicissimã esse si esset eterna: sicut in illa prosa ostensum est post hec probatũ est eadem psa improbos esse miseriores. dimissos. id est relictos iniusta impunitate: q̃3 punitos iusta vltione. Cui consequẽs est cum creduntur esse impuniti vrgeant grauibus suppliciis. ¶ Notandũ circa predicta cum dicit illũ esse miseriorẽ qui peccat impune q̃3 qui punitur pro peccato. hoc est intelligendũ de miseria presentis vite vtrobiq3 ut sit conformis compatio. Accipiendo enim miseriam presentis vite ex vna parte. et ex alia pte miseriã que est post mortẽ esset difformis compatio et extra ppositum: quia hic nõ loquit de miseria que est post mortem.

Tum ego cum tuas inquã rationes considero nihil dici verius puto. At si ad iudicia hominum reuertar quis ille est cui hec non credenda modo: sed saltem non audienda videant? Ita est inquit illa. Nequeunt enim oculos tenebris assuetos ad lucem perspicue veritatis attollere. similesq3 auibus sunt: quarum intuitum nox illuminat: dies cecat. Dum enim nõ rerum ordinem sed suos intuentur affectus: vel licentiam vel impunitatem scelerum putant esse felicem. Uide autem quid eterna lex sanciat. Melioribus animũ si conformaueris nihil opus est iudice premiuz deferente. tu te ipse excellentioribus addidisti. Si studiuz ad peiora deflexeris: extra ne quesieris vltorez: tu teipse in deteriora detrusisti. veluti si vicibus sordidam humum celumq3 respicias cunctis extra cessantibus: ipsa cernendi ratiõe nũc ceno nunc syderibus interesse videaris. At vulgus ista non respicit.

¶ Tum ego cum tuas inq̃ rationes. Hic boetius ostendit opinionẽ vulgi esse contrariã opinioni philosophie. secundo ostendit philosophia nõ esse consentiendũ opinioni vulgari. secunda ibi. Quid igit. Primo dicit. O philosophia cum ego cõsidero tuas rationes. id est inquisitiões. puto nil verius dici supple illis. Sz si reuertar ad iudicia hominũ vulgariũ supple aliter videtur. Quis enĩ est ille cui hec supple dicta tua. non modo. id ẽ non tantũ: videantur credenda: sed etiam nõ audienda. Dicit philosophia. Ita est q̃ vulgares nequeũt oculos rationis et intellectus. assuetos. id est assuefactos. tenebris passionũ. attollere. id est erigere ad lucem pspicue veritatis. supple ut verũ videant iudicio recte rationis. et sunt similes auibus. scilz noctuis et bubonibus quarũ intuitũ. id est visum nox illuminat. et dies cecat. dum enĩ vulgares nõ intuent ordinem rerũ qui habet ad modum lucis: sed intuent suos affectus. id ẽ desideria que habent se ad modũ tenebrarũ. ipsi putant felicem esse impunitatẽ scelerum. id ẽ malorum. vel licentiaz supple seuiendi contra bonos quod tamen nõ est. Uide autem quid sanciat. id ẽ statuat eterna lex. id ẽ diuina prouidentia. si conformaueris animuz tuum melioribus. id est virtutibus. nihil est tibi opus iudice exteriori deferente pmium. quia tu teipse addidisti excellentioribus. et per consequens factus es deus. Si autẽ studiuz deflexeris ad peiora. id est ad vicia. ne pro nõ quesieris extra vltorẽ. id ẽ vindicem: quia tu teipse detrusisti te in deteriora et per consequens fact⁹ es belua. hoc declarat in simili. veluti si respicias humũ et celũ. vicib⁹. i. vicissim. nũc celũ nũc terrã. cessãtib⁹ sup. iudiciis extra cessantib⁹. ipsa sola rõe cernẽdi videaris

nunc interesse ceno. id est terre nunc syderibus. id est celo supple eodē modo. cūctis extra cessātib⁹ ipsa sola rōne operādi bene vel male assequeris pmiū vel suppliciū diuina iusticia hoc ordināte. sed vulgus ista nō respicit ꝓpter predictam causam. ¶ Nota ꝙ quia natura visus requirit mediū illuminatū. ideo ſm cōmunem naturā visus. noctue ⁊ bubones melius deberēt videre in die ꝗ̄ in nocte. cuius tamen cōtrariū accidit eis. vel propter debilitatē naturalē visus. sicut in noctuis. de quib⁹ dicit Ysidorus ꝙ ortu splēdore solis visus noctue hebetat. vel propter cōsuetudinem ad tenebras sicut credit esse de bubone. Cum eni bubo habeat alias aues sibi inimicas. ideo de die in cauernis latitat ⁊ alijs auibus quiescētibus propter necessitatē victus de nocte volat. ¶ Notandū ꝙ dicit. Uide quid eterna lex sanciat. dicit beatus augustin⁹ in libro de libero arbitrio. Lex eterna est qua iustum est ut omnia sint ordinata. ⁊ ideo ſm ordinem eius nunquā iustus destituitur premijs: nec malus supplicijs.

Quid igitur? his ne accedamus quos belluis similes esse monstrauimus? Quid siquis amisso penitus visu: ipsum etiā se habuisse obliuisceret intuitum: nihilqꝫ sibi ad humanā pfectionē deesse arbitraretur: num videntes eadem cecos putaremus?

¶ Quid igit his ne accedamus. Hic ostēdit philosophia nō esse cōsentiendū opinioni vulgari dicens. O Boeti quid igit dicis: nūquid debemus accedere per cōsensum his vulgaribus quos mōstrauimus similes esse bestijs. quasi dicat nō. ⁊ hoc manifestat per exemplū dicens. quid dicis siquis homo amisso penitus visu: obliuisceret etiā seipsum habuisse visum et arbitraret nihil deesse sibi ad perfectiōꝫ humanā. nunquid homines videntes. id est iudicantes eadem cū ceco. putaremus esse cecos quasi dicat immo. supple similiter si vulgares dicerent se recte iudicare. ⁊ se nō eē bestias: adhuc nō esset eis consentiendū. ¶ Notandū ꝙ vulgares ⁊ imperiti iudicāt tanꝗ̄ longe distantes a veritate. quia iudicant ſm concupiscentiā: non ſm rei veritatē: propter quod nō est astandū eorum iudicio. Unde Seneca in de remedijs fortuitorū dicit. Male opinātur homines de te: sed mali. mouerer autē si sapientes hoc loquerētur: nūc autē malis displicere est laudari. Male de te loquūtur: mouerer si hoc iudicio facerēt. nūc autē morbo ignorātie faciūt. male de te loquūtur quia bene nesciunt loqui.

Nam ne illud quidē acquiescēt quod eque validis rationū nitit firmamētis infeliciores esse eos qui faciant ꝗ̄ qui patiātur iniuriā. B. Uellē inq̄ has ipsas audire ratiōes. P. Omnē inquit improbū num supplicio dignum negas? B. Minime. P. Infelices vero esse qui sunt improbi multipliciter liquet. B. Ita est inq̄. P. Qui igit supplicio digni sunt miseros esse nō dubitas. B. Conuenit inq̄. P. Si igit cognitor ait resideres: cui suppliciū inferendū putares? ei ne qui fecisset: an qui ptulisset iniuriā? P. Nec ambigo inquā quin perpesso satisfacerē dolore facientis. P. Miserior igitur tibi iniurie illator ꝗ̄ acceptor esse videretur. B. Consequit inquā.

¶ Nam ne illud quidē acquiescēt. Hic philosophia ꝓbat illos esse miseros qui faciūt iniuriā ꝗ̄ qui patiūtur. secundo ex hoc cōcludit ꝙ iniuria non est ipsius patiētis sed inferentis. tertio inuehit contra oratores secunda ibi. Hac igitur. tertia ibi. Atqui nunc. Primo dicit nūquid vulgares non acquiescēt. id est credent. illud quod nitit eque validis firmamentis rationū. scꝫ infeliciores esse eos qui faciūt iniuriam ꝗ̄ qui patiant. Dicit boetius. Uellem audire has ipsas rationes. tūc philosophia intendit duos sillogismos ad probandū intentū quorū prim⁹ est. Omnis improbus est miser: sed omnis dignus supplicio est improb⁹ ergo omnis dignus supplicio est miser. ⁊ p consequēs ꝗ̄to dignior est supplicio tanto est miserior. Secūdus syllogismus est. quāto aliquis est dignior supplicio tanto est miserior. sed faciens iniuriā dignior est supplicio ꝗ̄ patiens. ergo faciens iniuriā miserior est ꝗ̄ iniuriā patiens. Primo innuit primū syllogismū dicens. nūquid negas omnē improbū esse dignū supplicio. boetius dicit. minime nego. ⁊ multipliciter liquet eos esse infelices qui sunt īprobi. ita est dicit boetius. Igit dicit philosophia. qui digni sunt supplicio nō dubitas eos esse miseros. dicit boetius. cōuenit inq̄ supple predictis. Tunc innuit secundū syllogismū p modum interrogatōis dicens. O boeti si tu resideres cognitor id est iudex causarꝫ. cui putares inferendū suppliciū. vel ei qui fecisset iniuriā. vel ei qui ptulisset iniuriā dicit boeti⁹. nō ambigo. id est nō dubito. quin ego satisfacerē perpesso iniuriā dolore. id est cū supplicio faciētis iniuriā. Igitur dicit philosophia. illator iniurie videret tibi esse miserior ꝗ̄ acceptor iniurie. dicit boetius. consequitur inq̄. supple predicta. ¶ Notandū ꝙ ad eandē conclusionē sic posset argui. Quicūqꝫ operatur malū ex proposito magis peccat ⁊ miserior est ꝗ̄ ipsum sustinens sine ꝓposito et volūtate. sed inferēs iniuriā peccat ex ꝓposito ⁊ ex volūtate. sustinēs autē sustinet contra voluntatem. ergo inferens iniuriā peior est ⁊ miserior patiente iniuriam.

Hac igitur alijsqꝫ de causis ea radice nitentibus: quod turpitudo suapte natura miseros faciat: apparet cuilibet illatā iniuriā non accipientis sed inferentis esse miseriam. P

¶ Hac igitur alijsqꝫ de causis. Hic philosophia cōcludit ex dictis ꝙ cuilibet iniuria nō est miseria patiētis. sed inferētis dicens. Hac igit de causa q: inferens iniuriā miserior est patiente et ex alijs causis ea radice. id est fundamēto nitentibus hoc. s. fundamento. ꝙ turpitudo facit homīes miseros suapte natura. id est sua ꝓpria natura. Ex hoc apparet iniuriā cuilibet illatā non esse miseriā accipientis. id est patiētis eam sed inferētis. ¶ Notandū ꝙ ex littera sic potest argui turpitudo propria natura sua facit hominē miserum. sed turpitudo est in inferēte iniuriā et nō in patiente. ergo inferens iniuriā est turpis ⁊ miser. ⁊ p consequēns iniuria nō est miseria patientis: sed eam inferentis.

Atqui nūc ait cōtra faciunt oratores. Pro his enim qui graue quid acerbūqꝫ ꝓpessi sunt: miserationē iudicum excitare conant cum magis admittētibus iustior miseratio debeatur: quos nō ab iratis: sed a propitijs potius miserantibusqꝫ accusatoribus ad iudicium veluti egros ad medicū duci oportebat ut culpe morbos supplicio resecarent: quo pacto defensorꝫ opera vel tota frigeret. Uel si prodesse hominibus mallet: in accusationis habitū verteret. Ipsi quoqꝫ improbi si eis aliqua rimula virtutem relictā fas esset aspicere: vitiorūqꝫ sordes penarꝫ cruciatibus se deposituros viderēt compensatione adipiscēde probitatis: nec hoc cruciatus esse dicerēt: defensorūqꝫ operam repudiarent ac se totos accusatoribus iudicibusqꝫ permitterent.

¶ Atqui nunc ait. Hic philosophia inuehit contra oratores. secundo concludit ex dictis ꝙ odium nō habet locum apud sapientes. ibi. Quo fit. Primo inuehit cōtra oratores q inducūt iudices ad miserādū patiēti iniuriā. cū tn̄ potius

miserandā sit facienti iniuriam: ꝛ oratores. id est causidici. quoꝝ officiū est ꝑsuadere iudici. Isti faciūt nūc cōtrariū. qꝛ ipsi conant̄ excitare miseratiōnē iudicū pro eis qui perpessi sunt graue et acerbū quid. cum magis iustior miseratio debeat̄ ad nitentibus. i. facientibus malū. quos iniuriātes oportebat duci ad iudiciū: vt sunt egros ad mediciū. non ab iratis accusatoribus. sed a propicijs et miserantibus. ut resecarent morbos culpe supplicia. id est pena. Quo supple ordine pacto si homines mouerentur misericordia erga facientes iniuriā. opera. id est diligentia. defensoꝝ. id est defendere volentiū ipsos. illa tota frigeret. id est cessaret. vel si mallet prodesse hominibꝰ iniuriantibꝰ: tunc defensio conuerteret̄ in habitū accusatiōis. ita ꝙ ille q̄ fuit defensor fieret accusator. Ipsi quoqꝫ improbi si eēt eis fas aspicere virtutē relictā aliqua rimula. id est cognitiōe. ipsi viderent se deposituros sordes vitiorū cruciatibus penaꝝ. compēsatiōe. i. causa adipiscende ꝓbitatis. Nec ipsi different. id est reputarent cruciatibus. sed ipsi repudiarent id est spernerēt operam. id est diligentiā defensorū ꝛ se totos permitterēt accusatoribus et iudicibus. ¶ Nota ꝙ misericordia ꝛ miseratio est virtus ſm quā aliquis cōpatit̄ aliene miserie. Cui ergo inest maior miseria ei debet̄ maior misericordia. ſꝫ declaratū est maiorē esse miseriā inferentis iniuriā ꝙ̄ patientis ergo ad miserandū eis maximē debent induci iudices: cuius cōtrariū faciūt oratores quia inducūt iudices ad miserandū patientibꝰ iniuriā. ¶ Notandū ꝙ facientes iniuriam accusandi sunt nō ex ira sed ex cōpassione et misericordia ꝛ penali remedio morbus culpe eoꝝ auferat̄: sicut enim egris nō est insultandū sed potius condolendū. sicut ꝛ istis qui morbo vicioꝝ affecti sunt: ꝛ potius sunt accusandi ꝙ̄ defendendi ut penali acerbitate eorū malicia minuat̄. etiaꝫ si mali perpēderent sordes vicioꝝ et dignitates virtutū nō reputarent cruciatus. sed se accusatoribus et iudicibus voluntarie afferret puniendos.

Quo fit ut apud sapientes nullus prorsus locus relinquat̄. Nam bonos quis nisi stultissimus oderit: malos vero odisse ratiōe caret. Nam sicuti corporꝫ languor: ita viciositas est quasi morbus animorū. Cum egros corpore minime dignos odio sed potius miseratiōe iudicemus: multomagis nō insequendi sed miserandi sunt: quorum mentes omni languore atrocior vrget improbitas.

¶ Quo fit. Hic philosophia ex dictis concludit ꝙ odium non habꝫ locum apud sapientes et dicit. Quo fit. id est ex dictis sequit̄ ut apud sapientes nullus locus relinquatur odio. Nam quis oderit bonos nisi stultissimus: malos vero odisse caret ratiōe. id est est irrationabile: nā sicut lāguor est morbus corporū ita viciositas est morbus animorum. Cum ergo egros corpore minime iudicemus dignos odio: sed potiꝰ miseratione multomagis nō insequēdi sunt odio: sed potius miserandi: quorū mentes vrget improbitas. id est malicia. existens atrocior. id est crudelior omni languore corporali ¶ Nota ꝙ sapientes nō debent odire malos. qꝛ dicit Seneca ad lucillū. Hunc affectū sapientes habeāt aduersus malos: quē habet medicus aduersus egros suos q̄ eos non odio sed remedio studet cōtrectare: q̄ nec reliquias egroꝝ nec effusa dedignat̄ intueri.

Metrum quartum libri quarti.

Quid tantos iuuat excitare motus?
Et propria fatum sollicitare manu?
Si mortem petitis: propinquat ipsa.
Sponte sua: volucres nec remoratur equos.
Quos serpens: leo: tigris: vrsus: aper:
Dente petunt: idem se tamen ense petunt.
An distant quia dissidentqꝫ mores.
Iniustas acies ꝛ fera bella mouent
Alternisqꝫ volunt perire telis.
Non est iusta satis seuitie ratio.
Vis aptam meritis vicem referre.
Dilige iure bonos ꝛ miserescꝫ malis.

Metrum quartum libri quarti.

Quid tantos iuuat excitare motus. Hic incipit q̄rtum metrū huius quarti quod dicit̄ valentiēꝫ ab inuentore secūdū dicit̄ penthametrū siue elegiacū in quo philosophia exclamat cōtra homines qui bellicis motibus et odio semetipsos ad mortē deducūt dicens. Quid iuuat. id est que vtilitas est. excitare tantos motus. scilꝫ odij ꝛ quid iuuat sollicitare. id est sollicite exquirere fatuꝫ. id est mortē propria manu. q. d. nulla est vtilitas. Est autē ratio hec. quia si mortē petitis. id est desideratis. siue vestraꝫ siue alioꝝ propinquat sponte sua. nec remoratur. id est retardat. volucres. id est veloces equos. Mirandū est etiaꝫ ꝙ homines quos leo: serpens: tigris: vrsus: aper dente petunt id est inuadūt ꝙ idem homines petūt. id est inuadunt se ense. ut se mutuo interficiāt. Et querit philosophia. Nū quid homines mouent iniustas acies et fera bella et volūt perire alternis telis. id est mutuis sagittis. ideo quia mores eorū distant et dissident. id est discordant. Certe ista ratio seuitie non est satis iusta vis. ergo referre. id est reportare aptam vicē. id est vicissitudinē meritis tam boni ꝙ̄ mali dilige bonos et miserescꝫ malis. ¶ Notandū ꝙ dicit mortē non retardare suos equos. per equos mortis intelliguntur partiales dispositiones periodi ꝑ quas homo ad mortem tendit. Quilibet eni homo habet certam ꝛ determinatam periodū sue vite. eo ꝙ forme omniū rerū sunt in terminis. id est in corporibus celestibus virtualiter. ut patet secundo de generatiōe. ¶ Notandū ꝙ philosophia hic non excludit licentiā gerendi iustū bellū sed iniustū. quia dicit iniustas acies. bellū enim iustū concedit̄. ꝛ ideo geritur ut aliquis nitens cōtra iusticiam ad iusticiā reducat̄.

Prosa quinta quarti libri.

Hinc ego video inq̄ꝫ que sit vel felicitas vel miseria in ipsis proboꝝ atqꝫ improboꝝ meritis constituta. Sed in hac ipsa fortuna populari non nihil boni maliue inesse perpendo. Neqꝫ enim sapientū quisq̄ exul. inops. ignominiosusqꝫ esse malit: potiusq̄ pollens opibus: honore reuerēdus potentia validus: in sua permanens vrbe florere. Sic enim clarius testatiusqꝫ sapientie tractat̄ officium: cum in cōtingentes populos regentium quodāmodo beatitudo transfunditur.

Prosa quinta quarti libri.

Hinc ego video. Ista est quinta prosa huius quarti quia Boetius prius conquerebat̄ bonis mala et malis bona contingere: propter quod etiā reputabat istarum fortunarū vices non ex ordine diuine prouidētie sed ex casu prouenire: ideo philosophia sup hoc consolatur boetiū assignando causas quare bonis mala ꝛ malꝭ bona contingāt. Et primo boetius exprimit suū dolorem in hoc ꝙ vices fortunarū vident̄ confuse et inordinate disponi. secundo assignat philosophia causam huius apparentie. tertio ipsum cōsolatur assignando causas predictoꝝ. secunda ibi. Nec mirū. tertia ibi. Ita est inquit. Primo boetius premittit quedā. Secundo exprimit causam sui doloris ibi. Cum presertim. Primo dicit. Ego video hinc. id est ex dictis que felicitas sit constituta in meritis proborū. scilicꝫ deos fieri. ꝛ que sit miseria cōstituta in meritis improborū. s. transformari in beluas. sed ego perpēdo. id est iudico. nō nihil. i. aliquid. boni vel mali. eē in hac fortuna populari. i. in ꝓspitate fortuita: qd̄ probat. Neqꝫ eni q̄sq̄ꝫ sapien

rium. mallit. id est magis vult esse exul. inops ignominiosus. id est infamis potiusq̃ pollens opibus q̃ reuerendus honore. validus potentia. et in sua vrbe permanens florere sicut enim per huiusmodi bona fortunę officium sapientię. id est sapientis tractatur clarius. et testatus. id est cum maiori testimonio. q2 talib⁹ plus creditur. cũ beatitudo regentiũ transfundit. id est dilatat in populos contingẽtes id est vicinos. ¶ Notandũ q̃ in bonis fortunis est aliqd boni. quia p ipsa sapiens expeditius tractat officiũ gubernandi subditos. Qui enĩ diuitijs. potẽtia et fama pcellũt alios: aptiores sunt ad regendam rempublicã q2 aptiores sunt ad subueniendũ oppressis. et ad deprimẽdũ malos. ad protegendũ bonos. ad expugnandũ inimicos. et ita sapiẽti qui tractat negociũ reipublice necessaria est potẽtia et diuitiarũ habũdantia. Sed sapiẽti qui vacat contemplatiõi diuitię sunt onerosę quia nimiã inde gerit solicitudinẽ.

Cum pfertim carcer lex ceteraq3 legaliũ tormẽta penarũ perniciosis potius ciuibus: propter quos etiã constituta sunt debeant. Cur hec igit̃ versa vice mutẽtur: scelerũq3 supplicia bonos premãt: premia virtutũ mali rapiãt: vehementer admiror: queq3 tam iniustę cõfusionis ratio videat̃ ex te scire desidero. Minus etenĩ mirarer si misceri oĩa fortuitis casibus crederem. Nũc stuporẽ meũ deus rector exaggerat: qui cũ sepe bonis iocũda: malis aspera: cõtraq3 bonis dura tribuat: malis optata cõcedat: nisi causa deprehendat̃: quid est quod a fortuitis casibus differre videatur. P

¶ Cum pfertim carcer lex. Hic Boetius exprimit causam sui doloris et admiratiõis dicens. Cum lex et carcer et cetera tormẽta legaliũ penarũ. potius debeant̃ perniciosis. i. malis ciuibus ppter quos cõstituta sunt. Ego vehemẽter admiror cur hec tormenta viceuersa. i. cõtrario modo mutent̃ ita ut supplicia scelerũ. i. malorũ. premãt bonos. et mali rapiant premia virtutũ. i. virtuosorũ. et ego desidero o philosophia scire ex te que videat̃ esse ratio. i. causa tam iniustę cõfusionis minus enĩ mirarer si crederẽ omnia misceri fortuitis casibus. Nunc autẽ deus rector omniũ exaggerat. id ẽ augmẽtat stuporẽ meũ. qui deus cũ sepe bonis iocũda malis aspera tribuat. et contra. i. p contrariũ bonis dura tribuat. malis optata cõcedat. nisi deprehendat̃. i. cognoscat̃ causa huius. quid est hoc quod videat̃ differre a fortuitis casibus. q. d. nihil. ¶ Notandũ q̃ tormẽta legalia sicut carcer membrorũ mutilatio. flagellatio et hmõi sunt inuenta propter malos. et ista sepius vident̃ infligi bonis: malis euadentib⁹. sup hoc admirat̃ Boetius: cũ tamen deus debeat punire malos. et remunerare bonos. et nisi huius rõ cognoscat̃. quare hoc contingat nihil est quin talia videant̃ cõtingere a casu et a fortuna et nõ subiacere regimini prouidentię diuinę. quod absurdum est.

Nec miruz inquit siquid ordinis ignorata ratione temerariũ cõfusumq3 credat̃. Sed tu q̃uis causam tante dispositionis ignores: tamen quoniã bonus mundũ rector temperat: recte fieri cuncta ne dubites.

¶ Nec mirũ inquit. Hic phia assignat causam apparẽtię talis cõfusionis. quia sic videt̃ esse propter ignorantiã causę. et dicit. Nec mirũ siquid credat̃ cõfusum et temerariũ. scz casuale in istis inferioribus. ignorata ratiõe ordinis. s. diuinę prouidẽtię. sed q̃uis tu ignores causam tantę dispositionis diuinę tamẽ bonus rector. s. deus tempat mundũ sua bonitate. ideo nõ dubites cuncta rectę fieri. ¶ Notandũ q̃ mirũ est cuius causa nescit̃: pro tanto enĩ multa mirãtur de eclipsi solis. quia cãm ignorãt. et q2 boetius ignorabat causam hui⁹ cõfusionis quare bonis mala et malis bona contingãt: ideo hoc admirabat̃ et causa admirationis ei⁹ fuit ignorantia dispositionis diuinę prouidentię.

Metrum quintũ quarti libri.

Si quis arcturi sydera nescit
Propinqua summo cardine labi.
Cur legat tardus plaustra boetes:
Mergatq3 seras equore flammas:
Cum nimis celeres explicet ortus.
Legem stupebit etheris alti.
Palleant plenę cornua lunę
Infecta metis noctis opace.
Queq3 fulgenti texerat ore
Confusa phebe detegat astra.
Cõmouet gentes publicus error.
Lassantq3 crebris pulsibus era.

Metrũ quintum quarti libri.

Si quis arcturi sydera nescit. Istũ est quintũ metrũ huius quarti quod dicit̃ alcmaniũ ab inuentore dactilicũ a pede predominãte. thetrametrũ. i. quattuor pedũ. ypercatalecticũ. i. habundãs in vna syllaba. in quo metro phia declarat quõ ea quorũ causę nõ apparẽt videnť mira. secundo ostẽdit quõ cognita causa cessat admiratio ibi. Nemo mirat̃ flamina. Primo ostendit q̃ propter latentiã causarũ homines mirant̃. et inducit de hoc duo exẽpla. Primũ est de eo qd̃ accidit in stellis iuxta polũ septentrionalẽ. quia illę stellę ceteris stellis remotiorib⁹ tardi⁹ mouent̃. et tamẽ velocius oriũtur. qui autẽ ignorat causam huius illi videt̃ hoc mirũ. vnde dicit. Si quis nescit sydera arcturi. i. maioris vrse. labi. i. volui. propinqua summo cardine. i. cardini ponẽdo ablatiuũ pro datiuo causa metri. id est polo septẽtrionali. illę stupebit. id est admirabit̃. legem alti etheris. id est firmamenti. Cur boetes. id est stella tarda. legat. i. pertranseat. plaustra. i. stellas plaustri. id est maioris vrse. et mergat seras flammas equore. loquens more poetico qui sequentes iudiciũ vulgi. dicũt stellas tingi in mari quando occidũt. et dicit̃ boetes mergere seras flãmas. id est lumina sua tarda. quia nunq̃ ea mergit et est modus loquendi id quod nunq̃ fit tarde fit. cũ tamẽ boetes explicet ortus nimis celeres. eo q̃ in pricipio noctis nobis statim apparet. Secundũ exemplũ est de eclipsi lunę. quã nescientes causam adeo aliqui admirãtur. q̃ putant eius eclipsim cõtingere p incantationẽ: et volentes auxiliari lunę et impedire ne audiat incantationẽ: cõcutiãt omnia vasa erea et sonora tempore eclipsis: vnde dicit in littera. Cornua plenę lunę palleant quia incipiẽte eclipsi luna incipit apparere corniculata. cornua infecta metis. id est terminis. opace noctis. id est vmbre terrę. et phebe. id est luna. confusa. scz priuatione luminis. detegat. id est apparere faciat astra minora. quę texerat. id est latere fecerat. fulgenti ore. id est habundantia sui fulgoris. Tunc publicus error quo putat̃ luna incantari cõmouet gentes. et lassant id est fatigant era id est vasa erea vel campanas crebris pulsibus. ¶ Notandum q̃ arcturus dicit̃ ab arctos quod est vrsa. quę est quędam signum iuxta polum septentrionalẽ. quod nos vulgariter plaustrum nominam⁹. et sic accipit beatus Gregori⁹ super iob dicens. Arcturus septẽ stellis maxime lucẽs semper mouet̃. et nunq̃ mergitur. ¶ Notandum q̃ stellę circa polum articũ mote sicut arcturus. et alię stellę mouent̃ tardi⁹ alijs stellis remotiorib⁹ a polo artico. q2 minorẽ circulũ suo motu describũt. et stellę remotiores maiorẽ. vnde cũ stelle remotiores in equali tempe pertranseant maiorẽ circulum. in quo stelle propinquiores minorẽ. q2 ambo circũuoluũtur semel in die naturali. patet p diffinitionẽ velocitatis et tarditatis. q̃ stelle propinquiores polo tardius mouẽtur et remotiores velocius. Illud enĩ mouet̃ tarde quod in equali tempe pertrãsit minus spaciũ. et illud mouet̃ veloci

ter quod inequali pte ptransit maius spaciu. ¶ Notandu q luna recipit lume suu a sole. si ergo corpus opacum interponit impediens ne lumen solis pueniat ad luna. vel i toto vel in parte. necesse est lumen lune deficere vel in toto vel in parte. & hoc est lunam eclipsari.

Nemo miratur flamina chori
Littus frementi tundere fluctu:
Nec niuis duram frigore molem.
Feruenti phebi solu'er estu.
Hic enim causas cernere promptu est.
Illic latentes pectora turbant.
Cuncta que rara prouehit etas:
Stupetq subitis mobile vulgus.
Cedat inscitie nubilus error:
Cessent profecto mira videri.

¶ Nemo mirat flamina chori. Hic ostendit phia q cognita causa cessat admiratio dicens. Nemo miratur flamina chori.alis venti: tundere.i. pcutere littus frementi fluctu. scilicet maris. & hoc dicit pro tanto. quia vento flante: aqua maris cedit et ad littus resistens repatitur. nec etia aliquis miratur molem.i. magnitudine niuis frigore dura.i. congelatam. soluier.i. solui. & hic est pagoge.id est additio syllabe ad finem dictionis ppter necessitatem metri. ergo ponit soluier pro solui. feruenti estu phebi.id est solis. hic enim.id est in istis exemplis promptu est cernere causas quare ventus impellit mare. quare sol liquefacit niuem. sed illic in prioribus exemplis. latentes cause turbant pectora supple p admirationem. & mobile vulgus stupet.id est miratur. subitis id est de subitaneis euentibus. & stupet cuncta que prouehit. id est pducit rara etas. id est que raro eueniunt. sed si vis cessare admirationem. nubilus error inscitie. id est ignorantie causaru cedat. id est recedat et accedat noticia causaru profecto. id est pro certo tunc cessent videri mira que prius stante ignorantia videbantur mira. ¶ Notandu q sacerdotes in egipto ppter admirari inceperunt philosophari videntes eni eclipses solis et lune: et ignorantes causas. mirabantur. causas earu inquirentes quibus inuentis habuerunt scientia earu eclipsiu: eo q scire est causam rei cognoscere: cognita ergo causa cognoscitur res. & per consequens cessat admiratio.

Prosa sexta quarti libri.

Ita est inqua. Sed cu tui muneris sit latentiu rerum causas euoluere velatasq caligine explicare rones: queso vti hic decernas: quonia hoc me miraculu maxime pturbat edisseras. P. Tum illa paulisper arridens: ad rem me inquit omniu quesitu maxima vocas: cui vix exhausti quicq satis sit. talis namq materia est ut vna dubitatione succisa: innumerabiles alie velut hydre capita succrescant. nec vllus fuerit modus: nisi quis eas viuacissimo mentis igne coherceat. In hac.n. de prudentie simplicitate: de fati serie: de repentinis casibus: de cognitione ac pdestinatione diuina: de arbitrii libertate queri solet. Que quanti oneris sint ipse perpendis.

Prosa sexta quarti libri.

Ita est inqua. Hic incipit sexta prosa huius quarti. in qua prosa phia consolando Boetiu assignat causas predictorum: que videntur mira in diuina gubernatione. propter ignorantiam cause. & primo Boetius petit sibi explicari istas causas. & phia tangit difficultatem explicationis earu. secundo pro mittit se velle assignare causas & tertio eas assignat secundo ibi. Sed quonia. tertio ibi. Omnium generatio. Primo boetius concedit quod dictu est de admiratione hominu propter ignorantia causaru dicens. Ita est inqua. tunc petit explicari causas admirationis eoru que contingunt in diuina prouidentia & dispositione dicens. O phia cum euoluere. id est elucidare causas latentiu reru. sit tui muneris. id est tue gratie & explicare rationes velatas caligine. id est rones obscuras & difficiles. queso ut hinc. i. de ista difficultate. discernas. i. iudices & edisseras. i. disputes. quoniam hoc miraculu maxime me pturbat. s. quare malis bona & bonis mala eueniant: & phia paulisp arridens. Boetio inquit. ad rem maxima oim quesitu. i. ad maxima questionem. vocas. i. incitas me. cui vix quicq exhausti satis sit et ad qua exhauriendā & soluenda vix aliquid sufficit. talis namq est materia qua petis declarari. ut vna dubitatione succisa. id est soluta. innumerabiles alie succrescant. velut capita hydre. quorum vno ablato tria succrescebant. nec fuerit modus. i. terminus dubitationu nisi quis eas coherceat viuacissimo igne. i. ardenti inuestigatione mentis. In hac eni materia queri solet de prouidentie simplicitate. de serie fati. de repentinis casibus. de pdestinatione diuina. de libertate arbitrii. que omnia quanti oneris. id est difficultatis sint ad determinandu tuipse perpendis. ¶ Notandu q sapientia est scire omnia ut contingit ex prohemio methaphisice. & cu scire sit p causam primo posteriorum. Sapientis est euoluere causas rerum latentiu: ideo dicit boetius ad phiam. Tui muneris est euoluere causas. ¶ Notandu q dicit phiam paulisp sibi arrisisse p hoc phia innuit more & habitu sapientu. qui audita simplicitate imperitorum arrident eis congratulando q ipsi cum auiditate sapientia querant. ¶ Notandu secundum fabulas hydra fuit serpens in lerna palude. habens plura capita quorum vno succiso tria excrescebant quem cum hercules cu sagittis interficere no posset greco igne ipsum consumpsit.

Sed quonia hec quoq te nosse queda medicine tue portio est: quanq angusto limite temporis septi: tamen aliqd deliberare conabimur. Quod si te musici carminis oblectamenta delectant hanc oportet paulisper differas voluptatem. Dum nectas tibi ordine contexto rationes. B. Ut libet inq. P. Tum velut ab alio orsa principio ita disseruit.

¶ Sed quia hec. Hic phia promittit velle assignare causas dicens. Quia hec nosse te est queda portio. i. pars tue medicine quanq simus septi. i. conclusi. angusto. i. breui limite temporis. tamen aliquid deliberare conabimur sed si te oblectant delectamenta. i. suauitates. musici carminis. i. metri. oportet q differas paulisp. id est modicu hanc voluptatem. donec contexto. id est formabo rones tibi nectas. i. coniunctas ordine. dicit boetius ut libet inq. i. vt tibi placet. tunc ipsa phia orsa. i. incipiens loqui velut ab aliquo principio. ita disseruit. i. disputauit. ¶ Notandu p hoc q dicit. Nos sed pr angusto limite temporis. innuit phia presentem materiam adeo esse difficilem q totu tempus pñtis vite quod breue est vix sufficiat ad predicta plenarie declaranda. ¶ Notandum q dicat phiam orsam fuisse ab alio principio. nam illa que phia prius probauit deducuntur ex hoc principio q deus est pfectu bonu et vltima finis omniu que autem nunc vult demonstrare deducuntur ex hoc principio q deus est principium effectiuu omniu ut patebit.

Omnium generatio rerum cunctusq mutabiliu naturaru progressus: & quicqd aliquo mouetur modo causas ordinem formas ex diuine mentis stabilitate sortitur. Hec in sue simplicitatis arce composita: multiplicem rebus gerendis modu statuit: qui modus cu in ipsa diuine intelligentie puritate conspicitur prouidentia nominatur. Cum vero ad ea que mouet atq disponit refertur fatum a veteribus appellatum est.

¶ Omniū generatio rerū. Hic philosophia psequit̄ inte̅tum volēs assignare causas: quare bonis mala ⁊ malis bona contingāt. ⁊ primo declarat quedā ad suā determinationē necessaria. secūdo ponit suā determinationē secunda ibi Que vero ingeris. Primo philosophia determinat de puidentia diuina et de fato. secūdo ostendit que sint ea que fato disponūtur. secūda ibi. Ea series. Primo ostēdit quid nominet̄ diuina puidentia. ⁊ quid fatū. secundo tangit differentiā inter ea assignando diffinitiōes vtriusq̄. Tertio ponit diuersas opiniones circa fatū. Quarto infert quādam cōclusionē circa fatum ⁊ prouidentiā. secunda ibi. Que licz diuersa. tertia ibi. Siue igit̄. quarta ibi. Quo fit. Primo dicit. Generatio omniū rerū. cunctosq̄ progressus naturarū mutabiliū ⁊ quicqd alio modo mouet̄. illud sortit̄ causas generatiōis et mutatiōis. et ordinē generatiōis et mutationis. ⁊ formas quib᷑ generat̄ vel mouet̄ substātiales vel accidētales oīa ista sortit̄ ex diuine mentis stabilitate. hec enī mens diuina cōposita .i. stabilita in arce .i. in altitudinem sue simplicitatis. statuit reb᷑ gerendis .i. fiendis multiplicem modū. qui modus cū cōspicit̄ .i. consideratur. in ipsa puritate diuine intelligētie .i. sm̄ esse quod habet in intellectu diuino nominat̄ prouidētia. cum vero ille modus refert̄ ad ea que mouet et disponit. a veterib᷑ .i. ab antiqs fatum appellatū est. ¶ Notandū q̄ omnia a prīo sunt mutabilia. aliqua mouentur sm̄ substantiā ut generabilia ⁊ corruptibilia q̄tum ad illa dicit. Omniū generatio rerū. Alia autē sunt mutabilia sm̄ locū ⁊ non sm̄ substantiā. ut corpora celestia. q̄tum ad illa dicit. Cunctosq̄ mutabiliū naturarū progressus. Alia sunt mutabilia solū sm̄ operationē sez sm̄ intelligere nō sm̄ substantiā nec sm̄ vbi proprie sicut intelligentie. q̄tum ad illas dicit. Et quicquid aliquo mouet̄ modo. Aliter exponit̄ quod in rebus mutabilibus triplex est dispositio. vna est qua trāseunt de nō esse ad eē p generationē q̄tum ad hoc dicit. Omniū generatio rerum. Aut res pmanēt in existētia per aliquod tēpus. postq̄ generate sunt. q̄tum ad illas dicit. Cunctosq̄ mutabiliū naturarū progressus. Aut res procedūt de esse ad nō esse per corruptionē. q̄tum ad illas dicit. Et quicqd aliquo mouetur modo ¶ Notandū q̄ quidā dicūt. fatū esse quandā dispositionē derelictā in rebus inferiorib᷑ ex actiōe corporū celestiū. sm̄ quā inferiora necessitant̄ ⁊ cōstringūtur ad immobiles effectus. Et sic btūs Gregori᷑ in omel. epiphanie improbat fatū dicens. Absit a fideliū cordib᷑ ut fatum esse aliquid dicam᷑. scz necessitās inferiora. q: sic oīa venirent ex necessitate. Alio modo accipit̄ fatum p dispositiōe rerū sm̄ quā res dependēt ex diuina volūtate ⁊ potestate. ⁊ sic fatuz cōceditur aliquid esse. Est ergo prouidētia diuina ordinatio siue dispositio existens in mente diuina qua cūcta inferiora sunt puisa sm̄ statū sue nature. fatum autē est dispositio diuina existēs in rebus mobilib᷑ qua singula suis annectunt̄ ordinibus. ut magis patebit.

Que diuersa esse facile liquebit: siquis vtriusq̄ vim mente conspexerit. Nam prouidētia est ipsa illa diuina ratio in summo omniū principe cōstituta que cuncta disponit. Fatum vero inherens rebus mobilibus dispositio: p quaz prouidētia suis queq̄ nectit ordinibus. Prouidentia namq̄ cūcta pariter q̄uis diuersa q̄uis infinita complectit̄. Fatuz vero singula digerit in motū locis: formis ac temporibus distributa. Ut hec tempalis ordis explicatio: in diuine mentis adunata prospectu prouidētia sit. Eadem vero adunatio digesta atq̄z explicata temporibus fatum vocetur.

¶ Que diuersa esse facile liquebit. Hic ponit differētiam inter prouidentiā ⁊ fatum. assignādo diffinitiōes vtriusq̄ secūdo ostendit q̄ vnū eorū dependet ex altero. ibi. Que licet diuersa. Primo dicit. Que duo .s. fatum ⁊ prouidentiā diuinā. liquebit. id est patebit esse diuersa. si quis mente cōspexerit .i. considerauerit vtriusq̄ vim .i. naturā ⁊ essentia. ⁊ diffiniens prouidentiā dicit. Prouidētia est ipsa diuina ratio. que est in summo pricipe omniū rerū constituta que .s. ratio cūcta disponit. Tunc diffiniēs fatuz dicit. Fatum est dispositio inherens reb᷑ mobilib᷑ .i. tempalib᷑ p quā dispositionē prouidentia nectit queq̄ suis ordinib᷑. Tūc declarat istas diffinitiones ex proprietatib᷑ vtriusq̄ intendēs. q̄ prouidētia complectit̄ omnia simul sed manifestū est q̄ omnia nusq̄ sunt simul nisi in mente diuina. ergo oportet q̄ prouidētia sit ratio existens in mente diuina. ad fatū vero spectat ut ea que fato subdūtur distribuant̄ p tempa ⁊ loca. Ita q̄ ordo fatalis quandā successionē temporalem īportat. talis autē successio nō est. nisi in ipsis reb᷑ mobilibus: quare oportet q̄ fatū sit in rebus mobilib᷑. Unde dicit in littera. Prouidentia namq̄ cūcta complectit̄ pariter q̄uis diuersa ⁊ infinita. fatum vero digerit .i. diuidit singula distributa in motus: locis: formis: temporibus. ita .s. ut hec tempalis explicatio que ad fatū ptinet. adunata in prospectu diuine mētis sit prouidētia. Eadē vero adunatio digesta .i. diuisa ⁊ explicata temporibus. que successionē important vocet̄ fatum. ¶ Notandū q̄ quia prius dicit q̄ diffinitio rerū faciendarū ut est in intellectu diuino dicitur prouidētia: ut autē refert̄ ad res mobiles dicit̄ fatum Posset alicui videri q̄ fatū et prouidentia significarēt eandē rem sub diuersis rationib᷑. Ideo philosophia hoc excludens ostēdit ea realiter distingui ponēs diffinitionē vtriusq̄. ¶ Notādū q̄ cognitio dei habet se ad res sicut cognitio artificis ad artificiata sicut ergo omnia artificiata subdūtur ordini ⁊ rationi artis. sic necesse est oēs res subdi rationi ⁊ ordini diuine prouidētie propter q̄d ostendit q̄ puidētia est diuina ratio que cūcta disponit. ¶ Notandū q̄ dispositio que ponit̄ in diffinitiōe fati accipit̄ pro ordine. et dicit̄ ille ordo inherens reb᷑ mobilibus. ad differentiā ordinis qui est in ipsa rōne diuina. quē iam vocamus puidentiā. sm̄ quē ordinē prouidētia diuina annectit queq̄ suis ordinibus. scz ut illa eueniant illo tempe. et alia alio tempore. Hec prius illa posterius.

Que licet diuersa sint: alteruz tamē pendet ex altero. Ordo namq̄ fatalis ex prouidētie simplicitate procedit. Sicut enī artifex faciēde rei formā mente percipiens mouet operis effectum: ⁊ quod simpliciter p̄sentarieq̄ prospexerat per tempales ordies ducit. Ita deus prouidentia quidē singulariter stabiliter facienda disponit: fato vero hec ipsa que disposuit multipliciter ac temporaliter administrat.

¶ Que licet diuersa sint. Hic ostendit q̄ licet fatū ⁊ prouidentia differant tamē vnū dependet ex altero dicēs. Que licet sint diuersa tamen alterū pendet ex altero. scilicz fatuz dependet ex prouidentia. naz ordo fatalis pcedit ex simplicitate prouidētie. sicut declarat in simili dicens. Sicut enīz artifex puta edificator formā faciende rei sicut domus. mēte percipiens .i. prospiciēs. mouet .i. producit effectū operis. ⁊ q̄d simpliciter ⁊ p̄sentarie pspexerat mente .s. formā domus cū suis partib᷑ simul ducit per temporales ordies supple ad effectū. primo fundamentū. postea parietes. vltimo tectū. Ita deus prouidētia sua singulariter .i. simpliciter ⁊ stabiliter disponit omnia faciēda. sed fato .i. per fatuz ea que disponit tempaliter administrat. ¶ Notandū q̄ prouidentia diuina habet esse in prima causa. fatū vero in rebus causatis. Itē prouidētia diuina habet modū vnitum. quia est in vno simplici. scz in mente diuina. fatum autem habet modum pluralitatis. q: in pluribus causatis habet esse. Item fatū dependet a prouidētia diuina. sicut effectus a sua causa. sed nō ecōuerso. Sicut enī forma rei artificialis dependet a forma preexistente in mēte artificis. ⁊ non econ

uerso. sic fatum dependet a prouidentia diuina non autem econuerso.

Siue igitur famulantibus quibusdam ꝓuidē-tię diuinis spiritibus fatum exerceat: seu aīa: seu tota inseruiente natura: seu celestibus syde-rum motibus: seu angelica virtute: seu demo-num varia solertia seu aliquibus horum: seu oībus fatalis series texitur: illud certe manifestū est imobilem simplicemque gerendarumque formā rerum esse ꝓuidentiam: fatum vero eorum que diuina sim-plicitas gerenda esse disposuit mobilem nexū atque ordinem temporalem.

¶ Siue igitur famulātibus. Hic ponit diuersas opinio-nes circa fatū et dicit. Siue fatum exerceat quibusdam diui-nis spiritibus famulantibus diuinę ꝓuidentię. siue exer-ceatur aīa siue tota natura inseruiente. siue exerceat motib' corporum sydeꝝ. i. celestiū. siue angelica virtute siue demonum solertia. siue aliquibus horum. vel oībus. hoc est incertū. tamen illud est certū ꝓuidentiā diuinā esse imobilem et simplicem formā rerum gerendarum. i. fiendarum. sed fatum esse mobilē nexum idest dispōnem. et ordinē tpalem eorum que diuina simplici-tas disposuit gerenda. i. pducenda. ¶ Notandū quod fatum est tpalis dispositio rerum inquātū ea que ꝓuisa sunt a deo ꝑ-ducuntur ad effectū mediantibus causis secundis admini-strātibus. de quibus causis diuersę sunt opiniōes quas Boe. tangit in littera: sed nullam eaꝝ affirmat. Nā quidā antiquorum dicebant fatum exerceri mediantibus diuinis spiritibus deo famulantibus. Alij dicebant ipsum exerceri ab anima mundana. sicut platonici: quod alij exponūt de aīa humana quia ꝑ ipsam tanquam ꝑ cām secundā exercent actus liberi ar-bitrij qui sub ꝓuidentia cadunt. Alij dixerunt fatū exerce-ri tota natura inseruiente. intelligentes ꝑ totā naturā com-plexionem oīum elementoꝝ. Alij dicunt fatū exerceri moti-bus corporum celestiū. sicut astrologi. Alij quod per variā soler-tiam demonū. et dicunt demones in ꝓposito spūs habitā-tes circa humectam ptem aeris: sm doctrinā quorūdā pla-tonicorum qui dicunt cacodemones. i. malū scientes. Alij di-cunt fatum exerceri angelica virtute. Ubi notandū quod in ꝓ-ma opinione fatum dicit exerceri mediantibus spiritibus deo famulantibus: quod est intelligendum de spiritibus oīa disponentibus: sed imobiliter pmanentibus. Quod aūt dicit in ꝗnta opinione fatum exerceri virtute angelica: intelligen-dum est de angelis siue spiritibus applicantibus se diuer-sis locis missis in ministeriū. Angelus enim nuncius in-terpretatur: et est nomen officij nō naturę sm. b. grego.

Quo fit vt omnia quę fato subsunt ꝓuiden-tię quoque subiecta sunt. cui ipsum etiam subia-cet fatum. quędā vero quę sub ꝓuidentia locata sunt fati seriem superent. Ea vero sunt quę ꝓmę propinqua diuinitati stabiliter fixa: fatalis or-dinem mobilitatis excedunt.

¶ Quo fit vt oīa. Hic refert quādam ꝯclusionē circa fatum et prouidentiam. scdo declarat eam in exemplo ibi. Nā vt orbium. Primo dicit ex quo dcm est fatum dependere a ꝓ-uidentia diuina. Quo fit. i. ex quo seqtur vt oīa quę subsunt fato etiam ꝓuidentię sint subiecta. Cui etiam ꝓuidentię ip-sum fatum subiacet: sed non econuerso: quia quędam quę locata sunt sub ꝓuidentia supant seriem fati. s. ea quę imediate ꝑ deū administrant sicut creatio rerum. et glorificatio creaturarum rōnalium. ea vero quę sunt propinqua ꝓmę diuinitati stabi-liter fixa. i. imobilia. Hec excedunt ordinē fatalis mobilita-tis. i. mutabilitatis. ¶ Notandum quod quia fatum depēdet a prouidentia sicut effectus a sua cā: necesse est illa quę depen-dent a fato etiam a ꝓuidentia dependere. non aūt econuerso quia effectus non adequatur suę causę: ꝓuidētia aūt ad diuinū intellectū spectat: fatum vero ad ea quę in creaturis geruntur.

Nā vt orbiū circa eundē cardinē sese vertētium qui ē intimus ad simplicitatē medietatis accedit: ce-terorumque extrema locatorum veluti cardo quidā circa quē versentur existit. extimus vero maiore āmbitu rotatus quāto a puncti media indiuiduita-te discedit tanto amplioribus spacijs explicatur. Si quid vero illi se medio cōnectat et societ in sim-plicitatem cogatur. Diffundique ac diffluere ces-sat. Simili rōne quod longius a prima mente discedit maioribus fati nexibus iplicatur. ac tan-to aliquid fato liberum est: quanto illum rerum cardi-nem vicinius petit. Quod si supne mentis hęserit firmitati motu carens: fati quoque supergredi-tur necessitatem.

¶ Nam vt orbium. Hic declarat illam ꝯclusionem ꝑ exē-plum ostendens quō quędam subiacent fato magis: quędam minus: et quędam totaliter excedunt fatū. scdo ex dictis con-cludit habitudinē fati ad ꝓuidentiā ꝑ quędā silia ibi. Igitur vti est: dicit pmo. Nam sicut orbiū. i. circuloꝝ. vertentium idest mouentiū se circa eundē cardinem. i. axem. ille qui est intimus. i. vicinior siue proximior axi accedit ad simplicita-tem medietatis. i. axis vel centri quia tardiori motu mouetur. et ideo magis accedit ad imobilitatē axis. et iste circulus re-spectu exterioris habet se ad modum centri circa quod exterior ver-satur. vnde subdit quod est veluti quidam cardo. i. centrū ceteroꝝ orbium extra locatorum circa quē versentur. Sicut mediolus in rota adhęret axi et est sicut cardo quidam circa quē voluuntur canthi et radij. Extimus vero. i. vltimus orbis exterior. rota-tus. i. motus maiore ambitu. tanto explicatur amplioribus spacijs quāto discedit a media indiuiduitate puncti. i. cen-tri. Si quid vero illi medio se connectat illud cogitur. i. compelli-tur in simplicitatem. i. imobilitatē axis: et cessat diffundi et diffluere per magnū spaciū. Similiter illud quod longius a ꝓma mente discedit sicut creaturę corruptibiles. maioribus ne-xibus fati iplicatur et tanto magis aliquid est liberum a fato quanto vicinius petit. i. accedit illum cardinem rerum. s. deū quod si fir-mitate supnę mētis hęserit supgreditur necessitatē fati. ¶ No-tandū quod quāto magis entia sunt ꝓpinqua primo cāto mi-nus sunt mutabilia. et quāto remotiora tanto magis mu-tabilia. quod declarat phia exemplo diuersorum circuloꝝ ab eo-dem centro ductorum. in quib' circulus remotior a centro ē ma-ior. et velocius mouetur. quia maius spacium ptransit in equali tpe. quę aūt est vicinior centro minor est et tardius mouetur minus spaciū ptransēūdo. circuli vero medij medio mō se ha-bent et est optima cōparatio centri circuli ad creatorē. Sicut enim centrum est indiuisibile et ab ipso possent plures cir-culi procedere: ita creator vnus et indiuisibilis existens in-finita creat et gubernat.

Igitur vti est ad itellectum rōcinatio: ad id quod est id quod gignitur: ad eternitatē tps: ad pū-ctum medium circulus: ita est fati series mobi-lis ad prouidentię stabilem simplicitatem.

¶ Igitur vti est. Hic phia ꝯcludit habitudinē fati ad ꝓuidē-tiam diuinā per quędam silia et dicit. Series fati ita est. i. ita se habet ad stabilem simplicitatē diuinę ꝓuidentię sicut ra-tiocinatio se habet ad intellectū. Ubi sciendū quod illud quod intel-lectus simplici veritate intelligit rōcinatio ꝑ modū discur-sus et successiue apprehendit. Etiā fatū se habet ad ꝓuidentiā sicut illud quod gignitur habet se ad illud quod est. Ubi sciendū quod il-lud quod gignitur est in quadā fluxibilitate et motu. quod vero actu est genitū est in quadā pmanentia. Etiā habet se fatū ad proui-dentiā sicut tps ad eternitatē. Ubi sciendū quod in tpe est suc-cessio ptiū tpis pñtis. pteriti et futuri. eternitas aūt est sine successione tota simul exīs. Item fatū habet se ad ꝓuidentiam sicut circulus ad mediū punctū. Ubi sciendum quod circulus

ostendit ꝙ ꝑtes diuidit mobilis circuli pũctũ sũt ꝫ immobile ⁊ indiuisibile. qꝛ ex pͥmo euclidis pũctũ ē cui⁹ ps nõ est.

Ea series celum ac sydera mouet. elemẽta ĩ ſeinuicem tempat: ⁊ alterna cõmutatiõe transformat. Eadem nascentia occidentiaq; omnia per similes fetuũ seminũq; renouat ꝓgressus. Hec actus etiam fortunasq; hoĩuʒ ĩdissolubili cãꝝ ↄnexione constringit. que cũ ab imobilis prouidentie proficiscantꝰ exordijs: ipsas quoq; ĩmutabiles necesse est esse. Ita eni res optime reguntꝰ si manens ĩ diuina mente simplicitas indeclinabilem cãꝝ ordinẽ promat. Hic uero ordo res mutabiles: ⁊ aliogn temere fluituras: propria ĩcõmutabilitate coerceat.

℄ Ea series celũ ⁊c. Hic pħia oñdit que sint illa que fato disponuntꝰ. scd̃o ↄcludit ꝙ illa que ĩtellectui ↄfusa videntꝰ in diuina gubernatiõe sunt rõnabiliꝛ ordinata ibi. Quo fit. Primo dicit: ea series fati de qua dcm̃ est mouet celum ⁊ sydera. tpat elementa in seinuicem ne totaliꝛ se corrumpant ⁊ transformat ipsa alterna cõmutatiõe. ita ꝙ ex aqua fiat aer ⁊ ecõuerso ⁊ eadem series fati renouat oĩa nascentia ⁊ occidẽtia. i. morientia. per siles progressus fetuuʒ quoad aĩalia. ⁊ seminũ quoad vegetabilia. ⁊ fatũ etiã ↄstringit indissolubili ↄnexione cãꝝ actus. i. operationes ⁊ fortunas hominuʒ que oẽs res cũ ꝓficiscantꝰ. i. ꝓcedant ab exordijs diuine ꝓuidentie. necesse est eas esse ĩmutabiles. ita eni res optime reguntꝰ. si simplicitas manens in diuina mente ꝓmat. i. explicet. indeclinabilẽ. i. ĩmutabilem ordinẽ cãꝝ. Hic autẽ ordo diuine ꝓuidentie coerceat ꝓpria incõmutabilitate res mutabiles ⁊ aliogn temere. i. casualiter fluituras ℄ Notãdum ꝙ fatuʒ ↄsideratꝰ dupliꝛ. vno mõ vt est in causis scd̃is quaꝝ ordo ⁊ dispositio dicitꝰ fatũ ⁊ sic fatũ est mobile: ⁊ res fato subiacentes sunt mobiles. Alio mõ ↄsideratꝰ fatuʒ ſm ꝙ dependet a ꝓuidentia diuina. que oĩo imobilis est: ⁊ sic fatum sortitꝰ ĩmutabilitatẽ ⁊ sic etiã res fatales vt sic ſʒ substantiam sunt imobiles. ℄ Notandũ ꝙ si aliqd posset declinare ab ordine ꝓuidentie: tunc ꝓuidentia diuina deficeret a suo effectu: ⁊ hoc redundaret in potentiã regentꝰ. Et si dicis si oĩa subiacent ꝓuidentie diuine. ergo oĩa eueniunt ex necessitate. dicendũ ꝙ non: qꝛ deus ꝓuidet res sicut sunt future. quedam ꝓuidet necessario euenire. ⁊ quedam ↄtingenter. ⁊ de hoc videtur magis in quinto libro.

Quo fit vt tametsi vobis hunc ordinẽ minime considerare valentibus: ↄfusa oĩa perturbataq; videantꝰ: nihilominus tñ suus modus ad bonum dirigens cũcta disponit. Nihil est enĩ qd̃ mali causa nec ab ipsis qdem ĩprobis fiat: quos vt vberrime demonstratũ est: bonuʒ querentes prauus error auertit: nedum ordo de summi boni cardine proficiscens a suo quẽ quẽ deflectat exordio.

℄ Quo fit. Hic pħia oñdit ꝙ ea que apparent in reb⁹ confusa: in diuina gubernatione sunt ordinata dicẽs. Quo fit idest ex hoc ꝙ diuina ꝓuidentia ineuitabilẽ ordinẽ reb⁹ cõstituit. seqꝰ vt ⁊ si vobis minime valẽtibus ↄsiderare hũc ordinẽ reꝝ videantꝰ vobis oĩa ↄfusa ⁊ ꝑturbata. nihilominus tñ modus suus. i. ordo ꝓprius diuine ꝓuidentie. disponit cuncta dirigens ea ad bonũ. nihil enim est qd̃ cã mali fiat. nec etiã ab ipsis ĩprobis. quos bonũ querentes prau⁹ error auertit. vt prius demonstratũ est. nedũ. i. multo minus. ordo fatalis ꝓficiscẽs de cardine summi boni. i. ab ipso deo. deflectat a suo exordio. i. a deo qui est finis ⁊ pͥncipium oĩuʒ. ℄ Notandũ ꝙ dicit malos nihil facere cã mali: cuius oppositũ pʒ. multi enim mali seipsos interimũt. dicendum ꝙ nullus operꝰ respiciens ad malũ: qꝛ oĩa bonum appetunt. Si aũt qs malũ operꝰ: hoc ↄtingit sub fantasia mali. Nam aliqs in magna anxietate existens: estimat esse bonum fugere anxietatem. ⁊ nihil aliud ipse cõsiderans seqꝰ hanc estimationẽ seipsum interficiens. ⁊ talis ꝓuans se bono ducitur fantasia boni. quia tunc putat bonum esse effugere anxietatem ꝓuatione vite.

Que uero inqs potest vlla iniquior esse confusio: ꝙ̃ vt bonis tum aduersa: tum prospera: malis etiam tum optata: tum odiosa ↄtingãt? Nũ igitꝰ ea mentis integritate hoĩes degunt: vt quos probos ĩprobosue censuerint: eos quoq; vti existimant esse necesse sit? Atq; in hoc hominum iudicia depugnãt. Et quos alij ꝓmio alij supplicio dignos arbitrantꝰ. Sed concedamus vt aliqs possit bonos malosue discernere. Nũ igitꝰ poterit intueri illam intemperiem: veluti in corporibus dici solet: animorum.

℄ Que uo inqs. Hic pħia soluit questionẽ quare bona malis ⁊ mala bonis ↄtingat. ⁊ pͥmo oñdit hoc in generali. scd̃o magis in spãli. ibi. Sʒ si aliqs. Primo assignat cãʒ ꝓdicti accidentꝰ ex defectuoso iudicio hoĩuʒ. scd̃o ex cõtrario iudicio dei ⁊ hoĩuʒ. ibi. Nam vt pauca. Primo facit quod dcm̃ est. scd̃o declarat per simile. ibi. Non enim dissimile. Primo dicit. O Boeti tu inqs que põt esse vlla iniquior confusio. ꝙ̃ vt bonis aliqñ ꝓspera aliqñ aduersa ↄtingãt idest eueniant: cũ semꝑ bonis deberent ꝓspa euenire: ⁊ malis per ↄtrariũ aliqñ ↄtingat optata aliqn odiosa: cuʒ semꝑ malis deberent odiosa euenire. dicit pħia. Nunqd hoĩes degunt. i. viuunt ea integritate. i. integro iudicio mentꝭ. vt necesse sit eos esse probos quos ipsi censuerint. i. iudicant esse tales. Atq; pro certo in hoc depugnant. i. ↄtrariantꝰ iudicia hoĩuʒ. vt quos alij ꝓmio alij arbitrãt dignos supplicio. sʒ ↄcedamus vt aliqs possit discernere bonos ⁊ malos. Nunqd ipse poterit intueri illam intimã temperiem. i. ĩteriorem ↄditionẽ ⁊ qualitatẽ aĩoꝝ velut solet dici in corporibus. q. d. Ego loquor de animis ſm ꝙ hoĩes ↄsueuerũt loqui de corporibus. ℄ Notanduʒ ꝙ ꝓpter defectuosum iudicium hoĩuʒ ↄtingit ꝙ iudicant eos esse bonos q mali sunt ⁊ ecõuerso. Si ergo iudicant malos esse bonos. ⁊ si illis eueniant mala: putant bonis euenire mala. ⁊ si bonis quos iudicant malos eueniant bona. putant malis euenire bona. Et ideo sepe putant bonos deꝓmi cũ mali deprimuntꝰ iudicantes malos esse bonos. ⁊ putant malos extolli cũ boni extolluntꝰ: qꝛ iudicant bonos esse malos.

Non enĩ dissimile est miraculum nescienti cur sanis corporibus: his qdeʒ dulcia: illis uo amara ↄueniant. Cur egri etiã qdam lenibus qdam uo acribus adiuuantꝰ. At hoc medicus q sanitatis ipsius atq; egritudinis modũ tẽperamentumq; dinoscit minime miratꝰ. Quid uo aĩoꝝ aliud salus videtꝰ esse ꝙ̃ ꝓbitas? qd egritudo ꝙ̃ vitia? Quis enĩ alius vel seruator bonoꝝ vel maloꝝ depulsor ꝙ̃ rector ac medicator mentium deus? Qui cum ex alta ꝓuidentie specula respicit: qd vnicuiq; cõueniat agnoscit: ⁊ qd̃ conuenire nouit. accõmodat. Hinc iam fit illud fatalis ordinis insigne miraculum: cum ab sciente geritur quod stupeant ignorantes.

℄ Non enim dissimile est miraculũ. Hic pħia declarat hoc per simile dicens. Illud miraculũ nõ est dissimile: imo valde simile ad ꝓpositum nescienti alicui cur sanis corporibus his ↄueniant dulcia hiis amara. etiam nescienti alicui cur qdam egri adiuuantꝰ lenibus: qdam acerbis. licet hoc videatur mirꝫ nescienti. tñ medicus de hoc non miratꝰ: qui cogno

scit modū et temperamentū sanitatis et egritudinis. sicut similiter licet homo ignoret qd conueniat malis et bonis. tamen deus qui est scrutator cordium ista cognoscit videns q̄ bonis aliquādo conueniunt aduersa. malis quoqꝫ prospera. ideo sic eis distribuit et hoc est qd subdit applicando similitudinem ad aliud dicens. Quid enim aliud videtur .i. apparet esse salus aiorum q̄ probitas: qd aliud est egritudo aiorum q̄ vitia. et qs alius conseruator est bonorum. et depulsor malorum q̄ deus rector et medicator mentium. Qui cum respicit ex alta specula prouidentie ipse agnoscit. qd vnicuiqꝫ conueniat. et qd nouit conuenire: hoc accommodat. hic .i. ex hoc qd dictum est. fit insigne miraculum ordinis fatalis .i. fit illud qd admirantur hoies in ordine fatali cum scienti .i. a deo illud geritur .i. fit qd ignorantes stupeant .i. admirentur. ¶ Notandum q̄ est bona comparatio sanitatis et egritudinis corporalis ad medicum et probitatis et vitiorum ad deum. sicut enim medicus cognoscens cās sanitatis et egritudinis: scit qd conueniat sano et egro aliis ignorantibus et mirantibus. sic deus cognoscens qualitates aiorum scit qd bonis conueniat et qd malis. et vnicuiqꝫ sibi conueniens tribuit quoqꝫ malis prospera: bonis aduersa: de quo stupent ignorantes. ¶ Notandū q̄ specula dicitur locus altus aptus ad circūspiciendū. et quia deus per prudentiā oia circūspicit. ideo similitudinarie ipsa prudentia dicitur specula. ¶ Notandū q̄ quia hoies ignorant qui sunt boni et mali ignorant etiā qd vnicuiqꝫ conueniat. ideo aliqua creduntur conuenire bonis: que tamen secundum iudiciū dei eis non conueniunt: et ideo homines mirantur quare deus eis non attribuit et que videntur eis attribuenda. Ideo dicit phia ex dictis contingit hoc miraculum q̄ ignorantes stupent que fiunt a deo sciente.

Nam vt pauca que valet rō humana de diuina profunditate perstringam: de hoc quē tu iustissimū et equi seruantissimū putas: oia scienti prouidentie diuersum videtur. Et victricem quidem cām diis: victam vero Cathoni placuisse familiaris noster lucanus admonuit. Hic igitur quecqꝫ citra spē videas geri: rebus quidem rectus ordo est. Opinioni vero tue peruersa confusio.

¶ Nā vt pauca. Hic phia ondit q̄ bonis mala et malis bona conting̅ūt ex contrario iudicio dei et hoium dicens. Ut ego pauca perstringam que humana rō valet .s. accipe de diuina profunditate. illud supple declarabo. O Boeti de hoc supple hoie quē tu putas esse iustissimū et seruantissimū equi .i. equitatis diuersum videtur .i. aliter videtur prudentie scienti oia idest deo. qd confirmat auctoritate lucani. qui describens bellum inter Pompeium et Julium cesarem cū quereretur ab eo cuius cā esset iustior: dixit. victrix causa diis placuit: sed victa cathoni. Unde dicit victricem cām .s. iulii cesaris placuisse diis. victam vero cām .s. pompei placuisse Cathoni. ad monuit lucanus noster familiaris ex quo concludit ea que contra spem hominū veniunt esse confusionē in opinione hominū: non tamen in re dicens. Quicqd igitur videas fieri .i. fieri vel euenire. contra spem hoīs cām ignorantis id in rebus est rectus ordo. sed opinioni tue est peruersa confusio. ¶ Nota q̄ Catho vticensis propter suam sapientiā et virtutē maxime auctoritatis fuerat in populo. Cum aūt iulius pugnaret contra pompeium. Catho iudicauit pompeū esse iustum attribuens sibi cām victricem. Alii aūt iudicabant iuliū esse iustū attribuentes sibi cām victricem ex quo patet q̄ de eodem contrario mō iudicabant dii et hoies sapientes qui cathonē sequebātur.

Sed sit aliqs ita bene moratus: vt de eo diuinum iudiciū pariter humanūqꝫ consentiat: sed est animi viribus infirmus: ei si qd eueniat aduersi: desinet colere forsitan innocentiā per quam non potuit retinere fortunā.

¶ Sed sit aliquis. Hic phia assignat cās speciales quare bonis et malis indifferenter eueniunt nunc prospera nunc aduersa. Secūdo excusat se de ampliori pertractatione huiusmōi cāz: secūda ibi. Neqꝫ enim phas. Primo declarat intentum suū de bonis. secūdo de malis ibi. Nam id quoqꝫ. Primo assignat cām quare aliquibus bonis non eueniunt mala. secundo quare aliquā eis contingunt mala. ibi alius mixta. Primo ondit quare bonis non contingant mala. secundo quare contingant eis quoqꝫ bona ibi. Sit aūt. Primo assignat duas cās. quare bonis non eueniant mala: secūda ibi Est alius. Prima cā ē infirmitas animi alicuius boni quia si adueniret aduersitas ipse deterioretur vnde dicit in lrā. Sed sit .i. ponamus q̄ aliquis sit ita bene moratus .i. morigeratus q̄ diuinum et humanum iudiciū consentiat de eo. forsan ipse est infirmus viribus animi nō potens resistere aduersitatibus. Cui si eueniat qd .i. aliqd aduersi. forsitan desinet colere innocentiam .i. exercere virtutem per quā non potuit retinere fortunā quia imputabit sue innocentie q̄ prosperitas sua recessit. quēadmodū legitur de Job. cui vxor sua improperabat. dicens. Adhuc permanēs in simplicitate tua benedic deo et morere.

Parcit itaqꝫ sapiens dispensatio ei quem deteriorem facere possit aduersitas: ne cui nō conuenit laborare patiatur.

¶ Parcit itaqꝫ illi sapiens dispensatio .i. prudentia dei. quē aduersitas possit facere deteriorem. ne patitur eum laborare aduersitate cui non conuenit. ¶ Notandum q̄ quidem boni sunt ita imbecilles animi q̄ ex modica temptatione ad nequitiam mutarentur: qd videns deus parcit ipsis ne eos ad nequitiam deiiciat. Unde apostolus. Fidelis deus qui non patitur vos tentari vltra id quod potestis.

Est alius cunctis virtutibus absolutus sanctusqꝫ ac deo proximus: hunc contingi quibuslibet aduersis nephas prouidentia iudicat: adeo vt ne corporeis quidem morbis agitari sinat. Nam vt quidam me quoqꝫ excellentior ait: viri sancti corpus edificauerunt virtutes.

¶ Est alius cunctis virtutibus absolutus. Hic assignat aliam cām quare quibusdā bonis non aduenīant mala dicens. Est alius homo absolutus .i. perfectus cunctis virtutibus et sanctus et proximus deo. hunc hoiem contingi .i. tangi aliquibus aduersis. prudentia diuina iudicat nephas adeo .i. intantū. vt nec sinat ipsum agitari morbis corporeis. qd confirmat auctoritate cuiusdā phi dicens. Nam vt ait quidā phus excellentior me cuius auctoritatē ponit in greco. que tantū sonat in latino. Corpus viri sancti edificauerūt virtutes supple preseruando ipsum ab aduersis. ¶ Nota q̄ secunda cā quare aliquibus nō adueniunt aduersa est excellens sanctitas ipsorum. sicut enim deus excellenter malos nō tantū punit in futuro. sed etiam in pñti. sic aliquos excellenter bonos nō tantū premiat in futuro sed in pñti ab aduersitate custodit. ¶ Notandū quare phia dicat: quidam excellentior me dicit. cum nullus sit excellentior phia. Dicendū q̄ lrā sic debet exponi. Nam quidā phus excellentior aliis phis me .i. per me phiam dixit.

Fit aūt sepe bonis summa rerum regenda deferatur: Ut exuberans retundatur improbitas. Aliis mixta quedam pro aiorum qualitate distribuit. Quosdam remordet ne longa felicitate luxurient. Alios duris agitari vt virtutes animi patientie vsu atqꝫ exercitatione confirment. Alii plus equo metuūt qd ferre possunt. Alii plus equo despiciūt qd ferre nō possunt. hos in experimentū sui tristibus ducit. Nonnulli venerandum seculi nomē gloriose precio mortis emerunt. Quidam suppliciis inexpugnabiles exemplum ceteros ptulerunt inuictam ma

lis esse virtutem. Que q̃ recte atq; disposite ⁊
ex eorum bono quibus accedere videntur fi-
ant: nulla dubitatio est.

ℭ Fit aũt sepe. Hic ondit quare bonis sepe contingãt bo
na dicens. Fit aũt. i. ꝯtingit sepe vt summa rex regenda. i.
principatus regendi res deferat. i. ꝯcedat bonis. i. probis
non tm̃ ꝓpter vtilitatem bonoꝝ hominũ. sed vt impro-
bitas exuberans. i. habundans maloꝝ retundat. i. repe-
satur vel reprimat. Tunc assignat cãz quare bonis quãq;
contingant mala dicẽs. Alijs. i. bonis deus distribuit q̃-
dam mixta. i. nunc bona nunc mala pro qualitate animo-
rum. quosdam enim bonos deus remordet aduersitatib⁹.
ne luxurient. i. suꝑbiant longa felicitate. i. ꝓsperitate. Ali
os bonos patiatur agitari. i. vexari duris. i. aduersitatib⁹.
vt virtutes animi ipsoꝝ ꝯfirment vsu ⁊ exercitatõe patiẽ-
tie: vt patet in Job. Alij plus equo metuunt qd̃ bene ferre
pñt. sicut Thomas formidauit ingressum indie dicẽs. Do
mine ne mitte me quo vis preter q̃ ad indos. Alij plus equo
despiciunt qd̃ ferre non pñt. q: quasi presumendo despici-
unt temptationes quas tñ ferre non pñt. Ut sanctus petrus
qui dixit. Et si oportuerit me mori tecum non te negabo ad
temptationẽ ⁊ accusationẽ ancille christum negauit. hos vi-
ros deus ducit. i. tenent tristibus. i. aduersitatibus. inex-
perimentũ sui. i. in recognitione sui. vt sciant qd̃ possint ⁊
quid non possint. ⁊ nõnulli. i. aliqui: emerunt precio mortꝭ
venerandũ nomen seculi sicut martyres. Quidã inexpugna
biles suppliciis ptulerunt ceteris exemplũ. virtutem esse
inuictam a malis. que oĩa q̃ recte ⁊ disposite fiant ex eorũ
bono qbus accedere videntur nulla est dubitatio ℭ Notã.
dum q quidam plus timẽt q̃ timere deberent aliquã aduer
sitatem. de quibus dicitur in psalmo. Trepidauerũt timo-
re vbi non erat timor. Talibus deus immittit aduersitates
quibus resistunt vt cognoscant se gratia dei posse resistere
ei qd̃ timebant. Alij aũt ꝓsumentes de ꝓprijs viribus de
spiciunt temptationes quasi potẽtes resistere eis. illis de⁹ tem
tationes immittit ⁊ permittit eos succumbere vt cognoscant q̃
fragilis sit humana natura sine diuina gratia.

Nam illud quoq; q improbis nunc tristia
nunc optata proueniunt: ex eisdem ducat cau-
sis. ac de tristibus qdẽ nemo miraẽ: q eos ma
lo meritos omnes existimant. quoꝝ quidem
supplicia: tum ceteros ab sceleribus deterrent
tum ipsos quibus inuehuntur emendant.

ℭ Nam illud quoq;. Hic assignat cãs quare malis quãq;
bona quãq; mala ꝯtingant. Et pmo ondit quare malis cõ-
tingant mala. scdo quare bona ibi. Leta vo. Primo dicit
ex eisdem causis ducitur. i. ꝓbatur. q improbis nunc pro
ueniunt tristia. nũc optata. sed de tristibus que malis eue-
niunt nemo miratur q: oẽs existimant eos. i. malos eẽ me
ritos. i. dignos malo quoꝝ maloꝝ supplicia ceteros deter-
rent. i. terrore retrahunt a sceleribus. ⁊ ipsos malos emen-
dant quibus inuehuntur supplicia. ℭ Notandũ q phus
innuit tres cãs quare malis eueniũt mala. Prima est q:
omnes homines estimant eos dignos malo. Scdo q: per
supplicia maloꝝ alij a malo retrahunẽ. Tertia causa quia
mali supplicijs emendantur.

Leta vo magnum bonis argumentum lo
quunẽ. Quid de huiusmodi felicitate debeãt
iudicare quã famulari sepe improbis cernant.
In qua re illud etiã dispensari credo: q forsi-
tan alicuius tam preceps atq; importuna natura
est: vt eum in scelera potius exacerbare possit
rei familiaris inopia. huius morbo prouiden-
tia collate pecunie remedio medeẽ. Hic feda-
tam probris cõscientiam spectans ⁊ secum for
tunam suam comparans forsitan ptimescit: ne

cuius ei iucundus vsus est fit tristis amissio.
Mutabit igitur mores: ac dum fortunam me
tuit amittere nequitiam derelinquit. Alios in
cladem meritam ꝓcipitauit indigne acta felici-
tas. Quibusdam permissum puniendi ius est
vt exercitium bonis ⁊ malis esset cã supplicij.

ℭ Leta vo magnum bonis argumentum loquunẽ. Hic
assignat causas quare malis bona eueniant. secundo soluit
tacitam qõnem siue obiectionem. ibi. Nam vt pbis. Pri
mo dicit. Leta vo. i. prospera que malis eueniunt. loquũẽ
idest iudicant bonis magnũ argumentũ. quid iudicare de-
beant de hmõi felicitate. quã sepe cernant famulari impro-
bis. Habent enim probi ex hoc certissimũ argumentum q
illa non est vera felicitas que malis aduenit: sed falsa decep
tio. Tunc assignat ꝑmam cãm quare deus malis concedit
bona ⁊ prospera q quidẽ mali per prospera ꝓseruanẽ a pe-
ioribus sceleribus ne fiant fures vel raptores ⁊ dicit. In
qua re q malis eueniant ꝓspera illud credo dispẽsari. i. di
spensatiõe ordinari. q forsitan natura alicuius mali est tã
preceps ad malum ⁊ importuna. vt inopia rei familiaris.
idest paupertas possit eum exacerbare. i. ꝓuocare. in scelera
scz ad furtũ vel ad rapinam. huius morbo diuina ꝓuiden
tia medetur remedio collate pecunie. Tunc assignat scdã
cãm talem q ideo malis eueniunt ꝓspera vt ꝓsperitate emẽ
dent vitam quã timentes ne ꝓpter maliciam amittant ꝓ
speritate. Unde dicit. Hic. i aliquis malus. spectãs. i. cõ-
siderans conscientiã suam fedatam ꝓbris. i. maculatã vi-
tijs. ⁊ ipse comparans secũ fortunam. i. ꝓsperitatem suã:
forsitan ptimescit: vt cuius rei. i. prosperitatꝭ iucundus ẽ
ei vsus illius fiat tristis amissio. ⁊ dũ metuit amittere for-
tunam derelinquit nequitiam. Tunc ponit tertiam causã:
dicens. Alijs malis aduenit ꝓsperitas vt incidant maio-
rem miseriam aduersitatis: q: sicut dictũ fuit. ij. libro ꝓsa.
iiij. In omni aduersitate fortune infelicissimũ genus infor
tunij est fuisse felicem. Unde dicit in littera q felicitas indi-
gne acta. Alia littera habet acta. i. inducta alios malos ꝓ
cipitauit in meritam cladem. i. in miseriã. Et addit q qui
busdam malis permissum est. i concessum. ius puniendi.
idest potestas vt sit bonis causa exercitij in virtutibus ⁊
patientia: ⁊ malis sit cã supplicij ℭ Nota q felicitas quos-
dam ꝓcipitat in cladem aduersitatẽ. vnde lamentatẽ Pro
mouet iniustos fortuna volubiles: vt quos Scandere ꝓ-
cipites fecit ad ima rotet. Nam grauiore ruit turris tume-
facta ruina. Et grauius pulsat alta cypressus humum.
ℭ Et notandũ q boni per aduersitates in virtutib⁹ ⁊ pa
tientia exercentur. Unde idez pauper henricus. Aspera fer
re decet maturant aspera mentes. Et bene matura plenius
vua sapit. Per nimios estus gelidas transitur ad vndas.
Sicq; per oppositum dulcia querit homo.

Nam vt probis atq; improbis nullum fe-
dus est: ita ipsi inter se improbi nequeũt cõue-
nire. Quid ni? cum a semetipsis discerpenti-
bus conscientiam vicijs quiq; dissentiant: faci
antq; sepe que cum gesserint non fuisse geren-
da decernant.

ℭ Nam vt probis. Hic soluit quãdam obiectionez. scdo
infert quãdam conclusionem. ibi. Ex quo sepe. Primo dicẽ
Aliqs diceret. dixisti q malis est concessum ius puniendi
vt sint causa supplicij alijs malis. hoc non videtur verum
quia malus non punit malũ cum sint similes. hoc soluit
phus dicens. Sicut probis ⁊ improbis nullum est fedus
idest concordia. quia semper inuicem contrariant Ita ipsi
improbi nequeunt inter se conuenire. Quid ni. i. quare nõ
esset ita cũ quiq;. i. quilibet mali. dissentiant a semetipsis
vitijs discerpentibus. i. distrahentibus conscientiam ipso
rum. ⁊ sepe mali faciant: que cum gesserint. i. fecerint. decer
nant. i. iudicent. non fuisse gerẽda. i. faciẽda. ℭ Notandũ

q intantũ aliquis est bonus inquãtum seruat ordinem in vltimum finem: qui finis est summũ bonum. ⁊ quia illuꝫ finem ⁊ ordinem omnes boni seruant. ideo omnes boni in eo q boni sunt inuicem concordant. mali autem quia hunc ordinem non obseruant ⁊ a semetipsis discordant. mutuo sibi concordare non possunt.

Ex quo sepe summa illa prouidentia protulit insigne miraculuꝫ: vt malos mali bonos facerent. Nam dum iniqua sibi a pessimis qdã perpeti videntur noxiorum odio flagrantes ad virtutis frugem rediere: duꝫ se eis dissimiles student esse quos oderant. Sola est enim diuina vis cui mala quoqꝫ bona sint: cum eis cõpetenter vtendo alicuius boni eliciat effectum. Ordo enim qdem cũcta complectit: vt quod ab signata ordinis rõne decesserit: hoc ideꝫ in alium tamen ordinem relabatur: ne quid in regno prouidentię liceat temeritati: fortissimus in mundo deus cuncta regit cum omnia secula preuidet ac prospicit.

Ex quo sepe summa illa. Hic infert quandã cõclusionem dicens. Ex quo mali puniunt malos ex hoc diuina prudẽtia protulit insigne miraculum. s. vt mali facerẽt malos bonos quod declarat. Nam dum quidam mali videntur perpeti iniqua a pessimis. ipsi flagrantes. i. ardentes. odio noxiorum. i. dãnosorum suorum. ipsi redire ad frugem virtutis idest ad vtilitatem. dum tales student se esse dissimiles illis malis quos oderant. ⁊ addit q sola diuina vis talis ẽ cui mala sint bona. i. cedunt in bonum: sicut cum malus facit malum bonum. vnde subdit. Cum deus vtendo competenter magis eliciat effectum alicuius boni. Ordo enim fatalis cuncta complectitur. vt quod decesserit ab signata rõne ordinis. s. mali relabatur in alium ordinem. s. boni. ne in regno prouidentię dei liceat. quid. i. aliquid temeritati. i. inordinationi. ⁊ ponit auctoritatem in greco quę tñ sonat. fortissimus in mundo deus omnia regit. Notãdum q bonum proueniens ex malicia improborum non est imputandum ipsis improbis. sed tñ diuinę virtuti q̃ nouit ex malis efficere bona. ⁊ lꝫ deus malũ dirigat ad bonum sua intentione ⁊ potestate. non tamen homo ideo est extra culpam. qui illud malum egit mala intentiõe. Notandum q alius est ordo naturalis. alius ordo a deo prouisus. Ordo naturalis est vt deum ⁊ proximum diligamus. Ordo prouisus est temporalis rerum dispositio quę fatum vocatur. ⁊ lꝫ ordinem naturalem sepe dimittamus aliquid plus deo diligendo ⁊ proximum odiendo. tamen ordinem prouisum a deo nunq̃ effugimus. quia nunquã aliter prouenit q̃ deus prouidet. ⁊ si aliquid recedit ab ordine naturali relabitur in alium vt si aliquid est malũ quo ad misericordiam ipsum est bonum in comparatione ad iusticiam. ita q in regno diuinę prouidentię nihil relinquit temeritati. i. inordinationi.

Neqꝫ enim phas est homini cunctas diuinę opere machinas vel ingenio comprehendere vel explicare sermone. Hoc tñ prospexisse sufficiat quod naturarum omnium proditor deus idem ad bonũ dirigens cũcta disponat. Dum ꝫ ea quę protulit ĩ sui similitudine retinere festinat: Malum omne de republicę sue terminis per fatalis seriem necessitatis eliminat. Quo fit vt quę in terris habundare creduntur: si disponentem prouidentiam spectes: nihil vsq̃ mali esse perpendas. Sed video iam dudum te ⁊ pondere questionis oneratum: ⁊ rationis prolixitate fatigatum: aliquã carminis expectare dulcedinem. Accipe igitur haustum quo refectus firmior in vlteriora cõtendas.

Neqꝫ enim phas est homini. Hic phia excusat se de ampliori indagatione cãꝫ dicens. Neqꝫ enĩ est phas homini vel ingenio comprehendere vel sermone explicare. cunctas machinas. i. causas vel dispositiones opere diuinę. i. diuini operis. hoc tñ sufficiat prospexisse. quod deus proditor idest productor omnium naturarum disponat cuncta dirigens ad bonum. Et dum ea quę protulit. i. produxit festinat retinere in similitudine sui. s. in bono. ipsę eliminat. i. excludit. per seriem. i. per ordinem fatalis necessitatis: esse malum de terminis suę publicę rei. i. mũdi. quo fit vt mala quę creduntur habundare in terris. si spectes prouidentiam disponentem nihil perpendas vsq̃ esse mali. Tunc inuocat Boetium ad consolationem metricam dicens. Video te esse oneratum pondere questionis quę difficilis est. ⁊ fatigatum prolixitate orationis. expectare aliquã dulcedinem carminis. Igitur accipe haustum dulcedinis metri ⁊c. quo refectus. i. recreatus firmior contendas. i. pergas in vlteriora. Notandũ q dicit malum nusq̃ esse in comparatione ad diuinam prouidentiam. quia malum nõ est aliqua natura neqꝫ aliqua res. omnis enim natura ⁊ res appetit suam pfectionem. Cum autem appetibile habeat rationem boni si malum esset natura ⁊ res appetens perfectionem: malum esset bonum. Notandum q nulluꝫ est malum simpliciter ⁊ totaliter in mundo qn in compara'de ad diuinam prouidentiam habeat rationem boni. vnde expedit multos defectus contingere in vniuerso ne multa bona tollantur. Si enim non corrumperet aer ignis non cõseruaret. nec vita leonis cõseruaretur nisi occideret agnus vel asinus. neqꝫ laudaret iusticia nec patientia si non esset iniquitas. Ex quo patet q multa in comparatione ad nos sunt mala quę in cõparatione ad diuinam prouidentiam omnia disponentem sm q melius competunt vniuerso bona sunt.

Metrum sextum quarti libri.

Si vis celsi iura tonantis
6 Pura solers cernere mente
Aspice summi culmina celi.
Illic iusto federe rerum
Veterem seruant sydera pacem.
Non sol rutilo concitus igne
Gelidum phebes impedit axem.
Nec quę summo vertice mundi
Flectit rapidos vrsa meatus:
Nunq̃ occiduo lota profundo
Cetera cernens sydera mergi:
Cupit occeano tingere flammas.
Semper vicibus temporis equis
Vesper seras nunciat vmbras
Reuehitqꝫ diem lucifer almum.
Sic eternos reficit cursus
Alternus amor. sic astrigeris
Bellum discors exulat oris.

Metrum sextum quarti libri.
Si vis celsi iura tonantis. Istud est sextum metrum huius quarti: quod sm quosdaꝫ dicitur adonicum. sm quosdam archilocũ. ab inuentore thetrametrum. Dactilicuꝫ a pede pdominante. In quo metro phia cõmendat diuinam prouidentiam in dispositione rerum. ⁊ primo ex parte rerum quę diuina dispositione [illegible]tur. scdo ex parte dei regentis ibi. Sedet interea. [illegible]

cōmendat diuinam prouidentiam in regimine corporum celestium. scd'o in regimine elementorum. tertio in regimine temporum. quarto in regimine generabiliū et corruptibilium. scd'a ibi. Hec cōcordia. tertia ibi. His de causis. quarta ibi Hec temperies. Primo dicit. Si tu solers. i. sapiens vis pura mente cernere iura. i. regimina quibus mūdus regitur. celsi tonantis. i. dei aspice culmina. i. altitudines summi celi. Illic sydera seruant veterem pacem. i. antiquā concordiam quā eis diuina prouidentia indidit iusto federe. quia sol concitus idest cōmotus, rutilo igne. i. calore non impedit gelidum axem phebes. i. lune. nec vrsa que flectit rapidos meatus. i. motus circa polum septētrionalem nūquam lota occiduo profundo. i. mari occidentali: cupit tingere. i. mergere. flāmas oceano. i. mari. cernens cetera sydera mergi in mare. et loquitur more vulgari. credit enim vulgus stellas quando occidunt descendere in mare. et vesper. i. venus semper equis vicibus temporis nunciat seras vmbras noctis. et eadem venus existens lucifer reuehit diem almū. i. clarum. Sic alternus amor proueniens ex diuina prouidentia. reficit eternos cursus syderum. sic. id est per tale mutuā concordiam. bellum discors exulat. idest expellitur ab oris astrigeris. id est a regionibus celestibus que gerunt astra.

¶ Notandū de hac dictione solers que secundum Isidorum interpretatur quasi sollicitus in arte vel vtilis et sic debet scribi per duplex. ll. Sed secundum Huguitionē dicitur a solon. quod est totū vel multū. et ars tis. quasi totus vel multus in arte. et sic debet scribi per simplex. l. ¶ Notandum quod deus magis denominatur tonans a tempestate tonandi. quam ab alia tempestate. quia maior terror per eam incutitur mentibus hominum quam per aliam. Unde per tempestatem tonandi homines magis inducuntur ad recogitandam diuinam potentiā. ¶ Notandum quod vrsa habens septem stellas circa polum septētrionalem mota. nunquam occidit sed semper nobis apparet. licet alie stelle nobis oriantur et occidant. de venere autem que de nocte sequitur solē et de mane lucifer dicta precedit solem visum fuit in primo libro metro secundo.

Hec concordia temperat equis
Elementa modis. vt pugnantia
Uicibus cedant humida siccis.
Iunganturque fidem frigora flāmis.
Pendulus ignis surgat in altum.
Terreque graues pondere sidant.
Hisdem causis vere tepenti
Spirat florifer annus odores.
Estas cererem feruida siccat.
Remeat pomis grauis autūnus.
Hyemem defluus irrigat imber.
Hec temperies alit ac profert
Quicquid vitam spirat in orbe.
Eadem rapiens condit et aufert
Obitu mergens orta supremo.

¶ Hec concordia temperat equis. Hic philosophia cōmendat regimen diuine prouidentie in elementis dicens. Hec concordia proueniens ex diuina prouidentia. temperat elemēta equis modis vt humida elementa pugnantia. i. contraria cedant. siccis vicibus. i. viceuersa. ita quod quandoque preualeant humida. et quandoque sicca. et quod frigora. i. elementa frigida. iungant fidē. i. concordiā flāmis. i. calidis elementis. ne vnū totaliter aliud corrumpat. et hec concordia facit vt pēdulus ignis surgat in altū. i. moueatur sursum. et terre graues pondere sidant. i. deorsum residant. Tunc cōmendat regimen dei circa tempora dicens Hisdem causis. i. talibus causis per diuinā prouidentiā ordinatis annus florifer. i. in quo habūdant flores. spirat odores ipso vere. i. tempore veris. tepente. i. incalescente. estas feruida siccat. i. maturat. cererem. i. fruges. Autūnus remeat. i. reuertitur. grauis. i. onerosus. pomis. imber defluus irrigat hyemem. Tunc cōmendat regimen dei circa generabilia et corruptibilia dicens. Hec temperies. i. temperata dispositio prouidentie diuine. alit et profert quicquid in orbe spirat vitam. i. quicquid viuit. et eadem temperies rapiens ea que fecit. condit. i. abscondit. et aufert. scilicet ab esse mergens orta. i. producta. supremo obitu. vltima morte. ¶ Notandū secundum cōmentatorem. 8. physicorum. Primū antiquū nihil facit sine scd'o antiquo. i. celo. ergo prima cā generationē et corruptionē elementorum et omnium in mūdo et temporum distinctionē operatur mediantibus corporibus celestibus. vnde in lib. de pomo Aristo. scribitur. quod creator omnium sua sapientia preparauit speras. et in qualibet spera stellas lucidas. et dedit ipsis virtutem dominandi in hoc mūdo faciendi bonū et malū mortē et vitam. et incedunt stelle secundum virtutem ipsis a creatore datā. secundum desiderium et voluntatem eius in ascendendo et descendendo. nūc de oriēte ad occidens. nunc de occidente ad oriens sine contradictiōe. et omnes stelle sunt sicut serui dn'o obedientes. et cursus et motus earum non est a seipsis nec virtute earum. sed est creator qui facit eas moueri.

Sedet interea conditor altus:
Rerūque regens flectit habenas.
Rex et dominus: fons et origo:
Lex et sapiens arbiter equi.
Et que cum motu concitat ire
Sistit retrahens: ac vaga firmat.

¶ Sed hanc nō in oībus. Hic ostendit phīa quō liberuȝ arbitriū diuersificatur in diuersis. scȝ in angelis et hominib⁹ dicens. Hanc .s. libertatē arbitrij nō constituo esse equā. id est equalem in omnib⁹. q2 maior est in substātijs diuinis q̄ in hominib⁹. Nam supernis et diuinis substantijs inest perspicax iudiciuȝ. id est infallibile iudiciū. et inest eis incorrupta voluntas. id est inflexibilis ad malum. et in eis est presto. id est parata. efficax potestas optatorū. q2 nō est in eis impedimentū executionis animas vero humanas necesse est esse liberiores. quando cōseruant se in speculatione diuinę mentis. minus vero libere sunt cum dilabuntur ad corpora. id est ad curā rerum corpaliū et adhuc minus libere sunt cum colligant terrenis artubus. id ē affectib⁹. quib⁹ nun⁹ resistere possunt passionib⁹ insurgentib⁹. Extrema vero. id est maxima est seruit⁹ animarū. quando dedite vicijs ceciderunt a possessione proprię rationis. qua regi .s. debuerunt in agēdo. Nam vbi .i. postq̄ animę deiecerint oculos rationis. et intellectus a luce summę veritatis. ad inferiora et tenebrosa. id est ad terrena et carnalia. mox caligant. id ē obscurant nube inscitię .i. ignorantię. et turbant perniciosis affectibus .i. passionib⁹. quib⁹ accedēdo et cōsentiēdo adiuuant .i. augmentāt seruitutē. quā sibi inuexere .i. induxerūt et animę vitiosorū sunt quodāmodo captiuę propria libertate. ¶ Notandū q̄ liberū arbitriū est libertas iudicandi et exequēdi res. Vel sm boetiū sup primo periermenias. liberū arbitriū est de voluntate iudiciū animi nullo extrinseco aut violenter cogēte aut violēter impediente: nullo cogente ad faciendū quod displicet nullo impediēte ne fiat qđ placet. ¶ Notandū q̄ liberū arbitriū in duobus consistit in libertate iudicandi. et in libertate exequēdi iudicata. primā scȝ libertatē iudicandi impedit ignorantia sed libertatē exequendi impedit impotētia executionis et corruptio voluntatis. Quandoq̧ eniȝ possum⁹ bonū perficere: tamē voluntate corrupta vicio nō perficim⁹. In substantijs aūt separatis nō est ignorantia iudicādi nec impotētia perficiendi: nec corruptio volūtatis. ergo in eis est maxima libertas arbitrij. Intelligentię eniȝ in nullo falluntur. ergo habent pspicax iudiciū et nunq̄ volunt nisi bonū. ergo in eis est incorrupta volūtas et possunt pficere quicqd desiderant ergo in eis est efficax potestas optatorū. ¶ Notandū q̄ quidaȝ dixerunt fuisse de intētione platonis animas humanas simul esse creatas in celo. et postea descēdere in corpa et in eis detineri tanq̄ in vinculis. sm illos grad⁹ libertatis aīarū humanarū quas ponit in litera sic distinguūtur .s. q̄ cū sint in celo create in cōtemplatione diuinę mētis sunt maxime libere. cū autē desiderio corporū incipiūt descendere ad corpus sunt minus libere. cum autē iam sunt colligate corporibus adhuc sunt minus libere. sed minima libertas est i eis quando subdūtur vicijs. ista tamē expositio nō tenet scdȝ veritatē ideo aliter exponitur q̄ illas animas necesse est eē liberiores quę cōtemplationi diuinę inseruiūt ut animę virtuosorū et cōtemplatiuorū quorū cōuersatio in celis est. Illę autē sunt minus libere quę dilabūtur ad corpa .i. quę descendūt ad curā rerum tempaliū. sicut sunt practici qui negociant circa bona tempalia ad cōmunē vtilitatē dispēsanda. adhuc minus libere sunt animę quę terrenis artub⁹ colligant. id est quę descendunt ad curandū propriū corp⁹ et ad propriā vtilitatē minime autē libere sunt quę subdite vicijs rationē amittūt. vitiosus nō vnius tantū dñi est seruus. sed tot dñorū quot viciorū sm beatū augustinū.

Quę tamen illę ab eterno cuncta prospiciēs prouidētię cernit intuitus. et suis quęq̧ merit predestinata disponit. omnia videt et omnia audit.

¶ Quę tamē illę. Hic ostendit phīa quō actus liberi arbitrij cadāt sub prouidētia diuina quia propter hoc q̄ diuina cognitio se extendit ad omnia dicēs. Quę omnia dicta quo ad diuersos gradus libertatis et quo ad omnes actus inde prouenientes cernit illę intuitus prouidētię diuinę cūcta prospiciēs. et quęq̧ pdestinata disponit suis meritis reddēdo bonis bona et malis mala. et hoc cōfirmat auctoritate greca quę sonat in latino. Omnia videt de⁹ et omnia audit vel sm alios sonat. deus illustrat oīa clari⁹ q̄ sol. ¶ Notandū q̄ licet omnia diuina prouidētia ab eterno oīa pspexerit. non tamē propter hoc necessitatur liber arbitriū ad faciendū bonū vel malū. quia sm aristot. 3. eth. Homo est dominus suarū operationū a principio vsq̧ ad finē. et ergo sm meritū operationū liberi arbitrij recipit penā vel premiū.

Metrum secundum quinti libri.

Puro clarum luminę phebum.
Melliflui canit oris homerus.
Qui tamen intima viscera terrę
Non valet aut pelagi radiorum
Infirma perrumpere luce
Haud sic magni conditor orbis.
Huic ex alto cuncta tuenti.
Nulla terrę mole resistunt.
Non nox atris nubibus obstat.
Quę sint: quę fuerint: veniantq̧
Vno mentis cernit in ictu.
Quem quia respicit omnia solus
Verum possis dicere solem.

Metrum secundum quinti libri.

Puro clarū luminę phebū. Istud est metrū secundū huius quinti quod dicitur archiloicū ab inuentore dactilicū a pede pdominante. in quo phīa cōmendat excellentiā diuinę cognitiōis. in comparatione ad solē materialem dicēs. Homerus oris mellifui .i. dulcis eloquētię canit .i. describit phebum .i. solē clarū puro luminę. secundum eni homerus fecit librū de claritate solis. qui .s. sol nō valet perumpere .i. penetrare intima viscera. id est profunda terrę et pelagi. id est maris. Infirma. id est debili. luce radiorū. haud sic. id est nō sic habet se cōditor magni orbis. scȝ deus sed ipse sua cognitiōe penetrat oīa: cum nihil possit ipm la

cere. huic. s. conditori cuncti. id est respicienti cuncta. ex alto. scilicet celo. terre sibi resistunt. nulla mole. id est magnitudine sicut obsistunt radiis solis. nec etiam nox obscuris obstat sibi atris nubibus immo in uno ictu mentis. id est in unico mentali intuitu. cernit que sunt quantum ad presentia. que fuerunt quantum ad preterita. que veniant quantum ad futura quem. s. conditorem. quia respicit omnia solus. tu possis dicere verum solem. ¶ Notandum licet deus omnia cognoscendo providebat etiam illa que fiunt ex libero arbitrio: voluit tamen quasdam creaturas esse liberi arbitrii. quia hoc magis decet divinam bonitatem. sicut enim melius et nobilius est regnum in quo non tantum serviunt regi a servis sed etiam a liberis. quam ubi tantum serviunt a servis. Sic melius erit regnum dei et decentius ex hoc quod sunt alique creature libere servientes. sicut homo et angelus: quam si essent sole creature serviliter operantes: cuiusmodi sunt omnes creature preter hominem et angelum. que ex determinatione nature. necessitantur ad sua opera.

Prosa tertia quinti libri.

Tum ego. En inquam difficiliori rursus ambiguitate confundor. P. Quenam inquit ista est: iam enim quibus perturbare coniecto. B

Prosa tertia quinti libri.

Tum ego. En inquam. Hic incipit tertia prosa huius quinti. in qua boetius obiicit. contra predicta: ostendens non posse simul stare providentiam et liberum arbitrium. Et primo premittit quod dicta possunt habere dubitationem secundo ponit rationem dubitationis ibi. Nimium inquam. Primo dicit. Tum pro tunc finitis predictis. Ego boetius inquam. O philosophia rursus ego confundor. difficiliori ambiguitate Et querit philosophia quenam est ista ambiguitas. iam enim coniecto. id est iudico. quibus tu perturbare. id est perturberis. ¶ Notandum quod coniectare est ex aliquibus signis aliquid putare. et sic philosophia coniectat per locum a communiter accidentibus dubitationem boetii. quia communiter quicunque loquebantur de providentia et libero arbitrio dubitant de compassibilitate eorum.

Nimium inquam adversari ac repugnare videtur prenoscere universa deum: et esse ullum libertatis arbitrium. Nam si cuncta prospicit deus: neque falli ullo modo potest: evenire necesse est quod providentia futurum esse previdet. Quare si ab eterno non facta hominum modo: sed etiam consilia voluntatesque prenoscit: nulla erit arbitrii libertas. Neque enim vel factum aliud ullum vel quelibet existere poterit voluntas. Nisi quam nescia falli providentia divina presenserit. Nam si aliorsum quam provisa sunt detorqueri valent. non iam erit futuri firma prescientia: sed opinio potius incerta: quod de deo nephas credere iudico.

¶ Nimium inquam. Hic boetius exprimit suam dubitationem ostendens providentiam et liberum arbitrium esse incompassibilia. primo facit hoc. secundo excludit quasdam vias quibus aliqui conabantur defendere providentiam ibi. Quid igitur. Ad probandum ergo incompassibilitatem predictorum ponit tres rationes secunda ibi. Ad hec. tertia ibi. Postremo. Primo ponit primam rationem. secundo excludit quandam solutionem eius. ibi. Neque. n. Primo modo dicit. Nimium videtur adversarii et repugnare deum prenoscere universa. et esse ullam libertatis arbitrium. Quod autem ista repugnant: probat. nam si deus prospicit cuncta. neque ullo modo falli potest. necesse est evenire illud quod providentia previderit esse futurum: quod si non eveniret falleretur providentia. Quare si ab eterno non modo. id est non tantum facta hominum sed etiam consilia et voluntates prenoscit. nulla erit libertas arbitrii: sed omnia evenirent de necessitate. Non autem deus sua providentia omnia precognoscat declarat. Neque enim poterit existere aliquod factum vel aliqua voluntas nisi quam presenserit. id est prescivit providentia divina. nescia. id est non potens falli. nec possunt aliter evenire quam previsa sunt. nam si valent detorqueri aliorsum. scilicet ut aliter eveniant quam previsa sunt. non erit iam firma prescientia dei. sed potius erit incerta opinio. quod iudico nephas credere de deo. ¶ Notandum quod ex littera sic formatur ratio. Illa que providentur infallibiliter de necessitate eveniunt. sed omnia providentur a deo infallibiliter. ergo omnia de necessitate eveniunt. et sic perit libertas arbitrii. ¶ Notandum quod scientia dei non est opinio. quia opinio est eorum que sic et aliter se possunt habere. ex primo posteriorum. scientia autem est eorum que non possunt se aliter habere ergo scientia dei non est dicenda opinio.

Neque enim illam probo rationem: qua se quidam credunt hunc questionis nodum posse dissolvere. Aiunt enim non ideo quid esse eventurum quoniam id providentia futurum esse prospexerit: sed econtrario potius: quoniam quod futurum est id divinam providentiam latere non possit. Eoque modo necessarium est hoc in contrariam relabi partem. Neque enim necesse est contingere que previdentur: sed necesse est que futura sunt provideri.

¶ Neque enim illam probo rationem. Hic philosophia excludit quandam responsionem que posset dari ad predictam rationem Et primo ponit eam. secundo eam excludit ibi. Quasi vero. Primo dicit. Neque enim probo. i. approbo illam rationem. i. responsionem qua quidam credunt se posse dissolvere nodum. id est difficultatem questionis. Aiunt enim non ideo quid esse venturum: quoniam providentia prospexerit illud esse futurum. id est venturum. sed potius econtrario. id est econverso. quoniam quod futurum est: illud non possit latere providentiam divinam quasi dicat. eventus rei est causa prescientie. et non econverso. et ideo ex eventu debet concludi necessitas prescientie non econverso. secundum eos. Et isto modo necessarium est. hoc scilicet quod concluditur de eventu. relabi in contrariam partem. scilicet ut quod concluditur de eventu. hoc concludatur de prescientia. Neque enim necesse est contingere que providentur secundum eos. sed que futura sunt necesse est provideri. ¶ Notandum quod prior ratio pretendebat quod omnia futura de necessitate eveniant. quia deus futura infallibiliter previdet. responsio autem quorundam dicit contrarium. Dicit enim non ideo quia deus previdet futura necessario eveniunt: sed quia ventura sunt ideo deus ea previdet.

Quasi vero que cuiusque rei causa sit prescientia: ne futurorum necessitas sit: an futurorum necessitas causa providentie laboretur. At non illud demonstrare nitimur quoquo modo se habeat ordo causarum: necessarium esse eventum prescitarum rerum: etiam si prescientia futuris rebus eveniendi necessitatem non videatur inferre. Et enim si quispiam sedeat: opinionem que eum sedere coniectat veram esse necesse est. Atque econverso rursus si de quopiam vera sit opinio quoniam sedet: eum sedere necesse est. In utroque igitur necessitas inest: in hoc quidem sedendi: at vero in altero veritatis. Sed non idcirco quisque sedet: quoniam vera est opinio: sed hec potius vera est: quoniam quempiam sedere precessit. Ita cum causa veritatis ex altera parte procedat: inest tamen communis in utroque necessitas. Similia de providentia futurisque rebus ratiocinari patet. Nam etiam si idcirco quoniam futura sunt providentur: non vero ideo quoniam providentur eveniunt: nihilominus tamen a deo vel ventura provideri vel pro

nisa euenire necesse est. quod ad perimendaȝ arbitrij libertatem solum satis est.

¶ Quasi vero. Hic excludit istam responsionē dicēs. Ista responsio procedit quasi laboraret querendo cuius rei causa sit presciētia. vtrū sit causa necessitatis futurorum: vel vtrū necessitas futurorum sit causa prouidentie. sed nos nitamur. i. laboremus hoc demonstrare. s. necessariū esse euentū rerum pscitarū quoquo mō. id est quocūqȝ modo se habeat ordo causarum et sit p cōuis. pscientia nō videat inferre necessitatē eueniendi reb' futuris. Quod declarat in exēplo dicens. Si aliquis sedeat: necesse est opinionē esse verā que coniectat eum sedere. et econuerso si de aliquo vera sit opinio quia sedet necesse est eū sedere. igit in vtroqȝ. s. in opinione et sedente est necessitas. in hoc. s. in sedente est necessitas sedendi. in altero. scilȝ in opinione est necessitas veritatis: sed non idcirco quisqȝ sedet supple causaliter. quoniā vera est opinio. quia veritas opinionis non est causa sessionis. sed hec. s. opinio potius est vera. quoniā precessit quēpiam. i. aliquē sedere. et ita cū causa veritatis ex altera parte procedat. tamē in vtroqȝ est communis necessitas. et eodē modo contingit arguere de prouidētia et de his que prouident'. vnde dicit. patet. i. manifestū est. rōcinari de prouidentia et de rebus futuris. Nā etsi pro cōuis idcirco prouidētur: quoniā futura sunt. nō tamē ideo eueniūt quoniā prouidētur. nihilomin' tamē necesse ē a deo vel vētura prouideri: vel puisa euenire. ita q vtriqȝ parti inest necessitas cōuis alteri' causalitas. quod solū satis est. id est sufficit ad perimendā libertatē arbitrij. ¶ Notandū q responsio ista quā innuit in littera videt fuisse ipsius Origenis. qui supra epistolā ad Ro. sic dicit. Nō propterea aliquid erit. qȝ illud deus scit futurū: sed qȝ futurū est ideo scit a deo antequā fiat. Quod tamen potest intelligi dupliciter. vno mō q euentus rei sit causa prescientie fm rationē consequentie. et sic responsio est vera. Alio modo potest intelligi q euētus rei sit causa prescientie fm existentiā. et sic est falsa. et hoc modo improbat hic a boetio. Primo ergo ostēdit boeti' q ista rñsio nō est ad ppositū. secūdo ostēdit q nō includit veritatē ibi. Jam vero.

Jam vero quā preposterū est ut eterne prescientie temporalium rerū euentus causa esse dicatur. Quid est autē aliud arbitrari: ideo deū futura quoniā sunt euentura puidere: quā putare que olim acciderunt causam summe illius esse prouidentie?

¶ Jam vero. Hic philosophia ostēdit q ista responsio includit falsitatē. qȝ ponit q aliqd temporale sit causa eterni. dicūt enī q res future sint causa puisionis eterne vnde dicit. Jaȝ vero preposterū est. i. puersum est. ut euētus rerū temporaliū dicat esse causa eterne pscientie. quod dicit in ista responsione. vnde subdit. Quid est aliud arbitrari deū: ideo puidere futura quoniā sunt euētura. quā putare que olim acciderunt. s. ipsa futura esse causam summe prouidētie. q. d. nihil est aliud dicere. ¶ Notandū q nullū temporale est causa eterni sed potius econuerso. Indign' enī nō est cā dignioris. eo q causa dignior est effectu. temporale autē indign' est eterno: sicut corruptibile incorruptibili. ergo. rc.

Ad hec sicuti cum quid esse scio idipsuȝ esse necesse est: ita cum quid futurū noui: idipm futurum esse necesse est. sic fit igitur ut euētus pscite rei nequeat euitari.

¶ Ad hec. sicuti cū quid esse scio. Hic ponit scdam responsionē ad probandū scdam conclusionē dicens. Ad hec supple pdicta addenda est hec ratio. sicuti cū scio esse quid. id ē aliquid. necesse est ipm esse. ita cū noui quid futurū. necesse est idipm esse futurū. sic igit fit. id est contingit. ut euētus rei presciteque nequeat euitari. ¶ Notandū q ratio sic potest formari. sicut se habet sciētia respectu scibilis pñtis: sic prescientia respectu effectus futuri. sed cū scio in pñti aliqd esse: necesse est ipm esse. ergo cū pscitur aliqd futurū esse. necesse est ipm futurū esse. sed deus prescit omnia futura. ergo necessario eueniūt. et sic iterū tollit libertas arbitrij.

Postremo si quid aliqs aliorsū quā se se res habet existimet. id nō modo sciētia nō est: sed est opinio fallax ab sciētie veritate longe diuersa. Quare si quid ita futuruȝ est ut eius certus ac necessarius nō sit euentus: id euenturū esse presciri qui poterit? Sicut enim sciētia ipsa impermixta est falsitati. ita id quod ab eo concipit: esse aliter quā concipit nequit. Ea nāqȝ causa est cur mendacio sciētia careat. q se ita rem quamqȝ habere necesse est: vti eaȝ sese habere sciētia comprehendit.

¶ Postremo si qd aliquis. Hic ponit tertiā rōem ad ideȝ dicens. Si qs existimet aliqd esse aliorsum. i. aliter quā res se habet. illud nō modo. i. nō tantū nō est sciētia: sed est fallax opinio longe diuersa a veritate sciētie. quare si aliqd ita futurū est: ut eius euētus nō sit certus et necessari'. quō illō poterit presciri euenturū. q. d. nullo modo. Cuius rōem assignat dicens. Sicut ipsa sciētia est impermixta falsitati: sic illud quod concipit ab ea nō potest aliter esse quā concipit. qȝ si posset aliter se habere: tūc sciētia posset esse falsa. vñ subdit. ista est causa quare sciētia careat mendacio. qȝ necesse est vnamquāqȝ rem ita se habere: sicut sciētia comprehendit eā sese habere. ¶ Notandū q ratio quaȝ intendit est ista. Quicūqȝ existimat rem aliter esse quā est eius existimatio est falsa et non est sciētia: sed fallax opinio. ergo si deus prescit aliquod futurū esse. et si ipsum nō necessario euenit sicut prescitū: prescia dei non erit scia sed fallax opinio. ergo futura a deo pnisa necessario eueniūt. et sic perit liberū arbitriū.

Quid igitur? Quoniā modo deus hec incerta futura agnoscit? Nā si ineuitabiliter euētura censet que etiā non euenire possibile est: fallitur: quod sentire nō modo nephas est: sed etiā voce pferre. At si ita vti sunt: ita ea futura esse decernit: ut eque vel fieri ea vel non fieri posse cognoscat: que est hec prescientia que nihil certū: nihil stabile comprehēdit? aut quid hoc refert vaticinio illo ridiculo tiresie: quicqd dicam aut erit aut non? Quid etiā diuina prouidentia humana opiniōe prestiterit: si vti homines incerta iudicat quorū ē incertus euētus?

¶ Quid igit. Hic phia improbat modos quib' aliqui nitunt saluare prouidentiā. et pmo querit quō possit saluari prouidētia diuina. improbādo duos modos quib' aliqui conabant' ipam saluare. Secundo ponit tertiū modū. simili ter ipm improbādo. secūda ibi. Nō si apud. Primo dicit. Quid igit dicemus. quō modo dici potest q de' prenoscat hec futura incerta. Primus mod' est: ut dicat deū ea q̄ prouidet iudicare infallibiliter quāuis possint nō euenire. sed ideȝ inconueniens. quia tūc falleret' sua puidentia. vñ dicit. Nam si deus censet. i. iudicet euenire infallibilit' que etiā possibile est nō euenire. fallit' ipe deus. quod nō modo id est nō tantū nefas e[illegible] sentire de deo sed etiā nefas est voce pferre. Secūdus modus est ut dicat' deum prouidere futura indeterminate sicut sunt futura. sed isto modo prouidētia dei nō est certa. vnde dicit. Si deus decernit ista futura esse que prouident' indeterminate sicut sunt. ut. s. cognoscat ea eque. i. equaliter posse fieri vel nō fieri. que est ista pscientia que nihil certū nihil stabile comprehēdit. q. d. talis prouidētia nulla est. et quid hec pscientia refert. id ē differt ab illo vaticinio ridiculoso Tiresie. q dicebat. Quicqd

nicā hoc erit vel nō erit. Quid etiā .s. in quo diuina prouidentia .pstiterit .i. preualebit humana opinione. si iudicat incerta sicut homies ea quoꝝ euentus est incertus .q. di. in nullo differt. ¶ Notandū ꝙ cū tiresia vidisset duos serpētes simul coire proiecto baculo ipsos separauit abinuicem ꝛ mutatus fuit in mulierē. Post septimū iterū serpentes coeuntes baculo separauit. ꝛ mutatus fuit in virū. Cū autē orta fuisset dissensio inter iouē et iunonē an maior eēt delectatio in coitu viri ꝙ mulieris. Electus fuit tiresia in iudicem q expertus erat sortē vtriusqȝ sexus. Cum autē diceret maiorē esse delectationē mulieris. Juno cōmota excecauit ipsum. Jupiter autē sui misertus in recōpensam amissi visus dedit sibi spiritū vaticinādi. Fuit autē hec sua vaticinatio. quicqd dicam erit vel nō erit. Si ergo deus nō aliter pscaret futura indeterminata. nisi quia erūt vel nō erunt non differt sua prescientia a prescientia tiresie quod est ridiculosum.

Nā si apud illā rerū omniū certissimā fontem nihil incerti esse potest certus eoꝝ est euētus que futura firmiter ille pscierit. Quare nulla est humanis consilijs actionibusqȝ libertas: quas diuina mēs sine falsitatis errore cūcta pspiciens ad vnū alligat et cōstringit euentum.

¶ Nā si apud illā rerum. Hic ponit tertiū modū conantium saluare prouidētiā. Et est ut ponamus omnia euenire de necessitate et auferamus liberū arbitriū. Primo ergo ponit istū modū. secūdo ostendit que incōueniencia sequantur ad ipm ibi. Quo semel. Primo ergo cōcludit istū modum dicens. Nā si apud illum certissimū fontem omniū rerum nihil potest esse incerti. certus est euētus eoꝝ que ipse firmiter prescierit futura. quare nulla erit libertas humanis consilijs et actionib⁹. quas diuina mens sine errore falsitatis cuncta prospiciēs alligat et cōstringit ad vnū euentum ¶ Notandū ꝙ nulla mutatio cadit circa fontē omniū rerū quia cognitio eius nō potest esse incerta. etiam si esset incerta esset imperfecta et diminuta. si ergo est certa respectu futuroꝝ. necesse est ut oia futura pscita a deo necessario eueniāt.

Quo semel recepto quantus occasus humanarū rerum cōsequatur liquet. Frustra enim bonis malisqȝ premia peneue pponuntur: que nullus meruit liber ac voluntarius motus animoꝝ. Idqȝ omniū videbitur iniquissimū quod nunc equissimū iudicatur vel puniri improbos vel remunerari probos: quos ad alterutrū nō propria mittit voluntas: sed futuri cogat certa necessitas. nec vicia igitur nec virtutes quicquā fuerunt: sed omnium meritorum potius mixta atqȝ indiscreta confusio.

¶ Quo semel recepto. Hic ponit incōueniētia que sequūtur si auferatur liberū arbitriū. Et primo ostēdit que incōueniencia sequūtur ex pte hominū. secūdo que ex pte dei, tertio que ex parte piūctiōis hominū ad deū. secūda ibi. Quo nihil. tertia ibi. Igitur nec sperandi. Incōueniencia ex parte hominū sunt. si non sit liberū arbitriū frustra proponūtur hominib⁹ pene vel premia. ꝛ iniuste puniunt mali et premiant boni. nec erūt vicia nec virtutes in hominibus. sicut nec in alijs que agunt necessitate nature ꝛ nō libertate animi. vnde dicit. Quo semel recepto. id est posito .s. ut negetur liberū arbitriū. liquet .i. manifestū est quātus occasus. id est quanta destructio humanarū rerum cōsequatur. frustra enim proponūtur bonis premia et malis pene. ita statuta et leges humane erunt inutiles que penas et premia statuunt que nullus motus animorū liber ac voluntarius meruit et illud videbitur iniquissimū omniū qd nūc iudicatur equissimū .s. puniri improbos ꝛ remunerari probos. quos ad alterutrū. id est ad probitatē vel improbitatē nō mittit propria voluntas. sed cogit certa necessitas futuri. igitur virtutes ꝛ vicia nō fuerint quicqȝ. sed potius erit mixta et indiscreta confusio oim meritorū. scȝ bonorū et maloꝝ. ¶ Nota ꝙ omnes virtutes ꝛ vicia oriūtur ex libera electione boni et mali. ꝛ similiter punitio et remuneratio fiūt propter liberā actionē boni vel mali. Si ergo tollitur libertas arbitrij nō erit libera electio. nec libera actio bona vel mala. ꝛ p consequēs nulla erit virtus et nullū viciū. ꝛ iniuste mal⁹ punietur cū ex necessitate malū operet et iniuste bonus pmiatur cum ex necessitate opet bonū qd est absurdum dicere.

Quoqȝ nihil sceleratius excogitari potest: cum ex prouidentia rerū ois ordo ducatur: nihilqȝ liceat cōsilijs humanis: fit ut vicia quoqȝ nostra ad bonorum oim referantur auctorem.

¶ Quoqȝ nihil sceleratius. Hic ostendit incōueniens qd sequitur ex parte dei scȝ ꝙ deus erit auctor malorū. vñ dicit. Cum ois ordo rerum ducatur ex prouidētia diuina. ꝛ si nihil liceat libere fieri ex humanis cōsilijs fit .i. sequitur ut vicia nostra referantur ad auctorē omniū. sup. deū quo nihil sceleratius excogitari potest. ꝙ deū dicere auctorē maloꝝ quod tamen necessariū est ablata libertate. ¶ Notandū ꝙ defect⁹ in operatiōe qui defectus nō est in potestate rei ut euitetur necessario est ab agente ꝛ a producente. Si ergo actio voluntatis nostre nō est libera: defectus actiōis secundum voluntatē reducetur in deum ꝛ sic deus erit causa defectuum nostroꝝ quod est absurdum.

Igitur nec sperandi aliquid nec deprecādi vlla ratio est. Quid enim vel speret quisqȝ vel etiam deprecetur quando optanda oia indeflexa series connectit. auferetur igitur vnicū illud inter homines deumqȝ cōmerciū: sperandi .s. ꝛ deprecandi. Siquidē iuste humilitatis precio inestimabilē vicem diuine gratie promeremur: qui solus modus est: quo cū deo colloqui homines posse videantur: illiqȝ inaccesse luci prius quoqȝ ꝙ impetrēt ipsa supplicādi ratiōe coniūgi: que si recepta futuroꝝ necessitate nihil virium habere credātur: quid erit quo summo illi rerum pricipi cōnecti atqȝ adherere possimus? Quare necesse erit humanum genus vti paulo ante cantabas dissaeptum atqȝ disiunctum suo fonte fatiscere.

¶ Igitur nec sperandi aliqd. Hic ponit incōueniencia que sequuntur ex coniūctione hominis ad deū. quia tolleretur act⁹ deprecandi ꝛ actus sperādi: quib⁹ maxime cōiungimur deo vnde dicit. Igitur si tollitur liberū arbitriū: nec vlla ratio est sperandi aliquid nec deprecandi inter deū et homines. Quid enim quisqȝ deprecatur vel speret. si series indeflexa cōnectit omnia optanda. q. d. frustra fieret vtrūqȝ. igitur auferetur illud vnicum cōmerciū .s. sperandi ꝛ deprecandi inter deū et homies. vocat autē spem et deprecationē cōmerciū. quia illis mercamur omnia beneficia. vnde subdit. siquidē precio iuste humilitatis nos homies promeremur inestimabilē vicem .i. retributionem diuine gratie qui mod⁹ deprecandi solus est: quo homines videantur posse colloqui cum deo. ꝛ cōiungi inaccesse .i. inaccessibili luci sup. deo priusqȝ homies impetrēt quod petūt. prius enim preces porrigimus ꝙ effectū petitionis cōsequamur. que .s. spes et deprecatio. si nihil credantur habere viriū. recepta .i. cōcessa necessitate futuroꝝ. quid erit quo cōiungi possimus illi summo principi rerū. q. d. nihil quare necesse erit genus humanū dissaeptū. id est disiunctū suo fonte. id est a suo principio supple a deo fatiscere. id est deficere. vti paulo ante cātabas in sexto metro quarti libri. ¶ Notandū ꝙ actus deprecādi spectat ad intellectū. ꝛ est oratio secundum Jo. dama. ascensus intellectus ad deum vel in de

um. quo quidē actu insinuam⁹ deo indigentiā nostram: nō q̄ deo p insinuationē nostrā aliquid innotescat quod prius ignorauerit, sed ut nos ipsa insinuatione vtendo consideremus in his esse recurrendū ad diuinū auxiliū. Actus autē sperandi ptinet ad voluntatē. quia ei⁹ obiectū est bonū futurū. p istum actū adheremus deo tanq̄ꝫ perfecto principio bonitatis. innitentes eius auxilio ad cōsequendū bonum quo indigemus. sed si huiusmōi bonū necessario eueniret vel impossibile esset euenire vterq̄ꝫ actus tam deprecandi quā sperandi esset inutilis.

Metrum tertium libri quinti.

Quenam discors federa rerum
Causa resoluit? quis tanta deus.
Veris statuit bella duobus.
Ut que carptiꝫ singula constent
Eadem nolunt mixta iugari.
An nulla est discordia veris:
Semperq̄ꝫ sibi certa coherent.
Sed mens cecis obruta membris.
Nequit oppressi luminis igne
Rerum tenues noscere nexus.

Metrum tertiū quinti libri.

Quenam discors federa rerū. Hic incipit tertiū metrū huius quinti quod dicit adonicū: vel sm alios archilogicū ab inuentore. dactilicū a pede p̄dominante. in quo facit exclamationē super incōpassibilitate: que apparet inter prouidentiā ⁊ liberū arbitriū. Et primo querit quare sint incōpassibilia cū per se considerata sint cōpassibilia. secundo ponit responsionē ad hoc. tertio cōtra responsionē obiicit. quarto obiectionē soluit. secūda ibi. An nulla. tertia ibi. Sed cur tanto. quarta ibi. Aut cum mentem. Primo dicit. Quenā discors causa resoluit. i. separat federa. id est cōcordias rerum. scꝫ diuine prouidentie. ⁊ liberi arbitrij. ne cōpatiant̄ se simul. aut quis deus tanta bella statuit duobus veris vt singula vera que carptim. id est sigillatim vel diuisim accepta. constent. id ē permanēt. eadē tamen mixta. id est coniuncta nolunt iugari. id est copulari seinuicē compatiēdo. Tunc ponit responsionē dicens. Nō istis duobus veris. sciꝫ prouidentie et libero arbitrio nulla est discordia. sed apparentia discordie prouenit ex debilitate nostri intellect⁹. vnde dicit. An est nota solutiōis nulla est discordia veris: sed semper certa coherent sibi. sed mēs nostra obruta. id est oppressa. membris cecis. id est ocancri bus animā illa nequit igne. id est splēdore. oppressi luminis. scꝫ intellectus noscere tenues. i. subtiles. nexus. id est connexiones rerū que vident̄ discordare. ¶ Notandū si cō sideremus prouidentiā diuinā per se: possibile est eam esse. si consideremus liberum arbitriū per se. etiam possibile est eū esse ut patet ex dictis. Sed si cōsideremus vtrūq̄ꝫ simul tūc vident̄ incōpassibilia sicut patet ex rationib⁹ superioribus sm veritatē autem bene se cōpatiuntur. sed nobis nō apparet quia intellectus noster oppressus mole corporis nō potest se eleuare in huiusmōi cognitionē. Nam sm sapientem. Corpus qḋ corrūpitur aggrauat animā. ⁊ terrena habitatio opprimit sensum multa cogitantē.

Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas?
Scit ne quod appetit anxia nosse?
Sed quis nota scire laborat?
Et si nescit: quid ceca petit?
Quis enim quicq̄ꝫ nescius optet?
Aut quis valeat nescita sequi?
Quo ne inueniat? quis repertam
Queat ignarus noscere formam?

¶ Sed cur tāto flagrat amore. Hic philosophia obiicit cōtra solutionē. Si enim aia ignorat istas subtiles cōiunctiones: vnde est q̄ desiderat eas scire: cum nihil ignotū possit desiderari. vnde dicit. Sed cur aia flagrat. id est ardet. tanto amore. id est desiderio. repire notas tectas. id est notificationes latentes. veri. id est veritatis. Scit ne mens illud quod ipsa anxia. id est sollicita appetit nosse. q. d. nō. quia nullus appetit scire illud quod scit. ⁊ hoc ē qḋ dicit. Quis laborat scire nota. q. d. nullus. oportꝫ igit̄ dicere q̄ nesciat. et tūc sequit̄ aliud incōueniens. s. q̄ anima desideret illud qḋ nescit. vnde dicit. Si nescit illud quod petit: quid petit. id est desiderat. mens ceca. i. ignorans. Quis eniꝫ nesci⁹ optet quicq̄ꝫ. Quis eniꝫ valeat. id est possit seq nescita. aut quis nescius possit noscere quo inueniat sup. illud quod querit et quis ignarus. i. nesci⁹ queat. id est possit noscere formaꝫ repertā. q. d. nullus. ¶ Notandū q̄ dictū est in responsione q̄ anima ignorat cōpassibilitatē prouidētie et liberi arbitrij. sed desiderat eā scire. Contra hoc arguit sic. Nulli⁹ appetit scire quod scit. Si anima desiderat scire aliquid. vl' ignorat illud vel scit. Si scit. ergo nō desiderat ipm scire. qꝛ nullus appetit scire quod scit: cū omnis appetitus sit ratione carentie. Si autꝫ ignorat illud quod desiderat. quomō ignotū desiderat̄ cum voluntas nō querat incognitū ideo si ignorat nunq̄ꝫ cognoscet. Quis eniꝫ ignotū inueniet. Si enim paterfamilias quereret seruū fugitiuū quē ignoraret posset sibi multotiens occurrere q̄ ipm nō inueniret sicut dicit Linconiensis super primo posteriorū.

An cum mentem cerneret altam:
Pariter summam et singula norat:
Nunc membrorū condita nube:
Non in totum est oblita sui.
Summamq̄ꝫ tenet singula perdens.
Igitur quisquis vera requirit:
Neutro est habitu. naꝫ neq̄ꝫ nouit.
Nec penitus tamen omnia nescit.
Sed quā retinēs meminit summam
Consulit: alte visa retractans:
Ut seruatis queat oblitas addere partes

¶ An cum mentē cerneret altaꝫ. Hic soluit obiectionem. Ubi notandū q̄ plato posuit animas esse in celo creatas ⁊ habere cognitionē omniū perfectā. sed per lapsum ad corpora eam obliuisci cognitionē rerum in particulari et retinere eam in vniuersali. ⁊ postea per exercitiū recupare cognitiōꝫ rerum in pticulari. vnde dicit sic. An est nota solutionis cū anima cerneret. id est specularet̄. altam mentē. id est pfundam mentē dei. ipsa pariter. id est simul norat. id ē nouerat summā. id ē vniuersalem cognitionē. ⁊ singula. id est singularem cognitionē rerum. sed nūc ipsa condita. i. tecta nube membrorū. nō est oblita sui in totū. id est totaliter. sed ipsa tenet summā. id est cognitionē vniuersalem rerū. perdens singula. id est singularē cognitionē. igit̄ quisq̄s requirit. id est inuestigat cognoscere vera. talis est neutro habitū sup. ut pfecte cognoscat vel q̄ omnino ignoret. vnde dicit. Nā neq̄ꝫ nouit. scilicꝫ in speciali et perfecte illud quod querit. nec penitus nescit omnia. sed ipse meminit. id est in memoria habet. summā. id est vniuersalem cognitionē. quam retinens cōsulit supple actuali consideratiōe retractans. id ē reuocans per studiū. alte. id est subtiliter. visa. id est prius in speciali cognita. ut ipsa queat addere oblitas partes ptibus seruatis supple in memoria. ¶ Notandū q̄ secūdūꝫ istam viā platonis soluerет̄ ratio prius tacta vel aia scit quod desiderat. vel nescit: Dico q̄ nescit in speciali ⁊ in ppria forma. sed scit in vniuersali. Et cum dicit̄ nullus desiderat notum verū est sicut notū in vniuersali. tamē desiderat ipm ut est ignotum in speciali. Et cū dicit̄ si ignorat n i

q̃ invenict. verum est si ignorat tam in generali q̃ in speciali. et si ignorat in potentia et in actu. si tamen scit in potentia et in universali. et ignorat actu et in propria forma. potest ipm invenire et addiscere.

Prosa quarta libri quinti.

Tum illa: vetus inquit hec est de providentia querela: a Marco tullio cum divinationem distribuit vehementer agitata: tibiq; ipsi res diu prorsus multumq; quesita: sed haud quaq̃ ab ullo vestrum hactenus satis diligenter ac firmiter expedita. Cuius caliginis causa est: q humane ratiocinationis motus ad divine prescientie simplicitatem non potest admoveri. Que si ullo modo cogitari queat: nihil prorsus relinquetur ambigui. Quod ita demum patefacere atq; expedire temptabo si prius ea quibus moveris expendero.

Prosa quarta quinti libri.

Tum illa vetus inquit. Hec est quarta prosa huius quinti. in qua philosophia incipit dissolvere questionem de possibilitate providentie et liberi arbitrii. Et primo tangit difficultatem huius questionis et causam difficultatis. et tangit modum procedendi circa eius solutionem. secundo dissolvit eam ibi. Quero enim. Primo dicit. Hec querela. id est questio hec de providentia est vetus et est vehementer agitata. id est pertractata a Marco tullio. cum distribuit. id est divisit. divinationes. id est in libro divinationum. ubi dividit divinationem in suas species. non solum hec sed tibi ipsi est res multū diu quesita. Sed haud quaq̃. id est nō alicubi. ab ullo vestrū satis diligẽter et firmiter expedita. cuius caliginis. id est difficultatis causa est q motus. id est actus humane rationis. nō potest admoveri. id est applicari ad simplicitatẽ divine providentie. que si ullo modo excogitari queat nihil relinquetur prorsus ambigui. qd scz rationẽ et causam difficultatis. ita demū patefacere et expedire temptabo si prius expendero. id est declaravero. ea quib9 tu moveris. ¶ Notandū q questio de providentia divina et libero arbitrio est omniū questionū difficillima. de qua multi antiquorū dubitabant. et nōnulli modernorū propter eius difficultatẽ lapsi sunt. q̃ tullius in libro. divinationū pertractās non valuit dissolvere eius difficultatem. negans penitus providentiam et prescientiam futurorum a deo in predicto libro divinationum.

Quero enim cur illam solventiū rationem minus efficacem putes? que quia prescientiā nō eẽ futuris rebus causam necessitatis existimat nihil impediri prescientia arbitrij libertatẽ putat. Num enim tu aliunde argumentum futurorum necessitatis trahis nisi q ea que presciunt̃ non evenire non possunt? Si igitur prenotio nullam futuris rebus adijcit necessitatẽ quod tu etiam pauloante fatebare: quid est q voluntarij exitus rerum ad certum cogantur eventum? Etenim positionis gratia ut quid consequatur advertas: statuamus nullam esse prescientiam. Num igitur: q̃tum ad hec attinet: que ex arbitrio eveniunt ad necessitatem cogunt̃? B. Minime. P. Statuamus iterū eē. sed nihil rebus necessitatis iniungere: manebit ut opinor eadem voluntatis integra atq; absoluta libertas.

¶ Quero enim cur illam solventiū rationem minus efficacem putes. &c. Hic philosophia accedit ad solutionẽ questionis. primo discutit motiva boetij. secundo solvit dubitationẽ sive questionẽ ibi. Quoniā igitur. Circa primum sciendū. q duo fuerūt motiva boetij principalia. circa hanc questionẽ. Primū quia videtur necessariū si deus previdet futura q necessario eveniant. Secundū motivū. q futura quorū eventus est incertus sicut sunt futura contingẽtia nō possunt a deo certe provideri. Primo ergo pertractat primū motivū secundo secundū ibi. Sed hoc inqs. Primo ostendit q si deus providet futura nō propter hoc necessario eveniūt. Secundo movet dubitationẽ ibi. Sed q fieri potest. Primo ostendit q ex prescientia dei nō infertur necessitas libero arbitrio. Secūdo ostendit q prescientia dei non sit signū necessitatis futurorū ibi. Sed prescientia. Circa primū sciendū. q prius improbavit quandā responsionem. qua quidā nitebant̃ impedire rationẽ ostendentẽ nō esse liberū arbitriū propter prescientiā divinā. quā responsionẽ hic resumit ostendẽs eam aliquo modo esse bonā. qr sufficienter impedit intentionẽ adversarij. Nam adversarius ex nullo alio probat necessitatẽ futurorū: nisi quia sunt prescita a deo cum igit̃ ex responsione habeat̃ q prescientia nullā causalitatẽ habet super futura. vid. ẽ sufficiẽter ostẽsum esse q ea que procedūt ex libero arbitrio nō sunt necessaria. Primo ergo ponit illā responsionẽ resumẽdo eius solutionẽ dicens. Quero enī cur istam rationẽ solventiū putes minus esse efficacem. que putat libertatẽ arbitrij non impediri a prescientia: quia existimat prescientiā nō eẽ causam necessitatis futurorū. Qd autẽ per istam responsionẽ impediat̃ illatio necessitatis futurorū patet ex hoc q tu nō trahis aliunde argumentū necessitatis futurorū nisi q ea que presciūtur nō possunt nō evenire. Si igit̃ prenotio. i. prescientia futurorū. nullā adijcit. id est imponit necessitatẽ rebus futuris. ut dicit responsio. et tu etiam fatebare pauloante. qd est. id est quid eẽ poterit. q voluntarij exitus cogantur ad certum eventū. et ita per illā responsionẽ excluditur necessitas futurorū et manifestat se in exemplo dicens. Ut advertas quid cōsequatur gratia positionis. id est exempli. statuamus. id est ponam9 p impossibili nullā esse prescientiā futurorū. igit̃ hoc posito q̃tum ad hoc id est q̃tum ad istam illationẽ. qua ex prescientia cōcluditur necessitas futurorū. ea que eveniūt ex arbitrio cogūtur ne ad necessitatem. dicit boetius. Minime. et philosophia statuamus iterū esse providentiā: sed nihil necessitatis iniungere reb9 futuris manebit ut opinor eadem libertas voluntatis integra et absoluta ab omni necessitate.

¶ Notandum q prior solutio improbata fuit bona et mala in hoc fuit bona quia posuit prescientiā non esse causam necessitatis futurorum. Dicit enim. Ideo futura eveniunt non quia deus ea providet. Sed in hoc fuit mala. quia posuit futura esse causam prescientie dei. Dicit enim quia futura sunt ideo deus ea providet. patet ergo ex responsione antiquorum q prescientia nō est causa necessitatis re

bus futuris.

Sed prescientia inquies tametsi futuris eueniendi necessitas non est: signum tamen est necessario ea esse ventura. Hoc igitur modo etiam si precognitio non fuisset: necessarios futurorum exitus esse constaret. Omne etenim signum tantum quid sit ostendit: non vero efficit quod designat. Quare demonstrandum prius est non nihil ex necessitate contingere: ut prenotionem signum esse huius necessitatis appareat. Alioquin si hec nulla est nec illa quidem eius rei signum poterit esse que non est.

¶ Sed prescientia inquies tametsi futuris eueniendi necessitas non est. etc. Hic ostendit philosophia q prescientia diuina non sit signum necessitatis rebus futuris. Secundo ostendit q modus probandi ex signo non est efficax. ibi. Jam vero. Primo dicit. Tu inquies. i. dicere poteris. est pro quamuis. prescientia nō est necessitas eueniendi rebus futuris. tamen est signum ea necessario esse ventura. et ita ex prescientia potest inferri necessitas futurorum tanquam ex signo. Hoc igitur modo ponendo prescientiam esse signum necessitatis futurorum. constaret exitus. i. euentus futurorum esse necessarios. etiam si non fuisset precognitio. quod probat ex natura signi dicens. Omne namque signum tantum ostendit. quid sit. i. manifestat illud cuius est signum. sed nō efficit quod designat. quare vt prenotionem. i. prouidentiam appareat esse signum necessitatis futurorum demonstrandum erat prius nihil contingere non ex necessitate. i. omnia euenire necessario. alioquin si hec necessitas futurorum nulla est nec illa prescientia poterit esse signum eius rei que nō est. et ita non valet hic arguere necessitatem futurorum ex prescientia tanquam ex signo.

¶ Notandum q signum non est causa eius cuius est signum. Sed tantum manifestat signatum esse. vt circulus non est causa venditionis vini: sed tantum est signum venditionis. Si ergo prescientia esset signum necessitatis futurorum presupponeret futura esse necessaria. et sic ad ostendendum prescientiam esse signum necessitatis futurorum oporteret prius ostendere futura necessario esse futura: antequam prescientia esset signum necessitatis futurorum. alias prescientia esset signum alicuius rei que non est. quod est absurdum.

Jam vero probationem firma ratione subnixam constat non ex signis neque petitis extrinsecus argumentis: sed conuenientibus necessariisque causis esse ducendam.

¶ Jam vero probationem firma ratione subnixam constat non ex s. etc. Hic ostendit modum probandi ex signo non esse efficacem. et dicit. Constat. i. manifestum est. rationem subnixam. i. firmatam demonstratione. eam non esse ducendam ex signis neque ex argumentis extrinsecus petitis. i. acceptis. sed firma ratio ducenda est ex conuenientibus. i. ex proprijs et necessarijs causis. Cum ergo predicta ratio procederit ex signo non est efficax et demonstratiua. cum sit a posteriori. demonstratio autem que est potissima probationum ipsa est a priori cum sit ex causis per se immediatis prioribus et notioribus. et pro tanto etiam demonstratio est syllogismus faciens scire efficax ad probandum ex primo posteriorum.

Sed qui fieri potest vt ea non proueniant que futura esse prouidentur. Quasi vero nos ea que prouidentia futura esse prenoscit nō euentura credamus. Ac non illud potius arbitremur licet eueniant: nihil tamen vt euenirent sui natura necessitatis habuisse: quod hinc facile perpendas licebit. Plura enim dum fiunt subiecta oculis intuemur: vt ea que in quadrigis moderandis atque flectendis facere spectantur aurige: atque ad hunc modum et cetera. Num igitur quemque illorum ita fieri necessitas vlla compellitur? B. Minime. P. Frustra enim esset artis effectus: si omnia coacta mouerentur. Que igitur cum fiunt carent existendi necessitate: eadem priusquam fiant sine necessitate futura sunt. Quare sunt quedam euentura quorum exitus ab omni necessitate absolutus sit. Nam illud quidem nullum arbitror esse dicturum: quod que nunc fiunt priusquam fierent euentura non fuerint. Hec etiam igitur precognita liberos habent euentus. nam sicut scientia presentium rerum nihil his que fiunt: ita prescientia futurorum nihil his que ventura sunt necessitatis importat.

¶ Sed qui fieri potest vt ea non proueniant que futura esse prouidentur. etc. Hic philosophia mouet quandam dubitationem et soluit eam. videtur enim ex dictis sequi q aliqua possunt presciri que tamen non necessario eueniunt. si autem non necessario eueniunt. possunt non euenire et sic sequitur q aliquod prescitum a deo nō eueniat. Primo ergo philosophia dubitando de hoc querit dicens. Ex quo ita est q ea que sunt prescita non sunt necessaria. sed possunt nō euenire. qui. i. quomodo fieri potest. vt ea que prouidentur futura esse non proueniant. Tunc soluit dubitationem dicens q non negatur q prescita non eueniant: imo oportet dicere q prescita eueniant. sed tamen non eueniunt de necessitate. vnde dicit quasi vero. quasi diceret. Jsta dubitatio procedit quasi non credamus ea que prouidentia prenoscit non esse euentura. sed hoc non est verum. sed potius arbitremur illud. s. q licet futura eueniant nihil tamen necessitatis habuisse in sui natura vt euenirent et manifestat in exemplo quomodo aliquid certe comprehenditur quod tamen non est necessarium dicens. q aliquid cognitum euenit et tamen non necessario. licebit q tu hoc perpendas hinc. i. ex tali exemplo. intuemur enim plura exempla oculis dum fiunt. i. dum sunt in fieri sicut ea que spectantur. i. videntur aurige facere in moderandis et flectendis quadrigis etc. Videmus ad hunc modum vt que fiunt in alijs actibus voluntarijs. numquid vlla necessitas compellit aliquod illorum ita fieri sicut oculis videtur. dicit Boetius. Minime. et assignat rationem. frustra enim esset effectus artis si omnia mouerentur coacta. et frustra esset ars flectendi quadrigam si necessario flecteretur. igitur illa que cum fiunt carent necessitate existendi: eadem sunt futura sine necessitate priusquam fiant. Ex quo concludit q quedam sunt euentura quorum exitus. i. euentus sit absolutus ab omni necessitate. Et forsan aliquis diceret ea que nunc fiunt nō erant futura antequam essent. hoc excludit dicens. Nullum arbitror esse dicturum q que nunc fiunt euentura non fuerunt. hoc enim esset nimis irrationabile. ideo necessario concluditur q hec etiam precognita habent euentus liberos quia sicut scientia presentium nihil importat necessitatis his rebus que fiunt in presenti. sicut patet in exemplo predicto de regimine quadrige. Ita prescientia futurorum nihil importat necessitatis his que ventura sunt.

¶ Notandum q futura in comparatione ad diuinam p-

uidentiam: sunt necessaria necessitate conditionata. non tñ omnia sunt necessaria necessitate absoluta. Multa enim habere eueniunt sicut ea que fiunt ab arte ⁊ a voluntate. vt regimen quadrigarum. Si enim regimen quadrigarum ne cessario eueniret. frustra esset ars regendi quadrigã. ℂ No tandum ꝙ sicut res actu fiunt. ita erant future. sed quedaꝫ actu libere fiunt. ergo erant libere future. ⁊ per cõsequens non omnia sunt necessario futura: licet necessitate conditio nata inquãtum comparantur ad prouidentiam diuinam non tamen in sui natura considerata necessario eueniunt ne cessitate absoluta. sicut postea videbiť vbi distinguet du plicem necessitatem. conditionatam ⁊ absolutam.

Sed hoc inquis ipsum dubitatur: an earuꝫ rerum que necessarios exitus nõ habent vlla possit esse prenotio. dissonare etenim videnť putasqꝫ si preuideantur consequi necessitatem si necessitas desit: minime presciri. nihilqꝫ pre scientia comprehendi posse nisi certuꝫ. Qđ si que incerti sunt exitus ea quasi certa prouideã tur: opinionis adesse caliginem nõ scientie ve ritatem. Aliter enim ac sese res habeat arbitra ri ab integritate scientie credis eẽ diuersum.

ℂ Sed hoc inquis. Hic phũs discutit motiuum Boetij. vtrum futura incerta sicut sunt contingentia possunt certe presciri. ⁊ pmo mouet dubitationem de hoc. ⁊ tangit rõeꝫ dubitationis. scdo assignat causam erroris ibi. Cuius er roris causa est. dicit pmo. Sed tu inquis o Boeti hoc ipm dubitatur. an possit esse vlla prenotio. i. prescientia illarũ rerum. que non habent necessarios exitus. i. euentus. hoc enim nullo modo videtur possibile. Cum enim videntur hec dissonare. s. prescientia ⁊ contingentia. Tu enim putas si preuideantur contingentia necessitatem ipsa consequi. ⁊ si necessitas desit minime ea presciri. ⁊ putas nil posse comp̃ hendi prescientia diuina nisi certum. Et si ea que sunt incer ti exitus. i. euentus sicut contingentia. si preuidentur illa quasi certa. tu putas illud esse caliginem opinionis nõ veri tatem scientie. ⁊ in hoc tu deciperis. cuius deceptionis cã est error tuus circa iudicium cognitionis. Credis enim di uersum esse ab integritate sciẽtie aliter arbitrari rem q̃ꝫ sese habeat. ⁊ in hoc erras. ℂ Notandũ ꝙ quia nos non possu mus futura contingentia certe precognoscere: putamus si militer deum hoc non posse. res enim eodem modo se hñs diuersimode a diuersis potest cognosci. vnde cognoscere reꝫ aliter q̃ꝫ se habet ex parte rei cognite non est scientia sed co gnoscere rem aliter q̃ꝫ se habeat ex parte cognoscentis bene est scientia: ⁊ sic futura contingentia lꝫ in se sint incerta. pos sunt tamen presciri a deo sine errore falsitatis.

Cuius erroris causa est: ꝙ omnia que quisqꝫ nouit: ex ipsorum tñ vi atqꝫ natura cognosci estimat que sciuntur. qđ totum contra ẽ. Omne enim quod cognoscitur: non scdm sui vim sed scdm cognoscentiuꝫ potius comprehenditur facultatem.

ℂ Cuius erroris causa est. Hic assignat causam erroris. Ubi notandum ꝙ causa erroris quare putamus futura i certa nõ posse certe presciri. quia putatur ꝙ facultas cogni tionis sit scdm facultatem rei cognite. ⁊ non ipsius cognoscẽ tis. quod est falsum. Primo ergo premittit hmõi causam erroris. Scdo improbat ipsam. ibi. Nam vt hoc breui. di cit pmo. Cuius erroris causa est. quia existimať ꝙ omnia que quisqꝫ nouit illa cognosci tñ ex vi ⁊ natura ipsoruꝫ q̃ sciuntur ⁊ non ex vi cognoscentis. quod totum est contra. idest per contrarium. quia res magis cognoscuntur scdm na turam cognoscentis. Omne enim quod cognosciť non cõ prehenditur scdm sui vim. i. scdm modum sue nature. sed poti us scdm facultatem cognoscentis. ℂ Notandũ ꝙ si cognitio esset scdm facultatem rei cognite. tunc res ab omnibus eodeꝫ modo cognosceretur. ⁊ sic aliquid comprehenderetur eodeꝫ modo ab intellectu humano ⁊ diuino. quod falsum est. quia que sunt incerta comprehensione humana. sunt certa com prehensione diuina. cognitio ergo potius attenditur scdm fa cultatem potentie cognoscentis. ita ꝙ quãto potentia est efficacior ⁊ certior tanto certius ⁊ limpidius rem cõphẽdit.

Nam vt hoc breui liqueat exemplo: eandẽ corporis rotũditatem aliter visus aliter tactus agnoscit. Ille eminus manens: totum simul iactis radijs intuetur. hic vero coherens orbi atqꝫ coniunctus: circa ipsum motus ambitum rotunditatem partibus comprehendit.

ℂ Nam vt hoc breui exemplo liqueat. Hic probat ꝙ fa cultas cognitionis est scdm facultatem potentie cognoscẽtis ⁊ non rei cognite. Primo declarat hoc exemplis. Secũdo probat hoc idem per rationem. ibi. Neqꝫ id iniuria. Pria in duas scdm duo exempla. Scdm ibi. Ipsum quoqꝫ. Pri mo dicit ꝙ cognitio fit scdm facultatem cognoscentis liqueat breui exemplo. Nam visus aliter agnoscit eandem corpo ris rotunditatem ⁊ aliter tactus. Ille enim visus manens eminus. i. a longinquo. intuetur totum corpus simul iacť radijs visualibus. hic vero supple tactus coherens ⁊ coniun ctus orbi. i. rotunditati ⁊ motus circa ipsum ambitum. i. circa corpus rotundum comprehendit. s. eius rotunditatẽ partibus. i. per partes. ℂ Notandũ ꝙ innuit duplicẽ dif ferentiam inter modum cognoscendi visus ⁊ tactus. Pri ma est ꝙ visus a remotis existens cognoscit aliquod corpꝰ rotundum. Tactus autem non cognoscit ipsum nisi cõiun ctus. Secunda differentia est ꝙ visus totuꝫ corpus simul comprehendit. tactus aũt per partes. Talis autem diuersi tas in cognoscendo non esset si res cognosceretur ex sui na tura. cum eadem res manet in vtraqꝫ cognitione. ℂ No tandum. quidam dixerunt visionem fieri per emissionem radiorum visualium ab oculis vsqꝫ ad rem visam. Sꝫ hec opinio est contra Aristotelem. visio enim nõ fit extra mittẽ do sed intus suscipiendo. patiente enim aliquo sensitiuo fit ipsum videre. 2. de anima. Hic aũt loquiť opinione antiq̃ rum: cum dicit ꝙ visus intuetur totuꝫ corpus iacť radijs.

Ipsum quoqꝫ hominẽ aliter sensus: aliter imaginatio: aliter ratio: aliter intelligentia con tuetur. Sensus enim figuram in subiecta ma teria constitutam. Imaginatio vero solam sine materia iudicat figurã. Ratio vero hanc quoqꝫ transcendit: speciemqꝫ ipsaꝫ que singularibus inest vniuersali consideratione perpendit. In telligentie vero celsior oculus existit. supergressa namqꝫ vniuersitatis ambitum: ipsam illam sim plicem formam pura mentis acie contuetur.

ℂ Ipsum quoqꝫ hominem. Hic ponit secundũ exempluꝫ in virtutibus cognoscitiuis subordinatis. Secundo ostẽ dit quõ ille virtutes se habeant adinuicem ibi. In quo illđ Primo ergo declarat quõ idem a diuersis potẽtijs diuer simode comprehendiť dicens. Sensus exterior aliter con tuetur ipsum hominẽ. aliter imaginatio. aliter ratio. aliter intelligentia diuina. Sensus enim exterior sicut visus iu dicat figurã hominis in subiecta materia. i. in sensibili ma teria. sed imaginatio solam figuraꝫ iudicat. i. discernit sine materia. i. in absentia rei materialis. Ratio vero hanc imagi nationem transcendit. ⁊ ipsam speciẽ. i. naturam specificaꝫ hominis que singularibꝰ inest. perpendit. i. discernit vni uersali consideratione. oculus vero. i. consideratio intelligen tie est celsior. quia intelligentia diuina supgressa ambitũ vni uersitatis qui existit in singularibus. illam simplicem for

mam. s. ydeam hominis que est in mente diuina. cõtuetur pura acie. i. speculatione mentis. ¶ Notandum q̄ primũ exemplũ fuit de virtutibus cognoscitiuis non subordinatis sicut de visu et tactu. Illud aũt exemplum est de virtutibus subordinatis que sunt quattuor. s. sensus exterior qui inest omnibus animalibus. imaginatio que tñ inest animali bus perfectis. ratio que tñ est in hominibus. et intelligẽ tia per quã intelligit diuinam cognitionem. Iste virtutes habent diuersum modum cognoscendi eandem rem. s. ho minem. vt declaratur in littera quod non esset nisi cognitio fieret sm facultatem virtutũ cognoscentiũ et nõ rei cognite.

In quo illud maxime considerandum est. Nam superior vis comprehendendi amplectitur inferiorem. Inferior vero ad superiorem nullo modo consurgit. Neqꝫ enim sensus aliquid extra materiam valet: vel vniuersales species imaginatio contuetur: vel ratio capit simplicẽ formã. sꝫ intelligentia quasi desup spectãs cõcepta forma que subsunt cuncta diiudicat: sꝫ eo modo quo formam ipsam que nulli alij nota eẽ poterat: comprehendit. Nam et rõnis vniuersum: et imaginatiõis figuram et materiale sensibile cognoscit. Nec rõne vtens: nec imaginatione: nec sensibus: sed illo vno ictu mentis formaliter: vt ita dicam: cuncta prospiciens.

¶ In quo illud maxime. Hic ostẽdit phĩa quõ p̄dicte virtutes cognoscitiue se hñt adinuicem. ostẽdens q̄cqd põt virtus inferior põt etiam et superior et amplius. et primo hoc ostendit de intelligentia respectu aliarũ virtutũ. Scdo ostendit idem de rõne. scdo ibi. Ratio quoqꝫ. Primo dicit. In quo idest in ordine istarũ virtutũ. illud est maxime considerandũ q̄ vis cõprehendendi superior amplectitur in se inferiorem. q̄a virtus superior cognoscit omne illud quod inferior. Inferior aũt non cõsurgit ad superiorem. ita vt apprehendat illud quod superior. quod manifestat in exemplo dicẽs. Neqꝫ enĩ sensus aliquid valet apprehendere extra materiã et imaginatio contuetur spẽs vles. i. minus particulares. sed rõ capit simplicem. i. vlem formam. intelligentia aũt diuina quasi desuper spectans. cum sit in supremo gradu cognitiõis ipsa concepta forma ydeali diiudicat etiã cuncta que subsunt illi forme vt cognoscendo ydeam hoĩs cognoscit omnia que sunt in hoĩe. sed eodem modo cõprehendit ipsam formã que nulli inferiori virtuti nõ esse poterit. nã ipsa cognoscit vniuersum. i. vlem formã rõnis et figurã imaginatiõis et materiale sensibile. quod spectat ad sensum exteriorem nõ vtẽs rõne: nec imaginatione: nec sensibus: sed prospiciens cuncta vno ictu mentis. i. absqꝫ decursu cognoscit. qḋ nõ facit ratio. ¶ Notandũ q̄ q̄r virtus superior virtutem includit inferiorem sicut tetragonũ includit trigonũ. vtꝫ. 2. de aia. iõ q̄cqd potest virtus inferior põt et superior et magis. quia mõ magis vniuersali cõprehendit quod inferior modo magis particulari. sꝫ non econuerso. ideo que põt intelligentia humana cõprehendere põt et diuina intelligentia. sꝫ nõ econuerso.

Ratio quoqꝫ cum quid vniuersale respicit: nec imaginatione nec sensibus vtens: imaginabilia vel sensibilia cõprehendit. Hec est enĩ que cõceptõis sue vniuersale ita definit: homo est animal bipes rõnale: que cum vniuersalis notio sit: tum imaginabilem sensibilemqꝫ esse rẽ nullus ignorat q̄ illa non imaginatõe vel sensu: sed rõnali conceptõe considerat. Imaginatio quoqꝫ tametsi ex sensibus visendi formandiqꝫ figuras sumpsit exordiũ: sensu tñ absente sensibilia queqꝫ collustrat: non sensibili sed imaginaria rõne iudicandi. Uides ne igitur vt in cognoscendo cuncta sua potius facultate q̄ eorum que cognoscuntur vtantur.

¶ Ratio quoqꝫ cum quid vle respicit. Hic ostẽdit idem de rõne. q̄ sicut intelligentia cõprehendit alias tres virtutes inferiores: sic ratio etiam cõprehendit sub se alias duas virtutes. s. imaginationẽ. et sensum dicens. q̄ cũ rõ respicit. i. cognoscit. quid vle. non vtens imaginatione nec sensibus. et cõprehendit imaginabilia et sensibilia vli cõprehensione. hec enim est rõ. que ita definit vle sue cõceptionis. homo ẽ aial bipes rõnale. que diffinitio cũ sit vlis notio. i. notificatio. tunc nullus etiã ignorat rem esse imaginabilem et sensibilem: que hac diffinitiõe explicat. Illa rõ considerat vle nõ vtens imaginatiõe vel sensu. sed rõnali cõceptione. Tunc ostẽdit q̄ sicut ratio cõprehendit imaginationem et sensum. sic imaginatio sensum cõprehendit. dicens. imaginationem quoqꝫ tametsi pro q̄uis. sumpsit exordiũ ex sensib⁹ visendi et formandi figuras: tñ absente sensu exteriori. i. imaginatio collustrat. i. cognoscit queqꝫ sensibilia non sensibili sꝫ imaginaria rõne iudicandi. et tunc concludit dicẽs. Uides ne igitur quõ cuncta potius vtantur sua. i. p̄pria facultate in cognoscendo q̄ facultate eorũ que cognoscunt. ¶ Notandũ q̄ lꝫ ratio in cõprehendendo suũ vle non vtat imaginatõe et sensu: tñ in actu suo p̄supponit imaginationẽ et sensum q̄r nihil est in intellectu nisi fuerit in sensu. Silr lꝫ imaginatio in sua operatione non vtat sensu: tñ presupponit sensum fuisse in actu. quia fantasia quã hic vocat imaginationem: est motus factus a sensu sm actum. 2. de anima.

Neqꝫ id iniuria. Nam cum iudicium iudicantis actus existat: necesse est vt suã quisqꝫ operam nõ ex aliena sꝫ ex p̄pria ptãte perficiat.

¶ Neqꝫ id iniuria. Hic confirmat dictũ suum per rationem dicens. Illud. s. res cognoscat nõ sm sui naturã sed sm naturam cognoscentis. illud non contingit iniuria. i. irrationabiliter. Nam cum omne iudicium cognitiõis sit actus et operatio iudicantis. i. potentie cognoscitiue. necesse est vt q̄sqꝫ cognoscens perficiat suam operam. i. suam operationem cognoscendi. non ex aliena potestate. s. rei cognite. sed ex propria potestate. i. ex virtute cognoscentis. ¶ Notandum q̄ ex lrã formatur talis ratio. Omnis actus et operatio sequit conditionem illius potentie cuius est actus et operatio. sed iudicare siue cognoscere est actus et operatio potẽtie cognoscentis et non rei cognite. ergo iudicare et cognoscere sequit modum et conditionem potentie cognoscentis et non rei cognite.

Metrum quartum quinti libri.

Quondam porticus attulit
Obscuros nimium senes
Qui sensus et imagines:
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi.
Ut quondam celeri stilo
Mos est equore pagine
Que nullas habeat notas
Pressas figere litteras.

¶ Metrum quartum quinti libri.

Quondam porticus attulit. Istud est metrũ quartum huius q̄nti qḋ dicitur gliconicũ ab inventore. coriambicũ a pede p̄dñante. in quo metro improbat opinionẽ stoicorũ ex que videt sequi contrariũ dictis suis. fuit enim opinio stoicorũ q̄ cognitio intellectiua solũ p̄ficeret ex hoc q̄ corpora exteriora suas similitudines imprimant in mentẽ. ita vt mens solum se habeat in rõne patientis: et res extra in rõne agentis. Ex quo sequitur cum patiens trahatur ad naturã agentis et non econuerso. q̄ cognitio sequeretur naturã rei cognite. et non naturã rei cognoscentis qḋ est contra dicta. Primo ergo ponit opinionem stoicorum

scdo improbat eam ibi. Sed mens. Primo ergo dicit. Quondã porticus attulit senes sup. stoicos. qui dicebant senes pp̃ter maturitatẽ moꝝ senes inquã nimiũ obscuros sup. in sententijs qui stoici credunt sensus ⁊ imagines. i. rerum sensibilium formas imprimi mentibus ex corporibus extimis. i. exterioribus. ⁊ posuerunt illa corpora eo modo imprimere imagines mentibus. vt quondã mos fuit alicui scribenti celeri stilo figere p̃ssas litteras. equore. i. in planicie pagine. que pagina nullas prius notas habeat. ¶ Notandum ꝙ stoici dicunt a stos greco quod est porticus latine. qꝛ athenis in manifestissima porticu ⁊ alijs locis publicis stoici disputare solebant ⁊ illi posuerunt aiaꝫ tm̃ habere se in rõne patientis respectu reꝝ exteriorũ. ⁊ quia cognitio magis videt̃ seq̃ virtutem actiuam ꝙ̃ passiuã. ideo s̃m eos cognitio potius debet attendi s̃m facultatem rei cognite que est actiua: ꝙ̃ aie cognoscentis que est passiua.

Sed mens si proprijs vigens
Nihil motibus explicat.
Sed tm̃ patiens iacet
Notis subdita corporum.
Cassasq; in speculi vicem
Rerum reddit imagines.
Unde hec sic animis viget
Cernens omnia notio?
Que vis singula prospicit?
Aut que cognita diuidit?
Que diuisa recolligit?
Alternumq; legens iter
Nunc summis caput inserit:
Nunc decidit in infima.
Tum sese referens sibi:
Ueris falsa redarguit?

¶ Sed mens. Hic improbat hanc opinionẽ. scdo ponit suam veritatem. ibi. Hec est efficiens. Primo ergo deducit ad plura inconuenientia istam opinionẽ dicẽs. Sed si mẽs vigens nihil explicat p̃pis motibus. i. si nullam actionẽ propriam habet. sed tm̃ iacet patiens. subdita notis. i. similitudinibus corpoꝝ. ⁊ si ipsa reddit. i. representat cassas imagines reꝝ. i. similitudines in vicem speculi. i. ad modũ speculi. Tunc querit̃ vnde viget hec notio. i. hec cognitio anime. que aia est cernens oia non tm̃ corporalia sed etiam incorporalia. ¶ Notandum ꝙ p̃mũ inconueniẽs est si cognitio intellectiua fieret p̃ solam impressionẽ corpoꝝ in aia tunc non esset virtus per quã aia cognosceret incorporalia. qꝛ p̃ solaꝫ impressionẽ corpoꝝ tm̃ cognosceret corporalia. nunc autẽ manifestũ est etiã ꝙ incorporalia cognoscit. Aliud inconueniens ponit dicens. Si aia tm̃ est passiua. que vis aie singula p̃spicit. i. iudicat. aut que vis aie cognita diuidit. aut diuisa recolligit: aut que vis aie legens. i. apprehendens. alternum iter componendi ⁊ diuidendi. nunc inserit caput summis generalissimis ascendendo a specialissimis ad generalissima colligendo multitudinẽ. ⁊ nũc decidit vel decidit s̃m aliam litterã. i. cadit in infima. i. in specialissima procedendo a generalissimis ad specialissima diuidendo. Tũ. i. tandem aia referens. i. comparans sese sibi redarguit falsas veris. i. per vera. ¶ Notandũ ꝙ ex littera talis formatur ratio. Illa aia non est tm̃ passiua sed actiua que iudicat componit ⁊ diuidit ⁊ veris falsa redarguit. sed aia intellectiua ẽ hm̃oi. ergo. Maior non est qꝛ iudicare. cõponere. diuidere redarguere vident̃ esse opatiões actiue. minor apparet aia iudicat inter veꝝ ⁊ falsum. componit p̃dicatũ cum subiecto aliqñ diuidit p̃dicatũ a subiecto. ⁊ falsas opiniões redarguit

Hec est efficiens magis
Longe causa potentior:
Quã que materie modo
Impressas patitur notas.
Precedit tamen excitans
Ac vires animi mouens
Uiuo i corpore passio.
Cum vel lux oculos ferit.
Uel vox auribus istrepit.
Tum mentis vigor excitus:
Quas intus species tenet:
Ad motus siles vocans:
Notis explicat exteris.
Introrsumq; reconditis
Formis miscet imagines.

¶ Hec est ꝛc. Hic phia ponit veritatẽ. d. Hec mens ẽ magis cã efficiens. que est cã longe potentior ꝙ̃ illa que mõ materie. i. similitudine materie patit̃ notas impressas. ⁊ qꝛ aliqs crederet ꝙ i aia nulla esset passio. Ideo subdit quedaꝫ passio. p̃cedit opationes aie in viuo corpore excitans ⁊ mouens vires animi ad opandũ. vt qñ lux ferit oculos tunc patitur visus. vel cum vox instrepit. i. insonuit auribus tũc patitur auditus ⁊ tandem vigor mentis excitus. i. excitatus vocans spẽs quas intus tenet ad similes motus applicat eas notis exteris. i. similitudinibus exterioribus. ⁊ miscet. i. applicat imagines exteriores corpoꝝ formis. i. spẽbus introrsum. i. in aia reconditis. ¶ Notãdum ꝙ Boe. hic vtitur sententia platonica que ponit spẽs reꝝ a p̃ncipio naturalit̃ inditas aie. Sed aia sopita est in corpore ita ꝙ non intelligit per eas nisi excitet̃ per immutationẽ sensuũ exterioꝝ. excitata aũt euocat spẽm similez illi quã sensus exterior ipsit ⁊ applicando eam rei exteriori. sic intelligit p̃ eam. ad hanc intentionẽ etiam loquitur Linconiensis p̃mo posterioꝝ dicens. Ratio in nobis sopita non agit nisi p̃us per opatiões sensuum quibus admiscet̃ fuerit experrecta. ¶ Notanduꝫ ꝙ ex littera videt̃ ꝙ intellectus possibilis intelligendo etiam sit actiuus cum sit causa efficiens vt dicit in littera. Arist. aũt 3. de aia vult ꝙ intelligere sit pati. ⁊ ꝙ intellectus nullam habet naturã nisi ꝙ est possibilis vocatus. Ad hoc dicunt aliq ꝙ qꝛ aia comprehendit tam intellectum possibilem ꝙ̃ agentem in aia est actiua immo causa effectiua intellectionis rõne intellectus agentis. sed est passiua rõne intellectus possibilis vel dicendũ ꝙ intellectus possibilis est potẽtia passiua saltem quo ad p̃mũ eius actum cum intelligere sit pati sed omnis potentia passiua de necessitate requirit potentiã actiuam que reducat ipsam ad actũ. Tale aũt actiuum non potest esse res corporalis extra cum agens sit prestantius passo. ideo tale actiuuꝫ ex parte anime erit intellectus agẽs cuius opatio est facere potentia intellecta actu intellecta. ita ꝙ a rebus extra virtutem intellectus agentis imprimitur aliquid intellectui possibili per quod in actum intelligẽdi reducitur. Nõ est ergo intentio Boetij negare quin mens sit passiua rõne intellectus possibilis. sed vult ꝙ mens siue anima magis habeat efficientiam in intellectione ꝙ̃ sit passiua ab ipsis corporibus extra. ⁊ per p̃ñs efficientia intellectus non debet attribui rebus extra quod erat de intentione stoicorum.

Prosa quinta quinti libri.

q Uod si in corporibus sentiendis: ꝗ̃uis afficiant instrumenta sensuũ forinsecus obiecte qualitates: aieq; agẽtis vigorem passio corporis antecedat que in se actum mentis prouocet: excitetq; interim quiescentes intrinsecus formas: si in sentiendis igr̃ corporibus animus non passione insignitur: sed ex sua vi subiectam corpori idicat passionẽ quãto magis ea que cunctis corpoꝝ affectionibus absoluta sunt in discernendo non obiecta

extrinsecus sequunt: sed actū sue mētis expediūt.

¶ Prosa quinta quinti libri.

Q Uod si in corporibus sentiendis. Hec est quinta prosa huius quinti libri. In qua pbat specialiter diuinam cognitionē esse sm modum cognoscentis et non rei cognite. Scdo ondit insufficientiā eoꝝ qui ex modo cognoscendi improbāt prudentiā diuinā. ibi. Quid igitur. Primo facit quod dictū est. scdo infert duas cōclusiones. ibi. Hac itaqꝫ. Primo dicit. Si in sentiendis. i. cognoscendis corporibus animus noster non tm̄ insignit. i. afficitur passione corporis. sed ex sua vi iudicat passionē subiectam corpori ita qꝫ in cognoscendo sequit̄ ꝓprium motum. quamuis qualitates obiecte forinsecus afficiant. i. immutent. instrumenta idest organa sensuum. et passio corporis antecedat vigorem agentis animi. que passio prouocat actum mentis in se. et excitet formas intrinsecus quiescentes. Si hoc est in animo nostro multo magis ea que absoluta sunt cunctis affectionibus. i. qualitatibus corporum. Sicut intelligentie separate et precipue diuina: illa in discernendo nō sequūt̄ obiecta extrinsecus. sed expediunt. i. pficiunt actum sue mentis. i. operationem intellectuā sm naturam ppriā. ¶ Notandū qꝫ ex littera sic pōt argui. Si id de quo minus videt̄ inesse inest: et de quo magis. Sed minus videt̄ qꝫ animus noster in cognoscendo sequat̄ motum suū et non rei cognite et tn̄ sequit̄ facultatem sue cognitionis. ergo multo magis intelligentia diuina sequit̄ in cognoscendo proprium motū sue cognitionis qꝫ ipsius rei cognite.

Hac itaqꝫ rōne multiplices cognitiōes diuersis ac differētibus cessere substantijs. Sensus enim solus cunctis alijs cognitionibus destitutus imobilibus animantibus cessit. quales sunt conche maris. queqꝫ alia saxis herentia nutriūt̄. Imaginatio vō mobilibus beluis quibus iam inesse fugiendi appetendiue aliquis videtur affectus. Ratio vō humani tm̄ generis est sicuti intelligētia sola diuini. Quo fit vt ea noticia ceteris prestet que suapte natura non modo ꝓprium sed ceteraꝝ quoqꝫ noticiarum subiecta cognoscit.

¶ Hac itaqꝫ rōne. Hic infert duas conclusiones ex premissis dicens. Ex quo cognitio sequitur naturam cognoscentis et non rei cognite. et cū cognoscentia sint diuersa sm naturā oportet diuersis cognoscentibus cōuenire diuersas cognitiones. Unde dicit. Hac itaqꝫ rōne. qꝛ cognitio seqt̄ naturam cognoscentis. multiplices cognitiones cessere. i. cesserunt diuersis ac differentibus substantijs. sensus enim solus destitutus alijs cognitionibus. cessit aīantibus imobilibus. quales conche maris. et quecūqꝫ nutriunt̄ herentia saxis. Imaginatio vō cessit mobilibus beluis que mouentur motu progressiuo. qbus videtur inesse affectus. i. appetitus fugiendi malum vel appetendi bonū. Rō vō per quā comprehendimus vle tm̄ est humani generis. sicut intelligentia est diuini generis. Tunc ponit scdam conclusionem. qꝫ illa cognitio est notior et nobilior que non solū apprehendit ꝓpium obiectum sed etiam obiecta aliaꝝ noticiarum. i. cognitionū. Unde dicit. Quo fit vt ea noticia. i. cognitio prestet. i. nobilior sit ceteris. que suapte natura. i. propria natura. non modo. i. non tm̄modo proprium obiectum cognoscit. sed etiam cognoscit subiecta ceteraꝝ noticiarum. ¶ Nota circa pmam cōclusionē qꝫ cū actus et operationes diuersificent̄ sm diuersitatem agentiū et operantiū sequit̄ si agentia et opantia sint diuersa qꝫ habeāt diuersas operationes et cognitiones. propt̄ quod sensus sine alijs cognitionibus cessit animalibus imobilib⁹. et accipit̄ hic sensus stricte pro apprehensiōe sensitiua. que solum immutat̄ ad pn̄tiam sensibilis. Sic enim distinguitur contra imaginationem que non tm̄ apprehendit rem pn̄tem. sꝫ etiam absentem. ¶ Notandū circa secundā cōclusionē qꝫ quecūqꝫ potentia plura cognoscit videtur esse prestantior ea que cognoscit pauciora. Si ergo aliqua potentia cognoscit proprium obiectum hoc obiecta aliaꝝ potentiaꝝ inferioꝝ. sicut est intelligentia diuina. et non ecōuerso. sequitur qꝫ potentia superior plura cognoscens sit nobilior inferiori.

Quid igitur: si ratiocinationi sensus imaginatioqꝫ refragentur: nihil esse illud vniuersale dicentes qꝫ sese intueri ratio putet. Quod enim sensibile vel imaginabile est id vniuersum eē non posse. aut igitur rōnis verum esse iudiciū nec quicꝗ̄ esse sensibile. aut qm̄ sibi notum sit plura sensibus et imaginatiōi esse subiecta: inanem conceptionem esse rōnis que qd̄ sensibile sit ac singulare quasi quoddā vniuersale consideret. Ad hec si rō contra respondeat: se quidē et quod sensibile et qd̄ imaginabile sit vniuersitatis rōne conspicere. Illa vō ad vniuersitatis congnitionem aspirare non posse: qm̄ eorum notio corporales figuras non possit excedere. De reꝝ vō cognitione firmiori potius perfectioriqꝫ iudicio esse credendum. In huiusmodi igitur lite nos quibus tam rōcinandi qꝫ imaginandi etiam sentiendiqꝫ vis inest: nonne rationis potius causam probaremus.

¶ Quid igitur. Hic phia ondit insufficientiā eoꝝ que ex modo cognoscendi nostro improbant diuinā prouidentiā secundo hortat̄ nos ad considerandū modū diuine cognitionis. ibi. Quare in illius. pmo manifestat insufficientiam eoꝝ per simile. scdo applicat illud simile ad propositum. ibi Simile est. Similitudo aūt quā intendit talis est. Sensus et imaginatio sunt cognitiōes inferiores qꝫ ratio. Si ḡ sensus et imaginatio vellent iudicare modū recognoscendi rōnis ex modo cognoscendi proprio. et dicere qꝫ vniuersale nihil esset quod rō apprehendit. vel si verꝫ esset iudiciū rationis vel esset particulare et sensibile. rō vō diceret ꝯtrariū Manifestū est qꝫ nos qui vigemus vtraqꝫ cognitiōe potius assentiremus rōni iudicando motiuū sensus. et imaginationis esse insufficiēs. dicit ergo. Quid igitur si sensus et imaginatio refragentur. i. ꝯtradicāt rōni. dicentes nihil esse vniuersale id quod rō putat sese intueri sic arguendo Quod enim est sensibile aut imaginabile id non posse esse vniuersum. i. vniuersale sm iudiciū sensus et imaginationis. Aut igit̄ iudiciū rōnis necesse est esse verum. et p ꝯñs nec quicꝗ̄ esse sensibile. quod est absurdum. Aut qm̄ notū sit sibi sup. sensui et imaginationi plura esse subiecta sensib⁹ et imaginationi. que necesse est sensibilia. crederes ne conceptionem rōnis esse inanem. que ꝯsideret illud quod sit sensibile et singulare. quasi quoddam vle. Ad hec si rō videat se conspicere in rōne vniuersali quod sit sensibile et imaginabile. Illa vō. s. sensum et imaginationē nō posse aspirare. i. peruenire. ad cognitionē vniuersitatis. i. vniuersalis. quia notio. i. cognitio eoꝝ nō possit excedere figuras corporales et diceret rō potius esse credendum firmiori et pfectiori iudicio reꝝ. In hmōi igitur lite. s. inter sensum et imaginationē ex vna parte. et rōnem ex altera parte nos quibus inest tā vis rōcinandi qꝫ imaginandi et sentiendi. nonne poti⁹ probaremus cām rōnis. et reputaremus motiua sensus et imaginatiōis eē insufficiētia. q. d. imo ¶ Notandū qꝫ iudicio nobilioris potentie potius est standū qꝫ iudicio potentie ignobilioris. cum igitur ratio sit potentia nobilior qꝫ sensus et imaginatio. eo qꝫ rō comprehendit propriū obiectum et obiectum sensus et imaginationis et non ecōuerso. ḡ potius assentiendum est iudicio rōnis qꝫ potentiaꝝ inferioꝝ.

Simile est q̄ humana ratio diuinam intelligē tiam futura nisi vt ipsa cognoscat non putat intueri. Nam ita disseris: si qua certos ac necessarios habere non videantur euentus: ea certo euentura presciri nequeunt. Harum igitur rerum nulla est prescientia: quā si etiam in his esse credamus: nihil erit quod nō ex necessitate proueniat. Si igitur vti ratiōis participes sumus ita diuinę iudicium mentis habere possemus sicut imaginationem sensumq; rationi cedere oportere iudicauimus: sic diuinę sese menti humanā submittere rōnē iustissimū cēseremus.

¶ Simile est. Hic applicat illud simile ad propositum. et dicit. Illud quod est dcm̄ de sensu et imaginatiōe respectu rōnis. simile est ei q̄ humana rō non putet diuinam intelligentiā intueri: nisi vt rō ipsa cognoscat. qd̄ apparet ex ipso modo arguendi. Nam ita disseris. i. arguis. si qua nō videantur non hr̄e certos et necessarios euentus talia nequeūt presciri certo euentura. Igitur taliū rer̄ nulla est p̄sciā. quā scʒ presciam si credamus esse in his. nihil erit qd̄ non proueniat ex necessitate. Si igit̄ sicut sumus pticipes rōnis. ita possemus habere iudiciū diuinę ment̄. sicut nunc iudicauimus imaginationē et sensum oportere cedere rationi. sic censeremus. i. iudicaremus. iustissimū humanā rōnem sese submittere diuinę menti. ¶ Notandū q̄ simile est de iudicio sensus et imaginationis respectu rōnis. et rōnis respectu intelligentię diuinę. Nam sensui et imaginatiōi videt̄ q̄ rō aliter non possit comprehendere rem. nisi sicut ipsa cōprehendit qd̄ tn̄ falsum est. Sic similr̄ videt̄ rōni hūanę q̄ intelligentia diuina nō possit res incertas cognoscere aliter q̄ ipsa cognoscit. qd̄ falsuʒ est. Nam quę rō humana incerte cognoscit intelligentia diuina certa comprehendit.

Quare in illius summę intelligentię cacumen si possimus erigamur. Illic enim rō videbit qd̄ i se non potest intueri. Id autē est: quo nā modo etiam quę certos exitus nō habent: certa tamen videat ac definita prenotio: neq; id sit opinio: sed summę potius scientię nullis terminis inclusa simplicitas.

¶ Quare in illius summę intelligentię. Hic phis hortatur vt erigamus nos ad cognitionē diuinę intelligentię dicens. Quare si possimus erigamur per diligentē ꝯsiderationem in cacumen illius summę intelligentię sup. diuinę Illic enim rō videbit qd̄ in se non pōt intueri. s. quō certa et diffinita prenotio dei cognoscat illa quę non hn̄t certos exitus. et illud non sit opinio. sed potius sit simplicitas summę sciē nullis terminis inclusa. q: simplicitas summę sapientię est infinita. ¶ Notandū q̄ si cognitio sequeret̄ facultatem rei cognite. et non virtutē cognoscentis. tunc sicut rō humana cognoscit futura ꝯtingentia incertę sic similr̄ intelligentia diuina ea incertę cognosceret. sed q: facultas cognitionum est sm̄ facultatem virtutū cognoscentiū et intelligētia diuina in cognoscendo excedit rōnem humanā. poterit ipsa certę cognoscere quę rō humana incertę cognoscit.

Metrum quintum libri quinti.

Quam varijs t̄ras aīalia pmeāt figuris
Namq; alia extento sunt corpore pulueremq; verrunt.
Cōtinuumq; trahunt vi pectoris īcitata sulcū.
Sunt qbus alar̄ leuitas vaga verberetq; vētos.
Et liqdo longi spacia etheris enatet volatu
Hęc pressisse solo vestigia gressibus gaudent.
Uel virides cāpos trāsmittere vl' subire siluas
Quę varijs videas lꝫ oīa discrepare formis.
Prona tn̄ facies hebetes valet īgrauar̄ sēsus.

¶ Metrum quintum quinti libri.

Quam varijs terras. Hic incipit qntum metrū huius qnti. qd̄ dicitur archiloycum ab inuentore. dactilicum a pede ꝯdriante in quo ōndit hominem esse dispositum ad ꝯtemplationē celestiū ex figura corporis sui. et pmo describit figuram corporalem aliarum bestiar̄. scd̄o figuram hoīs. ibi. Unica gens. Primo dicit Animalia pmeant terras q̄ʒ varijs. i. valde varijs figuris nāq; alia aīalia extento corpore sicut sunt serpentes et reptilia. illa verrunt. i. verrunt puluerem. et incitata. i. mota vi pectoris. trahunt continuū sulcum sup. in puluere. Sūt alia aīalia qbus inest vaga leuitas alar̄ quę verberet ventos. et enatet. i. transeat liqdo volatu spacia lōgi etheris. i. aeris. Sunt alia quę gaudent vestigia pressisse solo. i. terre gressibus suis et transmittere. i. pertransire virides campos et gaudent subire siluas. quę oīa aīalia: licet videas ea discrepare varijs formis. tn̄ facies eor̄ prona. i. ad terram inclinata. valet ingrauare. i. ingrauatos ostendere sensus hebetes. i. brutales. ¶ Notandū q̄ phis tangit tria genera aīalium. s. reptibilia. volatilia. et gressibilia quę licet differāt in formis. q: quędam formant̄ ad reptandū vt serpentes quędam ad volandū vt aues quędam ad gradiendū vt bestie. tn̄ in hoc oīa ꝯueniunt q̄ hn̄t faciē inclinatā ad terrā.

Unica gēs hoīu; celsuʒ leuat altius cacumen.
Atq; leuis recto stat corpe despiciatq; terras.
Hęc nisi terrenus male dsipis admonet figura
Qui recto celum vultu petis: exerisq; frontē.
In sublime feras aīuʒ quoq; ne grauata pessū
Inferior sidat mens corpore celsius leuato.

¶ Unica gens holuʒ. Hic describit figuram hominis. d. Unica gens hominū. i. solū genus humanū. leuat celsum cacumen. i. caput suuʒ altius. et leuis stat recto. i. erecto corpore. et despicit terras vultu eleuato ad celum. tu homo terrenus. qui recto vultu petis celum. et exeris. i. erigis frontem. hęc recta figura admonet te. q̄ tu male desipis. nisi ēt feras. i. extollas aīuʒ tuuʒ in sublimę. i. in celestia. ne mēs grauata. i. grauedine depressa. pessum. i. sub pedib⁹ vel subtus. et est pessum aduerbium loci. ne illa mens sidat. i. resideat inferior corpore eleuato celsius. ¶ Notandū cum hō habeat figuram corporis erectam ad celum. si anima nō erigeretur ad ꝯtemplationem celestium. videretur corpus esse nobilius anima. ¶ Notandū sm̄ Aristo. 16. de animalibus. homo inter oīa animalia habeat figuram rectilinearem de qua figura etiam loqtur Ouidio in lib. metamorphoseos. d. Pronaq; cum spectant animalia cetera terraʒ Os homini sublimę dedit celūq; videre. Iussit et erectos ad sydera tollere vultus.

Prosa sexta et vltima.

Quoniam igit̄ vti pauloante monstratum est omne quod scitur nō ex sua sed ex comprehendentium natura cognoscitur. intueamur nūc quā fas est: quis sit diuinę substātię status: vt quę nā etiaʒ scientia eius sit possimus agnoscere. Deum igitur eternum esse: cunctorum rōne degentium cōe iudicium est. Quid sit igitur eternitas consideremus. hęc enim nobis naturam pariter diuinam scientiamq; patefacit.

¶ Prosa sexta quinti libri.

Quoniam igitur vti pauloante. Hic incipit sexta prosa et vltima huius qnti. in qua determinat veritatem de compassibilitate prescię diuinę et liberi arbitrij. Et pmo ponit suam determinationē. scd̄o subiungit vtilem exhortationē circa finem libri. ibi. Aduersamini igit̄. Primo ondit modū diuinę cognitiōis. secundo

soluit obiectiões factas cōtra diuinā prouidentiā. tertio cō
cludit cōpassibilitatē liberi arbitrii cū puidētia diuina. scd̄a.
ibi. Quid igit̄ postulas. tertia ibi. Que cū ita sint. p̄io de
terminat de statu dei q est eternitas. scd̄o ex hoc declarat mo
dū diuine sciē ibi. Quia igit̄ de iudiciū. p̄io p̄mittit q̄ deter-
minādū sit de eternitate scd̄o determinat eā. ibi. Eternitas
igit̄ est interminabilis. P̄rio dicit. Quia monstratū est pau
loante. q̄ omne scit̄ qd̄ cognoscit̄. nō ex sua natura. i. nō ex
natura rei scite sed ex natura cōprehendentiū. i. cognoscētiū.
intueamur nūc. q̄tū fas est. q̄s sit stat⁹ diuine sētie vel sub
stantie ut possim⁹ agnoscere que sit eius scia. ⁊ subdit q̄ cōe
iudiciū cūctor̄ degentiū. i. viuentiū ōīm est deū esse eternū.
ideo cōsideremus qd̄ sit eternitas. hec eniȝ nobis patefaciat na
turā et diuinā sciam. ❡ Notandū q̄ viri degentes ratiōe
sunt viri p̄dicti luce sapie. ⁊ oēs isti cōcedūt deū eē eternū
Nam pħs. 8. pħy. ex eternitate mot⁹ arguit eternitatē moto
ris. ⁊ oēs tam greci q̄ȝ barbari putātes deos esse estimant
eos imortales. ❡ Notandū quia eternitas dei et natura ⁊
scientia dei nō differunt s̄m substantiā. ideo cognita eterni
tate cognoscit̄ natura et scientia dei.

Eternitas igit̄ est interminabilis tota vite
simul et perfecta possessio.

❡ Eternitas igit̄. hic prosequit̄ de eternitate. Et p̄io ponit
eius diffinitionē. scd̄o declarat eā. ibi. Qd̄ ex collatiōe. p̄i-
mo dicit. eternitas est possessio vite interminabil' existens
tota simul ⁊ pfecta. ❡ Nota s̄m alb. sup lib. de causis Ali-
quid est eternū et in eternitate. ⁊ sunt ipsa eternitas sic de⁹
Aliqua sunt ⁊ est eterna in eternitate. sed nō sunt ipsa eter-
nitas. sicut subē separe. alia sunt eterna nō in eternitate nec
sunt ipsa eternitas. ut mot⁹ tps et mūd⁹. ❡ Notandū cuȝ
dicit eternitas est possessio vite noie possessionis ad desi
gnandū imutabilitatē ⁊ indeficientiā eternitatis q: ipsa sic
mite possidet̄ ⁊ qeit hr̄. ⁊ dicit vite ad innuendū q̄ nō vi-
uētia nō mēsurant̄ eternitate. Et dicit itermiabilis ad dif
ferētiā illi⁹ vite que hȝ terminū a pte ati ⁊ a pte p⁹. sicut vi-
ta hoīs. vel a pte ante tm̄ sicut vita angelor̄ et dicit tota sil̄
ad differētiā vite angelice. q̄uis eniȝ esse angeli s̄m substaȝ
sit totū sil̄. nō tn̄ s̄m opationē. cū habeat opationes successi-
uas ex intellectiōēs ⁊ dicit pfecta ad designandū q̄ eternita
ti nihil deest. pfectū eniȝ est cui nihil deest. p̄io celi et mūdi

Quod ex collatiōe tempaliū clarius liquet.
nam qcqd viuit in tempe. id presens a p̄teritis
in futura procedit. Nihilqȝ est in tempe cōsti-
tutū: quod totū v te sue spaciū pariter possit ā-
plecti. Sed crastinū quidē nōdū apprehēdit:
hesternū vero iaȝ pdidit. In hodierna quoqȝ
vita nō amplius viuitis q̄ȝ in illo mobili transi
torioqȝ momēto. Qd̄ igit̄ temporis patit̄ condi
tionē. licet illd̄: sicut de mūdo cēsuit aristoteles
nec cepeit vnq̄ȝ eē nec desinat: vitaqȝ eius cū
tpis infinitate tendat: nondū tamen tale est ut
eternū esse iure credat̄. Non enim totū simul
infinite licet vite spaciū cōprehēdit atqȝ cōple
ctit̄ sed futura nōdū trāsacta iā nō habet. Qd̄
igit̄ interminabilis vite plenitudinē totā pari
ter cōprehēdit ac possidet: cui neqȝ futuri quic
quid absit nec p̄teriti fluxerit. id eternū esse iu
re phibet̄. Idqȝ necesse ē: ⁊ sui cōpos p̄ns sibi
sp assistere: ⁊ ifinitatē mobilis tpis hr̄e p̄sentē.

❡ Quod ex collatiōe. Hic declarat diffinitionē. secundo re
darguit quosdā qui vocabulo eternitatis abutebant̄. ibi.
Unde nō recte. p̄io ergo declarat diffinitionē eternitat̄ in
co mentione ad tps dicens. Unde dictū est q̄ eternitas est
possessio tota simul interminabilis vite. qd̄ liquet clarius
ex collatione. i. ex compatione tempaliū. Nā quicqd viuit.
in tempe illud p̄ns existēs procedit per successiuā mutabi
litatē a p̄teritis in futura. ⁊ nihil est in tpe cōstitutum. qd̄
pariter possit amplecti. i. cōprehendere totū spaciū vite sue
sed crastinū nōdum iā pxhēdit. hesternū vero tēpus iā p
didit. ⁊ in hodierna vita nō amplius viuitis. i. nihil plus ē
p̄ns de hodierna vita. nisi q̄ in illo mobili et trāsitorio mo
mento connect̄ de vita ⁊ dicit̄ momentū illud indiuisibile
instās quo futur̄ copulat̄ cū p̄terito. quicqd igit̄ patitur
temporis conditionē. i. succ̄ssionē. licȝ nunq̄ȝ cepit eē. nec de
sinat esse sicut arist. censuit de mūdo. ⁊ lȝ vita. i. duratio ei⁹
tēdatur. i. extēdatur cū infinitate temporis. nondū tamē tale
est ut iure credat̄ esse eternū quia nō cōprehēdit neqȝ cōple-
ctit̄ simul totū spaciū vite. i. sue durationis. licet infinite. i.
infinito tempore. duret sed futura nōdum hȝ trāsacta. i. pe
trāsita ⁊ p̄terita nō hȝ. Quicqd igit̄ cōprehendit ⁊ possidet
pariter totā plenitudinē interminabilis vite. cui nihil absit
futuri. nec aliquid fluxerit p̄teriti. illud iure phibet̄ eē eter
nū. q: illud eternū sui cōpos eo q̄ nihil sibi deest. necesse est
semp sibi assistere p̄ns. ⁊ est necesse p̄ntē habere infinitateȝ
id est infinitā durationē tpis mobilis. i. successiui. ❡ No
tandū q̄ quia p cognitionē temporis deuenimus in eternita
tis cognitionem. eo q̄ opposita iuxta se posita magis eluce
scūt. ideo per naturā ⁊ successionē tpis declarat nobis na-
turā eternitatis. Sicut enim rō tpis cōsistit in successione
⁊ apprehēsione prioris ⁊ posterioris in motu. cui⁹ vna ps
p̄terit ⁊ alia est futura. Sic ratio eternitatis p oppositū cō
sistit in apprehensione vniformitatis illi⁹ qd̄ diuino est extra
motū comphendēs simul p̄teritū ⁊ futurū tanq̄ȝ presens.
❡ Notandū q̄ ipsi⁹ eterni nil transit in p̄teritū ideo sp sibi
p̄ns assistit q: vero nūq̄ȝ deficiet sicut nec vnq̄ȝ incepit cū
habeat vitā interminabilē necesse est q̄ assint ōīb⁹ differē
tie tpis etiā si ponat̄ tps infinitū ⁊ q: eodē mō assistit diffe
rentiis tpm p quē motū in se subsistit motus autē in eius
subsistit est pitarius i. eo etiā assi sit differentiis tpis per
motā presentē. ideo dicit q̄ necesse est eternū presentē habe
re infinitatē temporis mobilis.

Unde quidā non recte. q cū audiunt visum
platoni mundū hunc nec habuisse initiū tpis
nec habiturū esse defectū hoc modo cōditori
conditū mundū fieri coeternū putant. Aliud ē
eniȝ p interminabilē duci vitā: qd̄ mūdo pla-
to tribuit aliud interminabilis vite totam pa-
riter cōplexam esse p̄ntiā: qd̄ diuine mētis p-
priū esse manifestum est. Neqȝ deus cōdi-
tis rebus antiquior videri deȝ tpis quātitate: sed
simplicis potius proprietate nature.

❡ Unde nō recte putāt. Hic philosophia improbat quos
dā qui abutebant̄ vocabulo eternitatis. Secūdo docet p-
priū modū loquēdi ibi. Itaqȝ si digne. p̄io facit qd̄ dictuȝ
est. scd̄o manifestat quō tpalia deficiūt a simplicitate diui-
ne nature q̄ȝ imitātur imitari ibi. Hūc enim. P̄rimo dicit.
dictū est q̄ eternitas nō solū dicit interminabilitatē. sed etiā
etiā simplicitatē. vnde nō recte quidā putant qui cū audiūt
visum esse platoni. mundū nō habuisse initiū temporis nec
habiturū defectū. i. finē hoc modo putāt mundū conditū si
eri coeternū cōditori. Causa autē quare nō recte putant est.
quia aliud est duci p interminabilē vitam cū quadā successi
one quod plato tribuit mundo. ⁊ aliud est pariter. i. simul
esse coplexam totā presentiā vite interminabilis quod est
propriū diuine mentis. Et quia aliqs diceret. Si mund⁹
nunq̄ȝ incepit videt̄ esse coetern⁹ deo. Ad qd̄ respōdet. Qd̄
de⁹ est prior mūdo nō antiquitate temporis sed simplicitate na
ture. Unde dicit. Neqȝ eni deus debȝ videri antiquior re-
bus cōditis quātitate temporis sed proprietate simplicis na
ture. ❡ Notandū sicut patet ex lib. thimei. Plato voluit
mundū incepisse sed finē nō habere. ⁊ hoc idē aristo. dicit
ponit in li. celi ⁊ mūdi. dicens q̄ solus plato [illegible]

dū. Quid est ergo quod dicit Boe. ꝙ plato nō posuit mūdū incepisse. Ad hoc dicit: ꝙ cū plato dixit mundū habuisse initiū intelligit ꝙ habuit initiū institutionis nō autē tēporis, sicut ponit exemplū de vestigio pedis. ut si pes ab eterno stetisset in puluere pes esset causa vestigij naturaliter precedens vestigium licet nō tempore.

Hunc enim vite imobilis presentarium statum infinitus ille temporalium rerum motus imitatur. Cumque eum effingere atque equare nō possit ex imobilitate deficit in motum. Et ex simplicitate presentie decrescit in infinitā futuri ac preteriti quantitatē. Et cum totā pariter vite sue plenitudinē nequeat possidere: hoc ipso ꝙ aliquo modo nunꝗ esse desinit: illud quod implere atque exprimere nō potest: aliquatenus videtur emulari: alligans se ad qualēcunque presentiā huius exigui volucrisque momenti: que quoniā manētis illius presentie quandā gestat imaginē quibuscunque contigerit id prestat ut esse videantur. Quoniam vero manere nō potuit infinitum temporis iter arripuit. Eoque modo factum est ut continuaret vitam eundo. Cuius plenitudinē complecti non valuit permanēdo.

¶ Hunc enim vite imobilis. hic manifestat quō temporalia deficiunt simplicitate diuine nature quam nituntur imitari. Ille infinitus motus rerū temporaliū imitatur quantum pōt. hunc presentariū statū vite immobilis. i. eternitatis. et cū eū nō poterit effingere. i. exprimere et equare. deficit ab eius immobilitate successiue egrediendo quod simul habere nō potuit et ex simplicitate presentie decrescit infinitā quantitatē preteriti et futuri. et cū nequeat possidere pariter totā plenitudinē vite sue hoc ipso aliquo modo nunꝗ esse desinit. videtur aliquatenus emulari illud quod implere nō pōt. alligans se. s. status temporalis ad qualēcunque presentiā huius momenti. i. instantis. exigui. i. indiuisibilis. et volucris. i. transitorij. que. s. presentia instantis temporis gestat quandā imaginē manētis presentie. i. eternitatis. et prestat quibuscunque contingerit ut illa esse videantur. Nā illa dicimus ē que sunt in presenti momēto. quia vero nō potuit manere. s. presentia instantis. propter naturā rei mobilis. ideo arripuit infinitū iter temporis per successionē. et eodē modo factū est ut continuaret vitā eundo de vno esse in aliud cuius plenitudinē nō valuit. i. potuit complecti permanendo. ¶ Nota ꝙ infinitus motus rerū temporaliū quantū pōt imitatur statū eternitatis. quia nō pōt eum totaliter exprimere. quia status temporalis est successiuus. status eternitatis nō. et status temporalis respicit preteritū et futurū. status eternitatis tm̄ presens. tamen in hoc imitatur statū eternitatis: quia sicut eternitas nunꝗ deficit: sic infinitus motus rerū temporaliū nunꝗ ē desinit. et sicut in tempore est dare instās quod habet quandā imaginē cū eternitate. ita ꝙ sicut in eternitate aliquid dicitur est. et sicut illa dicimus esse que sunt in presenti instanti. ideo status rerū temporaliū licet nō possit imitari statū eternitatis presentialiter permanēdo: tamē ipsum imitatur suam durationē successiue continuando.

Itaque si digna rebus nomina velimus imponere platonem sequētes: deum quidē eternum: mundum vero dicamus esse perpetuum.

¶ Itaque si digna. In ista parte docet phia quō proprie loquendū sit de deo et de mūdo dicēs. Si nos sequentes platonē velimus imponere noīa digna. i. conuenientia rebus dicamus deum esse eternū. mundū vero dicamus perpetuū. Et hoc consonat dicto auctoris grecissimi. Eternū vero sine principio sine fine. Perpetuū cui principiū sed fine caret.

Quoniā igitur omne iudicium secundum sui naturam: que sibi subiecta sunt comprehendit. Est autem deo semper eternus ac presentarius status. Scientia quoque eius omnē temporis supergresse motionem in sue manet simplicitate presentie: infinitaque preteriti ac futuri spacia complectens. Omnia quasi iam gerantur in sua simplici cognitiōe considerat. Itaque si presciētiā pensare velis: qua cuncta dinoscit: nō esse presciētiā quasi futuri sed sciētiā nunꝗ deficiētis instātie rectius estimabis. Unde nō preuidētia: sed prouidētia potius dicitur: ꝙ porro ab rebus infimis constituta: quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat.

¶ Quoniā igitur omne iudiciū. Hic phia ex dictis ostendit modū sciētie diuine. Primo ergo ostendit qualis sit sciētia diuina et qualiter sit noīanda dicens. Quoniam omne iudicium comprehēdit ea que sunt sibi subiecta. i. sua obiecta. secundum sui naturā. i. secundum naturā virtutis cognoscētis. Natura autē dei talis ē. ꝙ semper ipsi deo est status eternus et presentarius. ex quo sequitur ꝙ sciētia dei supergressa oēm motionē temporis manēs in simplicitate presentie. et complectens infinita spacia preteriti et futuri temporis. oīa considerat quasi iā. i. presentialiter gerantur in sua simplici cognitiōe. Tunc ostēdit quomō scīa dei ē noīanda dicēs. Itaque si velis pensare presciētiā qua cuncta dinoscit. nō dices diuinā scientiā esse presciētiā quasi futuri. sed rectius estimabis diuinā scientiā esse instātie. i. presentie nunꝗ deficientis. quod confirmat per ethimologiā huius noīs prouidentia dicens. Unde cognitio diuina nō dicitur preuidentia: quia illa importat ordinē ad futurū. sed dicitur prouidentia. quasi porro. i. procul a rebus infimis constituta. ab excelso cacumine rerum cuncta prospiciat. ¶ Notandū ꝙ cognitio sequitur modū rei cognoscentis ideo cognitio et sciētia dei sequitur statum et dispositionē dei. status autē dei est eternus et presentarius cū esse diuinū mensuretur eternitate. ergo sciētia dei erit eterna et presentaria. ita ꝙ oīa que sunt preterita et futura: cognoscit quasi sint presentia. ¶ Notandū ꝙ aliqs diceret. nō ens nō pōt alicui esse presens sed preteritū et futurū est nō ens: ergo nō pōt esse presens cognitiōi diuine. Dicendū ꝙ duplex est. nō ens. Quoddā quod nullo modo est ens. et tale nō est realiter presens alicui cū nihil sit. Aliud est nō ens nō simpliciter sed quia actu nō est ens: et licet huiusmōi nō possit realiter coexistere tempori presenti. tamē potest coexistere eternitati. quia eternitas cū sit infinita excedit tempus presens extēdendo se ad preteritū et futurū. Et sic preteritū et futurū sunt eternitati coexistentia presentialiter. quia in eternitate nō est successio. vnde nō sequitur si aliquid coexistit eternitati: quō pro tāto simpliciter existat quia eternitas etiā extendit se ad nō existens sicut ad preteritū et futurū. ¶ Notandū. ꝙ deo oīa sunt presentia et sibi nihil est futurū. ideo scientia sua nō est dicenda presciētia que sonat aliquid futurū. nec debet dici preuidētia propter eandem causam. sed debet dici prouidentia quasi procul constituta a rebus inferioribus omnia prospiciens.

Quid igitur postulas ut necessaria fiant que diuino lumine lustrentur: cū ne homines quidem necessaria faciant esse que videant? Num enim que presciētia cernis: aliquā eis necessitatē tuus addit intuitus? B. Minime. P. Atqui si est diuini humanique presentis digna collatio: vti vos vestro hoc temporario presenti quedā videtis: ita ille omnia suo cernit eterno.

¶ Quid igitur postulas. Hic soluit obiectiones superius factas contra prouidentiā. Primo ergo ostendit qualiter huiusmodi obiectiōes soluuntur. secundo resumit primā obiectiōem ipsam fortificādo ut formalius soluatur. secunda ibi. Hic si dicas. Circa primū notandū ꝙ tres erāt rōnes. quarum prima et secunda fundantur super hoc. ꝙ nihil potest esse prescitū a deo nisi id sit necessariū. Tertia fundatur super hoc ꝙ eventus incertus nō potest certitudinaliter cognosci. facit ergo duo. Pri-

mo ostēdit ꝙ presciētia nō imponit necessitatē rei prescite ꝑ quod soluit prima ⁊ secunda rō. Secūdo ostendit ꝙ sciētia dei nō mutat naturā rei: sed simul stant certitudo a parte scire incertitudo a pte euent⁹. per qḋ soluit tertia rō. secūda ibi. Quare hec diuina. Primo dicit. Ex quo de⁹ ꝯgnoscit omnia tanꝗ̄ p̄sentia: quid igit̄ postulas ut illa fiāt necessaria que lustrent̄. i. cōprehendāt̄. diuino lumine. i. diuina cognitione. cū nec homines faciāt ea necessaria que p̄sentialiter videāt. verbi gratia. Quod hō videt in p̄senti non facit esse necessariū. nā quid enim intuit⁹ tuus addit. i. dabit aliquā necessitatē eis que tu cernis p̄sentia. dicit Boetius. Minime. Et philosophia. Si est digna collatio diuini et humani intuit⁹ respectu p̄sētis sicut vos videtis quedam hoc p̄sēti temporario. i. in presenti tempore ita deus suo eterno intuitu omnia cernit tanꝗ̄ p̄sētia. ¶ Notādū ꝙ intuitus noster rei p̄sētis nullā imponit necessitatē rei presenti. qꝛ visio sortis currētis nō imponit necessitatē sorti currēti. qꝛ potest sortes currere vel nō currere. Sic etiā intuitus diuinus qui oia p̄sentialiter cognoscit nullā imponit reb⁹ necessitatē sed videt ea p̄sentialiter: sicut futura sunt necessario futura: ⁊ contingētia videt contingēter futura.

Quare hec diuina p̄notio naturā rerū ꝓprietatēq; nō mutat. Taliaq; apud se p̄sentia spectat: qualia in tempore olim futura ꝓuenient. nec rerū iudicia cōfundit. vnoq; sue mētis intuitu tā necessarie ꝗ̄ nō necessarie vētura dinoscit. Sicut vos cū pariter ambulare in terra hoīem: ⁊ oriri in celo solē videtis: quāꝗ̄ sit simul vtrumq; cōspectū tamen discernitis. ⁊ hoc voluntariū: illud esse necessariū iudicatis. Ita igit̄ cuncta despiciens diuinus intuitus: qualitatē rerū minime perturbat apud se quidē p̄sentium: ad cōditionem vero temporis futurarū. Quo fit ut hec nō sit opinio: sed veritate potius nixa cognitio cū exstitutū quid esse cognoscit: quod idem existendi necessitate carere non nesciat.

¶ Quare hec diuina p̄notio. Hic ostēdit ꝙ circa cōtingentia simul stāt certa cognitio dei ⁊ incertus euētus rei dicēs. Quare hec diuina p̄notio qua deus nouit futura. illa non mutat ꝓprietatē rerū quoad necessitatē ⁊ cōtingētiā. qꝛ nō imponit necessitatē rei que ꝯtingēs est. sꝫ talia apud se spectat p̄sentia qualia olim ꝓuenient futura nec cōfundit rerū iudicia ut cōtingēs faciat nō esse cōtingēs. sed vno intuitu mētis dinoscit tā necessarie ꝗ̄ nō necessarie ventura. i. futura. Qḋ declarat in exēplo dicēs. Sicuti vos hoīes qn̄ pariter. i. in eodē instanti videtis hoīem ambulare in terra: ⁊ solem oriri in celo licꝫ vtrūq; simul sit cōspectū: tn̄ discernit̄ hoc esse volūtariū. s. hominē ambulare in terra. ⁊ illud eē necessariū. s. solē oriri. Ita similiter diuin⁹ intuitus cūcta despiciens. i. deorsum aspiciens minime ꝑturbat rerū qualitatē. s. cōtingentiā ⁊ necessitatē rerū. dico apud se p̄sentium rōne eternitatis: sed futurarū ad cōditionem tpis. Quo fit ut cognitio futurorū dei tanꝗ̄ p̄sētiū nō sit opinio. sed cognitio veritate nixa. i. cōfirmata. cū cognoscit aliquid esse exiturū. i. futurū. quod idē nō nesciat. i. bene sciat carere potest necessitatē existēdi. ¶ Notandū de hoc ꝙ dicit̄ deū p̄sentialiter omnia cognoscere. s. p̄terita ⁊ futura ponit̄ quidā exēplū de baculo fixo in aqua. q successiue toti fluuio p̄ns est. qꝛ partib⁹ eius. sic eternitas simul est cū toto tempore ⁊ cū oībus que fluūt in tempore. ita ꝙ totū temp⁹ ⁊ quicqd est successiuū in tempore: est p̄ns eternitati. ut si ponat̄ eternitas sicut centrū: ⁊ totū temp⁹ sicut circūferentia. tūc licꝫ circūferentia cōtinue moueat̄ ⁊ pars parti succedat: tamē in cōparatiōe ad centrū vniformiter se habꝫ. Aliud exemplū ponit̄ de aliquo qui vadit ꝑ viam ⁊ nō videt hoīes post se venientes. sꝫ ille qui de alta turri respiceret: videret totā viam ⁊ hoīes ꝑ eā trāseūtes tā precedētes ꝗ̄ sequētes. sic de⁹ de speculo sue eternitatis respiciēs oia p̄sentialiter videt tā p̄sentia ꝗ̄ futura.

Hic si dicas. Quod euenturū deus videt: id nō euenire nō posse. quod autem nō potest non euenire: id ex necessitate cōtingere: meq; ad hoc nomē necessitatis astringas. Fatebor rem quidē solidissime veritatis: sed cui vix aliquis nisi diuini speculator accesserit. Respondebo nāq; idē futurū cum ad diuinā notionē refertur necessariū. cum vero in sua natura ꝑpendit̄: liberū prorsus atq; absolutum videri.

¶ Hic si dicas. Hic philosophia redit ad primā rōem superius positā: ipsam fortificādo: ut formalius soluat̄. ⁊ fortificat eā. Secūdo soluit. Tertio solutionē declarat. secunda ibi. Respondebo. tertia ibi. Due enim. Primo dicit. Si dicas hic. s. obijciēdo illud nō posse nō euenire: quod deus videt euēturū. quia tūc deus falleret̄. quod autē nō potest nō euenire id ex necessitate pōt ꝯtingere. ⁊ sic astringas me ad nomē necessitatis: ut concedam cōtingens aliquod nō eē necessariū. Ego fatebor rem solidissime veritatis cui vix aliquis accesserit eā cōcedendo. nisi speculator diuini. i. diuine nature. Tūc soluit obiectionē dicēs. Si coartaueris me ut cōcedā aliquā necessitatē futurorū. Respōdebo idem qḋ futurū est quo ad nos. cū refert̄ ad diuinā notionē cui ipsum est p̄ns. dico necessariū esse. s. necessitate ꝯditionata. s. rōne p̄sētie. cum autē idē futurū ꝑpendit̄ in sui natura rōne cui⁹ habꝫ futuritionē ⁊ indeterminationē in sui causa necesse est videri liberū. ¶ Notandū ꝙ sicut illud qḋ in se est contingens qn̄ est nobis presens rōne presentie sortit̄ quandā necessitatē qua necesse est ipsum esse dum p̄sens sit. quia omnia sunt deo presentia. rōne istius presentie in ordine ad ipsam diuinā cognitionē sortiunt̄ quandā necessitatē: licꝫ in sui natura prorsus videant̄ libera.

Due sunt enim necessitates. simplex vna: veluti ꝙ necesse est omnes homines esse mortales. Altera cōditionis. ut si aliquē ambulare scias eum ambulare necesse est. Quod enim quisq; nouit: id esse aliter ac notum est nequit sed hec conditio minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatē nō propria facit natura: sꝫ cōditionis adiectio. Nulla enim necessitas cogit incedere voluntate gradientē quãuis eum tamen cum graditur incedere necessarium sit. Eodem igit̄ modo si quid prouidētia presens videt id necesse est esse: tametsi nullam habeat nature necessitatē. Atqui deus ea futura que ex arbitrij libertate proueniunt: p̄sentia contuet̄. Hec igit̄ ad intuitum relata diuinum necessaria fiunt per conditionē diuine notionis: ꝑ se vero considerata ab absoluta nature sue libertate non desinunt.

¶ Due enī sunt necessitates. Hic philosophia declarat solutionē per quādā distinctionē necessitatis. ⁊ eā applicat ad propositū. Secūdo concludit ex premissis simul stare ꝙ aliqua sunt sm̄ se cōtingentia ⁊ incerta: que tamē eueniunt certitudinaliter inquantū a deo prescita. secūda ibi. Fiet igitur procul dubio cūcta. Primo dicit. Due sunt necessitates. vna simplex que est necessitas nature. sicut oēs homines necesse est eē mortales. Alia est necessitas cōditiōis ut si scias hominē ambulare: illū ambulare necesse est. qꝛ qḋ quisq; nouit. illud nō potest aliter esse ꝗ̄ notū est. sed hec cōditio. id est necessitas cōditionata. minime trahit secū simplicem necessitatē. qꝛ necessitatē cōditionis nō facit ꝓpria natura

sed adiectio cōditionis. Nulla eñi necessitas cogit incedere id ē ambulare voluntatē gradientē. i. ambulantē. q̄uis necessariū sit ipsum incedere. i. ambulare tūc cum gradit. id ē ambulat. Hanc distinctionē applicat ad propositū dicens Eodē modo si qd prouidētia diuina p̄ns videt illud eē necesse est. s. ex cōditione qua puisum est. ⁊ qua ponit sibi p̄sens. q̄uis nullā habeat necessitatē nature sed de⁹ ea futura cōtuet tanq̄ presentia. que ex libertate arbitrij proueniunt. igit̄ hec relata ad intuitū diuinū fiunt necessaria p cognitionē diuine notionis. per se vero. id est in sui natura nō habito respectu ad diuinā cognitionē. ipsa non desinūt id est deficiūt ab absoluta. id est a pfecta libertate sue nature. ¶ Notandū sm intentionē boetij ista ratio. quicqd est prouisum a deo necessario euenit: soluit dicendo. q̄ verum est q̄ necessario euenit necessitate cōditionata. sed non necessitate absoluta. Alij aliter soluunt. q̄ illa propositio est vera in sensu composito: sed falsa in sensu diuiso. vnde cū dicitur. Quicqd prouisum est necessario euenit. verū est in sensu composito: quia impossibile est prouisum a deo nō euenire. tamen in sensu diuiso falsa est: quia euentus rei scilicet contingentis in se nō est necessarius.

Fiunt igit̄ pculdubio cuncta que futura deus esse prenoscit. Sed eoꝝ quedā de libero pficiscunt̄ arbitrio. que q̄uis eueniant existendo: tamē propriā naturā nō amittunt. quia priusq̄ fierent etiā non euenire potuissent.

¶ Fiunt igit̄ proculdubio cūcta que. Hic philosophia cōcludit ex predictis q̄ ista simul stant. q̄ aliqua sm se sunt cōtingentia ⁊ incerta: que tamen certitudinaliter eueniunt inquantū preuisa a deo. Secundo obijcit contra hoc ibi. Quid igit̄ refert non esse necessaria cū. Primo dicit. Proculdubio cūcta futura sunt que de⁹ prenoscit esse: alioquin falleret̄ diuina prouidentia: sed quedā eorum proficiscunt̄ id est procedūt de libero arbitrio. ita q̄ quantum est de esse ipsorum possunt nō euenire. vnde subdit. que q̄uis eueniant tamē nō amittunt propriam naturā libertatis. quia priusq̄ fierent potuissent nō euenire. ¶ Nota q̄ tota intentio Boetij fundatur super hoc. q̄ aliquid libere futurū ex sui natura in comparatione ad prescientiā diuinam necessario euenit. ⁊ talis est necessitas conditionata. quia inquātum preuisum est sic necessario euenit. sed nō absolute circumscripta prouisione.

Quid igitur refert non esse necessaria cum propter diuine scientie conditionē modis omnibus necessitatis instar eueniant? Hoc scilicet q̄ ea que pauloante proposui sol oriens ⁊ gradiens homo: que dum fiunt non fieri nō possunt: eorum tamen vnū priusq̄ fieret necesse erat existere alterū vero minime. Ita etiam que presentia deus habet: proculdubio existunt. Sed eorum hoc quidem de rerū necessitate descendit illud vero de potestate facientium. Haud igitur iniuria diximus. hec si ad diuinam noticiam referantur necessaria. si per se considerentur: necessitatis esse nexibus absoluta. sicut omne quod sensibus patet: si ad rationem referas vniuersale est: si ad seipsa respicias: singulare.

¶ Quid igitur refert. Hic obijcit contra solutionem ⁊ soluit obiectionem. Secundo contra illam solutionem obijcit ibi. Sed si inquies in mea ⁊c̄. Obiectio in hoc consistit Ex quo futurū contingens prescitum certitudinaliter euenit ⁊ necessario: non videtur esse differentia inter cōtingens ⁊ necessarium. vnde dicit. Quid igitur refert cōtingentia ⁊ libere futura non esse necessaria. cum ipsa eueniant instar id est ad similitudinē necessitatis. Tunc soluit dicens. Q̄ inter euentum necessariū ⁊ contingētem hoc refert quod manifestum apparet per exempla que pauloante proposui. s. q̄ sol oriens ⁊ homo gradiens que dum fiūt non fieri non possunt. Et ita vtrumq̄ est necessariū sub conditione presentie. presentia enim necesse est esse dum sunt presentia. tamen vnum eorū. scilicet sol oriens priusq̄ fieret necesse erat existere. alterū vero scilicet homo gradiens minime habet necessitatem fieri antequā fiat. ita etiam illa que de⁹ habet presentia proculdubio existunt propter necessitatē conditionis qua sunt preuisa euenire tanquā presentia. Sed eorum que sic sunt preuisa hoc de rerum necessitate descendit. scꝫ solem oriri. illud de potestate facientium. scilicet hominē ambulare. ex quo cōcludit. ideo nō iniuria diximus hoc prius. q̄ illa que cōtingenter eueniunt si referantur ad diuinā noticiam sunt necessaria. scilicet ex conditione diuine scientie. Si vero per se considerētur ipsa sunt absoluta a nexibus. id est a vinculis necessitatis. quod manifestat per simile. sicuti si id quod patet sensibus: si referas ad rationem tūc est vniuersale. si autem referas ad sensum tunc est singulare. ¶ Notandū q̄ si idem relatum ad diuersa potest esse vniuersale et singulare: videtur similiter q̄ idem comparatū ad diuersa possit esse cōtingens ⁊ necessariū. Nam particulare habet rationē contingētis ⁊ vniuersale rationē necessarij. Sed videmus q̄ humana natura comparata ad intellectum agētem abstrahētem a conditionibus indiuiduātibus: ⁊ comparata ad intellectū possibilē habet rationem vniuersalis. sed comparata natura humana ad sensuꝫ qui particulariter comprehēdit: habet rationeꝫ singularis. Nam vniuersale est dum intelligit̄. particulare vero dum sentitur. Similiter erit de futuro contingēti q̄ ipsum comparatū ad diuinā prescientiā ad necessariū cōditionaliter. in se autē cōsideratum habet se cōtingenter.

Sed si in mea inquies potestate situm est mutare propositum: euacuabo prouidentiam cum que illa pnoscit forte mutauero. Respondebo. Propositum te quidem tuū posse deflectere: sed quoniam ⁊ id te posse: ⁊ an facias: quoue cōuertas: presens prouidentie veritas intuetur diuinam te prescientiā non posse vitare. sicuti presentis oculi effugere non possis intuitum: quāuis te in varias actiones libera voluntate conuertas.

¶ Sed si in mea inquies. Hic obijcit contra solutionem iam dictam. ⁊ soluit illam obiectionem. secūdo mouet dubitationē. ibi. Quid igitur. Primo dicit. Tu obijcies cōtra solutionem sic. Si in potestate mea est mutare propositum meū. scilicet currendo ut non currendo. ego euacuabo. id est frustrabo prouidētiam diuinā. cum ego mutauero illa que prenoscit esse futura. ipse soluit dicens. Ego respondebo te posse deflectere. id est mutare propositum tuū. sed veritas prouidentie illa intuet̄ illud te posse. scilicet mutare propositum. ⁊ an facias quod propositū mutes. ⁊ intuet̄ quo cōuertas tuum propositū. ideo scias te nō esse vitare diuinam prescītiam sicuti quāuis libera voluntate te conuertas in varias actiones tu non possis effugere intuitum presentis oculi. ¶ Nota q̄ licꝫ homo possit mutare propositū suum per hoc tamen non effugit prescientiā diuinam quia de⁹ illam mutationem prenoscit: posito enim q̄ deus preuiderꝫ te ꝯas iterum ad forum quāuis possis nō ire ⁊ proponas nō ire. non tamen nō ibis quia deus prouidet simul ⁊ propositum ⁊ potestatem nō eundi: ⁊ mutationem propositi ⁊ actionem eūdi et ideo non potes aliquo modo effugere ei⁹ prescientiam.

Quid igitur inquies? Ex mea ne dispositione scientia diuina mutabitur? ut cū ego nūc hoc nunc aliud velim: illa quoq̄ noscendi vi-

ces alternare videatur? B. Minime. P. Omne namque futurū diuinus precurrit intuitus: ⁊ ad presentiā proprię cognitionis retorquet ac reuocat: nec alternat ut tu estimas: nūc hoc nunc illud prenoscendi vices: sed vno ictu mutationes tuas manens preuenit atque complectitur. Quam comprehendendi omnia visendique presentiā: non ex futurarum prouentu rerum: sed ex propria deus simplicitate sortitus est. Ex quo illud quoque resoluitur quod paulo ante posuisti: indignum esse si scientię dei causam futura nostra prestare dicatur. Hec enim scientię vis presentaria notione cuncta cōplectens. rebus omnibus modū ipsa cōstituit: nihil vero posterioribus debet.

¶ Quid igitur inquies. Ex mea ne dispositione scientia. Hic mouet dubitationē dicens. Tu forte inquies. Quid igitur cōtingat ex ista solutione: mutabit ne scientia diuina ex mea dispositiōe. id est mea variatione. scilicet cum ego nūc vel in hoc nunc aliud. videt ne prescientia diuina ex hoc alternare. id est mutare vices suas noscendi. id est cognoscē di. ipsa respondet. minime contingit hoc quod diuina scientia mutet. quia diuinus intuitus precurrit omne futurū ⁊ retorquet illud ad presentiā proprię cognitionis cognoscendo omnia simul tanquam presentia. nec alternat. id est mutat vices suas prenoscendi. id est precognoscendi nunc hoc nunc illud. scilicet successiue sicut tu estimas. sed manens liber a mutatione vno ictu preuenit ⁊ complectitur tuas mutatiōes. quā presentiā comprehēdendi omnia tanquam presentia deus nō sortitur ex rebus futuris. sed ex propria simplicitate. ex quo resoluit. id est declarat illud quod pauloante posuisti. scilicet indignū esse si futura nostra dicātur prestare causam sciētie dei. vis. id est virtus enī scientię diuinę cūcta cōplectens pñsentialiter. ipsa constituit. id est imponit. modum omnibus rebus. quia sciētia dei est causa rerū. ipsa vero nihil debet ipsis rebus quia nihil ab eis accipit sicut nos accipimus scientiam a rebus. ¶ Nota si deus simul nō cognosceret ea quę successiuę eueniunt in tempore: tunc scientia dei esset variabilis. propter hoc quod cognitionem vnius succederet cognitio alterius. sed quia omnia simul cognoscit tanquam presentia: ideo in sua scientia non cadit variatio ut prius nesciat esse aliquid ⁊ postea sciat. vel quod prius sciat hoc nō esse ⁊ postea esse. immo simul omnia cognoscit. ⁊ ideo simul scit aliquid non esse in vna differētia temporis mēsurādis: tamen ⁊ esse in alia differētia temporis.

Quę cum ita sint: manet intemerata mortalibus arbitrij libertas. Nec iniquę leges solutis omni necessitate voluntatibus premia penasque proponūt. Manet etiam spectator desuper cunctorū prescius deus: visionisque eius presens semper eternitas cum nostrorū actuum futura qualitate concurrit bonis premia malis supplicia dispensans. Nec frustra sunt in deo posite spes precesque: quę cum rectę sint: inefficaces esse non possunt.

¶ Quę cum ita sint: manet intemerata mortalibus arbi. ⁊c. Hic concludit ex premissis compassibilitatē liberi arbitrij cum presentia diuina dicens. Quę cum ita sint ut predictum est manet libertas arbitrij intemerata. i. incorrupta. Nec leges proponūt hominibus penas ⁊ premia iniquę. id est iniustę voluntatibus nostris solutis. id est liberatis ab omni necessitate. manet etiā immobiliter deus prescius cunctorū. ⁊ presens eternitas suę visionis concurrit cum futura qualitate. scilicet bonitate ⁊ malicia nostrorū actuū dispensans. id est distribuens bonis premia ⁊ malis supplicia. nec frustra sunt positę preces ⁊ spes in deo. quę nō possunt esse inefficaces cum sint rectę. ¶ Nota ex quo propter liberum arbitrium possunt res sic ⁊ aliter euenire: non iniustę bonis premia ⁊ malis supplicia proponūtur. nec spes ⁊ preces frustrant. frustrarent autem omnia hec si omnia vinculo necessitatis vrgerent. sicut patet ex dictis.

Auersamini igitur vicia. colite virtutes. ad rectas spes animū sublevate. humiles preces in excelsa porrigite. Magna vobis est: si dissimulare non vultis: necessitas indicta probitatis: cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.

FINIS.

¶ Auersamini igitur vicia. colite virtutes. ad rectas spes. Hic philosophia subiungit exhortationem vtilem dicēs. Ex quo sic est quod non estis coacti necessitate ad faciendū aliquid. sed manet in vobis libera voluntas. Ideo auersamini. id est spernite vicia. ne per ea iniustę incurratis penas. colite. id est exercete virtutes. propter quas merita consequamini. sublevate animū vestrū ad rectas spes quę in veram beatitudinē tendunt. porrigite in excelsa. scilicet ad deum humiles preces. ⁊ hoc merito faciatis quia si nō vultis dissimulare auertendo animū vestrum ab his. tūc magna vobis est indicta necessitas probitatis. id est virtutis. quia illud quod agitis non potest latere illū qui est iudex actuum vestrorū. vnde subdit. Cum agatis ante oculos. id est cum actiones vestrę sint in prospectu iudicis cuncta cernentis. scilicet dei. ¶ Nota vicia sunt spernenda: quia reddūt hominē seruilem. Nam qui facit peccatum seruus est peccati. Et Seneca dicit. Si scirem deos peccatis ignoscituros et homines ignoraturos: adhuc propter vilitatem peccati peccare erubescerem. Virtutes autem sunt colende: quia virtus est quę habentem perficit ⁊ opus eius bonum reddit. Rectę spes ⁊ rectę preces sunt deo porrigēde: quia his deo coniūgimur ⁊ ipsum alloquimur. ⁊ si non dissimulamus negligendo predicta: magnam virtutis probitatem nobis indictam ⁊ promissam inde cōsequęmur quoniam omnia quę agimus sunt in prospectu dei cuncta cernentis. Sicut enim scribitur ad Hebreos quarto. Omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius: qui est deus benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ Anicij Torquati Seuerini Boetij viri nominis celebritate quam memorandi: textus de philosophię consolatione cum editione commētaria beati Thome de aquino ordinis predicatorum.

Finit feliciter.

In diui. Seuerini. Boetij de scolariũ disciplina cõmentarium feliciter incipit.

Olim hominẽ nexum fore dei et mundi: Hermes ipse philosophorũ pater ad Esclapiũ scribens iam longe testatus est: eo q̄ intellectum diuinũ in se habz per quez aliquando supra mũdum ita eleuatur ut etiam mũdi materia sequat̄ cõceptiones eius. Et hoc in optime institutis potissime videmꝰ hominibus. qui suis animabꝰ agunt ad corporũ huius mũdi transmutationẽ: ita ut miracula facere dicantur. Et ideo in ea parte homo ipse ad dei imaginem factus: quia mundo ipso nectitur: nõ mundo subijcitur sed preponit̄ ut rector ac gubernator. Et hoc David ille inclitus Psalmorum libro nouerat cum dixit. Minuisti eum paulominus ab angelis. ꝛc. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Quod equidem ꝛ tunc maxime fieri liquet cũ doctrinis disciplinisq̄ in mentis culmen trahitur: ibiq̄ in arce cõstitutus veluti specula corpus hoc mortale: quod animã aggrauat respicit dirigit et gubernat. Quas ob res non ab re estimandũ putatur ut homines plus ceteris arte ꝛ ratione degentes naturaliter domini ꝛ rectores aliorũ existant. Uerumtamẽ si vel per electionẽ aut inclinationis irrefrenate affectum homo ipse mundo se inferiorem fecerit iam quasi honore humanitatis exutus ac si tandẽ in animalium feras ferarum se transformans proprietatem bestie accipit. Sic per concupiscentiam porcus efficitur: per iras canis: per rapinam leo. peros alia ꝛ alia in aliarum bestiarũ transmutatur naturam. Et hanc transmutationem Plato ipse secundã animorũ incorporationez dicebat. At qui nedum hanc mentis alterationẽ putandum est: verum qui se mundo inferiorem se fecerit necesse est: ut etiam ab expressa membrorũ speciecq̄ representatione quomodolibz abducatur. Ex quo fit: vt Aristoteles inquit in ethicis: q̄ laborantes in passionibus veneris ꝛ crapule maxime secundũ corpus alterantur. Et huius signum est animalia multez coeuntia cito senescere: pluresq̄ gula quã gladio interiere. Elaborandũ ergo totis viribus totoq̄ conamine ne ipsis concupiscentijs atq̄ indignationum affectibus homo ipse ymago quidem atq̄ specimen sui creatoris mentis ab arce detrahatur: ut se mundo inferior fiat sed perturbationes illas: quas greci pate dicunt. concupiscentias. scilicet atq̄ inclinationũ affectus aut eradicet ꝛ extirpet: vel saltẽ frangat moderet regat: ꝛ quasi infrenes equos quibusdam rationis ipsius lupatis: ut ita dicam: coherceat. ut quod fragili caduceq̄ nature negatum extat magni Ipocratis exemple studio atq̄ disciplina consequatur. Huius nempe discipuli: Sicut Aristoteles ait: atq̄ post eum Albertꝰ magnus: cum iam eius sanctissimos mores diuinãq̄ sapientiam mirarentur vice quadã Philemoni phisonomo ypocratis ymaginem ad iudicandum hominis mores detulerunt. Quam cum philemon arte inspexisset atq̄ membrũ membro comparasset: viniq̄ signorum naturalium: que supra corpus ꝛ animã significare clarum est: cautius aduertisset: pronunciauit quia vir luxuriosus esset deceptor atq̄ coitus amans. Illis vero indignãtibus atq̄ Philemonẽ inculpantibus quoniaz de optimo viro. cui vix natura similem efficere posset: tanta conuicia pronũciasset: iudicium ypocrati detulerunt. ypocras autez morum suorũ atq̄ inclinationum cõscius Philemonẽ vera protulisse cõfessus est. verũ ex philosophie amore atq̄ honestatis concupiscentias sui cordis se vicisse dixit. ꝛ sic quod nature negatũ fuerat per philosophiã accepisse. Quã quidem nil aliud fore Aristoteles docuit q̄ vicioꝛum atq̄ concupiscibiliũ abstinentiam. Plato autez donũ dixit optimũ: quo ad bene beateq̄ viuendũ nil melius excogitari posset. Tullius vero inuentum deorũ referebat ꝛ item alius omniũ disciplinarum parentem atq̄ vite ducis alumnã dixit: ad quã haud facile sine disciplinabilitate: qua homo plus ceteris animãlibus prestare debet peruenire contingit. Has ob res. Seuerinꝰ Boetius ad martiani rogatum atq̄ erudiendorũ profectũ librũ edidit. cuius institutus veluti quedã erat methodo atq̄ tramite qui liber in vberrimũ philosophie campum a cunabulis: ut aiunt: propẽsius perducat. Ad libri autem seriem priusq̄ deueniat̄ auctorũ more ea premittenda sunt que causam suscepti operis elucidant. titulum declarant. intentionẽ actoris. atq̄ philosophie partẽ cui liber subordinatur demõstrant. Circa primũ igitur quoniaz nihil fit: ut Plato in thimeo censuit cuius ortum nõ legitima causa ꝛ ratio precedat: cause libri quattuor enumerande sunt. finalis. scilicz prima que in intẽtione ponitur. formalis efficiens: ꝛ materialis. Materialis que ꝛ subiectũ dicitur: eo q̄ circa ipsam actoris versatur intentio. est aptitudo recipiendi doctrinã a docente. Circa hoc enim versatur Boetij intẽtio ut erudiendũ aptum reddat ad doctrinam preceptoris recipiendaz. Causa finalis quoq̄ que etiã utilitas libri dicit̄ est erudiendorũ vtilitas: que est ut perfecte hoc libro a rudibus ipsi sint instituti ad veritatẽ philosophice cognitionem perducant. Causa efficiens duplex est in operie ꝛ mota. Mouens quorũdaz opinione Martianus capella qui et librũ nuptiarum mercurij ꝛ philologie cõscripserat. quemq̄ ꝛ Boetiꝰ in consolatu philosophico in scribendo secutus fuisse dicit: sed tamen hoc parũ memẽti habere arbitrandũ est cuz martianus ipse tanta doctrina atq̄ scribendi copia pre ceteris doctus claruerat ut si quid cõscribendum ad scolarium vtilitatem conspexisset non subrogatum quempiam sed seipsum opus ipsum subiturus non dubitasset. verumtamẽ est: Martianum quẽdam quicunq̄ ipse sit Boetio tamẽ carum eidem hoc opus iniũxisse quẽadmodũ ex libri prohemio luculẽter innotescit. inquit enĩ: Uestra nouit intẽtio. ꝛc. vestris martiane petitionibus statuo acquiescere. ꝛ hec causa mouẽs atq̄ suscepti operis cẽ poterit. Causa autem efficiens mota est ipse Boetius vel in ipsius libri titulo statim subiũgetur. sed causa formalis libri huius sicuti ꝛ aliorũ librorũ duplex est. vna enim est forma tractãdi: alia forma tractatus. Forma tractãdi in modo cõsistit procedẽdi ꝛ hic modꝰ diffinitiuꝰ est diuisiuꝰ atq̄ exemplorꝰ positiuꝰ quemadmodũ inuenti libri processus clariꝰ innotescet. Forma vero tractatꝰ est libri diuisio in capitula atq̄ capitulorũ in suas partes. ꝛ partiũ in particulas. Et hec de causis libri sufficiant. Nũc de libri titulo ꝛ nũc immorandũ est. vnde notãdũ. Titulꝰ est breuis annotatio eorũ que diffusꝰ in sequẽti opere ptinent. Et di a titan qđ est sol vel illuminãs quasi titanꝰ: quia librũ illuminat atq̄ sequẽtia declarat. Titulus ergo libri hic est. Anitij Manlij Seuerini. Torquati. Exconsulis. Patricij. Ordinarij. Boetij viri illustris de scolariũ disciplina liber feliciter incipit. Sz forte querat aliquis quare tot noĩa Boetio ipponant̄. ad quod respondendũ est q̄ sic cõsuetudo romanorũ fuit mos noĩa sibi attribuere vel q: ob honorẽ ꝛ laudẽ hec sibi imponũtur. Dicit̄ ergo Anitiꝰ a romano quodã eiꝰ nominis. vel anitiꝰ quasi inuictꝰ ab a qđ est sine ꝛ nicos victoria. vici enĩ minime potuit: neq̄ enĩz vnq̄ in prosperis clarũ se nouerat neq̄ depressum in aduersis. semp enĩz equo aĩo se pbuit veluti sine vituperio tetragonũ quod vbicũq̄ piciat̄ recte stat. sic ꝛ Boetius nec amor nec odio vĩ a recto ꝓ̄etrar. quod ꝛ ipse testatus est libro primo prosa quarta cõsolatiõis vel in consingt: nunq̄ a iure ad iniuriã me quisq̄ detraxit. Manliꝰ a manlio romano sui generis dicitꝰ ꝛc. Torq̄tꝰ a torq̄o eadẽ rõne. Seuerinꝰ a seueritate. seuerus enĩ ꝛ fuit cũ Theodorico regi gottorũ ob rem saluandã publicã se opposuit propter qđ papie in exiliũ missus miro cruciatu vexabat̄ sicuti ꝛ ipse tangit in libri huius principio cũ dicit ꝛ in humani regis cruciem corrosus. ꝛc. ꝛ plenꝰ in lib. de cõsola. philosophie. quẽ ut cruciatꝰ sui miseriã deplangeres

ad hoc aptissime conscribebat. Ex consul vero fuit quia vnus ex consulibus romanis. vel ex consul quia extra consulatum positus. Patricius quia vnus ex patribus qui populo romano senatuique prefuerant qui patres conscripti dicebantur eo quod eorum nomina litteris aureis in capitolium scribebantur. Ordinarius quia tanta mox atque sapientia prouectus extulit vt ⁊ cuilibet ordini dignus putaretur. Boetius vero dicebatur a boetius quod adiutor sonat discussor publicarum romanorum vt vult glo. in. l. Boeto. C. de tabularijs. libro x. ⁊ hinc Boetius nomen cepit quoniam fuit coadiutor ad publicas rationes discutiendas vt dicit Joan. de plateis in dicta. l. Boetos. Hec ergo nomina vel agnomina aut cognomina Boetio attributa sunt aut cognatione aut amicitia aut certo euentu necesse est sicuti ⁊ reliquis romanis nominum pluralitas attribuebatur sicuti ⁊ Marcus tullius cicero. P. Uirgilius ⁊ Varo ⁊c. Additur in titulo de scholarium disciplina vt actoris instructur intentio. Cum enim vidisset ipse Boetius innumeros pene erudiendos preter modum ordinem atque regulam ad doctrinam anhelare, ea propter minime doctos euadere ipse communi misertus vtilitati rudium vt tante inordinationi obuiam iret modum atque discendi formam instituit in hoc libro in quo ipsis rudibus primo prima elementa subministranda censuit. adultos disciplinę magistrariique subuacendos commonuit. elatos repressit. proficientes sagaci prouisione refouet. prouisos magistratuque venerabiles reddit atque tandem ipsorum magistrantium statum erga subditos concludit. Subditur in titulo feliciter incipit. scilicet inquantum ea felicitate que summum bonum est quam que infortunę bonis consistit. Est enim liber iste gradus atque scala qua in cognitionem veritatis peruenitur que est sapientia qua adepta omnia bona tam fortunę quam animi pariter cum illa adipiscuntur vt Salomon ipse testatur. Postremo autem cui parti philosophię subordinetur videndum. subordinatur autem ethicę quia de moribus discipuli erga magistrum loquitur quod ad ethicam reducitur. Declarata ergo sunt hec quinque si recte considerabis que actorum more in librorum principijs frequenter recitantur ⁊ in his metris comprehenduntur. Uiri liras titulus intentio parsque sophię. Quattuor ac causę rem totam perficientes quia de re ad litteram accedamus.

Vestra nouit intentio de scholarium disciplina compendiosum postulare tractatum. vtinam a spiritus mei paruitate: prout facultas suppetit: ingeniique decliuitas: erumnarumque tenacitas amicis vestris. O Marciane petitionibus temptabo aquiescere. Et licet duplici genere commentorum sim impeditus non tamen omnino diuersorum: in quasdam Aristotelis nec non aliorum philosophorum editiones: propriaque attenuatus studio: ⁊ inhumani regis gottorum cruciatu corrosus: philosophico me preueniente consolatu: extremaque profundę trinitatis perspicatione permollitus.

Vestra nouit intentio ⁊c. Presens liber Boetij qui est de scholarium disciplina prima sui diuisione in duas partes diuiditur scilicet in prohemium ⁊ tractatum. tractatus incipit ibi. Cum igitur in discreti. Prohemium in tres partes diuiditur. In prima ponit intentionem suam atque intentionis causam subiungit. In secunda ordinem dicendorum in hoc opere seruandum premittit. In tertia modum procedendi ponit. secunda ibi. In primis prima. tertia ibi. Hec autem. Prima pars in duo diuiditur. In primo facit quod dictum est intentionem suam ponens. In secundo causam intentionis assignat ibi. quid enim gymnasiorum. Prima iterum in duas. in prima facit quod dictum est. In secunda arrogantiam deuitat ibi. O vtinam. Et dicit Boetius.

¶ O marciane ⁊ in hoc beniuolentiam captat ipsum proprio nominando nomine. vestra intentio nouit postulare idest petere tractatum compendiosum idest breuem ⁊ vtilem ⁊ hoc ad differentiam dispendij dictum est quod prolixum ⁊ inutile censetur. Docta itaque in hoc auditorem ad docilitatem ex doctrinę compendio de scholarium disciplina. idest discendi norma ⁊ in hoc auditorem attentum reddit ex doctrinę vtilitate. Et sic in hac parte prima tria facit beniuolentiam captat. ad docilitatem hortatur. atque attentionem auditorum suscitat ⁊ sequitur. O vtinam subaudi illud postularetur a paruitate mei spiritus idest ingenij. deuitat etiam in hoc arrogantiam. Tunc Boetius scribendi onus acceptans dicit. Paruitate mei ingenij non obstante ego Boetius temptabo acquiescere. idest condescendere amicis. idest amicabilibus tuis petitionibus. ⁊ hoc prout. idest inquantum facultas. idest sapientia mea. suppetit. id est subministrat ⁊ inquantum decliuitas. idest debilitas ingenij mei. atque pro ⁊. tenacitas idest duricies vel compassio erumnarum mearum idest calamitatum mearum subaudi suppetunt. licet pro quamuis sim impeditus subaudi sic vt id haud facile efficere possim in duplici genere idest manerię commentorum hoc est quorundam librorum expositorum. tamen non omnino idest penitus diuersorum commentorum dico in quasdam editiones idest compilationes Aristotelis illius peripatetici ⁊ aliorum philosophorum eas subaudi exponendo ⁊ quasdam e greco in latinum transferendo. atque pro ⁊ licet sim attenuatus. idest viribus exhaustus proprio studio vt sic vix promissis vacare possim: ⁊ licet sim corrosus. i. attenuatus. ⁊ transumptiue loquitur. nam corrodere proprie est dentibus dilaniare. cruciatu. idest tormento inhumani idest crudelis regis gottorum scilicet theodorici ⁊ hoc philosophico consolatu. idest libro quem de consolatione philosophię ediderat peruueniente. atque pro ⁊ licet sim permollitus. idest attenuatus extrema. idest summa perspicatione. idest subtilitate trinitatis. profundę. idest altę quo ad intelligendum quasi dicat licet omnibus his supra vires impediar nihilominus quoniam tanta vis est inter nos amicitię vt nihil tuarum petitionum tibi negare queam propterea tuis petitionibus acquiescere temptabo. ¶ Notandum Boetius librum suum nominat de scholarium disciplina. vnde inter disciplinam ⁊ facultatem hoc interest quoniam disciplina a discendo dicitur quod scientiam recipere sonat quare disciplina in discipulo est. doctrina vero in magistro. facultas autem est scientia vel professio in vtroque. disciplina et doctrina in motu sunt facultas in quiete.

¶ Notandum circa hoc quod dicit licet duplici commentorum. Boetius intelligens homines nondum sibi ipsis fore natos sed amicis ⁊ patrię atque communi omnium vtilitati. sic nempe diuinus ille Plato architam tharentinum monuit vt non solum sibi natum se meminerit sed patrię ⁊ suis vt perexigua pars sibi relinquatur. quod prospiciens Boetius vt posteris memoriale quoddam eternum post se relinqueret: nunc in philosophorum libris exponendis. nunc in grecis codicibus vt latinę nobis coram loquerentur transferendis: nunc etiam in propriorum traditione dies noctesque expleuit qua in re tanto nisu tantaque lucubratione industrie tenebatur vt materiam sine criminationi daret. Dum enim studio atque exponendorum librorum commentarijs reliquisque omnibus que ad hec attinent sedulo vacaret: moris sui extitit vt hominum consortia fugeret atque in bibliothecam quam domi philosophię constituerat refertissimam se reciperet. quas ob res morum suorum emuli ipsum demonibus alloquentem falso criminabantur ad instar magni Socratis. de quo ⁊ Apuleius impune opinatus est quod familiarem deum haberet sibi obsequentem de quo ⁊ li

brum edidit quem de deo Socratis intitulauit. a qua criminatione se excusans Boetius libro primo de consolatōe prosa quarta philosophiam ita alloquitur. Atqui ⁊ tu insita nobis omnium rerum mortalium cupidinem de nostri animi sede pellebas ⁊ sub tuis oculis sacrilegio phas locuȝ esse non erat. instillabas enim auribus cogitationibusq; quotidie meis pictagoricum illud. deo non diis seruiendū nec conueniebat vilissimorum me presidia spirituum captare quem tu in hanc excellentiam componebas vt consimilem deo faceres. hec ille. ❡ Notandum ingenium est interior vis animi quo sepe inuenimus que ab aliis non didicimus dictum quasi intus genitum scilicet a natura.

❡ Nota erūna. i. miseria inopia calamitas. Et dicitur ab e. ⁊ rumen quasi extra rumen. i. cibum inde erūnosus. Iteȝ cōmentum est plurimum studio vel doctrina in mente habitorū in vnum collectio ⁊ sm hoc quilibet liber potest dici cōmentum: sed in nostro vsu cōmentum dicitur liber expositorius. s. que deseruit expositioni sententie alicuius libri ⁊ non constructioni littere ⁊ sm hoc potest sic diffiniri. Cōmentum est expositio verborum iuncturaȝ non considerās sed sensum.

Quid enim in gymnasiorum exercitu lucidius q̄ in artificiali ⁊ naturali progressione debita cognitio: ⁊ q̄ virium itelligentie gradualis exhibitio. Eloquentie enim partes decenti artificialium ⁊ naturalium processu ⁊ perspicua intelligentie comprehensiōe nouimus stabiliri.

❡ Quid enim in gymnasiorum. In hac parte. Boetius assignat causam intentionis sue atq; suscepti operis. primo enim dicit q̄ non obstantibus impedimentis tum studiorum atq; erūnarum multimodis se velle iniunctum onus aggredi. posset quis huiusmodi causaȝ sciscitari cui vt satisfaciat causam reddit. Et duo facit nam pmo causam sue intentionis atq; suscepti operis explicat. scdo causam ipsam cōfirmat. secunda ibi eloquentie enim. Dicit ergo pmo anthipophorisando isto modo. quid enim pro certe. est lucidius idest splendidius quapropter ⁊ vtilius in exercitu. i. exercitatione gymnasiorum. i. studiorum ⁊ transsumptiue loquendo q̄ debita cognitio in ipso discipulo scientiis ⁊ doctrinis erudiendo in progressione. i. profectu artificiali. ⁊ hoc quo ad artes ⁊ doctrinas. ⁊ naturali hoc quo ad mores studio conformandos. Aliter etiam exponitur vt ad duplicem ordinem ista referantur. s. ad ordineȝ doctrine quo a cōmunioribus ad specialiora procedatur sm quod dictum est primo phisicorum innata nobis via est procedendi a cōmunioribus ad specialiora ⁊ ideo dicit artificialium. quod auteȝ subiungit naturalium quo ad ordinem nature dicit quo a specialioribus ad vniuersaliora fit processus. ea enim que nobis ignotiora sunt nature notissima esse dicuntur. quo fit vt secūdo methaphisice dicitur. Sicut se habet oculus nicticoracis ad solis lumen sic se habet intellectus noster ad ea que manifestissima sunt nature. Deinde sequitur in textu. ⁊ insup quid ē lucidius in ipso magistrāte q̄ exhibitio. i. subministratio gradualis. i. bene ordinata. virium intelligentie. s. doctrinarum quasi diceret nihil. Et huius rōneȝ subiungens inquit. enim pro quia supple nos. Boetius nouimus stabiliri. i. firmari partes eloquentie in processu. i. ordine atq; modo debito naturalium ⁊ artificialium similiter etiam in comprehensione. perspicua. i. subtili intelligentia doctrinarum. ❡ Notandū q̄ intentio Boetii fuit ruditati erudiendorum obuiare atq; eos ab ignorantie nebulis ad aptē scientie arcē transducere. Veruȝ quia modus ordo atq; regula in hoc potissima fore noscuntur iuxta illō. Est ordo summe sapientis in arte. ⁊ item Oratius est modus in rebus sunt certi denique fines. Ultra quos citra que nescit consistere rectum. ideo Boetius opus hoc scribendū assumpsit in quo modum atq; ordinem tradit quo quisq; faciliter in culmen scientiaruȝ eleuatur ibiq; constitutus splendidus celebris atq; gloriosus stabilitur. ❡ Notandum gymnas gymnadis pugna vel luta dicitur. Et dicitur a gymnos. i. nudus. quia nudi talibus in ludis suerūt exerceri. inde hoc gymnasium locus in quo talia quondam fiebant ⁊ hic facta transsumptione studium scholarium atq; magistrorū gymnas dicitur atq; locus studii gymnasium ⁊ quandoq; ipsum studium dicitur vt in proposito. quia sicut in palestra corpus sic in studio animus exercetur. ⁊ inde accidit vt omnium pene artium exercitium vel locus exercitii gymnasium dicatur vt schola. ⁊ vt quidam dicunt gymnasium grece latine exercitiuȝ dicitur. Notandum inter intellectū intelligentiam atq; intelligibilitatem hoc interest. Nam intellectus proprie vis anime est comprehensiua incorporearum substantiarum formis subtractarum vel formarū circa eas. Intelligentia vero vis est anime que aspirat vt aliquid circa diuinam substantiam comprehendat. Intelligibilitas vero vis quedam est anime omnium formaȝ in quadam simplicitate complicatiua absq; ordine naturali vel tēporali ⁊ tali modo solus deus comprehendit res quia eas omnes vno intuitu absq; successiōe dicitur comprehendere.

In primis ergo prima. s. puerorum oblectamenta sunt prelibanda. Scdo videlicet qualiter adultorum elatio magistratui subiicienda sit ⁊ discipline connectanda. Tertio de eorum elatione reprimenda exemplorum cōmendatōe distincte exponendo. Quarto de scholarium sagaci prouisione eorumq; graduali statione. Quinto qualiter scholarū venerabilis ac sincera deuotio ad magisterium proferenda sit. Sexto de magistrantium doctrinatium q; diuisione statuq; erga subditos modoq; docendi precognito.

❡ In primis ⁊c. Hec est secunda pars principalis huius prohemii in qua postq̄ intentionem suam atq; intentōis sue causam expliauit. nunc ordinem suscepti operis ⁊ quicquid in toto libri processu peragendum sit luculenter insinuat. Et diuiditur hec pars in sex partes. In pma mōstrat quid in pmo capitulo pertractandum sit. In secunda quid in secundo ⁊ sic de singulis. secunda ibi. secūdo ⁊c. tertia ibi tertio de eorum. quarta ibi. quarto de scholarium. qnta ibi qnto qualiter. sexta ibi. sexto de magistrantium ⁊c. Et dicit q̄ in pmis. i. in primo caplo oblectamina alias est oblectamenta. i. documenta leuia puerorum sunt prelibanda. i. ptractanda vel pmittenda. Et rōnē huius ponit Albertus super illo pmi libri phisicorum cum dicitur q̄ pueri pmo appellant omnes viros patres ⁊c. quia ipsi pueri cerebrū hñt humidum ac frigidum sic q̄ rerum sensibilium differētias minime capere possunt. sed cum cerebrum in eis magis exsiccatur tunc in eis cognitio magis erit nota. quare a facilioribus ⁊ leuioribus incohandum erit ordine ipso doctrine ⁊ transeundum ad difficiliora ⁊ ad specialiora. hec enim via nobis innata est pmo phisicorum. secundo vero videbitur hoc est in secundo capitulo qualiter elatio. i. superbia adultorū idest etate iam maturorum est subiicienda. i. supponenda magistratui ⁊ cōnectenda. i. coniungenda discipline. Elatio nempe atq; superbia discipulum nullo modo studere permittit cum sapiens dicat. In maliuolam animam non introibit spiritus sapientie. ⁊ hic i tertio capitulo docet de reprimenda. i. corrigenda elatione eorum. s. adultorum ⁊ hoc exponendo distincte. i. succincte cōmendationem exemplorum ad propositum comprobandum. quarto autem caplo supple tractabitur de sagaci. i. prouida prouisione. s. rerum exteriorum sine quibus difficulter philosophari contingit ꝑp quod ⁊ sacerdotes in egypto vt i. Aristo. in methaphisicis

testatus est acquisitis rebus necessariis propter administrari primo inceperunt philosophari. Quinto supple capitulo determinabitur qualiter venerabilis .i. honorabilis ac sincera .i. pura deuotio .i. intentio scholarium est pferenda .i. exhibenda vel offerenda ad magistrorum. Sexto .i. vi. capitulo tractabitur de norma magistrantium. qꝫ pro ꝛ. forma et visione .i. partitione magistrorum. qꝫ pro ꝛ. de illa ipsorum circa subditos. ꝛ hoc pcognito .i. pscito modo docendi .i. informandi. ❡ Nota sagax omnis generis idem est quod ingeniosus ꝛ prouidus astutus ꝛ pscius futurorum. inde sagacitas. Item sincerus sincera sincerum vel sincerus in eodē sensu .i. sine cera .s. purus constans mundus sine vitio vel labe ꝛ producit e. vnde Oratius in epistolis in fine secūde epistole. Sincerum nisi vas quodcunqꝫ infundis acescit. Idē Virgilius i mozeto. Subdit sincera foraminibusqꝫ liquatur. Emundata ceres ꝛ cetera.

Hec autem ad intelligentie cognitionē suscepimus peragenda pristinum moduꝫ tractādi fere omittentes nunquā leuiori stilo perusi quā in maiori parte pro rudibus informandis est executio ꝛ tanto leuior diluciandi debet esse translatio.

❡ Hec aūt ad intelligentie cognitionē. Hec est tertia pars principalis huius prohemii in qua Boetius modum procedendi in hoc libro premittit. Et diuidit in duas ptes. In prima facit quod dictū est. In secunda causam dicti assignat secunda ibi. Quā in maiori ꝛc. Et dicit sic. autem pro certo nos Boetius suscepimus hec supradicta. peragenda .i. pficienda ad cōmendationē intelligentie. nos inquā omittentes fere .i. totaliter modum pristinum .i. per nos obseruari solitum. tractandi .i. scribendi. nunqꝫ .i. nullo tpe. perusi leuiori .i. planiori stilo .i. modo scribendi. quā ꝛ hic causam dicti assignat. qꝛ executio subaudi presentis operis p maiori parte est pro rudibus .i. indoctis. informādis .i. instruendis quo calle ad scientiarum apicem valeant pertingere. subaudi ea propter hec translatio alia littera habet trāsactio dilucidandi .i. declarandi hāc semitam atqꝫ callem erit tanto leuior .i. planior. ❡ Notandū in littera cōmittit color rhetoricus qui vocatur lepos. Et est ad aliquā singularem personam per verbum pluralis numeri causa honoris vel ornatus facta locutio. vt Cicero scribat. nos Boetius suscipimus hec peragenda.

Finit prohemium.

Sequitur tractatus. Caplm. i.

Cum autem indiscreti ꝛ impotentis septēnis īfantia ducitur ad imbuendum: cauendum est: ne membrorū indecens sit dispositio vtpote integralium: et aeris intemperies vtpote constringentis hyemis obtusitas: ꝛ comburentis estatis profunditas periculi generet incrementum.

Cum indiscreti ꝛc. finito pHemio consequenter incipit tractatꝰ. In quo ea que in phemio peragenda promiserat: nunc ordinate exequit. Et diuiditur totus tractatus in. vi. capitla. in quorum primo ostenditur qua maniere rudes atqꝫ indiscreti ad discenduꝫ introducāt. In secundo quō scholares ipsi magistratui subiicit. In tertio quō clarorum superbiam despiciat. In quarto qualiter scholaribus ipsis per res exteriores quas fortuna eis dat fugiant prouideat. In quinto qualiter scholarium sincera deuotio ad magistrorum celsitudinem subuehat. In sexto magistrantiuꝫ normam plenius edocet. scdm ibi. Visis aūt scholarium rudimentis. tertium ibi. Cum aūt discipulus. quartum ibi Omnia siquidem. quintum ibi. Cum ad magistratus. sextum ibi. Expedit autem his. Et hec totius tractatus cōpetentior censet fore diuisio. Constat enim Boetium ipsum in prohemio hoc ordine diuisisse. Quis plerique existant qui totalem ipsum librum tribus ptibus arbitrent partiendū. Capitulum autem primum quod est de primeua rudium atqꝫ indiscretorum introductione in duas partes diuidit. In quarum prima de his que circa exteriora introducenda videlicet circa cor tis atqꝫ corpori adiacentia attendūt tractatur. In secunda vō de his que circa animā atqꝫ animū exornantia ꝛ fouentia vt sunt doctrine ꝛ scientie edocetur. secunda ibi. In primis igit. Prima harum adhuc in duas. In Prima determinatur de his que circa corpus introducendum attendenda sunt priusqꝫ doctrine mancipet. In secunda que circa corpus ipsius attendenda sunt pertractantur postquā doctrine nouiter mancipatus extitit. secunda ibi. Libariorum autem. Prima quarum adhuc in duas. In prima facit quod dictū est. In secunda hoc ipsum exemplis confirmat. secunda ibi. Legitur. Prima harum iterum in duas. nam primo declarat illa que circa corporis introducendi mēbra cauenda sunt. secundo que circa introductionis tpus. secūda ibi. Et ne temporis intemperies. Dicit ergo Boetius primo qꝫ cum infantia .i. pueritia septennis .i. septem annorū ꝛ hac etate infantia finit ac pueritia incipit indiscreti .i. indocti ꝛ impotentis subaudi virium corporis. ducit ad imbuenduꝫ .i. erudiendū. cauendū .i. pspiciendū est ne dispositio subaudi naturalis membrorum supple corporis infantilis integralium .i. integrantiū vtpote manuū ꝛ pedum. similiter ꝛ aliorum membrorum sit indecens .i. incomposita imperfecta disproportionata aut naturaliter turpis. ꝛ subaudi cauendum est cum indiscretus ille ad imbuendū ducit ne intemperies .i. disproportio ratione qualitatū dominātiū temporis vtpote sicut obtusitas .i. duricies hyemis constringentis ppter excessiuum frigus cuius natura est pstringere in homogeneis. vel profunditas .i. excessus estatis comburentis ppter caloris excellentiam generet incrementū. idest augmentum periculi subaudi ipsi introducendo. hec enim ipsa nisi cautius puideant magna quidem incrementa periculi puerulis adducunt teneritati. ❡ Notandum in hoc qꝫ dicit Boetius septēnis infantia ꝛc. intelligere facit pueros ipsos in infantia litteris mancipandos. Etas nāqꝫ ipsa ad hoc apta tunc est quā parum adhuc viderat. quare omnia sibi noua. nouariūqꝫ rerum auida. ꝛ quicqd audiat admiret dubitet ac interroget. atqꝫ post hac mentis sumpto robore quod noua teste ceperat retineat firmius. clariusqꝫ intelligat. hac nempe etate ꝛ tangit Quintilianus lib. primo institutionum quicqd concipitur facilius radicat. Vñ varro in sententiis. Sapiunt vasa quicqd prius acceperint. hec inquit est de infantibus. ꝛ Augustinus libro confessionuꝫ primo de seipso lamentabiliter fatetur iuuentuteꝫ ludis ꝛ non studiis semper exposuisse. in scholas inquit datꝰ sum vt litteras discerem in quibus quid vtilitatis esset ignorabā miser: sed ludere delectabar. Et est infantia ipsa prima etatū hominis que septennio durat a quo inchoans pueritia q̄si pura ad gignendū minime apta in quartumdecimū excurrit annuꝫ a quo adolescentia adulta ad gignendū apta que in vicesimumoctauū prorogatur annum. a quo iuuentus incipit vsqꝫ in quinquagesimū annū protensa ꝛ ab hoc senis etas quā greci psbytem vocant sumēs originem in senectam hoc est septuagesimū annum progreditur que nullo annorū numero perficit sed post quaqꝫ illas etates quātūcūqꝫ vite superest ipsi in labore atqꝫ dolore computatur.

❡ Notandum qꝫ Boetius dicit summopere cauendum ne litteris imbuendus membrorum disproportionem habeat. hec enim membrorum inepta monstruositas monstruꝫ in anima iudicare necesse est vt. Philemon. Palemon. Loxus. Aristoteles ꝛ alii multiplurimi retulerūt. quā anime ipse sequāt corpora ꝛ scdm se non sunt impassibiles a corporum motibus: ꝛ hoc manifestū fit valde in ebrietatibus ꝛ egritudinibus. multum nāqꝫ anime mutate videntur a passionibus corporis ex quo ꝛ illud vulgare sumpsit exordium. Rusticus in corpore rusticus ꝛ in anima. Cū enim membrorum figura ꝛ habitudo ꝛ generent ꝛ mutant qꝫ

sanguine. Similiter quoqz ⁊ spiritus qui vehicula sunt virtutum alie ex humore sanguinis generantur. pn̄s est vt ex ipsa membrorum habitudine inclinationes passionū cognoscantur ipsamqz animā vectam in multis motum sui vectoris sequatur. propter quod sapiens ptolomeus dixit q̄ diuinans melius ⁊ verius pronunciat accipiens iudicium a stellis secundis secūdas vocans stellas figuras ⁊ accidentia inuēta in rebus phisicis que a superioribus impressa sūt. hoc enim iam impressum scimus materie quare pro certo pnunciamus totum ad accidentia illa esse inclinatum quo ⁊ fit vt molles quidem carne aptos mente dicimus distortumqz vultum sequi distortis morum. ¶ Notandum circa hoc q̄ dicit. Et ne temporis intemperies ⁊c. sicuti docet Auicenna secunda fen. primi canonis capitulo quarto summe prime quod est de iudicijs temporum ⁊ eorum mutationibus omne tempus qui complexionem habet sanam pportionale est ei conueniens. cum autem infantium cōplexio in calore fere temperato ⁊ humiditate fere superflua existat vt eodē canone fen. i. doctrine prime. caplo. 2. conueniens est vt ipso imbuendo pportionale tempus sue eligatur nature. Hoc autē inter quattuor anni tempora ver est a puncto equinoctiali incipiens vsqz quo in mediū thauri deueniens estate mutetur. Est enim in terris tempus hoc temperatius qm̄ nō tūc necesse sunt res calefacientes pter frigus vt sic ide multum curandum neqz euentatio pter calorem. ⁊ in ipso quidem est principium frondendi arborum ⁊ eius tempus est tempus apud medicos inter equalitatem vernalem extēs aut ante ipsam aut post ipsam parū donec sol sit in medio thauri q̄uis apud astronomos in estiuum tropicum prorsus extendatur post qd̄ tempus temperiei vicinius Autūnus ē reliqua autem duo tempora aut excessiuo frigore aut habūdanti calore intemperiei sunt subiecta. quo fit vt imbecillis infantia aut vere aut autūno plus tamen vere litteris dūtaxat mancipetur.

Legit enī thimothei filiū lepra incumbente castratum loripedem gibbo tumentem doctrine mancipatum plebeiam extitisse abiectionē suorūqz sociorum detractionem ridiculosam. Similiter pretoris suburbani filium canicula instigante litteris vidimus mancipatum. Cū autem solita non gauderet vmbrella propria virtute destitutus hictericie pena permollitus vitalibus tādē spiritibus attenuatus limphatico morbo occubuit. Ecce quantum difficultatis membrorum indecens indispositio ⁊ aeris intemperies teneritati puerili contulerunt.

¶ Legitur enim timothei filiū. In hac parte Boetius supradicta exemplo corroborat. qualiter scz minima superiorū obseruatio magni periculi dederat incrementum. Et diuiditur in duas partes s̄m q̄ ponit duo exempla. In prima enim ponit exemplum quo ad corporis membra. In scd̄a vero quo ad temporis intemperiem euitandam. Et secunda pars incipit ibi. Similr̄ pretoris. Et dicit sic enim pro certe legit supple in exemplo filium thimothei castratum. i. testiculis exutū. ⁊ hoc incumbēte. i. iminente lepra illo morbo. loripedem. i. claudum vel pede tortum. qz pro ⁊. tumētem gibbo. i. struma in dorso. mācipatū. i. traditū doctrine extitisse abiectionem. i. despectionem plebeiam. i. plebis. qz pro ⁊. detractionem. i. subsannationem ridiculosam sociorū suorum. Similr̄ supple alio exemplo vidimus filiorum p̄toris. i. prepositi suburbani mancipatum litteris canicula illa stella instigante. i. feruente. autem pro certe cum subaudi ille p̄toris filiolus nō gauderet. i. frueretur. solita vmbrella. i. consueta vmbra. ipse destitutus. i. derelictus propria virtute. qz pro ⁊. permollitus. i. afflictus. pena. i. morbo hictericie. tandem. i. finaliter. attenuatus. i. cōsumptus spiritibus vitalibus. occubuit. i. vitam clausit morbo limphatico. i. aquatico qui est idropisis ⁊ reliqui. ecce. i. vide quantum difficultatis indispositio membrorum supple in thimothei filio ⁊ intemperies aeris subaudi in p̄toris filio cōtulerunt teneritati puerili. ille nāqz abiectio plebis extitit hic vero infirmitatibus diem vite sue miserabiliter clausit. ¶ Nota circa hoc qd̄ dicit canicula. Duplex in celo canis est maior ⁊ minor. Maior alio noīe dicitur Sirius ⁊ habet in forma stellas. 18. extra vero. 11. Minor anticanis noīatur stellarum. 2. Cum vero sol canem maiorem intrat calor duplicatur ⁊ egritudines in humanis corporibus generant quibus ad exitum multi pereunt ⁊ ob hoc cane dies caniculares dicti sunt. Et de hoc Persius inquit. iam sicca canicula messes excoquit. ⁊ in hunc canem licentia poetica fingitur hicar caniculam fuisse mutatam. ¶ Notandū q̄ lepra est morbus consimilis corrūpens figuram ⁊ formā ⁊ cōpositionem mēbrorum ⁊ sic finalr̄ ipsum continuū soluens pueniens ex materia melancolica dispersa per totum corpus. Et hec aut introducitur ab vtero aut post. Si ab vtero hoc est quia generatus est tpe menstruorum: aut qz filius est leprosi: aut qz leprosus concubuit cum muliere p̄gnante. Si post vterum hoc pōt esse: quia aut aer ē malus ⁊ corruptus pestilentialis aut continuauit cibaria melancolica. s. lentes ⁊ alia legumina ⁊ carnes melācolicas vt vulpes vrsi ⁊ apri ⁊c. ¶ Notanduz est q̄ Ictericia est vniuersalis defedatio cutis sicuti morphea ē defedatio cutis maculosa. sed tn̄ differunt in hoc. quia morphea ē pter errorem tertie digestionis: hec tertia pter errorem secunde. Et sunt tres eius species. s. citrina viridis ⁊ nigra. ⁊ hunc morbum frequenter ydropis sequitur q est error virtutis vnitiue in toto corpe sequens mutationē virtutis digestiue in epate. ⁊ ita ydropis est error virtutis digestiue in epate. Item loripes idest claudus habens pedem tortum ad lori similitudinem vel habens pedem ligneum loris alligatum de quo Iuuenalis loripedem rectus derideat ethiopem albus. Itē gibbus. i. struma sed interest. nā struma in pectore ē: gibbus ī dorso vn̄ Iuuenalis. strumosam atqz vtero panē gibboqz tumētē.

Cibariorum autem mediocris sit facultas. Potus autem sit tenuis eiusdemqz paritas. Vestium autem similiter absit penuria.

¶ Cibariorum autē. In hac parte Boetius pertractat de his que circa iam nouiter introductum respicienda sunt. s. debita ciborum potus atqz vestimentorum subministratio ⁊ hoc in generali. In tertio autem capitulo magis specialius. Et dicit autem pro certe facultas ciborum sit mediocris. scilicz neqz habundans neqz deficiens. potus autē tenuis supple sit qz pro ⁊ paritas. i. mediocritas eius ⁊ penuria. i. carentia vestium absit. ¶ Notandū q̄ natura per se non est sufficiens ad speculandum sed oportet cibum ⁊ potum ⁊ reliquum famulatum precipistere. sed hec nullo modo excessiua cum natura modicis minimisqz contenta sit libro secundo de consolatione phie prosa quinta. Tollerāda ergo fames est vt inquit Seneca. 15. epistola quā tollerauerunt qdaz in obsidione exemplo maiorum nostrorum qui terras lustrabant ac maria non vt mulsum vinū preciosusqz cibus fauces eorum transiret sed soli cōtemplationi dediti maluerūt potius comedere vt viuerent q̄z viuere vt comederent. Tirannides enim atqz subuersiones vrbium belleqz vel hostilia vel ciuilia vti Hieronymus in epistolis testatur nō pro simplici victu olerum pomorūqz excitari Diogenes asseruit sed pro carnibus epularūqz delicijs legimus predecessorum libros antiquorūqz volumina Dicearchi xenophontis Iosephi. Eubuli. reliquorūqz pene omnium qui historiam scribūt ⁊ nil aliud reperiemus q̄z vilibus cibis ⁊ his mediocriter veteres illos ob studium vitasse. crapulam quoqz atqz delitias veluti contemplationum impedimenta penitus euitasse. ipse enim delicie mentē hūani decipiunt atqz eam corporis nexibus retentaz ne in apicem cō

emulationis elevetur spectant. Molestia autem victualium conversio. quo fit ut Juvenalis gracilium clamitet in celum elevet. Persius quoque flaccus. Picarum picas corvosque nostra inquit verba conari. dicit Juvenalis de gracculo. Oraculus clamens si in celum miseris ibit. Et iterum de reliquis Persius. Quis expedivit psittaco suum chere. Corvos quis eum suum edocuit salutare. Picas quoque docuit nostra verba conari. Magister artis ingeniique largitor venter negatas artifex sequi voces.

In primis igitur figurarum elementa representantium imprimenda est dilectio: contingentiarumque litterarum non parum artificiosa continuatio. Nec tali laborioso certamini multum est insistendum: nec cito ut Servio placet abscindendum. quoniam si visus est in multis promptior: in alijs reperitur tunc et habilior.

¶ In primis etc. hec est secunda pars principalis huius quinti capituli in qua Boetius pertractat de his specialiter que circa erudiendi animum versantur atque eum erudiunt foventque ut sunt doctrine et scientie quibus ipsi rudes iam primum litteris mancipati sunt erudiendi. Et dividitur hec secunda pars in tres partes. In quarum prima ostendit in quibus ipsi rudes primitus sunt imbuendi. In secunda in quibus secundo ibi. Completo. In tertia in quibus tertio. ibi. Ulsse autem iterarum. Prima harum adhuc in duas partes subdividitur. In prima ostendit quomodo rudes primitus in grammatica imbuantur poesi et rhetorica. In secunda cautelam circa hec subministrat. ibi cavendum. Prima iterum in duas. nam primo ostendit quomodo in grammatica erudiantur. secundo quomodo in poesi et rhetorica. ibi Senece traditio. Prima adhuc in duas. nam primo facit quod dictum est quo ad prima grammatice elementa secundo quo ad secundaria fundamenta. ibi. Secundum laboriosi. Prima iterum in duas primo facit quod dictum est. secundo tempus circa hoc statuit quo huiusmodi eruditioni sit immorandum. ibi. Nec tali laborioso. Et dicit primo Boetius quod dilectio figurarum representantium elementa. id est litteras est imprimenda rudibus in primis. id est in principio. quoque prout et continuatio. id est combinatio contingentiarum subaudi litterarum ad syllabas et dictiones faciendas continuatio inquam artificiosa non parum. id est multum et continuatur ibi superius. deinde tempus quo huic sit immorandum studio adijcit dicens. Nec est insistendum. id est immorandum multum tali laborioso certamini. id est studio. nec est abscindendum. id est recedendum cito ut Servio illi magistro placet et est parenthesis. quoniam subaudi si puer visus fuerit promptior. idest patentior ex frequenti supradictorum usu in multis idest multo tunc reperitur habilior in alijs scientijs subaudi altioribus. ¶ Notandum quod Boetius dicit rudes primum in grammatica imbuendos et ratio huius est. quia ut vult Ysidorus ipsa grammatica mater est aliarum artium que a litteris nomen accepit. Dicitur enim grammatica a gramma quod est littera et icos scientia. ipsa enim est qua concepta humanum omnium cuncte doctrine artiumque liberaliumque significantur. hanc necessitas adinvenit. cum enim ante eius inventionem homines inordinate atque pro libito et sine arte loquerentur eveniebat ut minus bene conceptus suos exprimerent sed et minus apte intelligere valerent. quo fiebat ut tardius et difficilius scientias tradere possent. qua de re cum viderunt sapientes has incommoditates tollere tradiderunt artificiosum loquendi modum uniformem et congruum ut omnes conceptus hominum omnium cuncte doctrine per eandem artem liberius significarentur et adsererentur. ¶ Notandum quod Boetius vocat omnes litteras elementa et non immerito sicut enim ipsa elementa principia sunt omnium elementorum sic littere principia sunt omnium dictionum et eciam orationum quo fit ut sicut ex diversa combinatione elementorum diverse fiant elementorum species: sic quoque ex diversa combinatione litterarum diverse fit vocum dictionum et orationum representatio. Et has litteras multiplici materie sorte nouimus quasdam enim hebreas alias caldeas alias egyptias alias grecas alias latinas. hebrearum litterarum quarum primus dicitur inventor erat moyses: et sunt numero .22. Syriorum autem et caldeorum hebreis litteris numero et sono concordant eas solis caracteribus differentes litteras Abraam invenisse creditur. Egyptiorum vero litteras Isis regina Inachi filia de grecia veniens in egyptum reperit et egyptijs tradidit. Litterarum autem grecarum usum primum Fenices reperierunt. unde Lucanus. Fenices primi fame si creditur ausi. Mensuram rudibus vocemque signare figuris. Sed cadmus Agenoris filius grecas litteras ex fenice .15. attulit in greciam. quibus Palamedes in troiano bello tres adiecit. Post quem Simonides arte musica memorie inventor tres alias addidit. Latinas vero litteras, ut refert Isidorus cui in hijs maior est auctoritas. Carmentis nimphe hac primo Italicis tradidit verum .17. Litteras solum exhibuit que sunt. a.b.c.d. e.f.g.i.l.m.n.o.p.r.s.t.v. Postmodum autem .h. littera pro nota aspirationis addita est. litteram etiam .q. in processu temporis latini invenerunt loco cuius veteres .c. scribebant. rursus Salustius ludi magister primo .k. adinvenit loco cuius veteres .c. scribebant atque .q. Insuper et tempore Augusti .x. littera adiuncta est. et postremo eiusdem Augusti tempore latini a grecis duas litteras mutuarunt scilicet .y. et .z. propter nomina greca melius scribenda quibus omnibus adunatis latinum ydioma .23. litteris integrari manifestum est.

Secundum laboriosi certaminis stat edificium in prob. dictimque traditionibus: necnon aliorum philosophorum quos venerabilis commendat auctoritas. Animadvertendum est autem in huiusmodi ut fideli resolutioni subiaceat latina traditio: et adiscentis idioma verbotenus explicatum sit. fundamenti enim tenacitatem in his oportet consistere.

¶ Secundum laboriosi. In hac parte ostendit quibus debent rudes informari post prima grammatice elementa atque elementorum combinationes. Et duo facit. nam primo facit quod dictum est. secundo circa hoc eruditionis huiusmodi modum temporisque decernit. ibi animadvertendum. Et dicit secundum edificium bene quidem edificium similitudine quadam dictum. nam sicut sapiens architector domum construendam ex minimis fundamentalibusque partibus ordinate integrat. sic et magister ipse erudiendum ipsum singulis doctrinarum particulis fundamentoque atque base integrare debet. illud ergo secundum edificium laboriosi certaminis. idest studij huius stat. i. firmatur in traditionibus. s. scriptis probis et prob. dictimi horum grammaticorum et aliorum. s. grammaticorum quos auctoritas venerabilis commendat. Tunc modum in huiusmodi traditionibus observandum ostendit. di. Certe animadvertendum. i. considerandum est in huiusmodi traditionibus statum memorie ut latina traditio subiaceat. i. correspondeat fideli resolutioni. i. expositioni et declarationi. ut. s. ignota per ignotiora vel unum pro reliquo non interpretentur. Et advertendum est ut ydioma. i. loquendi proprietas addiscentis sit explicatum. i. declaratum verbotenus. i. de verbo ad verbum. enim pro quia tenacitatem. i. firmitatem fundamenti. s. grammatice per quam omnium aliarum artium oportet. i. oportunum est consistere in his. s. superioribus traditionibus. quasi dicat cum hec ita sint oportunum est ut hec fideliter et clare doceantur. ¶ Notandum quod nostre grammatice plures fuerunt precipui scriptores sicut Donatus cuius magister Didimus fuisse dicitur in littera posterius. Priscianus. Varro. et Quintilianus et reliqui multiplurimi inter quos potest numerari Ennius qui metra composuit primus. cui successerunt Anathreon Sarbo Archilocus. Simonides. Calofonius. Alsiepius et multi alij quos longum enarrare foret. horum scripta et si non omnia tamen aliqua laboriosa post prima elementa videnda sunt.

Nec menstruoso saltu phebes abeundum est nec solari cursu tñ confirmandum: sed expleto mercurij interuallo eodemqz fere duplicato diligenter imorandum. Diligentia enim cuiuslibet operis obtusitas permollitur.

¶ Nec menstruoso. Hic subdit quanto tpe in hoc secundo adiscendi ordine imorandũ sit. ꝛ dicit nec est abeundum. i. recedendum subaudi a studio ꝛ certamine pdictaꝝ traditionũ menstruoso. i. defectuoso saltu. i. cursu lunę qui cursus mense completur. Nec est imorandum tñ. i. solũmodo cursu solari. i. anno. per annũ enim motus solis perficit. sed ẽ immorandũ diligenter expleto. i. completo vel toto interuallo. i. motu mercurij illius planete ꝛ non vnico sed eodẽ scz interuallo duplicato fere. i. quasi. ꝛ quia mercurius annis duobus cursum suum pficit quibus duplatis quattuor efficiunt. liquet quatenus superioribus doctoꝝ traditionibus quattuor annis diligenter sit imorandũ. Diligẽter inquã per obtusitas. i. obtudo cuiuslibet operis pagẽdi permollitur. i. facilitat diligentia. ¶ Notandũ scz sm phm octauo politicoꝝ vtile ꝛ cõmendabile sit participare aliqñ liberales artes atqz mathematicas quaꝝ vsus ordinatur ad exercitium excellentiaꝝ doctrinaꝝ vsqz ad certũ terminum. tñ ptinuę ꝛ assiduę exercere se in eis vsqz ad qcunqz pfectionem nõnũqz nociuũ est: qz ptinua pideratio in illis retrahit aut simpliciter aut pro parte ab vsu virtutis moralis. quare est statutus terminus quo ipsis ꝛ eaꝝ cuilibet erit imorandum. ¶ Notandũ sicut iam pluries i phisophicis atqz mathematicis pbatum est corpora ipsa siderea tam planetaꝝ orbium qz octaui celi qd Aristo. pmũ mobile arbitratus est. lumen atqz claritatem a sole recipere: ipsę enim est fons luminis vti corporis sui testatur imensitas qua terraz vti Ptholomeus docuit centies sexagiesies excedit. sic in eo virtus est vnitissima qd corporis sui proba compactio. sic quoqz in eo lux est diffusior quod sua in medio orbium ostendit situatio. verũtamen i modo receptionis lucis huiusmodi inter corpora est differentia. Nam alia qdez in profundo recipiũt vti sunt corpora trãsparentia ꝛ diafonica sicuti sunt fere oĩz stellarum corpora. Alia in superficie tñ vti sunt corpora opaca quorum numero luna est. quocũqz tñ modo sint necesse est vt radiorum lucis proiectioni sint obiecta. ꝛ quãto magis ab huiusmodi radioꝝ proiectione elongantur: tanto magis ab ipsa luce deficiunt quo fit vt lunam solum menstruam. i. defectiuam inter corpora celestia existimemus tam quo ad nos qz quo ad rei veritatem. quo ad veritatem qdem cum terrę diametralis interpositio ne radijs lucis illuminetur ipsam obnubilat quod in eclipsi manifestum est. quo ad nos autez cũ noua nobis reuoluit. tempus quoqz reuolutionis huius veteres mensem noiauerunt a mene quod defectum sonat. hinc menstruosam lunã dicimus quasi mẽse qlibet defectiuam. Volens itaqz Boetius certum terminũ in grãmaticę rudimentis adiscendis constituere dixit non fore abeũdum a studio hoc lunari reuolutione lunę quã menstruosaz dixit. s. mense defectiuam. nec solari cursu hoc est. anno. sol enim vti astrologis considerationibus iam dudũ demonstratũ est die qualibet. 59. minutis. ꝛ. 8. secundis in zodiaco fere graditur quibus per. 365. dies congregatis atqz ad integros gradus reductis. 360. zodiaci gradus constituunt ꝛ bis. 12. signa integrantur. quare manifestũ est solem totuz zodiacum. 365. diebus qui annum efficiunt indubię peragrare. neqz etiam illo spacio ab hoc certamine abeundum Boetius statuit sed imoderandum est quattuor annis qs per mercurij motum explicauit.

Senecę traditõ. inexpletio Lucani. Virgilij prolixitas. ꝛ Statij vrbanitas. dura flacci trãslatio. dirior Persij editio. Marciani non indigna lesio. Nasonis discretio sunt indaganda memorialiqz cellulę cõmendanda.

¶ Senecę traditio. Lucani inexpletio. In hac parte Boe. ostendit quibus doctoꝝ traditionibus post superius memoratas doctrinas rudes ipsi sunt imbuendi. Et diuidit in duas partes. In pma dicit ꝙ post supradicta in poetaꝝ traditionibus in quibus maior pars grãmaticę constituta est ipsi rudes erudiant. In secũda quatenus in rhetoricis institutis quę poetrię coniũctissima dinoscunt postea imbuentur. ibi. Ceteroꝝ aũt. Et dicit hinc. i. post supradcã. sunt indaganda. i. perquirenda. hec. s. Senecę traditio. i. editio. Lucani inexpletio. qñ anteqz librum suum pficeret morte preuentus est. Virgilij prolixitas. s. in scribendo. Stacij vrbanitas. i. curiositas. semp enim rerũ vrbanarum scriptor extitit. flacci. s. Oratij dura translatio qr viciorum reprehensiua. Persij flacci editio durior subaudi qz horatij tam stilo qz vitioꝝ reprehensione. Marciani lesio. i. reprehensio non indigna imo digna. Nasonis supple Ouidij discretio. hęc omnia indaganda sunt atqz cõmendanda. i. imprimenda cellulę memoriali. i. memoratiuę. ¶ Notandum licet ars ipsa poetica inter scientias computetur: atqz Plato poetas a ciuitate expelli iuberet eo ꝙ dicebat eos virtutum inimicos in quo ꝛ cum Tullius libro secũdo tusculanaꝝ qõnuz cõmendat: nihilominus vtilis est si fini debito inniteat atqz vsu licito exerceat. adiscunt nempe in ipsa verba valde vtilia. Augustino lib. pmo confessionum teste sententijs grauissimis referta ipsius etiam studia iuuentutem agunt: senectutem oblectant. secũdas res ornant aduersis perfugium ac solatium pbent delectant domi: non impediunt foris: pernoctant nobiscum: peregrinantur: rusticantur: nec mirum cum ꝛ democritus tradiderit bonos poetas diuino quodam spiritu inflammari et quo cecinit Ouidius. Est deus in nobis: sunt ꝛ cõmercia celi. Sedibus ethereis spiritus ille venit. Ipsa etiam poesis rhetoricę eloquentię maximũ prestat additamentũ. quare ꝛ rhetoricę coniunctissima est atqz penę germana. Est enim vt inquit cicero finitimus oratorum poeta: numeris astrictior paulo. verborum aũt licentia liberior. multis vo ornandi generibus socius ac penę par. Cuz ergo omnia hęc poetriã afferre Boetius ipsę agnosceret hortatur vt maiorum vestigia sequentes rudes ipsi poetas summopere amplectentur ꝛ hos maxime quos in textu cõmemorat inter quos Mantuanus vates Virgilius tanto excellit vt optimus poetarum dici mereretur.

Ceterorũqz philosophoꝝ prout ingenij suppetit capacitas non sub silentio est pretereunda moralitas vt sic sententiosa dictaminis vigeat serenitas ꝛ metrorum floreat iucunditas. O qz Tullij venerabilis facundia summis desiderijs est collocanda.

¶ Ceteroꝝ aũt phoꝝ. In hac parte Boetius ostendit quo post grãmaticam atqz poesim rudes in rhetorica sint erudiendi. Et diuidit in duo. nam pmo facit quod dictum est. scdo anthonomasicę circa. M. Tullij ciceronis facundiaz versandum statuit. ibi. O quãtum. ꝛ dicit. Etiam ceterorum phoꝝ moralitas non est pretereũda suo silentio: imo est totis nisibus amplexanda: ꝛ hoc quantũ capacitas. i. valentia ingenij ipsius erudiendi suppetit vt sic serenitas. i. splendor dictaminis vigeat sententiosa. i. plena phoꝝ sententijs atqz iocunditas metroꝝ floreat. ꝛ inde subdit. O quantũ facundia venerabilis Tullij ẽ collocanda summus desiderijs. qñ sicuti Aristo. inter phos. inter poetas Virgilius. sic quoqz ipsę marcus Cicero inter oratores excellit ¶ Notandũ circa hoc ꝙ dicit vt sic dictaminis sententiosa ꝛc. Cicero ipsę ꝛ reliqui qui rhetoricã docuere fassi sunt eloquentiam sine sapientia obesse plurimũ ꝛ prodesse nunqz sapientiã vo sine eloquentia plurimũ pfuisse. hoc iniquuz arbitrantes eloquentiam non debere iudicari atqz laudari

verbor̃ solo splendore sed etiam grauissimas sententias a vera sapientia sapienter elicitas. Par ergo substantie vel virtutis ac soli de pulchritudine orationi afferre videtur qui solum rhetorice et eloquentie vacat. veluti qui nuda ex aliena preciosaque materia verba ligat. qua de re Marcus cicero in eo libro quem de oratore ad quintum fratrem edidit et ipse Quintilianus cum de institutione oratoria ageret rarum aut nullum fatentur optimum esse ea etate oratorem cuius rei afferunt non insulsam causam. nam oratorem in omni sapientie genere persuadere oportet ut sic que alibi didicit cum splendore dicendi proferat et bene quidem. quo enim pacto in sacris litteris persuadebit qui eas non quam legit aut quis in naturalibus quid Aristotelem reliquosque philosophos non viderit: certe nullo. Coniungenda est ergo sapientia cum dictamine ut sic quod in aliena doctrina concipitur sub decore rhetorico proferatur.

Cauendum autem in huiusmodi ne contingat ut Iotario contingebat. ipse enim triginta annis ignorantiam suam predictorum philosophorum in gymnasijs tradidit imbuendam. Cum vero dies ut precesset. mediocribus aduenisset cuius vxor esset Eneas dubitasse se diutius asserebat quem in emisligiorum Virgilij serenitate venisset. Requisitusque a quodam suorum discipulorum qualiter primam huius dictionis syllabam magister vertere versu posset: respondit absurdum esse tanti nominis primam syllabam abbreuiari: sed potius acuto accentu pronunciari. Ecce quantum dure ceruicis obtusitas perdidit temporis et expense.

℄ Cauendum autem est. etc. In hac parte Boetius cautelam circa omnia predicta subiungit innuens per eam superioribus doctrinis gradus diligenter atque cum profectu intuendum. Et tria facit primo ipsum inducimenta prestituendum ostendit. secundo predicta epilogat concludendo ibi. Ecce quantum. etc. Et dicit cauendum est autem in superioribus traditionibus circa eas adipiscendas ne id contingat aliam quod contingit. id est euenit iotario sic dicto. ipse enim scilicet iotarius tradidit ignorantiam suam imbuendam id est erudiendam gymnasijs. id est studijs predictorum philosophorum suo studio gramaticorum et poetarum et rhetorum. 30. annis. i. spacio. 30. annorum. Cum vero dies ut preesset scolaribus mediocribus subaudi eos erudiendo aduenisset scilicet post expletum studium 30. annorum asserebat. i. affirmabat se dubitasse diutius cuius vxor esset eneas quem supple eneam inuenisset in serenitate carminis dico emisligiorum. i. versuum imperfectorum Virgilij. Et rursum idem iotarius requisitus. id est interrogatus a quodam suorum discipulorum qualiter. i. qua mensura posset vertere versu. id est in versu primam syllabam huius dictionis magister. Respondit subaudi iotarius absurdum. i. inconueniens fore abbreuiari. i. corripi scilicet in metro primam syllabam tanti nominis. sed supple arbitratus est eam pronunciari acuto accentu. i. prolatione longa. estimabat enim ob honoris causam absurdum nimium primam syllabam eius corripi. Tunc epilogando concludit dicens. Ecce quantum tempus quia. 30. annos et quantum expense perdidit obtusitas. i. hebetudo dure ceruicis. ℄ Notandum quod omnis cognitio teste tullio in dialogo ad hortensium multis est obstructa difficultatibus. Est enim et in ipsis rebus obscuritas et in iudicijs nostris infirmitas. quia ex re socrates ipse nihil se scire dicebat. Inuigilandum est igitur studio sine desidia quemadmodum veteres ipsi sapientie studuerunt ne sic quantum mens imbecilla atque ceruicis excludit obtusitas tantum iugis atque diligens vigilantia adducat. sic socratis memorati fuere studia quem ut Valerius li. 8. addiscere quotidie non desistebat. De pictagora etiam fertur quod doctrinis iugiter insistebat. vnde et eunodius ait. Artium magister est instantia. Nouerca eruditionis est negligentia. Hinc catho moralis monuit. Instrue preceptis animum ne discere cesses. Nam sine doctrina vita est quasi

mortis imago. Non sic iotarius cuius mores paruipendos boetius asserit. Hic nempe licet annis. 30. studio incubuisset: nulla tamen scientia conualuit: cum se recipientem ut decuit traditam concordia non sociauit. ℄ Notandum virgilius post multa atque diuersa sua opera tandem eneidem aggressus est. Librum quidem nominibus ac rebus grecis et latinis conditum. reliquitque in eo morte preuentus quedam imperfecta. et ob ea igni ipsum concremari iussit. sed illud haud factum est. Augustus vero iussit tuccam atque varrum viros ea etate excellentes hac lege ipsum emendare ut superflua demerent: nil adderent tamen. vnde et semiplenos inuenimus eius versiculos quos emisligia dicunt. De qua re sulpitius carthaginensis extant huiusmodi versus. Iusserat hec rapidis aboleri carmina flammis Virgilius phrigium que cecinere ducem. Tucca vetat varrusque simul. tu maxime cesar. Non sinis et latie consulis historie. etc. Et in his emisligijs iotarius ipse imbecilla mente eneam reperiens ipsum vxorem fore cuiusdam estimabat nesciens phrigie ducem. Anchise patre venere matre procreatum eneam. ℄ Nota et quod ceruix proprie posterior pars colli est. et quandoque accipitur pro superbia. quandoque pro toto capite: et hoc modo hic capi potest cum dicit dure ceruicis. i. duri capitis ad recipiendam altam doctrinam.

Completo autem non indebite huiusmodi gymnasij rudimento ad maioris inquisitionis scientie limina procedendum est. Scientie inquam quam veri falsique nouimus indagatricem: solamque scientiam scientiarum titulo subtilitatis obstipantem subiecta. Hec est inquam scalaris domina que penetranti vestium natura ad scientiarum quarumlibet fastigia prebet incrementa virtutum. Quid autem lucidius cognitione quorumque vniuersalium que est triuialium scientiarum magistra. quadriuialiumque potentia: collateralium scientiarum plenitudo.

℄ Completo autem non indebite. Hec est secunda pars secunde partis principalis huius primi capituli in qua postquam boetius ostendit quibus primo ab infantia imbuendi sunt iuuenes: nunc declarat in quibus erudiendi sunt secundo: scilicet in ipsis primordijs libus logice artis illinitis. Et diuidit hec pars in duas partes. In quarum prima se prioribus continuans ut informandos et erudiendos attentos faciat logicam apte commendat. In secunda ordinem modumque in logica proficiendi demonstrat. ibi Ad hoc. Prima in duas. nam primo dicenda dictis continuat. secundo logicam commendat ibi. Scientie inquam. Et dicit quod completo et pertransito non indebite subaudi sicut iotarius ipse sine fructu: sed diligenter rudimento. i. noua instructione huius gymnasij. i. studij gramatice. scilicet et poetrie atque rhetorice. procedendum est ad limina. i. introitus scientie que maioris est inquisitionis. i. inuestigationis. Tunc ad commendationem ipsius logice accedit. ibi. Scientie inquam. Et diuidit nam primo commendat ipsam quo ad se totam. secundo quo ad partem ibi. Quid autem cognitione. Primo commendat ipsam totam vno modo. secundo alio modo ibi. Hec est inquam Et dicit. post predicta accedendum est ad limina scientie maioris inquisitionis. Scientie inquam quam nouimus solam esse indagatricem veri et falsi. et hec est ipsa logica cum verum et falsum non indaganturnisi argumentatione mediante. sola autem logica arguere docet. quare et ipsam solam inuenimus scientiam scientiarum per antonomasiam ratione dignitatis eius atque administrationis adminiculatur nempe omnibus scientijs et ea recommentator ipsam modum sciendi vocat cum dicit. Impossibile enim est scientiam simul querere atque sciendi modum. licet hec alij qui solum de logica vtente intelligant. scientiam inquam scientiarum obstipantem. i. circumcinctam titulo. i. honore subtilitatis subiecta. i. obiecta aliarum scientiarum. Post hec commendat eam alio modo et dicit. hec scilicet logica. inquam est domina scalaris. i. gradualis per ipsam enim ad culmina omnium aliarum scientiarum ascenditur cum ipsa ad omnium methodorum principia viam habeat. et hoc est quod subdit que scilicet logica prebet penetranti. i. rimanti fastigia. i. summitates quarumlibet scientiarum incrementa. id est augmenta virtutum scilicet attingendi. et hoc natura vestium. i. pre-

missaꝝ.s.maiore ⁊ minore mediāte. Et vocat ipsas ꝓmissas .s.maiorē ⁊ minorē extremitates vertices p̄sse, sicuti enī vertices ipse corpus circūdant atqȝ contegūt: sic ⁊ premisse ꝯclusionem ipsam includūt. Quia ex re dictū est q̄ ipsis premissis positis ⁊ cōcessis necesse est aliud scilȝ ꝯclusionē euenire ex his que posita sunt ⁊ cōcessa. Tūc cōmendat ipsā quoad partē. Et dicit. sed qd est lucidius cognitiōe vniuersaliū. id ē ea pte logice que de vniuersalib' est que scȝ cognitio est magistra.i.magistratū tenēs triuialiū artiū.i. inter triuiales artes que sunt grāmatica logica rhetorica. qȝ pro ea est potētia.id est vis quadriuialiū artiū scilȝ arismetrice geometrie astrologie ⁊ musice. ipse nāqȝ steriles mute atqȝ impotētes sunt sine logica. qȝ pro et. ipsa est plenitudo artiū collateraliū scȝ oīm aliaꝝ. ¶ Notandū logica inter artes liberales secunda ponit̄ q̄uis Boetius ipsam post rethoricā moneat addiscēdā. Et rōnalis dicit̄. ipsa enī diffinire docet atqȝ diuidere verūqȝ a falso discernere. necessaria certe ⁊ vtilis artis. quia sm̄ hugo. in didascolicon p eā subtilib' obiectiōnibus latens veritas repitur. Hanc sapientissim' Salomon suis puerbijs addiscendā admonet dū nos hortat̄ ut intelligamus sermones prudētie versutiasqȝ verboꝝ necnō parabolas ⁊ obscuras sermonē. ⁊ dicta sapientū simul ⁊ enigmata. que [illegible] hyeronim' ad magnū oratorē ait. dialetica sunt Augustin' etiā inter ceteras artes logicā cōmendat q: exercitatiora potiora atqȝ reddit ingenia. Hec nāpe disciplina est ut dicit Isido. lib. 2. que ad differendas rerū causas est adinuenta. quapropter sciētia scientiaꝝ est sine qua nulla aliaꝝ scientiaꝝ perfecte haberi potest. ¶ Notandū q̄ vniuersale est quid vnū versum in multis: ⁊ hoc duplici quidē rōne physica scȝ atqȝ logica. physica nāpe ratiōe est ipsa cōis natura apta nata in multis repibilis et ab easdē pticipabilis equaliter ut hūanitas secundū quā dictū est q̄ pticipatiōe specia plures hoīes sunt vn' homo ex natura rei. ⁊ ibidem. Genus quidē potētia multas in se habz species: actu vero nullas. Logica vero rōne est ipsa vniuersalitatis intentio prout intellectu cōficit̄ ut genus species. ⁊c. ⁊ sm̄ hanc dictū est. Intellect' est qui facit vniuersalitatē in rebus. Et sunt harū intentionū vniuersaliū quinqȝ manerics. vna quidem gen'. spēs alia. tertia differentia. quarta propriū. accidens quīta. quaꝝ certe cognitiōe nihil vtili' existit. quapropter ⁊ eadē nihil lucidius. vtilius inqȝ tam ad predicamētorū Aristo. dis doctrinā cū nihil in ipsa coordinatione predicamētali sumet̄ nisi aut genus aut species. ⁊c. Descendēdi enim a genere generalissimo ad speciē specialissimā plato iubet desistere. Silr ad diffinitionū assignationē. cū diffinitio quid est esse rei indicet. Esse autē rei nihil aliud q̄ sua quiditas est quā certe differentia generi aduenienis cōstituit et ex his diffinitio integrat̄ ⁊ rursum ad ea que in demōstratione sunt vtilia videlicet diffinitio ⁊ reliqua. In textu ibi rudimento. id est nouo iudicio noua instructiōe. ⁊ dicitur a rudio. is. Itē ibi. limina. limen terminus domus vel edis est. limes vero regionū. vnde Prosper angusto virt' limine celsa petit. Itē ibi fastigia. id est altitudines summitates. Est etiam fastigium honor.

Ad huius autē imperialis domine apicem scandēdū est hoc ordine. In primis igitur terminorū intrinseca cognitio: eorūqȝ in propositione non latens copulatio: propositionumqȝ non indigna connexio sunt apponenda. Terminorū autem determinationes quas sincathegorumata appellamus: memoraliter mēti sunt imprimēde utpote que sophistice non parum deseruiunt fantasie. Horum autē noticiam Trebatium virum meminimus prudētissimū: sed in hoc imperitū quasi indignā scientiam relatu sub silentio preter isse. Hic autem cōflictus aduenīēte eundē miserrime ab his sophisticā vincente detentum vidimus: ⁊ indecenter a suorum collegio sequestratum. Quid vlterius? angustia pudoris confusus: quod prius censebat indignum eloquio: postea sociatim mendicabat.

¶ Ad huius autē imperialis. In hac pte postq̄ boetius logice cōmendationem premiserat. nunc vero qualiter in ea erudiendū sit manifestat. Et diuidit̄ in duas ptes. In pria ordinē in ea procedēdi demonstrat. In secūda vero modum procedēdi circa ordinē ipsm subiungit. secūda ibi. Ad istoꝝ ⁊ ceteroꝝ. Prima in duas. nā prio facit hoc qd̄ dictū est circa logicā positiuā. secūdo vero circa sophisticā siue putatiuā. ibi. Hic ui' autē impalis. Pria in duas. naȝ prio facit hoc circa terminos cathegorumaticos. secūdo circa sincathegorumaticos. ibi. Terminorū autē. Pria in tres secūdū tres ordines circa eā obseruādos. Et dicit prio scandēdū. id est gradatim ascendēdū est ad apicē.i. summitatē. huius dnē impialis scȝ logice: hoc ordine scȝ qui sequitur. qm̄ cognitio intrinseca terminoꝝ scȝ ipsoꝝ vt̄ nois ⁊ verbi subiecti ⁊ ꝑdicati. ⁊ hoc quo ad primū ordinē. qȝ pro ⁊. copulatio. i. vnio nō latēs eorū scȝ terminoꝝ predictoꝝ in ꝓpositiōe. et hoc quoad sm̄ ordinē. qȝ p ⁊. connexio. id ē coniunctio non indigna propositionū scȝ in syllogismo: ⁊ hoc quo ad tertiū ordinē hec supple predicta oīa sunt in introitu logice apponenda. id est applicanda rudib'. ¶ Notandū q̄ intrinseca cognitio terminoꝝ de qua in lrā nil aliud est q̄ nosse qd sit nomē ⁊ quid verbū apud logicos ⁊ qua manerie ꝓ positionē ingredi valeāt. quidqȝ termin' cōis ⁊ qd singularis ⁊ quid genus: quos terminos incōplexos dicim'. Copulatio vero hoꝝ nil aliud est q̄ eorū in propositione apta positio atqȝ tunc cōplexionē ingrediunt̄. rursum ꝓpositionū cōnexio syllogism' est siue sit cathegoricus siue hypoteticus simpliciter dict'. demōstratiuus probabilis vel sophisticus. De quib' omnib' abunde in libris Aristotelis porphirij atqȝ boetij tractatū est. Uerū quia diuerse atqȝ varie hmōi propositionū cōnexiones minime fieri possunt sine sincathegorumatū noticia que propositiones tum in qualitate q̄ in quātitate diuersificāt. terminosqȝ ipsos cathegorumaticos nūc ampliant nūc restringūt nūc artant aliaqȝ ⁊ alia faciūt que in logicis instituta sunt. quia de re boeti' hoꝝ noticiam pcretandā minime monet: rōne atqȝ exemplo dicta cōfirmās. Di st .n. determinatiōes. i. signa tā vniuersalia q̄ pticularia etiā reliqua terminoꝝ. quas scȝ determinatiōes appellam' sincathegorumaticas. id ē cōsignificatiuas sunt imprimēde menti memoraliter. Et rōnem subdit dicens. quoniā deseruiūt nō parum imo multū sophistice fantasie id est illi parti logice. ⁊ subaudi nondū sophistice sed ⁊ cuilibet logice parti. Deinde exemplo predicta cōfirmat dicēs certe nouim' Trebatiū virū prudentē sed imperitū in hoc scȝ preterisse. i. trāsmisse sub silentio. i. nulla facta mentiōe noticiā hoꝝ. s. terminoꝝ quasi sciam indignā relatu. sed dic conflictus. id est disputationis adueniēte vidimus eundē detentū. id est ad metā redargutiōis deductū miserrime ab his. scȝ sincathegorumatibus sophisticis. scilȝ arte vincente. ⁊ vidimus eundē indecēter. id est opprobriose sequestratum. id est diuisum a collegio suoꝝ. scilȝ sociorū. quid vltra subaudi accidit. idem trebatius angustia cōfusus. id ē turbatus mendicabat. i. mendicādo impetrabat postea sociatim. id est p socios illud quod censebat. i. reputabat pri' indignū eloquio. s. noticiā terminoꝝ sincathegorumaticorum. ¶ Notandū sincathegoruma. id est cōsignificatiuū a sin. id est con ⁊ cathegoruma. vñ oēs alie partes orationis a nomine ⁊ verbo sm̄ logicos dicūtur sincathegorumata. ¶ Notandū fantasia est de cognitis species in animo figurata. sed fantasma est de incognitis. ⁊ hinc tractū est ut sophistica fallacia dicatur fantasia: cum appareat aliud q̄ sit. sunt enim sophistici elenchi non veri elenchi q̄uis ui

videantur. sed paralogismi primo elenchorū.

Huius autem imperialis domine fimbri-
is dotata ars sophistica: petulanti animo con-
fusa: nugatorꝗ loquacitatis eulogio perusa:
mulieris fuco vultu perfusa barbaras natiões
obliquo sidere respiciebat: quam in cōmenta-
rijs Alexandri ꝛ nostris nouimus decoratā ꝛ
translatione perfectā summope esse curandā.

¶ Huius aūt imperialis dñe. Postꝗ boetius ostendit in
superiori parte modū procedendi circa logicā positiuā. nūc fa
cit hoc idem circa ipsam logicā sophisticā. Et dicit. autē pro
terte. ars sophistica. id ē ars illa que est de sophisticis elen-
chis dotata. i. decorata fimbrijs. id est extremitatibus que
fimbria premissarū dicunt. ꝛ bene cōsonā illi. est quod sup-
ple proximo dixerat. que penetranti vestiū natura. ꝛc. hu-
ius domine. scꝫ logice imperialis etiā confusa. id est ꝑplexa
petulanti. i. superbienti audaci lasciuienti ꝛ importune po-
tenti animo. ꝛ hec omnia bene posita sunt ad sophistarum
cautelas insinuandas. Debet enim habere sophista confu
sum atqꝫ prolixū in disputando morē ut nemo suas ratio-
nes intricatas reperire valeat. similiter sit petulās atqꝫ au
dax ut vult Aristo. in elenchis. ꝛ sequitur. ꝙ pro ꝛ. perusa
id est pfecte vsa eulogio. i. testimonio nugatorie. id est fiere
loquacitat. id est garrulitatis. etiā cautela sophistarū ē ut
loqui multiplicent ut sic a circūstantib⁹ docti videant. ꝙ p
ꝛ. pfusa. i. intricata vultu. id est ostentatiōe fuco mulieris
id est apparentia vere sapientie ꝗuis non sit. respiciebat
barbaras. id est ignaras nationes sidere. i. id est oculo obli-
quo. quā. scꝫ artem nouimus decoratā in cōmentarijs ale
xandri. subaudi peripatetici ꝛ nostris supple cōmentarijs.
quāqꝫ etiā pfectam. id est cōpletam translatiōe subaudi hac
qua de greco ipsam in latinū vertim⁹ nouimus curandam
summope. id est diligenter. ¶ Notandū sophistica ars du
plex est nam quedā docens est altera vero vtens. Docēs
quidē que docꝫ cognoscere syllogismū sophisticū eiusqꝫ pri
cipia causas atqꝫ passiones. Et hec est vera scientia veruscꝫ
habitus demōstratione acquisitus. Alia autē vtens per
quā syllogismo sophistico vtimur ad disputatiōes. Et de
hac in proposito. hanc tamē vtendā Boe. minime cōmonet
sed ad versucias deceptionesqꝫ eiusdē das sophisticas sum
mopere adipiscendā suadet. ipsa eni nulla sapientia est sed
in loquendo deceptio verborū intricatio apparens sapien-
tia non existēs. De hac Gregorius loquitur cū dicit. Sillo
gistica inquit disputatio quid aliud est ꝗ verbis cōtende
re. ꝛ audientes subuertere ꝛ in ea ut Augustino placet. vi-
ctoria verborū et ostentatio ambitiosa querit. nec mō tar-
dos sed plerumqꝫ ingeniosos decipit. quapropter in libro
de doctrina xpiana vsum sophistice disputandi dicit execra
bilem libidineꝗꝫ rixandi: studende tamē sunt versucie nō
ut qui. scꝫ exercitat sed ut valeat summope precauere. ¶ Itē
fimbria fimbrie dicit extremitas vestis vel filū quod ap-
pendit in decorē vestiū. hic vero capit aūt pro extremitati-
bus scꝫ logisticis p similitudinē vel appendicijs logicalib⁹
quib⁹ vtitur sophista in suis argumētis. Item eulogiū sa-
pientia vel bona fama vel testimoniū dicit. Item fucus co
lor est adulterinus inde fucata ut dicit papias depicta tin-
cta adulterino colore cōtaminata ficta nō vera apparētia.

Ad istorum ꝛ ceterorum perfectionē tripli
ci solemus vti recordatione quarū prima est
vocalis: secunda mentalis: tertia vero cōmu-
nis. vocalis sophisticum facit: mentalis iudici
um: cōmunis si cōtinuata fuerit facit perfectuꝫ
vocalis cecitatem: mentalis scientiā: cōmunis
vsum. vsus autem ad magisterium proper are
festinat. Sicut enim prudentia sine iusticia pa
rum vel nihil prodest: iusticia autem sine pru-
dentia multum sic sciētia sine vsu prodest parꝫ
vsus autē sine scientia prodest multum.

¶ Ad istorū ꝛ ceterorum. In hac parte Boetius postquā
ordinem procedendi in ipsis primordijs logicalibus ostē
dit. nunc vero circa ordinem ipsum modū atqꝫ normā obser-
uandos subiungit. Et diuidit in duas partes. nā primo
facit quod dictū est. secundo cuidā tacite questioni respōdet
ibi. Si vero. Prima in duo nam primo modo ponit quo
in acquirēdis logice institutis vtendū sit. secūdo vero tres
effectus ex hoc procedentes ostendit. ibi vocalis. Et dicit ꝙ
nos solemus vti triplici recordatione ad istorum scilicet su
pradictorū ac ceterorū scilicet dicendorū perfectionē. vult di
cere in omni scientia adipiscenda triplici vtimur recordatio
ne quarū prima est vocalis. id est nuda dictionū retentio.
secunda mentalis. id est vocum sententie recordatio. tertia cō
munis. s. ex voce et sententia cōsistens. ꝛ subiungens effe-
ctus harū triū recordationū tria facit per ordinē. nam pri-
mo primos tres effectus ponit. secundo secundos tres effe
ctus subiungit. tertio tertiam recordationē pre ceteris con
firmat. secunda ibi. Vocalis cecitatē. tertia ibi. Sicut eniꝫ.
Dicit ergo ꝙ recordatio vocalis facit sophisticū. i. apparen
tem quoniā nuda voce aures replet quid nominis igno-
rans. Men alis facit iudicium. i. certitudinē. alia littera
habet iudem. quoniā facit intellectum inter verum ac fal-
sum discernere cum impotens sit hanc discretionem voce si
gnificare. Communis vero scilicꝫ que tam vocum ꝗ sen-
tentiarum est si fuerit continuata. scilꝫ comparando reꝫ ad
vocem facit perfectum subaudi in arte. quoniam sicuti ipsa
mentali recordatione conceperat: sic vocali comparata voce
significat. Exinde ponit secundos tres effectus prefataruꝫ
recordationū. Et dicit vocalis recordatio generat cecitateꝫ.
id est hominē ignorantem. ꝗuis enim voces ipsas cogno
scat: virtutes tamen ipsarum vocum minime recordat qua
propter de facili paralogizat primo elenchorū. Mentalis
generat scientiam. id est hominē scientē reddit sed impotē-
tem cum ea que mente nouerat verbo explicare nō queat.
Communis vero recordatio vsum generat quia potentem
facit sicuti eniꝫ natura facit habilem: ars facilem: sic quoqꝫ
vsus vti victorino visum est potentē reddit. vsus autem
festinat. id est accelerat properare ad magisteriuꝫ. quare de
primo ad vltimū cōmunis recordatio ad magistratū festi
nat. ꝛ hoc cōfirmās per simile subdit. sicut eni prudētia pa
rū vel nihil prodest sine iusticia. iusticia autē sine prudentia
multū. sic scientia sine vsu prodest paꝝ. vsus vero sine sciē
tia multū. ¶ Notandū circa hoc ꝙ dicit prudentia sine iu-
sticia parū vel nihil prodest. Cuius ratio est: quoniā iusti-
cia omniū aliarum virtutū est contētiua. malorumqꝫ oīm
destructiua quare ꝛ plus ceteris mūdo necessaria primum
est phi. 5. ethicorum vbi dicit. iusticia est quodāmodo om-
nis virtus. ꝛ subdens rationē dicit. Et in eo ꝙ includit in
se actus omniū virtutū. Et tulli. lib. 3. officiorum. iusticia
est vna omniū domina reginaqꝫ virtutū. Secundū patet
quoniā ipsa est omniū malorū inhibitiua. ergo per locuꝫ ab
oppositis. Iniusticia est malorū permissiua: quare est perfe
ctum malū. perfectū autem malū seipsum destruit quarto
ethicorum. ergo. ꝛc. Tertiū autem declarat per iusticiaꝫ tu-
tatur innocētia. punit malicia. frenatur audacia. atteritur
superbia. secura redduntur omnia. quare hec virtus sm Isi-
dorū. 5. ethimologiarū non immerito regina nuncupatur.
quapropter Augustinus libro secūdo de ciuitate dei. ca. 12
de ipsa iusticia plenissime tractans cōcludendo dicit. Hoc
verissimū est sine iusticia rempublicā regi non posse. ꝛ pro
tanto. Tullius asseruit ꝙ nil est tam amicū ciuitati vel re-
gno ꝗ iusticia. ob. ꝗa res cetere virtutes sine ipsa parū aut
nihil prosunt. Atqꝫ simile est de vsu atqꝫ sciētia. nam ut di
cit Seneca nihil odibilius est sciētia vbi sola est intelligēs
ipsam parū aut nihil prodesse sine vsu eius. quod bene sub
dens idem Seneca inquit. Quid eni prodest scientib⁹ con
tinere dico in his que nec domi nec militie nec foro nec in

curia neqꝫ alicubi prosint nisi ouitaret in scolis. scientia ergo sine vsu nihil prodest atqꝫ inscauda est. ipsa enim vsu suscipit incrementū ⁊ exercitio sicuti ars quelibꝫ. ff. de legatis ꝫ. l. legatis. §. ornatricibꝰ. quod si scientia ab vsu disiuncta fuerit certe vtilior est vsus expers artis ꝙ ars que suū vsū non habet ut refert policrates libro. 5.

Si vero bone indolis sciētię tirunculus totam nequeat seriatim cōprehendere orationē saltem primam capiat pronunciationē donec gradatim procedendo continuum producere possit effectum.

¶ Si vero bonę scientię. Hic Boetius antipophorisando cuidam tacite respondet questioni. Posset enim aliquis dicere. O Boeti cognitum bene est adiscere volenti singula quę monueras mentę capere. sed quid cum ea omnia ordine quo tu disposueras retineri tum ingenij paruitate: tū etiam alia quauis occasione minime valebunt. Cui respondens ait. certe si tirunculus. id est nouus scolaris nequeat. id est nō valeat cōprehendere seriatim. id est vtiliter intente sedulo totam orationē. id est lectionē bone scientię capiat id est potenter capiat saltem. id est ad minus primā pronūciationē. ⁊ hoc procedendo gradatim subaudi primo parte: secundo plus capiēdo ⁊ hoc tādiu donec ipse tirunculꝰ possit producere. id ē propalare effectū continuū. id ē orationē totam. ¶ Notandū ꝙ anima ipsa a suę creationis primordio ut in Aristotele secundo de anima visum est. facta est tabula nuda in qua nihil depictū est depingi tamē apta nata. Hec autem depingendi aptitudo nō tumultuoso strepitu neqꝫ magna confusaqꝫ specierū mole a principio in actū reducenda est sed passim atqꝫ graduali ordine scientiarum flosculis adornanda: reficit enim intellectus atqꝫ tādem fida cōceptorum seruatrix memoria ⁊ laboris pars maxima detrahit. si nō vno spiritu audita lecta cōceptaqꝫ passim memorię demandētur: diuturno etiā iugiqꝫ hoc labore mens animusqꝫ cōficietur. nam quę cōcepta sunt nisi repetita fuerint fluxa veluti ⁊ caduca euanescūt. ¶ Nota. tiro grece latine fortis dicit̄ inde hic tiro. nis. id ē nouus miles nouiter electus ad miliciā. quia fortis ad hoc eligi solet ⁊ per similitudinē tiro dicit̄ quilibet ignarus ⁊ rudis cum aliqd experiendū aggredit̄: inde tirunculus diminutiuū. Jtē saltem ⁊ cōiunctio aduersatiua est cū diminutiōe ⁊ est tractū a captiuis qui loq pre timore nō valentes dicebāt saltē: q̄ si dicerent ut vitam ⁊ salutem nō amitterēt.

Uisis autem leuitatum scientijs: de speculatione porphiriana quinqꝫ vniuersaliū quę ab Aristotele monstra vocantur: attendendum est ad ipsius cathegorias necessaria quę luce expositionis in cōmentarijs nostris his patefecimus. O quantū vtilitatis habet̄ in his si intrinseca habeat̄ cognitio. Nonne litteralis sofronici facultas est vicio notanda? Jnquā.

